IN MARTYROLOGIUM ROMANUM DISCEPTATIONES LITERALES, TOPOGRAPHICAE, ...

Francesco Maria D'Aste







IN
MARTYROLOGIUM ROMANUM
DISCEPTATIONES

LITERALES, TOPOGRAPHICÆ, ET CHRONOLOGICÆ COLLECTÆ ATQUE EXHIBITÆ

A

FRANCISCO MARIA DE ASTE

Ex Cleric. Regularibus, Archiepiſcopo Hydruntino, Salentinorum Primate, & Solii Pontificii Epiſcopo Aſſiſtente.

Relicto Sapientioribus pleno judicio juxta Apoſtoli monitum:

Omnia probate, quod bonum eſt tenete.

Ad Theſſalonicenſes 5.

Prævia Synopſi eorum, quæ in Martyrologio aliter ſe habent ac in Breviario:

Adjectis in calce Martyrologiis Ordinum Sanctorum Benedicti, Dominici, Franciſci, Auguſtini, & Carmeli

CLEMENTI XI. PONTIFICI MAXIMO.

Congregate Sanctos, qui ordinant teſtamentum ſuper Sacrificia. Pſalm. 49.





BENEVENTI
Ex Typographia Archiepiſcopali Anno Dom. MDCCXVI.

SUPERIORUM FACULTATE.

Et nomina inſcripta, quæ ſunt nomina
duodecim tribuum filiorum Iſrael.
Apocal. 21.

Quorum nomina ſunt in Libro vitæ.
Ad Philippenſ. 4.

SANCTISSIME, AC BEATISSIME PATER.

IN conspectu Throni Majestatis tuæ provolutus supplex rogo, Clementissime Pater, ut acceptum habeas hoc munus de splendoribus Sanctorum: Quod si à Clemente Primo in ista Petri Cathedra suis primordiis exceptum; qui primus regionatim Notarios distribuit, ut Martyrum gesta per suam quisque Regionem perquireret, literisque mandaret; ad te Clementem Undecimum in eadem Cathedra meritissimè assidentem redire non ambigit, certa spe, ut Sanctitas Vestra in idipsum oculos coniicere non dedignetur, cùm tot Sanctorum monimenta per totam Urbem scrutando, eorum virtutes quàm maximas egregiè secteris. Sectaris namque tot Apostolorum mirificum zelum pro Fide Catholica in usque ad extremum Orbis terræ viros Apostolicos mittendo, erroresque in Fidem expellendo; tot Pontificum pro Ecclesiæ vindicatione impavidam fortitudinem in jura Ecclesiæ tuendo; tot Regum pro decore domus Dei munificam pietatem in tot diruta Templa ex integro immenso auro erigendo, sacraque supellectili ditando; tot Episcoporum pro solicitudine omnium Ecclesiarum assiduam vigilantiam indefessosque labores in Fidelium mores à laxiori vita revocando; & tot Cælestia charismata pro in sortem Domini vocatis in pristinum Religionis decus restituendo. Unde in te uno Fideles omnes omnium virtutum exempla venerantes contuentur. Contuentur quidem juxta Apostoli monita Pontificem modestum, cùm demiretur totus Orbis merita Sanctitatis Vestræ ex humilitate contexta, ut in eorum magnificentia nec laudantem assentatio moveat, nec laudatum tentet elatio. Pontificem non cupidum, cùm post lata suffragia, ac ferè unanimi Patrum consensu Pontifex renuntiatus, post dies plures profusis lacrymis Pontificatus apicem ascenderis. Pontificem non litigiosum, cùm nomen tuum Princeps pacis, pacem continuò per Apostolicorum Nuntiorum pedes, Regibus, & Principibus Christianis evangelizes, indulgentiarumque thesauro foveas, bella solum adversùs Mahumetanam perfidiam movendo. Ecce Pontifex justus Dignitatibus viros, non Viris dignitates confert, & cognatione proximis ut virtutis præmia, non ut dona fortunæ post exantlatos labores viam facit ad summa. Ecce Pontifex doctor,

palam

palam facit è fontibus Græcæ Latinæque linguæ peritiam, ac disciplinam doctrinæ suæ, ut sapientiam ejus enarrent gentes, & laudem ejus enuntiet Ecclesia. Ecce Pontifex domui suæ benè præpositus, Nepotes sui hæreditas sancta. Ecce Pontifex in omnibus bonorum operum seipsum præbens exemplum irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de eo. En quantæ in uno Viro, in uno Principe, in uno Pontifice species virtutis emicant! Ipse Princeps Episcoporum, ipse hæres Apostolorum, ipse primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Hinc meritò in Cælis Sanctorum cœtus exultat, si in te uno tanta [& hac singularia] venerabilis monimenta virtutis & sanctitatis intuentur; nosque in terris misericordiarum Patri, ac Deo totius consolationis gratias agimus, cum hisce temporibus splendidissima nobis Sanctitatis vestræ lumina in lucem gentium, ac in Ecclesiæ tutelam effundere dignatus sit. Quæso igitur, Beatissime Pater, ut hæc sanctorum fasta augustissimum Sanctitatis Vestræ nomen in fronte ostentantia, benignè accipere patiaris; quæ [vaticinari jam licet] post consummatæ tuæ virtutis fastigium à Sancta Sede probata ac rediviva veneratione in sacris Dypticis te cooptabunt, quemadmodum in eisdem tot Cœlites annumerasti. Quòd si aliquando per Sanctitatem Vestram amplificatis Tabulis aliqua Cœlestium nomina proximis inaudita seculis tuas, fideliumque aures personuerint, audeo dicere: Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Clementis enim Primi beneficio olim Sanctorum lipsana perquisita fuere, ut Aris honorarentur, & memoriis ornarentur; ita beneficium Clementis Undecimi loquatur posteritas, ut quàmplures sanctorum memoriæ latentes in apertum producantur, & lumen adspiciant. Interim ad virtutum omnium exemplar, ad Catholicæ Religionis præsidium, ad totius Ecclesiæ incrementum, & ut sis Gloria omnibus Sanctis ejus, diuturnam tui in terris moram adprecamur. De reliquo oblationem hanc servitutis meæ obsecro, Beatissime Pater, ut benignè accipias, ut in omnibus protectionis tuæ muniatur auxilio, & ut mihi, qui omnium Sanctorum merita in unum tibi offero, ad tuos Sanctissimos pedes proiecto, desideratam tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessionibus largiaris.

Ex S. Bernard. ad Eugen. PP.

Ex homil. Clement. XI. in canonizat. SS.

SANCTITATIS VESTRÆ

Beneventi 19. Junii 1716.

Humillimus Seruulus, & Filius
Franciscus Maria Archiepiscopus Hydruntinus.

Foris, Venerabili Fratri Francisco Mariæ Archiepiscopo Hydruntino.

Intùs verò CLEMENS PP. XI.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ACcepimus perlibenter, quod Fraternitatis tuæ nomine cum tuis literis proximè oblatum Nobis fuit, Volumen tuarum in Martyrologium Disceptationum, ac ex ipsa molis amplitudine [neque enim adhuc Nobis licuit, nisi paucas eiusdem Libri paginas excurrere] quantum laboris, vigiliarum, & studii in eo Opere adornando posueris, abundè collegimus. Magnam profectò gratiam a Nobis inire solent, quicumque tradita sibi talenta non fodiunt in terram, nec abscondunt pecuniam Domini sui; sed in eis operantes, aliquid superlucrari conantur; hoc est ingenium, quo præditi sunt, vili otio tabescere nequaquam sinunt, sed illud honestissimis disciplinis impigrè excolentes, utili aliqua, ac doctorum hominum judicio probata lucubratione Rempublicam literariam augere contendunt. Multò verò ampliorem gratiæ, honorisque locum apud Nos illi sibi conciliant, qui præstantioribus adacti stimulis, animum adjiciunt ad illustrandam Ecclesiasticæ antiquitatis Historiam, & celebranda præclara gesta Sanctorum; ac eorum potissimùm, qui pro Testamento Dei sua corpora tradiderunt, & quorum sanguine fecundata crevit, stetitque Ecclesia: indè siquidem longè major, atque uberior in ipsam Ecclesiam, Catholicamque Religionem fructus derivatur, & Christifideles ad imitanda egregia, quæ iidem Sancti Nobis reliquerunt, innocentiæ, fortitudinis, charitatis, cæterarumque virtutum exempla, validiùs incitantur. Hinc porro luculenter intelliges, quantoperè Nobis gratum, acceptumque extiterit Volumen hoc tuum, quod cæteroqui inoffenso pede decurri posse non tam spectata pietas, atque prudentia, quàm singularis eruditio tua, satis superque Nobis pollicentur. Hac itaque freti spe, quod capisti consilium, sacro tuo munere planè dignum, impensosque diutinos in eo perficiendo labores, quibus novum Pastoralis tuæ vigilantiæ laudibus cumulum adjecisti, debita commendatione prosequimur, non defuturi opportunitatibus, quæ sese Nobis obtulerint, palàm declarandi, quanti virtutem tuam, propensamque ad sacra ejusmodi studia voluntatem æstimemus. Et Apostolicam benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesimaquinta Augusti MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

J.C. BATTELLUS.

GRE-

GREGORIUS
PAPA XIII.
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

EMendato iam Kalendario, curavimus [quod anteà quoque decreveramus] Romanum Martyrologium, nonnullis in locis librariorum typographorumque negligentia mendosum, per viros eruditos ad fidem historiæ, quæ rerum gestarum, personarum, locorum, temporum veritate continetur, adhibitis etiam codicibus vetustioribus atque emendatioribus, corrigi, correctumque, & multis in locis auctum, proposita etiam atque explicata Epactarum, Lunæque singulis diebus numerandæ ratione, edi, vetustissimoque Ecclesiæ more in Choro legendum proponi, ad Dei gloriam, ad Sanctorum ipsorum, quorum memoria celebratur, laudem: ad eorum qui legunt, quique audiunt, fructum. Habet enim Sanctorum innocentia, charitatis, fortitudinis, cæterarumque virtutum commemoratio stimulos quosdam acerrimos, quibus tum maximè incitamur, cùm illorum propositis exemplis, nostram desidiam agnoscimus; quàmque procul ab illorum laude, & perfectione absumus, cogitamus. Mandamus igitur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, sive secularibus, sive regularibus quibuscumque Præfectis, ut in peragendo divino in Choro officio, omni alio Martyrologio amoto, hoc tantùm nostro utantur, nulla re addita mutata, adempta. Si quos alios habuerint Sanctos in suis Ecclesiis, aut locis celebrari solitos, eos in hunc librum ne inferant, sed separatim descriptos habeant, eumque illis locum atque ordinem tribuant, qui regulis hìc descriptis traditur. Eadem etiam iis qui in Horis Ecclesiasticis privatim Martyrologio uti voluerint [quod quidem magnoperè cuperemus ut omnes facere vellent] mandamus; omnibusque aliorum Martyrologiorum omnium publicè privatimque in Ecclesiasticis Horis usu interdicimus: Typographis etiam prohibemus, ne in posterum hoc nostrum ulla in re minutum, auctum, mutatum edere audeant. Si quis aliter quàm hoc nostro Decreto comprehensum est, fecerit; noverit se in Dei omnipotentis, beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli indignationem incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xiv. Januarii M.D.LXXXIV. Pontificatus nostri anno duodecimo.

ANT. BUCCAPADULIUS.

Ope-

Operis, & Auctoris Commendatio.

FR. VINCENTIUS MARIA

Ordinis Prædicatorum, miseratione divina Episcopus Portuensis, S. R. E. Cardinalis Ursinus, S. Beneventanæ Ecclesiæ Archiepiscopus

SAPIENTIBUS CUNCTIS S.

POst celeberrimas ad Romanum Martyrologium laudatissimi Cardinalis *Baronii* Notationes, è nostris nunc Typis Archiepiscopalibus prodeunt *in idem Martyrologium Disceptationes Literales, Topographicę, & Chronologicæ, collectæ, atque exhibitæ ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino* Francisco Maria de Aste *ex Clericis Regularibus, Archiepiscopo Hydruntino, & Salentinorum Primate.* Has eximius Auctor, ab aliis licèt gravibus, doctis, & eloquentibus Viris quàm dignissimè probatas, Nobis, pervetusta jam Illi necessitudine devinctissimis, benignè etiam legendas obtulit: debileque judicium nostrum, publica priusquam Ipsas luce donaret, summa, qua pollet, humanitate requisivit. Egit siquidem Ille, pro modestia sua, quod sapientissimæ Christianæ humilitatis sensum decere intellexit. Efficiemus et Nos, pro expetiti æquitate judicii, quod maximis Illius in Ecclesiam Universam, & Rempublicam Literariam, meritis optimè, ac ter justè deberi cognoscimus. Legimus enim, & quidem diligenter; ac àvidè totum Opus pervolvimus, volupèque perlegimus: nihilque Nobis, quod non fidum tanti Antistitis ergà Catholicam Christi Ecclesiam cultum, ac reverentiam ostendat, occurrit: imò, quod majorem Sanctorum gloriam augeat, quod Ecclesiasticam Historiam illustret, quod omnigenam in hoc Pontifice Sacræ Scripturæ, SS. Patrum, & Conciliorum Doctrinam oleat, obstupuimus. Labores sanè meritissimi, qui, typis excusi, ad communem utilitatem, atque Illustrissimi Auctoris Nominis commendationem, publicentur, & Eruditorum omnium plausu, ac peculiaribus Auctori Ipsi gratiarum actionibus, excipiantur. His itaque fruimini, Lectores sapientes æquè, ac pii. Valete: & Sanctorum Nos Patrocinio commendate. Ex nostro Archiepiscopio hac die decima mensis Junii, Pervigilio Festi Solemnissimæ Theophoriæ Anno MDCCXVI.

AD LECTOREM

SAnctorum Historiam ad puram veritatem bona fide restituere ita difficile videtur, ut in re tam irretita, utrobique præcipitare judicium, approbatione saltem, vel alicuius reprobatione falsitatis, magnis difficultatum discriminibus penè obruamur: neque ex eo, quòd Ecclesia Martyrologium, Breviariumque Romanum in suum usum sibi vendicet, ab omnibus omninò maculis pura censenda esse videntur; quùm eorum Auctores humani semper aliquid patiantur. Et quò majoris auctoritatis in iis, quæ per sese ad cultum divinum attinent, minoris tandundem ponderis experimur in privatis factis, aut gestis, ex occasione in ipsa Historia, Sanctorumque vita relatis. Nullum namque dubium est, quin Martyrologia sæpenumerò, variata fuerint: (a) quùm illud, quod à Gregorio XIII. approbatum, literisque ejus Apostolicis obvallatum est, occasione posteà notationum Baronii (qui sugesserat nonnullos se in eo errores reperisse) aliqua ex parte commutatum, non variatis modò quibusdam, sed nonnullis etiam adjectis, atque detractis, ut utramque editionem antiquam, & novam conferenti, Gregorianam scilicet cum Xistina, liquidò costabit: quamquam hæc posterior non appelletur Xistina, licèt sub Xisto V. facta; visum est enim, quòd non tanta esset facta mutatio, relinqui Bullam, & nomen Gregorii XIII. jam autem usus ferè obtinuit, ut postrema illa editio sub Xisto V. facta, & Baronii notationibus illustrata, Baronii Martyrologium vocitetur. Verùm enimverò Gregorius ipse XIII. tantùm sanxit, nè quis Martyrologium in Choro legeret, re aliqua addita, mutata, & adempta, non tamen improbando, de ipso Martyrologio disserere, ut reverà quàmplures eximii Scriptores disservere: maximòpere si extra Martyrologii lectionem Disceptationes ipsæ, earumque resolutiones Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Eminentissimisque Censoribus subiiciantur, quemadmodum humiliter nos etiam ipsi subiicimus, cum S. Augustino fatentes: (b) *Ego enim Judices meos veros, & veritate severos Magistros intueor*; Aut cum S. Ambrosio: (c) *Unumquemque fallunt sua scripta, & Authorem prætereunt; atque ut filii etiam deformes delectant, sic etiam Scriptores indecores sermones sui palpant*. Non enim unius hominis est videre omnia, nedum examinare, unus in uno clariùs videt, alter in altero, alius in alio; sic in dies lux crescit, & eruditis, & multorum splendoribus illustrior Ecclesia redditur, & bona melioribus, dum multi intendunt oculos, permutant: *Si enim (d) unus universa dixisset, superfluus tam fuisset numerus cæterorum*. Hoc idem de Breviario. Concilia namque Trullanen. anno 692. Senonen. 1528. Colonien. 1583. ac Tridentinum suis respectivè temporibus decreto firmarunt, Breviaria, & Missalia quàm diligentissimè emendari, & à falsis narrationibus, ac historiis repurgari. Quæ omnia proculdubio argumento videntur, Ecclesiam inconcussæ, infallibilisque veritatis non judicare quæcumque Martyrologiis, ac Breviariis suis inserta leguntur, quùm multoties pro variis temporibus varia ex occasione mutaverit, correxeritque; & eandem ipsam Ecclesiam non sicut Evangelium legere consuevisse, vel legenda proposuisse quælibet Sanctorum Acta, sed potiùs ea cuncta Apostolica illa lance libranda reliquisse: (e) *Omnia probate: quod bonum est, tenete*.

(a) Halloix not. ad vit. S. Papiæ.

(b) Epist. 7. ad Marcellin.

(c) Epistol. 63. lib. 8. ad Sabinum.

(d) S. Joan. Chrysost. homil. 1. in Matthæum.

(e) Paul. 1. ad Thessal. 5.

PROLOGOMENA.

I. LUnæ quidem maculas sine ejusdem lunæ radiis præsidio intueri prohibemur; ita si quæ falsitatis tenebræ in Ecclesiastica Historia à Cardinali Baronio in lucem eminentissimè edita ab aliquibus inspiciantur, hæ non nisi lumine ab eodem Baronio Ecclesiasticæ historiæ eximio Parente præstito refulgent, juxta illud: *lux in tenebris lucet, & sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus*. Idcircò modesto, circumspectoque judicio de tanto, ac de cæteris historiæ sacræ præclaris scriptoribus pronuntiandum (a) nè in his quidem reiicienda sunt plurima, & tantum pauca arguere possumus, quamquam Historiam Ecclesiasticam revocare ad severiora judicia contendimus, ac si necesse in alteram peccare partem, omnia eorum probari legentibus, quàm multa reprobari malumus: neque enim existimandum, eorum doctissimis elucubrationibus fidem esse denegandam, quòd aliquot in iis errores irrepserint, cùm ob errores illos non fallentium, neque ob unum aut alterum peccatum, cujus semper probabilis est excusatio, tantorum virorum volumina improbanda esse videantur: si enim ita agendum esset, pretiosissimæ omnium ferè Ecclesiæ Doctorum lucubrationes contemnendæ, & proculcandæ, quùm vix eorum quemquam inveniamus, qui in aliquo, si non ad finem, saltem quoad rerum gestarum Historiam pertinente, non erraverit: nec ex hoc culpandus, si propriam sententiam, conquisitis undequaque argumentis, probare conatur: nam licèt anterioribus seculis videatur errasse, cùm tamen ejus ævo res historicæ, vel Criticæ densioribus quàm nunc tenebris obvolutæ erant, ipsas bona fide in omnibus ostendit.

(a) *Melch. Can. lib. 11. de loc. Theolog. c. 6. pro Hist. Eccles. Bedæ, & Gregorii Turonens.*

II. Qui primus omnium Sanctorum gesta in Martyrologii formam redegit, fuit Eusebius Cæsariensis, ut constanter apud omnes liquet.

III. Hoc Eusebii opus, quod ipse sivè Martyrum Syllogen, sivè Synagogen, sivè Epigraphem nuncupavit, Sanctus Hieronymus latinitate donavit. Quæ versio subinde omnibus Auctoribus, qui de hoc argumento scripsere, regulæ instar extitit.

IV. Varia exemplaria sub hoc nomine *Martyrologium Sancti Hieronymi* à scriptoribus reperta fuere; Aliud à Rosuveydo publicatum: Aliud à Bollando cusum: Aliud à Dacherio insculptum: Aliud à Blumanio evulgatum: Aliud ab Holstenio inscriptum: Aliud à Florentinio editum, & apud Martyrologos alia plura.

V. In his omnibus variæ lectiones inter se oppositæ tam Literales, quàm Topographicæ, & Chronologicæ inspiciuntur, quarum quælibet suum Patronum habet, qui propriam ut germanam tuetur, reiiciendo oppositam ut adulterinam; ex quo hæ Disceptationes in Actis Sanctorum in dies oriuntur, & orientur.

VI. Disceptationes has, quæ sparsim à scriptoribus in Sanctorum Historia, eorumque Actis agitantur, & circumferuntur, in unum colligere censuimus, & imprefentiarum exhibere, non animo arguendi aliquam ex his erroris, aut corrigendi, sivè emendandi, sed pro cordato Lectore, vel ut eas simul præ oculis habeat, & seligat quam maluerit, vel ut suo acutiori intellectu ad hujusmodi dubietates tollendas excitetur.

VII. Pro methodo, & operis Symmetria habetur: Primò Textus Romani Martyrologii unaquaque die alphabeticè signatus, ubi erit aliquid adnotandum: Et nè frustra multiplicetur signatio, quæ confusionem pareret, eadem Alphabetica signatio correspondet Margini, Corollario Scriptorum, & Notis ad ipsum Textum. Secundò in Margine ad ipsum Textum, Elenchus indicativus discriminis Chronologici tù Annorum, tum Dierum in Textu non indicato. Tertiò in calce ad Textum Catalogus Scriptorum, qui de Sancto occurrente memoriam agunt, præter eos in margine ad Textum, & in Notis productos. Quartò Notæ hinc inde, & Disceptationes, quæ occurrunt in Textu.

VIII. Confessionis titulus secundùm antiquos Patres spectabilis minùs erat, quàm Martyris. Iis antiquitùs tribueba-

ba-

batur, qui pro Fidei confessione aliqua passi fuere, sed in pace quievere. Dein latè, iis etiam, qui pro ipsa Fidei confessione nullum in corpore tormentum passi fuere. Dies vero Natalis, vel Natale aliquibus accommodatum, qui Martyres, vel strictissimè Confessores non fuerint. Et vox Depositionis posterioribus seculis iis ascita, qui extra persecutionis procellam quievere.

IX. Quàmvis nonnulla, quæ ab aliquo ex accitis Auctoribus feruntur, sint luxatæ veritatis, & suppofititia, non idcircò prælibatus Scriptor erit in omnibus reiiciendus. Advocatur namque vel pro iis, quæ jam leguntur in Textu, vel unà cum aliis Auctoribus idem asserentibus, vel pro expunctione ejusdem Auctoris, in quibus erit improbandus: quàmobrem ejus lectura sæpè sano Lectori exhibetur; & Eminentissimus Baronius, tum in Annalibus, tum in Notis ad Martyrologium Romanum ea lectura utitur, maximè, quòd non agitur de aliquo Dogmate ad Fidem spectante, sed de pura facti Historia.

X. Quæ hactenus in aliqua Sanctorum Historia videntur admissa, aut abolita, aliquando abolenda, vel admittenda non diffiduntur, cùm scilicet de eorum veritate inter omnes convenerit. Compertum quidem, quàmplura, quæ ante octingentos annos in Martyrologio, atque Breviario publicè lecta fuere, modò ab iisdem expuncta videntur, & alia quàmvis impræsentiarum valde molesta, nihilominùs legenda relinquuntur.

XJ. Præcipua Apographa, quibus Auctor se profecisse fatetur, & hoc opus coalescit, alia esse Cusa, alia Manuscripta. Cusa sunt: Epternacen. seu Antuerpien. aut Sancti Vvillibrordi in Actis sanctorum penès Bollandum, Henschenium, & Socios Societat. Jesu: Corbejen. in Spicilegio tom. 4. Apud Dufresnium, vel Dacherium: Lucen. in Martyrologio Occidentali apud Florentinium: Regio-Svecum in Animadversis ad Roman. Martyrologium apud Holstenium, & Viennen. seu Veisemburgen. S. Petri apud Blumanium. Manuscripta sunt: Ms. Beneventan. Eccles. Cathedralis, & aliud Ecclesiæ S. Sophiæ: Ms. Plefchianum Ecclesiæ S. Mariæ: Ms. Capuanum Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ: Ms. Neapolitanum Ecclesiæ S. Patriciæ, & Ms. Ecclesiæ Pulsanen. Quæ omnia in Schedis Antonii Caraccioli ex Clericis Regularibus penès eosdem Clericos Sanctorum Apostolorum Neapoli. Item Ms. Attrebaten. S. Mariæ: Ms. Tornacen. S. Martini: Ms. Lætien. S. Lamberti: Ms. Divionen. Ms. Romanum S. Cyriaci, & Ms. Roman. Bibliothecæ Barberinæ, in Act. Sanctor. apud Bolland. & Henschen. tom. 2. Martii præfixa. Ac pleraque alia probatæ fidei, & præclarissimorum Auctorum itidem Cusa, & Manuscripta, ut in Syllabo infra posito, ac ipsis notis, atque Exercitationibus adducta:

XIJ. In horum Codicum Lectione aliqua menda observantur, quæ passim grammaticæ leges negligunt, & passim urbium, ac locorum nomina declinant. Ast quia attentè inspicienti Appendices difficilè non erit ea secernere, nil de ipsorum fide, nec jota unum putavimus immutare. Alia menda, quæ ferè in ipso opere leguntur, Typographorum oscitantia occurrunt, maximè ævo currenti, quo quilibet Scriptor sub torculari in sui operis editione, tribulationem, & dolorem invenit. Et velle hæc menda corrigere, erit idem ac velle ipsam correctionem purgare, & correctionem correctioni addere. Unde cordatus Lector ea ad genuinam formam leget.

SYL-

SYLLABUS
TOPOGRAPHICUS
CODICUM MANUSCRIPTORUM

A

MS. Albergen. Monaſterii.
Ms. Anglicanum antiqu.
Ms. Antuerpien. S. Salvatoris.
Ms. Antuerpien. Societ. Jeſu.
Ms. Aquicinctinen. Monaſterii Sancti Martini.
Ms. Aquiſgranen. Baſilicæ S. Mariæ.
Ms Aquiſgranen. S Maximi.
Ms. Arabo-Ægyptiacum.
Ms. Attrebaten. S Mariæ.
Ms. Auguſtanum S. Uldarici.

B

MS. Bavaricum nomine Bedæ.
Mss. Belgicarum Eccleſiarum.
Ms. Beneventanum Baſilicæ Cathedral.
Ms. Beneventan. S. Petri.
Ms. Beneventan. Sanctæ Sophiæ.
Ms. Bituricen. S. Laurentii.
Ms. Brugen. S. Donatiani.
Ms Bruxellen. Carthuſianorum.
Ms Bruxellen. S. Gudilæ.
Ms. Burgen. Eccleſiæ.

C

MS. Calendar. Capuan.
Ms. Capuan. S Joan. Baptiſtę.
Ms Calendarium Lucenſe.
Ms. Caſſinen. Monaſterii.
Ms. Cellonen. S. Galli.
Ms Centullen. S. Richarii.
Ms Colonien. S. Maximini.
Ms. Collbonen. Abbatiæ.
Ms. Conſtantinopolitan.
Ms. Calendar. Copticum.

F

MS. Florentiæ Bibliothecæ Mediceę.
Ms. Florentiæ Monaſterii S. Crucis.
Ms. Florentiæ Bibliothecæ Strozzianæ.

G

MS. Gemmeticen. in Normandia.
Ms. San-Germanen.

H

MS. Hibernicum Monaſt. Dungalen.
Ms. Hibernicum S. Mariani.
Ms. Hibernicum Monaſterii Tamlacten.

L

MS. Lætien. S. Lamberti.
Ms. Leodien. S. Gudilæ.
Ms. Leodien. S. Lamberti.
Ms. Leodien. S. Laurentii.
Ms. Leodien. S. Maximi.
Ms. Leodien. S. Richarii.
Ms. Levitanum S. Sabini.
Ms. Lobien. S. Laurentii.
Ms. Lucen. Canonicor.
Ms. Lugdunen. S. Stephani.
Ms. Luxovien. Monaſterii.

M

MSs. Mediolanen. Bibliothecæ Ambroſianæ.
Ms. Meclinen.
Ms. Moſcoviticum Græcum.
Ms. Mechilinum Carmeli.

N

MSs. Neapolitana Cleric. Regul. SS. Apoſtolorum.
Ms. Neapolitanum Monaſterii S. Patriciæ.

P

MS. Pariſien. Collegii Claromontani.
Ms. Pariſien. Collegii Societatis Ieſu.
Ms. Pariſien. S. Germanen. de Pratis.
Ms. Pariſien. Labbei.
Ms. Pariſien. Mazarin.
Ms. Pictavien. S Laurentii.
Ms. Pleſchian. S Mariæ.
Ms. Piræneum S Savini.
Ms. Prugen. Eccleſiæ.
Ms. Pulſanen. Eccleſię.

R

MS Richemburgen. nomine Bedæ.
Ms. Richenaugien. prope Conſtantiam urbem Germaniæ.
Ms. Richenovicn. Augiæ Divitis prope Conſtantiam.
Ms. Rhinovien. S Mariæ ad Gradus.
Ms. Roman. Bibliothecæ Altempſianæ.
Ms. Romanum Bibliothecæ Barberinæ.
Ms. Romanum S. Cyriaci in Thermis Bibliothecæ Vallicellanæ.
Ms. Roman. S. Petri Vaticani.
Ms. Roman. Bibliothecæ Strozzianæ.

S

MS. Sabaudien. Monaſterii Conventualium.
Ms Sueco-Regium.
Ms. Suevo-Richenaugien. Monaſterii prope Conſtantiam in Suecia.

T

MS. Taurinen. Ducis Sabaudiæ.
Ms. Tornacen. S. Martini.
Ms. Treviren. S. Gudilæ.
Ms. Treviren. S. Martini.
Ms. Treviren. S. Maximi.
Ms. Treviren. S. Maximini.
Ms. Treviren. S. Paulini.
Ms. Trudonen.

V

MS. Monaſterii S. Uldarici.
Ms. Ultrajectinen. S. Mariæ.

Aliis quibuſdam percurſis.

SYLLABUS CODICUM CUSORUM.

A

ANthologium Grecorum Arcudi.
Anthologium Græcorum Carthusianorum.
Auctarium Colonien. ad Usuardum.
Auctarium Flori ad Bedam.
Auctarium Greveni ad Usuardum.
Auctarium ad Grevenum.
Auctarium Molani ad Usuardum.

B

BReviarium Mediolanen.
Breviarium Mozzarabicum.
Breviarium Roman.

H

HAgiologium Græcorum.
Hagiologium Lusitanum Cardosi.
Hagiologium Franco-Gallicum Labbei.
Hagiologium Lugdunen. Raynaudi.
Hagiologium Metricum Hebessinorum.
Horologium Græcorum.

K

KAlendarium Capuanum.
Kalendar. Carthaginensis Eccl.
Kalendar. Copticum Seldeni.
Kalendarium Genebrardi.
Kalendarium Ecclesiæ Neapolitanæ.
Kalendarium Moscoviticum.
Kalendarium Romanum Bucherii.
Kalendarium Romanum Fronti.

M

MArtyrologium Autuerpien.
Martyrologium Arabo-Ægyptiacum.
Martyrologium Bavaricum.
Martyrologium Bisontinum.
Martyrologium Bruxellen.
Martyrologium Claromontanum.
Martyrol. Colonien.
Martyrologium Cremonen.
Martyrologium Florentinum.
Martyrologium Gallicanum Saussay.
Martyrologium Gallo-Belgicum.
Martyrologium Germanicum Canisii.
Martyrologium Hispanum Tamay.
Martyrologium Hispanum Salazar.
Martyrologium Hibernicum.
Martyrolog. Monasterii Dungalen.
Martyrologium Lubecæ.
Martyrologium Luxovien.
Martyrologium Maroniticum.

M

Martyrologium Meten.
Martyrologium Romanum de Peregrin.
Martyrologium Parisien. Labbei.
Martyrologium Rhinovien.
Martyrologium Salisburien.
Martyrologium Viennen. Blumanii.
Martyrologium Ordinis S. Benedicti.
Martyrologium Ordinis S. Dominici.
Menologium Arabo-Ægyptiacum.
Menologium Græcorum Arcudi.
Menologium Græcorum.
Menologium Græcorum Basilii Imperat.
Menologium Græcorum Canisii.
Menologium Græcorum Cardin. Sirleti.
Menologium Scoticum.
Menæa Ambrosiana Mediolanen.
Menæa Chiffletiana.
Menæa Græcorum.
Menæa Græcorum Preir.
Missale Anglicanum Cœnobii Cemmeticen.
Missale Mozzarabicum.

S

SYnaxaria Ambrosiana Mediolanen.
Synaxarium Claromontanum Societ. Jesu.
Synaxaria Chiffletiana.
Synaxaria Græcorum.

Pleraque alia.

SYLLABUS MARTYROLOGORUM

ADo.
Antonius Caracciolus.
Arturus.
Baertius.
Baronius.
Beda.
Bellinus.
Bollandus.
Brautius.
Bucelinus.
Bucherius.
Cajetanus.
Canisius.
Chenu.
Chinius.
Cuspianus.
Dacherius.
Divio.
Dorganius.
Felicius.
Ferrarius.
Florentinius.
Florus.
Frodoardus.
Fronto.
Galesinius.
Genebrardus.
Hrabranus.
Jacobillus.
Janningus.
Labbeus.
Lotherius.
Maurolycus.
Menardus.
Metaphrastes.
Molanus.
Monachus.
Notkerus.
Papebrochius.
Petrus de Natal.
Rabanus.
Raynaudus.
Razzi.
Romæus.
Rosuveydus.
Ruinartus.
Surius.
Viola Sanctorum.
Vipera.
Vvandelbertus.
Vvio.
Vvitfordus.

Plerique alii.

SYL-

SYLLABUS DISCEPTATIONUM.

A

Agricola Martyr in Pannonia 3. Decemb. Discept. Topograph.

Alexander Miles, & Antonina Virgo in persecutione Maximiani 3. Maii. Discept. Chronologic.

Alexander miles Drizipare in Pannonia sub Maximiano 27. Martii. Discept. Topographo-Chronologica.

Amphianus Martyr in persecutione Galerii Maximiani 2. April. Discept. Chronologic.

Anastasius Sinaita Episcopus Antiochiæ 21. Aprilis. Discept. Chronologic.

Anatholo Episcopus, Barnabæ Apostoli Discipulus 5. Septembr. Disceptat. Literal.

Antonina Martyr in Paludem Urbis Ceæ demersa 1. Martii Disceptat. Topographic.

Antoninus Abbas apud Surrentum è Monasterio Cassinensi à Longobardis devastato 14. Februar. Discept. Topographo-Chronologic.

Antoninus Martyr Pamiæ in Gallia 2. Septembr. Discept. Topographic.

Antoninus, Zebina, & Soc. Cæsareæ in Palæstina sub Valerio Maximiano 13. Novemb. Discept. Topographo-Chronologic.

Apollonia virgo sub Decio 9. Februar. Disceptat. Chronologic.

Apollonius Presbyter, & alii quinque in persecutione Maximiani 10. Apr. Discept. Chronologic.

Aquilinus, & Socii Forosempron. 4. Februar. Discept. Topographic.

Argeus, Narcissus, & Marcellinus sub Licinio 2. Jan. Discept. Chronolog.

Assumptio Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ 15. August. Discept. Literal.

B

Babylas Episcop. in persecutione Decii 24. Januarii Discept. Chronologic.

Basilla apud Smyrnam 29. Augusti. Discept. Topographic.

Basilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius Romæ via Aurelia 12. Jun. Discept. Topographic.

Basilides, Tripos, & Soc. Romæ via Aurelia 10. Jun. Discept. Topograph.

Bartholomæi translatio Romam 25. Aug. Discept. Historic. Topographica.

Beniamin Diaconus Martyr sub Isdegerde 31. Mart. Discept. Chronolog.

Blasius Episc. Sebaste in Armenia 3. Februar. Discept. Topographic.

C

Cajus, & Alexander in persecutione Marci Antonini, & Lucii Veri 10. Martii. Discept. Chronologic.

Carpus Episc. Papylius, & Soc. in persecutione Marci Aurelii 13. April. Discept. Chronologic.

Castrensis Episc. Capuæ 11. Februarii. Discept. Topographic.

Catharina Virgo & Martyr sub Maximiano Imper. 25. Novemb. Discept. Chronologic.

Celsus, & Clemens Romæ 21. Novemb. Discept. Topographo-Literal.

Christina Tyri in Tuscia apud lacum Vulsin. 24. Jul. Discept. Topograph.

Claudius, Nicostratus, & Soc. Romæ via Lavicana 8. Novembr. Discept. Topographic.

Clemens Pap. in persecutione Trajani 23. Novembr. Discept. Chronolog.

Cointha Martyr sub Decio Imperat. 8. Februar. Discept. Chronologic.

Cosmas, & Damianus fratres Ægeæ 27. Septembr. Discept. Topographic.

Cyprianus Episc. in Africa 14. Septemb. Discept. Topographic.

Cyrilla sub Claudio Principe 28. Oct. Discept. Chronologic.

Cyrillus Episc. Gortinæ in Creta 9. Julii. Discept. Topographic.

D

Demetrius, Concessus, Hilarius, & Soc. Romæ 9. April. Discept. Topographic.

Democritus, Secundus, & Dionysius Synnade in Phrygia Pacatiana 31. Jul. Discept. Topographic.

Dionysius, Faustus, & Soc. 3. Octobr. Discept. Historic. Topographo-Chronologic.

Dionysius Episc. Areopagita Lutetiæ Parisior. 9. Octobr. Discept. Topographo-Chronologic.

Donatus Episc. in persecutione Juliani Apostatæ 7. Aug. Discep. Chronolog.

Dorotheus, & Gorgonius Nicomediæ 9. August. Discept. Chronolog.

E

Eleutherius Abbas Romæ 6. Septembris. Disceptat. Historico-Literalis.

Eleutherius Episc. Illyrici 18. April. Discept. Topograph.

Eleutherius Papa & Martyr 26. Maii. Discept. Historico-Chronologic.

Eliphius Martyr sub Juliano Apostata 16. Octob. Discept. Topographic.

Emmeramus Episc. Ratisponæ in Bavaria 27. Sept. Discept. Topographic.

Evasius Episc. Casalensis 1. Decembris. Discept. Topographica.

Eulalia Virgo & Martyr Emeritæ in Hispania 10. Decemb. Discept. Topographica.

Eusebius Episcop. Samosatensis 21. Jul. Discept. Historic. Chronologic.

Eusebius Episc. & Martyr Vercellis 1. August. Discept. Historico-Literal.

Eusebius Papa 26. Septemb. Disceptatio Historico-Literal.

Eustathius Episc. sub Constantio Imperat. Ariano 16. Jul. Discept. Chronologic.

Eutichianus Papa & Martyr sub Numeriano Imperat. 8. Decemb. Disceptatio Historico-Literal.

Eutropius Episcop. & Martyr à S. Clement. in Galliam directus 3. Aprilis. Discept. Chronologic.

Eutychius, Patricius, & Soc. ab Evelid Arabum Rege 14. Martii. Discept. Chronologic.

F

Felix, & Constantia Nuceriæ 11. Septembr. Disceptatio Topographo-Chronologic.

Felix, Julia, & Jocunda Nolæ 27. Julii. Discept. Topographic.

Felix Papa & Martyr sub Aureliano Principe 30. Maii Discept. Chronol.

Felix Secundus Papa & Martyr Con-

ſtantio Imperat. 29. Julii. Diſceptatio Hiſtorico-Chronologic.
Felix Tertius Papa, Gregorii Magni. Atavus 25. Febr. Diſcept. Chronologic.
Felix Presbyter, Fortunatus, & Achilleus Valentiæ in Gallia 23. April. Diſcept. Topographic.
Flavianus Epiſc. Conſtantinopoli 18. Februar. Diſcept. Chronolog.
Fortunata virgo, & Martyr in perſecutione Diocletiani 14. Octobris. Diſcept. Chronologic.
Fuſca virgo, & Maura, Decio Imperante. 13. Febr. Diſcept. Chronologic.

G

Gaudioſus Epiſcop. apud Salernum 25. Octobr. Diſcept. Topographic.
Gregorii Magni Papæ Ordinatio ad Pontificat. 3. Septembr. Diſcept. Chronologic.

H

Hadrianus Martyr in perſecutione Diocletiani 5. Martii. Diſcept. Chronologic.
Hermylus, & Stratonicus ſub Licinio 5. Martii Diſcept. Chronologic.
Hyacinthus, Quinctus, Felicianus, & Lucius in Lucania 29. Octobris. Diſcept. Topographic.
Hyginus Pap. & Martyr ſub Antonino 11. Januar. Diſcept. Chronologic.

I

Iacobus frater Domini 1. Maii. Diſceptatio Hiſtorico-Chronologica.
Ignatius Epiſc. Martyr ſub Trajano 1. Februar. Diſcept. Chronolog.
Innocentius, & Sebaſtia Martyres Sirmii 4. Iulii. Diſceptat. Topographo-Literal.
Joannes in olei ferventis dolium miſſus die 6. Maii. Diſcept. Hiſtorico-Lit.
Ioannes Abbas ſub Leone Iſaurico 27. April. Diſcept. Chronologica.
Joannis Baptiſtæ decollatio 29. Auguſti. Diſcept. Chronologic.
Joannes Presbyter in Monaſterio Rhemenſi 28. Ian. Diſcept. Topographic.
Joannes Presbyter Romæ juxta Martyrum Concilia 23. Junii. Diſcept. Hiſtorico-Literal.
Iovinus, & Baſileus ſub Valeriano, & Gallieno. 2. Mai. Diſcep. Chronolog.
Irenes Virgo Martyr juſſu Dulcetii Præſidis 5. Aprilis. Diſcept. Chronolog.
Irenæus, Antonius, & Soc. Romæ 15. Decemb. Diſcept. Topographic.
Iſidorus Epiſc. Antiochiæ 2. Januar. Diſcept. Topographic.
Iſidorus Martyr in Inſula Chio 15. Maii Diſcept. Hiſtorico-Topographic.
Julianæ Virginis Maximiano Imperat. translatio Cumis in Campaniam 16. Feb. Diſc. Topographo-Chronolog.
Julianus Martyr Anazarbi in Cilicia 16. Martii. Diſcept. Topographic.
Julianus Martyr Lugduni 13. Februarii. Diſcept. Topographic.
Iulianus Martyr Soræ in perſecutione Antonini 22. Ianuar. Diſcept. Topographo-Chronologic.
Iulius Martyr Geldubæ 20. Decembris. Diſcept. Topographic.
Iuſtinus Philoſophus in perſecutione Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi 13. April. Diſcept. Chronolog.

L

Laurentius Archidiaconus in perſecutione Aureliani 10. Auguſti. Diſcept. Chronologica.
Lazarus Epiſc. in Maſſilia 17. Decembr. Diſcept. Topographica.
Lectores, & Infantuli in Africa 13. Julii. Diſcept. Hiſtorico-Literal.
Liberatus, & Bajulus Romæ 20. Decemb. Diſcept. Topographic.
Livinus Epiſcopus, & Martyr in Portu Candenſi 12. Novembris Diſcept. Topographic.
Longinus Miles, qui latus Domini perforavit 15. Martii. Diſceptat. Hiſtoric. Literal.
Lucas Evangeliſta, cujus Oſſa Patavium delata 18. Octob. Diſceptatio Hiſtorico-Topographo-Literal.
Lucianus Martyr in perſecutione Galerii Maximiani 7. Ianuar. Diſceptat. Chronologic.
Lucius Papa & Martyr 4. Martii. Diſcept. Hiſtorico-Chronologic.
Lucius, Silvanus, & Soc. in Africa 18. Februar. Diſcept. Topographic.

M

Macarius Confeſſ. ſub Hadriano Imperat. Aureliano Judice 1. Apr. Diſcept Chronol.
Macarius, Rufinus, & Soc. Romæ 24. Febr Diſcept Topographic.
Macra Virgo in perſecutione Diocletiani, Præſide Rictiovaro 6. Jan. Diſcept. Chronologic.
Marcellus, Caſtus, & Soc. Capuæ. 6. Octob. Diſcept. Topographic.
Marcellus Pap. ſub Maxentio Tyranno 16. Ian. Diſcept. Chronologic.
Marcellus Papa, & Martyr ſub Maximiano 26. Apr. Diſcept. Chronolog.
Marcianus Epiſc. ſub Trajano 6. Martii Diſcept. Chronologic.
Marcus Papa Romæ via Ardeatina 7. Octob. Diſcept Topographic.
Maria Magdalena Maſſiliæ, de qua Dominus ſeptem dæmonia ejecit 22. Iulii Diſcept. Topographic.
Maria Salome Ieroſolymis 22. Octobr. Diſcept. Chronologico-Literal.
Marius, Martha, & Soc. temporibus Claudii Principis 19. Ianuar. Diſcept. Hiſtorico-Chronologic.
Marinus Miles, & Aſterius in perſecutione Valeriani 3. Martii Diſceptatio Chronologic.
Maro, Eutyches, & Victorin. Valeriano Iudice 15. Aprilis. Diſceptatio Chronologic.
Martha virgo Taraſci in Gallia Narbonenſi 29. Iulii. Diſceptat. Hiſtorico-Topographic.
Martina virgo ſub Alexandro Imperat. 1. Ianuar. Diſcept. Chronologic.
Martyres plurimi anno ſequenti, quo celebrabatur Paſſionis Dominicæ memoria 22. Aprilis. Diſcept. Chronologic.
Mavilus Martyr in perſecutione Severi à Scapula Præſide 4. Ianuarii Diſcept. Chronologic.
Maximus Presbyter in perſecutione Valeriani 19. Novembr. Diſcept. Chronologic. Literal.
Mercurius in perſecutione Decii 25. Novembr Diſcept. Chronologica.
Methodius Epiſcopus Olympi Lyciæ 18. Septemb. Diſcept. Topographic.
Moyſes Presbyter martyr Romæ ſub Decio 25. Nov. Diſcept. Chronol.

N

Nabor, & Felix Mediolani 12. Julii. Diſceptatio Hiſtorico-Literal.
Nativitas Jeſu Chriſti Olympiade centeſima nonageſima quarta 25. Decemb. Diſcept. Chronologica.
Nereus, & Achilleus Romæ via Ardeatina 12. Maii. Diſcept. Topograph.
Nicander, & Marcianus martyres ſub Maximiano 17. Junii. Diſcept. Chronologica.
Nicæa Epiſcop. Civitat. Romatianæ 22. Junii. Diſcept. Topographic.
Nicon, & alii nonaginta novem Cæſareæ in Palæſtina 23. Martii. Diſcept. Topographica.

Pa-

DISCEPTATIONUM

SYL-

SYLLABUS
LOCORUM DESCRIPTORUM

Han-

LOCORUM DESCRIPTORUM

Tar-

SYLLABUS

T

TArracina 22. Martii lit. (b)
Tarsiana 21 Septemb. lit. (a)
Tarsus 28. Martii lit. (b)
Taruanna 9. Septembris lit. (c)
Taurinum 20. Novembris lit. (b)
Tauromenium 3. Aprilis lit. (a)
Tenedus 15. Iulii lit. (e)
Terdona 6. Martii lit. (b)
Tergestum 2. Novembris lit. (c)
Thagura 5. Decembr. lit. (c)
Thaecua 31. Martii lit. (a)
Theopolis 6. Novembris lit. (b)
Thessalonica 30. Martii lit. (a)
Thynissa 6. Novembris lit. (a)
Thmuis 4. Februarii lit. (d)
Thora 9. Iulii lit. (a)
Thracia 29. Septembris lit. (b)
Tibur 18. Iulii lit. (a)
Tibinum 12 April. lit. (e)
Tingis 30. Octobris lit. (b)
Toletum 5. Septembris lit (h)
Tolosa 28. Septembr. lit. (g)
Tomis in Ponto 27. Augusti lit. (e)

T

Tomis in Scythia 5. Iulii lit. (f)
Tornacum 1. Octobris lit. (e)
Trajectum 13 Maii lit. (e)
Transaquae 31. Augusti lit. (d)
Treviri 6. Iulii lit. (g)
Tridentum 26. Iunii lit. (b)
Troas 13 Octobris lit. (a)
Tuburbus 7. Martii lit. (b)
Tudertum 1. Septembris lit. (g)
Tullum 15. Septembris lit. (i)
Turiaso 12. Novembr. lit. (h)
Turones 2. Iulii lit. (g)
Turres Sardiniae 30. Maii lit. (b)
Tuscia 21 Decembr. lit. (b)
Tyle 27. Octobris lit. (c)
Tyrus 5. Iunii lit. (d)

V

VAlentia 23. Aprilis lit. (b)
Valeria Provincia 23. Ianuarii lit. (i) & 14. Martii lit. (d)

V

Vapingum 12. Aprilis lit. (f)
Varadinum 27. Iunii lit. (f)
Varennes 11. Maii lit. (f)
Ucetię 11. Octobris lit. (a)
Venafrum 17. Iunii lit. (c)
Veneriæ 17. Iulii lit. (l)
Venusia 24. Octobris lit. (a)
Vercelli 1. Augusti lit. (h)
Verolamium 22. Iunii lit. (c)
Verona 19. Iulii lit (f)
Vesontio 16. Iunii lit. (a)
Via Aurelia 10. Iunii lit. (c)
Vienna in Gallia 8. August lit. (g)
Vilcassinum 4. Novembris lit. (e)
Vindocinum 9. Maii lit. (e)
Viterbium 3. Novembris lit. (d)
Ulyssipo 1. Octobr. lit. (d)
Uria 11. Aprilis lit (g)
Utica 23. Augusti lit. (K)
Vvintonia 1. Augusti lit. (h)

Plerisque aliis descriptis.

TRA-

TRACTATIO,
SEU
EXPLICATIO EORUM,
QUÆ
IN MARTYROLOGIO
ROMANO
AD PRONUNTIATIONEM LUNÆ PERTINENT:

IN hoc Martyrologio literæ, quæ ordinatim supra Sanctorum historias sunt dispositæ, indicant singulis diebus totius anni, quota Luna sit pronuntianda, suntque numero 30. quot nimirum sunt Epactæ, ex quibus cyclus Epactarum compositus est: quarum hæc est significatio: Littera a, significat Epactam *i*; b, Epactam *ii*; c, Epactam *iii*; d, Epactam iv. & sic deinceps aliæ literæ alias Epactas significant; ut in apposita tabella perspicuum est, in qua singulis Epactarum numeris singulæ quoque literæ respondent, modò majusculæ, & modò minusculæ.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t
i	ij	iij	iv	v	vj	vij	viij	ix	x	xj	xij	xiij	xiv	xv	xvj	xvij	xvii

u	A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
xix	xx	xxj	xxij	xxiij	xxiv	xxv	25	xxvj	xxvij	xxviij	xxix	*

Ultima tamen Epacta non est signata numero arithmetico, sed hac nota *, cui respondet litera P, majuscula. Substituuntur autem hujusmodi triginta literæ in locum 30 numerorum Epactarum, secundùm antiquam Ecclesiæ consuetudinem, quæ loco Aureorum numerorum literas ponebat, ne fortè in Luna pronuntianda fiat error, & confusio inter numeros cycli Epactarum, & numeros designantes quot dies habeat Luna. Cæterùm quamvis Martyrologium sit constructum ex triginta literis significantibus triginta numeros cycli Epactarum; ad inveniendum tamen Lunæ conjunctionem, & dies Lunares, non utimur omnibus triginta, sed tantùm decem, & novem adhibemus, quot nimirum sunt Aurei numeri, per quos hujusmodi triginta literæ, & Epactę æquantur, progrediunturque: & in quorum locum, & ad ostendendum quota sit Luna, novendecim Epactæ succedunt, quemadmodum in proposita

Tabella literarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, & Epactis ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis priùs decem diebus usque ad finem anni 1699.

Aur. num.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Epactæ.	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiv	v
Lit. Mart.	G	g	t	N	k	B	b	n	E	c
Aur. num.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	
Epactæ.	xvj	xxvij	viij	xix	j	xij	xxiij	iv	xv	
Lit. Mart.	r	H	h	u	a	m	D	d	q	

tabella apparet, in qua decem, & novem Aureis numeris respondent totidem Epactæ, & literæ, quæ ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis priùs decem diebus) usque ad annum 1699. inclusivè, pro quo tempore tabella hæc composita est, assumendæ sunt, donec ad aliud tempus perveniatur, in quo alia tabella accipienda erit, in qua eisdem decem, & novem Aureis numeris aliæ Epactæ, & literæ respondebunt. Diversis enim modis invicem disponuntur, & conjunguntur Aurei numeri cum Epactis, & literis Martyrologii, prout Solaris, & Lunaris anni magnitudo exposcit, ut in libro novæ rationis restituendi Kalendarii Romani explicatur; atque exemplum habes in sequentibus duabus tabellis, quarum prioris usus incipit ab anno 1700. inclusivè, duratque usque ad finem anni 1899 Posterior autem usum habet ab anno 1900 inclusivè, usque ad finem anni 2199. Reliquæ verò literæ, quæ in margine exteriore Martyrologii rectà descendunt, sunt literæ Dominicales, quibus hebdomadæ, dies Dominicæ, atque hebdomadarum feriæ denotantur, Numeri item, qui prope literas Dominicales antiquis numerorum notis sunt descripti, spectant ad cyclum Epactarum, è regione quorum semper invenies singulis diebus totius anni Lunæ conjunctionem, seu Lunam primam sub litera ipsius Epactæ significativa. In margine denique interiore dies mensium vulgaribus numerorum notis sunt expressi.

Tabella literarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, & Epactis ab anno 1700. inclusivè, usque ad finem anni 1899.

Aur. num.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ.	ix	xx	j	xij	xxiij	iv	xv	xxvj	vij	xviij
Lit. Mart..	j	A	a	m	D	d	q	G	g	t
Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	
Epactæ.	*	xj	xxij	iij	xiv	xxv	vj	xvij	xxviij	
Lit. Mart.	P	l	C	c	p	F	f	ſ	M	

Ta-

Tabella literarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, & Epactis ab anno 1900. usque ad finem anni 2199.

Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Epactæ.	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiv	v	xvj	xxvij	viij
Lit. Mart.	N	k	B	b	n	E	e	r	H	h
Aur. num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Epactæ.	xix	*	xj	xxij	iij	xiv	25	vj	xvij	
Lit. Mart.	u	P	l	C	c	p	F	f	ſ	

Ad pronuntiandum itaque quota ſit Luna, ſumendus eſt primùm Aureus numerus anni currentis in ſuperiori ordine proximæ tabellæ, vel Epacta currens in medio ordine tabellæ; deinde litera, quæ in tertio, & inferiori ordine ejuſdem tabellæ illi Aureo numero vel Epactæ reſpondet. Hæc enim litera per numerum, qui in Martyrologio ſub ea reperitur, oſtendet quota Luna ſit pronuntianda ſingulis diebus totius anni currentis.

Exemplum: Anno correctionis 1582. Aureus numerus currens eſt 6. & Epacta xxvj. ſub quo Aureo numero vel Epacta in ſupraſcripta tabella invenies literam G, majuſculam. Hæc ergo ab Idibus Octobris, detractis priùs decem diebus, indicabit quot dierum ſit pronuntianda Luna in Martyrologio Romano ſingulis diebus uſque ad ultimam diem Decembris prædicti anni correctionis 1582. Item anno 1583 jam emendato, tam Aureus numerus, quàm Epacta erit vij. ſub quo Aureo numero vel Epacta, in eadem tabella reperitur litera g, minuſcula, quæ toto eo anno oſtendet in prædicto Martyrologio, quota ſit Luna pronuntianda. Ita vides Lunam primo die Januarii pronuntiandam eſſe octavam, ſecundo die nonam, tertio decimam, &c. Lunam autem eſſe primam nono Kal. Februarii, hoc eſt, die 24. Januarii, & ita de cæteris.

Quemadmodum autem ſingulis annis mutatur Aureus numerus, & Epacta in Kalendis Januarii, ita etiam cum Aureo numero, & Epacta mutatur litera Martyrologii. Ut quemadmodum anno 1587. Aureus numerus eſt 11. & Epacta xxj. anno verò 1588. in Kalendis Januarii Aureus numerus eſt 12. & Epacta ij. ita quoque anno 1587. litera Martyrologii eſt *B*, majuſcula, reſpondens Aureo numero 11. & Epactæ xxj. Anno verò 1588. in Kalendis Januarii aſſumenda eſt litera Martyrologii b, minuſcula, reſpondens Aureo numero 12. & Epactæ ij. adeo ut ultima die Decembris anni 1587. pronuntietur Luna ſecunda ſub litera *B*, majuſcula; in Kalendis verò Januarii ſequentis anni 1588. dicatur Luna tertia ſub litera b, minuſcula.

Notandum autem eſt, in anno quo currit Aureus numerus 1. Lunam in Kalendis Januarii ſemper pronuntiandam eſſe una die minorem, quàm in Martyrologio adnotatur; & ſic deinceps in aliis diebus, uſque ad finem illius Lunationis tantùm. Exemplum: Anno Domini 1595. tam Aureus numerus quàm Epacta erit xix. litera verò Martyrologii eo anno currens erit u, minuſcula, ſub qua pronuntiabis pridie Kalendas Januarii, ſive ultima die Decembris, Lunam trigeſimam: poſtridie verò in Kalendis Januarii anni 1596. in quo curret tam Aureus numerus quàm Epacta j, pronuntiabis Lunam primam ſub litera a, minuſcula; quamvis ſub ea invenias annotatam Lunam ſecundam: & ita proſequeris quotidie pronuntiando Lunam una die minorem, quouſque pervenias ad finem illius Lunationis, hoc eſt, uſque ad quartum Kalend. Februarii: à quo die excluſivè uſque ad finem illius anni pronuntiabis Lunam, uti ſub eadem litera annotatum invenies. Itidem in futurum faciendum erit, quotieſcumque dicto Aureo numero 1. eadem vel aliqua alia litera reſpondebit, excepta tamen litera P, majuſcula, ſub qua ſemper Luna pronuntianda eſt, ut numerus indicat: quemadmodum & in aliis annis fieri ſolet, in quibus non currit Aureus numerus 1. ſed alii Aurei numeri: in his enim Luna pronuntianda eſt, ut indicat numerus ſub litera deſcriptus.

Ut autem intelligas unde præcedentes tres tabellæ depromptæ ſint, & qua arte aliæ conſtrui poſſint, addidimus ſequentem tabellam literarum Martyrologii reſpondentium Cyclo Epactarum perpetuam, unà cum tabula æquationis Cycli Epactarum, ex qua cujuſque anni Epacta, & litera Martyrologii reſpondens perpetuò invenietur hoc modo:

Tabella literarum Martyrologii reſpondentium Cyclo Epactarum perpetua.

P *	l xj	C xxij	c iij	p xiv	F xxv	*F* 25	f vj	ſ xvij	M xxviij	j ix
A xx	a i	m xij	D xxiij		d iv	q xv	G xxvj	g vij	t xviij	N xxix
k x	B xxj	b ij	n xiij		E xxiv	e v	r xvj	H xxvij	h viij	u xix

Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.

	Anno Domini.		Anno Domini.		Anno Domini.
N	1	A	2200	q	3600.Biſſ.
p	320.Biſſ.	u	2300	p	3700
p	500.Biſſ.	A	2400.Biſſ.	n	3800
a	800.Biſſ.	u	2500	n	3900
b	3100.Biſſ.	t	2600	n	4000.Biſſ.
c	1400.Biſſ.	t	2700	m	4100
	Detractis x.dieb.	t	2800.Biſſ.	l	4200
D	1582	ſ	2900	l	4300
D	1600.Biſſ.	ſ	3000	l	4400. Biſſ.
C	1700	r	3100	k	4500
C	1800	r	3200.Biſſ.	k	4600
B	1900	r	3300	i	4700
B	2000.Biſſ.	q	3400	i	4800.Biſſ.
B	2100	p	3500	i	4900

Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, vel, ſi is in tabula non invenitur, annus proximè minor, noteturque litera alphabeti, ſive majuſcula ſive minuſcula ad ſiniſtram ipſius collocata: inveſtigetur quoque Aureus numerus propoſiti anni. Deinde in tabella literarum Martyrologii perpetua ſimilis litera notetur: & cellulæ, quæ ab illa litera incluſivè tertia eſt verſus ſiniſtram, Aureus numerus 1 tribuatur, & ſequenti cellulæ ad dexteram ſubſequens Aureus numerus 2. & ita deinceps, donec ad Aureum numerum propoſiti anni perveniatur, redeundo ad principium tabellæ, quando eam percurreris; computatis quoque duabus literis, F, *F*, quarum una rotundo, altera currenti deſignatur charactere, & ſub quibus Epacta xxv. hujus generis numeri, & 25. hujus notę collocatur, pro una cellula. His enim ritè peractis, ſtatim in cellula, in quam propoſiti anni Aureus numerus cadit, Epacta, & litera Martyrologii illius anni reperietur. Unum tamen diligenter obſervandum eſt, nimirum, ut quando Aureus numerus anni propoſiti major fuerit quàm 11. nempè unus ex poſterioribus octo Aureis num. 12. uſque ad 19. cecideritque in cellulam literarum F, *F*, majuſcularum, quarum prior rotundi, poſterior currentis advertitur characteris, ſumatur Epacta 25. hujus notæ, &

re-

respondens litera *F*, majuscula cursiva; Epacta verò xxv antiquæ notæ, & litera F, majuscula rotunda, si in eamdẽ cellulam aliquis ex prioribus undecim Aureis num. ab 1. usq; ad 11. qui omnes minores sunt quàm 12. ceciderit.

Exemplorum appositione res planior fiet. Anno Domini 1582. qui est annus correctionis, respondet in tabula æquationis litera *D*, majuscula, estque Aureus numerus *6*. Si igitur in tabella literarum Martyrologii perpetua tribuas cellulæ literæ a, minusculæ, quæ tertia est à cellula literæ *D*, majusculæ, Aureum num. 1. & sequenti cellulæ ad dexteram Aureum num. 2. & ita deinceps, cadet Aur. num. *6*. anni *1582*. in cellulam Epactæ xxvj. & literæ *G*, majusculæ: Epacta igitur xxvj. in Kalendario Novilunia eo anno, & litera *G*, majuscula in Martyrologio ætatem Lunæ indicabit. Item anno *1911*. respondet in tabula æquationis prope annum proximè minorem *1900*. litera *B*, majuscula, estque Aur. num. 12. Quare si in tabella literarum Martyrologii pèrpetua Aur. num. 1. tribuatur cellulæ literæ *N*, majusculæ, quæ tertia est à cellula literę *B*, majusculę, & Aur. num. 2. sequenti cellulæ ad dexteram, & ita deinceps, cadet Aur. num. 12. anni *1911*. in primam cellulam tabellæ, cùm Aur. num. 11. cadet in ultimam, ac proinde ad principium tabellæ redeundum sit. Erit ergo tunc Epacta *, & litera Martyrologii *P*, majuscula. Rursus anno *1715*. in tabula ęquationis respondet litera majuscula *C*, estque Aureus num. *6*. Tribuendo ergo Aur. num. 1. cellulæ literę *P*, majusculæ, quæ tertia est à cellula literæ *C*, majusculæ in tabella literarum Martyrologii perpetua, & Aur. num. 2. sequenti cellulæ ad dexteram, & sic deinceps, cadet Aur. num. *6* anni propositi *1715*. in sextam cellulam. Quare cùm Aur. num. 6. minor sit, quàm 12. erit tunc Epacta hujus generis numeri xxv. & litera Martyrologii F, majuscula rotunda. Præterea an. *1916*. respondet in tabula æquationis litera *B*, majuscula, estque Aur. num 17. Quocirca si Aur. num. 1. detur cellulæ literæ *N*, majusculę, quę tertia est à cellula literæ *B*, majusculæ in tabella perpetua literarum Martyrologii, & Aur. num. 2. cellulæ sequenti ad dexteram, & ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ cum Aur. num. 12 cadet Aur. num. *17*. anni *1916*. in sextam cellulam. Cùm ergo Aur. num. *17*. major sit quàm 11. erit eo anno Epacta 25. hujus notæ, & litera Martyrologii *F*, majuscula hujus formę. Postremò anno 4218. respondet in tabula æquationis litera l, estque Aur. num. 1. Quamobrem si tribuamus Aur. num. 1. cellulæ literæ u, in tabella perpetua literarum Martyrologii, quæ tertia est à cellula literæ l, versus sinistram invenietur Epacta anni 4218 propositi xix. & litera Martyrologii u: atque eodem modo Epact. & literam Martyrolog. cujuslibet anni invenies in perpetuum, si tabula æquationis extendatur usque ad annum propositum.

Id autem quod dictum est, currente Epacta xxv. cum Aur. num. majore quàm 11. accipiendam esse Epactam 25. hoc numeri genere expressam, & literam *F*, majusculam hujus formæ, ita intelligendum est, ut tunc ad pronuntiandam Lunam in diebus mensium accipiatur litera *F*, majuscula ejusmet formę prope literam F, majusculam rotundæ notæ, non autem illa, quæ inter literas e, & g, minusculas collocata est. Atque hoc diligenter memoriæ mandetur.

Constructionem tam tabellæ literarum Martyrologii perpetuæ, quàm tabulæ æquationis, quia breviter explicari nequit, & literæ Alphabeti, quæ etiam sunt literæ Martyrologii, desumuntur ex tabula Cycli Epactarum expansa, dedita opera in librum novæ rationis restituendi Kalendarii Romani reiicimus, ubi tabula illa expansa Epactarum continetur.

Ex his facilè quis tabellam componere poterit similem tribus superioribus, si velit, in qua nimirum contineantur Aurei numer. Epactæ, & literæ Martyrologii certis quibusdam annis inservientes. Ut quoniam usus tertiæ tabellæ extenditur usque ad annum 2200. exclusivè, si quis aliam condere velit, cujus usus incipiat ab anno 2200. quærenda erit Epacta, & litera Martyrologii (ut jam docuimus) anni 2200. Nam si omnes Aur. num. disponantur ordine, initio facto ab Aureo num. anni 2200. qui est 16. & sub Aureo num. dicti anni collocetur Epacta ejusdem anni, & litera Martyrologii inventa, nempe xiij. & n, minuscula; deinde reliquę Epactę ordine sub aliis Aureis num. progrediantur per continuam additionem numeri 11. ad præcedentem Epactam, ita tamen, ut Epactæ sub Aureo num. 19. addantur 12. non autem 11. denique si Epactis respondentes literæ Martyrologii supponantur, prout in prima tabella hujus canonis, vel certè in tabella perpetua literarum Martyrologii sunt descriptæ, composita erit tabella Aureorum num. Epactarum, & literarum Martyrologii, cujus usus incipiet ab anno 2200. durabitque usque ad finem anni 2299. quandoquidem anno 2300. alia tabella condenda est, cùm illi anno in tabula æquationis alia litera respondeat, nempe u. Exempli gratia: Anno dicto 2200. respondet in tabula æquationis litera *A*, majuscula, estque Aureus num. *16*. Si igitur tribuatur Aureus num. 1. cellulæ literæ *M*, majusculæ, quæ tertia est à cellula literæ *A*, majusculæ in tabella literarum Martyrologii perpetua, & Aur. num. 2. sequenti cellulæ ad dexteram, &c. cadet Aureus num. *16*. propositi anni in cellulam Epactæ xiij, & literæ n, minusculæ, à quibus tabella initium sumet, progredieturque hoc modo:

Tabella literarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, & Epactis ab anno 2200. inclusivè, usque ad finem anni 2299.

Aur. num.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6
Epactæ.	xiij	xxiv	v.	xvj	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii
Lit. Mart.	n	E	e	r	M	i	A	a	m	D
Aur. num.	7	8	9	10	11	12		13	14	15
Epactæ.	iv	xv	xxvi	vii	xviii	xxix		x	xxi	ii
Lit. Mart.	b	q	G	g	t	N		k	B	b

Cæterùm quotiescumque post aliquam tabellam literarum Martyrologio respondentium Aureis numeris, & Epactis alia subsequens assumitur, prout literæ in tabula æquationis indicabunt, pronuntiabitur Luna in Kalendis Januarii eadem quæ ultimo die Decembris præteriti. Quoniam enim tunc Aureis numeris respondent Epactæ una unitate minores quàm in præcedenti tabella, fit, ut Novilunia in Kalendario contingant uno die tardiùs quàm antè. Quare mirum non est, quòd in Kalendis Januarii eadem Luna pronuntietur, quæ ultimo die Decembris præteriti, ut fiat quasi status Lunę, quia hac ratione postponentur omnia Novilunia in Kalendario uno die, ut æquatio Lunę exigit. Exemplum: Anno 1699. in quo usum habet adhuc prima tabella literarum Martyrologii, est aureus num. 9. ac propterea Epacta xxix. & litera Martyrologii *N*, majuscula, sub qua ultimo die Decembris invenietur Luna esse decima. Deinde anno sequenti 1700. assumitur sequens tabella, estque Aureus num 10. ac propterea Epacta ix. & litera Martyrologii i, sub qua in Kalendis Januarii reperietur Luna iterùm esse decima, quemadmodum ultimo die Decembris inventa fuit: quia tunc propter æquationem Lunæ fit Novilunium die 22. Januarii, ubi ponitur Epacta ix. cùm alioquin fieri debuisset, si æquatio Lunæ non fuisset facta, die 21. Januarii, ubi ponitur Epacta x quæ sequi debuisset Epactam *xxix*. præcedentis anni 1699. cùm additis 11. ad 29. fiant 40. à quibus si reiiciantur 30. remanent x. pro Epacta sequentis anni 1700 quæ tamen propter Lunæ æquationem relinquitur, & assumitur Epacta ix. una unitare minor. Rursus anno 1899. in quo usum adhuc habet secunda tabella literarum Martyrologii, est Aureus numerus 19. ac propterea Epacta xviij. & litera Martyrologii t, sub qua ultimo die Decembris reperietur Luna esse vigesimanona. Deinde anno sequenti 1900. assumitur sequens tabella, estque Aureus numerus 1. ac proinde Epacta xxix. & litera Martyrologii *N*, majuscula, sub qua in Kalendis Januarii invenietur Luna esse trigesima. Sed quoniam (ut suprà diximus) quando Aureus numerus currit 1. pronuntianda est Luna in Januario una die minor quàm annotatum est, usque ad proximum Novilunium, pronuntiabitur tunc Luna iterùm vigesimanona, quemadmodum ultimo die Decembris.

Quando verò post aliquam tabellam literarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, & Epactis, iterùm proximè antecedens tabella assumitur, quando nimirum in tabula æquationis ea litera reassumitur, quæ in præcedenti centesimo posita fuerat, pronuntiabitur Luna in Kalendis Januarii duobus diebus major quàm ultimo die Decembr. præteriti. Quoniam enim tunc Aureis numeris respondent Epactæ una unitate majores quàm priùs, cùm nondum æquatione indigeret Luna; fit ut Novilunia in Kalendario contingant uno die citiùs quàm antè. Quare mirum non est, quòd in Kalendis Januarii Luna pronuntietur duobus diebus major quàm ultimo die Decembris præteriti, ut fiat quasi saltus Lunæ: quia hac ratione omnia Novilunia in Kalendario antevertent sedes suas uno die, ut æquatio Lunæ postulat: Explum: Anno 2399 respondet in tabula æquationis litera u, estque Aureus numerus 6. Epacta xxij. & litera Martyrologii *C*, majuscula, sub qua ultimo die Decembris deprehendetur Luna esse tertia. Deinde anno sequenti 2400. respondet in tabula æquationis alia litera, nempe *A*, majuscula, eadem quæ respondebat centesimo 2200. ante centesimum 2300. estque Aureus numerus 7 Epacta iv. & litera Martyrologii, d, minuscula, sub qua in Kalendis Januarii reperietur Luna esse quinta, nimirum duobus diebus major quàm ultimo die Decembris, quia tunc propter æquationem Lunæ fit Novilunium die 27. Januarii, ubi ponitur Epacta iv. cùm alioquin fieri debuisset, si æquatio Lunæ non esset adhibita, die 28. Januarii, ubi ponitur Epacta iij. quę sequi debuisset Epactam xxij. præcedentis anni 2399. cùm additis 11. ad

22. fiant 33. à quibus si reiiciantur 30. remanent *iij.* pro Epacta sequentis anni 2400. quę tamen propter æquationem Lunæ non assumitur, sed in ejus locum succedit Epacta *iv.* una unitate major, ut dictum est.

TABELLA
TEMPORARIA
Epactarum, & Literarum Martyrologii.

Anni Dñi.	Aur. num.	Epactæ.	Lit. Mart.	Anni Dñi.	Aur. num.	Epactæ.	Lit. Mart.
1716	7	vi	f	1740	12	i	a
1717	8	xvii	ſ	1741	13	xii	m
1718	9	xxviii	M	1742	14	xxiii	D
1719	10	ix	i	1743	15	iv	d
1720	11	xx	A	1744	16	xv	q
1721	12	i	a	1745	17	xxvi	G
1722	13	xii	m	1746	18	vii	g
1723	14	xxiii	D	1747	19	xviii	t
1724	15	iv	d	1748	1	*	P
1725	16	xv	q	1749	2	xi	l
1726	17	xxvi	G	1750	3	xxii	C
1727	18	vii	g	1751	4	iii	c
1728	19	xviii	t	1752	5	xiv	p
1729	1	*	P	1753	6	xxv	F
1730	2	xi	l	1754	7	vi	f
1731	3	xxii	C	1755	8	xvii	ſ
1732	4	iii	c	1756	9	xxviii	M
1733	5	xiv	p	1757	10	ix	i
1734	6	xxv	F	1758	11	xx	A
1735	7	vi	f	1759	12	i	a
1736	8	xvii	ſ	1760	13	xii	m
1737	9	xxviii	M	1761	14	xxiii	D
1738	10	ix	i	1762	15	iv	d
1739	11	xx	A	1763	16	xv	q

Tabella Temporaria Literarum Martyrologii.

Anni Dñi.	Aur. num.	Epactæ.	Lit. Mart.	Anni Dñi.	Aur. num.	Epactæ.	Lit. Mart.
1764	17	xxvi	G	1796	11	xx	[illegible]
1765	18	vii	g	1797	12	i	a
1766	19	xviii	t	1798	13	xii	m
1767	1	*	P	1799	14	xxiii	D
1768	2	xi	l	1800	15	iv	a
1769	3	xxii	C	1801	16	xv	q
1770	4	iii	c	1802	17	xxvi	G
1771	5	xiv	p	1803	18	vii	t
1772	6	xxv	F	1804	19	xviii	t
1773	7	vi	f	1805	1	*	P
1774	8	xvii	ſ	1806	2	xi	l
1775	9	xxviii	M	1807	3	xxii	C
1776	10	ix	i	1808	4	iii	c
1777	11	xx	A	1809	5	xiv	p
1778	12	i	a	1810	6	xxv	F
1779	13	xii	m	1811	7	vi	f
1780	14	xxiii	D	1812	8	xvii	ſ
1781	15	iv	d	1813	9	xxviii	M
1782	16	xv	q	1814	10	ix	i
1783	17	xxvi	G	1815	11	xx	A
1784	18	vii	g	1816	12	i	a
1785	19	xviii	t	1817	13	xii	m
1786	1	*	P	1818	14	xxiii	D
1787	2	xi	l	1819	15	iv	d
1788	3	xxii	C	1820	16	xv	q
1789	4	iii	c	1821	17	xxvi	G
1790	5	xiv	p	1822	18	vii	g
1791	6	xxv	F	1823	19	xviii	t
1792	7	vi	f	1824	1	*	P
1793	8	xxvii	ſ	1825	2	xi	l
1794	9	xxviii	M	1825	3	xxii	C
1795	10	x	i	1827	4	iii	c

S.Cy-

S. Cyprianus in epist. 37. ad Clerum de Confessoribus in carcere constitutis.

DIes eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.

Idem in lib. de exhort. ad martyrium, cap. 11.

SI igitur, & nos dicati ac devoti Deo vivimus, si supra justorum antiqua, & sancta vestigia iter facimus; per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam computantes temporis nostri, quòd cùm vetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia virtutis, & fidei, numerari non possunt Martyres Christiani, testante Apocalypsi, & dicente: Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c.

S. Ambrosius in Serm. de SS. Nazario, & Celso.

MAgni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi novellam discutere præsumas; & post tam manifestos duces, in errore permaneas; & post morientium sudores, otiosa disputatione contendas. Veneremur ergo in sanctorum Martyrum gloria fidem nostra, &c.

S. Augustinus lib. 20. contra Faustum Manichæum, cap. 21.

POpulus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuvetur.

Sanctus Gregorius Papa lib. 7. Regist. epist. 29. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum.

NOs autem penè omnium Martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur. Unde fit, ut multi ex diversis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronari.

Idem in Homil. 27. in Evangelia.

TOtum mundum, fratres, aspicite: Martyribus plenus est. Jam penè tot, qui videamus, non sumus, quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles nobis super arenam multiplicati sunt: quia, quanti sint, à nobis comprehendi non possunt.

RUBRICÆ
MARTYROLOGII

Lectio Martyrologii recitatur quotidie in Choro ad Primam ante versum, *Pretiosa*, excepto triduo ante Pascha, quibus diebus omittitur.

Legitur autem semper precedenti die lectio illa, quæ memorias Sanctorum sequentis diei continet, præponendo Kalendas, Nonas, vel Idus, & quantitatem Lunæ ejusdem sequentis diei.

Lector non petit benedictionem, sed absolutè incipit à Kalendis ut suprà: qui etiam in fine leget Lectionem brevem ad absolutionem Capituli.

Festa, de quibus eo die fit Officium, semper primo loco ponuntur: quod etiam servandum erit, & in festis mobilibus, quæ pronuntianda sunt ut infrà dicetur; & in Sanctis propriis particularium Ecclesiarum in hoc Martyrologio non appositis, qui in iis tantùm Ecclesiis & locis, ubi præcipuè memoria eorum celebris habetur, legi poterunt etiam primo loco, si de illis ibidem agatur Officium: si verò non agatur, post Sanctos in hoc Martyrologio descriptos, ordine suo, videlicet Martyres post Martyres, Confessores post Confessores, & Virgines post Virgines.

In fine cujuslibet diei semper additur: *Et alibi aliorum plurimorum sanctorum Martyrum, & Confessorum, atque sanctarum Virginum*. Et respondetur à Choro: *Deo gratias*.

Festa Mobilia cum singulis annis mutentur, non potuerunt in Martyrologio adscribi: sed hoc loco posita sunt, ut unumquodque post Kalendarum, & Lunæ pronuntiationem, immediatè præponantur Lectioni Martyrologii illius diei, in qua eo anno celebrabitur, hoc modo.

Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ.

Dominica Septuagesimæ, in qua deponitur Canticum Domini, Alleluia.

Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ.

Dies Cinerum, & initium ieiunii sacratissimæ Quadragesimæ.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

Dominica Palmarum, quando Dominus noster JESUS Christus, iuxta Zachariæ prophetiam, sedens super pullum asinæ, Jerosolymam intravit; cui turba cum ramis palmarum obviam venit.

Feria quarta maioris Hebdomadæ.

Cœna Dominica, quando Christus JESUS, pridie quam pro nostra salute crucifigeretur, mysteria Corporis, & Sanguinis sui discipulis tradidit celebranda.

In die sancto Paschæ, antequam legantur Kalendæ.

Hac die quam fecit Dominus, solem nitas solemnitatum, & Pascha nostrum: Resurrectio Salvatoris nostri JESU Christi secundum carnem.

Deinde prenuntiantur Kalendæ, & Martyrologium sequentis diei.

In Vigilia Ascensionis.

In Monte Oliveti Ascensio Domini nostri JESU Christi.

In Vigilia Pentecostes.

Dies Pentecostes, quando Spiritus sanctus Jerosolymis super discipulos igneis linguis advenit.

Sabbato infra Octavam Pentecostes.

Festum sanctissimæ, & individuæ Trinitatis.

Feria quarta post Octavā Pentecostes.

Festum sacratissimi Corp. Christi.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam Nativitatis beatæ Mariæ Virginis.

Festum sanctissimi Nominis beatæ MARIÆ Virginis, quod Innocentius Undecimus ob insignem Victoriam à Christianis de Turcis reportatam, insulantibus Viennæ in Austria partam celebrari mandavit Dominica infra Octavam Nativitatis ejusdem beatæ MARIÆ Virginis.

FESTA

Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ.

* Dist. 4. c. statuim.

DOminica *Septuagesima*, (*a*) *in qua deponitur Canticum Domini*, Alleluja. (*b*)

* Alcuin. & Bernard. Ser. 1. de hoc tempore.

(*a*) Septuagesima Thelesphoro Papæ adscripta, * annos recolimus septuaginta Babilonicæ captivitatis, & nostræ, quæ in septennio huius vitæ transigitur. *

Desumitur à numero dierum usque ad Pascha qui etsi plusquàm sexaginta quatuor dies non sint, de consuetudine tamen Divinar. scriptur. quoties numerus supra tertium superat Decadem, tribuitur non præcedenti, sed Decadi subsequenti. *

* Alb. Flac. lib. 3. De Eccles. Offic.

(*b*) Alleluia omittitur, quod indicat Christum, sine quo nunc genus humanum repræsentatur, de quo præcipuè in Septuagesima fit mentio. Dicitur eius loco *Laus tibi Domine*, utpote tempus humiliationis ob peccatum Originale. *

* S. Bernar. Serm. 1. in Septuages. in fine.

Feria (*c*) tertia post Dominicam Quinquagesimæ.

Dies Cinerum, & Initium Jeiunii Sacratissima Quadragesimæ. (*d*)

(*c*) Feria, nomen Ecclesiæ antiquissimum, & ante Silvestrum Papam usitatum; ab ipso tamen Silvestro introducta, ut Fideles non tantùm horrerent nominare dies à Gẽtilium Diis, sed ut præcipuè Deo dicati, ei soli vacare debeant. *

* Strabon. De Reb. Eccl. c. 20.

Hæc Feria est privilegiata decreto Clementis VI. an. 1362. ut hac die Populus Christianus pœnitentiæ publicæ indicia det; quemadmodum distribuebantur hoc & sequentibus diebus à primitiva Ecclesia pœnitentiæ toto Quadragesimali tempore faciendæ. *

* S. Hieronym. De hoc tempor.

Vetita fuere in tota Quadragesima Martyrum Festa celebrari, nisi die Sabbato, & Dominica in Laodicæno Concilio. * Et solùm admittebatur Annuntiationis festum in Synodo Trullan. *

* Canon. 51.

* Quinisex can. 52.

(*d*) Hæc Feria quàmvis non sit caput Quadragesimæ, in ea tamen Christus jeiunare cæpit. *

* Duran. lib. 6. c. 28.

Tempus Quadragesimale incipit propriè Dominica prima Quadragesimæ; ab isto namque die usque ad Pascha quadraginta & duo habentur dies, à quibus remotis sex Dominicis à ieiunio liberis, triginta sex dies remanent. Decima tercentum sexaginta dierum, quibus his quatuor diebus ieiunii præcedentis additis, Quadragesima completur. Qui dies nullatenus à ieiunio solvendi, nisi infirmitas impedierit; cùm sint Decimæ Anni, & tamquam Decimales religiosi reddendi sunt; quæ Religio in Sac. Canon. commendatur. *

* Canon. Solent Dist. 1.

Jeiunium hoc quadragesimale fuit traditum ab Apostolis, & receptum * ut S. Ignatius Martyr. Et S. Hieronym. Epistol. ad Marcellam ita scribit: *Nos unam quadragesimam secundùm traditionem Apostolorum toto anni tempore Nobis congruo ieiunamus*; * At ob acerbam fidelium persecutionem multis in locis neglectum, Thelesphorus Papa, Constitutione apostolica edita, illud primus perpetuò statuit anno 139. tum Clericis tum Laicis; ex quo ut in Synodico Beneventano ab Eminẽtiss. Cardinali Ursino doctè concinnato, & edito, habetur Conc. tertium

* Canon. 69. Epistol. 8.

* Epistol. 8.

Beneventanum sub Urbano II. PP. de anno 1091. in quo Canon. 4. præcipitur: *Nullus omninò laicus post diem Cineris, & Cilicii, qui caput Jejunii dicitur, carnibus vesci audeat*. Tres Quadragesimæ per annum à Catholicis ex præcepto aliquando servatæ fuere, ut ex Carolo Magno eruitur*: A vino, carnibus, piscibus, oleo, lacticiniis, & ovis abstinebatur: nec, nisi post solis occasum, refici licebat; ita in Leodicena Synodo * & in Trullano * Basilius * Theophilus Alexandrinus, & Hieronymus.

* *Lib. 6. c.* 187.
* *Can.* 50.
* *Can.* 56.
* *Serm. 1. de Jeiun.* Theophil. Alexandrin. *Epist. Pasch.* Et Hieronym. *Epist. 22. ad Eustoch.*

Tantus disciplinæ rigor integris duobus seculis invaluit; posteà mitigatio accessit, ut liceret post horam nonam refici: dein usu recepta, serotina refectiuncula non ecclesiastico decreto, vel dispensatione, sed sola consuetudinis vi. *

* Gabasut. *in not. Eccles. secul. 2. dissert. 23. n. 6.*

Regulares plures à Dominica Quinquagesimæ Jeiunium incipiunt, iuxta Concil. Constantinopolitanum 6. Can. 55. ut diebus quinquaginta, quibus quinquagesima constat usque ad Pascha, Jubilei remissionem consequantur. *

* Alcuin.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

D*ominica Palmarum* (*a*) *quando Dominus Jesus Christus, iuxta Zachariæ prophetiam, supra pullum Asinæ Hierosolymam intravit, cui cum Ramis Palmarum obviam venit*.

(*a*) Alia mentio de Palmarum benedictione apud Eminentissimum Baronium non habetur, nisi anno 877. sub Joann. VIII. qui ad Carolum Magnum Imperatorem per Episcopum Senogalien, & Forosempronien Nuntios, Ramos benedictos misit, ut contra Saracenos, Romam infestantes, arma moveret, qui Rami in Ecclesia ex antiquo instituto benedici consueverant; Ciacconius tamen huiusmodi benedictionem Sancto Gregorio Papa vendicat.

Feria quarta majoris Hebdomadæ.

C*œna Dominica, quando Christus Jesus, pridie quàm pro nostra salute crucifigeretur, Mysterium Corporis, & Sanguinis sui Discipulis tradidit celebrandum.* (*b*)

(*b*) Hac Feria, qua Dominum Jesum Judas vendidit * Lavatio pedum dicitur mandatum, quia ipsam faciendam mandavit Christus, de qua ablutione apud S. Augustinum. * Item S. Gregorius * admonet: *Descendendum nobis esse in imas, & intimas coscientiæ latebras, easque ab omni occulta & prava intentione esse expurgandas per contritionem, lacrymas, & gemitus*.

* Duran. *lib. 6. c. 6.*
* *Epist. 119.*
* *Lib. 9. Epist. 39.*

Vetita fuit in Concilio Elibertino. * Concilium verò Toletanum anno 694. usum intermissum revocando, decrevit ut hac Feria Episcopi, & Sacerdotes Fidelium pedes lavent.

* *Can. 28.*

Communio Cleri hac Feria quoque facienda ex Canone Soteris Papæ. * Et cum Stola Presbyteri ex Concilio Bracarensi tertio *

* *Canon. de Consecr. Distin. 2.*
* *Canon. 3.*

In die Sancto Paschæ antequam legantur Kalendæ.

H*Ac die, quam fecit Dominus, Solemnitas solemnitatum, & Pascha nostrum* (*c*) *Resurrectio Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem*.

(*c*) *Pa-*

(c) Pascha, hæbraicè Transitus de morte ad vitam, hac die agitur,& ut in memoriam revocemus, quod gestum est, scilicet, quòd mortuus est Christus,& ut cætera, quæ circa Sacramenti significationem attestantur, non omittamus *

* S. August. Epistol. 19.

Judęi celebrant Pascha die Lunę decimæ quartæ Mensis *Nisan*, qui respondet Martio. Turcæ in triduo dicto *Bairam*, quod immediatè sequitur post Mensem ab ipsis vocatum *Romadam*, qui est totus Mahumetanorum Jejunio dicatus, nunc hyeme, nunc vere, nunc ęstate, nunc autumno contingat, pro solarium annorum diversitate.

Polycarpus Smyrnensis Episcopus, Polycarpus Ephesinus, aliique Orientales die lunæ decimæ quartæ mensis Martii occurrente suum Pascha celebrabant. At Occidentales nonnisi consequenti die Dominico ex canone * Apostolorum: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Sanctum Pascha diem ante vernale aquinoctium cum Judæis celebraverit, abiiciatur*.

* Canon. 8.

Item ex Ignatio tertio ab Apostolo Petro Antiochenam Ecclesiam regente, ad Philippenses legitur: *Si quis cum Judæis Pascha celebrat, aut Symbola eorum recipit, particeps est eorum, qui Christum occiderunt, & Apostolos ipsius*.

Ex quo orta controversia, ut alteri alteros damnarent. Victor Romanus Episcopus, dissuadente tamen Irenæo, amore pacis, à communione Fidelium submovit Orientales, quotquot veterem ritum cum Judæis profitebantur. Hinc subnatum Schisma irreconciliabile, multa in utramque partem habita fuere Concilia *

* Euseb. Episc. Cæsarien. Hist. Eccles. lib. 5.

Demum Nicœni Concilii auctoritate, Magnique Constantini potentia hujusmodi dissentio prorsùs extincta. Observatæ dein fuere apud Christianos Epactarum rationes, & Enneadecateridum, & Embolismorum ad Pascha investigandum * juxta ejusdem Nicœni Concilii decretum, à S. Ambrosio in Epistol. ad Episcopos Æmiliæ ita relatum: *Unde Majores nostri in tractatu Concilii Nicœni cum diem, Enneadecateride, si quis diligenter intendat, statuendum putaverunt*.

* Euseb. ib.

Ut igitur à Judæis distinguatur Pascha, celebrandum erit Dominica sequenti ad lunam decimam quartam Mensis Martii, juxta S. Petri auctoritatem, ex Decreto Pii *

* De consecr. Dist. 3. c. Nosce.

Oppositum Joannis Apostoli, traditio fuit ad breve tempus dumtaxat dispensatoria, quemadmodum in Judæa dispensatio legalium, ut ita Judæi suaviter ad fidem pollicerentur, & sensim perfectioribus institutis assuescerent.

In Vigilia Ascensionis.

In Monte Oliveti (d) Ascensio Domini nostri Jesu Christi (e)

(d) In Martyrologio Pulsanen. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. effertur *In Monte Oliveto*. Favet huic S. Hieronymus in vita Pauli * ad eundem modum pronuncians: *Montis Oliveti lucem aspiciam, de quo salvator ascendit ad Patrem*.

* Cap. 10.

(e) Hæc solemnitas consummatio est, & reliquarum solemnitatum adimpletio *.

* S. Bernar. Serm. de Ascens. Domini.

Ante discessum Christus benedicens Apostolos ex Luca 24. Signum Crucis efformavit, ut Gretler. * Unde consuetudo inolevit in Ecclesia, ut in publicis, privatisque Prælatorum

* Lib. 3. de cruc. cap. 16.

rum benedictionibus, Sacerdotum, Sanctorum, & Parentum, is, qui benedicit, signum Crucis efformet; quã traditionem Apostolicam esse, S. Basilius testatur *

* Libr. *de Spirit. S. c.* 31.

In Vigilia Pentecostes.

D*Ies Pentecostes* (*a*) *quando Spiritus Sanctus Hierosolymis super Discipulos igneis linguis advenit.*

(*a*) Pentecostes, de qua Sanct. Clemens * cum aliis de divin. Officiis, vox græca quinque decem significans, idest quinquagesimus dies ab ipso die Paschatis; fuit celebre festum in veteri lege ob memoriam legis datæ per Moysen in Sina, & in gratiarum actionem pro novis frugibus illius anni: Unde volens Christus legem veterem cum suis sacris, & festis abolere, nova subrogavit; & die Dominico, dum complerentur dies Pentecostes, à quinquagesimo, scilicet die suæ Resurrectionis, Spiritum Sanctum misit in Apostolos, & per eos eodem die suam legem Evangelicam promulgavit; eademque festa instituens, ubique terrarum sanciri voluit, inde Christiani ab initio quotannis colere cæperunt *

* *Lib. 5. constitut.*

* Euseb. *lib.* 1. *Hist. c.* 22.

Sabbato infrà Octavam Pentecostes.

F*Estum Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis* (*b*)

(*b*) Festum hoc ex decreto Gregorii XIV. quibusdam in locis Dominica prima ante Adventum, aliis verò in octava Pentecostes celebrabatur. In Ecclesia verò Romana peculialiter non colebatur; quia ferè quotidie dicitur *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, aliaque ad Trinitatis laudem spectantia, teste Alexandro Tertio. * Joannes tamen Vigesimus primus, dictus Vigesimus secundus post Pentecost. suum dedit locum, quia post Spiritus Sancti adventum statim Sanctissimæ Trinitatis mysterium prædicari cæpit, & credi, in cujus nomine baptizabantur *

* Cap. *quoniam. de Fer.*

* Radulph. *prop.* 8.

Feria quarta post octavam Pentecost.

F*Estum sacratissimi Corporis Christi* (*c*)

(*c*) In augumentum Religionis Orthodoxæ Festum hoc de anno 1230. promotum fuit, & primùm Leodii celebratum, inde cum apud Castrum Vulsinum quidam Sacerdos de veritate Sacramenti hæsitaret in Sacram Hostiam confrigendo, sanguis vivus super Corporale cæpit manare; quo miraculo Urbanus Quartus PP. anno 1262. memoriam instituit, ut ex Bulla ejusdem: Et Eugenius Quartus confirmavit.

Officium verò à S. Thoma Aquinate tempore ejusdem Urbani compositum, ut Prædicator. Cronic.

Extat de hoc Festo Decretum in Clementin. de Reliq. Sanctorum unà cum Indulgentiis per octavam divinis Officiis interessentibus. Papiæ Divinum Christi Corpus in ferculo repositum in supplicatione solemni deferri cæpit *

* Genebrar. ex Bon. *Chronic. ad anno* 1364.

LE-

LECTIONES
PER
TOTUM ANNUM
AD ABSOLUTIONEM CAPITULI.

In Adventu, tam in Dominicis, quam in feriis, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini, Lectio.

DOmine miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

In Vigilia Nativitatis Domini, Lectio.

PEr quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati JESU Christi Domini nostri. Tu autem.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI, Lectio,

IPsi peribunt, tu autem permanebis; & omnes sicut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Tu autem Domine.

In festo sancti Stephani Protomartyris, Lectio.

POsitis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Tu autem Domine.

In festo sancti Joannis Evangelistæ, Lectio.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius & implevit illum Dnminus spiritu sapientiæ & intellectus, & stolam glorię induit eum. Tu autem Domine.

In festo SS. Innocentium, Lectio.

HI empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore ipsorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei. Tu autem Domine.

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini, Lectio.

ITaque iam non est servus, sed filius: quod si filius, & hæres per Deum. Tu autem Domine.

In Octava Nativitatis, Lectio.

IPsi peribunt, tu autem permanebis. *Ut in die Nativitatis.*

IN EPIPHANIA DOMINI, & per Octavam, Lectio.

OMnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, &

laudem

laudem Domino annuntiantes. Tu autem Domine.

Dominica infra Octavam Epiphaniæ, Lectio.

SIcut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, in Christo JESU Domino nostro. Tu autem Domine.

In Dominicis diebus, & feriis per annum ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam primam Quadragesimæ: & ab Octava Pentecostes exclusivè usque ad Adventum Domini, Lectio.

DOminus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autem Domine.

In Dominica prima Quadragesimæ; & in aliis Dominicis, & feriis usque ad Dominicam Passionis, Lectio

QUærite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum propè est. Tu autem Domine.

In Dominica de Passione usque ad feriam quartam maioris Hebdomadæ, Lectio.

FAciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus. Tu autem Domine.

IN DIE SANCTO PASCHÆ, & per Octavam, & in omnibus Dominicis, & feriis usque ad Ascensionem, Lectio.

SI consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tu autem Domine.

IN ASCENSIONE DOMINI, & per Octavam, Lectio.

VIri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic JESUS, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Tu autem Domine.

Dominica infra Octavam Ascensionis, Lectio.

SI quis loquitur, quasi sermones Dei: Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per JESUM Christum Dominum nostrum. Tu autem.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES, & per Octavam, Lectio.

JUdæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Tu autem.

In festo sanctissimæ TRINITATIS; Lectio.

TRes sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt. Tu autem.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI, & per Octavam. Lectio.

QUicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Tu autem Domine.

Do-

Dominica infra Octavam Corporis Christi, Lectio.

FIlioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Tu autem Domine.

PROPRIA SANCTORUM CAPITULA. In festo sancti Andreæ Apostoli, Lectio.

ISaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Tu autem.

In Conversione sancti Pauli Apostoli, Lectio.

SAulus autem multò magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Tu autem Domine.

In Purificatione beatæ MARIÆ Virginis, Lectio.

ET placebit Domino sacrificium Juda, & Jerusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens. Tu autem Domine.

In festo Annuntiationis beatæ MARIÆ, Lectio.

EGredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini. Tu autem.

In festivitatibus sanctæ Crucis, Lectio.

HUmiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Tu autem.

In Nativitate sancti Joannis Baptistæ, Lectio.

REges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui elegit te. Tu autem.

In Natali sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Lectio.

ET Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum. Tu autem.

In Commemoratione sancti Pauli Apostoli, Lectio.

EGo enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit. Tu autem Domine.

In festo sancti Petri ad Vincula, Lectio.

ET Petrus ad se reversus. *Ut in natali eiusdem.*

In festo Transfigurationis Domini, Lectio.

SUstulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei: & lucerna ejus est Agnus. Tu autem.

In festo sancti Laurentii, Lectio.

POtens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi. Tu autem.

IN FESTO ASSUMPTIONIS, NATIVITATIS, ad Nives, Præsentationis, de Mercede, SS. Nominis, & Conceptionis B. M. Virg. & in Officio ejusdem in Sabbato, Lectio.

IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Tu autem.

In festivitatibus sancti Michaelis, Lectio.

FActum est prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & Draco pugnabat, & Angeli ejus: & non prævaluerunt, neq; locus inventus est eorum amplius in cœlo. Tu autem Dñe.

In festo sanctorum Angelorum Custodum, Lectio.

QUod si audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus. Tu autem Domine.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM, & per Octavam, Lectio.

BEnedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum, Amen. Tu autem Domine.

IN FESTIVITATIBUS APOSTOLORUM, Lectio.

IBant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati. Tu autem.

In festivitatibus Apostolorum & Martyrum à Pascha usque ad Pentecosten, Lectio.

SCimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Tu autem.

In Natali unius Martyris, Lectio.

JUstus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Tu autem.

In Natalitiis plurium Martyrum, Lectio.

FUlgebunt justi, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Tu autem Domine.

In festo Confessorum Pontificum, Lectio.

FUngi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis. Tu autem.

In festo Confessorum non Pontificum, Lectio.

JUstum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Tu autem.

In festis sanctarum Virginum, & Martyrum, Lectio.

DOmine Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecata sum. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adjutorio. Tu autem Domine.

In festis sanctarum Virginum, & non Martyrum, Lectio.

O Quam pulchra est casta generatio cum claritate? immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est, & apud homines. Tu autem Domine.

In festis sanctarum Martyrum tantum, Lectio.

LAudabit usque ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiæ, Domine Deus noster. Tu autem Domine.

In festis sanctarum Mulierum, nec virginum, nec martyrum, Lectio.

MUltæ filiæ congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo; mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Tu autem Domine.

In Dedicatione Ecclesiæ. Lectio.

ET absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

MARTYROLOGIUM

In Choro cantatur in tono Lectionum Matutini , hoc modo .



K a lèn dis Ja nu a ri i . Lu na pri ma .



C ir cum ci si o Dò mi ni no stri Je su Chri sti , &



O ctà va Na ti vi tà tis e jùs dem .

Et sic terminatur qualibet clausula , etiam in fine Lectionis , praterquàm si ultima dictio sit monosyllaba , qua hoc modo inflectitur .



Tan dem gla di o mar ty ri i pal mam ad èpta est .

In Vigilia Nativitatis Domini .




A nno à cre a ti o ne mun di , quando in princi pi o De us, &c.

usque ad verba illa , In Bethlehem Judæ , *in quibus extollitur vox ad quartam superiorem , videlicet* ,



In Bethlehem Judæ nascitur ex Mari a Virgine factus homo .

Versus autem sequens in tono Passionis .



N a tì vitas Domini nostri Je su Christi secùndùm car nem .

Quod sequitur , in tono Lectionis consueto .

SYNOPSIS

SYNOPSIS

EORUM, QUÆ IN MARTYROLOGIO ALITER SE HABENT AC IN BREVIARIO.

Quamvis nonnulla ex his conciliari possint; nihilominùs impræsentiarum videntur inter se ambigua, & differre. Quando Ecclesiæ Symmetria petit, ut non sententiis solùm, sed etiam verbis quoad fieri poterit, Martyrologium cum Breviario conveniat.

IN MARTYROLOGIO

JANUARIUS.

14 In Felice presbytero. *Cùm à persecutoribus post tormenta in carcerem mitteretur, & cochleis ac testulis vinctus superpositus jaceret.*

16 In Marcello Papa. *Jubente Maxentio tyranno: Primò fustibus cæsus, deinde ad servitium animalium cum custodia publica deputatus, ibidem serviendo amicta indutus cilicino, defunctus est.*

18 In Prisca. *Post multa tormenta, Martyrio coronata est.*

19 In Mario, & Martha. *Temporibus Claudii Principis.*

20 In Sebastiano. *Diocletiano Imperatore jussus est ligari in medio campo, & sagittari à militibus, atque ad ultimum fustibus cædi, donec deficeret.*

23 In Emerentiana: *A Gentilibus lapidata est.*

FEBRUARIUS.

5 In Agatha. *Quinctiano Judice, post alapas &c.*

6 In Dorothea. *Sub Sapricio Præside equulei extensione vexata, dehinc palmis diutissimè cæsa.*

15 In Faustino, & Jovita. *Qui sub Adriano Imperatore.*

APRILIS.

14 In Tiburtio, & Sociis. *Sub Alexandro Imperatore gladio percussi sunt.*

17 In Aniceto. *In persecutione Marci Aurelii Antonini, & Lucii Veri.*

26 In Marcellino Papa. *Qui sub Maximiano.*

IN BREVIARIO

JANUARIUS.

14 In Felice presbytero. *Cùm in idola vehementiùs inveheretur, ab infidelibus variè vexatus, in carcerem conjicitur.* Nil de cochleis, ac testulis &c.

16 In Marcello Papa. *Maxentius in eam Ecclesiam catabuli bestias transferri, & à Marcello custodiri jubet; ubi loci fœditate, multisque ærumnis afflictus, obdormivit in Domino.* Percurrit *Primò fustibus cæsus*; Et reliquum lectionis omninò diversum.

18 In Prisca. *Capite abscisso, virginitatis palmam martyrii corona cumulavit.*

19 In Mario, & Martha. *Claudio Imperatore.*

20 In Sebastiano. *Et acri Sebastiani reprehensione excandescens, eum tamdiù virgis cædi imperavit, donec animam Deo redderet.* Silet *saggittari à militibus.*

23 In Emerentiana. *A concitata multitudine lapidibus obruta est.*

FEBRUARIUS.

5 In Agatha. *Quinctianus Siciliæ Prætor, ejus amore captus.* Alium sensum quidem facit.

6 In Dorothea. *Ab Apricio Præside comprehensa, equuleo diu torta, & palmis cæsa.*

15 In Faustino, & Jovita. *Sæviente Trajani persecutione.*

APRILIS.

14 In Tiburtio, & Sociis. *Alexandro Severo Imperatore securi feriuntur.*

17 In Aniceto. *Imperatore Marco Aurelio Antonino.*

26 In Marcellino Papa. *Diocletiani Imperatoris persecutione.*

IN MARTYROLOGIO.

APRILIS.

28 In Vitali. *Qui cùm Beati Ursicini corpus sublatum honestate debita sepelisset, à Paulino Consulari post equulei tormenta, jussus est* &c.

MAJUS.

1 In Philippo. *Hierapolim Asiæ.*
3 In Alexandro Papa. *Sub Hadriano Principe.*
12 In Nereo, & Soc. *A Minutio Rufo consulari. Horum Sacræ Reliquiæ solemniter translatæ sunt pridie hujus diei.*
In Pancratio. *Sub Diocletiano.*

25 In Urbano Papa. *Cervicibus abscissis Martyrio coronatus est.*

26 In Eleutherio Papa. *Eleutherii Papæ & Martyris.*

Rursus. *Sanctos Damianum, & Fugantium in Britanniam misit.*

27 In Joanne Papa. *In carcere diù maceratus vitam finivit.*

30 In Felice Papa. *Aureliano Principe.*

JUNIUS.

2 In Erasmo. *Sub Diocletiano Augusto.*
9 In Primo, & Feliciano. *A Promoto Præside Nomentano gladio animadversi.*
12 In Basilide, Cyrino, & Soc. *In persecutione Diocletiani, & Maximiani.*
18 In Marco, & Marcelliano. *Lanceis per latera transfixi.*
19 In Gervasio, & Protasio. *Anastasius Judex.*
20 In Silverio Papa. *Multis ærumnis confectus defecit.*

IN BREVIARIO.

APRILIS.

28 In Vitali. *Cùm vidisset Ursicinum medicum paulatim in tormentis titubare, exclamavit: Ursicine medice cave, nè te mortis æternæ jaculo conficias; qua voce confirmatus Ursicinus, martyrium fortiter subivit. Quare Paulinus incensus, Vitalem comprehendi jubet.* Proinde alia ratione martyrizatus.

MAJUS.

1 In Philippo. *Hierapolim Phrygiæ.*
3 In Alexandro Papa. *Hadriano Imperatore.*
12 In Nereo, & Soc. *A Minutio Rufo. Hac verò die corpora translata.*

In Pancratio. *Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus.*
25 In Urbano Papa. *Sedit annos sex, menses septem, dies quatuor, ac Martyrio coronatus est.* Percurrit *cervicibus abscissis.*
26 In Eleutherio Papa. *Quo tempore summa pace, & quiete fruebatur Ecclesia, per totum orbem terrarum, Romæ maximè Fides propagabatur.* Nil protinus de Martyrio.
Rursus. *Fugantium, & Damianum, doctos & pios viros, misit in Britanniam.* Non levis quidem variatio. Potest quis esse doctus, & pius, non tamen sanctus.
27 In Joanne Papa. *Ubi squallore, inediaque afflictus, paucis diebus cessit è vita.*
30 In Felice Papa. *Aureliano Imperatore.*

JUNIUS.

2 In Erasmo. *Diocletiano, & Maximiano.*
9 In Primo, & Feliciano. *Quibus rebus permotus Prætor, eos securi percuti jussit.*
12 In Basilide, Cyrino, & Soc. *Diocletiano Imperatore.*
18 In Marco, & Marcelliano. *Telis transfixi.*
19 In Gervasio, & Protasio. *Anastasius Comes.*
20 In Silverio Papa. *Ubi brevi incommodis, ærumnisque confectus, obdormivit in Domino.*

IN MARTYROLOGIO.

JULIUS.

10 In Septem Fratribus. *Tempore Antonini Imperatoris.*

11 In Pio Papa. *In persecutione Marci Aurelii Antonini.*

18 In Symphorosa, & septem Filiis. *Ad trochleas extendi.*

27 In Pantaleone. *Diocletiano Imperatore lampadarum exustione cruciatus.*

28 In Nazario, & Celso. *Quos Anolinus.*

30 In Abdon, & Sennen. *Romam adducti, primùm plumbatis cæsi, deinde gladio interfecti sunt.*

AUGUSTUS.

2 In Stephano Papa. *Valeriano, & Gallieno Imperatoribus.*

3 In Stephano Protomartyre. *Honorii Principis tempore.*

7 In Donato Episcopo. *A Quatratiano Augustali comprehensus, gladio percussus martyrium consummavit.*

8 In Cyriaco. *In persecutione Diocletiani, & Maximiani.*

25 In Bartholomæo. *Astyagis Regis jussu.*

SEPTEMBER.

8 In Hadriano. *Sub Diocletiano, & Maximiano Augustis.*

9 In Gorgonio. *Apud Diocletianum Augustum honores amplissimos consecuti.*

14 In Cornelio. *In persecutione Decii.*

19 In Januario, & Soc. *Sub Diocletiano Principe.*

20 In Eustachio. *Sub Hadriano Imperatore.*

OCTOBER.

25 In Chrysantho, & Daria. *Jussi sunt à Numeriano Imperatore in Arenario deponi.*

26 In Evaristo Papa. *Dei Ecclesiam sub Hadriano Imperatore suo sanguine purpuravit.*

IN BREVIARIO.

JULIUS.

10 In Septem Fratribus. *In persecutione Marci Aurelii Antonini.*

11 In Pio Papa. *Imperatore Antonino Pio.*

18 In Symphorosa, & septem Filiis. *Ad palum alligati.*

27 In Pantaleone. *Maximiano Imperatore laminis candentibus cruciatus est.*

28 In Nazario, & Celso. *Ab Anolino Præfecto.*

30 In Abdon, & Sennen. *Ursibus, ac leonibus objecti sunt, quos feræ non audebant attingere, demum gladiis trucidati.*

AUGUSTUS.

2 In Stephano Papa. *In persecutione Valeriani.*

3 In Stephano Protomartyre. *Honorio Imperatore.*

7 In Donato Episcopo. *A Quatratiano Præfecto tamdiù fustibus cæsus est, dum efflaret animam.*

8 In Cyriaco. *Maximiani Imperatoris jussu.*

8 In Bartholomæo. *Astyagem Polymii Regis fratrem.*

SEPTEMBER.

8 In Hadriano. *Jussu Maximiani Imperatoris.*

9 In Gorgonio. *Diocletiani Imperatoris Cubicularius.*

Ad 16 In Cornelio. *Gallo, & Volusiano Imperatoribus.*

19 In Januario, & Soc. *Diocletiano, & Maximiano.*

20 In Eustachio. *Sub Trajano Imperatore.*

OCTOBER.

25 In Chrysantho, & Daria. *Celerinus Præfectus tradidit Claudio Tribuno, qui jussit.*

26 In Evaristo Papa. *Trajano Imperatore Pontificatum gessit.*

NO-

IN MARTYROLOGIO.

NOVEMBER.

19 In Pontiano. *In Sardiniam deportatus, ibique fustibus mactatus, martyrium consummavit.*

22 In Cæcilia. *Tempore Marci Aurelii Severi Alexandri Imperatoris.*

DECEMBER.

13 In Lucia. *Jubente Paschasio Præfecto Consulari.*

26 In Joanne. *Totius Asiæ fundavit, rexitque Ecclesias.*

28 In Francisco Salesio. *Lugduni natalis S. Francisci Salesii: ejus festus dies quarto Kalendas Februarii, quando illius sacrum corpus inde Annesium translatum.*

IN BREVIARIO.

NOVEMBER.

19 In Pontiano. *Ubi pro Christi fide multis calamitatibus afflictus, è vita migravit.*

22 In Cæcilia. *Alexandro Imperatore.*

DECEMBER.

13 In Lucia. *Apud Paschasium Præfectum.*

26 In Joanne. *Totas Asiæ fundavit, rexitque Ecclesias.*

Ad 29 Januarii. In S. Francisco Salesio. *In die S. Joannis Evangelistæ Lugduni gravi morbo correptus, sequenti die migravit in Cœlum.*

Hæc breviter collecta, plura fortasse iis, qui accuratè perquirerent.

MAR-

MARTYROLOGIUM ROMANUM

Singulis anni diebus juxta novam Kalendarii rationem accommodatum.

* Græcis *Andinus*.

JANUARIUS. *

1 Kalendis Ianuarii. Luna. A *

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
A B C D E *F* F G H M N P
21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

(b) *Almachii*. Die 12. Septemb. Græci in Menol.

(c) *Coronæ SS. Martyr.* An. 303. Baron. eo ann. n. 15. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(d) *Martinæ*. Die 4. Januar. Breviar. Quignonii, aliaq.

(e) *Concordii*. Die seq. Ferrar.

(g) *Basilii Episcopi*. Obiit an. 378. Baron. eo ann. nu. 1. An. 379. Coteler. tom. 2. Monum. Ecclesiastic. Græc. An. 376. Combefisius in not. ad Amphiloch.

Circumcisio Dòmini noſtri IESV Chriſti, & Octàva Nativitàtis ejùſdem. (*a*) Romæ ſancti Almàchii màrtyris, qui jubènte Alìpio Vrbis Præfècto, cùm dìceret: Hòdie octàvæ Domìnici dièi ſunt, ceſsàte à ſuperſtitiònibus idolòrum, & à ſacrifìciis pollùtis: à gladiatòribus occìſus eſt. (*b*) Ibìdem via Appia corònæ ſanctòrum Mìlitum trigìnta màrtyrum ſub Diocletiano Imperatòre. (*c*) Item Romæ Sanctæ Martìnæ vìrginis, quæ ſub Alexàndro Imperatòre divèrſis tormentòrum genèribus cruciàta, tandem glàdio martyrii palmam adèpta eſt; cujus feſtìvitas celebràtur tèrtio Kalèndas Februarii. (*d*) Apud Spolètum ſancti Concòrdii presbyteri & màrtyris, tempòribus Antonìni Imperatòris: qui primò fùſtibus cæſus, dehinc equùleo ſuſpènſus, ac pòſteà in càrcere maceràtus, ibìque Angèlica viſitatiòne conſolàtus, demum glàdio vitam finìvit. (*e*) Eòdem die ſancti Magni màrtyris. (*f*) Cæſarèæ in Cappadòcia depoſitio ſancti Baſìlii Epiſcopi, cujus celèbritas decimooctàvo Kalèndas Iùlii, qua die ordinatus fuit Epiſcopus, potiſſimùm recòlitur. (*g*) In Africa beàti Fulgèntii Eccleſiæ Ruſpènſis Epiſcopi, qui tèmpore VVandàlicæ perſecutiònis, ob Cathòlicam fidem, eximiàmque doctrìnam ab Ariànis multa perpèſſus, & in Sardìniam relegàtus, tandem ad pròpriam Ecclèſiam redire permiſſus, vita & verbo clarus, ſancto fine quievit. (*h*) In territòrio Lugdunènſi, monaſtèrio Iurènſium, ſancti Eugèndi abbàtis, cujus vita virtùtibus & miràculis plena refùlſit. (*i*) Apud Silviniacum ſancti Odilònis abbàtis Cluniacènſis, qui primus Commemoratiònem òmnium fidèlium defunctòrum prima die poſt

(h) *Fulgentii Episc.* Obiit an. 529. Baron. eo an. n. 4. An. 533 Cardin. Noris hiſt. Pelag. c. 24 Die 13. Maii Florar. ms.

(i) *Eugendi Abb.* Die ſeq. Notker.

(k) *Odilonis Abb.* Obiit an. 1048. Baron. eo ann. n. 110. An. 1049. Pagi t. 4. ad an. 1048. n. 3. Die 3. Maii Martyrol. Gallicanum Saussai. Die 31. Decemb. Maurolyc. Uvio, aliique. Die 2. Ianuar. Cluniacens. Galeſin. Martyrol. Germanic. pleriq; alii.

festum òmnium Sanctòrum in suis monastèriis fieri præcèpit; quem ritum pòsteà universàlis Ecclèsia recipiens comprobàvit. (*k*) Alexandriæ depositio sanctæ Euphrosynæ vìrginis, quæ in monastèrio virtùte abstinèntiæ, ac miràculis clàruit (*l*).

¶ Et àlibi aliòrum plurimòrùm sanctòrum Màrtyrum & Confessòrum, atque sanctàrum Vìrginum. ℞. Deo gràtias.

Sic semper terminatur Lectio Martyrologii.

(a) *Baron. an. 1. n. 18. an. 55. n. 1. & seq. Amalar. lib. 4. Microlog. c. 30. Concil. Mogunt. c. 36. Beda, Vsuard. & Ado.* (b) *Baron. an. 395. n. 20. & seq.* (c) *Baron. an. 303. n. 115.* (d) *Baron. an. 228. n. 1. Beda, Vsuard. Ado, Sur. t. 1. prior. edit. ac cæter.* (e) *Baron. an. 185. n. 7. Sur. t. rel. ac Mombrit. t. 1. vit. SS.* (f) *Baron. in Not. Bellin. Maurolyc. & Galesin.* (g) *Baron. an. 1. 3. 4. ac an. 378. n. 1. & seq.* (h) *Baron. an. 529. n. 4. & seq.* (i) *Baron. in Not. Beda, Vsuard. Ado, Sur. t. relat., & Miraus in Fast. Belgic. & Burgundic.* (k) *Baron. an. 998. n. 5. an. 1014. n. 13. & seq. an. 1022. n. 16. an. 1048. n. 2. Bellin. Paris. edit. Ferrar. Vsuard. Paris. edit. an. 1536. & Colonia an. 1490. Sigebert. Chron. Tritem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 175.* (l) *Baron. in Not. & Metaphrast.*

Qui vetera non tenent, nova credere non possunt. *S. Ioan. Chrysost. 1. Matth.*

(b) *Roma Almachii: jubente Alipio Vrbis Præfecto.* Greci ad 12. Septemb. in Menolog. *Amachii.* Videndus Suidas Græcus. Rursùs Martyrologia mss. Beneventanum, & duo Sophiana, Neapoli apùd Cleric. Regular. Ss. Apostolor. addunt: *Presbiteri*. Demùm Martyrolog. Roman. vetus: *Roma Sancti Almachii decollati*.

Alipio Vrbis Præfecto. Alii *Asclepio. Asclipio.* Palladius, Galesin. & Ferrar. *Alypio*. Ado: *Alippio.* Bellin. & Mautolic. *Olimpio.* Martyrol. Pulsanense litteris longobardis satis antiquum apud eosdem Cleric. Regular, *Asclepio*.

Cardinal. Baron. suis hujus diei ad hoc Roman. Martyrolog. elucubratis Notis: *hic Almachius est ille, quem alii Telemacum vocant*. Pagi suæ selectæ Criticæ Historico–Chronologicæ definit, esse alium à Telemacho. Cordatus Lector viros ipsos eruditos consulat. Porrò Baron. iisdem Not. *Almachium* supputat sub Theodosio. Theodoret. lib. 5. hist. Eccles. cap. 26. *Telemachum* sub Honorio. Galensin: & Ferrar. sub Diocletiano.

(c) *Ibidem corona Sanctor. Militum.* Baron, relatis Not. tò *corona*, passio, qua Martyres triginta coronati sunt. Alii codices nomen proprium à triginta Martyribus sejunctum. Martyrolog. Antuerpiense: *Roma Corona, qui jubente Asclepio Vrbis Præfecto.* Martyrolog. Hjeronymian. vetus Lucense, ac Martyrolog. Blumanii: *Roma Via Appia Corona, & Militum triginta.* Martyrolog. Germanic. *Roma Corona Sanctorum militum xxx. primùm in vincula conjecti, ac deindè capite plexi.* Galesinius: *Sanctorum militum triginta, quibus caput præcisum fuit jussu Diocletiani.* Notkerus: *Item Roma Via Appia Corona, & Militum triginta, qui sub Diocletiano Augusto pro confessione Christianæ fidei martyrio coronari meruerunt.* Ms. monaster. S. Richarii nomine Bedæ: *Martyres xx.* Aliud. S. Laurentii Leodii nomine Adonis: *Martyres xxi.* Ex his tot variis Lectionibus, quænam sanior, Alii definiant.

(d) *Item Roma S. Martinæ &c.* Martyrol. mss. Lætiense, & S. Cyriaci, percursa palestræ nota: *Et passio S. Martinæ Virginis*: nil aliud. Martyrol. ms. Attrebatense auspicatur: *Roma*.

(e) *Apud Spoletum Concordii Presbyter. & martyr.* Ferrarius die sequent. *Bisolduni in territorio Gerundensi Sancti Concordii martyris*. An idem addubitandum.

(g) *Deposit. Basil. Episc.* Martyrol. mss. Tornacense, & Lætiense: *Eodem die natalis S. Basilii Episcopi.* Martyrol. S. Cyriaci addit: *Cappadocensis.* Martyrol. Attrebatense: *Archiepiscopi Cappadocensis*.

(h) *In Africa Fulgentii Episc.* Martyrol. Corbejense: *in Civitate Ruspensi depositio Beati Fulgentii Episcopi, & Confessoris.* Bolland. Henschen. ac Florentinius. Apographa relata; nempè Antuerpiense: *In Africa Victoris, Felicis, Narcissi, Argiri, & aliorum iiii. Papa, Primiani, Saturnini, Victoris, Honorati, Hermetis*...... Corbejense: *in Africa Victoris, Felicis, Narcissi, Argiri, & aliorum quatuor*. Hieronymian. vetus Lucense: *In Africa Victoris, Felicis, Narcissi, Argiri, & aliorum quatuor Papatis, Primiani, Saturnini; Item Saturnini, Victoris, Honorati, Leuci, Ermetis.* Eadem Blumanii, at *Leuci* pro *Leuchi*.

Baronius suis prælibatis Not: *de Fulgentio Episcopo Africano habentur ejus res gestæ fideliter scriptæ à quodam ex discipulis ejus ad Felicianum Episcopum illius Successorem: Rursùs alius ejusdem nominis fuit in Hispania Episcopus, qui claruit tempore Invigis Regis Gothorum, de quo in Thesauro Concion. t. 2.* Holstenius adhùc hujus diei ad hoc

Qui nova non habent, hi veteribus carent. *Chrysost. ibid.*

Rom.

Roman. Martyrol. animadversis Baronii verbis, puta, *à quodam ex discipulis*, addit: *Is est Fernandus Diaconus Carthaginiensis*. Et ad calcem ejusdem Baronianæ annotationis: *In Hispania Episcopus*, subjungit: *Astigitanus, SS. Leandri, & Isidori frater*.

(I) *Eugendi Abbat*. Quidam: *Augendi*. Galesin. *Eugenii*.

(K) *Odilonis Abbat*. A quibusdam *Odo*. ab aliis *Odilus*. Die sequenti Molanus: *Apud Silviniacum Sancti Odilonis Abbatis cujus festivitas cùm in Kalendis habeatur, hic tamen pleniùs recolitur*. Eadem Martyrol. de Peregrinis.

(d) *Itèm Romæ Sanctæ Martinæ Virginis, quæ sub Alexandro Imper.*

Disceptatio Chronologica.

Eminentissimus Baronius suis hujus diei elucubratis Notis pro hac assertione: *De eàdem hac die Beda, Vsuardus, Ado, ac cæteri. Habentur res gestæ ipsius, quas retulit Surius tom. 1. in codice ms. Bibliothecæ Vallicellanæ legitur, eam passam anno quarto Alexandri Imperat.* Adstipulantur persecutioni Alexandri summi viri Bollandus, & Henschenius: at non anno quarto.

Sed hoc veteribus Historicis refragatur, Alexandrum multa Christianis beneficia, officiaque contulisse scribentibus. ex convulso, luxatoque codice id laudati testes hauserunt, multis suppostitiis scatente: penes eosdem Bollandum, & Henschenium hoc die in actis ejusdem Sanctæ cap. 1. in calce observandis; inter quæ videre est, eam martyrio affectam anno IV. Alexandri Imperatoris, qui cùm imperasset à 6. Martii anno CCXXII. usque ad 18. Martii anno CCXXXV. & sequuta Martinæ cæde fuerit Alexander à suis militibus neci datus, ut eadem Acta: jam hæc Sancta non anno IV. Alexandri, sed XIV. aut XIII. martyr occubuit. Vndè quemadmodum suppostitiè anno IV. Alexandri Imperatoris hoc martyrium retulere, ita & sub ipso Alexandro.

Nihilominus pro persequutione Alexandri in Christianos, Baronius occurrit; Alexandrum negativè tantùm Christianis beneficia contulisse; quatenus nullum adversus Christianos persequutionis edictum promulgasset: non verò erga ipsos ita affectus, ut antiqua Romanorum jura, & Prędecessorum edicta, quibus Christiani plecterentur, silere jusserit; cùm durus, tetricus, & severus admodum habitus fuerit, ut ob id cognomento *Severus* sit appellatus.

Ast id omnimode Eusebio obstat, tum lib. 5. hist. asserenti, Alexandrum filium Mammeę, Christianorum cupidissimę, Christianos suo jure vivere permisisse: tùm lib. 6. c. 22. Maximinum propter gravem invidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures fideles, & Christiani versabantur, flagrabat; acerbam persequutionis tempestatem concitasse, jubendo, solos Ecclesiarum Præsides, tanquam auctores doctrinæ Evangelicæ neci dari: Lampridio quoque in Alexandro scribenti, quòd in Larario matutinis horis rem divinam facere consuevit; inter superstiosas Deorum imagines Christi etiam nostri Redemptoris posuit effigiem: habuitque in animo, Christo, sicut & Diis, templum erigere, sed ab Idolorum Sacerdotibus impeditus, cùm ex eorum responsis affirmarent, omnes futuros Christianos, si quod moliebatur, effecisset, ac reliqua jam Templa deserenda. In curandis Provinciis, ac præficiendis Præsidibus laudatissimos Christianorum mores sectatus: In judiciaria controversia rescripsit pro Christianis adversus Gentiles. Modò Christiani tunc temporis cordatum Lectorem obsecrant: num Gentilis Imperator Christianiùs pro ipsis se gerere potuisset? & annè negativè tantùm, sed & positivè eis benevolus fuisset? Quòd dein agnomine *Severus* diceretur, hoc non nisi ob nimiam sævitiam, non jam in Christianos, sed in ipsos Gentiles: præcipuèque in milites exequutam, à quibus tandèm occisus. Elicitur ex Herodiano lib. 6. scribente: *Alexandrum quatuordecim annis sine sanguine Imperium gubernasse*: nempe erga Christianos, quum adversus alios, a quibus peremptus, crudelissimè se gessisse videatur.

Quò verò ad ea, quæ adversus Christianos de Alexandro à scriptoribus exarata leguntur, Domitiano Vlpiano tribuenda, tunc temporis sævissimo Christianorum hosti, à quo complures Martyres effectos fuisse, satis compertum.

Cęterùm quidquid de hac veritate; non intendimus definire, sed merè sub eà trica, sub qua est, recensere. Et quemadmodum 25. Januar. cum de S. Projecto martyre; licet Baron. in illius diei elucubratis Not. ex Sigeberto in chronic. adnotet, sub Childerico Secundo Francorum Rege coronam martyrii promeruisse; nihilominus Roman. Martyrolog. id eo die non exprimit, sed *Arvernis Sanctorum Projecti Episcopi, & Marini viri Dei; qui à proceribus ejusdem Vrbis passi sunt*: Sanè quippe, quia forsan vereri licuit: ita [dummodo sanioribus placebit] tutius erit, & sine hæsitatione, si in præsentiarum, expuncto: *sub Alexandro Imperatore*, indicetur: *Item Romæ Sanctæ Martinæ Virginis, quæ diversis tormentorum generibus cruciata; tandèm Gladio martyrii palmam est adepta.*

xxix. B Quarto Nonas Ianuarii. Luna. 2.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

A B C D E *F* F G H M N P

22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

(*b*) *Commemoratio plurimor. Martyr.* Ann. 302. Baron. eo an. n. 22. An. 303. Pagi t. 1. ad eum an. n. 6.

(*c*) *Iſidori Epiſcopi.* Die 7. Januar. Florar. nis. Mautolyc. & Galeſin.

OCtàva ſancti Stèphani protomàrtyris. (*a*) Romæ commemoràtio plurimòrum ſanctòrum Màrtyrum; qui ſpreto Diocletiàni Imperatòris edicto, quo tradi ſacri còdices jubebàntur, pòtiùs còrpora carnificibus, quàm ſancta dare cànibus maluèrunt. (*b*) Antiochiæ pàſſio beàti Iſidòri Epìſcopi. (*c*) Tomis in Ponto ſanctòrum trium fratrum Argèi, Narcìſſi, & Marcellìni pùeri, qui ſub Licìnio Prìncipe inter tyrònes comprehènſus, cùm nollet militàre, cæſus ad mortem, & diù in càrcere maceràtus, demum in mare merſus, martyrium conſummavit: fratres verò ejus glàdio perèmpti ſunt. (*d*) Mediolàni ſancti Martiniàni Epìſcopi. (*e*) Nitriæ in Ægypto beàti Iſidòri Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) Ipſo die ſancti Siridiònis Epiſcopi. (*g*) In Thebàide ſancti Macàrii Alexandrìni abbàtis (*h*).

(*d*) *Argei, Narciſſi, & Marcellini.* Martyr. an. 316. ſub Licinio. Baron. eo an. n. 47. An. 319. Perſecutio Licin. Pagi t. 1. ad an. 316. nu. 10. Die ſeq. Bollan. & Henſchen. ac Florentin.

(*e*) *Martiniani Epiſc.* Obiit. an. 417. Galeſin. An. 431. ex Ripamontio. Bolland. & Henſchen.

(a) *Baron. in hujus diei Not. et Amalar. lib* 4. *c.* 37. (b) *Baron. an.* 302. *n.* 22. (c) *Baronius in not. Beda, Vſuard. aliique.* (d) *Baron. an.* 316. *n.* 47. *Beda, Vſuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. Galeſin. & Ripamontius lib. 6. hiſtor. Eccleſ. Mediolanen.* (f) *Baron. an.* 386. *n.* 46. (g) *Baronius in not. relat.* (h) Baron. *an.* 258. *n.* 5. *an.* 322. *n.* 85. *& an.* 397. *n.* 29. *Acta Bollandi, & Henſchen. hoc die, & ad* 15. *Januar.*

Da ſapientiam ſapientibus, da ſcientiam intelligẽtibus. *Daniel.* 2.

(a) *Octava S. Stephani*. Tria Apographa S. Hjeronymi apud Florentin. & illud Blumanii: *IV Nonas Ianuarias in Ieroſolymis Sancti Stephani.* Bollandus, & Henſchenius, hunc Stephanum, putant, eſſe alium à Protomartyre: Adſtrunt martyrologio Antuerpienſi, promenti: *Hieroſolima Stephani, & Vitalis*.

(c) *Antiochia Iſidori Epiſc.* Martyrolog. Antuerpienſe: *Iſiridoni Epiſc. Antiochia.* Boll. Henſchen. ac Florentin. Beda, nulla loci nota: *Et Sancti Iſidori Epiſcopi, & Martyris.* Martyrol. Bavaricum: *Iſidoris.* Martyrol. Rhinovienſe antiquiſſim. *Antiochia Iſidori Epiſcopi, Macarii Abbatis, Saturi, Poſſeſſoris, Firmi.* Galeſinius: *Antiochia S. Iſidori Epiſcopi, & Martyris, qui, Catholicæ fidei defenſor acerrimus, ab impiis Arianis vehementer oppugnatus, demùm in ſummo certamine fortiter ſe gerens, pro Chriſto Domino ſanguinem profudit.* Iterum ad 7. Januar. *Nicomedia paſſio Beati Iſidori Epiſcopi.* An idem, herændum.

(d) *Tomis in Ponto Argèi, Narciſſi, & Marcellini pueri.* Martyrolog. Corbejenſe: IV *Non. Ianuar. Civitate Tomis Claudionis, Eugenii, Rhodi, & trium fratrum, Argèi, Narciſſi, & Marcellini pueri Chriſtiani Filii Epiſcopi, Eugenii, Rodonis.* Martyrolog. Antuerpienſe die ſequent: *III. Non. Civitate Tomis Claudonis, Eugenia, Rodi, trium fratrum Argei, Narciſſi, & Marcellini pueri Chriſtiani, & Diogeni, Eugenii, Rodonis, Prima.* Eadem Martyrolog. Blumanii: at *Claudionis, Eugeni,* pro *Claudonis, Eugenia.* Martyrolog. Hieronymianum Lucenſe: *III. Non. Ianuar: Et trium fratrum Argèi, Narciſci, & Marcellini pueri Chriſtiani, Fili Epiſcopi, qui ſub Licinio, & Digo, Iuni, Eugenii, Rodonis, Prima.* verùm Florentinius autumat, reſtituere: *Et Tomis trium Fratr. Argèi, Narciſci, & Marcellini pueri Chriſtiani* [hoc eſt ex Chriſtianis nati] *Et Theogenis filii Epiſcopi, qui ſub Licinio, Eugenii, Rhodonis &c.* Notkerus: *Et in Ponto Civitate Tomus trium fratrum Argèi, Narciſci, & Marcellini pueri: Item Tomis Fili Epiſcopi.* Hrabanus die ſequenti *Tiro Epiſcopo* tribuit, quæ de *Filio*.

(e) *Mediolani Martiniani Epiſcop.* Card. Baron. in not. vocat *Maternianum.* In Annalibus *Martinum*. ex Epiſtola ad Rufum Præsbyterum pro Epheſina Synodo ſub *Martini* nomine: eo quia nullus Martiniani nomine recenſetur hiſce temporibus Mediolanenſis Epiſcopus. Mabillonius verò t. 1. Muſei Ital. par. 2. fol. 109. ex veter. Catal. Epiſcopor. Mediolan. *Martinianum* ſe legiſſe teſtatur, quem eadem Eccleſia hac ipſa die colit. Et profectò de hoc Martinia-

Audiens ſapiens ſapientior erit, ad ſuſcipiẽdam eruditionem. *Proverb.* 1.

Eno

no Episcopo Mediolanensi extat Epigramma Ennodii Episcopi Ticinensis: ex quo censendum, *Martinianum* per errorem mendosi codicis laudatæ Epistolæ, *Martinum* nuncupari. Galesinus: *Mediolani S. Martiniani Episcopi. Hic illius Vrbis septimus, & decimus Episcopus sanctitate, & multis miraculis clarus, Innocentio I. Pontifice, quievit in Domino*. Baronius iisdem Notis de hoc *Materniano*, seù *Martiniano* admonet, claruisse temporibus Papę Zosimi. Ripamontius, obiisse an. 431. Cælestin. Pap. VIII. Annuunt Bolland. & Henschen; quia Synodo Ephesinæ interfuit ann. 431. habitæ. Demochar. sedisse *annis tredecim*. Robert. Catal. Episc. Mediolan. *annis tribus*.

(g) *Ipso Die S. Siridionis Episcopi*. Quidam: *Speridionis*. Alii: *Spiridonis*. Martyrologia Antuerpien; Corbejen; Lucen; ac Bluman: *In Antiochia Syridoni Episcopi ejusdem Loci*. Florar. Ms. *Antiochia Syndani Episcopi, & Martyris*. Sphalma fortè *Syndani*, pro *Siridionis*. Usuard. Coloniæ edit. an. 1521., & Martyrolog. Germanic. *Siridonis Episcopi, & Confessoris*.

(h) *In Thebaide Macarii Abbatis*. Martyrol. Antuerpien: 4. *Nonas. Et in alio Loco: Stratonici, Maccari, Abbani, Saturi, Possesseris, Firmi, Maximiani, Acutionis, Thimothei, Heresi, Artaxi in.... Acuta, Tobia, Eugenda*: at corruptè *Maccari Abbani*, pro *Macarii Abbatis*. Corbejen: *Antiochia Stratonici, Macarii Abbatis, Saturi, Firmi, Maximiani, Acutionis, Timothei, Heresii, Arthaxa, Vitalis, Acuta, Tobia*. Hieronymian. Lucen: *In Antiochia Strascini, Macharii Abbatis, Saturi, Possessoris, Firmi, Maximiani, Atianis, Timothei, Herissi, Astaxi, Vitalis, Acuta, Tobia, Eugenda*. Eadem Bluman: sed *Stratonici, Acutionis, Herisi*, pro *Stracini, Actionis, Herissi*. Ms. monaster. Rhinovien: *Antiochia Macarii Abbatis, Saturi, Possessoris, Firmi*. Mss. Romana, scilicet Monaster. S. Cyriaci, & Vatican. *Hierosolyma Stephani, Macari Abbatis, Isidori Episcopi*. Ms. Tornacen: *Eodem die depositio B. Abbatis Macarii*.

Baronius prælibatis Not. duos definit Macarios, alterum Alexandrinum, de quo hoc die, alterum Ægyptium die decimaquinta Januarii. Consentiunt Bollandus, & Henschenius, adstruentes variis Martyrol. Macarium Alexandrinum alium esse ab Ægyptio, ambos florentes in Ægypto, Antonii discipulos. Aliter de his duobus Macariis videtur sentire Rosuueydus ad vit. PP. Idem Baron. iisdemque not. alium *Macarium* præstat, *cujus res gesta habentur in Vit. PP. auctore Theophilo quodam*. Ferrarius hac ipsa die Catal. SS. Italiæ censet, perperam hanc vitam à Theophilo exaratam.

(c) *Antiochia passio Beati Isidori Episcopi*. Eminentissimus Baronius suis hujus diei elucubratis not. quamvis hunc S. Episcopum ex Beda, Usuardo, veteribusque Mss. hac die exhibeat, ingenuè nihilominus subdit: *Cujus autem fuerit Civitatis Episcopus, nullus prodit*. Et profectò neque apud Eusebium legitur: tum Chron. tum hist. neque apud Nicephor. Constantinopolitan. in Antiochenor. Antistitum serie. Rosuueydus verò hanc Martyrol. Roman. lectionem conjectura tuetur, nomen Episcopi *Donus* esse, & *Isiri* nomen Loci; unde suspicatur, Sanctum Siridonem eumdem esse, qui fortè & Isidorus appellatus: adstipulanturque Rosuueydo omnia S. Hieronymi Apographa apud eruditos clarosq; viros Bolland. Henschen. & Florentin. IV *Non. Ianuar. In Antiochia Syridoni Episcopi ejusdem Loci*. De hoc Sancto Episcopo adhuc Baronius ipse iisdem Not. candidè fatetur: *Cujus fuerit Civitatis Episcopus, hactenus obscurum remanet*. Unde eadem Lectio Roman. Martyrol. sine loci nota ipsum sejunctim refert: *Ipso Die Sancti Siridionis Episcopi*. Quocirca hauritur clarè, Syridonum Episcopum, quem relati codices hac die Antiochiæ memorant, alium esse ab Isidoro Episcopo Antiochiæ hac ipsa die supposititiè signato; ut Holstenius in adnotatis marginalibus de hoc Isidoro Episcopo animadvertit: *In veteri Martyrologio S. Hieronymi sic legitur*; Antiochiæ Syrię Siridoni Episcopi ejusdem loci: *atque ità perspicuè scriptum est in Ms. Martyrologio Serenissima Regina*. Puta Sueciæ.

Verùm Baronius suis eximiis Ecclesiæ Annalibus, non satis favet istius *Domni* famæ; exquò ipsum à Sanctorum albo expunxit: Consentiuntque multi codices in sacris Dypticis: *Antiochia Sancti Doni Episcopi*, & non *Domni*.

Ast eruditus Holstenius deprehendit, satis constare ex publicis Sancti Hieronymi fastis probatæ fidei, nomen hujus *Domni* in eis commemoratum, & *Antiiochia Syria*, ut à *Pisidia*, aliisque ejusdem nominis discriminetur. & quidem hic *Domnus* substitutus legitur Paulo Samosateno hæresis damnato; atque ab Episcopis, qui eum in Ecclesia Antiochena constituerunt, summoperè laudatus; ut Epistola quintæ Synodi, ubi: *Quinimmò omni genere virtutum, qua Episcopum decent, exornatum fuisse*; apud Euseb. lib. 7. cap. 24. qui dein. cap. 26. addit: *Vixit sub Aureliano, & mota jam in Christianos persequutione à Diocletiano, obiit*; licet ipse Eusebius in Chronic. recensuisset sub Gallieno factum Domnum Episcopum, & sub Aureliano vita functum. Quòd si quidam Codices, *Donum*, & non *Domnum* signant, hoc ex aliquo Amanuensis vitio summi

Disceptatio Topographica.

ſummi viri Bollandus, & Henſchenius judicant; qui tametſi putent, *Siridonum*, & *Iſidorum* eumdem eſſe, qui fortè & *Iſidorus* appellatus; an verò *Donus* ſit alius, ac *Domnus*, non ſtatuunt. En quot ambagibus nutat hæc Martyrologii Romani lectio, quæ ut ex ipſis explodatur; quemadmodum hac ipſa die, cùm de S. Syridione Epiſcopo, ſine loci Epiſcopatus nota, profert: *Ipſo dio Sancti Siridionis Epiſcopi*. Et ſanè, quum Baronius ipſe admoneat: *Cujus fuerit Civitatis Epiſcopus, hactenus obſcurum remanet*. Ità, ut hoc alterum dubium exulet: utrùm Iſidorus Epiſcopus ſit alius, vel idem, ac Siridion, & hi, an alii à *Domno*, vel *Dono*: ſaniùs erit [ſalvo ſapientiorum placito] ſi expuncto tò *Antiochia*, cùm etiam Baronius iiſdem Not. ingenuè prodat: *Cujus autem fuerit Civitatis Epiſcopus, nullus prodit*. Pari modo habeat: *Eodem Die paſſio Beati Iſidori Epiſcopi*.

Diſceptatio Chronologica.

(d) *Tomis in Ponto Sanctorum trium fratrum Argei, Narciſſi, & Marcellini pueri, qui ſub Licinio*, &c. Adhuc non levi quidem objectioni occurrendum: utrùm hoc Martyrium ſub Licinio ſignandum. Eminentiſſimus enim Baronius ſuis animadverſis Annalibus ipſum ſupputat anno Chriſti 316. ut eo anno n. 4. quo anno Licinium Eccleſiam perſequutum non fuiſſe, ex Theophane elicitur, & Cedreno, teſtantibus, Chriſtianos à Licinio anno 319. è ſuo Palatio pulſos.

Sed Baronius eo anno 316. diſcordias inter Imperatores Conſtantinum, & Licinium, ob quas hic perſequutionem in Chriſtianos incœpit, & è ſuo Palatio expulit, adſtruit ſubſcriptione *Leg. 1. Cod. Theodoſ. de Veteran.* propoſita IV. *Idus Aprilis Licinio quinto, & Chriſpo*: Ideſt anno 318. ubi fit mentio prælii Hadrianopolitani, quo Licinius debellatus fuit, poſtquàm in Eccleſiam perſequutionem moviſſet.

Nihilominus ex Euſebio id Baronius hauſit; cujus Chronicon idem Eminentiſſimus Annaliſta eodem anno 316. num. 26. depravatum fatetur. Petavius lib. Paralipomenon de Doctrin. tempor. pag. 87. tradit: *Conſtantini, & Licinii Bella in Annalibus perturbatiſſimè digeri*. Et Valeſius in not. ad Euſebium, cùm de vit. Conſtantini, Anonymum citat, qui, poſt bellum inter Conſtantinum, & Licinium cœptum, hæc exaravit: *In Orientis partibus Licinio Conſtantino Coſſ. repentina rabie ſuſcitatus Licinius, omnes Chriſtianos à Palatio, juſſit, expelli.* Sed legendum: *Conſtantino quinto, & Licinio Cæſare Coſſ.* peracto eo conſulatu anno Chriſti 319. quo Quindecennalia Imperii Licinii Auguſti obtigerint.

Quò ad ſubſcriptionem Legis adductæ, inter viros eruditos convenire, eam mendoſam eſſe, eamque longè tardiùs dictam, animadvertit eruditè, ac fuſiùs Pagi ſua Chritica Hiſtorico-Chronologica t. 1. ad an. 316. n. 6.

Baronius tandem adductis notis admonet: *De his Martyribus: Beda, Vſuardus, Ado, & vet. manuſcript. omneſque, ſub Licinio Imperatore hos paſſos eſſe, confirmant*. Aſt putare fas eſt, relatos Martyrologos, aut id ex mendoſo codice excerpſiſſe, aut anno Baroniano ſignare nequiſſe; verùm quum alia iterùm ad 13. Januarii expendenda, quidquid modò de hac veritate; quilibet ſuo ſenſu remaneat, & nil aliud intendimus, niſi quòd hi Sancti quippè Martyres fuerint; ſed quo anno, & ſub quo Principe in tricam verti; quæ, ut ex hac Romani Martyrologii Lectione abeat, adinſtar diei ſequentis, cùm de Sanctis Martyribus Theogene, & Gordio; quamvis Baronius in Not. aſſerat ſub Licinio paſſos, hoc ipſa lectio non exprimit; ita (ſi ſapientiores annuerint) ſolers erit, ut expuncto *ſub Licinio*, proferat: *Tomis in Ponto Sanctorum trium fratrum Martyrum Argei, Narciſſi, & Marcellini pueri*.

xxviij C Tertio Nonas Ianuarii. Luna 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	21	21	22

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

OCtàva ſancti Ioànnis Apòſtoli & Evangeliſtæ. (*a*) Romæ via Appia natàlis ſancti Antèri Papæ, qui ſub Iùlio Maximìno paſſus eſt, & in cœmetèrio Calliſti ſepùltus. (*b*) Eòdem die ſancti Petri, qui apud civitàtem Aulònam crucis ſupplicio eſt interèmptus. (*c*) In Helleſpònto ſanctorum màrtyrum Cyrìni, Primi, & Theogènis. (*d*) Cæſarèæ in Cappadòcia ſancti Gordii centuriònis, de cujus

(b) *Anteri Papæ*. Martyris. ann. 338. Baron. eo an. n. 1. An. 236. Pagi to. 1. ad eundem an. n. 2.

(l) *Zoſimi, & Athanaſii*. Die 4. Jan. Græci in Menolog. & Meneis; Ferrar. Gener. Catal. SS.

An. 241. Euseb. in Chron. Die præced. Martyrol. Rovet. Die decima tertia Apr. Martyrol. Arabic. Ægyptiac. ms. Die 4. Maii Ms. Hibernic. Monast. Tamlactens.

làudibus extàt præclàra Basilii Magni oràtio in ejus die festo hàbita. (*e*) In Cilicia sanctòrum màrtyrum Zòsimi, & Athanàsii Commentariènsis. Item sanctòrum Theopèmpti, & Theònæ, qui in persecutiòne Diocletiàni illùstre martyrium obièrunt. (*f*) Patàvii sàncti Danièlis màrtyris. (*g*) Viènnæ in Gàlliis sancti Florèntii Epìscopi, qui tèmpore Gallièni Imperatòris in exilium relegàtus, illic martyrium consummàvit. (*h*) Lutètiæ Parisiòrum sanctę Genovèfæ vìrginis, quæ à beàto Germàno Antisiodorènsi Epìscopo Christo dicàta, admirandis virtùtibus, & miràculis clàruit. (*i*)

Item Theopemti, & Theonæ. Die 5. Januar. Græci, & Molan. Die 4. Galesin. & Ferrar. Die 2. Notker.

(h) *Florent. Episc.* Obiit an. 262. Baron. eo an. n. 58. An. 241. Vvestinomasteriens. in Florib. histor. Die 2. Januar. Notker.

(c) *Petri*. Martyr ann. 338. Baron. eo an. nu. 1. An. 291. Bolland. & Henschen.

(a) *Baron. in hujus diei Not. Amalar. de Eccles. offic. lib. 4. c. 37. in fine. Ado in Martyrol. Bolland. & Henschen. in Act.* (b) *Baron. an. 338. n. 1. Euseb. in Chron. & histor. lib. 6 c. 22. Nicephor. Episc. in Chron. & alii.* (c) *Baron. in Not. Beda, Vsuard. & Sur. t. 1. prior. edit.* (d) *Baron. an. 316. n. 47. Membrit. t. 2. vit. SS. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 41.* (e) *Baron. an. 304. n. 62. & sequ. ac Menolog. Græcor. Cardinal. Sirleti.* (f) *Baron. in Not. relat. Græci in Menolog. citat. Acta Bolland. & Henschen.* (g) *Baron. in Not. relat. & Acta citat. Petr. in Catal. lib. 2. c. 40. Ferrar. in Catal. SS. Italiæ, & Robert. in Catal. Episc. Patavin.* (h) *Baron. an. 262. num. 58. Beda, Ado, Florar. ms. Galesin. Act. Bollan. & Henschen.* (i) *Baron. an. 429. n. 11. Beda, Vsuard. Ado, Sur. t. 1. prior. edit. Sigebert. in Chronic. ad an. 457. Act. Bolland. & Henschen.*

(d) *Cyrini, Primi, & Diogenis*. Martyres ann. 216. Sub. Licin. Baron. eo an. n. 47. An. 319. Pagi to. 1. ad an. 316. n. 11. Die 2. Ianuar. de Theogene Græc. in Meneis. Notker. et Mautolic. Die 4. Martyrolog. Monaster. Sancti Maximi.

(i) *Genovefæ*. Obiit circ. 512. Aimon. lib. 1. cap. 24. Circ. 514. Renat. Benedict. Circ. 515. Galesin. in Not.

(b) *Romæ Anteri Papæ in cæmeterio Callisti*. Alii: *Antherus, Antheros, & Anterius*. Liber de Roman. Pontific. *Anteros*. Martyrol. de Peregrin. *Anterii*. Martyrolog. Roman. vet. Bellin. Mautolyc. aliique die præcedenti: *In cæmeterio Callisti Anteri Papæ*. Ms. Cod. S. Cyriaci: *In Cæmeterio Callisti sepultus Via Appia in Paraphageno*. Holstenius, Ferrar. in catal. SS. Ital. *Ex Petelia Vrbe Magnæ Græciæ oriundum*.

Eminentissim. Baron. suis hujus diei elucubrat. Not. tradit hunc S. Pontificem passum sub *Maximino*. Liber de Roman. Pontific. sub *Maximiano*. Idem Baron. iisdem Not. *Cæmeterium vox notissima, qua Christiani illum locum dicere consueverunt; in quem fidelium defunctorum corpora sepelienda inferuntur*. Holstenius suis selectis ad hunc diem Animadversis: *Cæmeterium fuisse appellatum etiam Sarcophagum, sivè arcam, qua defunct rum Corpora condebantur: apparet ex inscriptione Filæ marmoreæ ad Palatium Vrsinorum, quæ fontis aquam excipit*.

In antiquis est Sapientia. Job. 12.

(c) *S. Petri apud Civitat. Aulonam*. Quædam Martyrol. *Cæsareæ*. Alia: *Aulanæ*. Nonnulla: *In ditione Eleutheropolitana*. Mss. Sanct. Lambert., & S. Ricarii Leodii: *In Civitate Avelana passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximiano Imperatore*. Mautolyc. *Eodem die S. Petri, qui apud Civitatem Aulanam Crucis supplicio est interemptus sub Severo Præside, Diocletiano Imperante*. Eadem ferè Galesin. *Aulanam* Martyrol. Germanic. Usuard. Bellin. & de Peregrin. *Auclara*, imò *Aulona* Martyrolog. Attrebaten. Tornacen. Lætien. ac Florus. Nonnulla alia Mss. *Eulanam*.

Hrabanus, & Martyrol. Sancti Maximini Treviris: *Eodem die passio S. Petri, qui, & Balsami Martyris sub Maximiano Imperatore, agente Severo Præside, qui, eum nolentem sacrificare Diis, jussit, suspendi, & vngulis lacerari, ad extremùm verò gladio interfectus est, & in Aulona Civitate sepultus*. Notkerus iisdem verbis. Alia Martyrologia: *Petri Auselami, Abselami, Abesalamiten. Abessalomi, & Balsami*. An hic Petrus sit idem, & quænam ex his variis Lectionibus sit sanior: Solers Lector Bollandum, & Henschen. consulere adeat.

Sapientiam omnium antiquorum requirit Sapiens. Ecclesiast. 39.

(d) *In Hellesponto Cyrini, Primi, & Theogenis*. Martyrol. Antuerpien: *In Hellesponto Civitate Parethia, Cirici, Primi, Theogenis*. Eadem Martyrol. Corbejen. sed *Theogenis* scribit. Martyrol. Hieronymian. Lucen: *In Hellesponto Civitate Paretia, Cirici, Primi, Eugeni, Rodi*. Martyrolog. Bluman. *In Civitate Parethia, Cirici, Primi, Theugenis*. Ms. S. Lamberti Leodii: *In Ellesponto Cirici, Primi, & Diogenis*. Eadem Florar. ms. Vetustissim. Ms. Monasterii Rhinovien: *In Hellesponto Cirici, Primi*. Usuard. & *Theogenis*. Ms. Domus S. Cęciliæ Leidæ: *Tirici*. Mautolyc. *Cyriaci* pro *Cyrini*. Menæa: *Theagenis* pro *Theogenis*. Eadem Menæa die præcedent: *Eodem die S. Hieromartyris Diogenis, hic Episcopus erat ad Parium Hellesponti*, &c. At, vel alius, vel, ut Rosuueyd. hic filius erat Episcopi. Est *Parium* Urbs Asiæ ad Hellespontum; *Paretia* apud Codices S. Hieronymi: Mautolyc. die sequent.

quent. *Apud Cyzium in Hellespento Theogenis, & sociorum, de quibus pridie*. Martyrol. de Peregrin: *In Helispento SS. Martyrum Ciriaci, Primi, & Theogenis*. Alius Theogenis *ignis supplicio extinctus* in Menolog. & Menæis ad 13. Octobr.

(e) *Cæsarea in Cappadocia Gordii*. Menæa, & Menolog. Græcor; *Ex Cæsarea Cappadociæ S. Martyris Gordii, qui, cùm Licinio Rege esset Comes, & militarem ordinem gereret, propter Christiana fidei confessionem nobile martyrium perpessus est; in cujus laudem habita Basilii Magni extat oratio*.

(f) *In Cilicia Zosimi, & Athanasii*. Baron. hujus diei Not. Martyres *sub Domitiano Imperat*. Græcor. Menolog. & Ferrar. in general. Catal. SS. *Sub Domitiano Præside*. Græcor. Menolog. *Eodem die Commemoràtio Sancti Martyris Zosimi, & Athanasii Commentàriensis, qui, Domitiano Præside, apud Ciliciam illustre martyrium pertulerunt*.

Itèm Theopempti, & Theone. Menæa Græcor. apud Rederum die 2. Januarii: *SS. Theopèmpti, & Theodita, quæ fuit Mater Sanctorum Medicorum, qui sine pecunia ægrotos curarunt*. Eruditi viri Bollandus, & Henschenius adnotant, *Theòdoren* hic referri; idcircò alios.

(g) *Patavii Danielis*. Galesin. *Patavii S. Danielis Levitæ, & Martyris. Inventio* &c. Eadem ferè Chinius. Baronius quidem in Not. *Hæc est dies inventionis ejus corporis, ut accepimus ex Tabulis Ecclesiæ Patavinæ*.

(h) *Florentii Episc*. Martyrol. nempè Antuerpien. *Vienna depositio Florenti*. Corbejen. *Vienna Beati Florentii Episcopi, & Confessoris*. Hieronymian. Lucen. *In Vienna Depositio S. Florenti Episcopi*; hoc idem Martyrol. Blumanii. Martyrolog. Bavaricum, & Bedæ ms. *Eodem die S. Florentii Iuvennensis Episcopi, & Martyris* VII. *ejusdem Vrbis*. Martyrol. Germanic. VIII *Viennensem Episcopum*. Bossius Bibliothec. Floriacens. & Chenu: IX. *Viennensem Præsulem*. An idem, ac Florentius Viennensis Episcopus, & Martyr, Cardinalis Baronius laudatis not. videtur his verbis affirmare: *Florentius Episcopus Viennensis vita, & doctrina emicuit*. Bollan. & Henschenius nutant. Ipsos hac die studiosus Lector inspiciat.

(i) *Lutetia Parisior. Genovefa Virginis*. Eadem Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Parisius Sancta Genovefa Virginis*. Beda genuinus eadem. Antuerpien. *Parisi* pro *Parisius*. Mendum frequens *Parisius* in Martyrol. antiquis, Antiquorum vitio. Martyrol. de Peregrin. *pro Christo dicata* legit *dedicata*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. ac Florus: *Eodem die Parisius, Genovefa Virginis, quæ in corpore posita tantùm in virtute prævaluit, ut mortuum suscitaret*.

xxvij. D Pridie Nonas Ianuarii. Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

OCtàva sanctòrum Innocèntium. (*a*) In Creta natalis sancti Titi, qui ab Apòstolo Paulo Cretènsium Epìscopus ordinàtus, post prædicatiònis officium fidelissimè consummàtum, beàtum finem adèptus, sepùltus est in Ecclèsia, ubi à beàto Apòstolo dignus minister fùerat constitùtus. (*b*) Romæ sanctòrum màrtyrum Prisci presbyteri, & Priscilliani clèrici, ac Benedictæ religiòsæ fœminæ: qui tèmpore impiìssimi Iuliàni glàdio martyrium complevèrunt (*c*) Item Romę beàtę Dafròsæ uxòris sancti Flaviàni màrtyris, quæ post interfectiònem viri sui primùm exìlio relegàta, deinde sub præfàto Prìncipe càpite plexa est. (*d*) Bonòniæ sanctòrum Hermètis, Aggæi, & Caii màrtyrum, qui sub Maximiano Imperatòre passi sunt. (*e*) Adrumèti in Africa commemoràtio sancti Mavìli martyris, qui in persecutiòne Sevèri Imperatòris à Scàpula sævìssimo Præside damnàtus ad bèstias, martyrii coronam accèpit. (*f*) Item in Africa præclarissimòrum martyrum Aquilìni, Gèmini, Eugènii, Marciàni, Quincti, Theòdoti, & Tryphònis. (*g*) Apud Lingònas sancti Gregòrii Epìscopi,

(b) *Titi Episc.* Die 25. Augusti Gręci in Menolog. Die 18. Martyr. Coptic. Seldeni.

(h) *Greg. Episcopi*. Obiit an. 591. Baron. eo an. n. 31. Ann. 524. Galesin. Ann. 535. Florar. ms. Annó 538. Bolland. & Henschen. Die 7. Januar. Flor. cit.

(i) *Rigoberti*. Obiit an. 77?. Anonymi auct. vit. Pagi t. 3. ad ann. 717. n. 6. An. 733. Coint. eo an. n. 6. An. 749. Bollan. & Henschen.

ſcopi, miràculis clari. (*h*) Rhemis in Gàllia ſancti Rigobèrti Epiſcopi, & Confeſsòris. (*i*)

(a) *Baron. in hujus diei Not. Poſſidius in Indicul. Amalar. de Eccleſ. Offic. & Microlog. c.* 360. (b) *Baron. an.* 44. *&* 61. *Græci in Menolog.* 25. *Auguſti*, *& Euſeb. hiſtor. lib.* 3. *c.* 4. (c) *Baron. an.* 362. *n.* 273. Beda *Vſuard. & Ado* (d) *Baron. ibid.* (e) *Baron. an.* 262. *n.* 123. *Vſuardus & Tabul. Eccleſ. Benonienſ.* (f) *Baron. an.* 230. *nu.* 7. (g) *Baron. in not.* Beda, *Vſuard. Ado*, *& Petr. in Catal. lib.* 2. *c.* 44. (h) *Baron. an.* 509. *n.* 13. *Turon. de Geſt. Francor. lib.* 3. *c.* 15. *&* 19. *& Mombrit. t.* 1. *vit. SS.* (i) Baron. *an.* 717. *n.* 9. *an.* 740. *n.* 12. *Sur. t.* 1. *prior. edit. & Sigebert. in Cronic. an.* 723.

Oportet habere teſtimonium 1. ad Timot. 2.

(b) *In Creta natalis S. Titi*. Menolog. Græcor. 25. Auguſti: *Item S. Titi Epiſcopi Gortinæ Vrbis Cretæ Diſcipuli Sancti Apoſtoli Pauli*. Mænæa: *Item Titi Epiſcopi Gortinæ in Creta Diſcipuli S. Apoſtoli Pauli*. Martyrol. de Peregrin. nulla loci nota: *Item natalis S. Titi*. De hoc, præter codices, quos Baron: hujus diei not. cumulat, extat inſignis Homilia Beati Andreæ Cretenſis; ut Holſtenius.

(c) *Romæ Priſci Presbyt. & Priſcilliani Clerici, ac Benedictæ religioſæ*. Quædam Ms. *Ac Benedictæglorioſæ* &c. Martyrol. de Peregrin. *Priſciliani*, pro *Priſcilliani*. Bollan. & Henſcken: Priſcillianus Carthagine in Hiſpania die 5. Jan. officio ſimplici colitur. Ferrarius in Catal. SS. Ital. veretur, an ſit, qui Romæ paſſus dicitur.

(d) *Dafroſæ*. Maurolyc. aliique: *Darfoſæ*. Alii: *Afroſæ*. Martyrol. de Peregrin. *Defroſæ*. Vſuard. addit: *Vxoris Flaviani*, de Peregrinis *Fabiani*, Acta Bollandi, & Henſchenii *Flamiani*.

(e) *Bononiæ Hermetis, Aggæi, & Gaii*. Martyrol. Antuerpien: *In Oriente Bononia Civitate Hermetis, Aggei, Gai, Ædui Epiſcopi*. Martyrol. Corbejen. *In Oriente Bonania Civitate: Hermetis, Agei, Gai, Petri, Marci, Sereni, Senni, Anaſtaſia*. Martyrol. Hieronymian. Lucen: *In Oriente Bononia Civitate Ermetis, Aggei, & Gagi*: Eadem Martyrolog. Blumanii. Ms. Monaſter. Tornaci nomine Bedæ: *In Oriente Bononia Civitate Hermetis, Aggæi, Gaii*. Ms. Martyrol. Uſuard. Leiden. *Civitate Balon. in Tracia SS. Hermetis, Caii, Aggæi*. Nonnulli codices cuſi: *Banonia*. Ms. Vatican. *In Bononia Civitate Hermetis, Appæi*. Martyrol. de Peregrin. *Civitate Benonia Hermetis, Haggei, & Cai Martyrum*, percurrit *ſub Maximiano Imperatore*.

Baron. ſuis Not. *Hermetem, Aggæum, & Cajum Bononiæ in Italia ſub Maximiano paſſos ex Bononienſis Eccleſiæ tabulis doceri*. Bolland. & Henſchen. *Bononia in Oriente*, & non in *Italia* in pluribus veterib. Mss. ſe legiſſe aſſerunt. Sigonius de Epiſcop. Bononienſib. inter SS. Italos recenſet; ac inter Judæorum corpora aliquando projecta, eorum loca adhuc lapideis crucibus ad memoriam inſigniţ Bononię monſtrari. Utrùm iidem, laudati Scriptores inſpiciendi.

Teſtimonium fidele ſapientiam præſtat. Pſalm. 18.

(g) *Item in Africa Aquilini, Gemini, & Soc*. Martyrolog. ſcilicèt Antuerpien. *In Africa Aquilini, Gemini, Eugenti, Marciani, Quinti, Theodori, Trifonis*. Corbejen: *In Africa Aquilini, Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti, Thodeti, Triphonis*. Hieronymian. Lucenſe: *In Africa Aquilini, Teodoti, Trifonis*. Beda, Uſuard. Ado, Notker. & Florar. ms. *Apud Africam præclariſſimorum Martyrum Aquilini, Gemini, Eugenti, Marciani, Quinti, Theodoti, Trifonis, quorum geſta habentur*. Menæa Græcor. *Eodem die Sancti ſex Martyres in pace finiunt*. Martyrol. de Peregrin. *Apud Africam præclariſſimorum Martyrum Aquilini, Eugenii, Martiani, Quinti, Theodori, & Tryphonis, quorum geſta habentur*. Ms. Attrebaten. & Tornacen: *In Africa nat. Aquilini, Gemini, Eugenti, Vincti, Triphonis*. Ms. Lætien. percurrit *Triphonis*. Ms. S. Cyriaci, & Vatican: *In Africa Aquilini*. An iidem, qui in Africa, Rader. hæret.

(h) *Gregorii Epiſc.* Martyrol. de Peregrin. *& Confeſſoris*.

(i) *Rigoberti Epiſc.* Galeſin. in Not. *Roberti*.

Diſceptatio Chronologica.

(f) *Adrumenti in Africa S. Mavili Martyris, qui in perſecutione Severi Imperatoris à Scapula ſæviſſimo Præſide damnatus*.

Eminentiſſimus Baronius ſuis eximiis Annalibus ſupputat hoc Martyrium anno Chriſti 203. ut eo an. nu. 7. Quo tempore non videtur Scapula à Severo in Chriſtianos deputatus.

Nihilominus idem Baronius ad hunc diem in Notis, talem aſſertionem munit encomio Tertulliani ad Scapulam ſcribentis; cui exprobrat cladem divinitùs immiſſam in Africam in Martyris ultionem: ac reſcripto Commodi Imp. *L. Divus Marcus ff. de Offic. Præſ.* Nam paulò poſt Commodum Severus imperavit, ſub quo in Africa Sanctorum carnificinam Scapula exercuit; inter quos *Mavilus* glorioſum Martyrium conſummavit. Baronio an-

nuunt summi viri Bolland. & Henschen.

Verùm, quamvis compertum, Scapulam sub Severo in Christianos Præfecturam exercuisse, ut Tertullian. ad Scapulam; tamen non constat Mavilum ann. 203. juxta laudatum Baronium, sub Scapula Martyrem occubuisse; Scapula eam Præfecturam tunc non gerente; ut ex eodem Tertulliano lib. ad Scapulam cap. 3. *Vigellius Saturninus primus in Africam gladium in nos egit, hunc sequutus est Minucius Firmanus; Minucium excepit Hilarianus*, de quo Hilariano adhuc sermo extat in præfat. lib. ad Scapulam: & cap. 4. præter hos, aliorum quatuor Proconsul. meminit; nempè *Cincii Severi, Vespronii, Candidi Asperi, & Prudentii*. Exquò Scapula, apud accitum Tertullian. post illos Præses, non nisi sub persequutionis fine, in eam Provinciam missus.

Patere videtur in Act. Sanctarum Felicitatis, & Perpetuæ, quæ an. 205. sub eodem Severo Martyrium consummarunt; quo tempore non Scapulam, sed Hilarianum in Christianos deputatum observat doctissimus Holstenius suis animadversis: ideòque Tertulliani exprobratio ad Scapulam, non videtur referenda ad Mavili martyrium, ut à Scapula illatum, sed ad ipsius Scapulæ sævitiam in alios Martyres suo Consulatu exercitam; à qua Tertullianus, ut Scapulam ipsum deterreat, exemplum ostendit divinæ ultionis in Mavili persequutorem immissæ.

At quemadmodum de relatis martyribus Perpetua, & Felicitate, licet cum Sociis sub eodem Severo Principe Martyrii Coronam adeptæ sint, ut penès Martyrol. Rom. ad 7. Martii, tamen sub cujus Præfectura eo die non exprimitur, sed solùm *Sub Severo Principe*, ita modò, ut ex hac ejusdem Martyrolog. Rom. lectione hæc par trica abdicetur (si majori pollentibus sapientia placuerit) dempto *à Scapula Sævissimo Præside*, pronuncietur: *Adrumenti in Africa commemoratio S. Mavili Martyris, qui in persequutione Severi Imperatoris damnatus ad bestias, Martyrii coronam accepit.*

xxiv. E Nonis Ianuarii. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
A B C D E *F* F G H M N P
25 26 27 28 29 30 30 1 2 3 4 5

Vigìlia Epiphanìæ Domini. (*a*) Romæ sancti Telèsphori Papæ, qui sub Antonìno Pio post multos labòres pro Christi confessiòne illùstre martyrium duxit. (*b*) In Ægypto commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, qui in Thebàide sub persecutiòne Diocletiàni dìvèrso tormentòrum gènere cæsi sunt. (*c*) Antiochìæ sancti Simeònis mònachi, qui in colùmna stans, multos annos vìxit, undè & Stylitæ cognòmen accèpit: cujus vita & conversàtio èxtitit admiràbilis. (*d*) In Anglia sancti Eduàrdi Regis, virtùte castitàtis & gràtia miraculòrum insìgnis: cujus festum ex decrèto Innocèntii Papæ undècimi tèrtio Idus Octòbris, quando ejus sacrum corpus translàtum fuit, celebràtur. (*e*) Alexandrìæ sanctæ Synclèticæ, cujus res præclàrè gestas sanctus Athanàsius literàrùm monumèntis commendavit. (*f*) Romæ sanctæ Æmiliànæ vìrginis, àmitæ sancti Gregòrii Papæ, quæ vocànte Thàrsillà soròre, quæ ad Deum præcèsserat, hac ipsa die migràvit ad Dòminum. (*g*) Eodem dìe sanctæ Apollinàris virgìnis. (*h*)

(b) *Telesphor. Pap.* Martyr an. 154. Baron. eo an. n. 1. & seq. Ann. 153. Bolland., & Henschen. An. 137. Pagi t. 1. ad an. 152. nu. 2. Die 2. Jan. Hraban. & Notker.

(c) *Plurimor. Martyrum.* An. 302. sub Diocletian. Baron. eo an. n. 86. & seq. An. 303. Pagi to. 1. ad eundem ann. n. 6.

(d) *Simeonis.* Obiit an. 460. Baron. eo an. nu. 18. & seq. An. 458. Sigebert. Chronic. Die 24. Maii, 1. & 7. Septemb. Græci.

(f) *Syncletica.* Die præcedent. Græci.

(h) *Apollinaris.* Die antecedenti Menæa.

(a) *Baron. in hujus diei Not. Turonen. de gest. Francor. lib.* 10. *c.* 31. *in Perpetuo Episc. Microlog. & alis.* (b) *Baron. an.* 154. *nu.* 1. *& seq. Beda, Vsuard. Ado, Euseb. in Chron. & hist. lib.* 4. *cap.* 5. *Nicephor. Episc. in Chron. & Zeger. in vit. nor. illustr.* (c) *Baron. an.* 202. *n.* 86. *& seq.* (d) *Baron. An.* 410. *n.* 28. *an.* 460. *n.* 18. *& seq. Græci in Menolog. Glycas in Annal. & Turonen. de glor. Confessor. c.* 26. (e) *Baron. an.* 1043. *n.* 3. *an.* 1060. *an.* 1161. *n.* 1. *ac Sur. t.* 1. *prior. edit.* (f) *Baron. in Not.*

Nor. & Græci in Menologio. [g) *Baron. an. 581. n. 4. & seq.* (h) *Baron. in not. Metaphrast. Act. Bolland. & Henschen.*

Ut audiat sapientiam auris tua, inclina ad cognoscendam eam. Prover. 2.

(c) *In Ægypto plurimorum SS. Martyr.* Martyrol. Antuerpien: *In Africa Felicis, Secundi, Honori, Luciani, Candidi, Januarie, Calistoria, Iocundi, Acuti, Petri. Marci, Severi, Anastasi*. Martyrol. Corbejen. *In Africa, Felicis, Secundi, Honori, Luciani, Candidi, Ianuarii, Calesfori, Iocundi, Acuti, Petri, Marci, Sereni, Senni, Anastasia*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa, Felicis, Secundi, Honori Luciani, Candedi, Ianuarii, Calisphori, Iocundi, Acuti, Petri, Marci, Sermi, Senni, Anastasia*: eadem Martyrol. Blumanii, verùm: *Cauti, Serini*, pro *Acuti, Sermi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ ms. *In Africa Felicis cum aliis duodecim*. Probabili lapsu Librarii: *Calesfori* in laudatis Codicib. pro *Telesphori* adnotat Notkerus; uti Antuerpien. *Anastàsi* pro *Anastasia*. Utrùm intèr plures Anonymos Martyres Ægyptios hi Africani signandi, lector studiosus videat.

(d) *Simeonis Monachi*. Martyrol. Antuerpien: *In Antiochia Simeonis Monachi*. Corbejen. *Antiochia Depositio Sancti Simeonis Monachi, & Confessoris, qui in Columna stetit*. Hieronymian. Lucense, & Bluman: *Et in Antiochia depositio S. Simeonis Confessoris, qui in Columna stetit*. Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *Hierosolyma Simeonis Prophetæ, & Simeonis Confessoris, qui in Columna stetit*.

Cardinal. Baron. ad an. 460. n. 18. hic Sanctus Simeon in Columna plusquam *octoginta annos* stetit. Græci in Menologio, & Menæis ad 1. Septembris: *Quadraginta Septem*. Evagrius *quadraginta*; huic adstipulantur Mautolyc. Galesin. aliique.

(f) *Syncletica*. Nomen proprium Dignitatis, non Personæ, quodammodo Senatoriæ, nempe *Vxoris, aut Filiæ Senatoris*; elicitur ex Cassian. *lib. 3. de Instit. Renunc. c. 2.* referente Basilii Magni notabile dictum: *Fertur sententia Basilii Cæsariensis Episcopi ad quemdam prolatum Syncleticum, tale quando diximus tepore torpentem, & Senatorem, inquit, Syncleticum perdidisti, & Monachum non fecisti*. Giaccon. lib. obscur. voc. admonet; *quòd alioquin nemine adnotante facilè intelligitur, Syncleticum non esse Personæ, sed Dignitatis nomen*. Videndus Sedulius in præfat. ad opus Paschale; & Athànasius de vit. hujus Sanctæ; teste Nicephor. Callist. lib. 8. cap. 4.

Cardinal. Baron. in Not. *Hæc vita utinam extaret; deperiit enim non sine gravi totius Ordinis Christiani jactura*. Holstenius suis animadversis: *Extat ms. hæc vita in Codice Vaticano 825. nomine S. Athanasii: In alio vetustissimo codice Cryptæ Ferratensis. In Bibliotheca Vaticana nu. 1589. Eadem vita habetur nomine Polycarpi Ascetæ. Nec dubium, quin ista sit, quam Nicephorus Callistus legit; tota enim documentis spiritualibus referta est*. Bolland. & Henschen. *Eadem*, scilicet vita, *in Escuriali Regis Catholici Bibliotheca reperta est, & latinè reddita à Davide* Colvillo *Scoto*; hæc vita in eorundem Bollan., & Henschen. Act. exarata legitur.

Si susceperis sermones, intelliges, & scientiam invenies. Prover. 2.

(h) S. *Apollinaris Virginis*. Menæa Græcorum die præcedenti: *Eodem die* S. *Apollinaris Syncletica*. Nomine Syncleticæ, fortasse ab Anthemii Patris dignitate Senatoria, & Patricia; quamquam hoc nomine aliæ sacræ Virgines dictæ. Hæc fuit Virgo in Ægypto, & habitu Monachi fugit in solitudinem, dicta: *Dorotheus*; Acta cujus Metaprhast. apud Bolland. & Henschen.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Romæ Thelesphori Papæ, qui sub Antonino post multos labores &c.*

Martyrol. de Peregrin. secundùm morem Romanæ, & universalis Ecclesiæ anno 1553. sub Julio Papa III. subducto sub quo hic sanctus Pontifex mortem oppetierit, pandebat: *Romæ S. Thelesfori Papa, qui septimus post Petrum Apostolum Pontifex ordinatus illustre martyrium duxit*. Sanè quippè; ambigere enim videtur, an sub Antonino Pio, sub quo Christifideles fæliciori Ecclesiæ statu fruitos tradunt Historici.

Eminentissimus Baronius eximiis suis Annalibus relatum martyrium supputat anno Christi 154. ut eo an. n. 1. quo annus Imperii Antonini Pii decimus quintus agebatur *Gabrione, & Veriano Coss.* Pagi animadversis in Baronium Annalibus ex Chronico Damasi referente: *Thelesphorum fuisse à Consulatu Titiani, & Gallicani, usque ad Cæsaris, & Balbini*, ipsam Baronii supputationem refellit, contrahendo Thelesphori martyrium ad an. 137. quo Consulatus incidit Cæsaris, & Balbini, ut t. 1. ad an. 151. nu. 2.

Cæterùm sub Antonino Pio Christiana fides per Orbem terrarum placida profectò fruebatur pace; testibus Tertulliano in Apolog. Severo lib. 2. Orosio lib. 3. c. 14. aliisque. Compertum quoque Antoninum Pium pro Christianis Edictum amplissimum promulgasse apud Euseb. in Chron. & hist. lib. 4. cap. 14. ac Justin. Martyr. in Append. Apolog.

Baronius ad hunc diem elucubratis not. obtrudit, ante relatam Justini Apologiam Thelesphori, aliorumque martyrium obtigisse, ex eodem Eusebio histor. lib. 4. c. 11. & 12. Equidem Vsuardus, Beda, Ado, aliique quamplures sub Antoni-

no Pio martyres recenſent; adſtipulantur ſummi viri Bollan. & Henſchen.

Aſt ſi relatum martyrium poſt Juſtini Apologiam non contigerit, nec ante ipſam in ipſius Antonini probitatem, & pro ejus Chriſtiana benevolentia exaratam; & haud dubium, hac religione ita Antoninum, juxta Hiſtoricorum traditionem, imperium geſſiſſe annis 22. & ultrà; ut Pii agnomen adeptus fuerit. Quinimmò ipſe Baronius, quum de S. Concordio Presbytero, & Martyre die 1. Jan. in hoc Rom. Martyrolog. memoret; in Notis Martyrium adſtruit *ſub Antonino Severo, cognomento Philoſophus*, ab ipſo Antonino Pio adoptatus; eo quia eſſe nequiverit ſub Antonino Pio, ſub quo Eccleſia in pace quievit. Idcircò Martyrologi, qui Teleſphorum, alioſque Martyres ſub Antonino Pio ſignarunt, ſub illa fide, quam ex aliquo perantiquo Codice nacti fuere, ſuppoſitio dein apud Chronographos reperto; & martyres ſub *Antonino Vero* ſphalma Scribentis ſub *Antonino Pio* tradiderunt; ita ut idemmet Baronius opinetur, Martyres ſub Antonino Pio relatos, non fuiſſe quidem ipſius Imperatoris mandato, ſed Gentilium furore, conclamantibus illis contra Fideles, ſententia Præſidum damnatos; adſtipulanturque Bollan. & Henſchen. Verùm hæc trica inter ipſos Hiſtorico-chronologicos fit: in præſentiarum ſicut hoc Rom. Martyrol. cùm de relato Concordio profert ſolùm *temporibus Antonini Imperatoris* ſine addito *Pii*, aut *Philoſophi*; licet Baron. ejuſdem diei elucubratis Notis putet *ſub Antonino, qui dictus cognomento Philoſophus*; ita accurata quoque erit hodierna Lectio (ſi ſtudioſiores definierint) ut abdicato tò *Pii*, enunciet: *Romæ S. Tholeſphori Papæ, qui ſub Antonino poſt multos labores pro Chriſti confeſſione Illuſtre Martyrium duxit.*

xxv F Octavo Idus Ianuarii. Luna 6

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

A B C D E F F G H M N P

26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

EPiphanìa Dòmini. (*a*) In territòrio Rhemènſi pàſſio ſanctæ Macræ vìrginis, quæ in perſecutiòne Diocletiàni, jubènte Rictiòvaro Præſide, cùm in ignem eſſet præcipitàta, & permanſiſſet illæſa, dehinc mammìllis abſcìſſis, & ſqualòre càrceris afflìcta, ſuper teſtas ètiam acutìſſimas, ac prunas volutàta, orans migràvit ad Dòminum. (*b*) In Africa commemoràtio plurimòrum ſanctòrum Màrtyrum, qui in perſecutiòne Sevèri ad palum ligati, igne conſùmpti ſunt. (*c*) Rhedònis in Gàllia ſancti Melànii Epìſcopi, & Conſeſsòris, qui poſt innumerabìlium ſigna virtùtum, jùgiter cœlo intèntus, gloriòſus migravit à ſæculo. (*d*) Florèntiæ ſancti Andrèæ Corsìni Florentìni Carmelitę, Epìſcopi Feſulàni, quem miràculis clàrum Vrbanus Octàvus in Sanctòrum nùmerum rètulit: cujus feſtivitas pridie Nonas Februàrii celebràtur. (*e*) Geris in Ægypto ſancti Nilammònis reclùſi, qui dum ad Epiſcopàtum traherètur invìtus, in oratiòne ſpìritum Deo rèddidit. (*f*)

(b) *Macra*, Martyr an. 303. Baron. eo an. n. 3. Bollan. & Henſchen. An. 304. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. An. 305. Florar. ms. Die 3. Mart. idem Florar. ac Ms. Adon. Monaſter. S. Laurentii Leodii.

(d) *Melanis*. Obiit intr. 530. & 549. Florentin. Die 6. Novemb. Sauſſajus ſupplement. ad Martyrol. Gallican. Sammarthan., & Ms. S. Savini in Piræn. Die 2. Maii Martyrol. vetuſtiſs. olim monaſter., S. Richarii.

(a) *Baron. an. 1. num. 19. & ſeq.* (b) *Baron. an. 303. Beda, Vſuard. Ado, & Petr. in Catal. lib. 2. c. 50.* (c) *Baron. an. 205. n. 17. & 18.* (d) *Baron. an. 507. nu. 26. Turonen. de glor. Confeſ. c. 55. Petr. in Catal. lib. 2. c. 49. Acta Bollan. & Henſchen.* (e) *Act. Bolland. & Henſchen. relat.* (f) *Baron. an. 403. n. 36. Sozomen. lib. 8. c. 19. & Nicephor. lib. 13. c. 17.*

Epiphan.

Sapientiam omnium Antiquorum requirit sapiens. Ecclesiastic. *39.*

(a) *Epiphan. Domini*. Orientales hoc uno eodemque die *Natale*, & *Epiphaniam* colebant, quo Christum natum, & baptizatum putabant. Diversis verò diebus jùssu Justin. Imperat. scilicet *Natale* die 25. Decembr. *Epiphaniam* hac die 6. Januar. Abuphal. hist. Dynast. pag. *94*.

(b) *S. Macra Virginis*. Ms. vetustissim. olim monasterii S. Richarii ad 2. Maii: *In territorio Rhemensi. Sancta Macra Virginis cum aliis Virginibus sacris*.

(c) *In Africa commemoratio plurimor. SS. Martyr.* Martyrol. Antuerpien. *In Africa Talesphori, Fori, Iocundi, Petri, Acuti, Ianuarii; & alibi, Honori, Iuli, Antonini*. Martyrol. Corbejen. *In Africa, Fori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ianuaria, Iuli, Honori, Antonini: Itèm Fori*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Fori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ianuaria, Iuli, Honori, Antonini*: eadem Martyrol. Blumanii. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa, Fori cum aliis quinque.* Ms. Rhinovien. antiq. *In Africa Thelesphori, Acuta, Ianuaria*. Notker. *In Africa, Flori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ianuaria*. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. *in Africa commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrum, & inter quos Thelesphorus, Iocundus, Petrus, Marcus; Item Petri, & Marci*. Ex qua Lectione Martyres relati videntur esse ex Anonymorum numero, de quibus, in Africa sub Severo, hoc Rom. Martyrol. memorat. Cardinal. Baronius suis not. ex Pamelii observationibus censet eos, quos *Sarmenticios*, & *Semaxios* Tertullianus vocavit, quo tormento perierunt. Verùm, nec Usuardus, nec Ado, neque Mautolyc. hujus meminerunt.

(d) *Rhedonis, Melanii Episcopi*. Prælibata Martyrolog. Antuerpien. *In Civitate Redonis, Natalis S. Melani Episcopi*. Corbejen. *In Civitate Redonas, Natavitas, & Ordinatio Episcopatus, & transitus S. Melani Episcopi, & Confessoris, qui ibidem celebratur*. Hieronymian. Lucen. non addit *Confessoris*. Ms. Vatican. & S. Cyriaci: *Redonis S. Melanii Episcopi, & Confessoris: Et passio SS. Iuliani, & Basilissæ, & Celsi.* Notker. *Redonis Natavitas, & Ordinatio, ac transitus Sancti Melani Episcopi, & Confessoris, cuius Corpori superposita in mediis ignibus illæsa reperta est palla*. Ptolomæo: *Rhedonis Condare* vulgò *Rennas*. Urbs in minori Brittan. Antonin. in Itinerar. Alii *Redonunum*. Baron. iisdem Not. *Fuit, & ejusdem nominis Melanius alter Viromandensis Episcopus, qui eàdem vixit ætate, eidemque Concilio præsens fuit; scilicet Aurelianensi* 1. At Bollandus, & Henschenius Sanctor. eximiis Actis hoc die: *Concilio illi subscripsit Sofronius Episcopus Ecclesiæ Veromandensis. Melanius præter Rhedonensem nullus; verùm Concilio 5. Aurelianensi per Cautinum Archidiaconum subscripsit: Melanius Episcopus Albanensis*.

Narrationem virorum nominatorum conservabit. ibid.

(b) *In territorio Rhemensi passio Sanctæ Macræ Virginis, quæ in persequutione Diocletiani jubente Rictiovaro Præside*.

Pleraq; vetera Martyrol. Mss. scil. Pleschien. Pulsanen. Sophian. & Capuanum Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. & alia edita, ut illud Bedæ, Usuardi, Rabani, Notkerii, Adonis, & de Peregrinis non addunt: *In persequutione Diocletiani*.

Disceptatio Chronologica.

Eminentissimus Baronius suis ad hoc Rom. Martyrol. elucubratis notis: *Additum hic est, hanc Sanctam passam sub Diocletiano Imperatore; nam Rictiovarum Præsidem, qui eam sub titulo Christianitatis damnavit, sub eodem Imperatore exercuisse Præfecturam, declarant Acta Sanctorum Crispi, & Crispiani, & aliorum Gallicanorum Martyrum. Quod autem ad nomen Præsidis spectat; Rictiovarum in aliquibus antiquis codicibus in duas dictiones distinctum invenimus in hunc modum: Rictius Varus; quæ lectio mihi magis arridet*.

Ast potuit unus idemque *Rictiovarus*, sivè *Rictius Varus* sub pluribus Imperatoribus egisse Præfecturam; immò plures fuisse hujus nominis Præsides, ex Actis Sancti Firmini Episeopi Ambianensis fit manifestum. Is quippe extitit vicinus Apostolorum temporibus; utpote quem Sanctus Saturninus Apostoli Petri discipulus in Galliam misit, & tamen passus legitur *Præside Rictiovaro*. Exemplo adhuc perspicuo, cum de SS. Martyribus quoque Ambianensibus, Victorico, & Fusciano, qui dicuntur passi *Rictiovaro Præside*, & in eximiis Baronii Annalibus eodem Christi anno 303. quo hæc Sancta Virgo martyr occubuit, ut eo anno n. 120. de Victorico, & Fusciano num. 131. de Macra nihilominus ad 11. Decembris lectio hujus Martyrol. Rom. profert: *Iubente Maximiano*; ac proinde ex Præside Rictiovaro non cogimur hanc Sanctam sub Diocletiano coronam martyrii duxisse; ut igitur ejusdem Martyrol. Rom. lectio solers sit, sicut 3. Februar. cùm de S. Blasio solùm habet: *sub Agricolao Præside* sine Imperatoris nota; tametsi Baronius illius diei notis putet sub Diocletiano; pariformiter dempto in præsenti *in persequutione Diocletiani* (ad eruditorum libitum) sine hæsitatione pronunciet: *In territorio Remensi passio S. Macræ Virginis, quæ jubente Rictiovaro Præside, cum in ignem esset præcipitata &c.*

xxiv. G Septimo Idus Ianuarii. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

(a) *Relatio pueri Ieſu*. Die 5. Ianuar. Raban. Die 11. Notker.

(b) *Luciani*. Martyr an. 311. Baron. eo ann: n. 3. & ſeq. An. 312. Bollan. & Henſchen. An. 313. Pagi to. 1. ad ann. 313. n. 10. Die 15. Octobr. Græci in Menol. in Menæis, & Anthol. à Clemen. VIII. approbat.

RElàtio pùeri IESV de Ægypto. (*a*) Eòdem die natàlis beàti Luciàni Antiochènæ Eccleſiæ presbyteri & màrtyris, qui ſatis clarus doctrìna & eloquentia, paſſus eſt Nicomediæ ob Chriſti Confeſſiònem in perſecutiòne Galerii Maximiàni, ſepultùſque eſt Helenòpoli in Bithynia: cujus laudes ſanctus Ioànnes Chryſòſtomus celebràvit. (*b*) Antiochìæ ſancti Cleri diàconi, qui pro confeſſiònis glòria sèpties tortus, ac diu in càrcere maceràtus, ad ùltimum decollàtus, martyrium conſummàvit. (*c*) In civitàte Heraclèa ſanctòrum màrtyrum Felicis & Ianuàrii: (*d*) Eòdem die ſancti Iuliàni màrtyris. (*e*) In Dània ſancti Canùti Regis & màrtyris: ejus autem feſtivitas quartodècimo Kalèndas Februàrii celebràtur. (*f*) Papìæ ſancti Criſpini Epìſcopi, & Confeſsòris. (*g*) In Dàcia ſancti Nicètæ Epìſcopi, qui feras & bàrbaras gentes Evangèlii prædicatiòne mites rèddidit, ac manſuètas. (*h*) In Ægypto beàti Theodòri mònachi, qui tèmpore Conſtantìni Magni flòruit ſanctitàte, cujus mèminit ſanctus Athanàſius in vita ſancti Antònii. (*i*) Barcinòne ſancti Raymùndi de Pènnafort, Ordinis Prædicatòrum, ſanctitàte & doctrìna cèlebris: feſtivus verò ejus dies dècimo Kalendas Februàrii recòlitur. (*k*)

(e) *Iuliani*. Die 2. Januar. Ferrar.

(f) *Canuti Regis*. Martyr ann. 1081. Baron. eo an. nu. 3. Ann. 1080. Saxo Gramm. lib. 13. hiſtor. Dan. An. 1086. Pagi to. 4. ad ann. 1081. Die 10. Julii, idem Pagi loc. cit.

(g) *Criſpini*. Die 2. Jan. Martyrol. Gallobelgic.

(a) *Baron. an. 1. n. 42. & ſeq. an. 8. nu. 13. an. 9. per totum, Beda, Vſuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. an. 309. n. 12. an. 311. n. 3. an. 318. n. 75. & ſeq. anno 326. n. 57. Græci ad 15. Octobr. Euſeb. lib. 9. c. 5. Metaphraſt. Suidas, & alii.* (c) *Baron. in Not. Beda, Vſuard. Ado, & Petr. in Catal. lib. 2. c. 54.* (d) *Baron. in Not. Vſuard. Acta Bollan. & Henſchen.* (e) *Baron. ibid. Acta Bollandi, & Henſchen. relat.* (f) *Baron. an. 1081. n. 31. an. 1164. nu. 50. Saxo Grammat. hiſt. Dan. lib. 13. & Ioan. Magn. hiſt. Goth. lib. 18. c. 11. 12. & 13.* (g) *Baron. an. 451. nu. 15. an. 466. n. 15.* (h) *Baron. an. 318. n. 18. an. 396. n. 14. an. 397. n. 14. & ſeq.* (i) *Baron. an. 404. & in Not. Acta Bolland. & Henſchen.* (k) *Molan. Martyrol. Germanic. Marietta, Ferrar. & Galeſin. in Not.*

Animadvertite interpetrationem, & verba. Proverb. 1.

(b) *Eodem die Beati Luciani*. Martyrol. Antuerpienſe: *In Micomedia Luciani, Presbyteri*. At vitium Librarii: *Micomedia* pro *Nicomedia*. Martyrol. Corbejenſe: *In Nicomedia S. Luciani Antiochenæ Eccleſiæ Presbyteri, & Martyris, qui quatuor in partes demerſus eſt*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Luciani Presbyteri, qui quatuor partibus factus eſt*. Martyrol. Reginæ Sueciæ ms. *In Nicomedia S. Luciani Antiochenæ Eccleſiæ Presbyteri, & Martyris, qui quatuor in partibus diviſus eſt, & in mari præcipitatus*. Mss. Sancti Martini Treviris, & S. Mariæ Ultrajecti: *In Nicomedia Luciani Presbyteri, qui in quatuor partes fractus, in mare demerſus, integer inventus eſt*. Mss. Divionenſ. Vatican. & S. Cyriac. *In Nicomedia S. Luciani Presbyteri*. Mss. Monaſterior. S. Laurentii Leodii, & Lobienſis, ac Notker: *Et Nativitas S. Luciani Antiochenæ Eccleſiæ Presbyteri, & Martyris, qui Nicomediæ ob confeſſionem Chriſti paſſus, & in quatuor partes diſſectus eſt, quibus in ſingulis lapidibus ligatis, & in mare demerſis, alia die Helenopoli Bithyniæ integrum Corpus cum ipſis lapidibus inventum honorificè ſepultum eſt; quam Vrbem, cùm priùs Drepana vocaretur, in honorem ejuſdem Martyris Conſtantinus Imperator inſtaurans ex nomine Matris ſuæ Helenopolim nuncupavit*. Eadem ferè Mss. Lætienſe, & S. Martini Tornaci, ac Florar. ms. *Antio-*

Ad ſuſcipiendum judicium, ut detur ſcientia, & intellectus. ibid.

(c) *Antiochia Cleri Diaconi*. Prælaudatum Martyrol. Antuerpiense: *In Antiochia Lucerii Diaconi*. Eadem Ms. Sancti Lamberti Leodii. Aliud Antuerpien. Societatis Jesu nomine Bedæ: *Beligerii Diaconi*. Bolland. & Heuschen. Mss. Rhinovien. & S. Richarii: *Licerii Diaconi*. Alii Mss. Codices: *Lucerii*. Martyrol. de Peregrinis: *Cleti Diaconi*. Florus Addit: ad Mss. Attrebatens. Tornacens. & Lætiens. *Item Clerici, & Diaconi Antiocheni, qui septies torti, & de carcere producti, decollati sunt*. Martyrol. Hieronymian. vetus Lucen. ad 14. Ianuar. alium *Clerum* habet, non capite plexum, sed in mare mersum.

(d) *In Civitate Heraclèa Felicis, & Ianuarii*. Martyrol. Corbejen. relatum: *In Heraclea Civitate Felicis, & Ianuaria*. An Martyres Heracleæ ad fretum Gaditanum, vel Heracleæ, quæ Lucaniæ Urbs fuit, aut Heracleæ Civitate Hispaniæ, haud satis constat. Bivarius Commentar. in Dextri Chronic. ad an. 246. n. 4. passos vult Heracleæ Civitate Hispaniæ. Item Mss. Vatican. & S. Cyriac. *In Militana Civitate nat. Polioêti, Ianuarii*. At hic Januarius videtur alius.

(e) *Eodem die Iuliani Martyris*. Martyrol. Gallican. Saussai: *In Tractu Andegaventi Natalis S. Iuliani Martyris, cujus corpus in Asceserio, seù Prioratu S. Ioannis ad Ligerim quiescit condigno cum honore*.

Baronius in notis de hoc Sancto: *Quando autem, vel ubi passus sit, latet*. Bivarius Chronic. sub Flav. Dextri nomine ad an. XCI. hæc verba: *S. Iulianus Toleti patitur* VII. *die Ianuarii, fuit Episcopus*, ita commentatur: *Ignorabatur hactenùs, quis ille Iulianus fuisset, latuitque Baron. sed nunc Dextri Chronic. manifesta multa fiunt, quæ sine eo ignorabantur*. Ferrar. 2. Ianuar. *Calari in Sardinia S. Iuliani Comitis, & Martyris*. Forsitan ob reliquias ibi translatas, ac anno 1615. die 22. Iul. repertas; ut Esquirrus Sanctuar. Calaritan. par. 1.

(f) *In Dania Canuti Regis*. Pagi t. 4. ad an. 1081. nu. 4. & 5. hoc die 7. Ian. *Natale S. Canuti Regis Obotritorum, ac Ducis Slesviensis, & martyris ann.* 1130. Die 10. Jul. *In Dania Sancti Canuti Regis, & Martyris an.* 1086.

(g) *Chrispini* Ferrar. in Catal. SS. Ital. tres *Chrispinos* Ticinenses, seù Papienses refert. De quonam hac die, non satis compertum: consulendi Bollan. & Henschen.

(h) *In Dacia Niceta Episc*. Baronius discriminat hunc Nicetam ab illo die 22. Junii inscripto, adstipulanturque Bollan. & Henschen. Holstenius tamen suis Animadversis non annuit, cùm ait: *Hujus memoria agitur etiam infrà 22. Iunii unà cum Sancto Paulino Nolano, qui suis eum carminibus nobilitavit*. Cordatus lector prælibatos viros consulere adeat.

(b) *Eodem die Natalis B. Luciani: passus est Nicomediæ in persecutione Galerii Maximiani*.

Eusebius tunc superstes, ac gesta Martyrum scribens lib. 1. c. 5. testatur, Lucianum sub Maximino coronatum fuisse. Idipsum S. Hieronymus cap. 77. de Scriptor. Eccles. in Luciano: *Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi sub persequutione Maximini, Sepultusque Helenopoli Bithiniæ*. Quod dein Beda, & Ado eorum Martyrol. *In persequutione Maximini* repscripsere. *Disceptatio Chronologica.*

Eminensissimus Baronius suis elucubratis Notis pro Martyrol. Rom. assertione Methaphrastem advocat, & Suidam, tradentes, Lucianum sub Maximiano martyrem occubuisse. Porrò suis quoque eximiis Annalibus, ex Euseb. lib. 8. cap. 3. consignat hoc martyrium anno Christi 311. ut eo an. n. 3. quo anno persequutio Galerii Maximiani in Christianos vigebat. Verùm turbato ordine rerum Eusebius id exaravit; unde Metaphrastes, & Suida adducti Lucianum Martyrem sub Maximiano retulerunt. Quippè idem Eusebius dein lib. 9. cap. 6. accuratius signat tempus: Valesio Not. Euseb. adnotante, scilicet Martyrium S. Luciani post Sancti Petri Alexandrini necem contigisse, hoc est ann. 311. die 25. Novembris: ideoque non sub Maximiano jam vita functo, sed sub Maximino, qui Nicomediæ tunc morabatur; teste Ruinarto in Act. Sincer. Martyr. pag. 561. Porrò exemplum præclarum extat in passione duodecim fratrum Martyrum Beneventi die 1. Septembris; quæ licet inscripta in Actis apud Sur. t. 7. prior. edit. *tempore Maximiani*; nihilominus Baronius ipse illius diei not. huic refragatur; eò quia longe ante Imperatoris tempora obtigerit; & rursus putat, in iisdem Actis errorem in Nomine Imperatoris irrepsisse; ita ut pro Valeriano, appositus fuerit Maximianus: Ex quo forsan Lectio Martyrologii illius diei neque Valerianum, neque Maximianum commemorat; sed ab utroque sanè præscindens, enunciat: *Beneventi Sanctorum Martyrum duodecim fratrum*. Pari modo in Luciano post Maximianum jam defunctum passo, in Imperatoris nomine quoque error Amanuensis contingere potuit, scribendo: *Maximianum* pro *Maximino*: immò faciliùs, quum inter Maximinum, & Maximianum unius tantummodo literæ sit discrimen. Ut igitur hæc ambiguitas à Martyrologii Romani lectione procul sit; sicuti ad dictum diem 1. Septembris, pro adductis duo-

decim

decim Martyribus Beneventanis: neutiquam exprimit, ſub quo Imperatore paſſi fuerint; eò quia hoc ambigi poteſt. Nam etſi Baron. in eorumdem Notis autumet ſub Valeriano; Acta tamen habent ſub Maximiano. Ita ſedula erit, (& quatenus ſapientiores adſtipulentur) ut dempto *in Perſecutione Galerii Maximiani*, proferat: *Eodem die Natalis S. Luciani Antiochena Eccleſia Presbyteri, & Martyris, qui ſatis clarus Doctrina, & eloquentia paſſus eſt Nicomediæ ob Chriſti confeſſionem, ſepultuſque eſt Helenopoli in Bithynia, cujus Laudes S. Ioannes Chryſoſtomus celebravit.*

xxiii. A Sexto Idus Ianuarii. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
A B C D E *F* F G H M N P
28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

BEllòvaci in Gàlliis ſanctòrum martyrum Luciàni presbyteri, Maximiàni, & Iuliàni: quorum duo ùltimi à perſecutòribus gladio perèmpti ſunt; beàtus autem Luciànus, qui cum ſancto Dionyſio in Gàlliam vènerat, poſt nìmiam cædem, cùm Chriſti nomen viva voce confitèri non timuìſſet, priòrum ſentèntiam & ipſe excèpit. (*a*) Item ſancti Eugeniàni màrtyris. (*b*) In Lìbya ſanctòrum màrtyrum Thèophili diàconi, & Hellàdii; qui primò laniati, ac tèſtulis peracùtis compùncti, demum in ignem conjecti, ànimas Deo reddidèrunt. (*c*) Venètiis depoſitio beàti Laurèntii Iuſtiniàni confeſsòris, primi ejuſdem urbis Patriàrchæ; quem doctrìna & ſupèrnis divinæ ſapièntiæ chariſmàtibus copioſiſſimè replètum Alexànder Octàvus in Sanctòrum nùmerum rètulit: de quo ètiam Nonis Septèmbris. Hieràpoli in Aſia ſancti Apollinàris Epiſcopi, qui ſub Marco Antonino Vero ſanctitàte atque doctrìna flòruit. (*d*) Neapoli in Campània natàlis ſancti Severìni Epìſcopi, fratris beàti Victorìni màrtyris, qui poſt multàrum virtùtum perpetratiònem, plenus ſanctitàte quièvit. (*e*) Papiæ ſancti Màximi Epiſcopi & Confeſſoris. (*f*) Metis ſancti Patièntis Epiſcopi. (*g*) Eòdem die apud Nòricos ſancti Severìni Abbàtis, qui apud eam gentem Evangèlium propagàvit, & Noricòrum dictus eſt Apoſtolus. Ejus corpus ad Lucullànum prope Neàpolim divìnitus delàtum, inde pòſteà ad monaſtèrium ſancti Severìni translàtum eſt. (*h*)

(d) *Apollinaris*. Die 7. Februar. Bolland. & Henſchen. Die 1. Ian. Florar. ms. Die 23. Iul. Caniſius.

(a) *Baron. an. 95. n. 7 an. 98. n. 11. Beda Vſuard. Ado, Sur. t. 4. prior. edit. die 31. Octobr. in Act. S. Quintini, & Petr. in Catal. lib. 2. c. 55. aliiq;* (b) *Baron. in Not. Vvandelbert. ac Vſuard.* (c) *Baron. in Not. & Græci hac ipſa die in Monolog.* (d) *Baron. an. 172. n. 7. an. 173. n. 9. & ſeq. an. 191. n. 3. Euſeb. lib. 4. cap. 6. & S. Hieronym. de Scriptorib. Eccleſ. & Epiſt. 84.* (e) *Baron. Not. relat. Beda, Vſuard. Ado, Act. Bolland. & Henſchen.* (f) *Baron. Not. relat.* (g) *Baron. ibidem* (h) *Baron. ibid. ac Iſidor. de vir. illuſtr. c. 13. & Sur. t. 1.*

Sapientis oculi in capite ejus Eccleſiaſt. 2.

(a) *Bellovaci Luciani Presbyt. Maximiani, & Iuliani*. Martyrol. Corbejen. *In Gallia Civitate Belloacus paſſio Sanctorum Luciani, Mariani, & Iuliani Martyrum*. Bollan. & Henſchen. ac Florentinius. Ms. Eccleſ. S. Mariæ Vltrajecti: *Maſſiani* pro *Maximiani*. Ms. Centullen. nomine Bedæ: *Bellovaco*. Ms. Eccleſiæ S. Lamberti Leodii: *Belvaco*. Ado: *Belnaci in Galliis*. Beda cuſus: *Bellovaco Sanctorum Martyrum Luciani, & Meſſiani*. Notker. *Melloacia S. Iuliani ſocii Beati Dionyſii. Item Meſſiani.*

Ad intelligenda verba, et eruditionem doctrinæ. Proverb. 1.

Sciolus

Sciolus forsan : *Melloacia* pro *Bellovaci*. Mss. Monasteriorum Lætien. & S. Martini Tornaci : *Belvaco Civitate Natalis S. Luciani Episcopi, & Martyris, qui ab Vrbe Roma, &c.* Mautolyc. *Beluaci SS. Luciani Presbyteri, ac Beati Petri Discipuli, necnon Maximiani, & Iuliani puerorum ab ipsis conversorum : ex quibus primus Episcopus, secundus Presbyter, tertius Diaconus, &c.* Galesin. *Belluaci SS. Martyrum Luciani Episcopi, Maximiani Presbyteri, ac Iuliani*. Martyrol. de Peregrin. *Bellovaci, Luciani Episcopi, & Maximiani Presbyteri, & Iuliani Diaconi*. Acta quidem apud Sur. t. 5. prior. edit. asserunt, Lucianum fuisse *Bellovaci* Episcopum. Acta SS. Crispini, & Crispiniani : *Bellovac. Luciani, & Quintini sub Diocletiano*. Baron. hujus diei not. definit, hunc Lucianum esse alium : at ipsi Bellovacenses inter se conferant.

(b) *Itèm Eugeniani Martyris*. Maryrol. Antuerpiense : *Augustoduno Depositio Egemoni Episcopi* Martyrol. Corbejen. *Ægemoni*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Egemoni*. Martyrol. Blumanii eadem. Martyrolog. Reginæ Sueciæ : *Æugemonis*. Ms. antiq. Monasterii S. Martini Trevir. & Ms. Sanctæ Mariæ Ultrajecti : *Augustoduni S. Eugenii Episcopi, & Martyris*. Galesin. in Not. *Augustoduni in Galia S. Eugeniani Martyris*. Saussajus : *Augustoduni Æduorum S. Eugeniani Martyris in strenua concertatione pro fidei testimonio laureati.* An iidem, qui in hoc Rom. Martyrol. alii definiant.

(c) *Theophili, & Stelladii, qui primò laniati*. Menologium Græcor. *qui ad Proconsulem ducti primò*.

(d) *Hierapoli Apollinaris*. Ms. vet. Centullen. nomine Bedæ ad 7. Februar. ac Mss. Sancti Lamberti Leodii, Treviren. S. Gudilæ, Bruxellen. & Greven. Addit. ad Usuard. edit. an. 1521. & Martyrol. Colonien. an. 1390. *Apud Asiam minorem Civitate Hierapoli S. Apollinaris Episcopi viri eruditissimi*. Ms. pervetust. Monaster. Leodii nomine Adonis, & Florar. ms. *Apud Asiam Provinciam S. Apollinaris Ierapolitani Antistitis, viri eruditissimi, claruit anno clxx.* Idem Florar. ad 1. Iun. *Apud Antiochiam Depositio S. Apollinaris Confessoris, & Doctoris*; hic tamen *Apollinaris* videtur alius. Canisius ad 23. Julii post S. Apollinarem Ravennaten. eo die cultum : *Itèm Commemoratio alterius S. Apollinaris Episcopi Hieropolitani, Sanctitate, & doctrina clarissimi, qui pro Christiana Religione multa scripta reliquit*.

(e) *Neapoli Severini Episc. Fratris B. Victorini Martyr.* Martyrolog. de Peregrin. *Fratris Beatissimi Victoris Martyris*.

(f) *Papia Maximi Episc.* Cardinal. Baron. suis hujus diei selectis Notis unum Maximum Papiensem Episcopum adnotat; duos verò Sanctorum Acta Bollandi, & Henschen. sed an de primo, vel altero ex duobus hoc die, ex iisdem Act. non liquet. Lector studiosus ea consulat.

(g) *Metis S. Patientis Episc.* Martyrol. de Peregrin. addit: *& Confessoris*. Martyrolog. Colonien. & Martyrol. Saussai : *Metis S. Patientis Episcopi S. Ioannis Evangelistæ Discipuli*.

(e) *Neapoli in Campania S. Severini Episcopi fratris B. Victorini*. Holstenius doctissimus suis ad hoc Rom. Martyrolog. Animadversis testatur : *Florentiæ in Bibliotheca S. Marci vidisse Catalogum accuratum, & antiquissimum Ecclesiæ Neapolitanæ, qui hunc Severinum non agnoscit*. Verùm Monasterium Neapolitanum PP. Benedictinorum antiquitate inclitum unum tantùm Severinum commemorat, eumq; unà cum Sosio levita, & Martyre se possidere ait; hisce versibus, lapide insculptis abundè testantibus: *Disceptatio Chronologica.*

Hi duo Sancta simul, Divinaque Corpora Patres

Sosius unanimes, & Severinus habent.

Nempe Severinum Abbatem Noricorum Apostolum, de quo etiam hoc ipso die Rom. Martyrol. & de eo jam dicti Patres bis Officium Abbatis persolvunt, videlicet hoc die 8. Ianuarii quando hujus Sancti Natalitia; & rursus 10. Octobris, quando ejusdem translationem colunt; De Severino autem Neapolitano Episcopo ubique silentium; Etenim nec ipsa Metropolitana Ecclesia, ad quam maximè sui Episcopi cultus pertineret, nec aliqua alia Neapolitana Ecclesia Severinum Episcopum novit: hoc idem adstruunt Bolland. & Henschen. de Sanctor. monument. viri eximii.

Eminentissimus Baronius suis hujus diei enunciatis Notis : *De hoc Severino Episcopo etiam hoc ipso die Beda, Vsuard. Ado, ac cæteri omnes*.

Ast Molanus, & Ferrar. eruditissimi, ac æque historici diligentissimi hunc Severinum Episcopum haud veriti sunt expungere. Molanus itaque in Not. ad Vsuard. ita scripsit : *In Vsuardo expunxi ea verba Episcopi, & Confessoris fratris Beati Victorini Martyris. Hunc enim Ado habet 9. Septembris, Severinum enim Noricorum Apostolum hac die obiisse, & Neapolim translatum esse constat ex Eugibio, & ex Paulo Diacono lib. 1. de gest. Longobard. c. 12. Quippe Vsuardo addita putarim, quæ expunxi, aut ipsummet errando duos Severinos confundisse* : Hæc Molanus. Ferrarius verò tum Addit. ad novam suam Martyrolog. Topographiam pag. 150. tum Lib. de SS. Ital. nil se reperisse Neapoli de hoc Severino Episcopo testatur; & Rosveyd. suo veter. Martyrol. Rom. hunc Severinum Episcopum Neapolitanum ignorat;

quemadmodum, & omnes S. Hieronymi Codices de eo ſilent. Quod ſi vetuſt. Kalendarium Canonicorum Lucentium S. Severinum hoc die refert; tamen nil aliud profert niſi: VI *Idus Sancti Severini Presbyteri*: teſte Florentinio, ſuo eximio Occidentali Martyrologio. Igitur dicendum, Bedam aut *Non. Iunii, & Non. Ianuarii*, è corrupto fortaſſe Codice falſum excerpſiſſe, aut nullum, hoc die Severinum Epiſcopum poſuiſſe, ſed, quòd laudatis Martyrologiis ab aliquo poſt Bedæ tempora per errorem additum fuerit; ex ipſomet eximio Baronio ad 8. Iunii in notis hoc depromitur, admonente: ambiguam, & ſuboſcuram de S. Severino Septempedano narrationem eſſe, propter omnimodam cum S. Severino Neapolitano ſimilitudinem; exquò ſuſpicandum, nomen Severini Epiſc. Neapolit. in hoc Martyrol. Rom. alicujus injuria, & inſcitia irrepſiſſe. Nec officit, Summontium, & Eugenium Caracciolum de Regno Neapolitano præclariſſimos ſcriptores hunc Severinum Epiſcopum Neapolitanum eorum Hiſtoriis recognoviſſe; nam id fortè obtigerit, quia in vetuſta ipſa S. Severini Baſilica depictum S. Severinum cum Epiſcopali baculo, & mitrato capite inſpexerunt; verùm Sacra hujuſmodi inſignia, non ſolùm Epiſcopis appingi ſolent, ſed & Abbatibus; ſicque is, qui eo modo depictus videtur, nequaquam Severinus Epiſcopus, de quo alioquin Neapoli nulla eſt memoria, ut apud Antonium Caracciolum Cleric. Regular. ſuo ſingulari Libello de Sac. Eccleſ. Neapolit. Monument. ſed Severinus Abbas exiſtimandus; ex cujus nomine ea Eccleſia nuncupatur; idemque dicendum de aliis Picturis, aut ſculpturis jam dicti vetuſti Templi cum Epiſcopalibus inſignibus; quæ ſanè Engenius, & Summontius admodùm coactè ad Severinum Epiſcopum trahunt; ut igitur Martyrol. Rom. Lectio ex hac trica abeat, (dummodo ſapientiores cenſuerint) demptis aliis verbis, ita concinnetur: *Eodem die Natalis S. Severini Epiſcopi; qui poſt multarum virtutum perpetrationem plenus Sanctitate requievit.*

xxii B Quinto Idus Ianuarii. Luna 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

ANtiochìæ ſub Diocletiàno & Maximiàno natàlis ſanctòrum Iuliàni màrtyris, & Baſilìſſæ vìrginis uxòris ejus; cum viro ſuo virginitàte ſervàta, in pace vitam finìvit: Iuliànus verò (poſtquam multitùdo ſacerdòtum, & miniſtròrum Ecclèſiæ Chriſti, quæ propter immanitàtem perſecutiònis ad eos confùgerat, igne cremàta eſt) Marciàni Præſidis juſſu plùrimis tormèntis cruciàtus, capitalem ſentèntiam accèpit: cum quo etiàm Antònius Prèsbyter, & Anaſtàſius, quem ipſe Iulianus à morte ſuſcitàtum, gràtiæ Chriſti participem fècerat, & Celſus puer unà cum matre ſua Mercionilla, ac ſeptem fratres, aliìque plùrimi paſſi ſunt. (*a*) In Mauritània Cæſariènſi ſanctæ Marciànæ vìrginis, quæ bèſtiis tràdita, martyrium cònſummàvit. (*b*) Smyrnæ ſanctòrum màrtyrum Vitàlis, Revocàti, & Fortunàti. (*c*) In Àfrica ſanctòrum màrtyrum Epictèti, Iucùndi, Secùndi, Vitàlis, Felìcis, & aliòrum ſeptem. (*d*) Sebàſte in Armènià ſancti Petri Epìſcopi, fratris ſancti Basìlii Magni. (*e*) Ancònæ ſancti Marcellini Epìſcopi, qui Vrbem illam (ut ſanctus Gregòrius ſcribit) divìna virtùte ab incèndio liberàvit. (*f*)

(a) *Iuliani, & Baſiliſſa.* Martyres ann. 309. Baron. eo ann. n. 36. An. 300. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die 6. Ianuar. Florentin. & Holſten.

(b) *Marciana.* Martyr an. 302. Baron. eo an. n. 135. An. 303. Pagi t. 1. ad eundem an. n. 6. Ann. 307. Florar. ms. An. 300. Martyrol. German. & Galeſin.

(d) *Epicteti.* Martyr an. 253. ſub Decio, Baron. in Not. ad oram Marginal. An. 251. Perſecutio ſub Decio, Bolland. & Henſchen.

(a) *Baron. an. 309. n. 36. Beda, Vſuard. Ado, Lippom. t. 7. Mombrit. tom. 2. & Sur. t. 1. prior. edit.* (b) *Baron. an. 302. n. 125. Vſuard. Ado, Mombrit. t. 2. aliq. Baron.*

(c) Baron. in not. relat. Vsuard. & Vuandelbert. (d) Baron. in Not. & Acta Bolland. & Henschen. (e) Baron. an. 316. n. 45 An. 381. n. 65. An. 388. nu. 50. Theodoret. histor. lib. 4. c. 28. & Nicephor. lib. 11. c. 19. (f) Baron. in Not. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 591.

Fiant aures tuæ auscultantes, ut audias. Esdr. 1.

(a) *Iuliani, & Basilissæ*. Holstenius: *Quinto Idus Ianuarii Basilissa Ms. S. Cyriaci ponit. die 6. Ianuarii, & sic Ms. Regina*, puta Sueciæ. Ms. Attrebaten. *Natale Iuliani, & Basilissæ Martyrum in Africa*: perperam *in Africa*.

Et Celsus puer unà cum Matre sua Marcionilla; ac septem fratres, aliique plurimi. Martyrolog. de Peregrin. *unà cum Matre, atq; alii plures passi sunt*.

(b) *In Mauritania Cæsariensi Marcianæ*. Martyrol. Rom. vet. *Macra*. Usuard. Paris. edit. an. 1536. *Martinianæ*. Notker. *Marsianæ*. Nonnulla Kalendar. *Martialis Virginis*. Num eædem haud statuimus. Maurolic. *In Mauritania Cæsariensi Martinianę Virginis, & Martyris feris exposita, & à Leopardo discerptæ*.

(c) *Smirnæ Vitalis, Revocati, & Fortunati*. Martyrol. Antuerpien. *In Smyrna Revati, Firmi, Possessoris, Ianuarii, Saturnini*. Martyrol. Corbejen. addit: *Saturi*. Martyrolog. S. Hieronym. Lucen. *In Smirna Revocati, Firmini, Possessoris, Ianuarii*. Ms. Sancti Eucharii: *In Asia apud Smirnam, Vitalis, Revocati, & Fortunati*. Galesin. *Apud Smirnam Natale Sanctorum Martyrum Vitalis Episcopi, Revocati, & Fortunati Diaconorum*. Martyrol. Germanic. *Levitarum*. Florar. ms. & Usuard. Lubecę an. 1375. editus: *Apud Smirnam Natale SS. Vitalis, Revocati, & Fortunati Diaconi*. Vuandelbert. *Quinti, Vitalis, Fortunati*. Vbi passi silet.

(d) *In Africa Epicteti, Iucundi, & soc.* Martyrologia, scilicet Antuerpien. *In Africa Epicteti, Quinti, Secundi, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Quinti, Vincenti, Felicitatis. Item Quinti, Felicii, Artaxis, Fortunati, Silli, Quieti, & aliorum sex Marcialis*. Martyrol. vet. S. Hieronym. Lucen. *In Africa Epictati, Iocundi, Quinti, Secundi, Saturnini, Vitalis. Item Quincti, Felicis, Artaxis, Fortunati, Rustici, Silli, Quieti, & aliorum VII. Martialis, Saturi*. Martyrol. Corbejen. parum variat. Martyrol. Blumanii percurrit *Quinti Secundi*, & pro *Saturi*, profert *Saturnini*. Martyrol. Reginæ Sueciæ ms. *In Africa Epicteti, Iocundi, Quinti cum aliis decem*. Ms. Rhinovien. *In Africa Epicteti, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Fortunati*. Ms. Lætiens. *In Africa Natale SS. Iocundi, Quinti, Firmini, Saturnini*. Ms. Adon. S. Laurentii Leodii: *In Africa Epicteti, Iocundi: Item...... Et Saturnini*. Florar. ms. *In Africa Epicteti, & Iocundi, Item S. Saturnini*. Ms. S. Martini Tornaci: *Natalis Epictiti, Iocundi, Quincti*. Ms. Sancti Maximini Treviris: *In Africa Natale Epistici, Iocundi, Secundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Rustici, Quincti, & Artaxes Fortunati*. Ms. Attrebeten. & Tornacen. *In Africa Natalis Epicteti, Iocundi, Quinti: In Smirna, Revocati, Firmini, Saturnini*. Ms. Vatican. *In Africa Epicteti, Iucundi, Secundi, Vitalis, Felicis*. Ms. S. Cyriaci addit: *& septem aliorum*. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. *In Africa Iocundi, Quinti, Saturi*. Galesin. *In Africa Sanctorum Martyrum Epitheci, & Saturnini* in Not. *Epicteti*. Bollandus, & Henschen. adnotant Martyrol. Sancti Maximini Treviris inter Anonymos martyres Africanos, quos hoc Rom. Martyrolog. profert, *Pictum*, & *Saturninum* recensuisse. At Florentinius ex socio Saturnino *Epictecum*, vel *Epictetum* in *Pictum* decurtatum fuisse, putat.

Si attendere facies Sapientię aurem, intelligentiæ dabis vocem tuam. Proverb. 2.

Eminentissimus Baronius suis elucubratis Not. docet, Epictetum Episcopum Assuritanum in Africa, ad quem extat S. Cypriani Epistol. 64. passumque cum Sociis sub Decio Imperatore. Holstenius clarissimus suis quoque Not. ad hoc idem Rom. Martyrol. animadvertit falsam hanc conjecturam; apparet ex Act. Sanctorum Perpetuæ, & Felicitatis; undè constat hosce martyres eàdem persequutione Severi vivos arsisse: Item ex supradictis Actis liquet, ea, quæ Baronius ad VI. Ianuarii de Christianis vivis combutio in persequutione Severi consumptis scribit, rectius ad hosce martyres referri ex indubitata eorum Actorum fide. Rursùs Bollan. & Henschen. viri eruditi adnotant, eum, ad quem scribit Cyprianus, Episcopum Assuritanum fuisse; coniicit Pamelius. Cyprianus Epictetum fratrem tantùm appellat: Nec liquet, Epictetum illum esse, qui hoc die colitur. Studiosus ipsos viros eruditos consulat, & seligat.

(e) *Petri Episc.* Baron. iisdem Not. exhibet. Græcos hoc die ipsum colere. Bollan. & Henschen. testantur, se in nullo Græcor. Menologio id legisse: Cuinam horum præclarissimorum virorum præstanda fides, solers Lector Græcorum Fasta inspicere adeat.

xxi. C Quarto Idus Ianuarii. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

A B C D E F F G H M N P

30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

(a) *Nicanoris*, Martyr an. 34. Baron. eo an. n. 329. An. 36. Bolland. & Henſchen. An. 76. Florar. ms. Die 28. Jul. & 28. Decembr. Græci.

(b) *Agathon. Pap.* Obiit ann. 682. Baron. eo an. nu. 1. Ann. 642. Bollan. & Henſchen. Die 2. Ianuar. Mabill. Mus . Ital. t. 1. Die 20. Februar. Græci in Męneis. Die 21. Galeſin,

IN Cypro beàti Nicànoris diàconi de ſeptem primis; qui gràtia fidei & virtùte admiràndus, glorioſiſſimè coronàtus eſt. (*a*) Romæ ſancti Agathònis Papæ, qui ſanctitàte & doctrina conſpìcuus quièvit in pace. (*b*) Mediolàni ſancti Ioànnis Boni Epiſcopi, & Confeſſoris. (*c*) In Thebàide natàlis beàti Pauli primi Eremitæ, qui à ſextodècimo ætàtis ſuæ anno uſque ad centèſimum decimumtèrtium ſolus in erèmo permànſit: cujus ànimam inter Apoſtolòrum, & Prophetàrum choros ad cœlum ferri ab Angelis ſanctus Antònius vidit. Ejus autem dies feſtus decimo octàvo Kalendas Februàrii celebràtur. (*d*) Conſtantinòpoli ſancti Marciàni Presbyteri. (*e*)

(d) *Pauli primi Eremitæ*. Obiit ann. 343. Baron. eo ann. n. 1. Ann. 355. Florar. ms. An. 287. Lother. vit. PP. An. 341. vel init. 342. Pagi t. 1. ad an. 343. n. 2. & Act. SS. Bolland. & Henſchen.

(e) *Marciani*. Die 8. Jan. Græcor. Anthol. ſub Clem. VIII. edit. & approbat.

(a) *Baron. an. 34. ac Græci 28. Iul.* (b) *Baron. an. 682. n. 1. Act. SS. Bolland. & Henſchen.* (c) *Baron. an. 659. ac Boſſius in Annal. Mediolanenſ.* (d) *Baron. an. 253. n. 3. & ſeq. & an. 343. n. 1.* (e) *Baron. an. 58. n. 69. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1. prior. edit.*

Nil ultra innovetur prçter id, quod traditum eſt. S. Stephan. Pap.

(a) *Nicanoris*. Galeſin. *In Cipro Sancti Nicanoris, qui unus ex ſeptem illis primis Diaconis, cùm Evangelium in ea Inſula prędicaſſet, ob Ieſu Chriſti fidem multis cruciamentis variè affectus, Veſpaſiano Imperatore, Coronam Martyrii accepit.*

(b) *Agatonis Pap.* Græci in Mæneis ad 26. Februar. *Cognomento Thaumaturgi*. Galeſin. hoc idem.

Eminentiſſimus Baronius ſuis ſelectis Not., hanc vocem *Papa* tranſiiſſe in Dignitatis nomen, ut Clerici Venerandi eodem nomine appellarentur; poſtea tamen nomen illud cœpit eſſe peculiare Epiſcoporum, itaut iidem *Papæ* dicerenţur; ex his itaque erroris arguitur Nicephor. lib. 14. cap. 34. cùm ait: Cæleſtinum Romanum Pontificem conceſſiſſe ex privilegio Cyrillo Epiſcopo Alexandrino à ſe conſtituto Legato in Concil. Æcumenico Epheſino, ut *Papa* diceretur, ac uteretur Mitra. Holſtenius Clariſſimus ſuis quoque animadverſis: *imo in primitiva Eccleſia hoc nomen Epiſcopi peculiariter tributum fuiſſe, præſertim in Africa*; depromitur ex Act. Perpetuæ, & Felicitatis; & Epiſcopis Alexandrinis diù ante S. Cyrillum *Papæ* nomen tributum fuiſſe, conſtat ex S. Athanaſio.

Tradidi quod et accepi, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis. Corinth. 11.

(d) *Pauli primi Eremitæ cujus animam ad Cœlum ferri, &c.* Martyrolog. Reginæ Seciæ ms. *Deferri*.

(e) *Conſtantinopoli Marciani Presbyteri*. Horologium Græcorum hoc die: *Et Sancti Marciani Presbyteri; & Œconomi Magnæ Eccleſiæ*. Beda, ac Martyrol. Belgic. eadem, Galeſin. *Conſtantinopoli S. Marciani Presbyteri, qui vigiliis, & orationi deditus, in Chriſti Pauperes liberalis admodum, itaut qua ſola tunica indutus erat, eam dederit egenti, multis Miraculis clarus obdormivit in Domino*. Martyrol. Germanic. *Item Conſtantinopoli Sancti Presbyteri Marciani in vigiliis & orationibus eximii, erga pauperes omnino munifici, multis miraculis clari.*

xx. D Tertio Idus Ianuarii. Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

A B C D E F F G H M N P

1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

(a) *Hygini Pap.* Martyris an. 158. Baron. eo an. nu. 1. & ſeq. Ann. 156. Bollan. & Henſchen. An. 153. Florar. ms. Anno 146. Euſeb. Chron. An. 144. Martyrol. German. Ann. 141. Pagi t. 1. ad an. 158. n. 3. Die 9. Jan. Martyrol. Germanic. Notker. & var. mss. Die 10. Beda cuius, & Ado.

(f) *Leucii Epiſcop.* Die 8. Januar. Martyrolog. Antuerpienſ. Bollan. et Henſchen.

ROmæ natàlis ſancti Hygìni Papæ, qui in perſecutiòne Antonìni glorioſè martyrium conſummàvit. (*a*) In Africa beàti Sàlvii màrtyris, in cujus die natàli ſanctus Auguſtinus ſermònem hàbuit ad pòpulum Carthaginènſem. (*b*) Alexandrìæ ſanctòrum màrtyrum Petri, Sevèri, & Lèucii. (*c*) Firmi in Picèno ſancti Alexandri Epìſcopi, & màrtyris. (*d*) Ambiàni ſancti Sàlvii Epìſcopi, & martyris. (*e*) Brundùſii ſancti Lèucii Epìſcopi, & Confeſsòris. (*f*) In Cappadòcia in vico Magariaſſo ſancti Theodòſii Cœnobiàrchæ, qui multa pro fide Cathòlica paſſus in pace tandem quièvit. (*g*) In Thebàide ſancti Palæmonis Abbàtis, magiſtri ſancti Pachòmii. (*h*) Suppentòniæ apud montem Soràctem ſancti Anaſtàſii mònachi, & sociòrum, qui divinitus vocàti migravèrunt ad Dòminum. (*i*) Papìæ ſanctæ Honoràtæ virginis. (*k*)

(g) *Theodoſii.* Obiit ann. 532. Baron. eo ann. n. 21. Ann. 530. Pagi to. 2. ad eumd. ann. num. 8.

(h) *Palemonis Abbat.* Die 25. Maii Acta Bollan. & Henſchen. Die 23. April. Add. ms. ad Greven.

(a) *Baron. an. 158. n. 1. & ſeq. Ado, Irenæus lib. 3. & Euſeb. in Chron. ac hiſt. lib. 4. c. 10.* (b) *Baron. in Not. Beda. Poſſidius Indicul. cap. 3. Act. SS. Bollan. & Henſchen.* (c) *Baron. in Not. Beda, Vſuard. & Ado.* (d) *Baron. in Not. Item tabula Eccleſiæ Firmanæ.* (e) *Baron. in Not. relat. & Petr. in Catal. lib. 2. cap. 65.* (f) *Baron. in Not. relat. Acta Bollan. & Henſchen.* (g) *Baron. an. 511. Lippom. t. 5. & Sur. t. 1. prior. edit.* (h) *Baron. an. 318. n. 111. Lippom. to. 6. & Sur. to. 3. prior. edit.* (i) Baron. *an. 511. n. 21. & ſeq. S. Gregor. in Dialog. lib. 1. c. 7. & 8. ac in Regiſtr. lib. Epiſtol. 50. c. 89. Ind. 15.* (k) Baron. *in Not. Tabul. Eccleſ. Papien. & Ferrar. in Catal. SS. Ital.*

Dedi cor meum, ut ſcirem doctrinam, erroreſque. Eccleſiaſt. 4.

(a) *Hygini Papæ.* Bellinus: *Eòdem die S. Igini Papæ, & Martyris; Hic compoſuit Clerum, & diſtribuit Gradus.* Martyrol. de Peregrin. *Iginis.* Ms. Eccleſ. S. Gudilæ Bruxellis, & Galeſin. *Romæ Natale S. Iginii Papæ, & Confeſſoris, qui Clerum componens, officia per gradus diſtribuit, & ut Baptizandum, ſeu Confirmandum Patrinus levet conſtituit.* Martyrol. Germanicum: *Natalis S. Iginii Papæ, cujus ſepultura ſequenti die recolitur.* Ms. Sanctæ Mariæ Ultrajecti: *Item Iginii Papæ, & Confeſſoris.*

(b) *In Africa Salvii.* Ms. Cuſanum: *Salvini.* Ms. Treviren. monaſter. S. Maximi: *Sale.* Uſuard. an. 1536. Pariſ. edit. *Salinii*, & edit. 1475. Lubecæ: *Salini.* Bellin. Maurolyc. aliique: *Silvii.* Omnes luxatè. Sigebert. in Chron. *Salvi.* Martyrol. Antuerpien. *Hiſpaniis Agenti, Donati, Auguſtini. Salvi, Felicis, Donati, Presbyteri, Flori, Zemini, Pati, Pauſalmi, Eugeni, Stefani, & aliorum XII. Et Depoſitio Hortenſi Epiſcopi.* Martyrolog. Corbeien: *In Hiſpaniis, Augenti, Donati, Auguſtini,* Salvii, *Felicis, Item Felicis, Donati Presbyteri, Flori, Zemini, Panſaimi, Eugenti, Victoris, Stephani, & aliorum duodecim, & depoſitio Hortenſis Epiſcopi.* Martyrol. Hieronymian. vet. Lucen. *In Africa Pirolomi, Donati, Auguſtini,* Salvii, *Felicis, Donati Presbyteri, Ingenui, Quinti, Ianuarii,* Saturnini. Martyrol. Blumanii: *In Hiſpaniis,* S. *Argenti, Donati, Auguſti,* Salvii, *Felicis, Item Felicis, Donati, Presbyteri, Flori.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ ms. 3. *Idus. In Africa Natalis S. Salvii.* Beda genuin. III. *Idus In Africa* Sancti *Salvii, in cujus Natali* S. *Auguſtinus verbum fecit ad populum Carthagine.* Horus Addit. ad mss. Atrebaten., & Tornacen. *Paſſio Sanctorum Polucti, Candidiani. & Filoromi, qui pariter in Confeſſione Chriſti perſeverantes igni traditi ſunt.* Martyrolog. de Peregrin. *In Africa Natale B. Sylvii, in hujus Natale* S. *Auguſtinus &c.* Vuandelbert:

Salvius hic trinas Kartagine conſecrat Idus.

Mens contemplata eſt multa, & didicit. Eccleſiaſt. 1.

Alexan-

(c) *Alexandriæ Petri, Severi, Leucii.* Martyrol. Rom. vet. ms. Hibernic. Monaster. Dungalen. & Maurolyc. *Lucii* pro *Leucii*. Alia mss. *Leontis*. Ms. Monaster. S. Laurentii Leodii: *Seleuci*: Florar. ms. *Leontis, aliàs Seleuci*. Martyrolog. Sancti Richar. *Eutychii*. Usuard. Lubecæ edit. an. 1475. *Genusii, & Severini* pro *Severi*. Prælaudata Apographa, nempe Antuerpien. *In Alexandria, Petri, Leucii...... Confessoris, & Alolami*. Corbejen: *In Alexandria Petri, Severi, S. Leuci Confessoris, & Affolami*. Martyrolog. Hieronymian. vet. Lucen: *In Alexandria, Petri, Severi, S. Leuci Confessoris, & Absolami, quorum Gesta habentur*. Ms. antiquissim. Richenovien: *In Alexandria Petri, Alealmi, Philoromi*. Beda, Usuard. Ado, Notker. Bellin. Maurolyc. & de Peregrin: *Apud Alexandriam Natalis Sanctorum Confessorum Petri, Severi, Leucii, quorum gesta habentur*. Martyrol. Rom. vet. aliaque omnia addunt: *Confessorum*.

(f) *Brundusii Leuci Episc.* Martyrolog. Antuerpien. laudatum ad 8. Januarii: *Et in Brundusio Leuci*. Putant aliqui hunc Leucium Alexandriæ Episcopum, ejusdemque Reliquias per Archiepiscopum Hydruntinum Brundusium translatas, ut S. Gregor. lib. 9. epist. 63. Alii passum in Ægypto, & profectum in Italiam, hicq; Episcopum quievisse. Videnda SS. Acta Bollan., & Henschen. Utrùm Leucius Alexandrinus sit idem, ac Brundusinus, Florentinius hæret.

(g) *In Cappadocia in Vico Magariasso Theodosii Cœnobiarchæ*. Menologium Græcorum Canisii: *Commemoratio Sancti Patris nostri Theodosii Cœnobiarchæ ex Oppido Marissi*. Martyrol. Germanic. eadem.

Quatuor uno sæculo floruere Theodosii; duo Imperatores, duoque Archimandritæ. Græci hoc uno eodemque die de duobus Archimandritis; Latini de Cappadoce hoc die. Acta Bollandi de omnibus quatuor hoc uno die; eadem consulenda.

[i] *Suppentoniæ apud Montem Soractem Anastasii Monachi, & Sociorum*. Galesin. *S. Anastasii Confessoris, & Abbatis Monasterii, quod est ad Neptunum Oppidum*. Martyrol. Germanic. *Neptana*. Alii: *Nepe, Colonia Nepis, Colonia Neper, Colonia Nepensis, Nepeta, Nepita, Nepete*. Urbs Nepitina immediatè Pontifici Romano subjecta cum Urbe Sutrina conjuncta: sic Bolland. & Henschen. observant. Nusquam *Neptunum* legitur; ut Galesin. neque *Neptana*, ut Martyrol. Germanic, Cardinal. Baron. selectis Notis *de Loco Suppentoniæ* admonet; se, quid certè afferret, non invenisse. Holstenius clarissimus in ejusdem Baronii notis animadvertit, hæc ex S. Gregor. Magno lib. 1. Dial. c. 8. hausta: sed ibi nulla dies certa signatur, neque una eademq; die defuncti. Idem S. Gregor. loc. laudato: *Anastasius de Pentumis*.

(k) *Papiæ Honoratæ*. Cartusian. Colonien. Addit. ad Usuard. & Martyrolog. Germanic. *In Steynvede Honoratæ Virginis: Item ibidem translatio SS. Potentini Diaconi, Felicii Presbyteri, & Simplicii Martyrum*.

(a) *Romæ natalis S. Hygini Papæ, qui in persequutione Antonini gloriosè Martyrium consummavit*. *Disceptatio Chronologica*.

Ambiguum videtur; utrùm hic Sanctus Pontifex mortem pro Fidei confessione in tormentis subierit; & an sub Antonini persequutione.

Eminentissimus Baronius suis ad hunc diem elucubratis Notis pro hac Martyrolog. Rom. Lectione: *De Hygino Papa, & Martyre. Beda pridie hujus diei; Ado, & alii hoc die. Sub persequutione Antonini coronatum esse Martyrio, Lib. de Rom. Pontific. Eusebius in Chronic. & alii omnes testantur*.

Ast prælibatus Liber, ex quo Eusebius, Baronius ipse, cæterique forsan hoc nacti fuere, sibi ipsi refragatur, in scribendo Hyginum sub Antonino Pio vitam martyrio consummasse, & quòd fuerit temporibus *Veri, & Marci*, qui anno Christi 161. Imperium inierunt, Antonino Pio nonis Martii demortuo. Aliunde Cartusiani Colonienses in persequutione *Severi* hoc Martyrium tradunt; ideoque, de tempore hujus martyrii, videtur, nil certi posse definiri. Et licet Usuard. adinstar hujus Rom. Martyrol. signet: *Eodem die S. Hygini Papæ, & Martyris*; cui consentiunt Ado, Maurolyc. Galesin. aliique Martyrologi; non idcircò apud omnes horum auctoritas subsistit, pleraque enim Martyrologia solùm proferunt: *Hygini Papæ, & Confessoris*, ut Martyrolog. Notker. Martyrol. Cremonen. sub Alexandro III. editum, ac Martyrologia mss. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Ultrajecti, & S. Gudilæ Bruxellen. apud Summos Viros Bolland. & Henschen. Quòd si Beda in Not. ad Usuard. & Panuinius Addit. ad Platinam Martyris titulo Hyginum condecorant; id solùm, quia multa pro Fide passus fuerit. Igitur in præsentiarum, ut ex hac Martyrol. Rom. lectione ambiguitas explodatur, (& diligentiores sic autumarent) solers erit; si adinstar hujus diei, cùm de S. Theodosio Cœnobiarcha, de quo enunciat: *qui multa pro fide Catholica passus*, non exprimendo sub quo; quamvis Baronius ipse suis eximiis Annalibus ad 511. ferè per totum recenseat sub Anastasio; proferat: *Romæ S. Hygini Papæ, qui pro Christi Confessione multa passus fuit*.

xix. E Pridie Idus Ianuarii. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1

A B C D E F F G H M N P

2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROmæ ſanctæ Tatiànæ màrtyris, quæ ſub Alexàndro Imperatòre uncis atque pectìnibus laniàta, bèſtiis expòſita, & in ignem projècta, ſed nil læſa, glàdio demum percùſſa migràvit in cœlum. (*a*) In Achàja ſancti Sàtyri màrtyris, qui ante quoddam Idòlum trànſiens, cùm exſufflàſſet in illud, ſignans ſibi frontem, ſtatim Idòlum còrruit; ob quam cauſam decollàtus eſt. (*b*) Eòdem die ſancti Arcàdii màrtyris, gènere & miràculis clari. (*c*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Zòtici, Rogàti, Modèſti, Càſtuli, & corònæ Militum quadragìnta. (*d*) Conſtantinòpoli ſanctòrum Tìgrii Presbyteri, & Eutròpii Lectòris, qui Arcàdii Imperatòris tèmpore paſſi ſunt. (*e*) Tìbure ſancti Zòtici màrtyris. (*f*) Epheſi pàſſio ſanctòrum quadragintaduòrum Monachòrum, qui ob cultum ſanctàrum Imàginum ſub Conſtantino Coprònymo ſævìſſimè cruciàti martyrium compleverunt. (*g*) Ravènnæ ſancti Ioannis Epìſcopi, & Confeſſoris. (*h*) Veronæ ſancti Probi Epìſcopi. (*i*) In Anglia ſancti Benedicti Abbàtis, & Confeſsòris. (*k*)

(a) *Tatianæ*. Die 10. Januar. Galeſin.

(h) *Ioann. Episc.* Die 21. Novembr. Ferrar.

(k) *Benedicti Abbatis*. Obiit an. 703. Baron. eo an. n. 5. Bolland. & Henſchen. An. 609. Pagi to. 3. ad an. 703. n. 4.

(a) *Baron. an. 226. n. 4. Item Græci hoc die in Menolog.* (b) *Baron. in Not. Beda, Vſuard. Ado, Petr. in Catal. lib. 2. c. 66. & reliq. Recentior.* (c) *Baron. in not. Beda, Lippoman. to. 2. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 66.* (d) *Baron. Not. relat.* (e) *Baron. an. 404. n. 53. Sozomen. lib. 8. c. 24. & Metaphraſt.* (f) *Baron. an. 138. n. 4. & ſeq.* (g) *Baron. an. 766. n. 27. item Sur. t. 6. prior. edit. ad 28. Novembr. in Act. S. Stephan. Iunior.* (h) *Baron. an. 432. num. 90. An. 482. n. 46. An. 494. n. 23. Item Rub. hiſt. Ravennat. lib. 2.* (i) *Baron. in Not. relat. & Cardinal. Valer. Tabul. Eccleſ. Veronenſ.* (k) *Baron. an. 703. n. 5. Beda hiſt. Angliæ lib. 5. Act. Bollandi, & Henſchenii.*

Audite, & intelligite: diſcite, & præbete aures. Sap. 6.

(a) *Roma Tatiana ſub Alexandro*. An ſub Alexandro, eadem trica, ac de S. Martina die 1. Januar. Alia *Tatiana* Jejuniis dedita in Græcorum Menæis die 5. Januar.

(b) *In Achaja Satyri*. Martyrol. Antuerpienſe: *In Achaja Cyriaci, Muſcenti, Saturi*. Martyrol. Corbejenſe: *In Achaja Cyriaci, Morcenti, Satyri Civis Arabiæ*. Aliud Martyrol. Corbejen. Druſreſnii: *In Achaja Cyriaci, Morcenti, Satula Civitate Arabia, qui tranſiens ante Templum*. Martyrol. Hieronymian. Lucen: *In Achaja Cyriaci, Morgenti, Saturi Civitas Arabia: qui tranſiens ante Templum cujuſdam Idoli, inſufflans, cùm ſignaſſet fronte, corruit, tenentes ibidem obſervantes duxerunt ad Ducem, & indicantes factum decollatus eſt*. Martyrol. Blumanii: *Moſcenti* pro *Morcenti*, Martyrol. S. Cyriaci: *In Achaja Cyriaci, Moſanti, Saturi*. Martyrolog. Reginæ Succiæ ms. *In Achaja paſſio Cyriaci*, aliis omiſſis: Eadem ferè ms. Vaticanum. Notker. *In Achaja Cyriaci: In Ægypto Philoromi: In Arabia Saturi; qui tranſiens ante Templum cujuſdam Idoli &c.* Martyrol. Roman. vetus: *Antiochia Satyri Martyris*. Florarium ms. *Apud Achajam, aliàs Antiochiam natale S. Satyri Martyris Civis Arabia decollati an. cclxvii.* Galeſin. ſuo Martyrol. *In Arcadia*. In Notis: *In Archaja*: Ms. Monaſter. S. Martini Trevir. *In Arabia Satyri Martyris, quo ſufflante, Idolum corruit: undè mox decollatus eſt*. Ms. Sancti Martini Tornac: *In Arabia Natalis Saturi Arabiæ Civis*. Quædam antiqua Kalendar. *Saturinum*. Ex his tot variis Lectionibus cordatus Lector ſaniorem ſeligat.

(c) *Eodem die Arcadii*. Antiq. ms. Monaſter.

Sunt hi ſermones, ut non excidatis. Sap. 6.

naster. S. German. de Pratis Paris. edit. & Ms. Usuardi: *In Cæsarea Mauritaniæ Sancti Archadii Martyris, genere, & miraculis clari*. Galesin. *In Mauritania S. Archadii Martyris; qui variisque novis suppliciis excruciatus, denique in suo Sanguine voluntarius certaminis, quod constantissimè pro Christo Domino subierat, palmam accepit*. Acta: *In Achaja S. Archadii*. Eadem Acta apud Bolland. & Henschen. consulenda.

(d) *In Africa Zotici, Rogati, & Soc.* Martyrol. Antuerpien. *In Africa Zotici, Castolini*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Zotici, Casti, Quinti, Rogati, Modesti, Ebiciani, Cerotici, Castolini*. Martyrol. Hieronymian. Lucen: *In Africa Zotici, Castuli, Quinti, Rogati, Modesti, Ebiciani, Caretici, Castolini*. Martyrolog. Blumanii: *Carotici* pro *Caretici*. Ms. Rhinovien. *In Africa Zotici, Castoli, Quinti, Rogati, Modesti*. Ms. Dungallen. *Quinti, Rogati, Modesti, Ebiciani, Coroтis, Castulini, Valentiani, Arabici, & aliorum* XVIII. Ms. Vatican. *In Africa Zotici, Rogati, Modesti*. Ms. Sancti Cyriaci subcollat: *Castuli, Coronæ & militum* XI.

(e) *Constantinopoli Tigrii Presbyteri, & Eutropii Lectoris*. Martyrolog. Germanic. & Galesin. addunt: *Et Olimpiæ Sanctæ Matronæ*. Molan. Addit. ad Usuard. edit. an. 1568. subdunt ultra: *De quibus in histor. tripartita lib. x. c. 21.*

(f) *Tiburè Zotici Martyris* Cardinal. Baron. in notis, & Ferrar. Catal. SS. Italiæ, hunc Sanctum eumdem esse, qui *Getulius* dicitur, Maritus Sanctæ Symphorosæ.

(g) *Ephesi quadraginta duorum Monachorum*. Baronius iisdem Notis: *Græci eosdem Sanctos præcipuo honore habent*. Bollan. & Henschen. testantur, se nec in Menologio, nec in Menæis prædictorum mentionem observasse. Cui ex his summis viris potiùs præstanda fides, haud statuimus.

(h) *Ravennæ Ioannis Episcopi*. Ferrar. die 21. Novembr. hunc Joannem Episcopum refert: At Rubeus admonet, Ferrarium confundere hunc cum alio Joanne, Episcopo quoque Ravennatensi, Cognomento *Angelopte*; quia Angelum vidit.

xviii. F Idibus Ianuarii. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2

A B C D E *F* F G H M N P

3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

OCtàva Epiphaniæ Dòmini. (*a*) Romæ via Lavicàna corònæ sanctòrum Mìlitum quadragìnta, quas sub Gallièno Imperatòre pro confessiòne veræ fìdei percìpere meruèrunt. (*b*) In Sardìnia sancti Potìti màrtyris, qui sub Antonìno Imperatòre & Gelàsio Præside multa passus, demum glàdio martyrium consecùtus est. (*c*) Singidòni in Mysia superiòri sanctòrum màrtyrum Hèrmyli & Stratonìci, qui post sæva tormènta sub Licìnio Imperatòre in Istrum flumen demèrsi sunt. (*d*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Gumesìndi Presbyteri, & Servidèi mònachi. (*e*) Pictàvis in Gàllia natàlis sancti Hilàrii Epìscopi, & Confessòris, qui ob Cathòlicam fidem, quam strènuè propugnàvit, quadriènnio apud Phrygiam relegàtus, inter àlia miràcula mòrtuum suscitàvit: ejus autem festìvitas sequènti die celebràtur. (*f*) Cæsarèæ in Cappadòcia sancti Leòntii Epìscopi, qui sub Licìnio advèrsus Gentiles, & sub Constantìno advèrsus Ariànos plùrimùm decertàvit. (*g*) Trèviris sancti Agrìtii Epìscopi. (*h*) In Versìaco Monastèrio sancti Vivèntii Confessòris. (*i*) Amasèæ in Ponto sanctæ Glàphyræ vìrginis. (*k*) Mediolàni in Cœnòbio sanctæ Marthæ, beàtæ Verònicæ vìrginis de Binàsco, Ordinis Sancti Augustìni. (*l*)

(a) *Octava Epiphan.* Die sequen. Græci in Menæis, & Horolog.

(b) *SS. Milit.* Martyr. An. 262. Baron. eo an. nu. 77. Ann. 163. Martyrol. Germanic. An. 260. Florar. ms.

(c) *Potiti*. Martyr an. 154. Baron. eo ann. n. 3. An. 168. Engen. Caraceiol. Neapol. Sacr. An. 166. Bollan. & Hensch. An. 109. Florar. ms. Die 1. Ianuar. idem Florar. Die 3. Ms. Sancti Martini Tornac. die 30. Monaster. S. Potiti Neapol. Die 8. April. Ferrar. General. Catal. SS.

(f) *Hilarii Episc.* Obiit an. 369. Baron. eo an. nu. 22. Ann. 367. Bolland. & Henschen. An. 364. Marian. Scot. Die 1. Novembr. Galesin. Molan. & Ferrar.

(g) *Leontii Episc.* Obiit an. 325. Baron. eo an. nu. 28. Ann. 337. Bolland. & Henschen.

(h) *Agritii Episc.* Ann. 324. Baron. eo an. n. 66. An. 335. Bolland., & Henschen. Die 1. Januar. Martyrol. Colonienſ.

(i) *Viventii Confessoris*. Die 23. Octob. Martyrol. Gallican. Sauss.

(k) *Glaphyræ*. An. 316. Baron. eo an. nu. 16. An. 324. Bolland. Die 26. April. Græci in Menæis.

Baron.

(a) Baron. in hujus diei Not. Amalar. lib. 4. c. 14. Microlog. c. 40. (b) Baron. an. 262. n. 77. Beda, Vsuard. Ado. (c) Baron. an. 154. n. 3. Fara de reb. Sardois; & Engen. Caracciol. Neapol. Sacr. (d) Baron. in not. Menolog. Græc. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1. (e) Baron. an. 852. n. 17. Item Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 9. (f) Baron. an. 555. n. 65. & seq. An. 362. n. 247. & seq. An. 369. n. 6. & seq. Sever. lib. 2. hist. Sacr. Rufin. lib. 2. c. 30. & 31. Socrat. lib. 3. c. 80. Sozomen. lib. 3. c. 13. & lib. 5. c. 12. Item Sammarthani. (g) Baron. an. 314. n. 78. An. 325. n. 28. & seq. ac Metaphrast. die 30. Septemb. (h) Baron. an. 314. n. 66. Beda, Ado, & alii. (i) Baron. in Not. relat. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 71. (k) Baron. an. 316. n. 16. & seq. (l) Bollandus, & Henschen. in Act. SS.

Scrutamini Scripturas. Joann. 5.

(a) *Octava Epiphan.* Græci in Menæis, & Menolog die sequ. *Theophanorum Octava*. In Anthologio verò à Clem. VIII. approbato, hac die: *Octava Sanctorum Epiphaniorum*. Florus Addit. ad mss. Attrebaten. Tornacen., & Lætien. *Octava Epiphaniæ, vel Theophaniæ:*

(b) *Romæ Corona Sanctorum Militum quadraginta*. Martyrol. Antuerpien. *Romæ Secundi, Via Lavicana Corona Militum XII.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Secundæ, Rogati, Via Lavicana Corona Militum quadraginta*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ Secundi, Via Latina, Corona Militum xli.* Martyrol. Blumanii: *Via Lavicana Corona militum xl.* Bavaric. Ms. Bedæ: *Romæ Secundinæ, Coronæ & militum xl. sub Gallieno Imperatore*. Hibernic. Ms. *Coronæ, Serdi, & aliorum xxv.* Florar. Ms. *Romæ via Lavicana Corona Militum xl. qui sub Gallieno Imperatore pro confessione veræ fidei coronam Martyrii percipere meruerunt anno salutis 263.* Dein aliorum Sanctor. nominibus interiectis: *Romæ Sancti Quirionis, & aliorum numero xl. sub Gallieno Imperatore anno salutis 263.* Ex cujus lectione eruitur, eodem anno 263., eodemque Imperatore, bis Romæ eundem numerum xl. Anonymorum Martyrum contigisse, & hoc eodem die; & quòd tò *Corona* sit nomen proprium.

(c) *In Sardinia Potiti*. Martyr sub Antonino Pio. Baron. sub Antonino Philosopho. Engen. Caracciol. Florar. ms. haud satis antiqu. ad 1. Jan. *Romæ Potiti Martyris pueri 3. Annorum, qui in Equuleo suspensus, lampadatus, ac tandem lapidatus; anno salutis CIX. est decollatus*. Bolland. & Henschen. Die 8. April. Ferrar. in General. Catal. SS. *Tuscanæ in Hetruria S. Potiti Martyris*. Et 13. Novembr. *Pisis in Hetruria SS. Martyrum Ephisi, & Potiti*; forsitan ob aliquam reliquiam dictis locis translatam. Kalendarium quoddam Capuanum Monaster. Sancti Joannis apud Monachum part. 4. Sanctuario Capuano: *Passio S. Potiti Martyris*. Caracc. laudat. addit: *Claret illustri patre, claret alta Matre; quid mirum, quòd in Vrbe Clara clareat infans?*

(d) *Singidoni in Mysia superiori Hermyli, & Stratonici*. Alii: *Singiduni*. Molan. Addit. ad Usuard: *Die decima tertia SS. Martyrum Hermili, & Stratonici*: nulla loci nota. Galesin. *In Græcia SS. Hermili, & Stratonici*. Galesin. eadem in Not. ad 12. Januar.

Errant nescientes Scripturas. Matth. 22.

(f) *Pictavis Hilarii Episc.* Mortuus est Pictaviæ Valentiniano, & Valente regnantibus: S. Hieronym. lib. de Scriptor. Eccles.

(h) *Treviris Agritii Episc.* Raban: *Eodem die S. Agritii Trevirorum Archiepiscopi*. Ms. Monaster. S. Maximi, hoc idem. Mss. quædam Adonis, & alia Bedæ, ac Martyrol. Colonien. *Treviris Agricii Confessoris*. Viola SS.. Florar. ms. Martyrol. Bruxellen. & plurim. Mss. nomine Vsuardi: *Treviris S. Agrisii Episcopi, & Confessoris*.

(i) *In Versiaco Monasterio Viventii Confess.* Alii: *Vergiacum, Versiacum, Verziacum, Versiatum, Versiachum, Vernacum, Verdiacum, Vitzeum, Virgejum, Vergejum, Virginiacum*. Ita loco *Viventii* quidam: *Inventii*. Nonnulli *Iuventii*. Alii *Vincentii*. Ms. vetustissim. Monaster. S. Germani de Prat. Paris: *In Monte Verziaco S. Viventii Confessoris*. Florar. ms. Belgicar. Eccles. *Versiaco Natale Sancti Vincentii Confessoris Christi*. Maurolyc. *Ipso die Verdiaco Monte S. Vincentii Confessoris Samaritani tempore Hilarii prædicti*. Mendum forsan: *Vincentii* pro *Viventii*. Martyrol. vet. Colonien. *Verziaco Natale S. Viventii Presbyteri, & Confessoris Christi, qui ad Prædicationem Beati Gregorii credidit, quem cxx. ætatis suæ defunctum, apud Gravionem Castrum B. Maxentius Abbas sepelivit*.

(k) *Glaphyra Virginis*. Græci 26. April. in Menæis: *Glaphyra in pace quievit*.

(d) *Singidoni in Mysia SS. Martyrum Hermili, & Stratonici, qui post sæva tormenta sub Licinio Imperat. &c.*

Disceptatio Chronologica.

Plerique Historici hoc martyrium ad annum Christi 315. supputarunt, quo anno Licinius, non minùs ac Constantinus à Lactantio, tam libr. de Mort. Persecutor. quàm in Orat. Dedicat. Ecclesiæ *Tyri* apud Eusebium commendatur. Idcirco addubitandum, an sub Licinio sequutum.

Eminentissimus Baronius suis ad hoc Rom. Martyrol. elucubratis Not. *De his Sanctis Martyribus Græci etiam in Menolo-*

gio, ubi eorum Martyrium paucis complexum describitur, & fusiùs Mesaphrastes apud Lippoman. t. 5. & Surium tom. 1. Adstipulantur summi viri Bolland., & Henschen. qui relatum Martyrium hoc die in Actis Sanctorum supputant, anno quo Bellum Cibalense gestum fuerit; & hoc idem anno Christi 315. Imperante Licinio refertur.

Sed duo Bella Cibalentia recensentur, unum anno Christi 314. quo tempore ex vetustioribus Historicis nemo exaravit, Licinium Ecclesiam persequutum. Et quidem Mysia superior, ubi hi Sancti Martyrio affecti, & aliæ quædam Provinciæ Constantino Imperatori post hoc Bellum adhæsere: quamobrem Licinius post ipsum Ecclesiam vexare nequivit. Alterum verò Bellum, quo Mysia devastata, ex Anonymo apud Valesium: *Licinio, Constantino Coss.* legitur, ideoque Christi anno 319. quo Constantinus *Augustus* v. *& Licinius Cæsar Coss.* ut Pagi solers historicus adnotat sua Chritica Historico-Chronologica to. 1. ad an. 318. nu. 3. Unde in neutro Bello hi Sancti Martyres pro Christi fide occumbere potuerunt; Acta enim producta ex mendosis Codicibus hausta videntur. Quòd si fortè dicti Sancti anno Christi 315. Coronam Martyrii promeruerint; hoc non jam jubente Licinio, sed aut Diocletiani, & Maximiani persequutione tunc vigente, ut aliqui ferunt; aut quia eo tempore non ita erat omnium impietatum mitigata sævitia, ut Christiani à quopiam Judice morti addici nequiverint; vel Plebis tumultu ab Idolorum Sacerdotibus concitatæ trucidari; sive alia persequutione nobis ignota.

Cæterùm quemadmodum de S. Blasio, licèt in eximiis Baronii Annalibus recenseatur anno Christi 316. sub Licinio, ut eo an. nu. 45. tamen quia in aliquo Codice habetur in persequutione Diocletiani, ut idem Baronius ad 3. Februar. Lectio hujus Romani Mertyrologii eo die, dempto *sub Licinio*, promit: *Sebaste in Armenia Sancti Blasii Episcopi:* Pariter in præsentiarum hoc dubium abdicaretur, si (expectato saniorum judicio) prætereito sub Licinio Imperatore, proferret: *Singidoni in Mysia Superiori Sanctorum Martyrum Hermyli, & Stratonici, qui post Sæva tormenta in Istrum flumen demersi sunt.*

xvij. G Decimonono Kalendas Februarii. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

Sancti Hilàrii Epìscopi Pictaviènsis, & Confèssòris, quì pridie hujus dièi evolàvit in cœlum. Nolæ in Campània natàlis sancti Felicis Presbyteri, qui (ut sanctus Paulinus Epìscopus scribit) cùm à persècutòribus post tormènta in càrcerem mitterètur, & còchleis ac tèstulis vinctus superpòsitus jacèret, nocte ab Angelo solùtus, atque edùctus fuit; pòstmodum verò cessànte persecutiòne, cùm vitæ exèmplo, ac doctrina multos ad fidem Christi convertìsset, clarus miràculis in pace quièvit. (*a*) In Iudæa sancti Malàchiæ Prophètæ. (*b*) In monte Sina sanctòrum trigintaòcto Monachòrum à Sarracènis ob Christi fidem interfectòrum. (*c*) In Ægypto in Raìthi regiòne sanctòrum quadragintatrium Monachòrum, qui pro Christiàna religiòne à Blèmmiis occìsi sunt. (*d*) Mediolàni sancti Dàtii Epìscopi, & Confessòris, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*e*) In Africa sancti Eufràsii Epìscopi, (*f*) In Syria sancti Iuliani Sabæ seniòris, qui Valèntis Imperatòris tèmpore, Fidem Cathòlicam Antiochiæ penè collàpsam, virtùte miraculòrum erèxit. (*g*) Neocæsarèæ in Ponto sanctæ Macrinæ discìpulæ beàti Gregòrii Thaumatùrgi, àviæ sancti Basilii, quæ eùmdem educàvit in fide. (*h*)

(b) *Malachiæ Prophetæ.* Circ. ann. 514. antè Christum natum: inter Prophetas novissimus. Die 3. Januar. Græci in Menol. Martyrol. Germanic. Molan. & Galesin. in Not.

(d) *Quadraginta Monachor.* Die præceden. Martyrol. Germanic.

(e) *Datii Episc.* Obiit an. 552. Baron. in hujus diei Not. & Pagi t. 2. ad eumdem an. n. 25. Ann. 553. Cardinal. Noris Dissert. de Synod. 5. sub Vigil. Pap. An. 551. S. Gregor. 3. Dialog. c. 4. Ann. 561. alii. 15. Febr. Pagi loc. cit. Die hac 14. Janu. Card. Noris loc. adduct.

(f) *Eufrasii Episc.* Die 25. Maii Hagiologium Lusitan. Cardosi, & Martyrol. Hispan. Salazar.

Baron.

(a) *Baron. an. 384. n. 37. An. 305. n. 52. An. 412. nu. 29. Beda, ac cæteri Latin.* (b) *Baron. in Not. relat. Epiphan. lib. de vit. & interit. Prophet. c. 22. & SS. Acta Bolland. & Henschen.* (c) *Baron. an. 509. n. 7. & seq. Item Græci in Menolog.* (d) *Baron. in not. ac Græci in Menolog. relat.* (e) *Baron. an. 534. Galesin. & Acta. Bolland. & Henschen.* (f) *Baron. in Not. relat. & Vsuard.* (g) Baron. *an. 363. nu. 62. An. 370. nu. 71. & seq. Theodoret. lib.* SS. *PP. cap. 2. & histor. lib. 3. cap. 10. & lib. 4. c. 25.* (h) *Baron. an. 304. n. 57. & in Not.*

Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Psalm. 18.

(a) *Nola in Campania Felicis*. Maryrol. Antuerpiense: *Nola Civitate Campaniæ Sanctorum Felicis*. Martyrol. Corbejen. *Nola Campania S. Felicis*. Martyrol. Hieronymianum Lucen. *Nola Campania passio S. Felicis*. Martyrol. Blumanii eadem. Menardus ex Martyrolog. Bibliothecæ Corbejen. ms. *Apud Nolam Campania S. Felicis Presbyteri, & Confessoris*. Kalendar. Fronti: 14. *Januar. Natale S. Felicis in Pincis*. Beda genuin. *In Campania Natal. S. Felicis Presbyteri, & Confessoris*. Martyrol. de Peregrinis: *Apud Nolam Campaniæ Natale Sancti Felicis in Pincis Presbyteri, & Martyris, &c.*

Eminentissimus Baronius suis hujus diei Notis unum Felicem Nolæ recenset: Summi viri Bolland. & Henschen. duos, alterum Confessorem Presbyterum Nolanum, alterum Presbyterum Romanum, & utrumque Nolæ Sanctitatis notæ. Florentinius clarissimus addit tertium in Oriente Patre Hermia natum, Nolam profectum, ejusdemque Vrbis dein Episcopum: atque una eademque die hi omnes Nolæ coluntur. Ferrarius in General. Catal. Sanctor. ad 30. Augusti prostat: Felicem Nolanum Presbyterum, & verum Confessorem persequutionis tempore adviventem, eademque tandem silente, quievisse. An hic Felix eo die cultus, sit qui hoc die Petr. de Natal. lib. 7. cap. 28. affirmat, Ferrarius ipse negat. Solers Lector, ipsis visis, statuat.

(c) *In Monte Sina triginta octo Monachorum*. Græci in Menologio, & Molanus; *Die decima quarta Sanctorum Patrum in Sina, & in Raithi interfectorum*. At videtur duas Martyrum classes confundere, illam Montis Sina, sive Sinai, cum Ægyptia in Raithi.

(d) *In Ægypto in Raithi, quadraginta trium Monachorum à Blemmiis*. Menologium Canisii: *Eodem die Natalis SS. Patrum xliii. in Raithi jugulatorum à Blemmiis in Mari rubro, ubi sunt duodecim fontes, & Septuaginta arbores palmarum*. Menæa: *Martyres triginta*.

Baronius iisdem Notis, autumat tò *in Raithi* esse Monasterium confinio Arabiæ in Ægypto, & *Blemmios* pro *Sarracenis*. Bolland. & Henschen. *Monasterium Raithi* in Ora orientali Maris Rubri fuisse, & Blemmii alii à Sarracenis. Studiosus lector ipsos Eruditos inspiciat.

Ad illuminationem scientiæ, in manifestationem veritatis. 2. ad Corinth. 4.

(f) *In Africa Eufrasii Episcopi*. Martyrologia Antuerpien. *In Africa Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Januarii, Floridæ, & Theocasia: & depositio Eufratii Episcopi*, Corbejen. *In Africa Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Messoris, Gerontii, Lucritii, Januarii, Florida, Teocasa, Eufrasi Episcopi*. Hieronymian. Lucen. *In Africa Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Missoris, Geronti, Lucriti, Januarii, Floride, Theudosia: & alibi depositio Beati Eufrasii Episcopi*. Martyrol. Blumanii eadem: verum *Cleri, Saturnini, Florida, Eufraxi*, pro *Cleti, Saturi, Eufrasii Episcopi*. Martyrol. vet. Hibernicum ad Martyrolog. Corbejen. post *Januarii*, habet: *Agapiti, Crucessii, Eufra, aliorum octo, Florida, & Theodosia*. Martyrolog. de Peregrin. sub Iulio III. edit. *Eodem die Sancti Euphrasii Episcopi, & alii*. Galesin: *In Africa Eustrasii Episcopi, Cyriaci Diaconi, & Sociorum*. Martyrolog. Pulsanen. ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolorum quoque *Eustrasii* scribit.

Cardinalis Baron. suis hujus diei prælibatis Not. docet, hunc Euprasium, vel Euchratium Episcopum, esse Euchrasium illum, qui Concilio Carthaginensi interfuit, ad quem extat Epistola ejusdem 60. Galesinius autumat, hunc Sanctum Episcopum, & Martyrem Africanum, idcircò in Not. suadet pro *Euphrasio* legendum *Eustrasium*. Et profectò si Euchratius appelletur, vereri quis posset, Conciliabulo illi de Rebaptizantibus Hęreticis non modò S. Cyprianum interfuisse, sed hunc Sanctum quoque; ex quo forsan adducti Codices protulerint: *Et alibi Depositio Euphrasii Episcopi*; quasi alius ab Africano. Cordatus Lector de hac suspicione consulat.

xvj. A Decimo Octavo Kalendas Februarii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15				

(a) *Pauli primi Eremitæ.* Die 23. Ianuarii Eccleſ. Nannaten. in Brittanic. Armoric. Bollan. & Henſchen.

(b) *Mauri Abbat.* Obiit an. 584. Baron, eo ann. nu. 13. Bollan. & Henſchen. An. 585. Pagi t. 2. ad an. 584. n. 11.

(c) *Habacuc, & Michaa Prophet.* Circ. ann. 710. antè Chriſtum Natum Habacuc. Circ. ann. 730. Michęa. Die 2. Decembr. de primo; Die 24. Auguſti de ſecundo Græci.

SAncti Pauli primi Eremitæ, qui quarto Idus Ianuàrii inter Beatòrum àgmina translàtus fuit. (*a*) In territòrio Andegavènſi beàti Mauri abbàtis, diſcìpuli ſancti Benedicti, cujus diſciplìnis ab infàntia eruditus, quantùm in eis profècerit, inter àlia quæ apud eum pòſitus geſſit (res nova, & poſt Petrum penè inuſitàta) pèdibus ſuper aquas incèdens pateſècit. In Gàllias inde ab eo diréctus, conſtrùcto ibi cèlebri monaſtèrio, cui quadragìnta ànnis præfuit, miraculòrum glòria clarus in pace quièvit. (*b*) In Iudæa ſanctòrum Habacuc, & Michææ Prophetàrum, quorum còrpora ſub Theodòſio ſeniòre divìna revelatiòne repèrta ſunt. (*c*) Anàgniæ ſanctæ Secundìnæ vìrginis & màrtyris, quæ ſub Dècio Imperatòre paſſa eſt. (*d*) Caràlis in Sardinia ſancti Ephìſii màrtyris, qui in perſecutiòne Diocletiàni ſub Flaviàno jùdice plùrimis tormèntis divìna virtùte ſuperàtis, demum abſcìſſis cervìcibus victor migràvit in cœlum. (*e*) Nolæ in Campània ſancti Màximi Epìſcopi. (*f*) Arvèrnis in Gàllia ſancti Bonìti Epiſcopi, & Confeſsòris. (*g*) In Ægypto ſancti Macàrii abbàtis, diſcìpuli beàti Antònii, vita, & miràculis celebèrrimi. (*h*) Item beàti Iſidòri, ſanctitàte vitæ, fide, & miràculis clari. (*i*) Romæ ſancti Ioànnis Calybìtæ, qui aliquàmdiu in àngulo domus patèrnæ, deìnde in tugùrio in inſula Tiberìna ignòtus parèntibus habitavit, à quibus in morte àgnitus, clarus miràculis in eòdem loco ſepùltus eſt, ubi poſteà in ejus honòrem Ecclèſia conſtrùcta fuit. (*k*)

(f) *Maximi Epiſc.* Die 7. Februar. Nolæ : Ferrar. in Catal. Gener. SS. Bollan. & Henſchen. Die 8. Eccleſs. Beneventan.

(g) *Boniti Epiſc.* Obiit an. 704. Baron. eo an. n. 1. An. 690. Chinius. Ann. 729. Vvitford. An. 708. Savarus. An. 709. vel 710. Launojus. Initio 800. Bolland. & Henſchen. Die 2. Ianuar. Ms. Reginę Suecię.

(h) *Macarii Abb.* Die 19. Ianuar. Græci.

(a) *Baron. an.* 845. *n.* 48. *& ſeq. ac SS. Acta Bolland. & Henſchen.* (b) *Baron. an.* 584. *n.* 13. *Beda, Vſuard. Ado, & Acta Bolland. & Henſchen.* (c) *Baron. an.* 406. *n.* 56. *An.* 415. *n.* 20. *Sozomen. hiſt. lib.* 7. *c. ultim. & Niceph. lib.* 12. *c.* 48. (d) *Baron. an.* 254. *n.* 29. (e) *Baron. in Not. ac Fara de rebus Sardois.* (f) *Baron. in Not. ac Beda in vit. S. Felic.* (g) *Baron. an.* 704. *n.* 2. *& ſeq. Vſuard. & Sur. t.* 1. *prior. edit.* (h) *Baron. an.* 288. *n.* 5. *An.* 372. *n.* 34. *&* 85. (i) *Baron. in Not. Socrat. lib.* 6. *c.* 9. *Sozomen. c.* 12. *&* 13. *Rufin. lib.* 2. *c.* 4. *& Pont. vit. PP.* (k) *Baron. in Not. Graci in Menolog. Metaphraſt. Lippoman. to.* 7. *& Sur. to.* 1. *prior. edit.*

Cunctis ſermonibus ne accomodes cor tuum. Eccleſiaſtic. 7.

(b) *Mauri Abbat.* Vſuard. *In Territorio Andegavenſi S. Mauri Abbatis.* Quædam alia Mss. antiqua addunt: *Diſcipuli Beati Benedicti Abbatis*, Adſtipulaturque Rom. Martyrol.

(c) *In Iudaa Habacuc, & Michaa Prophet.* Ms. Divionenſe, ſubducto loco, auſpicatur: *Abacuc, & Michaa Prophetarum; & B. Macarii Abbatis diſcipuli B. Ioannis.* Ms. Vatican. *Et depoſitio Abacuc Propheta.* Ms. S. Cyriac. ſubcollat.: *& S. Remodii Epiſt.* Martyrol. de Peregrin. *Abacuch, & Michaa Prophetarum, quorum Corpora ſub Archadio Imperatore divina revelatione inventa ſunt.* An plures Prophetæ nomine *Habacuc* Bolland., & Henſchen. doctiſſimè diſputant.

Eminentiſſimus Baronius in Annalibus: horum Prophetarum Corpora ſub *Theodoſio Seniore* reperta. Beda, Uſuardus, Rabanus, Notker. Bellin. Maurolyc. Galeſin. & Caniſ. ſub *Archadio, & Honorio.* Bollan.

Verba ſunt plurima, multaque in diſputando habentia vanitatem. Eccleſ. 6.

Bollan. & Henſchen. Baronio annuunt. Ipſi viri eruditi inter ſe conſulant.

(f) *Maximi Epiſcopi*. Alii: *Maximiani*. Eccleſia Beneventana aliquibus hujus Sancti Reliquiis gloriatur, quas die 8. Febr. colit.

(g) *Arvernis Boniti Epiſc.* Martyrolog. de Peregrin. *Bonitii*. Vſuardus: *Civitate Arvenis S. Boniti Epiſcopi, & Confeſſoris, cujus vita virtutibus refulſit*. Ms. Monaſter. Leodii: *Arvernis Beati Boniti Epiſcopi, & Confeſſoris, cujus vita, & virtutum meritis, & miraculorum gloria illuſtris fuit*. Martyrol. Germanic. *Civitate Arvernis S. Boniti Epiſcopi, & Confeſſoris: huic Dei Mater, quam eximio amore, & pietate proſequebatur, apparuit, eumque admirabili ſolatio perfudit*. Holſtenius: *Boniti. Ms. Regina ponit 12. Ianuar.*

Cardinal. Baron. ſuis hujus diei elucubrat. Not. *hunc fuiſſe ordine quadrageſimum*: Bolland. verò, & Henſchen. SS. Actis, *trigeſimum*.

(h) *In Ægypto Macarii Abbatis*. Martyrolog. Antuerpien. *In Ægypto Criſconi, Tyrſi, Lauci, Gainito, Zenonis, Menelai.* Martyrol. Corbejen. *In Ægypto Chriſconi, Tyrſi, Leuci, Gajani, Genonis, Menelampi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Ægypto, Criſconi, Tyrſi, Leuci, Gainiti, Gonomi, Menelampi*. Martyrol. Bluman. pro *Gainiti, Genomi*, habet *Gaginiti, Genononis*. Martyrol. Reginæ Sueciæ ms. *In Ægypto paſſio S. Creſconii, Tyrſi, Leuci, cum aliis tribus*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Ægypto paſſio Sanctorum Martyrum Criſconi, & Tyrſi: Et depoſitio Abacuch, & Michaa Prophetarum. Et depoſitio* S. *Mauri Abbatis, & S. Macharii, & S. Yſidori Epiſcopi*. Ms. Tornacen. *Eodem die in Ægypto SS. Martyrum Criſconi, & Tyrſi*. Ms. Vatican. *In Ægypto Criſconi.*

(k) *Ioannis Calybitæ*. Caniſius addit: *filii Eutropii Senatoris, & Theodoræ*.

xv. B Decimoſeptimo Kalendas Februarii. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5

A B C D E *F* F G H M N P

6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

ROmæ via Salària natàlis ſancti Marcèlli Papæ, & màrtyris, qui ob Cathòlicæ fidei confeſſiònem, jubènte Maxèntio Tyrànno primò fùſtibus cæſus, deinde ad ſervìtium animàlium cum cuſtòdia pùblica deputàtus, ibidem ſervièndo amìctu indùtus cilìcino, defùnctus eſt. (*a*) Maròchii in Africa pàſſio ſanctòrum màrtyrum Ordinis Minòrum, Beràrdi, Petri, Accùrſii, Adjùti, & Othònis. (*b*) Arelàte ſancti Honoràti Epìſcopi, & Confeſsòris, cujus vita doctrìna, & miràculis fuit illùſtris. (*c*) Opitèrgii ſancti Titiàni Epìſcopi, & Confeſsòris. (*d*) Rhinocolùræ in Ægypto ſancti Melæ Epìſcopi, qui ſub Valènte exìlium, & àlia gràvia pro Fide Cathòlica paſſus, in pace quièvit. (*e*) Fundis in Campània ſancti Honoràti Abbàtis, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*f*) In monaſtèrio Peronæ ſancti Fursèi Confeſsòris. (*g*) Romæ ſanctæ Priſcillæ, quæ ſe, sùaque Màrtyrum obsèquio mancipàvit. (*h*)

(a) *Marcelli Pap.* Martyr an. 309. Baron. eo an. n. 4. An. 300. Pagi to. 1. ad an. 309. n. 3. Die 17. Ianuar. Anaſtaſ. Die 4. Octob. Raban.

(c) *Honorati*. Obiit ſub Xiſto III an. 432. Baron. in hujus diei Not. ſub Cæleſtin. VIII. An. 429. Pagi t. 2. eo an. n. 28. Circ. 430. Bolland. & Henſch. Circ. 435. Chiniuſ. Die 14. aut 15. Ian. Pagi loc. citat. Die 28. Mart. Breviar. Mozarabic. an. 1011. cuſum.

(f) *Honorati Abb.* Die 30. April. quoddam Kalendar. SS. Ordin. S. Benedict. Die 17. Decembris Martyrol. Gallobelg. & Ferrar.

(g) *Furſei Confeſſ.* Obiit an. 753. Bollan. & Henſchen. An. 669. Florar. ms. Die 4. Mar. Trithem. Martyrolog. Anglican. & Ferrar. Catal. General. SS.

(a) *Baron. an. 308. n. 13. An. 309. n. 4. & ſeq. Bolland. & Henſchen.* (b) *Baron. in Not. Chronic. Ordin. Franciſc. & Sur. t. 1. hoc die.* (c) *Baron. an. 432. nu. 34. An. 426. n. 25. An. 445. nu. 20.* (d) *Baron. in Not. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 99.* (e) *Baron. in Not. Sozomen. hiſt. lib. 6. c. 31. & Caſſiodor. lib. 8. c. 1.* (f) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen.* (g) *Baron. an. 654. n. 12. item Trithem. de Vir. illuſtr. ordin. S. Benedicti.* (h) *Baron. an. 166. n. 2. ac Mombrit. t. 2.*

Sume librum, scribe in eo: adhibui testes fideles, Isai 6.

(a) *Marcelli Papæ, & Martyris*. Quedam mss. antiqua: *Romæ Marcelli Papæ*. Alia: *& Confessoris*. Alia: *& Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. nempe Epternacen. *Romæ via Sabaria in Cæmeterio Priscillæ depositio S. Marcelli Episcopi: & via Appia in Cæmeterio Calexti passio S. Anani, Mari: Via Cornelia* VIIII. *Miliario in Cæmeterio aliorum* XIII. *quorum nomina Deus scit*. Corbejen. *Romæ via Salaria in Cæmeterio Priscillæ, depositio S. Marcelli Episcopi, & Confessoris: Via Appia in Cæmeterio Calesti passio Sanctæ Marthæ, Audeinæ Martyrum: Via Cornelia in Cæmeterio Militum novem, & aliorum tredecim, quorum nomina in libro vitæ tenentur scripta*. Hieronymian. Lucen. *Romæ via Salaria in Cæmeterio Priscillæ, depositio Marcelli Episcopi, & Confessoris: & via Appia in Cæmeterio Callisti passio S. Marthæ, Andemi Martyris: Via Cornua in Cimiterio Milites* VIII. *& aliorum numero* XIII. *quorum nomina tenentur in libro vitæ scripta*. Kalendar. Roman. vet. Bucherii: 18 *Kal. Februarii Marcelli in Priscillæ*: fortè Librarii vitium 18. pro 17. Aliud Kalendar. penes Canonic. Lucenses: XVII *Kal. S. Marcelli Papæ, & Martyris*. Raban: *Romæ Marcelli Episcopi*.

Quidam Græci vocis similitudine decepti, *Marcellum, & Marcellinum* unum eumdemque; Latini omnes alterum, ab altero existimavere: videnda quæ eruditè Cardinal. Baron. in not. ac Bolland. & Henschen. in Act. SS. cumulant.

(b) *In Africa Berardi, Petri, & Soc*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Saturnini, Faustini, Naffaviani, & aliorum* VII. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Saturnini, Faustini, & aliorum* VI. Ms. Hibernic. Convent. Dungalen. *Saturnini, Faustini, & aliorum* VII. Ms. Rhinovien. *In Africa Fausti*.

(c) *Arelate Honorati Episcopi, & Confessoris*. Martyrol. Corbejen. & illud Reginæ Sueciæ ms. *Arelate Depositio S. Honorati Episcopi, & Confessoris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Epternacen. ac Vsuard. Ado, & alii demunt: *Confessoris*. Ms. S. Cyriac. *Arelate Depositio S. Honorati Episcopi. Passio S. Marthæ*. Ms. Vatican. silet: *Arelate*.

(d) *Opitergii Titiani Episcopi, & Confessoris*. Horar. Ms. Usuard. Bellin. & Molan. *Item Civitate Odobergia S. Titiani Episc. & Conf*. Galesin. & Martyrol. Germanic: *Opitergii*. Nobile quondam Venetiæ Oppidum vulgò *Oderso, & Vderso*. Alius *Titianus* Brixiæ 3. Januar. & alius Laude Pompeja 4. Maii penes Bollan. & Hensch.

(e) *Rhinocolura in Ægypto Melæ Episc*. Alii: *Rinocorora, & Rinocura*. Et pro Melæ: *Melanii*, seù *Melantis*. Canis. Martyrol. Germanic. *Melantii*. Galesin. *Rinocoloræ S. Melantis Episcopi*.

Cardin. Baron. in Not. ex Cassiodoro lib. 8. cap. 4. hic Sanctus *sub Valente Imperatore*. Carthusian. Coloniens. Add. ad Vsuard. & Canis. in Martyrol. Germanic. *sub Hunnerico pro fide Catholica exilium aliaque gravia passus*.

Testimonium fidele sapientiam præstat. Psalm. 18.

Baron. duas item *Rhinocoluras* recenset, alteram in Ægypto, alteram in Syria. Bolland. & Henschen. unam eamdemque putant, in confinibus Syriæ, & Ægypti, fluvio adiacentem, Regnum Sarracenorum à Palæstina dividentem. Topographi definiant.

(f) *Fundis Honorati Abbat*. Galesin. *Fundis in Samnio*. Baron. Aliique: *Fundis*, Latii novi Civitas: *In Campania Felici, Regnoque Neapolitano*. Martyrolog. Gallobelgic. *In Campania Romana*.

(g) *In Monasterio Peronæ Fursei Confes*. Usuard. & de Peregrin. *Peronæ Monasterio*. Raban. & Notker. *In Pago Mandensi Peronæ Monasterio*. Fortè librarii sphalma: *Mandensi* pro *Veromandensi*. Oppidum est in Gallia *Perona*, seù *Parona* ad Somonam fluvium. Galesin. die 25. Febr. *In Gallia S. Fursei Monachi*: Verùm in Not. *Hæc illius est translatio*.

(h) *Romæ Priscillæ*. Martyrol. quoddam S. Hieronym. penes Bollan. & Henschen. *Romæ via salaria Priscillæ*. Carthusian. Colonien. Addit. ad Usuard. *Romæ S. Priscillæ Virginis*. Sed aut alia aut mendum tò *Virginis*.

Baron. in Not. hanc Priscillam suadet Matrem S. Pudentis Senatoris, & ambigit de Cæmeterio Priscillæ via Salaria his verbis: *Licèt complures Codices non habeant ea, quæ de Cæmeterio nomine S. Priscillæ via Salaria ponuntur*: Ferrar. tamen in Catal. SS. Italiæ prostat: *Romæ S. Priscillæ, hæc Apostolos Petrum, & Paulum Romam venientes hospitio excepit, & Pauperibus assiduè eleemosynas ministrabat. Fertur celebre illud Cæmeterium via Salaria suis sumptibus ædificasse*.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ S. Marcelli Papæ, & martyris: jubente Maxentiò tyranno*.

Anceps hoc Martyrium sub Maxentio; aliis sub *Maximiano*: aliis sub *Maximino* tradentibus. Pro *Maximiano* plura Mss. ac Molan. Addit. ad Usuard. Bellin. de Peregrin. aliique Martyrolog. Chronic. Damasi apud Bucher. *Marcellus fuit à Consulatu X*. (nempe Maximiani Herculei) *& Maximiani* VII. *usque post Consulatum x. &* XVII. Pro *Maximino* Usuard. Beda genuin. plerique alii, Fortunat. lib. 3. de Ord. Antiphon. c. 17. XVI *Kal. Februar. Natalis S. Marcelli Papæ, qui jubente Maximino Imperatore, primò fustibus cæsus, & à facie ejus, quem corripiebat, expulsus est*.

Eminentissimus Baron. in Not. *Mendosè in relatis Codicibus id legitur; qualis autem*,

quam-

quantave fuerit ejus sævitia (scilicet Maxentii anno Christi 309. quo hic Pontifex mortem oppetiit) *scribit Eusebius in vita Constantini lib. 1. c. 27. 28. & seq. & in hist. lib. 8. c. 26. & 27. Non tantùm enim Italiam sed, & Africam immani feritate vexasse, constat ex Panegyrico dicto in Constantini laudem post debellatum Maxentium.*

Ast summus vir Pagi t. 1. eo Christi anno 309. Africam, tradit, Alexandro Tyranno paruisse, ante Christi annum 311. à Maxentio non devicto, Marcello Pontifice jam defuncto: quamobrem anno 309. Christiani in Africa à Maxentio afflicti non fuere.

Quòd si æque à Baron. ad eumdem Christi annum 309. ac ab eximiis viris Bolland. & Henschen. illud Epitaphium accitur, quod in antiquis Inscriptionibus exprimit hunc Pontificem Christi anno 309. in exilium ab impio Tyranno missum; non officit quin historici pro hoc Tyranno sint varii: alii pro Maximino, aliique pro Maximiano. Hinc ut in præsentiarum procul sit hæc Chronologica nutatio, quemadmodum de Sancto Neophito Martyre die 20. Januar. Rom. Martyrol. silet sub quo, licet Baron. in Not. autumet sub Diocletiano, ut ex Græcor. Menolog. ita neutiquam modò exprimat (dummodo majori sapientia præditi definierint) sub quo hic Sanctus Pontifex Martyrii Coronam accepit, sed: *Romæ S. Marcelli Papæ, & Martyris, qui ob Catholicæ fidei Confessionem primò fustibus cæsus: deinde ad servitium animalium custodiæ publicæ deputatus, &c.*

xiv. C Sextodecimò Kalendas Februarii. Luna 17

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

IN Thebàide sancti Antònii abbàtis, qui multòrum monachòrum Pater, vita & miràculis præclarissimus vixit: cujus gesta sanctus Athanàsius insìgni volùmine prosecùtus est. Ejus autem sacrum corpus sub Iustiniano Imperatòre divinà revelatiòne repèrtum, atque Alexandrìam delàtum, in Ecclèsia sancti Ioànnis Baptistæ humàtum fuit. (*a*) Apud Lingònas sanctòrum tergeminòrum, Speusìppi, Eleusìppi, & Meleusìppi, qui cum àvia sua Leonìlla martyrio coronàti sunt tèmpore Marci Aurèlii Imperatòris. (*b*) Romæ Invèntio sanctòrum martyrum Diodòri Prèsbyteri, Mariàni Diàconi, & sociòrum, qui sub sancto Stèphano Papa, cùm in Arenàrio natalìtia Màrtyrum àgerent, obstrùcta à persecutòribus jànua cryptæ, & dìruta dèsuper mole, ipsi quoque martyrium sunt assecùti. (*c*) Apud Bitùricas depositio sancti Sulpìcii Epìscopi, cognomènto Pii, cujus vita & mors pretiòsa gloriòsis miràculis commendàtur. (*d*) Romæ in monastèrio sancti Andrèæ, beatòrum monachòrum Antònii, Mèruli, & Ioànnis, de quibus scribit sanctus Gregòrius Papa. (*e*)

(a) *Anton. Abb.* Obiit an. 358. Constantin. Imp. XXII. Baron. eo anno nu. 21. An. 356. Constantin. Imper. XIX Pagi t. 1. ad an. 358. n. 2.

(b) *Speusippi, & Soc.* Die præcedent. Menæa.

(c) *Inventio SS. Diodori, & Soc.* Die 1. Decembr. Bollan. & Henschen.

(d) *Sulpicii Epis.* Obiit an. 595. Baron. eo an. nu. 24. Ann. 642. Historic. recentior. Ann. 647. Bolland. & Henschen. Die præced. Ferrar. Vvio, & Dougar.

(e) *Antonii, Meruli, & Ioannis.* Die 31. Ianuar. de Antonio. Die 21. de Merulo. Martyrol. Benedict. Die 15. Martii de utroq; Molan. primæ edition. & Martyrol. Germanic.

(a) *Baron. an. 358. n. 2. An. 531. n. 27. item ex Græcis, Socrat. Sozomen. & Theodoret. ex Latin. Rufin. & plur. recentiores.* (b) *Baron. an. 129. n. 37. Mombrit. t. 2. & Sur. t. 1.* (c) *Baron. an. 284. n. 7. An. 886. n. 32. & seq. & Sur. t. relat.* (d) *Baron. an. 431. n. 187. An. 595. n. 94. Turonen. proam. hist. Dormient. & Guibert. Apolog. pro Sever.* (e) *Baron. in not. S. Gregor. Pap. lib. 4. Dialog. c. 47. Acta Bolland. & Henschen.*

Qui audiunt verbum, custodiunt illud. Luc. 11.

(a) *In Thebaide S. Antonii Abbat.* Martyrol. Epternacen: *In Ægypto S. Antonii Monachi.* Martyrol. Corbejen. *In Ægypto Thebaida.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. de Peregrin. *Apud Thebaidam S. Antonii Abbatis.*

Qui habet sermonem narret sermonem. Jerem. 23.

Car-

Cardinal. Baron. in Not. *Scripsit Egregia hujus Acta S. Athanasius, quæ in Latinum sermonem præstitit S. Hieronymus postulante Pammachio*. Holsten. tamen eruditus suis animadversis ex ipsis Hieronymi verbis alium quàm Hieronymum intelligit fuisse interpretem, nempe Evagrium; ut doctè quidem Rosuueyd. ad vit. PP. observat lib. 1. nota 4. immediatè ante vitam B. Antonii Abbat. Studiosus ipsos viros eruditos adeat.

(b) *Apud Lingonas ter geminorum Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi, qui cum Avia sua Leonilla*. Alii pro Speusippi, *Speosippi, Speusepi, Seusippi, Peusippi*. Pro Eleusippi, *Elasippi, Elensippi, Eleusipi, Heleusippi, Elensipi, Elapi*. Et pro Meleusippi, *Melasippi, Malousipi, Moleusippi, Mesippi, Melesipi, Munici*. Item pro Leonilla, *Leovilla, Levella, Lonella, Neonila, Neovilla*. Martyrol. Epternacen. *Lingonas passio Sanctorum gemenorum Speusippi, Elasippi, Melasippi, Leonilla, Iunilla, Nenonis Diaconi*. Martyrol. Corbejen. *Lingonis passio Sanctorum germanorum Martyrum Speusippi, Helasippi, Melasippi, Leonella, Mecnis, Iunolla*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Ligonis passio Sanctorum Martyrum geminorum Speusippi, Elasippi, Melasippi, Leunilla, Iunella, Neonis*. Martyrol. Blumanii eadem. Ms. Dungalen. *Germanorum trium Speusepi, Elapi, Munici*. Ms. Rhinavien. vetustissim. *Passio Sanctorum Martyrum Geminorum*. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei: *Lingonii Speusippi, Eleusippi, Menalippi, & Leonilla Avia*. Usuard. *Lingonis Natalis Sanctorum geminorum Speusippi, Elasippi, & Melasippi, qui, cùm essent viginti quinque annorum, cum Avia sua Leonilla, & Ienilla, & Neone Martyrio Coronati sunt tempore Aureliani Imperatoris*, Martyrol. Germanic. *Neonis capillis suspensa postquam alios toleratos cruciatus plexa capite*: verùm pro *Neonis* alii Codices: *Neronis, Nenonis, Nerona*; pro Iovillæ: *Conilla, Iejonilla, Lonilla, Lovilla, Innilla, Ionella, Ianilla, Iunilla*. Martyrolog. de Peregr. *Lingonis Civitate natale Sanctorum geminorum Speusippi, & Meleusippi, qui, cùm essent triginta annorum, cum Avia sua Martyrio coronati sunt tempore Aureliani Imperatoris*.

Cardinal. Baron. in Not. *Speusippum, Eleusippum, & Meleusippum, cum Leonilla* signat *Tempore Marci Aurelii*. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ. Martyrol. Germanic. Usuard. de Peregrin. aliorumque Apographa: *Tempore Aureliani*.

(d) *Apud Bituricas Sulpicii Episcopi cognomento Pii*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Martyrol. Corbejen. & Martyrol. ms. Reginæ Sueciæ: *In Gallia Civitate Bituricas depositio* S. *Sulpicii Episcopi, & Confessoris*. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei *Natalis* pro *Depositio*. Martyrol. de Peregrin. *Bituridis Civitate depositio Sancti Sulpicii Episcopi*. Et percurso: *Cognomento Pii*, reliquum, ut Roman. Martyrolog.

Quot verò fuere Sulpicii, an duo, unus Episcopus, alter Presbyter; vel tres, duo Episcopi, tertius Presbyter: summi viri Florentinius, Bolland. & Henschen. consulendi.

Ex Baron. in Not. & in Annalib. ad an. 595. n. 4. hic Sulpicius cognomento Pius, Remigio Episcopo successit. Summus vir Pagi t. 2. eodem anno 595. nu. 17. hic Sulpicius Apollinaris Episcopi successor Sanctum Austregesilum successorem habuit.

xiij. D Quintodecimo Kalendas Februarii. Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7

A B C D E *F* F G H M N P

8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

CAthedra sancti Petri Apòstoli, qua primùm Romæ sedit. (*a*) Ibidem pàssio sanctæ Priscæ vìrginis, & màrtyris, quæ sub Clàudio Imperàtore post multa tormènta martyrio coronàta est. (*b*) In Ponto natàlis sanctòrum màrtyrum Mosèi & Ammònii, qui cùm essent mìlites, primò ad metàlla damnàti, novìssimè igni tràditi sunt. (*c*) Ibidem sancti Athenògenis antìqui Theòlogi, qui per ignem consummatùrus martyrium, hymnum lætus cècinit. quem & discìpulis scriptum relìquit. (*d*) Turònis in Gàllia sancti Volusiàni Epìscopi, qui à Gothis captus, in exìlio spìritum Deo rèddidit. (*e*)

(b) *Prisca*. Martyr an. 27. sub Claudio Seniore Nonnulli. Ann. 56. sub Claudio Iun. Alii.

(e) *Volusiani Episc*. Circ. 670. Baron. in Not. ad oram Marginal. Circ. 497. Turonen.

(f) *Leobardi reclusi*. Claruit Circ. 583. Baron. in Not. At Obiit ann. 582. Bollan. & Henschen. Die 17. Ian. Ferrar.

(h) *Liberatæ Virg*. Die 16. Mantuę Ferrar. Not. ad Catal. SS. Italiæ. Die 21. April. Veronæ.

Ibidem

Ibìdem ſancti Leobàrdi reclùſi, qui mira abſtinèntia, & humilitàte refùlſit. (*f*) In Britànnia ſancti Deìcolæ abbàtis, diſcìpuli beàti Columbàni. (*g*) Novocòmi ſanctæ Liberàtæ vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. an. 44. n. 25. An. 46. n. 1. & seq.* (b) *Baron. in Not. item Act. Bolland. & Henschen.* (c) *Baron. an. 146. n. 7. Beda, Vsuard. Ado, & Petr. in Catal. lib. 2. c. 97.* (d) *Baron. in Not. ac Bolland. & Henschen. Act.* (e) *Baron. in Not. item Turonen. hist. Franc. lib. 1. c. 26. & lib. 10. c. 31.* (f) *Baron. in Not. idem Turonen. lib. SS. PP. c. ult.* (g) *Baron. in Not. Petr. in Catal. lib. 2. c. 98. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 6.* (h) *Baron. in Not.*

Qui petit, accipit; & qui quærit invenit. Matth. 7.

(a) *Ibidem Prisca Virginis, & Martyris* Ado, Notker. Bellin. Vsuard. & de Peregrin. nulla palestræ nota: *Eodem die Natalis S. Prisca Virginis, & Martyris*. Aliqua Ms. *Virginis*. Aliqua: *Martyris*. Aliqua alia: *Virginis, & Martyris*.

(c) *In Ponto Mosei, & Ammonii*. Notker. *Moyseus*. Ado: *Moseus*. Mautolyc. & Felic. *Musseus*, & pro *Ammonis*, Bellin. & Mautolyc. *Ammon*. Martyrologium de Peregrinis: *Mosis, & Ammonis*. Martyrolog. Epternacen. *In Ponto Civitate Assia, Mosei, Ammoni*. Corbejen. *In Civitate Asia, Moysei, Ammonis, Mica, Asteri, Fortunati, Zenonis, Zosimi, Menelampi, Didali, Valentis, & passio Sancti Thyrsi cum Sociis suis, Leuci, & Gallinici*. Hieronymian. Lucen. *In Ponto Civitate Asta, Moysei, Ammonis, Micea, Asteri, Fortunati, Zenonis, Zezimi, Menelampi, Didali, Valentis, & passio S. Tyrsi cum Sotiis suis, Lenci, & Gallinici*. Martyrol. Blumanii legit: *In Ponto Civitate Asia*. Stephan. *Asta Populi Thracia*, & Geographi: *Astica Regio*; penes quos in Ponto Urbs Astagis erat, & Populi Propontidis Astageni, & sinus Astagenus. An mendose *Assia* vel *Asia* pro *Astacis*, aut *Asta*, Geographi ipsi inter se conferant.

(e) *Turonis in Gallia Volusiani Episc.* Saussayus supplem. ad Martyrol. Gallican. *Apud Fuxum inter Apameam, & Vanillas in finibus Tolosanorum Natalis Sancti Volusiani Episcopi Metropolitani Turonensis; qui à Gothis Sede ejectus, demum obtruncatione agonem gloriosum complevit*. An idem, ipsi Turonenses definiant.

(f) *Leobardi reclusi*. Felicius: *Leobardi* vel *Leobaldi*. Martyrol. Colonien. *Leobaldi*. Carthusian. Colonien. Auctar. ad Usuard. *Leopardi*. Martyrol. Reginæ Sueciæ ms. ac Florar. Ms. *15 Kal. Depositio S. Leopardi Confessoris*. Ferrar. die VII Januar. *Leonardi*. Addubitandum, an alius à *Leobardo*. Savar. de Origin. Claramont. *S. Leobardi Abbatis*. Ex his lectionibus Lector saniorem seligat.

(g) *Deicola Abbat.* Galesin. *Deicoli*, & rectius. Florar. Ms. *Eodem die S. Deicoli Abbatis, & Confessoris*. Moland. Addit. ad Usuard. & Vuio: *Deicola Abbatis Suerensis*. Saussayus Martyrol. Gallican. *In Vesontiensi Territorio Lustra Cœnobio Depositio S. Deicola, Discipuli S. Columbani; & primi illius Monasterii Abbatis*.

(h) *Novocomi S. Liberata Virginis*. Molan. Addit. ad Usuard. & Mautolyc. *Novocomi in Gallia S. Liberata Virginis*. Martyrol. de Peregrin. loco non præsignato: *Ipso die S. Liberata Virginis*. Galesin. *Novocomi SS. Virginum Liberata, & Faustina*. Quædam Calendar. *Liberata Virginis, & Martyris*. Ambiguum, an eadem, vel Amanuensis additum:

Quæritur, ut inveniatur dulcius; invenitur, ut quæratur avidius. S. Augustin. l. 15. de Trinit.

xij. E Quartodecimo Kalendas Februarii. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

SAncti Canùti Regis & màrtyris, cujus dies natàlis àgitur sèptimo Idus Ianuàrii. Romæ via Cornèlia ſanctòrum màrtyrum Màrii & Marthæ cònjugum, & filiòrum Audìfacis & Abachum nobìlium Persàrum, qui Romam tempòribus Clàudii Prìncipis ad oratiònem venerant: è quibus post toleràtos fustes, equùleum, ignes, ungues fèrreos, manuùmque præcisiònem, Martha in Nympha ne-

(a) *Marii, Martha, Audifacis, & Abachum*. Die 11. de Martha Razzi de Fœm. SS. Illustr. Die 15. de Mario, & Martha

(c) *Pauli, Gerontii, & Soc.* Martyres ann. 302. Baron. eo ann. n. 128. An. 303. Pagi eo an. n. 6.

Martha. Martyrolog. Cænob. Sancti Maximini Trevir. & Ms. Rhinovien. Die 20. de omnib. Usuardus Raban. Ado, Notker.

(b) *Germanici.* Martyr an. 169. Baron. eo an. n. 4. An. 168. Bollan. & Henschen. Die 26. Jannar. Beda genuin. Die 18. Febr. Galesin. & Canis.

(e) *Bassiani.* Martyr ann. 397. Baron. eo ann. nu. 42. An. 409. Bollan. & Henschen.

càta est ; cæteri sunt decollàti, & còrpora eòrum incènsa. (*a*) Smyrnæ natàlis beàti Germànici màrtyris, qui cùm primævæ ætàtis venustàte florèret, sub Marco Antonino, & Lùcio Aurèlio, per gràtiam virtùtis Dei metum corpòreæ fragilitàtis exclùdens, sponte præparàtam sibi bèstiam damnàtus à judice provocàvit ; cujus dèntibus comminùtus, vero pani Dòmino IESV Christo, pro ipso mòriens, mèruit incorporàri. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Pauli, Geròntii, Ianuàrii, Saturnìni, Succèssi, Iùlii, Cati, Piæ, & Germànæ. (*c*) Apud Spolètum pàssio sancti Pontiani màrtyris, tèmpore Antonìni Imperatòris : quem Fabiànus judex pro Christo vehementìssimè virgis cæsum, jussit super carbònes nudis pèdibus ambulàre ; à quibus nil læsus, equùleo & uncìnis fèrreis jussus est suspèndi, & sic in càrcerem trudi, ubi Angèlica visitatiòne mèruit confortàri ; post quæ leònibus expòsitus, & plumbo fervènti perfùsus, tandem glàdio percùssus est. (*d*) Laudæ sancti Bassiani Epìscopi, & Confessoris, qui advèrsùs hærèticos unà cum sancto Ambròsio strènuè decertàvit. (*e*)

(a) *Baron. an. 270. n. 2. & sequ. Beda, Vsuard. Sur. t. 1. ad 14. Februar. Mombrit. t. 2. aliique.* (b) *Baron. an. 169. n. 4. Beda Euseb. hist. lib. 4. c. 14. ac Niceph.* (c) *Baron. an. 302. n. 128.* (d) *Baron. an. 154. n. 3. An. 175. n. 7. Beda & Sur. t. 1. ad 14. Ianuar.* (e) *Baron. an. 387. n. 83. An. 397. n. 42. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 101.*

In corde abscondi eloquia. Psalm. 118.

In labiis pronunciavi omnia judicia. Psalm. 118.

(a) *Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum.* Pro *Marii* Maurolyc. *Marci.* Notker. *Marini.* Alii: *Marthas.* Persicè *Maras* vel *Maris.* Item pro *Abachum*, nonnulli: *Abachum, & Abbacuc.* Raban. aliique: *Ambacum.* Canis. *Habacum.* Martyrol. Epternacen. *Ambacu.* Pancirol. *Abaron:* De Peregrin. *Abacuch.* Martyrol. Corbejen. *XIIII Kal. Februar. in Cæmeterio Marii, & Marthæ Vxoris ejus: Audifax, & Abacuc.* Martyrol. Hieronymian. Lucense: *In Cæmeterio Marii Marthæ, Audifax, & Abbacuc.* Martyrolog. Bluman. *In Cymiterio Mariæ, & Marthæ, Audifax, & Abacuc.* Calendar. parvum Hieronymian. Ms. *XIIII Kal. Februar. Sanctorum Marii, & Marthæ filiorum.* Alterum Canonicor. Lucensium: *XIIII Kal. Sanctorum Marii, Marthæ, & Audifax.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *XIIII Kal. Hierosolyma Marthæ, & Mariæ Sororum Lazari*; Adstipulanturque alia Mss. penes Bollan. & Henschen. Verùm de hac Martha, & Maria, disquisitio ad 22. Jul.

(c) *In Africa, Pauli, Gerontii, Ianuarii, & Soc.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Pauli, Quinci, Geronti, Ianuarii, Saturnini, Successi, Germanæ, Zertuli, & aliorum multorum, Tiberitani, Majoli, Victoriani, Honorati, Fortunati, Iuli, Luci, Pupli, Felicis, Gaia, Vitalis, Cassiani, Secundi, Victoris, Primi, Spani, Caecmani. Item Luci, Saturnini, Floridæ, Calistæ, Melondionis.* Martyrol. Corbejen. *Tertuli* pro *Zertuli.* Martyrol. Hieronymian. Lucense: *In Africa Pauli; Quinti, Geronti, Gennari, Saturnini, Successi, Germani, Tertuli, & aliorum multorum, Tyberitani, Majoli, Victoriani, Honorati, Fortunati, Iulii, Lucii, Marcusi, Publi, Felicis, Gagi, Vittalis, Cassiani, Victoris, Secundi, Primi, Hispani, Caemani. Item, Lucii, Saturnini, Floridi, Callisti, Molendionis.* Martyrol. Bluman. prò Genuati, Tyberitani, Saturnini, Floridi, Calisti: *Ianuaris, Tyberiani, Saturninæ, Floridæ, Calistæ:* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Pauli; Quinti, Gerontii, & aliorum multorum:* Carthusian. Colonien. *In Africa secundùm Bedam SS. Pauli, Quinti, Geronti, Ianuarii, Saturnini, Successi, Piæ, Germanæ, Iulii, Gagi.* Notker. *In Africa, Pauli, Quincti, & plurimorum Martyrum.* Ms. vet. Monast. Rhinovien. *In Africa, Quincti, Ianuarii, Germani.* Ms. Monaster. S. Martini Tornacis, & Lætiensis: *In Africa Natalis SS. Pauli, Hermetis, Quincti, Gerontii, Ianuarii, Successi, Valentis, Publii, Gagii, cum aliis sexcentis.* Martyrolog. Hibernic. Convent. Dungalen: *Pauli, Quinti, Gerontii, Ianuarii, Saturnini, Successi....... Gagiæ, Saturnini, Floridæ, Calizæ, Piæ, Prissari, Tertuli, Tiberii, Tammajoli, Victoriani,* Ho-

Honorati, *Fortunati*, *Iulii*, *Lucii*. *Nativitas S. Germani*, *Marcissi*.... *Pupli*, *Felicis*, *Vitalis*, *Cassiani*, *Secundi*, *Victoris*, *Primi*, *Hispani*, *Luci*, *Cacumeni*, *Molendionis*. Solers Lector eam seligat lectionem, quæ ipsi arridet.

(e) *Laude S. Bassiani Epist.* Martyrol. de Peregrin: *In Laude Civitate S. Bassiani Episcopi*, *& Confessoris*.

Disceptatio Historico-Chronologica. (a) *Marii*, *Marthæ*, *& filiorum Audifacis*, *& Abachum temporibus Claudii Principis*.

Ambiguum, temporibus Claudii Principis hos Martyres fuisse: sub quo nullam persequutionem Ecclesiam subisse, plerique sentiunt.

Eminentissim. Baron. in notis exhibet Acta apud Sur. to. 1. ad 14. Ianuar. & Mombrit. to. 2. quę habent rescriptum Claudii, quo jussit, non tantùm Christianos Carceribus detentos, sed etiam, qui inventi essent in vulgo, capite puniri. Trebellio quidem scribente: *Tyrannorum factione compressus, à Christianorum persecutione, quam cœperat, revocatur*.

Ast Pagi eximia sua Critica Historico-Chronologica t. 1. ad annum 298. nu. 6. & 269. n. 2. exarat, neminem ex Antiquis persequutionis à Claudio motæ meminisse, nec eum, nec Præfectos ejus Ecclesiam vexasse. Quinimmò data tali sub Claudio in Ecclesiam clade, non idcircò ad ipsum Claudium hoc Martyrium referendum, etenim Acta à Surior, & à Mombritio relata adulterina inspiciuntur, & ut suppositìtia à Ruinarto in Actis sinceris, & selectis primorum Martyrum prætermissa: Referendo Marium, & Martham Conjuges, unà cum filiis se prostrasse ad Beatum Callistum Pontificem Romanum Imperante Eleogabolo; & tamen hoc tempore non sedebat B. Callistus, iam anno Christi 226. Martyr demortuus: juxta ipsum Baronium eo anno num. 1.

Nihilominus Summi viri Bolland., & Henschen. pro Baronio adnotant: *Erat in quibusdam Rosuueydi Schedis annotatum in his Actis, pro Callisto reponendum Dionysium, quod num in veteri copia manuscripta repererit: num sola conjectura definierit, haud liquet*: Adstipulantur profectò cuncta exemplaria, tum Mss., tum Cusa, quæ nomen Callisti ferunt.

Verùm Rosuueydus hoc non tradidit, quòd si ipse in aliquo monumento id legisset; proculdubio indicasset; sed esto, quòd hæc ad Callisti tempora referenda sint, adjudicanda tamen erunt sub Alexandro, quo Imperante Ecclesia neque Romæ, neque alibi vexata non fuit, ut narrant Historici contra prædicta Acta, ab aliquo forsan rei historicæ parùm callido confecta; quemadmodum Sancti Hieronymi Codices luxatè his verbis: *In Cœmeterio Marii*, *& Marthæ* rescriptos Florentinius in ipso Martyrol. Hieronymian. animadvertit, eo quia nullum unquam Romæ *Marii Cœmeterium* extitit, & malè illud *Arenarii* progressu temporis Marii dictum. Cæterùm, sicut de S. Cæsareo Diacono Kalend. Novemb. quia dubium, sub quo passus, aliis sub Claudio, aliis sub Trajano, Roman. Martyrol. eo die, neque Claudium commemorat, neque Trajanum, sed *Tarracinæ in Campania S. Cæsarei Diaconi, qui diebus multis in Custodia maceratus est*: licet Baronius in notis definiat, corrigendos esse Codices asserentes sub Claudio: Ita quùm ex hactenus deductis anceps sit, an hi Sancti Coronam Martyrii sub ipso Claudio adepti fuerint, ut hæc nutatio abeat (sanioribus tamen relicto ut definiant) percurso *temporibus Claudii Principis*, enuncietur: *Romæ via Cornelia Sanctorum Martyrum Marii, & Marthæ Conjugum, & filiorum Audifacis, & Abachum nobilium Persarum, qui Romam ad orationem venerant: è quibus, &c.*

xj. F Tertiodecimò Kalendas Februarii. Luna 20

* Hodie Sol Ingreditur in signo Aquarii, & in eo usque ad 20. Februar. inclusivè.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

(a) *Fabiani.* Martyr an. 253. Baron. eo ann. nu. 5. Ann. 250. Bollan. & Henschen. An. 252. Pagi t. 1. ad an. 253. n. 3.

ROmę natalis sancti Fabiani Papæ, qui tèmpore Dècii martyrium passus, in cœmetèrio Callisti sepùltus est. (a) Ibidem ad Catacùmbas sancti Sebastiàni màrtyris, qui Diocletiàno Imperatòre cùm habèret principàtum primæ cohòrtis, sub titulo Christianitàtis jussus est ligàri in mèdio campo, & sagittàri à militibus, atque ad ùltimum fùstibus cædi, donec defìceret. (b) Nicææ in Bithynia sancti

(b) *Sebastiani*. Martyr an. 286. Baron. eo an. n. 24. An. 290. Bolland. & Henschen. Die præcedent. Martyrol. vet. S. Hieronym. Die 18. Decembr. Græci.

(c) *Neophyti*. Die seq. Molan. Auctar. ad Usuard. & Græcor. Menæa.

ſancti Neòphyti màrtyris, qui quintumdècimum annum ætàtis agens, flagris cæſus, in fornàcem immìſſus, feris objèctus, cùm permanèret illæſus, & Chriſti fidem conſtànter profiterètur, glàdio tandem occìſus eſt. (*c*) Cæsènæ ſancti Mauri Epìſcopi, virtùtibus & miraculis clari. (*d*) In Palæſtina natàlis ſancti Euthymii abbàtis, qui zelo Cathòlicæ diſciplinæ, & virtùte miraculòrum tèmpore Màrciani Imperatòris in Ecclèſia flòruit. (*e*)

(d) *Mauri*. Die 21. Novembr. Ferrar.

(e) *Euthymii*. Obiit ann. 472. juxta Faſta Honuph. Baron. eo an. n. 8. & in Not. Ann. 443. Pagi t. 2. ad an. 472. n. 3.

(a) *Baron. an. 238. n. 6. & ſeq. An. 246. n. 5. & an. 253. n. 5. item Euſebius in Chronic. & hiſt. lib. 6. c. 22.* (b) *Baron. an. 284. n. 10. An. 286. n. 3. & ſequ. Lippom. t. 5.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti. Bolland. & Henſchen. Acta.* (d) *Baron. an. 381. n. 75. An. 420. n. 16. & 31. An. 432. n. 52. An. 471. n. 8. & an. 649. n. 13.* (e) *Baron. in Not. Lippom. t. 5. & Sur. t. 1.*

Veritas te non deſerat, circumda eam gutturi tuo, & deſcribe in tabulis. Proverb. 3.

Ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & eos redarguere, qui contendunt. Transl. Syriac. ad Tit. 1.

(a) *Fabiani Pap.* Martyrol. Epternac. *XIII Kal. Romæ paſſio SS. Sebaſtiani, Fabiani Epiſcoporum*. Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *Romæ in Cæmeterio, Fabiani Epiſcopi, & Sebaſtiani*: Apud Bucher. de emend. tempor. ad vict. Canon. c. 15. Antiquiſſimum quoddam fragment. Martyrol. Roman. *XIII Cal. Febr. In Calliſti, & Sebaſtiani in Catacumbas*.

(b) *Sebaſtiani*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *XIII Kal. S. Sebaſtiani Martyris, qui fuſtibus diù fatigatus, occubuit tempore Diocletiani*: Holſten. ſuis animadverſis. Martyrol. Hieronymian. Lucenſe die præcedenti: *XIV Calend. Februarii Romæ paſſio Sebaſtiani Martyris*. Liber quidem Roman. Pontific. ſeu Damaſi, & Luitprand. exhibent, Sebaſtianum die præcedenti via Appia ſepultum; at potuit S. Sebaſtianus eſſe Martyrio coronatus die præcedenti, & inde per Lucinam Matronam poſt mediam noctem die ſequenti ſepultus, ut Acta.

(c) *Neophyti Martyris*. Menæa die VII. Decembr. *Neophytus aquis merſus*; at videtur alius; hic aquis, ille gladio occiſus.

(d) *Cæſena S. Mauri Epiſc.* Cæſan Regio, & Urbs eſt Ægypti, aliàs *Coſſen* Ptolomæo. *Cæſana* Urbs in India intra Gangem, & Cæſani Arabiæ felicis populi Plinio. Majoris famæ eſt Cæſena Italiæ, Urbs in Gallia Togata, ſivè Æmilia: Ptolomæo, & Plinio; hujus Civitatis eſt hic Maurus Epiſcopus.

Cardinal. Baron. in Not. hunc Maurum autumat ſub S. Martino Papa Concilio Romano interfuiſſe; Petrus tamen Damian. teſtatur, ſe ignorare cujus Romani Pontificis, Regiſque temporibus vixerit. Acta penes Bolland. & Henſchen. conſulenda.

Huic Urbi ad 21. Julii Martyrol. vet. Lucenſe, & alia Martyrol. S. Hieronym. Apographa, paucis tamen inter ſe variatis nominibus, referunt: *XII Kal. Auguſti, in Civitate Cæſena Natalis Sanctorum Adriani, Eli, Victoris, Patrocli, Ceſariana, Adrianitis, Diomeſi, Felicis, Aurili, Timocratis, Fauſti*. Notker. item eo die: *XII Kal. Auguſti in Urbe Cæſena Natalis SS. Adriani, Helii, Victoris, & aliorum*. An hi Martyres fuerint Cæſenates; Ipſimet Cæſenates ſuarum Eccleſiarum tabulas recognoſcant. Roman. quidèm Martyrol. præter hunc Maurum Epiſcopum, nullum alium Sanctum Cæſenæ ſignat.

(e) *Euthimii Abbat.* Caniſ. Græcor. Menolog. *Sancti, & Deiferi Patris noſtri Euthymii Magni*. Molan. Addit. ad Uſuard. *Die vigeſima Sancti, & Theophori Patris Euthymii Magni*.

Hoc Roman. Martyrol. tempore Marciani Imperatoris, hunc Sanctum, exhibet, in Eccleſia floruiſſe. At Græcorum Menæa, Anthologium ſub Clement. VIII. & Maxim. Cythereus: *Sanctus hic, & Magnus Pater noſter Euthymius vivebat Imperante Trajano Melitinæ Armeniæ Metropoli*. Quænam lectio verior: alii definiant.

x.

x. G Duodecimo Kalendas Februarii. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P							
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21							

ROmæ pàſſiò ſanctæ Agnètis vìrginis, quæ ſub Præfecto Vrbis Symphrònio ignibus injècta, ſed iis per oratiònem ejus extìnctis, glàdio percùſſa eſt. De ea beàtus Hìeronymus hæc ſcribit: Omnium gèntium litteris atque linguis præcipuè in Ecclèſiis Agnes vita laudàta eſt, quæ & ætàtem vicit, & tyrànnum, & tìtulum caſtitàtis martyrio conſecràvit. (*a*) Athènis natàle ſancti Pùblii Epìſcopi, qui poſt ſanctum Dionyſium Areopagitam Athenièǹſium Ecclèſiam nobìliter rexit, & præclàrus virtùtibus, ac doctrina præfulgens, ob Chriſti martyrium glorióſè coronàtur. (*b*) Tarracònæ in Hiſpània ſanctòrum màrtyrum Fructuòſi Epìſcopi, Augùrii, & Eulògii diacònorum, qui tèmpore Gallièni, primò in càrcerem truſi, deìnde flammis injecti, exùſtis vìnculis, mànibus in modùm crucis expànſis, oràntes martyrium complevèrunt: in quòrum die natàli ſanctus Auguſtinus ſermònem ad pòpulum hàbuit. (*c*) Trecis ſancti Pàtrocli màrtyris, quì ſub Aureliàno Imperatòre martyrii corònam promèruit. (*d*) In Gàlliis in monaſtèrio Augièǹſi ſancti Meinàrdi eremìtæ à latrònibus cæſi. (*e*) Papìæ ſancti Epiphànii Epìſcopi, & Confeſſòris. (*f*)

(a) *Agnetis.* Die 14. & 21. Januar. ac 5. Julii Græci.
(b) *Publii Episc.* Galeſin. & Martyrolog. Germanic.
(c) *Fructuosi, & Soc.* Martyres an. 262. Baron. eo ann. n. 59. & ſequ. Ann. 259. Bollan. & Henſchen. item Pagi t. 1. ad ann. 262. n. 4.
(d) *Patrocli.* Die ſequ. Notker. Die 18. Februar. Ms. S. Maximini.

(e) *Meinardi.* Obiit ann. 860. Baron. in Not. Ann. 861. Pagi t. 3. eo an. n. 13. Ann. 863. Mabilon. Sæcul. 4. Benedict. par. 2. An. 886. Sigebert. Chronic. Ann. 856. Trithem.
(f) *Epiphanii Episc.* Obiit an. 496. Baron. eo an. n. 58. Bolland. & Henſchen. An. 497. Pagi t. 2. ad an. 496. nu. 9. Die 22. Januar. Sirmond. Die incerto: Pagi loc. cit.

(a) *Baron. an. 304. n. 29. & ſeq. Beda t. 3. Oper. & Sur. t. 10. poſter. edit. die 28. Octobr.* (b) *Baron. an. 58. n. 173. An. 98. n. 25. & an. 125. n. 1. & 3. item Vſuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 262. n. 86. & ſeq. Ado, Vſuard. & alii,* Sur. *t. 1. & Mombrit. t. 1.* (d) *Baron. an. 275. n. 6. An. 278. n. 3. Sur. t. 1. & Turon. lib. de glor. Martyr. c. 64. & de Geſt. Franc. lib. 5. c. 10.* (e) *Baron. in Not. Sur. t. 1. Sigebert. Chron. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin.* S. *Benedict. lib. 3. cap. 209.* (f) *Baron. an. 451. n. 15. item* Sur. *t. 1. ac Sigebert. de vir. illuſtr. c. 12.*

Audite eruditionem, & Sapientes eritis. Transl. ex hebr. S. Pagnin. Proverb. 8.

(a) *Agnetis.* Aliis: *Agna, & Agne.* Indeclinabiliter. Menæa: *Hagne.* Latini neuterici: *Agnetis.* Ambroſ. Hieronym. Prudent. Gregor. in Sacrament. apud Pamel. lib. 2. Liturg. aliique veter. PP. *Agne* ſeù *Agnem.* Meritò quidem, quum Latini etiam proferant *Zoem, & Cloem,* non *Zoetem,* & *Cloetem*: Hæc vocabula, & alia non pauca, Latini ad Græcam formam utpotè vetuſtiorem enunciare amant. Habetur Grater. Inſcript. MLXI. in qua hoc Carmen in Templo hujus Sanctæ inſculptum:

Dignum igitur munus Martyr devotaque Chriſto
Ex opibus noſtris per ſecula longa tenebis
O' Felix Virgo memorandi nominis Agne.

Item Beda ſuo metrico Martyrolog:

Quantùm Progenies Romana Agne dicat alma.

Martyrolog. Epternacen. *XII Kalend. Febr. Roma S. Agna Virginis, Felicis, Fructuoſi, Celſiani, Celiani, Augori, Martialis. Item Felicis,* Cendei, *Viti, Flori, Leonti,* Cyriaci, *Fortunati.* Martyrolog. Corbejen. *Roma paſſio* S. *Agnetis Virginis, & Natalis Felicis, Fructuoſi, Celſionis, Felogica, Ceciliana, Augurii, Martialis. Item Felicis, Viti,* Candei, *Flora, Leontii,* Cyriaci, *Fauſtaci.* Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *Roma paſſio Agnetis Virginis. Natalis Felicis, Fructuoſi,* Celſionis, *Fulogica,* Ceciliana, *Auguri,* Martialis. *Item Felicis, Viti,* Candidi, *Flori, Leonti,* Ciriaci, *Fauſtaci.* Martyrolog. Blumanii pro Auguri, Candidi, *Angeria, Candei.*

Qui eruditionem inveniet, hauriet. Proverb. 8.

Candei. Fragment. antiq. Romani Martyrolog. apud Bucher. *xii Chal. Febr. Agnetis in Nomentana*. Calendar. Fronti: *Natale* S. *Agnæ de passione*. Græcorum Menæa: *Eodem die S. Martyr Hagne in tenebrosum carcerem conjecta finitur. Hagnem (idest puram) impuri mittentes in tenebrarum domum; undique collucentem ipsi compararunt Domum*.

Iterum ad 18. Octobris prælibata Martyrol. S. Hieronymi Apographa habent, Epternacen. *xv Kal. Novembr. In Nicomedia Agna*. Corbejen. *Iuxta Portum Romanum passio Agnetis Virginis*. Hieronymian. Lucense: *juxta Portam Romanam*, & Martyrolog. Bluman. *Porto Romano Agnitis*. Verùm an sit alia Agnes Romana, eruditè Florentinius eo die veretur; ex tantis enim ubique *S.* Agnetis Reliquiis ambigitur, an plures Martyres sub hoc nomine; aliquas quidem Bolland. & Henschen. hoc ipso die referunt.

Quòd si una erit; licet hujus Acta nomine S. Ambrosii diem certum passionis non statuant; quum Romana vetustiora monumenta constanter hunc diem 21. Januar. fuisse asserant; hinc si dies ille 18. Octobris, vel alius signetur, forsan erit dies Dedicationis Basilicæ ibi ad Sanctæ laudem, aut Reliquiarum Translationis.

(b) *Publii Episcopi*. Martyrol. Roman. vet. Rosuueydi: *Athenis S. Publii Episcopi, qui Militenus à Paulo Episcopus ordinatus*. Galesin. Felic. Sanctorus, aliique: *Athenis* S. *Publii Episcopi, & Martyris. Hic Civis Romanus Melitinæ Insulæ Princeps, B. Pauli Apostoli Discipulus, Divinarum, humanarumque litterarum scientia præstans, in S. Dionysii Areopagitæ locum suffectus Atheniensium Ecclesiæ præfuit, multarumque virtutum, & rerum, quas divinè gessit, laude clarus, pro Christi nomine Martyrium subiit*.

Cardinal. Baron. in in Not. videtur dubitare, idemne sit Publius ille Melitensis, & Athenarum Episcopus: *Fuit aliquorum sententia; hunc illum esse Publium, cujus Patrem Melitæ Paulus (ut habent Acta Apostolorum c. 28.) curavit dissenteria, quod etiam hic Ado profitetur in Martyrologio*. Halloix tamen Not. ad cap. 1. & 3. vit. S. Quadrati omninò contendit, alium à Melitensi fuisse hunc Publium. Solers Lector id consulat.

(c) *Fructuosi Episc. Auguri, & Eulogii Diaconor*. Martyrol. de Peregrin. pro Auguti: *Eugenii*. Martyrolog. Epternacen: *Spania Civitate Racona Sanctorum Fructuosi, Auguri, & Eulogia, Daci*. Corbejen. *In Hispania Civitate Tarragone passio SS. Fructuosi Episcopi, Augori, & Eologi Diaconorum, Saturnini, Quinti, Marini, Dacii, Satyri, Gaddiani, Caleriani, Zabolis, Mammas, Vincentii, Rogati, Victoris, Reposita, Primi, Lucii, Majulini, Honorati, Marcusii, Secundi, Castini, Gagi, Calestinii, Ermis Episcopi, & Publii. Item Leontii*, Hieronymian. Lucen. *In Hispania Civitate Tarracona passio S. Fructuosi Episcopi, Auguri, & Elogi Diac*. Martyrol. Bluman. *In Hispania Civitate Taracona Sanctorum Fructuosi, & Elogi*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Natale Sanctorum Fructuosi Episcopi, Augulis, & Eulogii Diaconorum*. Holsten. Chronic. Hispalen. sub Fl. Dextri nomine ad an. 268. *Tarracone in Hispania Sancti Christi Martyres Eulogius ejus urbis Civis, Fructuosus Civis, & Episcopus, & Augurius unà pro Christi Nomine Martyrium passi sunt*. Prudent. bis meminit Fructuosi, & in proprio Hymno, & inter Martyres Cæsaraugustanos.

(d) *Trecis Patrocli Martyris*. Martyrol. de Peregrin. *Trechis*. Urbs vetus est Tricassium, & illustris ad Sequanum flumen, vulgò *Trecas*: olim *Augustum Trecarum*. Gallicè: *Troyes*.

Cardinal. Baron. in Not. inter alios pro hoc Sancto Bedam indigitat; forsan aliquod Apographum suppositititium nomine Bedæ; Beda namque genuinus to. 2. Martii à Bolland. & Henschen. in Act. SS. præfixus, nil de hoc Sancto habet.

(e) *Meinardi Eremitæ*. Passim: *Megenardus, Meynardus, Megintadus*. Galesin. *Meinrardus*. Saussayus: *Meinhardus*. Menardus duos facit, *Mejuradum* scilicet, & *Megimadum*. *De Meiurado* hac die: *In Cœnobio Augiensi S. Mejuradi Eremitæ, qui in Eremo, quod Lacui Turitino adjacet, à Latronibus cæsus est*. Dein 27. Februar. *In Monasterio Einsidlensi S. Megimadi Abbatis*.

(d) *Trecis S. Patrocli Martyris, qui sub Aureliano Imperatore* &c. Controversum, an hoc Martyrium sub Aureliano. Licet Eminentissim. Baronius superstitem Aurelianum faciat anno Christi 278. quo hic Patroclus mortem oppetiit: Nihilominus alii Historici interitum Aureliani ad initium 276. retrahunt, ut eruditè ex Victor. Epithome eruit Pagi to. 1. ad an. 275. n. 2. & 377. n. 9. *Disceptatio Chronologica.*

Cardinal. Baron. in Not. *Acta* (scilicet Patrocli) *sincerè quidem recitat Sur. t. 1.* Quæ ferunt, Trecis in Gallia hoc Martyrium sub Aureliano Imperatore sequutum.

Ast hæc Acta Anonymi Authoris videntur confundere Aurelianum Præsidem cum Aureliano Imperatore, ut in antiquiori vita penes Bolland. & Henschen. cujus initio: *Tempore illo sub Aureliano Præside facta est Christianis tam valida tempestas persecutionis*: Et in fine: *Patroclus decollatus xii Kal. Februar. die vi*

Feria.

Feria. Quæ Feria profectò cum die vigesima prima Januarii, Aureliano Imperatore, non concurrit, nisi anno 271. anno scilicet primo Imperii illius, dum Christianis favebat: teste ipsomet Baronio prælibatis Notis.

Porro Vopiscus in Aureliano c. 7. inscripsit: *Aurelianum per totam Galliam irruentem afflixisse*. Ex quo videtur Aurelianum ante adeptum Imperium in Gallia extitisse. Rursus idem Baron. fert, Kalend. Januarii 279. ut eo anno num. 11. Probum Imperatorem fuisse, & ante eum Tacitum Romanam Rempublicam administrasse; unde initium Taciti eo anno non rectè à quampluribus consignatur; ac proinde neque interitus Aureliani.

Demùm hoc idem Roman. Martyrol. die 3. Maii de S. Alexandro Papa habet, Hadriano Principe sub Aureliano Judice fuisse peremptum: & aliorum quoque hujus nominis *Aurelianus* in dignitate constitutorum in hoc eodem Martyrologio occurrit mentio. Ut igitur in præsentiarum hæc ambiguitas expungatur (si censuerint majori scientia pollentes) adinstar de Peregrinis: præterito, sub quo Cæsare hoc Martyrium obtigerit, proferatur: *Trecis Sancti Patrocli Martyris*.

ix. A Vndecimo Kalendas Februarii. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u			
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11			
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P										
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22										

(a) *Vincentii Levitæ*. Martyr an. 303. Baronio eo ann. nu. 137. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. num. 6. Die 11. Novembr. iterum Græci in Menolog.

(b) *Anastasii*. Martyr ann. 627. Baron. eo ann. n. 11. & in Not. Ann. 617. Marian. Scot. Ann. 620. Sigebert. Ann. 628. Bollan. & Henschen. Die 15. Januarii Græci in Menolog.

(c) *Vincentii, Orontii, & Soc.* Die 30. Januar. Gerundæ: Ferrar. eo die.

(d) *Gaudentii Episc.* Die 3. Februar. Canis. Maurolyc., & Carthusia. Coloniens. Addit. ad Usuard.

Valèntiæ in Hispània Tarraconènsi sancti Vincèntii Levitæ, & màrtyris, qui sub Daciano impiìssimo Præside carceres, famem, equùleum, distorsiònes membròrum, làminas candèntes, cratem ferream ignitam, aliaque tormentòrum gènera perpèssus, ad martyrii præmium evolàvit in cœlum; cujus passiònis nòbilem triùmphum Prudèntius luculènter vèrsibus exèquitur, & beàtus Augustinus, ac sanctus Leo Papa summis laudibus commèndant. (a) Romæ ad Aquas Sàlvias sancti Anastàsii Persæ mònachi, qui post plùrima tormènta càrceris, vèrberum, & vinculorum, quæ in Cæsarèa Palæstinæ perpèssus fùerat, à Chòsroe Persàrum Rege multis pœnis affectus, ad ùltimum decollàtus est, cùm priùs septuagìnta sòcios in fluènta demèrsos ad martyrium præmisìsset. Ejus caput Romam delàtum est unà cum venerànda ejus imàgine, cujus aspèctu fugàri dæmones, morbòsque curàri, Acta secùndi Concilii Nicæni testantur. (b) Ebredùni in Gallia sanctòrum màrtyrum Vincèntii, Oròntii, & Victòris, qui in persecutiòne Diocletiàni martyrio coronàti sunt. (c) Novàriæ sancti Gaudentii Epìscopi, & Confessòris. (d) Soræ sancti Domìnici àbbàtis, miràculis clari. (e)

(a) *Baron. an. 303. n. 137. An. 541. n. 3. & seq. Metaphrast. & Sur. t. 1.* (b) *Baron. an. 58. n. 103. An. 614. n. 44. An. 627. n. 11: Lippoman. t. 5. & Sur. to. 1.* (c) *Baron. an. 303. n. 128. Beda, Vsuard. Ado, & Petr. in Catal. lib. 2. c. 112.* (d) *Baron. an. 397. n. 52. ac Mombrit. t. 1.* (e) *Baron. an. 1030. n. 6. 12. & seq. An. 1031. n. 2. item Ostiens. Chronic. Cassinen. lib. 2. c. 62.*

(a) *Vincentii Levitæ*. Martyrol. Epternacen. *Spania Civitate Valentia: S. Valerii Episcopi, & Vincentii Diaconi, & aliorum XVIII. Quintiliani, Cassiani, Matutini, Pulvi, Vrbani, Marcialis, Fausti, Successi, Felicis, Pauli, Petri, Ianuarii,* *Pri-*

Qui ſcrutantur teſtimonia, in toto corde exquirunt ea. Pſalm. 118.

Primitivi, Eboti, Cediani, Optati, Frontonii, Iulii, Bellici, Municipa, Techi, Orionis, Memmonis, Ermetis, Ianuaria. Item Ianuarii, Muſi, Saturi, Bellici. Martyrol. Corbejen. *In Hiſpaniis Civitate Valentia paſſio* Sancti *Valerii Epiſcopi, Vincentii Diaconi, & Martyris, Martyreſque tredecim cum* Sociis *eorum, Quintiliani, Caſſiani, Matutini, Publii, Vrbani, Martialis, Fauſti, Pauli, Succeſſi, Petri, Felicis, Ianuarii, Primitivi, Eboti, Optati, Caciliani, Frontonis, Iulii, Ianuarii, Luperci, Apodima, Hermetis, Ianuaria.* Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *In Hiſpania Civitate Valentia paſſio S. Valerii Epiſcopi, & Vincentii Diaconi, & Martyrum* XVIII *cum Sociis ſuis, Quintiliani, Caſſiani, Matutini, Pulvii, Vrbani, Martialis, Fauſti, Pauli, Succeſſi, Petri, Felicis, Ianuarii, Luberci, Apodomi, Orionis, Mennonis, Hemetis, Ianuaria.* Martyrol. Blumanii: *Martyrum* XVII pro XVIII. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Spaniis Civitate Valentia, paſſio Sancti Valerii, Proti, & Vincentii Diaconorum cum Sociis ſuis.* Beda genuin. *XI Kal. in Hiſpania Vincentii Diaconi, &* Martyris: Nil aliud. Græci ad 11 Novembris in Menologio: *Eo die Natal. S. Martyris Vincentii Diaconi apud Auguſtopolim Hiſpania paſſi.* An alius, neſcitur. Mabillon. Sæcul. 4. Benedict. par. 1. Reliquias exhibet S. Vincentii in Galliam anno 685. translatas. Aſt Bolland. & Henſchen. aut Valentia Caſtrum, aut Valentia Luſitana evectas non eſſe, contendunt. Id tamen ipſi viri eruditi inter ſe diſceptent.

Cardinal. Baron. in notis ſuadet, equuleum, quo hi Martyres cruciati fuere, juxta hoc Roman. Martyrol. eſſe id, quod *Chriſtophorſonus proprius craſſam compedem appellavit.* Holſtenius ſuis Animadverſis panditat: *In ipſa Epiſtola Graca ſimpliciter lignum vocatur, quod Ruffinus, & proprio nomine latinè nervum reddidit. Ita enim S. Ioan. Chryſoſt. Serm. 35. in Act. quaſi notiore etiam Gracis vocabulo explicat.*

(b) *Roma ad aquas Salvias S. Anaſtaſii Perſa* Monachi, *cum ſeptuaginta.* Beda genuinus: *Ad Aquas Salvias Anaſtaſii* Monachi, *& Martyris, de Perſida, qui poſt plurima tormenta, carceris, verberum, & vinculorum, qua in Caſarea Palaſtina perpeſſus fuerit à Perſis; poſtremùm in Perſis, multa pœna affectus, atque ad ultimum decollatus eſt à Rege eorum* Choſroe. Nil de Sociis ſeptuaginta. Martyrolog. Epternacen. *Roma ad Aquas Salvias S. Anaſtaſii Epiſcopi.* An idem, videnda Acta penes Bolland. & Henſchen. Roman. Martyrol. vet. Roſuueydi: *Roma ad aquas Silvias S. Anaſtaſii Martyris.* In Actis quidem S. Gordiani Martyris: *ad Aquas Silvias* legitur. Quænam lectio ſanior, Topographi Romani definiant.

Declaratio ſermonum illuminat. Pſalm. 118.

(c) *Ebreduni, Vincentii, Orontii, & Victoris.* Aliis, pro Orontii: *Horentii, Oruntii, Ornutii, Ornontii, Orentii, Orantii.* Martyrol. Germanic. *In Galliis Civitate Ebreduno SS. Martyrum Vincentii, Oruntii, Victoris, qui in Hiſpania, tempore Diocletiani Imperatoris, à Praſide Hiſpania Rufino decollati ſunt.* Martyrol. Gallobelgic. & Felicius: *Ebreduni interfectos,* Galeſin: *Ebreduni in Gallia SS. Martyrum Honorii, Victoris, & Horontii, qui, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, Rufini Praſidis juſſu variè necati Martyrio coronantur.* Ms. Tornacenſe: *Eodem die Natale Victoris, & Orontii.* Martyrolog. de Peregrinis: *Civitate Ebreduno SS. Martyrum Vincentii, Honorii, & Victoris.* Bellin. *Honorii* pro *Orontii.*

(d) *Novaria Gaudentii Epiſc.* Martyrol. de Peregrin: *Apud Novariam.* Baron. in Not. *Novarienſes hac item die celebrant natalem ipſius, translationem autem iterum factam Menſe Auguſti, & Octobris, ut conſtat ex tabulis ejuſdem Eccleſia.* Mautolyc. 3. Februar. *Item Gaudentii Epiſcopi Novarienſis, qui B. Martini Diſcipulus fuit;* quo die Caniſius quoque, ac Carthuſiani Colonienſ. Addit. ad Uſuard.

viij. B Decimo Kalendas Februarii. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

* *Initium Peritii Quinti. Syro—Macedonum Menſis.* Pagi to. 1. in Calce ex Epoch. Cardinal. Noris.

BArcinòne ſancti Raymùndi de Pennafort: de ejus autem natali àgitur sèptimo Idus Ianuàrii. Romæ ſanctæ Emerentiànæ vìrginis, & màrtyris, quæ adhuc catechùmena, dum oràret ad ſepùlchrum ſanctæ Agnètis, cujus fùerat collactànea, à Gentìlibus lapidàta eſt (*a*) Phi-

(a) *Emerentiana.* Die 20. Januar. Martyrol. Hibernic.

(b) *Parmenæ*. Die 6. Maii Menæa Græca, et Menol. Sirleti. Die 12. Galesin.

(d) *Asclæ*. Martyr an. 310. Baron. eo ann. n. 24. Ann. 311. Pagi t. 1. ad :n. 303. nu. 6. Ann. 287. Flor. ms. die 20. Maii Synaxar. Græc.

Philippis in Macedònia sancti Parmenæ, qui fuìt unus de semptem primis Diàconis. Hic tràditus gràtiæ Dei injunctum sibi à fratribus officium prædicatiònis plena fide consùmmans, sub Trajàno martyrii glòriam est adèptus. (*b*) Cæsarèæ in Mauritània sanctòrum màrtyrum Severiàni, & Aquilæ uxòris ejus ìgnibus combustòrùm. (*c*) Apud Antìnoum Ægypti urbem sancti Asclæ màrtyris, qui post divèrsa tormènta pretiòsam Deo ànimam, in flumen præcipitàtus, reddidit. (*d*) Ancyræ in Galàtia sancti Clemèntis Epìscopi, qui sæpius cruciàtus, tandem sub Diocletiàno martyrium consummàvit. (*e*) Ibìdem sancti Agathàngeli, qui eòdem die sub Lùcio præside passus est. (*f*) Alexandrìæ sancti Ioànnis Eleemosynàrii, ejùsdem urbis Epìscopi, misericòrdia in pàuperes celebèrrimi. (*g*) Tolèti sancti Ildefònsi Epìscopi, qui ob singulàrem vitæ integritàtem, susceptàmque defensiònem advèrsùs hærèticos, Deì Genitricis virginitàtem impugnàntes, ab eadem candidissima veste donàtus est, ac demum sanctitàte cèlebris in cœlum vocàtus. (*h*) In Provìncia Valèriæ sancti Martyrii mònachi, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*i*)

(g) *Ioan. Eleemosynar.* Obiit an. 620. Baron. eo an. n. 4. An. 616. Petau. not. ad Breviar. Nicephor. Anno 618. Florar. ms. Die 11 Nov. Syri, Ægyptii, & Græci.

(h) *Ildefonsi.* Obiit ann. 667. Baron. eo ann. n. 4. & seq. Anno 671. Vasæus Chron. ac Bollan. & Hensch.

(a) *Baron. an. 304. n. 31. Vsuard. Ado: item S. Ambros. lib. 4. Epist. 34. edit. Roman.* (b) *Baron. an. 109. n. 37.* (c) *Baron. in not. Vsuard. Ado, aliique, ac Petr. in Catal. lib. 3. c. 16.* (d) *Baron. an. 310. n. 24. Lippoman. t. 5. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 15.* (e) *Baron. in not. Nicephor. lib. 7. c. 14. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1.* (f) *Baron. in not. Græci in Menolog. Nicephor. loc. cit. Bollan. & Henschen.* (g) *Baron. an. 610. n. 7. an. 620. n. 9. Lippom. t. 2. & Sur. t. 1.* (h) *Baron. an. 667. n. 4.* (i) *Baron. an. 58. n. 65. & 66. An. 59. n. 32. item S. Gregor. lib. 1. Dialog. c. 11.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Ecclesiast. 4.

(a) *Emerentiana*. Aliis *Emerentia*, *Emerentianitis*. Galesin. *Emerentia*. Martyrol. Epternacen. *Et alio loco passio Sanctorum, Eugenii, Emerentiana, & Macarii, Pulvii Martyrum*. Bolland. & Henschen. Kalendar. Ms. Hieronymian. Lucense: *x Kal. S. Emerentiana Virginis, & Sancti Macharii*: Florentinius ad 16 Septembris. Martyrol. Antuerpien: *xvi Kal. Octobris Roma, Papa, Felicis, Victoris, Emerentia, & Euphemia, Sperati, Corinti, Secunda, Donata, Besia, Generosa: Item Secunda*. Martyrol. Corbejen. *xvi Kal. Octobris Roma in via Nomentana ad cap. in Cimiterio Martha, Natalis Sancti Emerentiani; & Natalis Sanctorum Papies, Felicis, Victoris, Sperati, Navipi, Chorinthi, Secunda, Donati, Generosa: Item Secundi, Lupati*. Martyrol. Hieronymian. Lucense: *xvi Kal. Octobris Roma, & in via Numentana ad Capua in Cimiterio Majore, Natalis Sancta Emerentianitis, & Sanctorum Pasici, Felicis, Victoris, Sperata, Navati, Chorenti, Secunda, Lupati*. Martyrol. Bluman. legit: *In via Numentana ad Capria*; & percursis *Felice, & Victore*, habet: *Pasici, Sperati, Naviti, Chorinthi*. An sicut Martyrol. Lucense eo die luxatè habet: *Capua* pro *Caprea*; alii quoque Codices *Emerentia*, aut *Emerentianitis* pro *Emerentiani*; alii definiant.

Capreę Paludes locus prope Urbem Romam, teste Festo, scribente: *Caprilia agrum illum appellari*. Et fortè Capreæ Paludes ante Urbem, in qua Romulus evanuit, Plutarco, & Ciceroni idem locus erat: item apud Publium Victorem erat Romæ Ædicula Capraria in Regione VII via lata: Et Sexto Rufo: in eadem Regione vicus Caprarius; Quemadmodum via Nomentana, seu Numentana Sepulchrum Sanctæ Agnetis erat, ubi lapidibus ab Idolatris petita coronam accepit; ut S. Ambros. in Vit. Sanctæ Agnetis.

De mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccles. 4.

(b) *Philippis in Macedonia, Parmena*. Ms. Attrebatense: *Et passio Parmena Diaconi, & Macarii*. Menolog. Græcorum die 28. Julii: *Natalis BB. Prochori, Nicanoris, & Parmena. Hi cùm essent ex numero Apostolorum &c.* Cardinal Baronius in Not. *Græci undecima Martii, ac iterùm tertia Maii, ut apparet ex eorum Menologio.* Bolland. & Henschen: *Neutro die ejus mentio, neque in Menologio Canisii, neque in Menais, sed in utrisque die 2. Martii. Iterumque in Maneis (uti & Galesinius) die 12. Martii, & in Menologio die 6. Martii, & 8. Iulii.*

(c) *Cæsarea in Mauritania Severiani, &*

Aquilæ Vxoris. Ado: *Severini*. Ms. Dungalense: *Aquileja*, & de Peregrin. *Attila* pro *Aquila*. Martyrol. Epternacen: *In Mavitania Neocæsaria Civitate S. Severiani, & Aquilæ Vxoris ejus*. Martyrol. Corbejen. prosequitur: *Belli, Munici, Castuli, Flori, Saturnini, Basillæ, Anastasii Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucense: *In Mauritania Civitate Neocæsarea passio S. Severini, & Aquilæ Vxoris ejus Belli, Mamici, Castoli, Flori, Saturnini, Basillæ*. Martyrol. Bluman. pro Severini Mamici: *Severiani, Munici*. Galesin. *Neocæsarea in Macedonia SS. Severiani, & Aquilæ Conjugum, & Flori filii, ij pro perpetua tuenda fidei constantia combusti ad præmium abierunt in Cœlum*.

(d) *Apud Antinoum Ascla*. Nonnullis: *Antinovum, Antinopolim, Antinojam, Antinoe, Antinonii*. Item pro Asclæ: *Asola, Asda, Asclepii, & Arsela*. Martyrol. de Peregrin. *Asda*. Horar. Ms. *Apud Vrbem Antinoum*, aliàs *Antinonium S. Asda Martyris sub Arriano Iudice*. Mautolyc. *Arriano Præside*.

(e) *Ancyra in Galatia S. Clementis Episcop*. Martyrol. Epternacense: *Ancira Galatiæ, Donati, Castoli, Papiæ, Climati*. Martyrol. Corbejen. *In Ancyra Galatiæ, Donati, Custoli, Popicæ, Demati, cum suis omnibus*. Martyrolog. Bluman. *Ancyra Galatiæ, Donati, Castoli, Popicæ, Clemati, cum suis omnibus*. Sphalma quidem in omnibus *Climati, Demati* pro *Clementis*. Martyrol. Hieronymian. Lucense: *In Ancyra Galatiæ, Donati, Castoli, Popicæ, Clementis*.

(g) *Ioan. Eleemosynarii*. Cartusian. Colonien. Addit. ad Vsuard. Martyrol. Germanic. & Mautolyc. *Item Ioannis Patriarchæ Alexandrini, Eleemosynarum magnificentia insignis tempore Focæ Imperatoris*. Ms. Monasterii S. Richar. *Alexandriæ S. Ioan. Patriarchæ, qui Eleemon dicitur*. Ms. quidem Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxell. ad 11 Novembris habet: *Apud Cyprum Civitate, qua dicitur Amathunta, depositio Sanctissimæ Memoriæ Ioannis Eleemonis Alexandriæ Civitatis Archiepiscopi*.

(i) *In Provincia Valeriæ S. Martyrii Monachi*.

Cardinal. Baron. in not. duas recenset Provincias ejusdem nominis, alteram in Pannonia, & *Valeria Pannoniæ* dicitur ad discrimen Valeriæ Provinciæ in Italia, sic dicta à via Valeria, quæ à Tiburtinis incipiens, per Marsos transiens, Corfinium usque ducebat, & in eadem via Civitas Valeria nomine erat: At Holstenius clarissimus suis animadversis adnotat, ex nullo Classico Scriptore probari posse. Marrubium, Marsorum caput, Civitas Valeriæ absolutè deinceps vocatur. Cersenniam usque ducebat via salaria, sed Claudius Imperator eam postea à Cersennia usque ad Aterni Ostia perduxit: teste veteri lapide in eadem via reperto propè Theate, ubi: *Via Claudia Valeria* appellatur ab Authore.

Item Baron. addit: In eadem assertâ Provincia Valeriæ in Italia Vestini Populi habitabant, cujus Metropolis erat Amiternum; hujus Loci Episcopo is erat titulus: *N. Episcopus Castrorum Amiternina Civitatis*. Sed Hostenius laudatus: *Corruptissimo loco primæ editionis deceptus hoc asserit; nam in recentior. Ioann. Baudini Castoris: Amiternæ Civitatis Episcopus rectè editur*.

vij. C Nono Kalendas Februarii. Luna 24

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

NAtàlis sancti Timòthei discìpuli beàti Pauli Apòstoli, qui ab eòdem Ephesi ordinàtus Epìscopus, post multos pro Christo agònes, cùm Dianæ immolantes argùeret, lapìdibus òbrutus, paulò pòst obdormìvit in Dòmino. (*a*) Antiochìæ sancti Bàbylæ Epìscopi, qui in persecutiòne Dècii, posteàquam frequènter passiònibus suis, ac cruciàtibus glorificàverat Deum, gloriòsæ vitæ finem sortìtus est in vìnculis fèrreis, cum quibus, & suum corpus sepelìri mandàvit. Referùntur ètiam passi cum eo tres pùeri, Vrbànus, Prilidiànus, & Epolònius, quos ille in fide Christi instrùxerat. (*b*) Neocæsarèæ

(a) *Timothei*. Die 22 Græci in Menolog. Canis. & Basil. Die 27 Septemb. Codic. S. Hieronym.

(b) *Babylæ Episc*. Die 4. Septemb. Græci.

(d) *Feliciani*. Martyr ann. 254. sub Decio, Baron. eo anno nu. 2. Ann. 251. Decius Interempt. Pagi to. 1. ad an. 251. n. 29. & 30.

(g) *Suran. Abbat*. Die 17 Maii Barbengen. apud Bacelin.

ſarèæ ſanctòrum martyrum Mardònii, Musònii, Eugènii & Metèlli, qui omnes igni tràditi ſunt, & eòrum reliquiæ in flumen diſpèrſæ. (*c*) Fulgìnii ſancti Feliciani, qui à Victòre Papa ejùſdem civitàtis Epìscopus ordinàtus, poſt multos labòres in ùltima ſenectùte ſub Dècio martyrio coronàtur. (*d*) Item ſanctòrum màrtyrum Thyrſi, & Projècti. (*e*) Bonòniæ ſancti Zamæ primi ejùſdem civitàtis Epìſcopi, qui à ſancto Dionyſio Romàno Pontìfice ordinàtus, illic Chriſtiànam fidem mìrificè propagàvit. (*f*) Item beàti Suràni abbàtis, qui tèmpore Longobardòrum ſanctitàte floruit. (*g*)

(a) *Baron. an. 51. n. 61. & ſeq. An. 109. n. 55. An. 254. n. 25. Lippom. t. 5. Sur. t. 1. & Sigebert. de vir. illuſtr. c. 3.* (b) *Baron. an. 241. n. 1. An. 253. n. 7. & 126. An. 362. n. 100. & an. 351. n. 2. Rufin. lib. 1. c. 35. & 36. Sozomen. lib. 5. c. 10. Socrat. lib. 3. c. 16. & Theodoret. lib. 3. c. 10.* (c) *Baron. in Not. Vſuard. Ado, & Petr. in Catal. lib. 3. c. 19.* (d) *Baron. an. 203. n. 2. An. 254. n. 29. Sigebert. in Chron. An. 969. Crant. in Saxon. lib. 1. c. 9.* (e) *Baron. in not. Breviar. Toletan. S. Iſidori, Bolland. & Henſchen. Acta.* (f) *Baron. an. 272. n. 22. Item Sigon. de Eccleſ. Bonon. Epiſcop.* (g) *Baron. in Not. S. Gregor. Pap. lib. 4. Dialogor. c. 22. Bolland. & Henſchen. Acta.*

Omnia, quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur, ad Epheſ. 5.

(a) *Natal. S. Timothei.*

Cardinal. Baron. in Not. *Dictus eſt Timotheus primus Epiſcopus Epheſi, ut tradit Euſebius hiſt. lib. 3. cap. 4. conſtat tamen ante Timotheum Eccleſiam Epheſinam à Paulo, atque à Ioanne Apoſtolis fuiſſe collectam, atque eruditam.* Holſtenius ſuis animadverſis ſuadet: *Epheſi Epiſcopum fuiſſe, aſſerunt etiam Acta Concilii Chalcedonenſis Actione xi; neque ulla hac in re eſt contrarietas Paulum fundaſſe Eccleſiam Epheſinam unà cum S. Ioanne, & Timotheum eidem Eccleſiæ primum Epiſcopum conſtitutum fuiſſe à S. Paulo; & ſic affirmant Acta Martyrii S. Timothei, apud Photium cod. 254. eum primum Epheſi Epiſcopum fuiſſe, & ab ipſo Paulo accepiſſe.*

(b) *Babila Epiſc. cum tribus pueris, Vrbanus, Prilidianus, & Apollonius.* Quædam Mss. *Babilli*, & *Babella*. Martyrol. de Peregr. *Babilla*. Item pro *Prilidiani*. Ms. Tornacenſe, & Lætienſe: *Parlidani*. Ms. Attrebatenſe: *Prilidani*, & pro *Epolonii* Martyrol. de Peregrin. *Epoloni*. Vſuard. *Apoloni*. Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *In Antiochia S. Baſilli Epiſcopi, cum tribus Parvulis*. Martyrol. Bluman. item habet: *Baſilli*.

(c) *Neocæſarea Mardonii, Muſonii, Eugenii, & Metelli, Eorum Reliquiæ in flumen diſperſæ*: Uſuard. & Petr. de Natal. pro Muſonii, *Mouſonis*. Galeſin. *Mauſonii*. In Not. *Muſonii*. Mautolyc. & de Peregr. *Muſionis*. Ms. Dungalen. *Muſſurii*. Item pleraque Mss. apud Galeſin. *Matellii, Marcelli, Macelli*. Martyrolog. Epternacen. *Civitate Neocæſarea, Manduni, Muſcuni, Eugeni, Metelli*. Martyrol. Corbejen. *In Civitate Neocæſaria Marduni, Muſuni, Eugenii*. Martyrolog. Hieronymian. Lucenſe: *Civitate Neocæſaria Marduni, Maiſuni, Eugeni, Metelli*. Martyrol. Bluman. pro Maiſuni: *Muſuri*. Uſuard. *Geneocæſarea Civitate Mardonii, Muſonis, Eugenii, Metelli, qui omnes igni traditi, & reliquiæ in Axum fluvium diſperſæ*. Martyrol. de Peregrin. *In Axum flumen* habet.

Omne, quod manifeſtatur, lumen eſt. Epheſ. 5.

Petr. de Natal. *Apud Zenocæſaream Civitatem Mauritaniæ Provinciæ paſſos*. Caniſ. & Galeſin. *Neocæſarea in Macedonia*. Utrùm Neocæſarea Mauritaniæ ſit eadem Urbs, quæ in Cappadocia ad Euphratem, Bolland. & Henſchen. in ambiguo.

(d) *Fulginii Feliciani Epiſc.* Caniſ. & Galeſin. nullo præſignato loco: *Eodem die Sancti Feliciani Epiſcopi, & Martyris, qui Decio Imperatore variè, graviterque excruciatus, curſu præclari certaminis confecto, ad præmium migravit in Cœlum.*

(e) *Thyrſi, & Projecti.* Die ſequenti Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *xvii Kal. Februar. In Sicilia S. Thyrſi*. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Epicteti, Publiani, Saturi, & Projecti Martyris*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holſten. *In Sicilia S. Thyrſi Martyris*. Verùm Thyrſus, & Projectus hujus diei videntur alii.

Baron. in Not. *Agitur de his pluribus in Breviario Toletano S. Iſidori, ubi etiam ſacer hymnus habetur, quo Thyrſi egregia facta ſcribuntur*. Sed Bivar. Comment. in Dextri Chronic. ad an. Chriſti 286 in fine monet: *Baronium deceptum fuiſſe, dum credidit hymnum Breviarii Gothici S. Iſidori agere de Thyrſo, & Projecto, cùm manifeſtum ſit de Thyrſo, Leucio, & Gallinico agere*. Bolland. quidem & Henſchen. teſtantur, in modernis Eccleſiæ

Toletanæ officiis nullam mentionem fieri de hoc Thyrso, & Projecto.

(g) *Surani*. Non viri nomen, sed Loci: Elicitur ex iisdem Grægorii verbis lib. 4. Dialog. c. 28. Locus in Umbria apud Ferrar. & Populi: *Suarani*, *Suarrani*, & *Suareani* ab aliquibus vocitantur.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Antiochia S. Babila Episcopi: qui in persecutione Decii*.

Nicephor. Callist. Metaphrast. aliique plurimi, ac Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ penes Holstenium proferunt: *sub Numeriano*.

Eminentissim. Baron. in Not. assertionem Romani Martyrologii authoritate Majorum tuetur, qua de passione Babylæ sub Decio constat; id namque Eusebius in Chronic. & Hist. lib. 6. c. 31. S. Epiphanius lib. de mens. & pond. ac S. Hieronym. de Scriptor. Eccles. in Origene; his meritò major fides præstanda, quàm aliis.

Verùm Authores acciti videntur loqui de Babyla Episcopo Antiocheno in carcere sub Decio sine ferro, aut alia vi extincto; At Babyla hujus diei post annos triginta sub Numeriano ad Bellum Persicum proficiscente, gladio Martyr occubuit. Rursus hac ipsa die alium Babylam Martyrem in Sicilia unà cum Teotheo, & Agapio, diversum ab eo, quem Baron. in Not. expungit, Bollan. & Henschen. in not. referunt, *Antiochia oriundum, in Sicilia cum Sociis interfectum*; ac proinde ad hunc alium Babylam poterit sermo referri.

Inficit tamen Baron. hoc objectum, eo quòd antiqui Historici Græci, & Latini passim de Babyla Antiocheno memorant, & nullo usquam in loco, nec per occasionem saltem, de altero Babyla æque illustri itemque cum pueris Martyre sub Numeriano loquuntur: Adstipulanturque summi viri Bolland: & Henschen. à Chrysostomo Tyrannum non enunciari tradentes; & alios, qui Babylæ translationem narrant, primus nè, an secundus fuerit, non prodisse, quod erat necesse, si duo Babylæ extiterint. Ast idcirco Chrysostomus de Tyranno non meminerit, neque alii Babilæ translationem recensuerint, quia tunc temporis non erat opus hoc prodere, supponebatur enim de quonam Tyranno, & de quonam Babyla loquebantur.

Cæterùm Acta, tum ex veteri Ms. S. Riparatorii, tum ex Metaphraste, & Mombrit. penes ipsos Bolland. & Henschen. panditant Babylam pro Christi fide, Numeriano ad Bellum Persicum proficiscente, interfectum: aliunde Menæa Græcorum, Menologia, Anthologia, & Maxim. Cythereus: item Latini, ut S. Aldelm. lib. 1. de Laud. Virg. cap. 39. Bellovacen. Specul. hist. lib. 11. cap. 122. Mautolyc. Raban. Galesin. correct. ac Breviaria, ut Burgense in Hispan. & Parisiense vet. aliaque plurima duos Babylas statuunt; nec non Suydas in vita: *Babila Episcopus Antiochenus, hic ut quidam ajunt Numeriano, ut alii Decio*. Ex quo non videtur recens quæstio diversas de Babyla fuisse sententias, aliis sub Decio, aliis sub Numeriano, ad quas conciliandas duo Babylas exogitati fuere. Unde sicut ad 7. Novembr. de S. Amarantho Martyre Roman. Martyrologium silet sub Decio Imperatore; licet sub ipso Baron. in notis referat, ita, si Saniores putaverint, hac trica abdicaretur Martyrolog. lectio, si subducto: *In persecutione Decii*, proferret: *Antiochia S. Babyla Episcopi, qui postea quàm frequenter in passionibus suis*, &c.

vj. D Octavo Kalendas Februarii. Luna. 25

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

A B C D E *F* F G H M N P

15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

COnvèrſio ſancti Pauli Apòſtoli, quæ fuit ſecùndo ab Aſcenſiòne Dòmini anno. (*a*) Apud Damàſcum natàlis ſancti Ananìæ, qui cùmdem Apòſtolum baptizàvit. Hic cùm Damàſci, & Eleutheròpoli, alibìque Evangèlium prædicàſſet, ſub Licìnio Iùdice nervis cæſus & laniàtus, demum lapìdibus opprèſſus martyrium conſummàvit. (*b*) Antiochìæ ſanctòrum màrtyrum Iuventìni & Màximi, qui ſub Iuliàno Apòſtata martyrio coronàti ſunt: in quorum die natàli ſanctus Ioànnes Chrysòſtomus ſermònem ad pòpulum hàbuit. (*c*)

Arver-

(b) *Anania.* Die 1. Octobr. Greci in Menolog. in Menæis, & Anthologio.

(c) *Inventini, & Maximi.* Die 4. Septembris Græci.

(g) *Popponis Abbatis*. Obiit an. 1048. Baron. eo an. n. 7. Ann. 1058. Acta Bollan. & Hensch.

Arvèrnis sanctòrum Projècti Episcopi, & Marini viri Dei, qui à procèribus ejùsdem urbis passi sunt. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Donàti, Sabìni, & Agapis. (*e*) Tomis in Scythia sancti Bretanniònis Epìscopi, qui mira sanctitàte & zelo Cathòlicæ fidei sub Valènte Imperatòre Ariàno, cui fòrtiter rèstitit, in Ecclèsia flòruit. (*f*) Atrèbati in Gàlliis sancti Poppònis Abbatis, miràculis clari. (*g*)

(a) *Baron. an. 36. n. 1. & seq. item Vsuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. an. 35. n. 5.* (c) *Baron. an. 362. n. 141. & seq. Theodoret. hist. lib. 3. c. 14. & Nicephor. lib. 10. c. 12. in fine.* (d) *Baron. an. 670. n. 13. Sur. t. 1. Petr. in Catal. lib. 3. c. 22. & Sigebert. Chronic. an. 670.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 372. n. 115. & an. 381. n. 66. Sozomen. histor. lib. 6. c. 22. Nicephor. lib. 11. c. 29.* (g) *Baron. an. 1014. n. 12. & seq. An. 1048. n. 7. Sur. t. 1. Sigebert. in Chronic. ad an. 1048. Trithem. de vir. illustr. Ord. S. Benedict. & Act. Bollan. & Henschen.*

Dum sapio respondebo, & veritas testificatur. Esdr. 8.

(a) *Conversio S. Pauli Apostoli, quæ fuit secundo ab Ascensione Domini anno.* Mss. Sancti Cyriaci, Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Conversio S. Pauli Apostoli,* nil aliud. Martyrol. Corbejen. Epternacen. & Notker. *Romæ Translatio Pauli Apostoli, & Conversio ejus apud Damascum.* Martyrol. Hieronymian. Lucense: *Romæ Translatio Pauli Apostoli.* Verùm Florentinius adnotat compertum esse, Conversionem Pauli Apostoli Damasci accidisse; si tamen priscis temporibus Romæ hæc festivitas; hoc forsan ob aliquam solemnem reliquiarum Translationem; At incompertum quoque.

(b) *Anania sub Licinio Iudice &c.* Plerique Codices nil de Martyrio hujus Sancti. Martyrol. Roman. Rosuueydi: *Apud Damascum S. Ananiæ Episcopi, qui ipsum Paulum Baptizavit.* Martyrol. vet. Colonien. eadem; solùm tò *Episcopi* addit *& Confessoris.* Florar. Ms. *Apud Damascum S. Ananiæ Discipuli Christi, hic Damascum fide Christi perlustravit, illic quoque servum Christianorum persecutorem Baptizavit.* Martyrol. Germanic. subdit: *Apud Damascum obiisse in pace eodem die, quo & Paulum Baptismo genuerat filium.* Hoc idem Petr. de Natal. lib. 3. c. 21.

(c) *Antiochiæ Iuventini, & Maximi sub Iuliano Apostata &c.* Galesin. *Constantinopoli in Thracia Sanctorum Martyrum Iuventini, & Maximi Martyrum, quorum res gestas Beatus Ioannes Chrysostomus concione complexus est.* Nil de Juliano Apostata.

(d) *Arvernis Projecti Episcopi, & Marini.* Aliis: *Perjecti, & Præjecti.* Item pro Marini: *Maurini, Mariani, Amariani.* Acta: *Projecti, Marini, & Clidii.* Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ penes Holstenium: *Arvernis Natalis Sanctorum Saviniani, & S. Projecti.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Epicteti, Publiani, Saturi, & Projecti Martyris.* At hic Projectus Afer videtur alius. Martyrol. S. Gudilæ Bruxel. & Saussayus Append. ad suum Martyrol. *In pago Arvernico Natale Sancti Præjecti Episcopi, & Martyris &c.* Canis. *Præjecti Episcopi, & Marini venerandi Abbatis.* Adhuc Galesin: *Hoc ipso die S. Marini Abbatis, qui ob religionem necatus.*

Ad illuminationem scientiæ in manifestatione veritatis. 2. ad Corinth. 4.

Addubitandum, an hic Præjectus sit idem ac Projectus Arvernensis Episcopus. Ferrar. Catal. SS. Addit. ad Rom. Martyrol. autumat, esse alium. Hagiologium quidem Franco-Gallic. Præjectum indigitat Arvernensem Episcopum, non Projectum: Nihilominus alii Codices hac ipsa die: *Arvernis Projecti Episcopi, & Martyris.* Sanus Lector Tabul. Arvernen. consulat.

(e) *Item Donati, Sabini, & Agapis.* Ambiguum, an *Agapis* Viri, vel Fœminæ nomen. Galesin. & Saussayus: *Agapam* pro viro; alii Codices: *Agapæ* pro fœmina. Martyrol. vet. Lucense, & Martyrolog. Blumanii: *VIII Kalen. Februar. In Ægypto Catinæ, Agapæ, Faviani, Saviani.*

(f) *Tomis in Scythia Bretannionis Episc.* Aliis: *Bretanionis, & Brittanicnis.*

Cardinal. Baron. in Notis: *Huic successit Gerontius, qui interfuit œcumenicæ Synodo Constantinopolitanæ sub Theodosio Imperatore.* Quod in annalibus refert ad annum 381. ut eo ann. n. 66. & aliunde idemet Baronius refert, obiisse anno 371, & rursus coniicit, Bretannionem Scytham decessisse cum Gregorio Nanzianzeno anno 381. ut eo anno nu. 66. Unde, an Baronium hæc contradictio latuit, nescimus.

(g) *Atrebati Papponis Abbat.* Martyrol. Gallobelgic. Leodii cusum, & Uvio: *In Monasterio Stabulensi S. Popponis Abbatis.* Saussayus: *Stabuleti in Agro Attrebatensi S. Popponis &c.*

Baron. in Notis: *Extant Acta ejus, quæ fidelissimè scripsit Everhelmus Abbas, quæ habet Sur. t. 1. claruit sub Henrico Imperatore, & Chunrado ejus successore:* Annuit

summus

ſummus vir Pagi Chritica Hiſtorico-Chronologica t. 4. ad ann. 1048. Verùm idem Baron. in Annalibus Popponis obitum anno 1048. conſignat, ut eo anno n. 7. quo ęvo Henricus erat in curſu vitæ, teſte ipſomet Euerhelmo laudato penes Pagi loco adducto : *Obiit octavo Kal. Februar, anno Incarnationis Verbi milleſimo quadrageſimo octavo, indictione prima, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo; Imperii verò Henrici Secundi anno decimo.*

Antiqua Martyrologia propemodum omnia hac ipſa die S. Severianum Epiſcopum Gabalitanum habent; forſan ex Martyrol. Romano expunctum, quia Baronius, aliique nonnulli putarant, hunc eſſe Severianum illum Gabalenſem in Syria Epiſcopum, & Schiſmaticum, ac Sanctiſſimi Chriſtiani nominis hoſtem acerrimum, ut à die 24. Iunii expulerunt Euſebium Cæſarienſem, in ejus locum S. Euſebium Samoſatenum reponentes. At hic Severianus Galliæ Præſul in multis Martyrologiis Sanctitate, & doctrina celebris, & de eo Uſuard. ac Martyrolog. Ms. Pleſchien. penes Clericos Regular. SS. Apoſtolor. Neapoli : *Civitate Gabalis S. Severiani Epiſcopi admirandæ Sanctitatis, & doctrina Viri.*

v. E Septimo Kalendas Februarii. Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
A B C D E *F* F G H M N P
16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

* *Initium ſexti Menſis Ægyptiaci: Mechir, ſeu Amſchir.* Pagi t. 1. ad Calcem ex Epoch. Cardinal. Nor.

SMyrnæ natàlis ſancti Polycàrpi, qui beàti Ioànnis Apòſtoli diſcìpulus, ab eo ejùſdem civitàtis Epìſcopus ordinàtus, totius Aſiæ princeps fuit : pòſteà ſub Marco Antonìno & Lùcio Aurelio Còmmodo, ſedènte Procònſule, & univèrſo pòpulo in Amphitheatro advèrsùs eum perſonànte, igni tràditus eſt; & cùm ab eo minimè lædcrètur, glàdio confòſſus, martyrii corònam accèpit: cum quo ètiam àlii duòdecim ex Philadèlphia venìetes in præfàta urbe martyrio conſummàti ſunt. (*a*) Hippone règio in Africa ſanctòrum Theògenis Epiſcopi, & aliòrum trigìntaſex, qui in perſecutiòne Valeriàni contemnèntes temporàlem mortem, corònam vitæ ætèrnæ adèpti ſunt. (*b*) Apud Bèthlehem Iudæ dormìtio ſanctæ Paulæ vìduæ, matris Euſtòchii vìrginis Chriſti: quæ cùm eſſet è nobiliſſimo Senatòrum gènere, renùntians ſæculo, & facultàtes ſuas paupèribus diſtrìbuens, ad Præsèpe Dòmini ſe recèpit; ubi multis virtùtibus prædita, & longo corònàta martyrio, ad cœlèſtia regna transìvit: cuius vitam virtùtibus admiràndam ſanctus Hierònimus ſcripſit. (*c*) In territòrio Pariſiènſi ſanctæ Bathìldis Regìnæ, ſanctitàte & miraculòrum glòria illùſtris. (*d*)

(a) *Polycarpi*. Martyr ann. 169. Baron. eo an. n. 1. & ſequ. An. 163. Chronic. Alexandrin. Die 23. Februarii Græci in Menolog. & Menæis, ac Valeſ. in Not. ad Euſeb. lib. 4. Die 26. Martii Uſſerius diſſert. de Macedon. & Aſian. Die 26. April. Acta. Quo verò ann. obiit valde obſcurum : Pagi t. 1. ad an. 167. n. 5.

(b) *Theogenis Epiſc. & Soc.* Martyr an. 262. Baron. eo ann. nu. 3. Ann. 312. Florar. Ms. penes Bolland. & Henſchen.

(c) *Paula Vidua.* Die ſequ. antiq. Kalend. Capuan. Monaſter. S. Joan. Roſuueyd. ac de Peregrin.

(d) *Bathildis*. Obiit ann. 666. Baron. eo an. n. 8. An. 670. Bollan. & Henſchen. An. 680. Mabillon. Sæcul. 1. Benedictin. & Pagi to. 3. eo ann. nu. 6. An. 662. Florar. Ms. Die ſequ. Vuandelbertus. Die 30. Uſuard. ſincer. ac Pagi loc. cit. num. 5.

(a) *Baron. an 167. & ſequ. An. 169. n. 1. & ſeq. Euſeb. lib. 5. c. 24. Beda genuinus, & Turrianus, aliique.* (b) *Baron. an. 262. n. 33. Vſuard. Petr. de Natal. lib. 3. c. 25. Bolland. & Henſchen.* (c) *Baron. an. 382. n. 40. An. 368. n. 17. An. 399. n. 51. An. 404. n. 127. Vſuard, Ado, aliique.* (d) *Baron. an. 666. n. 8. & ſequ. Sigebert. in Chronic. ad an. 662. Petr. in Catal. lib. 3. c. 59. & Trithem. de Vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. c. 112.*

Audi, diſce, & in verbis attende. Eccleſ. 16.

(a) *Smyrna Polycarpi* : Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucenſe : *In Nicaa Smyrna S. Policarpi Epiſcopi*. Martyrol. Blumanii : *Initia Smyrna Pilicarpi*. Vitium: *Pilicarpi* pro *Policarpi*. Martyrol. Epternacen. *Rodonis, Anthematis, Polycarpi*. Ambiguum, an alius. Ms. Dungalenſe : *In Smyrna Civitate Natalis Polycarpi Epiſcopi, Pænis, Dionyſii, & aliorum VI. Item Pænis, & aliorum v.* Martyrolog. Rom. *Smyrna Polycarpi ſub Marco Antonino, Lucio Aurelio commodo ſedente Proconſule, adverſus*

Ut ſcias quomodo oporteat unicuique reſpondere. ad Coloſſenſ. 4.

versùs

versùs eum personante. Beda genuinus: *Sub Marco Antonino, & Lucio Vero: Aureliano Commodo sedente Smyrnæ Proconsule, conjurante in eum omni populo, igni traditus est*. Alii: *Conjurgante*.

Chinius, & Demochar. alium Polycarpum Episcopum Zenonensem hac ipsa die indicant, Bolland. tamen, & Henschen. hac eadem die, ac Saussayus die 1. Novembris hærent de hoc alio Polycarpo.

An tandem *Nicæ Smyrnæ* in prælibatis Codicibus sit quidam locus particularis, hactenus obscurum. Verùm plures quidem Niceæ Urbes penes Geographos à Victoriæ nomine dictæ. Florentinius vir eruditus legendum autumat: *In Nicæa, & Smyrna*, veluti in insigni utraque Urbe, & Regionis capite memoria agitur de S. Polycarpo hac ipsa die; ob aliquam forsan Reliquiarum Translationem, vel Basilicæ Dedicationem.

(b) *Hipponeregio in Africa Theogenis Episcopi, & triginta sex*. Martyrol. Corbejen. & vet. Lucense: *Ravennæ Anthemasii, Savini, Leodocii, Theogenis, & xxxvi*. Martyrolog. Blumanii pro Anthemasii, & xxxvi: *Arthemi, Astus cum xxxv*. Ms. Brugen. S. Donatiani. *S. Theogenis gloriosi Martyris cum aliis triginta tribus*. Beda cusus: *Eodem die Natale S. Theogenis Martyris, & aliorum sex*. Lapsum Librarii, omissio: *Triginta*.

(c) *Apud Bethlehem Judæ Dormitio S. Paulæ Viduæ, & longo coronata Martyrio*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ penes Holstenium: *Hierosolymæ Dormitio S. Paulæ*. Ms. Tornacen. Sancti Martini: *Eodem die Bethlehem Civitate Transitus S. Paulæ Deo dicata*.

(d) *In territorio Parisiensi S. Bathildis Reginæ*. Mss. S. Lamberti, S. Laurentii Leodii, Centulense, ac Florar. Ms. proferunt: *In Territorio Parisiorum Monasterio Kale depositio Domnæ Bathildis Reginæ, quæ &c*.

Disceptatio Topographyca. (b) *Hipponeregio in Africa Theogenis Episcopi, & aliorum triginta sex in persecutione Valeriani*.

Martyrologia: scilicet Corbejen. Hieronymian. Lucense, & Blumanii hunc Theogenem Martyrem cum Anonymis triginta sex *Ravennæ* promunt. & Bellin. Parisiis an. 1521. editus: *Sub Licinio*. Pelicius: *Theogenes Martyr cum triginta sex Sociis occiditur Laodiceæ sub Maximino*. Petrus de Natal. lib. 3. c. 25. *In Civitate Laodiceæ sub Imperatoribus M. Aurelio, & L. Vero, ut dicit Hieronymus*. Eadem ferè Maurolyc. & Canis. Ex quibus Romani Martyrol. Lectio, & quò ad locum & quò ad persequutionem fluctuat.

Eminentissimus Baronius in suis eximiis Annalibus supputat hos Sanctos Martyres anno Christi 262. ut eo anno n. 33. quo ævo octavus Imperii Valeriani currebat annus.

Ast hæc Chronologia pro his Martyribus non est ita amplexa, ut cum quampluribus non dissideat. Florar. Ms. penes summos viros Bolland. & Henschen. eos Martyres adjudicat sub *Licinio* ann. 312. sequuntur Maurolyc. & Canis. Alii Martyrologi, ut prælaudati, sub aliis Imperatoribus, quàm *sub Valeriano*.

Quòd si quis fortè pro Baronio obtruderet, Theogenem passum Laodiceæ, aut Ravennæ, sive alio loco, & sub aliis Imperatoribus, esse alium à Theogene Hippone in Africa sub Valeriano, in cujus laudem erat Hippone Basilica nomine Sancti Theogenis, cujus meminit S. Augustin. Serm. 101. de divers.

Nil tamen, aut parum hoc objectum infringeret; quo enim indicio hæc potius intelligenda de Theogene hoc die Hippone culto, & non de alio? Cur etiam ex quampluribus hujus nominis in sacris Fastis repertis non potuit Theogenes alius ab Hipponensi Episcopo ibi Templum habere, vel ob reliquias translatas, vel pietate, & voto eorum, qui illud condiderant? Sic diem suum festum habebant Martyres Fructuosus, Augurius, & Eulogius, in quorum laudem Augustin. loco adducto. Item fieri potuit, ut eodem persequutionis turbine, quo Cyprianus oppressus fuerit, etiam ille Theogenes Hipponensis Episcopus, qui Religionem erga se, suosque Cives excitavit, ut intendit Baron. Ex quo si Theogenes in aliquo Codice videtur *Ravennæ* signatus; hoc nonnisi ob Reliquiam alicujus Martyris nomine Theogenis ibi translatam, vel amanuensis vitio; quemadmodum in Codice Corbejen. *Leodicis* pro *Laodicea*.

Verùm in hujusmodi tricis aliquod definire non intendimus, sed solùm eas in Romano Martyrologio existentes prodere, ut ex eo tamen hæc nutatio in præsentiarum abeat, (dummodò sapientiores decernerent) adinstar Bellini, Adonis, aliorumque plurimorum, quibus adstipulatur Martyrolog. de Peregrinis, præterito: *Hipponeregio*, ac: *In persequutione Valeriani*, signetur: *Eodem die Sanctorum Martyrum Theogenis cum aliis triginta sex, qui, contemnentes temporalem mortem coronam vitæ æternæ adepti sunt*.

iv.

jv. F Sexto Kalendas Februarii. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

(a) *Ioannis Epiſc.* Die 28. Jun. Eccleſ. Andegaven. Die 14. Septembr. obitus, & Die hac Translat. Menæa.

(f) *Vitaliani Papæ.* Obiit an. *669.* Baron. eo an. n. 1. An. *670.* Bollan. & Henſchen. An. *672.* Herman. Contract. Edit. Caniſ.

COnſtantinòpoli ſancti Ioànnis Epìſcopi, propter àureum eloquèntiæ flumen cognomènto Chrysòſtomi, qui vèrbo & exèmplo Chriſtianæ religiòni plùrimùm pròfuit, & poſt multos labòres, ìn exìlio vitam finìvit. Ejus ſacrum corpus ſub Theodòſio juniòre hac die Conſtantinòpolim, inde pòſteà Romam translàtum, in Basìlica Prìncipis Apoſtolòrum cònditum fuit. (*a*) Soræ ſancti Iuliànì martyris, qui in preſecutiòne Antonini comprehènſus, cùm idolòrum templum, dum ipſe torquerètur, corruìſſet, truncàto càpite, martyrii coròнam accèpit. (*b*) In Africa ſancti Avìti màrtyris. (*c*) Ibìdem ſanctòrum màrtyrum Dàtii, Reàtri & ſociòrum, qui in præſecutiòne VVandàlica paſſi ſunt. (*d*) Item ſanctòrum Dativi, Iuliàni. Vincèntii, atque aliòrum vigintsèptem Martyrum. (*e*) Romæ ſancti Vitaliàni Papæ. (*f*) Apud Cenomànos depoſitio ſancti Iuliàni primi ejùſdem urbis Epìſcopi, quem ſanctus Petrus illuc ad prædicàndum Evangèlium miſit. (*g*) In monaſtèrio Bobacènſi ſancti Mauri abbàtis. (*h*)

(a) *Baron. an.* 407. *n.* 6. *& seq. & an.* 438. *n.* 1. *& sequ.* (b) *Baron. an.* 175. *n.* 7. (c) *Baron. in Not. Vſuard. Petr. in Catal. lib.* 3. *c.* 32. *Bolland. & Henſchen. Acta.* (d) *Baron. in Not. & Acta citata.* (e) *Baron. an.* 303. *n.* 36. *& seq.* (f) *Baron. an.* 655. *& seq. item Beda de geſt. Anglor. lib.* 4. *c.* 12. (g) *Baron. an.* 46. *n.* 2. *Petr. Cluniacen. lib.* 1. *Epiſt.* 2. *& Petr. in Catal. lib.* 3. *c.* 35. (h) *Baron. in Not. Sigebert. lib. de Vir. illuſtr. c.* 115. *& Petr. in Catal. lib.* 3. *c.* 32.

Da mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Iſaiæ 50.

(c) *In Africa Aviti.* Alii Codices: *Viti.* Martyrol. Colonien. & aliud quoddam Ms. *Amici.* Martyrol. Hieronymianum Lucenſe, Ms. Leodien. S. Lamberti, & aliud Dungalen. loco non indicato: *vi Kal. Februar. Donati, Viti.* Martyrol. de Peregrin. *In Africa S. Adiuti Martyris.*

Cardinal. Baron. in not. Suadet: *Confunditur alicubi Avitus cum Adiuto, ſed longè diverſi ſunt inter ſe, nam hic Martyr in Africa paſſus dicitur, ille autem Abbas Confeſſor in Pago Carnotenſi.* Bolland. & Henſchen. in SS. Actis utrumque hac die jungunt: *In Africa Sanctorum Martyrum, Datii, Reatri, Æmiliani, Archimini, Armati, Caii, Aviti, & Adiuti, qui, Vandalis Eccleſiam Dei oppugnantibus, pro Chriſti Fide fortiter dimicatione ſuſcepta, Martyrii coronam acceperunt.*

(d) *Ibidem Datii, Reatri, & Sociorum.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Miſſuriana, Puplia, Victoris, Quintilli, Publiani Feſti, Felicis, Bonoſi, Proceſſi, Veneria, Marina, Fortunata, Tecuſſa, Godditis, Secunda, Epictuli, Vincenti, Rogati, Primi, Aureli, Hilari, Perpetua, Iuliana, & aliorum* XXIIII. Martyrol. Corbejen. *In Africa, Donativi, Dativi, Miſſuriani, Publi, Victoris, Quintilli, Publiani, Feſti, Voſoni, Proceſſi, Veneria, Marina, Fortunati, Theocoſa, Egoditis, Secunda, Epictili, Vincentii, Rogati, Primi, Aurelii, Helarii, Perpetua, Iuliana, & aliorum* XXXXIIII. Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *In Africa Miſuriani, Publi, Victoris, Quintilli, Publiani, Feſti, Felicis, Boſoni, Proceſſi, Veneria, Marina, Fortunati, Theucuſa, Egodditis, Secunda, Ipictili, Vincenti, Rogati, Primi, Aureli, Elari, Perpetua, Iuliana, & aliorum* XLIII. Martyrolog. Bluman. pro Ipictili, *Epictoli.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Dativi, Puliani, Secundi, cum alijs ſex.* Die verò ſequent. *v Kal. In Africa Miſſuriani, Publii, Victoris.* Ms. Sancti Cyriaci: *In Africa, Dativi, & Iuliani, Vincentia, Secundi, Æmiliani,* &

Inclinate aurem, audite, teſtem dedi ducem & præceptorem. Iſaiæ 55.

& aliorum triginta quinque . Ms. Vaticanum pro Dativi , *Dauti* . Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætiense : *In Africa passio SS. Secundi , & Fortunati , & Natale S. Processi* .

(f) *Vitaliani Papa* , qui cantum Roman. composuit , & dulcisono Organo concordavit . Martyrol. quædam Mss. Usuardi , & quædam alia Eccles. Belgic. *Vitelliani* . Alia Mss. *Vicelliani* . Carthusiani Colonienses Addit. ad Usuardum, & Canis. *Vitaliani Papa , & Confessoris* .

(h) *In Monasterio Bobacensi Mauri Abbatis* . Alii : *Marii* , *Macerii* . Petr. de Natal. Mautolyc. & Felicius : *Mauri Abbatis Belvacensis* . Galesin. *Eabacensis* . Notker. *Badocensis* . Aliique : *Bobiacensis, Bobriacensis* , *Badonensis* , *& Lobocensis* .

Disceptatio Chronologico-Topographica.

(b) *Sora S. Iuliani Martyris , qui in persecutione Antonini &c.*

Eminentissimus Baronius in notis monet , se ex Actis Mss. excerpsisse , Iulianum , Imperante Antonino , mortem oppetiisse .

Ast Antoninus Pius Imperator à 10 Julii an. 138 usque ad initium Martii ann. 161 fuit in vivis , ex quo videntur ea Acta supposititia ex eomet Baronio , Iuliani Martyrium copulante cum anno 175. ut eo anno num. 7. Antonino Pio jam defuncto , Imperio Marci Aurelii currente .

Quinimmo refragantur Atinates, Julianum Martyrem , eorumque Patronum, penes ipsos passum vindicantes , adstruente Ferrario SS. Catalogi adnotationibus .

Quòd si quis instaret , Iulianum Atinæ cultum eundem videri cum Iuliano , de quo Roman. Martyrol. hac ipsa die ; & quòd nedum Sorani , sed & Atinates ob propinquitatem loci , in quo passus , eum venerantur ; Atinates non omitterent id sibi vendicare , scilicet Julianum Atinæ cultum , non esse alium à Sorano ; asserentes eundem , eodem die , eodem Imperatore , eodemque genere mortis defunctum , autumando , eundem Iulianum , quem Soræ Roman. Martyrolog. indicat passum , non Soræ , sed Atinæ Martyrium adeptum .

Verùm : nè Sorani , aut Atinates ob sibi raptum Iulianum indignentur ; an apud ipsos passus , non intendimus definire , sed tantùm tricam , Actorumque mendum saltem quò ad persequutionem Antonini prodere ; idcircò si majori sapientia præditis videbitur , ut Martyrologii Roman. lectio constet , hæc referat : *Sora S. Iuliani Martyris , qui comprehensus , cùm Idolorum templum , dum ipse torqueretur , corruisset , truncato capite Martyrii coronam accepit* .

iij. G Quinto Kalendas Februarii. Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
A B C D E *F* F G H M N P
18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

ROmæ sanctæ Agnètis secundò . (*a*) Ibidem sancti Flaviàni màrtyris , qui sub Diocletiàno passus est . (*b*) Apollòniæ sanctòrum màrtyrum Thyrsi , Lèucii , & Gallinìci , qui tèmpore Dècii Imperatòris vàriis tormentòrum genèribus cruciàti , primus , & ùltimus abscissiòne càpitis , mèdius cœlèsti voce evocàtus spìritum reddens , martyrium consummàrunt . (*c*) In Thebàide sanctòrum màrtyrum Leònidis & sociòrum , qui tèmpore Diocletiàni palmam martyrii sunt assecùti . (*d*) Alexandriæ commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum , qui hac ipsa die factiòne Syriàni Ducis Ariàni , dum in Ecclèsia synàxim àgerent , divèrso mortis gènere sunt interèmpti . (*e*) Item sancti Cyrilli ejusdem Vrbis Epìscopi , qui Cathòlicæ fìdei præclarissimus propugnator , doctrìna & sanctitàte illùstris quièvit in pace . (*f*) Cæsaraugùstæ sancti Valèrii Epìscopi . (*g*) Conchæ in Hispania natàlis sancti Iuliàni Epìscopi , qui èrogans in pauperes bona Ecclèsiæ , òpere mànuum sibi more Apostolico victum quærens , cla-

(b) *Flaviani* . Martyr ann. 303. Baron. eo an. n. 115. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 30. Ian. Mautolyc. & Martyrol. Germanic.

(c) *Thyrsi* . Martyr an. 254. Baron. eo ann. nu. 23. An. 251. Bollan. & Henschen. ac Pagi t. 1. eo an. nu. 29. & 30. Die 14. Decembr. Græci in Menolog. Die 18. Ianuar. Galesin. & Mautolyc.

(d) *Leonidis , & Soc.* Die 14. Decembr. Græci.

(f) *Cyrilli Episc.* Obiit an. 444. Baron. eo an. n. 10. & seq. & Cardin. Noris lib. 2. histor. Pelag. c. 12. An. 445. Bolland. & Henschen. Die 18. & 29. Ianuarii , ac 19. Iunii , Græci . Die 26. Martii Chronic Oriental.

(g) *Valerii Episc.* Die 19. Januar. Horar. Ms. Die 22. Ms. Sancti Maximini Trevir.

(h) *Iuliani Episc.* Obiit an. 1207. Baron. in Not. Bolland. & Henschen. An. 1208. Marietta. An. 1206. Garibajns .

(i) *Ioann. Presbyt.* Die 29. Janu. Martyrol. Gallobelgic.

rus miràculis quièvit in pace. (*h*) In monaſtèrio Rhemènſi depoſìtio ſancti Ioànnis presbyteri, viri Dei. (*i*) In Palæſtina ſancti Iacòbi eremìtæ, qui poſt lapſum diu in ſepùlchro pœnitèntiæ cauſa làtuit, & clarus miràculis migràvit ad Dòminum. (*k*)

(a) *Baron. an. 304. n. 31. An. 324. n. 27. Vſuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. an. 303. n. 115. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 41.* (c) *Baron. an. 254. n. 23. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edit.* (d) *Baron. an. 310. n. 24. Lippoman. t. 5. & Sur. t. relat.* (e) *Baron. an. 356. n. 4.* (f) *Baron. an. 429. An. 430. & an. 444. n. 10. & ſequ.* (g) *Baron. an. 303. n. 137. An. 305. n. 40.* (h) *Baron. in Not. Bolland. & Henſchen. in Actis.* (i) *Baron. in Not.* (k) *Idem ibidem, & Lippoman. t. 7. & Sur. t. 1.*

Argue ſapientem, & diliget te. Proverb. 9.

(a) *Roma Agnetis ſecundò.* Martyrol. Corbejen. *Roma S. Agnetis, Telbrani, Reotri, Telipta, Vincentia, Victorini, Secundi, Papacanti, Victoris, Æmiliani, & aliorum xxxv Martyrum.* Ms. Dungalen. *& aliorum xxxvII Martyrum.* Martyrol. Hieronymian. Lucenſe, Ms. Reginæ Sueciæ, & Martyrol. Blumanii: *Roma nativitas S. Agnetis Virginis.* Martyrolog. Epternacen. *Roma Agna, Ingenuini.* Sacramentar. Gregorii, Codex Remenſis apud Menardum, Gemma Animæ lib. 3. c. 25. ac Beda genuinus: *Natale Sanctæ Agnetis de Nativitate.* Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *Roma Nativitas S. Agnetis Virginis, Perpetua, Iuliani, & aliorum quadragintaquatuor.*

Cardinal. Baron. in notis: *Agnetis ſecundò, quia ſecundò recolitur hac die memoria, quando parentibus ad ſepulchrum ejus vigilantibus, Choro Sanctarum Virginum comitata apparuit.* At Codices Hieronymian. Canonicorum Lucenſium, & Ratoldi, ac Pamelius proferunt: *v Kal. Roma S. Agnetis Secunda.* An duæ Agnetes Virgines Romanæ, Florentinius vir eruditus hæret; hinc ipſe ſedulò inſpiciendus.

(b) *Flaviani Martyris.* Uſuard. Pariſ. cuſus ann. 1536. die 30. Ianuar. *Flavii.*

(c) *Apollonia Thyrſi, Leucii, & Gallinici.* Græci: *Lucii* pro *Leucii.* Et alii: *Gallenici* pro *Gallinici.* Ms. Centullen. in Hibernia, Leodien. & Dungalen. proferunt: *Gallenici.* Mautolyc. Felic. & Caniſ. *In Civitate Apollonia SS. Thyrſis, & Seleuci, & Galleniti.* Martyrol. de Peregrin. *Leucii, Tyrſii, & Galanici.* Ms. Lætienſe: *v Kalendas Februarii Sancta Thyrſa Martyr.* Aut vitium Librarii *Thyrſa*, aut forſan alia Martyr nomine *Thyrſa*; nam *Thyrſa* ſolùm refert Bivar. Comment. in Dextri Chronic. ad an. 282. nu. 2. in fine. De his S. Martyribus Thyrſo, Leucio, & Gallinico hymnus in Breviario S. Iſidori: At Cardinal. Baron. in Not. ad 24 Ianuar. ſuadet, in adducto Breviario ſermonem eſſe de Martyribus Thyrſo, & Projecto. Solers Lector definiat.

Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Proverb. 9.

(d) *In Thebaide, Leonidis, & Sociorum.* Martyrol. Gallic. Leodii: *In Thebaide S. Aſclas, Leonides, Philemon, Apollonius, & illorum Socii.* Martyrol. Leodien. S. Lambert. Brucen. S. Donatiani, Colonien. German. aliaque: *Apud Vrbem Antinoum paſſio B. Leonidis &c.*

(f) *Cyrilli Epiſc.* Martyrol. antiquum S. Martini: *In Alexandria S. Cyrilli Epiſcopi, & Confeſſoris.* Martyrol. Colonien. & Florar. Ms. *Alexandria in Græcia*: forſan *Græcia* latè pro *Oriente.*

(g) *Cæſaraugustæ Valerii Epiſcopi.*

Baron. in Not. unum Valerium Epiſcopum Cæſarauguſtanum recenſet, tempore, quo S. Vincentius ejus Diaconus nobili Martyrio triumphavit, qui Concilio Eliberino interfuit, atque hac ipſa die colitur; at Bolland. & Henſchen. duos Valerios Cæſarauguſtanos recognoſcunt, alterum ab altero ſecernentes. Ipſi viri eruditi inter ſe conferant.

Diſceptatio Topographica.

(i) *In Monaſterio Rhemenſi Ioannis Presbyteri.* Uſuard. de Peregrin. & Florar. Ms. habent: *In Monaſterio Rheomenſi depoſitio S. Ioannis Presbyteri Viri Dei.* Ado: *In Monaſterio Rheomanenſe*; ad diſcrimen forſan Monaſterii Rheomenſis *in Arvernia.*

Quòd ſi quis obtruderet, Monaſterium Rheomenſe in Rhemorum finibus eſſe, adeoque nullum mendum: *In Monaſterio Rhemenſi.*

Ferrar. hac ipſa die Topographiæ Rom. Martyrol. ad vocem Rhemis Topographizat Monaſterium Rheomen, ſeu Reomacen non longè Tornodoro; adſtruuntq; Mautolyc. *In Agro Rheomenſi Caſtro Tornodoro S. Ioannis Presbyteri viri Dei.* Galeſin. *Tornodori in Rhemorum finibus.* Menard. *Tornodori Monaſterio Reomenſi.* Et Uvio: *Tornoduri in Rhemorum finibus in Monaſterio Rheomenſi.*

Verùm Tornodorus non eſt in Rhemorum finibus, ſed Galliæ Celticæ Oppidum in Burgundiæ, & Briæ finibus, Lingonenſis Diœceſis Comitatus, Tornodorenſis

rensis caput, ubi Monasterium Rheomacen. non longè inter Antisiodorum Civitatem, & Castellionum Oppidum ad Sequanam, ab Antisiodoro in ortus ad decem millia passuum Gallicorum dissitum, penes summos viros Bolland. & Henschen.

Obstat tamen Felicius, asserendo, Ioannem Abbatem Rheomacensem esse alium à Ioanne Presbytero, Rhemis hac die apposito.

Sed Ferrar. suo General. Catal. SS. ad 22. Septembr. in Not. *Non procul Tornodoro Cœnobium visitur Rheomense*, sivè ut alii: *Rheomacense*, vel *Rheomontense*. Et Rom. quidem Martyrol. nedum hac die, sed & 22. Ianuarii: *Rhemense* pro *Rheomense*, seu *Rheomontense* scribit, & propriùs abest tam ab Antisiodoro Tornodorum, quàm à Rheomao inter Serum, & Armantionem amnes situm, haud longè ab Avalone: Oppidis sine muro. Igitur ad explodendum hoc Topographum dissidium, si saniores censuerint, dempto: *In Monasterio Rhemensi*, subscribatur: *Eodem die depositio S. Ioannis Presbyteri Viri Dei*.

ij. A Quarto Kalendas Februarii. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A B C D E *F* F G H M N P
19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

(a) *Papiæ, & Mauri*. Martyres ann. 303. Baron. eo ann. n. 108. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 11. Januar. de Mauro Græci in Menæis.

(c) *Sarbellii, & Barbeæ*. Die 15. Octob. Græci iterùm in Menæis. Die 27. Septembr. aliqua Menolog. & alia hac die.

LVgdùni in Gàllia sancti Francisci Salèsii Epìscopi Gebbennènsis confessòris, de quo àgitur quinto Kalèndas Ianuàrii. Romæ via Nomentàna natàlis sanctòrum màrtyrum Pàpiæ & Mauri mìlitum tèmpore Diocletiàni Imperatòris: quorum ora jussit Laodicius Vrbis Præfèctus ad primam Christi confessiònem lapìdibus contùndi, & sic eos in càrcerem trudi, ac pòsteà fùstibus cædi, atque ad ùltimum plumbàtis pèrcuti, donec expiràrent. (*a*) Perùsiæ sancti Constàntii Epìscopi & màrtyris, qui unà cum sòciis sub Marco Aurèlio Imperatòre ob fìdei defensiònem martyrii corònam accèpit. (*b*) Edèssæ in Syria sanctòrum màrtyrum Sarbèllii & Bàrbeæ soròris ejus, qui à beàto Barsimæo Epìscopo baptizàti, in persecutiòne Trajàni sub Lysia Prǽside martyrio coronàti sunt. (*c*) In territòrio Tricassino sancti Sabiniàni màrtyris, qui, jubènte Aureliàno Imperatòre, pro fide Christi decollàtus est. (*d*) Mediolàni sancti Aquilini Presbyteri, qui ab Ariànis glàdio in gùtture transverberàtus, màrtyrio coronàtur. (*e*) Trèviris depositio beàti Valèrii Epìscopi, discìpuli sancti Petri Apòstoli. (*f*) Apud Bitùricas sancti Sulpìcii Sevèri Epìscopi, virtùtibus & eruditiòne conspicui. (*g*)

(d) *Sabiniani*. Martyr ann. 275. Baron. eo an. n. 6. An. 227. Bollan. & Henschen. Die 24. Januar. Martyrolog. S. Martin. Tornac.

(g) *Sulpicii Severi*. Obiit an. 545. Baron. eo an. n. 95. An. 590. Pagi t. 2. ad an. 595. n. 17. & Acta Bollan. & Henschen.

(a) *Baron. an. 303. n. 108. Vsuard. & Ado*. (b) *Baron. an. 175. n. 7.* (c) *Baron. an. 107. n. 2.* (d) *Baron. an. 275. n. 6. Vsuard. Petr. in Catal. lib. 3. c. 42. Vincent. in Specul. lib. 18. c. 165. & Mombrit. t. 2. Vit. SS.* (e) *Baron. in Not. & Galesin. Vit.* (f) *Baron. an. 46. n. 2. Vsuard. Ado, & Sur. t. 1.* (g) *Baron. ann. 595. n. 94. item Acta Bolland. & Henschen.*

Ponam iu lucem scientiam, & non præteribo veritatem. Sap. 6.

(a) *Papiæ, & Mauri*, An *Papia* nomen Viri, vel Loci, die 1. Ianuar. Bolland. & Henschen. non statuunt. Græci de *Mauro* ad 11. Ianuar. in Menæis: *S. Maurus multis verberibus excruciatus expiravit*.

(b) *Perusiæ Constantii Episcopi, & Martyris*. Nonnullis: *Constantini*. Martyrol. Epternacen. & vet. Hieronymian. Lucen. IIII *Cal. in Tuscia Constantini*. Martyrolog. Germanic. secundæ edition. *Perusia S. Episcopi, & Martyris Constantii cum sex aliis Germanis occisus*. Galesin. addit: *à Gothis fidei causa interfectus cum sex aliis*, *qui*

Accipite per sermones, & proderit vobis. Sap. 6.

qui secum è Germania ad eam urbem peregrinati sunt.

(c) *Sarbelii, & Barbea.* Græci in Menologio, & Menæis: *Sarbilus, Sarbelus*, & pro Barbeæ, *Sebea*. Galesin. in Not. *Sabellius*. Ferrar. *Sarbeolus*. Græcor. Menæa: *Commemoratio SS. Sarbeli, & Bebea sororis ejus.* Menolog. Canisii: *Sarbili, & Bebea.*

(d) *In territorio Tricassino Sabiniani.* Aliis: *Saviniani, Sabiani, Fabiani, Savini.* Martyrolog. de Peregrin. *Fabiani.* Carthusian. Colonienses, & Canisius: *In territorio Tricassino Saviniani, aliàs Savini Martyris.* Martyrol. Colonien. *Trecas B. Saviniani Martyris*, &c. *per quem etiam plusquam novem millia Christum confitentia Martyria passi sunt similia.* Acta penes Bolland. & Henschen. *Sabiniani Martyris cum quadraginta militibus ab eo conversis.*

(e) *Mediolani Aquilini.* Galesin. *Mediolani S. Aquilini Presbyteri, & Martyris; is fidei Catholica tuenda studio inflammatus, Germaniam, Galliam, & Italiam peragravit, contra Arianorum perfidiam dimicatione suscepta, demum Mediolanum profectus, ab illis ob fidei Catholica defensionem teterrimè necatus, ad pramium migravit in Cælum.* Martyrol. Germanic. pro Mediolanum profectus: *Mediolanum reversus.*

(f) *Valerii Episc.* Calendar. Hieronymian. Canonic. Lucensium: *IV Kal. In Treveris Valerii, Pauli, Victoris.*

Florentinius vir eruditus, alium Valerium Episcopum hac ipsa die refert Lucæ: Ferrar. autumat, eundem esse, ac Trevirensem: at ipse Florentinius patria Lucensis opponit.

(g) *Sulpicii Severi Episc.* Carthusian. Colonien. Felicius, Canisius, & Molan. Addit. ad Usuard. *Bituricas S. Severi Episcopi, & Confessoris, Discipuli S. Martini Episcopi.* Codices S. Hieronymi penes Florentinium die 27. Januar. *Sulpicii Episcopi, & Confessoris.* At alius fuit Episcopus Bajocensis: Ferrar. Bollan. & Henschen. hac ipsa die.

i. B Tertio Kalendas Februarii. Luna 30

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

A B C D E *F* F G H M N P

20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

ROmæ sanctæ Martìnæ vìrginis & màrtyris, cujus natàlis memòria Kalèndis Ianuarii recòlitur. Antiochìæ pàssio beàti Hippòlyti presbyteri, qui Novàti schismate aliquàntulùm decèptus, sed operànte gràtia Christi corrèctus, ad unitàtem Ecclèsiæ rèdiit, pro qua, & in qua pòsteà illùstre martyrium consummàvit. Hic rogàtus a suis, quænam secta vèrior esset; execràtus dogma Novàti, eam fidem dicens esse servàndam, quam Petri Càthedra custodìret, jùgulum præbuit. (a) In Africa pàssio sanctòrum martyrum Feliciàni, Philappiàni, & aliòrum centum vingintiquàtuor. (b) Edèssæ in Syria sancti Barsimæi Epìscopi, qui cùm Gentìles plùrimos convertìsset ad fidem, & præmisìsset ad corònam, eos secùtus est sub Trajàno cum palma martyrii. (c) Ibìdem sancti Barsen Epìscopi, gràtia curatiònum illustris, qui à Valènte Imperatòre Ariàno in extrèmas illius regiònis oras ob fidem Cathòlicam relegàtus, vitam finìvit. (d) Item beàti Alexàndri, qui in persecutiòne Dècii comprehènsus, longævæ ætàtis veneránda canìtie, & confessiòne iteràta resplèndens, inter carnìficum tormènta rèddidit spìritum. (e) Ierosòlymis natàlis sancti Matthìæ Epìscopi, de quo mira, & plena fide gesta narràntur; qui sub Hadriàno multa pro Christo perpèssus, demum in pace quièvit. (f) Romæ sancti Felicis Papæ, qui pro fide Cathòlica plùrimum labo-

(a) *Hippolyti.* Die præced. Carthusian. Colonienses Addit. ad Usuard.

(c) *Barsimai.* Die præceden. & iterum hac die Menæa.

(d) *Barsen Episc.* Die 28. Februar. in Menæis. Die 15. Octobr. Græci in Menologio.

(g) *Felicis Papa.* Obiit ann. 530. Baron. eo an. n. 1. & seqq. An. 539. Cardinal. Noris hist. Pelagian. lib. 2. c. 23. Die 12. Octob. Anastas. Die 18. Septembr. Pagi t. 2. ad an. 530. n. 3.

(i) *Aldegundis Virg.* Obiit an. 661. Baron. eo an. n. 2. Ann. 673. Bolland. & Henschen.

boràvit. (g) Papiæ sancti Armentàrii Epìscopi & Confessòris. (h) In Malbòdio Hannòniæ monastèrio sanctæ Aldegùndis vìrginis, tempore Dagobèrti Regis. (i) Mediolàni sanctæ Salvìnæ fœminæ religiosissimæ, quæ ad sepùlchra sanctòrum Nàboris & Felicis màrtyrum orans, obdormivit in Dòmino. (k)

(a) *Baron. an. 259. n. 34. & an. 329. n. 9. Usuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. in not.* (c) *Baron. an. 107. n. 2. item Græci in Menolog.* (d) *Baron. an, 371. num. 109. & seq. Theodoret. histor. lib. 4. c. 5. & Niceph. lib. 11. c. 22.* (e) *Baron. in Not. Ado, & Acta Bolland. & Henschen.* (f) *Baron. an. 113. n. 1. Euseb. in Chronic. Usuard. Ado, cæterique.* (g) *Baron. an. 530. n. 1. & seqn.* (h) *Baron. in not. Gual. & Tabul. Eccles. Ticinensis.* (i) *Baron. an. 661. n. 2. Sur. t. 5. prior. edit. Moland. Indic. SS. Belgii, Usuard. Ado, & alii.* (k) *Baron. in Not. Galesin. & Tabula Eccles. Mediolan.*

Secundum ſcientiam novi, judicium labiorum attendite. Iob 13.

(a) *Antiochia Hippolyti.* Martyrolog. Epternacen. *Ippoliti.* Martyrol. Hieronymian. Lucense: *Epoliti.* Vitium Librarii *Epoliti.* Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Ypoliti.* Calendar. vetustissim. Canonicor. Lucens. *In Antiochia Hippoliti cum cxxiv Martyribus.* Carthusian. Coloniens. Addit. ad Vsuard. die præceden. *Item SS. Pauli, Victoris, Hippolyti, Honorati, Petrosiæ.* At hic Hippolytus, nulla loci nota, sine addito *Presbyteri*, & cum sociis, alius videtur. Ferrar. quoque hac ipsa die Indic. SS. Italiæ alium Hippolytum memorat: *Apud Placentiam in Æmilia S. Hippolyti Martyris passi sub Antonino Pio.*

(b) *In Africa Feliciani, Philappiani, & aliorum centum viginti quatuor.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Pelliani, Deci, Feliciani, & aliorum cxx.* Corbejen. *In Africa Pelliani, Cleri, Felippiani, & aliorum centum viginti quatuor.* Martyrol. Hieronymian. Lucense, ac Ms. Attrebatense, Tornacense, & S. Martini Tornacis: *In Africa Pelliani, Cleri, Philippiani, seu Felippiani, & aliorum cxxiii.* Ms. Lætiense pro Cleri, *Celeri.* Ms. S. Cyriaci: *In Africa Feliciani, Philippi, & aliorum.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holsten. *Sanctorum Martyrum, Pelliani, Cleri, Philippiani.* Ms. Ultrajectin. Eccles. S. Mariæ, & Treviren. Monaster. S. Martini: *In Africa cxxiv. Martyrum.* Carthusian. Colonien. Addit. ad Usuard. *In Africa Pellicani, Clericiani, Philippiani, & aliorum cxxiv.*

(c) *Edessæ in Syria Barsimai Episcopi, sub Trajano.* Græci die præcedenti in Menolog. *Barsimai, Sarbelii, & Barbeæ Martyrum.*

Audite Sermonem, percipite auribus vestris. Iob 13.

Cardinal. Baronius in not. *De eodem Græcorum Menologium*, & hoc habet: Sarbellium, & Barbæum sub Trajano, Barsimæum verò sub Valeriano.

(d) *Barsen Episcopi: Valente Imperatore.* Aliàs: *Barsas, Barsus.* Menolog. Canis. *Barsi.* Topograph. Ferrar. *Barsam, & Barsem.* Græci in Menol. ad 15 Octobr. *Barsi Episcopi.* Ad 28. Februar. in Menæis: *Barsas Episcopus.*

Baron. in not. citat Græcos: at Menolog. Græcorum ad 15. Octobris: *Barsi Episcopi, qui fuit sub Valentiniano Imperatore.* Et Menæa ad 28. Februar. silent sub quo.

(e) *Item Beati Alexandri.* Maurolyc. *Hierosolymis Alexandri Senis Episcopi, & Martyris.* Eadem ferè Florar. Ms.

(f) *Hierosolymis Matthiæ Episcopi.* Martyrolog. de Peregrin. *Mathei Episcopi.* An Sphalma Mathei, pro Matthiæ, alii definiant.

(i) *In Malbodio Hannoniæ Monasterio Aldegundis Virginis.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Malbodio Monasterio depositio S. Aldegundis Virginis*, percurrit *Hannonia.*

* C Pridie Kalendas Februarii. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

Barcinòne in Hispania sancti Petri Nolàsco confessòris, qui obdormìvit in Dòmino octàvo Kalèndas Ianuarii. Romæ via Portuènsi

(a) *Cyri, & Ioan.* Die præcedenti Græci in Menolog. Canisii.

(b) *Metrani.* Martyr an. 252. Baron. eo an. n. 3. An. 249. Bolland. & Henschen. Die 19. Februar. Mautolyc.

tuènsi sanctòrum màrtyrum Cyri & Ioànnis, qui post multa tormènta pro confessiòne Christi càpite truncàti sunt. (*a*) Alexandriæ natàlis sancti Metràni màrtyris, qui sub Dècio Imperatòre, cùm ad jussiònem Paganòrum nollet impia verba profèrre, illi totum ejus corpus fùstibus collisèrunt, vultùmque & òculos præàcùtis càlamis terebràntes, ipsum extra urbem cum cruciatibus expulèrunt, ibìque lapidibus opprèssum interemèrunt. (*b*) Ibìdem sanctòrum màrtyrum Saturnìni, Thyrsi, & Victòris. (*c*) In eàdem civitàte sanctòrum màrtyrum Tharsìcii, Zòtici, Cyrìaci, & sociòrum. (*d*) Cyzici in Hellespònto sanctæ Triphènis màrtyris, quæ plùrimis tormèntis superàtis, à tauro demum necàta, martyrii palmam promèruit. (*e*) Mùtinæ sancti Geminiàni Episcopi, miraculòrum glòria illùstris. (*f*) In Provìncia Mediolanènsi sancti Iùlii presbyteri & confessòris, tèmpore Imperatòris Theodòsii. (*g*) Romæ sanctæ Marcèllæ vìduæ, cujus præclàras laudes beàtus Hierònymus scripsit. (*h*) Ibìdem beàtæ Ludovìcæ Albertòniæ vìduæ Romànæ, Tèrtii Ordinis sancti Francìsci, virtùtibus claræ. Eòdem die Translàtio sancti Marci Evangelìstæ, cùm sacrum ejus corpus ex Alexandrià Ægypti urbe à bàrbaris tunc occupàta Venètias allàtum, ibìdem in majòri Ecclèsia ejus nòmine consecràta honorificentìssimè cònditum fuit. (*i*)

(e) *Triphenis.* Die 9. Maii Synazaria, Menæa Ambrosiana, & Taurinensia.

(f) *Geminiani Episc.* Die preceden. Galesin.

(h) *Marcella Vidua.* Obiit an. 400. Baron. eo an. n. 29. An. 409. Pagi t. 2. eodem anno n. 10.

(a) *Baron. an. 114. n. 20. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1.* (b) *Baron. an. 252. n. 3. Euseb. hist. lib. 6. c. 34. & Nicephor. lib. 5. c. 30.* (c) *Baron. in not. Vsuard. Ado, aliique.* (d) *Baron. in not. item Bolland. & Henschen. Acta.* (e) *Iidem, ibidem.* (f) *Baron. an. 256. n. 12. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 57.* (g) *Baron. in not. & Mombrit. t. 2.* (h) *Baron. an. 375. n. 7. An. 397. n. 29. & seq. Ann. 398. n. 3. & an. 410. n. 28.* (i) *Baron. an. 820. n. 24. & in Not. Sigebert. Chronic. ad an. 470. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 61.*

Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt Ad Roman. 15.

(a) *Roma Cyri, Ioannis.* Canis. die præcedent. *Natalis Sanctorum Martyrum Cyri, & Ioannis, & trium SS. Virginum Theodora, & Eudoxia, & Matris Athanasia sub Diocletiano Imperatore.* Quàmplura Mss. Usuardi nomine, ac Carthusiani Colonien. Addit. ad Usuard. *Natale Cyri, & Ioannis, quorum primus ex Alexandria Metropoli Ægypti, secundus de Civitate Edessena oriundus* &c. Martyrol. de Peregrinis etiam sine loci Agonis nota: *Eodem die SS. Martyrum Cyri, & Ioannis.*

(b) *Alexandria Metrani sub Decio.* Baron. in not. aliàs *Morra.* Martyrol. Pulsanen. Ms. penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. Neapoli: *Metranii.* Ms. Divionen. *Mytrani.* Mautolyc. die 19 Februar. *Alexandria SS. Iuliani, Euni, Macarii, Epimachi, Alexandri, Metrani, Apollonia, Cointa, cum aliis x. Martyribus, sub Decio.*

Cardinal. Baronius in notis: *Scripsit egregium certamen ejus S. Dionysius Episcopus Alexandrinus. Extat ejus Epistola de ea re scripta apud Eusebium hist. lib. 6. c. 34. & Nicephor. lib. 5. c. 30.* At Epistola laudata refert hunc Metranum obiisse anno solido ante Decii persequutionem: Videndus quoque Nicephor. loco adducto.

(c) *Ibidem Saturnini, Thyrsi, & Victoris.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa, Victoris, Publii, Saturnini, Polycarpi, Gai.* Martyrol. Epternacen. & Hieronymian. Lucen. *In Africa Victoris, Publi, Saturnini, Polycarpi.* Martyrol. Bluman. *Follicarpi.* Raban. *In Africa Victoris, Publii, Saturnini.* Quænam Lectio verior, & an sint iidem Martyres; alii definiant.

(d) *In eadem Civitate Tharsicii, Zotici, Cyriaci, & Sociorum.* Martyrol. Epternacen. *in Alexandria Natale Tarsaci, Zotici, Ammonici.* Martyrol. Corbejen. & Bluman. *In Alexandria Tarsici, Zotici, Ammonii, Commini, Cyriaci, Gemini, Gelasi, Hippolyti, Vrsini, Tyrsi, & passio SS. Martyrum Gallinici, & aliorum quindecim Sacerdotum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. pro Gemini, Hippoliti, *Gesimmi, Eppoliti.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms.

Omnis scriptura utilis est ad docendum, ad arguendum, & ad erudiendum. 2. ad Timoth. 3.

In

In Alexandria, Gemini, Vrsini, & passio SS. Tyrsi, Gallinici, & aliorum xv Sacerdotum. Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Alexandria SS. Tyrsici, Zotici, Ammonii.* Ms. Vatican. *In Alexandria Natale SS. Abaciri, & Ioannis, Cyriaci, Tarsi, & Galerici, & aliorum quindecim Sacerdotum:* Ms. S. Cyriaci: *In Alexandria Tarsacii, Zodici, Cyriaci, Tyrsi, Galeni, & aliorum.* Solers Lector eam, quæ sibi magis arridet, lectionem seligat.

(f) *Geminiani Episcopi.* Quamplures Codices addunt: *& Confessoris.* Cartusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. die præcedenti: *Geminiani Marinensis Episcopi, & Confessoris; cujus exequiis, S. Severinus Ravvennensis Episcopus intra Missarum solemnia raptus in spiritu, se interfuisse dicebat.* Baron. in Not. putat hunc S. Episcopum *tempore Attila.* At Mautolyc. die præceden. *tempore Ioviniani Imperatoris.*

(g) *In Provincia Mediolanensi Iulii Presbyteri, & Confessoris.* Canis. & Carthusian. Colonien. Addit. ad Usuard. *Item SS. Fratrum Iulii, & Iuliani, qui à Theodosio Imperatore facultatem postulavere, Fana Idolorum ubique evertendi, & Christi templa struendi.*

Baron. in Not. *Novarienses eumdem sibi Iulium vendicant, qui etiam hac die de ipso agunt, ac ejus socio Iuliano, habentes de his privatum officium Ecclesiasticum, publicè recitari solitum.* Profectò quidem Ferrar. tradit, Iulium Novariæ obiisse; sed Mautolyc. ad 27. Ianuarii: *Fuit & alter Iulianus frater Beati Iulii, qui, tempore Theodosii Imperatoris Idola subvertens, Christo litabat.* Quænam lectio sit Sanior, ipsi Novarienses Acta consulant.

F E B R U A R I U S.

* Græcis. *Perisius.*

xxix. D Kalendis Februarii. Luna 1

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
. A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 27 28 29 30* 1 2

Natàlis sancti Ignàtii Epìscopi & màrtyris, qui tèrtius post beàtum Apòstolum Petrum Antiochènam rexit Ecclèsiam, atque in persecutiòne Trajàni damnàtus ad bèstias, Romam vinctus mittitur, jubènte Trajàno; ubi, circumsedènte Senatu, immanissimis pœnàrum supplìciis primò affectus, leònibus dehinc objìcitur; quorum dèntibus præfocàtus, hòstia Christi efficitur. (a) Smyrnæ sancti Piònii presbyteri, & màrtyris, qui post apologìas pro fide Christiàna conscrìptas, post squalòrem carceris, ubi multos fratrum ad martyrii tolerantiam suis exhortatiònibus roboràvit, cruciatibus multis vexàtus, clavìs confixus, & ardènti rogo superpòsitus, beàtum pro Christo finem sortìtus est: cum quo & àlii quindecim passi sunt. (b) Ravènnæ sancti Sevèri Epìscopi, qui ob præclara mèrita signo colùmbæ fuit elèctus. (c) In Gàllia civitàte Tricastìna sancti Pauli Epìscopi, cujus vita virtùtibus claruit, & mors pretiòsa miràculis commendatur. (d) Eòdem die sancti Ephræm Edessènæ Ecclèsiæ diàconi, qui post multos labòres pro fide Christi suscèptos, sub Valènte Imperatòre sanctitàte, & doctrìna conspìcuus quièvit in Dòmino. (e) In Scòtia sanctæ Brìgidæ vìrginis, quæ cum lignum altàris tetigìsset, in testimònium virginitatis suæ, statim vìride sanctum est. (f) Apud Castrum Florentìnum in Etrùria beàtæ Veridiànæ vìrginis reclusæ Ordinis Vallisumbròsæ. (g)

(a) *Ignatii* Martyr an. 109. Baron. eo ann. nu. 5. An. 115. Acta apud Sur. An. 112. Pagi t. 1. ad an. 107. nu. 3. Ann. 108. Bollan. & Henschen. Die 20. Decembr. Acta Græca, & Marian. Scot. Die 25. Florentinius. Die 30. Janu. Breviar. Brucense.

(b) *Pionii.* Martyr an. 254. Baron. eo ann. n. 15. An. 250. Usser. dissert. de Macedon. & Asian. ann. Solar. die 5. April. to. 1. ad an. 251. nu. 11. Die 11. Martii, Canis. in Menolog.

(c) *Severi Episc.* Die 1. Ianuarii Martyrol. Rom. vet. Mautolyc. Felic. & alii.

(d) *Pauli Episc.* Obiit an. 347. Baron. eo anno num. 12. An. 290. Bolland. & Henschen. An. 420. Florar. Ms.

(e) *Ephrem.* Obiit an. 378. Baron. eo ann. nu. 6. Ann. 350. Bollan. & Henschen. An. 380. Pagi t. 1. ad an. 378. n. 3. Die 28. Ianuar. Græci.

(f) *Brigida.* Obiit an. 521. Baron. eo ann. n. 41. An. 518. Sigeber. Chronic. Ann. 522. Bollan. & Henschen.

(g) *Veridiana.* Obiit an. 1242. Bolland. & Henschen. Anno 1222. Ferrar. Catal. SS. Ital.

(a) *Baron. an.* 71. *n.* 13. *an.* 109. *n.* 5. *& an.* 110. *n.* 1. (b) *Baron. an.* 254 *n.* 1. *& seq.* (c) *Baron. an.* 347. *n.* 11. *& Tabul. Eccles. Ravennat.* (d) *Baron. in not. Vsuard. Ado, & Petr. in Catal. lib.* 3. *c.* 71. (e) *Baron. an.* 338. *n.* 26. *& sequ. An.* 340. *n.* 3. *& an.* 378. *n.* 6. *Lippom. t.* 2. *&* 3. *ac Sur. t.* 1. (f) *Baron. ann.* 251. *n.* 41. *Vsuard. Ado, Sur. t. relat. Bolland. & Henschen. Acta.* (g) *Ferrar. Catal. SS. Ital. Ezovius. Annal. ad an.* 1222. *n.* 27. *Razzius Vit. Sanct. Fœmin. illustr. Bolland. & Henschen. Acta. Aliique.*

Omne, quod vetustate præcedit, laudabile est. S. Basilius Orat. de Jejunio.

(a) *Ignatii*. Die 25. Decembr. Martyrolog. Epternacen. seu Antuerpien. 8 *Kal. Ianuar. Roma Iovini, Pastoris, Basilei, Victorina, Accila, Eutici, Simphoriani, Saturini, Temodi, Ignati, Cyriaci, Zagii, Ianuaris, Dativi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma Iovini, Pastoris, Basilei, Victoriana, Acelli, Enticeti, Simphoriana, Saturnini, Tinedi, Ignati, Cyriaci, Gagi, Ianuaria, Datilii*. An hic *Ignatus*, seu *Ignatius* sit idem, addubitandum: Martyrol. Bluman. pro Acelli, Ignati, Datilii. *Accllei, Agnati, Dativi*. Forsan rectiùs: *Agnati* pro *Ignati*.

(b) *Smyrna Pionii Presbyteri, & aliorum quindecim*: Aliis *Pionis, Poenis*. Martyrolog. Epternacen. *In Zmyrna Civitate Natalis Polycarpi Episcopi, Poenis, Dionysii, & aliorum* VI: *item Poenis, & aliorum*. Martyrolog. Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Gracia Sanctorum Polycarpi Episcopi, Poenis, Dionysii*. Item *Poenis, & aliorum quindecim*. Die 12. Martii Ms. Lætien. S. Martini: *In Nicomedia passio Pionis Presbyteri sub Proconsule Asia Iulio Proclo, & Quintiliano, confixus ligno cum Metrodoto Compresbytero igni traditus est*. Quo ad genus Martyrii hic Pion videtur idem. Verùm *Metrodotus* est hæresis suspectus: Nisi alius Metrodotus, & alius Pionius à Smyrnensi.

Cardinal. Baron. in Not. vindicat Pionium sub Decio passum; & quòd error in Martyrologiis referentibus sub Marco Aurelio, & Lucio Vero, eo quia *in persecutione Decii ejusdem Pionii Martyris Acta testantur, qua* (ab ipso Baronio) *diligentius cognita, legitima inventa sunt, atque sincera*. Florentinius tamen vir eruditus suo Martyrologio Occidentali Hieronymiano binos Pionios, sive Poenos statuit; ex quo facilè aliqua confusio excitata, ut tam variè in plerisque Martyrologiis Pionii memoria recolatur. Et quamvis prælibata Acta Baronio visa sint incorrupta, omnique ex parte firma: nihilominus aliqua interse pugnantia continere videntur penes summos viros Bolland. & Henschen. Solers Lector ipsos viros eruditos adeat, & seligat.

(c) *Ravenna Severi Episcopi*. Ms. Tornacen. *Et in Ravenna Natalis S. Severini Episcopi*. Martyrol. Corbejen. *In Ravenna Severi Episcopi, Victoris, Luciani, Apollinaris, Helarii, Ammonii, Potici, Cyriaci*. Martyrol. Hieronym. Lucen. pro Helarii, Potici: *Hylari, Zotici*. Petr. de Natal. lib. 9. c. 66. & Ferrar. hac ipsa die: *Ravenna Severi Episcopi, & Martyris*: Bolland. & Henschen. hic Severus est alius, & Kalend. Ianuar. *Ravenna depositio S. Severi cum fratribus suis*. Demonstrant, sedisse ab anno 346. ad annum 390. Florentinius tamen autumat eundem. Ravennates ipsi definiant.

Nihil ultra licet novitati, quia nihil adiici convenit vetustati. S. Xist. III Epist. 2.

(d) *In Gallia Civitate Tricastina, Pauli Episcopi*. Galesin. & Maurolyc. *In Oppido Trecassino*. Bellin. vet. & de Peregrin. *In Oppido Tricassino*. Ado, & Notker. *Civitatis Tricassina*. Beda Ms. *Trecassina*. Aliud Ms. Centullen. *Trecas*. Martyrolog. Ms. Eccles. S. Gudilæ Bruxel. *Item* S. *Pauli Civitatis Tricassina, Castrive Yppidoti Episcopi, cujus vita virtutibus claruit*.

(e) *Ephram Diaconi*. Canis. in Menologio Græcorum die 28. Ianuar. *Natalis* S. *Patris Reverendissimi Ephram Syri ex patria Edessa, in cujus laudem extat sermo Sancti Gregor. Nisseni*. Alia plura in Menæis, & Anthologio Arcudi.

(f) *In Scotia Brigida Virginis*. Scoti, & Hiberni gentilem suam adinvicem contendunt. Beda genuin. sanè nulla loci nota, auspicatur: *Kalendis Natale S. Brigidę Virginis*.

(g) *Veridiana*. Aliis: *Verdiana, Viridiana, & Verdina*.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Natal. S. Ignatii Episcopi, & Martyris, qui &c. ubi jubente Trajano*.

Hoc idem Roman. Martyrol. Baronii de ann. 1605. indicabat: non *jubente*, sed *præsente Trajano*. Quæ verba adhuc in Martyrologio de Peregrin. legebantur de anno 1553. sub Iulio Pap. III. Secundum morem Sanctæ, & Universal. Eccles. Romanæ.

Eminentissimus Baron. dissentit modò; ex eo quòd hoc Martyrium sequutum fuerit anno Christi 110. ut eo anno num. 2. quo agebatur *Trajani Imperii* XI. *Gallo, & Bradua Coss.* Quo ævo Trajanus cum suo exercitu in Oriente morabatur, Roma discessus anno octavo sui Imperii, ut Dio, nec ampliùs reversus, Salinunte Ciliciæ demortuus, ut in fastis Honuphrii pag. 222. hanc inscriptionem ferentibus: *M. Vipium, Libertum Traiani, abscessisse Salinunte prid. idus Augusti: Nigro, & Aproniano Coss.*

Ast idem Baron. in suis hujus diei elucubratis notis testatur, vetustos Historicos secum ipsis non convenire, quo

Trajani

Trajani ævo S. Ignatius Martyrii agonem compleverit : Aliis anno tertio , inter quos Zonaras : Aliis anno nono , ut Singellus in Dionysio : Iis addendi summi viri Bolland. & Henſchen. ſentientes contigiſſe anno Chriſti 108 *Conſulatu Attici , & Marcelli* : Et licèt Ado reponat ipſum anno undecimo Trajani , hoc ſphalma videtur Antographi ſcribentis 11 pro VII. cùm id ſupputet , ut Bolland. & Henſchen. *ſub Attice , & Marcelli Conſulatu* anno VII Trajani in faſtis adſcripto.

Baron. tandem in iiſdem Notis accit in medium Metaphraſtem apud Surium hac ipſa die , qui profectò poſt alia multa ex antiquis monumentis , refert : *Ignatius venit Romam , & ſiſtitur ante Præfectum Vrbis : is cùm vidiſſet ignatium , & litteras accepiſſet Imperatoris* , quando nimirum tunc abeſſet : alioquin Ignatius inſignis Chriſtianorum Piacul , hoc eſt primanus Idolorum hoſtis , præ more ſiſtendus fuiſſet.

Verùm Metaphraſtes non ſcribit , Ignatium conſummaſſe Martyrium continuò literis Imperatoris à Præfecto Urbis acceptis , & quum ante ipſum Præfectum ſiſtebatur ; ſubcollat enim : *Dies autem adveniſſet opportunus , quando erat dies feſtus , & celebris Romanorum* : hoc idem ad annum 110. n. 2. in Baronii Annalibus : quamobrem potuit Ignatius effici Chriſti Hoſtia literis Trajani , & ipſo præſente; adſtruitur Uſuardo ſcribente : *Natalis Beati Ignatii Epiſcopi , & Martyris , qui tertius poſt Petrum Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam , in perſecutione Trajani Romam vinctus mittitur , ubi præſente eodem, circumſedente Senatu, immaniſſimis pœnarum ſuppliciis primò affectus , deinde leonibus obiicitur* . Rurſus ex vita veruſt. Latinorum Mss. concinnata penes prælibatos viros Bolland. & Henſchen. c. 1. *Poſteà verò nono anno Regni Trajani , remeante eo de Victoria Scytharum , & Dacum* . Dein c. 5. *Tertia autem die Trajanus convocans omnem Senatum , & Præfectum , juſſit convenire ad Amphiteatrum , & convenit omnis turba Romanorum* . Hoc igitur in dubium revocato ; quemadmodum Martyrologii Romani lectio ab antiqua ſe retraxit , ita ſaniùs ſi in præſentiarum quoque ſe retraheret , & ut Notker. Roſuueyd. Martyrol. Roman. vet. aliaque Mss. nempe Tornacenſe , Ultrajectinen. S. Mariæ , & Leodienſe S. Lamberti , utroque modo ſcribendi ſubducto , tam *præſente* , quàm *jubente Trajano* , ſi ſapientiores annuerint, promat : *Natalis S. Ignatii Epiſcopi , & Martyris , qui tertius poſt Beatum Apoſtolum Petrum* , &c. *Romam vinctus mittitur, ubi circumſedente Senatu* , &c.

xxviij. E Quarto Nonas Februarii. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

PVrificàtio beàtæ MARIÆ Vìrginis , quæ à Græcis Hypapànte Dòmini appellàtur . (*a*) Romæ via Salària pàſſio ſancti Aproniàni Commentariènſis , qui adhuc Gentìlis , cùm ſanctum Sicinium è càrcere edùceret , ut Laodicio Præfècto præſentàret , vocèmque è cœlo factam audìret , Venìte benedìcti Patris mei , percìpite regnum , quod vobis paràtum eſt à conſtitutiòne mundi ; credens baptizàtur , & pòſteà in confeſſiòne Dòmini finem vitæ capitàli ſentèntia accèpit . (*b*) Item Romæ ſanctòrum màrtyrum Fortunàti , Feliciàni , Firmi , & Càndidi . (*c*) Cæſarèæ in Palæſtina ſancti Cornèlii Centuriònis , quem beàtus Petrus Apòſtolus baptizàvit , & apud prçfatam urbem Epìſcopàli honòre ſublimàvit . (*d*) Aureliànis ſancti Flòſculi Epìſcopi . (*e*) Cantuàriæ in Anglia natàlis ſancti Laurèntii Epìſcopi , qui poſt ſanctum Auguſtìnum eam Ecclèſiam gubernàvit , & Regem ipſum ad fidem convèrtit . (*f*)

(b) *Aproniani* . Die 29. Januar. Galeſin.
(d) *Cornelii*. Die 13. Septembr. Græci in Menolog.
(e) *Floſculi*. Circ. 440. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 550. Chinius , & Sauſſayus Martyrol. Gallican. Circ. 500. Florentin. Martyrol. Occidental. Die ſeq. idem Sauſſayus.

(f) *Laurentii Epiſc.* Circ. 620. Baron. in Not. Circ. 610. Bollan. & Henſche. Circ. 1090 Molan. Add. ad Uſuard. Die 11 Februar. Martyrol. Baſilicæ S. Mariæ Aquiſgranen. Ms. nomine Bedæ. Die 12. Novembr. Florar. Ms.

(a) *Baron. an. 1. n. 38. Bolland. & Henſchen. Acta . Menard. ad Sacramentar. Gregor.*

Gregor. & Græci in Menolog. Sirleti. (b) *Baron. in not. Sur. t. 1. Vsuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in Notis. Vsuard. & Acta Bolland. & Henschen.* (d) *Baron. ann. 41. n. 2. & an. 58. n. 113. item Græci in Menolog. Sirleti ad 13. Septembr.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 11. c. 47. Vsuard. Ado, & alii.* (f) *Baron. ann. 604. n. 79. & an. 614. n. 5. Beda de gest. Anglor. lib. 2. c. 4. 6. & 7. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 4. c. 49.*

Possidesapientiam, ne declines à verbis, Proverb. 4.

(a) *Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.* Beda genuin. IV *Nonas Hypapante Domini.*

Eminentiss. Baron. in Notis, Orientales hoc Festum ab Occidentalibus; Pagi suę Chriticæ Historico-Chronologicæ t. 2. ad an. 544. n. 7. Occidentales ab Orientalibus accepere. Ipsi viri eruditi inter ipsos conferant,

(b) *Romæ Aproniani.* Martyrol. Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *Proviani*; at mendum. Beda Genuin. haud *Romæ* præsignato: *Eodem die Natalis S. Aproniani.* Ms. Vatican. addit; *Et Feliciani.* Galesin. ad 29. Ianuar. *Romæ item SS. Cypriani, Apromiani, & sociorum Martyrum, qui ob fidem Christi datis cervicibus coronati sunt.*

(c) *Item Fortunati, Feliciani, Firmi.* Martyrol. Epternacen. *Romæ Foro Simpronii Laurenti, Hyppolyti. Item Romæ Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Castolæ, Secundolæ, Rogatiani, Gai, Gregorii, Cuppæ, Felicitatis, Placidi, Victoris, Felicis, Marcialis, Corniliani, Salusti, Maurici, Vrici, Papirii, Secundiani, Ingenui, Mustulæ, Victoriæ, Bonosiæ, Fonesi, Pruni, item Victoriæ. Item Hilari, Regati, Saturnini, Auriliani.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Foro Simproni via Flaminia, milliario ab Vrbe centum septuaginta quatuor, Laurenti, Ippolyti, & Natalis S. Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Castolæ, Secundolæ, Cappæ, Rogatianæ, Gai, Gregorii, Felicitatis, Placidi. Item Victoris, Martialis, Corneliani, Salustii, Marici, Vrbici, Pubis, Secundiani, Ingenui, Mustulæ, Victuriæ, Honoriæ, Forosi, Pruni. Item Victoris, Natalis, Primi, Helarii, Rogatæ, Saturnini.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ Foro Simproni via Flaminia miliaro ab urbe clxx*IIII *Laurenti, Eppoliti, & natalis Sancti Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Castulæ, Secundolæ, Cappæ, Rogatiani, Gagi, Gregorii, Felicitatis, Placidi. Item Victoris, Felicis, Martialis, Corniliani, Salusti, Maricii, Vrbicii, Pupis, Secundiani, Ingenui, Mustulæ, Victoriæ, Honosiæ, Forosi, Proni, item Victuriæ. Item Victoris, Natalis, Primi, Helari, Rogati, Saturnini.* Martyrol. Bluman. pro Foro Simproni via Flaminia milliario ab urbe clxxIIII, & pro Cappæ, Fodosi, Proni, Saturnini, habet: *Foro Simprosi via Flaminia milliario ab urbe clx*IIII *Pappiæ, Toronæ, Pruni, Saturninæ.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Romæ milliario ab Vrbe clxx*IV. *Laurentii, & Hippoliti:* nil aliud. Martyrolog. Roman. vet. *Romæ Forosini, Pruni, Laurenti, Ippolyti. Item Romæ Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Castolæ, Secundolæ, Rogatiani, Cai, Cappæ, Felicitatis, Placidi, Victoris, Felicis, Marcialis, Corniliani, Salusti, Maurici, Vrici, Papiris, Secundiani, Ingenui, Mustulæ, Victoriæ, Bonosiæ, Forosi, Pruni; Item Victoriæ; item Hilari, Rogati, Saturnini.* Canis. Martyrolog. Germanic. secundæ editionis: *Romæ SS. Martyrum, Fortunati, Firmi, Candidi, & Aurelii. Eodem die ea ipsa Vrbe SS. triginta millium Martyrum, qui in persecutione Diocletiani coronati sunt.* Ms. Sanctæ Mariæ Ultrajectinen. *Romæ S. Fortunati, & aliorum* xxxII. Usuard. Paris. edit. an. 1536. *Item Romæ SS. Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi.* Martyrol. de Peregrin. ut Roman. verùm pro Feliciani, reponit: *Candidi.*

(e) *Aurelianis Flosculi Episcopi.* Ms. Centulen. nomine Bedæ, Bituricen. S. Laurentii apud Labbeum, aliaque: *Fuscelo.* Molan. & de Peregrinis: *Falcoli.* Bellin. edit. Venet. & Mautolyc. *Flostoli.* Galesin. *Efflosculi.* Vuitford. & Felicius: *Furcoli.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Flusculi*: Ms. Pragense: *Frustoli.* Martyrol. Epternacen. *Aureliani depositio Flosculi Episcopi, & depositio Signariæ Virginis.* Martyrol. Corbejen. *depositio Sichariæ Deo sacratæ, quæ ibidem obiit.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Aurelianis Civitate depositio S. Flusculi Episcopi, & depositio Sicariæ Deo sacratæ Virginis.* Galesin. Saussayus, aliique: *Aurelianis Flosculi Episcopi*: addunt: *Et Confessoris.*

(f) *Cantuariæ in Anglia Laurentii Episcopi.* Carthusian. Colonien. Molan. Auctar. ad Usuard. Canis. Martyrol. Germanic. & Galesin. *Cantuariæ in Britannia S. Laurentii Archiepiscopi*: reliquum ut Roman. Martyrolog. Kalendar. Ms. Benedictin. S. Salvatoris Antuerpiæ: *S. Laurentii Archiepiscopi Cantuariensis secundi.* Cointius ad ann. 616. n. 8: *Francus, & Presbyter.* Mabillon. Secul. 2. Benedict. *Monachus.* Beda lib. 1. c. 26. *Italus.*

Sapientia in certamine loquelæ. Sapient. 8.

xxvij.	F				Tertio Nonas Februarii.										Luna				3
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	
A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P								
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4								

(a) *Blaſii Epiſ.* Martyr an. 316. Baron. eo ann. nu. 45. Anno 319. vel 321. Pagi t. 1. ad an. 316. nu. 11. Die 11. Febr. Græci in Menolog. die 25. Ado, Notker. Aliique.

SEbàſte in Armènia pàſſio ſancti Blàſii Epiſcopi & màrtyris, qui multòrum patràtor miraculòrum, ſub Agricolào Præſide poſt diùtinam cæſiònem, atque in ligno ſuſpenſiònem, ubi fèrreis pectìnibus carnes ejus dirùptæ ſunt; poſt tetèrrimum carcerem, & in lacum demerſiònem, unde ſalvus exìvit, jubènte eòdem jùdice, unà cum duòbus pùeris càpite truncàtur. Ante eum verò ſeptem mulìeres, quæ guttas sanguinis ejus defluèntes, dum torquerètur, colligèbant, deprehènſæ quòd eſſent Chriſtiànæ, poſt dira tormènta glàdio percùſſæ ſunt. (a) In Africa ſancti Celerìni diaconi, qui decem & novem dies cuſtòdia càrceris ſeptus, in nervo, & ferro, variiſque pœnis gloriòſus fuit Chriſti confèſſor: & dum inexpugnàbili firmitàte certaminis ſui adversàrium vicit, vincèndi cèteris viam fecit. (b) Item ſanctòrum màrtyrum, Laurentini ejus pàtrui, Ignàtii avùnculi, & Celerìnæ àviæ, qui àntea martyrio coronàti fùerant; de quorum òmnium gloriòſis làudibus extat beàti Cypriàni epìſtola. (c) Ibìdem ſanctòrum martyrum Felìcis, Symphrònii, Hippòlyti, & ſociòrum. (d) In òppido Vapìngo ſanctòrum Tigìdis & Remèdii Epiſcopòrum. (e) Lugdùni ſanctòrum Lupicìni & Felìcis ìtidem Epiſcopòrum. (f) Eòdem die ſancti Anſchàrii Bremènſis Epiſcopi, qui Svèvos & Danos ad fidem Chriſti convèrtit. (g)

(g) *Anſcharii Epiſc.* Obiit an. 865. Ludovic. Secundi 26. Baron. eo ann. n. 102. Ludovici 25. Pagi t. 3. ad an. 865. nu. 12. An. 864. Cointius.

(a) Baron. an. 315. n. 20. & an. 316. n. 45. Græci in Menolog. die 10. aliique. (b) *Baron. an. 253. n. 68. 69. & 90. An. 255. n. 59.* (c) *Baron. an. 253. n. 87. & seq.* (d) *Baron. loc. relat. item Acta Bolland. & Henſchen.* (e) *Baron. in not. Acta relat. & Mabillon. Secul. 2. Benedict.* (f) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. cap. ult. & Raynaud. lib. SS. Lugdunen.* (g) *Baron. an. 826. n. 42. & an. 865. n. 102. Sur. t. 1. die 4. Februar. in vit. Rembert. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedicti.*

Eſto firmus in veritate ſenſus, & ſcientiæ. Eccleſiaſt. 5.

(a) *Sebaſte in Armenia Sancti Blaſii Epiſcopi, & Martyris*. Ms. Attrebaten. *In Sebaſtia Cappadociæ Paſſio Sancti Blaſii Epiſcopi, & Martyris*. Ms. Lætienſe: *Et in Africa Natale Felicitatis, & S. Blaſii Epiſcopi, & Martyris*. Ms. Vatican. & Sancti Cyriaci nullo Agonis loco: III *Nonas S. Blaſii Epiſcopi*.

Græcorum Menæa hac ipſa die alium Blaſium habent, cognomento Armentarium, Cæſareæ in Cappadocia his verbis:

Habuerunt quondam Blaſium caulæ boum:
Aſt Aula Cœli nunc habent.

Et alium hac quoque die Luitprandus: *In Hiſpania apud Centum fontes Oppidum Celtiberiæ Sanctus Blaſius Epiſcopus, & Martyr, tempore perſecutionis Neronianæ anno LXVII.*

(b) *In Africa Celerini Diaconi*. Uſuard. & de Peregrin. *Celerini Diaconi, & Confeſſoris*.

Cardinal. Baron. in not. *Pluribus de ipſo Cyprianus Epiſt. 16. 23. & 34.* Bolland. & Henſch. Cyprianus laudatis Epiſtolis non indicat, an fuerit Diaconus; neque an illi in Africam reverſo tormenta illata fuerint. Prælibatæ Epiſtolæ expendendæ.

(c) *Item Laurentini, Ignatii avunculi, & Celerinæ aviæ*. Ms. Vatican., & S. Cyriaci, Uſuard. de Peregrin. & alii: *Laurentii*. Ms. Divionen. *Beati Celeri Diaconi;*

Eſto manſuetus ad audiendum verbum, ut intelligas. Eccleſiaſt. 5.

Diaconi; *& Celerinæ Aviæ ejus*.

(d) *Ibidem Felicis Simphronii*, *Hippolyti*, *& Sociorum*. Martyrol. Epternacen. *Natale Felicis*. *In foro Simproni*, *Laurentii*, *Hippolyti*, *Felicis*, *Celeris*. Sphalma Simproni, pro *Symphronii*, & Celerini, pro *Celerinæ Aviæ*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Felicitatis*. Beda vulgat. Ms. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa Felicis*, *& aliorum xx*.

Cardinal. Baron. in not. *Restituti sunt hi omnes ex vetustissimo Codice ms. Monasterii S. Cyriaci in Thermis*. At laudatum Ms. hos Martyres, quos etiam in Ms. Vaticano, recenset: *In Africa Felicis*, *Symphroni*, *Laurentii*, *Ypoliti*, *Felicis*, *& S. Blasii*. Propterea, unde alios Baron. ex prælibato Ms. hausisset, non liquet.

(e) *In Oppido Vapingo Tigidis*, *& Remedii Episcoporum*. Alii Codices penes Scriptor. Gallic. *Tigridis*, *Tigris*, *& Teteri*. Martyrol. Corbejen. *Vappongo*. Martyrol. vet. Lucense: *Vampingo*. Martyrol. Epternacen. *Teridi*, *Remenii*. Vitium pro *Remedii*. Vetus Hieronymian. Lucen. *Tersidi*. Corbejen. *Eporeredi*, item Sphalma pro *Tigidis*, vel *Teridi*.

(f) *Lugduni Lupicini*, *& Felicis Episcoporum*. Apographa Martyrol. S. Hieronym. & illud Reginæ Sueciæ, Carthusian. Colonien. & Vvandelbert. *Lugduno depositio B. Lupicini Episcopi*. Silent Felicem. Alia Mss. *Lugduni SS. Lupicini Episcopi*, *Felicis*, *& Celerini*. Galesin. aliique: *& Martyrum*.

Raynaud. nutat, an hic Felix fuerit Bellicensis Episcopus; Martyr verò in Africa: Saussayus affirmat. Cardinal. Baron. in Notis: *Secundùm diversas tabulas Lugdunensis Ecclesiæ Episcoporum*, *quas descripsit Demochar. Felix cùm in illis non invenitur*, *alterius Civitatis Episcopus existimatur*. Adstruit Petr. de Natal. lib. 11. c. ult. num. 49. Bolland. tamen, & Henschen. Lupicinum cum Celerino, & Felice animadvertunt. Lugduni passum. An alii hic Lupicinus, & Felix Lugdunenses Episcopi, à Lupicino, & Felici Martyribus, & utrùm ambo Lugdunenses Episcopi, Fasta Lugdunen. consulenda.

(g) *Anscharii Bremensis Episcopi*. Liber Emortual. t. 1. Alem. pag. 155. *Ansker Episcopus obiit*. Baron. in not. *Ordinatus hic fuit Episcopus Bremensis an. 833. temporibus Gregorii Quarti Romani Pontificis*, *qui ad eundem misit Pallium*; *& (ut Trithem. ait) à Sergio Papa Secundo in Archiepiscopum sublimatus est Bremensis Ecclesiæ*, *cùm anteà Amburgensis fuisset consecratus Episcopus*. At Holstenius suis Animadversis: *Anscharius Archiepiscopus Hamburgensis*, *sed posteà destructo Hamburgo*, *Bremensis Episcopatus eidem commissus fuit*. Videnda S. Anscharii Vita à S. Remberto scripta: ubi hæc distinctè. Interim nil diffiniendum.

Disceptatio Topographica.

(a) *Sebaste in Armenia passio S. Blasii Episc.*

Rabanus, Beda vulgat. Notker. aliique: *In Sebaste Civitate Cappadociæ passio S. Blasii Episcopi*. Et profectò quidem Sebastia Geographis Ptolomæo lib. 5. c. 6. & Plinio lib. 6. c. 8. Urbs est Cappadociæ. Nec obtrudere officit, Ecclesias tum Græcam, tum Latinam certè Metropolim Armeniæ Minoris Sebastiam statuere; adeò ut in Concilio Nicæno subscripsisse legatur: *Eulogius Sebastenus Provinciæ Armeniæ Minoris*.

Nam Sebastia idcirco Armeniæ Minori tributa, quia fortè alii postea fuere, quàm illorum Scriptorum ævo, limites Cappadociæ constituti; quæ, teste ipso Plinio loco adducto, plurimis superflua Populis longissimè introrsus recedebat.

Cæterùm Græcor. Menæa, Martyrologia vetusta, & Acta penes Bolland. & Henschen. Sebastiam in Cappadocia celebrant. Nihilominus quum Topographorum sit hoc definire, ut modò Roman. Martyrologii lectio quodcumque prorsus excludat dubium, & quatenus sapientiores annuerint, sine addito: *In Armenia*, ut Rosuueyd. Notker. Ado, Canis. de Peregrin. ac Ms. Monaster. S. Richarii, S. Germani Lutetiæ, S. Mariæ Ultrajecti, & aliorum, proferat: *Sebaste passio S. Blasii Episcopi*.

xxvi. G Pridie Nonas Februarii. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

(d) *Philææ Episcopi & Soc.* Martyres. Ann. 302. Baron. eo an. n. 79. & seq. Ann. 303. Pagi eo. 1. eo an. nu. 6. & Acta Bolland. & Hensch. An. 305. Florar. Ms.

(e) *Remberti*. Obiit. Ann. 388. Baron. eo an. n. 7. Annum Mortis silent Acta Sæculi 4. Benedictini, ac Bollan. & Henschen.

FLorèntiæ ſancti Andrèæ Corsini Epiſcopi Feſulàni, cujus natàlis àgitur octàvo Idus Ianuàrii. (*a*) Romæ ſancti Eutychii màrtyris, qui illùſtre martyrium conſummàvit, ſepultùſque eſt in cæmetèrio Callìſti: cujus ſepùlchrum ſanctùs Dàmaſus Papa vèrſubus exornàvit. (*b*) Foroſempròniì ſanctòrum martyrum Aquilìni, Gèmini, Gelàſii, Magni, & Dònati. (*c*) Thmuis in Ægypto pàſſio beàti Philææ ejùſdem civitàtis Epiſcopi, & Philòromi tribùni mìlitum, qui in perſecutiòne Diocletiàni, cùm a cognàtis, & amìcis ſuadèri non poſſent, ut ſibi pàrcerent, ambò datis cervìcibus palmas a Dòmino meruèrunt: cum quibus ètiam innùmera multitùdo fidèlium ex eàdem urbe, paſtòris ſui ſequens exèmplum, martyrio coronàta eſt. (*d*) Eòdem die ſancti Rembèrti Bremènſis Epiſcopi. (*e*) Trecis ſancti Aventini Confeſsòris. (*f*) Pelùſii in Ægypto ſancti Iſidòri mònachi, mèritis & doctrina conſpìcui. (*g*) Eòdem die ſancti Gilbèrti confeſsòris. (*h*)

(a) *Acta Bolland. & Henſchen.* (b) *Baron. in not. & Acta cit.* (c) *Baron. in not. Vuandelbert. in Ephemerid. Petr. in Catal. lib. 3. c. 82. & Vſuard.* (d) *Baron. an. 302. n. 79. & ſeq. item Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 10.* (e) *Baron. an. 885. n. 103. An. 888. n. 7. Sur. t. 1. & Crant. hiſt. Eccleſ. Saxon. lib. 2. c. 2. 10. & 11.* (f) *Baron. in Not. Demochar. de Sacrif. Miſſæ. Bolland. & Henſchen. Acta.* (g) *Baron. an. 146. n. 29. An. 371. n. 34. An. 404. n. 78. An. 407. n. 18. An. 415. n. 28. & Nicephor. hiſtor. lib. 14. c. 28. 30. & 53.* (h) *Baron. an. 962. n. 17. Sigebert. Petr. in Catal. lib. 3. c. 82. & Sur. t. 3. ad 23. Maii.*

Auris ſapientum quærit doctrinam. Proverb. 18.

(c) *Foroſempronii Aquilini, Gemini, Gelaſii, Magni, & Donati.* Martyrolog. Epternacen. *In Foro Simphroni, Gemini, Gelaſi, Mamæ, Aquilinæ, Gemini. Item Gemini. Item Donati.* Martyrol. Corbejen. *Gelari Magni, Donatæ, Aquilini, Gemini, item Donatæ.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Gemini, Gelaſi, Magni, Donati, Aquilinæ, Germini. Item Donatæ.* Martyrol. Bluman. pro Donati, Germini: *Donati, Gemini.* Ms. S. Cyriaci, & Vatican. *Natale Gemini, Gelaſii, Manniæ, Donati, Aquilinæ.* Ms. Attrebatenſe, & Tornacenſe: *Natale, Gemini, Gelaſi, & Magni.* Ms. Lætien. antiquum: *Gemini, Gelaſi, Aquilini, Manni, Donati. Item Donatæ, Themi, Gelaſii.* Ms. Divit. Augiæ: *Gemini, Gelaſii, Mannii, Aquilini, & Donatæ.* Martyrolog. Roman. vet. pro Mannii, *Mammæ.* Raban. pro Mammæ, Donati: *Mali, Donati,* & addit: *Item Donati, Them, Gelaſii.*

(d) *Thmuis in Ægypto Philææ Epiſcopi, Philoromeni Tribuni, & innumera multitudo fidelium.* Martyrol. Epternacen. *Thimoi Filiæ Epiſcopi, cum Filia ſua.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Themoi.* Martyrol. Corbejen. *Themophili Epiſcopi cum filia ſua.* At Luxatè; ſcribendum quidem: *Thmuis, & Filææ.* Ms. Divionen. *In Civitate Ægypti Tmuium B. Phileæ ejuſdem Vrbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni, & innumerabilium Martyrum.* Martyrol. de Peregrin. *Floromi Tribuni.*

(e) *Remberti Bremenſis Epiſcopi.* Martyrol. Germanic. & alia Mss. *Apud Bremam S. Remberti.* Nil aliud.

(f) *Trecis Aventini Confeſſoris.* Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ: *Depoſitio Aventini Abbatis.* De Peregrin. & alia Mss. nomine Uſuard. & Bedæ: *Trecas Sancti Aventini Epiſcopi, & Confeſſoris, cujus geſta*

In doctrina verbum, ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nil habens malum dicere. ad Tit. 2.

sta habentur. Quoddam aliud Ms. penes Bolland. & Henschen. *Trecas S. Aventionis Episcopi, & Confessoris*. An idem, haud statuimus. Acta SS. apud eosdem Bolland. & Henschen. alium S. Aventinum in Gallia Episcopum exhibent. Ea inspicienda.

(g) *Isidori Monachi*. Horolog. Græcor. apud Molan. Auctar. ad Usuard. *Isidori Pelusiota*. Irenæus penes Pagi t. 2. ad ann. 433. *Isidori Abbatis*. Galesin. *Isidori Confessoris*.

(h) *Gilberti Confessoris*. Aliis: *Giliberti*, *Guiberti*, *Vuicberti*.

Cardinal. Baron. in Not. *Fuit is fundator Monasterii Gemblacensis*. Et in Annalib. *Obiit anno 962.* ut eo ann. nu. 17. Bolland. verò, & Henschen. alius ab hoc est, & Fundator Ordinis Sempricamensis in Anglia: ac obiit anno 1189.

(c) *Forosempronii, Aquilini, Gemini*, &c.

Disceptatio Topographica.

Usuard. Bellin. Maurolyc. de Peregrin. & Mss. plurima inscribunt: *Romæ in Foro Sempronii SS. Martyrum Aquilini, Gemini, &c.* Ex quibus modò ambigua videtur Roman. Martyrol. Lectio proferens: *Foro Sempronii*, quod forum ita simpliciter prolatum, pro Umbria Civitate ad Metaurum flumen intelligitur vulgariter; de qua Plin. lib. 7. c. 14.

Eminentissim. Baron. in Notis: *Textus est restitutus, qui dicebat: Romæ in Foro Sempronii, &c. Nam ex Foris Romæ positis, quia decem, & novem numerantur, nullum ex illis Sempronii dicebatur. Cùm itaque in vetustioribus Codicibus absque Romæ nomine sic tantùm legeretur: In Foro Sempronii; cùmque & Beda etiam ita legeret: in hunc modum est germana lectio restituta*: Adstipulaturque Alexander Fortunatus.

Ast non conveniunt Scriptores, quot Fora fuere: alii duodeviginti, alii plura, inter quæ potuit esse aliquod Romanum Forum, ex quo laudati Martyrologi ratè scripsere hos SS. Martyres *Romæ in Foro Sempronii*, sivè *Symphronii*. Quod Forum ita pro certò Prisci Romæ supposuere, ut Euseb. Beda, Felic. & Canis. Germanicæ edition. ac varia Mss. nempe S. Martini Trevir. S. Mariæ Ultraject. S. Gudilæ Bruxell. & S. Martini Tornac. penes Bolland. & Henschen. prætermisso: *Foro Sempronii*, indicant: *Romæ SS. Martyrum Aquilini, Gemini &c.*

Florentinius tamen vir doctissimus suis ad Martyrologium Hieronymianum observationibus suadet, nil vetare, quin Romani Martyres ad necem perducti fuerint Forum Sempronii, sive quia ibi militassent, sivè præsentia alicujus Iudicis; & dein Romanis tabulis adscripti.

Verùm tunc hoc asserendum, quando aliqua via insigni Romana uno ab Urbe lapide Martyrium sequutum fuerit; at Forum Sempronium Umbriæ Civitatis non solùm milliario intervallo via Flaminia Antonini itenerario ab Urbe Roma, sed milliariis centum, & ultra distat: Aliis: *cxxv*: Aliis: *clxxii*, & Aliis: *clxxiv*. Ex qua milliarium exuberanti distantia patere videtur, Martyres in Forosempronio Civitate Umbriæ, incongruè Romæ recenseri. Nè igitur modò Martyrol. Rom. Lectio hanc patiatur ambiguitatem, & majori sapientia præditi sic definire dignabuntur: sive ut Martyrologii S. Hieronymi Apographa penes Florentin. quæ die 2. Februar. *Romæ Foro Sempronii milliario ab Urbe clxxiv*, sivè ut Vuandelbert. & alia Mss. nempe Cænobii S. Cyriaci Romæ, Monasterii S. Maximini Treviren. & Ms. Lætien. antiquum, nulla loci nota præsignata, auspicetur: *Eodem die SS. Martyrum Aquilini, Gemini, Gelasii, Magni, & Donati Forosemproniensium*.

(d) *Thmuis in Ægypto passio B. Phileæ ejusdem Civitatis Episcopi*.

Disceptatio Topographica.

Suas ambages quoque hæc alia Martyrologii Lectio patitur, asserentibus aliis non Thmvis, sed Alexandriæ Philæam cum Philoromo abscisso capite Martyrium compleviffe, inter quos Combefitius ex Actis à Ruffino recognitis, ac Bolland. & Henschen. Aliis Thebaide, ut Valesius suis doctissim. Not. ad Eusebium lib. 8. c. 9. eo quia teste Epiphanio, Culcianus, sub quo hi Sancti mortem oppetierunt, Præfecturam Thebaide agebat.

Verùm obtrudi posset Philæam Martyrium Thebaide consummasse, ut ex antiquis Mss. Trithem. de Scriptorib. Ecclesiastic. & quòd Thmuis fuerit Episcopus, id quod Passevius in Apparatu Sacro ex Ms. Codice S. Martini adnotatum observat à Suffrido Petro pro *Thmuis*, haberi: *Thebais*; ut etiam retinet Codex Sigibertinus quatenus, & *Thmuis*, & *Thebais* retinendum, Thmuis, ubi Episcopus; Thebais, ubi Martyr. Nihilominus Thebais Regio est, non Urbs; & Acta à Ruffino tradita lib. 8. c. 9. exprimunt, Philæam illic Martyrio coronatum, ubi Episcopus præfuit: *Quod innumera fidelium multitudo ex eadem Urbe Pastoris sui vestigia sequens, persecutione Diocletiani Martyrio coronata est*. Quinimmo Lectioni hujus Romani Martyrol. refragatur, asserenti Philæam Thmuensem Episcopum, & Philoromum Socium, passos Thmuis in Ægypto.

Quòd si Martyrologia S. Hieronymi Apographa recenseant: *Themoi*, aut *Thimoi Filia Episcopi cum Filia sua*, undè Holstenius vir clarissimus commutandum autumat in *Thmuis Philæa Episc.*: Quum tamen acta, sive Latina penes Ruffinum, sivè Græca apud Combefitium, nil addant speciale

ciale de Filia Episcopo, & Filia sua, *Themoi*, seu *Thmuis* in laudatis Codicibus, elicitur esse alios à Philæa, & Philoromo: adstruunt Acta antiqua Combefisii edita, quæ habent diem natalem Philææ, & Philoromi die 24. Mensis *Pachon* juxta Ægyptios, vel potiùs *Choeac* juxtà Romanos 25 Januarii. Propterea facilè decepti fuere Scriptores, qui Philæam, pro Filia Thmuis scripserunt. Porro adhuc de Vrbe ambigi potest, an in Codicibus Hieronymianis non *Thimois*, seu *Themois*, aut *Thmuis* legendum, sed vel *Themisa*, propriè Oppidum Africæ Ptolomæo, sivè *Timus*, Urbs Asiæ Nicephoro Callisto, *Temis* dicta in Chronic. Eusebii: Ex quibus Florentinius fatetur, se in eam partem propendere, ut Filia Episcopus, & Filia sua sint alii Martyres à Philæa, & Philoromo. Verùm in præsentiarum non intendimus hoc definire, sed ipsas ambages patefacere, è quibus ut Martyrologii lectio abeat, & alii pro summa eorum sapientia decernerent, percurso *Thmuis*, habeat: *In Ægypto Beati Philea Episcopi, & Philoromi Tribuni:* reliquum, ut Romanum Martyrologium.

xxv. xxiv. A Nonis Februarii. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

A B C D E *F* F G H M N P

26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

CAtanæ in Sicilia natàlis sanctæ Agathæ vìrginis & màrtyris, quæ tempòribus Dècii Imperatòris sub Quinctiàno jùdice post alapas & càrcerem, post equùleum & torsiònes, post mamillàrum abscissiònem, post volutatiònem in tèstulis & carbònibus, tandèm in càrcere Deum precàndo consummàta est. (*a*) In Ponto commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, quorum àlii in persecutiòne Maximiàni plumbo liquènti perfùsi, àlii acùtis arundìnibus in ùnguibus cruciàti, ac multis horrèndis tormèntis vexàti, iisdèmque sæpiùs iteràtis, palmas à Dòmino, & corònas illùstri passiòne meruèrunt. (*b*) Alexandriæ sancti Isidòri màrtyris, qui in persecutiòne Dècii à Numeriano exèrcitus duce pro fide Christi càpite cæsus est. (*c*) Viènnæ beàti Avìti Epìscopi, & Confessòris, cujus fide, indùstria, atque admirabili doctrìna ab infestatiòne Ariànæ hæresis Gàlliæ defensæ sunt. (*d*) Brixinòne sanctòrum Episcopòrum Genuìni, & Albìni, quorum vita miràculis èxtitit gloriòsa. (*e*)

(a) *Agatha Virginis*. Martyr an. 253. Baron. eo an. nu. 28. Anno 251. Bollan. & Henschen.

(d) *Aviti Episc.* Obiit an. 516. Baron. eo an. n. 29. Anno 520. Florar. Ms. An. 524. Bollan. & Henschen. Die sequ. Saussayus. Die 17. Jan. Galesin.

(e) *Genuini, & Albini*. Die 5. Septembr. Florentin. & Raban.

(a) *Baron. an. 253. n. 28. Græci in Menologio, Lippoman. t. 5. Sur. t. 1. & Beda genuin.* (b) *Baron. in not. & Euseb. hist. lib. 8. c. 24.* (c) *Baron. an. 253. n. 126. & 139. Græci in Menolog. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1.* (d) *Baron. an. 188. n. 3. An. 494. n. 67. An. 516. n. 20. & 29. Ado in Chronic. ad an. 492. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 2. c. 54. aliique.* (e) *Baron. an. 638. n. 15. Paulus Diaconus de gest. Longob. lib. 3. c. 12. Petr. in Catal. lib. 3. c. 85. & Hunnius in Metropol. de Episcop. Brixinonen.*

Cor sapientis intelligitur in Sapientia. Ecclesiast. 3.

(a) *Catana in Sicilia S. Agatha Virginis*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi Epternacen. Corbejen. Lucen. & Bluman. *In Sicilia Catana Civitate Natale Agatha Virginis, Revocati, Saturi, Felicis, Saturnini, Gelasii*. Martyrol. Reginę Sueciæ Ms. ut Roman. Martyrolog. at *post Mammillarum abscissionem* subcollat; *Sed à Domino sanationem*, prosequitur; *post volutationem in testulis &c.* Martyrol. Antuerpien. die 12. Julii aliam Agatham Juniorem Cataniæ, sivè Cathenæ in Sicilia adscribit. Bolland. & Henschen. hac ipsa die fluctuant. Ipsi inspiciendi.

(d) *Viennæ Beati Aviti Episcopi, & Confessoris*. Aliis: *Alcimi Ecdicii*. Mautolyc.

Auris bona audit Sapientiam cum omniconcupiscentia. Ecclesiast. 3.

tolyc. & Felic. *Adiuti*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Mss. Aquisgranen. Centulen. Aliaque silent: *& Confessoris*.

Quæ Bolland. & Henschen. hac ipsa die recitant de Avito, Pagi t. 2. suæ Chriticæ Historico-Chronologicæ to. 2. ad ann. 516. n. 4. suadet modicæ fidei. Verùm ipsi viri eruditi interse contendant.

(c) *Brixinone Genuini, & Albini Episcoporum*. Aliis: *Brixia, Brixina, Brixino*. Item pro Genuini, & Albini: *Ingenui, Gemini, & Albuini*. Mautolyc. *Brixia*. Bellin. & de Peregrin. *In Civitate Brixina Sanctorum Confessorum Gemini, & Albini*, seu *Albuini Episcoporum*.

Cardinal. Baron. in Not. de Genuino: *Fuit Episcopus Sabionensis, qui cùm temporibus Longobardorum in exilium pulsus esset, ibi mortuus*. Hoc idem Petr. in Catal. lib. 3. c. 85. At Holstenius vir eruditus animadvertit: *Fuit Schismaticus hic Ingenuinus, & primo loco subscripsit Libello Episcoporum Aquilejensis Provinciæ ad Mauritium Imperatorem contra Sanctum Gregorium Magnum, quem publicavit ipse Baronius ad annum Christi 590. n. 28.* unde autumat à Romano Martyrolog. hac ipsa die expungendum, & idcircò forsan aliqui *Ingenui*, pro Genuini inscripsere, inter quos Martyrologii S. Hieronymi Apographa die 5. Septembris: *Ingenui Episcopi* panditant.

Verùm summi viri Bolland. & Hensch. t. 1. Februar. à pag. 669. ad pagin. 675. Acta Collecta exhibent, quæ Genuini Conversionem, exilium, & felicem obitum narrant; cujus Corpus Sabione Brixinam unà cum sede Episcopali translatum, ubi Ecclesia ejus honori, & venerationi extructa anno 1027. Alia vita extat ante 300. annos apud Petr. de Natal. Catal. SS. Ante 200. annos Bellinus suo Martyrol. quo Ecclesia Romana usus: undè Baron. uti repererat, reliquit; & tandem Hunnius Metropol. de Episcopis Brixinensibus: *Pleraque de Albino extare, verùm mutilata, & in nullum ordinem redacta, miraculis clarus, obiit Nonis Februarii*.

xxiij. B Octavo Idus Februarii. Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
A B C D E *F* F G H M N P
27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

(a) *Dorothea*. Martyr an. 314. Baron. eo an. n. 69. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. An. 287. Voragin. Ann. 289. Villegas. Anno 292. Florar. Ms. An. 300. Canis.

(c) *Silvani Episcopi*. Martyr an. 311. Baron. eo ann. nu. 48. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 29. Januar. Græci in Menæis.

CÆsarèæ in Cappadòcia natàlis sanctæ Dorothèæ virginis, & màrtyris, quæ sub Sapricio illius Provinciæ Præside primùm equùlei extensiòne vexàta, dehinc palmis diutissimè cæsa, ad ùltimum capitàli sentèntia punita est: in confessiòne Theòphilus quidam scholàsticus ad Christi fidem convèrsus, & mox equùleo acèrrimè tortus, novissimè glàdio cæsus est. (*a*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Saturnini Theòphili, & Revocàtæ. (*b*) Emèssæ in Phœnìcia sancti Silvàni Epìscopi; qui cùm eidem Ecclèsiæ annis quadraginta præfuisset, sub Maximiàno Imperatòre unà cum duòbus àliis objèctus fèris, membratìmque discèrptus, martyrii palmam accèpit. (*c*) Arvèrnis in Gàllia sancti Antholiàni màrtyris. (*d*) Eòdem die sanctòrum Episcòporum Vedàsti, & Amàndi, quorum vita & mors plùrimis miràculis èxtitit gloriòsa: è quìbus prior Atrebatènsium, alter verò Trajectènsium rexit Ecclèsiam. (*e*) Bonòniæ sancti Guàrini Epìscopi Cardinàlis Prænestini, vitæ sanctitate conspìcui. (*f*)

(e) *Vedasti Episc.* Obiit an. 570. Baron. in Not. Ann. 540. Bollan. & Hensch. ac Florentinius. *& Amandi Episc.* Obiit An. 661. Baron. eo an. n. 1. An. 689. vel 90. Pagi t. 3. ad ann. 661. n. 3. Die 7. Maii Martyrol. Ms. Monasterii S. Martini Tornaci.

(a) *Baron. an. 304. n. 69. & seq. Mombrit. t. 1. Sur. t. 1. prior. edit. Vsuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Bolland. & Henschen.* (c) *Baron. an. 311. n. 48. Græci in Menolog. Sirleti, Euseb. hist. lib. 8. c. 25. & lib. 9. c. 5. ac Niceph. lib. 7. c. 16. & 27.* (d) *Baron. in Not. Gregor. Turonen. hist. Franc. lib. 1. c. 3. Vsuard. & alii.* (e) *Baron. an. 418. n. 17. An. 459. n. 21. An. 632. per totum, & anu. 661.*

661. n. 1. Sur. t. 1. Sigebert. de vir. illustr. c. 106. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 4. & lib. 4. c. 35. (f) *Baron. in Not. Augustin. Ticinen. in Vit. Sur. t. 7. prioris editionis, & Ferrarius.*

Custodi Sermones, & reconde tibi. Proverb. 7.

(a) *Cæsarea in Cappadocia Dorotheæ Virginis sub Sapricio Præside: in cuius confessione Theophilus quidam scholasticus.* Martyrol. Corbejen. *In Cæsarea Cappadocia, Dorotheæ, & Theophili Scholastici.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. pro Theophili, *Ethiopoli.* Martyrolog. Epternacen. nulla loci præsignatione: *Alibi Revocatæ, Doroteæ, Theophili, Scholastici.* Notkerus, & Rabanus: *Dorotheæ Virginis, Christen, & Callisten.*

Ado, Galesin. & alii, item Mss. S. Maximini Ultrajecten. Brugen. & Bruxellen. Eccles. S. Gudilæ: *Fabricio Præside* Breviar. Roman. *Apricio Præside.*

Bolland. & Henschen. hac ipsa die: *Alexandriæ in Ægypto Dorothea Virgo Deo sacrata*: Florentin. die 12 Februarii: *In Alexandria Iuliani, Victoris, Felicis, Secundi, Severiani, Carpori, Germi, Quiriaci, Ammoni, Pamphili, Dorotheæ, Theofili.* An una, & eadem, ipsi summi viri inspiciendi.

Cardinal. Baron. in Notis: *Nomine Scholastici nuncupari sunt Rhetores, & Declamatores litium fictarum, qui deinde transirent ad tractandas veras.* Molan. tamen annot. 1. ad Martyrol. Usuard. hac ipsa die: *Sanctum Theophilum rectiùs Advocatum, quàm Scholasticum appellari: hoc enim nomen non nisi semel, idque per contemptum in Actis usurpari; esse enim Scholasticum Declamatorem versatum solùm in fictis causis, & otiosis, non in veris litibus.*

Rosuueyd. item in Onomastico ad vit. Patrum, de Scholaribus, & Scholasticis docet: *Nomen Scholasticus sæpè usurpari pro viro erudito, & eloquente, etsi nè fictè causas ageret, ut Declamator, nec veras, ut Advocatus.* Studiosus sapientia, qua pollet, definiat.

(b) *Eodem die Saturnini, Theophili, & Revocatæ.* Maurolyc. *Theophila.* Ms. Monaster. Albergen. *Theopholi.* Greven. Addit. ad Usuard. Molan. & Galesin. *Revocati.* Martyrol. Epternacen. *Alibi Anthobani, Saturnini.* Martyrol. Corbejen. *In Achaia Saturnini, Revocatæ, Victuriæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. promunt: *Revocati,* silent *Victuria.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Achaia, Saturnini.* Chronic. Hispalen. Fl. Dextri nomine ad Christi ann. 260. n. 2. *Viana in Gallæcia prope Tudem Civitatem passi sunt Theophilus, Saturninus, & Revocata Virgo.* Rursus ad an. 303. Comment. 2. n. 20. *Argenteolæ in Asturibus: Saturninus Theophilus, & Revocata.* Ex his lectionibus, solers Lector eligat, quam maluerit.

(c) *Silvani Episc.* Menologium Græcorum à Baronio in notis indigitatum, & item Menæa: *S. Martyris Silvani Episcopi, Lucæ Diaconi, & Mocis Lectoris.* Eadem prorsus Galesin.

Iusti sunt omnes Sermones, recti intelligentibus, & qui invenientibus. Proverb. 8.

(d) *Arvernis Antholiani.* Ms. Monaster. S. Laurentii Leodii, & Beda vulgat. *Anatholici*: Alia Mss. *Antholis.* Canis. *Anatholiani.* Labbeus: *Ancoliani.* Ms. S. Maximi Trevir. *Amiliani.* Galesin. *Iuliani.* Acta à S. Projecto vulgata, penes Bolland. & Henschen. c. 1. n. 9. *Passiones Martyrum Cassii, Victorini, Anatoliani, & Astrebodis, ac cæterorum SS. qui in eadem Vrbe Sanguinem fuderunt pro Christo.*

(e) *Eodem die SS. Vedasti, & Amandi Episcopor.* Martyrolog. Corbeien. ac Flor. Addit. ad Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Elnone Monasterio depositio Sancti Amandi Episcopi & Confessoris. Attrebatis depositio S. Vedasti Episcopi & Confessoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Et depositio S. Vedasti Episcopi.* Ms. Reginæ Sueciæ: *& alibi depositio S. Amandi Episcopi.* Raban. & Notker. *In Gallia Civitate Adcmeo depositio S. Vedasti Episcopi & Confessoris.*

(f) *Bononiæ Guarini Episcopi Cardinal.* Florar. Ms. *Item S. Narrini Episcopi Cardinalis, & Canonici Regularis.* Molan. & Canis. Addit. ad Usuard. *Præneste S. Episcopi, & Confessoris Garini.* Mendum *Narrini*, seu *Garini.*

(c) *Emessæ in Phœnicia S. Silvani Episcopi sub Maximiano Imperatore.*

Disceptatio Chronologica.

Primæva hujus Roman. Martyrol. lectio sub Gregor. XIII habebat: *sub Maximino.* Altera sub Urbano VIII: *sub Maximiano*, ut in præsentiarum.

Eminentiss. Baron. in not. admonet, se hanc posteriorem ex Græcorum Menologio, ex Euseb. hist. lib. 8. c. 25. & lib. 9. c. 5. & ex Nicephor. lib. 7. c. 16. & 25. hausisse, ex quibus cæteri transcripsere.

Verùm neque *Maximini*, neque *Maximiani* laudatum Menologium indicat, sed *Numeriani*, sub quo Silvanns illam Ecclesiam rexit: *Eodem die S. Martyris Silvani Episcopi, Lucii Diaconi, & Moci Lectoris, qui Imperatore Numeriano ex Regione Emesinorum Martyrium passi sunt.* Hoc idem in Menæis penes Bolland. & Henschen. ex quibus forsan Galesin. suo Martyrolog. *Emessæ in Phœnicia Sanctorum Martyrum Silvani Episcopi, Lucæ Diaconi, & Moci Lectoris; li Numeriano Imperatore* &c.

Eusebius verò, & Nicephor. idcircò loc. cit. sub Maximiano tradidere, quia persequutio in Christianos mota, inter

I quos

quos Silvanus; anno 310, & ab Euseb. hist. lib. 8. recensita, Galerii Maximiani Armentarii Edicto repressa fuit; dein à Maximino Galerio Cæsare Sororis filio sex elapsis mensibus excitata, non quidem altero Edicto, sed Præsidibus Urbis, & Provinciarum clam inductis, ut in Christianos sævirent, juxta Eusebium fusè, & dilucidè lib. 8. c. 2. & seq. & de Silvani cæde c. 5. Nicephor. lib. 7. c. 25. & sequ. ac Ruffin. lib. 9. c. 2.

Ast Baron. ad Christi an. 311. nu. 45. suadet, hæc ab Eusebio non exarata fuisse, sed ab alio adiecta.

Nihilominus ex hoc præsumpto negativo futile robur elicitur pro affirmativo opposito; Si enim ab alio adiecta fuere, neque à Nicephoro tradita. Ut igitur ex his Historicorum tricis hæc Romani Martyrol. lectio explodatur, quemadmodum à sua primæva Lectione recessit, ita & ab hac posteriori abeat, ac neutiquam expresso sub quo Cæsare, sicut de Sancto Victore ad 21. Iulii: licèt Baron. in not. ad oram marginalem suadeat: Sub Maximiano (Salvo tamen Sapientium placito) signet: *Emessæ in Phenicia Sancti Silvani Episcopi, qui cùm eidem Ecclesiæ annis 40. præfuisset, unà cum duobus aliis objectus feris* &c.

xxii.	C			Septimo Idus Februarii.						Luna.								7
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8					

(c) *Adauci.* Martyr an. 309. Baron. eo ann. nu. 22. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. Bolland. & Henschen.

(e) *Theodori.* Martyr an. 315. Baron. eo ann. n. 47. Ann. 319. Pagi t. 1. ad an. 316. n. 7. Die seq. Græcor. Menæa, Molan. & Galesin.

(g) *Richardi.* Obiit an. 750. Baron. eo an. n. 3. An. 721. Coint. ad 738. nu. 4. Ann. 722. Acta Bolland., & Henschen.

SAncti Romuàldi abbàtis, monachòrum Camaldulènsium Patris, cujus dies natalis àgitur tertiodècimo Kalèndas Iulii. (*a*) Augùstæ in Britànnia natàlis beàti Auguli Epìscopi, qui ætàtis cursum per martyrium explens, ætèrna præmia suscìpere mèruit. (*b*) In Phrygia sancti Adàuci màrtyris, qui ex Itàlia gènere clarus, & omni ferè dignitàtum gradu ab Imperatòribus honoràtus, dum adhuc Quæstoris officio fungerètur, martyrii coròna pro fidei defensiòne dignàtus est. (*c*) Item plurimòrum sanctòrum màrtyrum urbis unius civium, quorum dux erat idem Adàucus: qui cùm omnes Christiàni essent, & constànter in fidei confessiòne persìsterent, à Galèrio Maximiàno Imperatòre igne consùmpti sunt. (*d*) Heraclèæ sancti Theodòri ductòris mìlitum, qui Licìnio imperànte, post multa tormènta truncàtus càpite, victor migràvit in cælum. (*e*) In Ægypto sancti Mòysis Epìscopi venerabilis, qui primùm in erèmo vitam solitàriam duxit; deìnde, petènte Màuvia Regìna Sarracenòrum, Epìscopus factus, gentem illam ferocìssimam magna ex parte ad fidem convèrtit, & gloriòsus mèritis quièvit in pace. (*f*) Lucæ in Tùscia depositio sancti Richàrdi Regis Anglòrum. (*g*) Bonòniæ sanctæ Iulianæ vìduæ. (*h*)

(a) *Baron. an. 974. n. 2. & an. 977. n. 1.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 3. c. 115. Usuard. Ado, & Vuandelbert.* (c) *Baron. an. 309. n. 22. & sequ. Euseb. hist. lib. 8. c. 23. & Nicephor. lib. 7. c. 10.* (d) *Iidem ibid.* (e) *Baron. an. 316. n. 47. Græci in Menol. Sirleti, Lippom. t. 5. & Sur. t. 1.* (f) *Baron. an. 372. n. 103. & sequ. Ruffin. hist. lib. 6. c. 38. & Theodoret. lib. 4. c. 2.* (g) *Baron. an. 750. n. 5. ac Sur. t. 1.* (h) *Baron. in not. item Acta Bolland. & Henschen.*

Cor Sapientis erudiet os ejus. Proverb. 16.

(a) *Augusta in Britannia Auguli Episc.* Aliis: *Britanniis*; item *Augulii*, *Angulii*. Martyrol. de Peregrin. *Aulei*. Martyrol. Epternacense: *Brittania Civitate Augusta Natale Auguri Episcopi, & Martyris*. Martyrolog. Corbejen. *In Brittanniis Civitate*

Labia Sapientum disseminabunt scientiam. Proverb. 16.

te Augusta, *Auguli Episcopi*, *Anatoli*, *Andrea*, *Ammonis*, *Statiani*, *Nepotiani*, *Saturnini*, *Lucii*, *Saturnina*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Saturninæ: *Saturna*. Kalendar. quoddam Hieronymian. penes Canonic. Lucen. *v i i i Idus*, *Auguli*, *Marii*, *Lucii*. Beda genuin. *vii Idus Britanniis in Augusta Natale Augusti Episcopi*, *& Martyris*. Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *Et Martyris Anatolii*. Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Et SS. Statiani*, *& Saturnini*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Civitate Agaste*. Usuard. Ado, & Petr. de Natal. *Augustæ Vrbis*, *Auguli Episcopi*, *& Martyris*. Florentinius *Augusta Vrbe* legendum, non *Auguria*, neque *Agasta*. Plura de hac Britannorum *Augusta* Bolland. & Henschen. hac ipsa die.

(c) *Audaci*. Nicefor. *Adaucti*. Chronic. Iulian. Petr. *Septimo Februarii sub Diocletiano in Hispania Civitate Frigia, quæ nunc dicitur Frias, in veteronibus innumerabiles Martyres sub Duce Adauco Cive, & ipsi Cives horribiliter combusti, in quibus Virgines, Matronæ, Nobiles, ac totus Senatus, & Clerus patitur*. Eadem ferè Salazar. At perperam relata Bolland. & Henschen. putant.

(e) *Theodori*. Cardinal. Baron. in not. duos recenset Theodoros, unum hac die, *Ductorem Militum*, alterum ad 9. Novembris, agnomine *Tyro*. Bollan. & Henschen. tres, unum hac ipsa die, *Ducem Heracleæ in Ponto*, alterum 9 Februar. *Ductorem Militum*, & tertium ad 17 Februar. cognomento *Tyro Amaseæ in Ponto*.

(f) *Moysis Episcopi*. Quamplures Codices: *Moysetis*. Mss. Leodien. S. Lamberti, & Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *S. Moysetis Venerabilis Episcopi*. Usuardus etiam, & Rosuueyd. *Moysetis*. Acta Bolland. & Henschen. hac eadem die alium Moysem exhibent Abbatem, & Martyrem in Ægypto cum sex Monachis. Ea inspicienda. Græci quoque in Menologio ad 28 Augusti alium Moysem Anachoretam, *Æthiops* dictum asserunt.

(g) *Richardi*. Baron. ad an. 750. nu. 4. *Richardi Regis Anglorum*. At Pagi to. 3. eo ann. n. 4. *Genere tantùm*, *& rebus clari*.

xxi. D Sexto Idus Februarii. Luna 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
A B C D E *F* F G H M N P
29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

SAncti Ioànnis de Matha confessoris, Ordinis Sanctissimæ Trinitàtis Redemptiònis Captivòrum Institutòris, qui sextodècimo Kalèndas Ianuàrii obdormivit in Dòmino. (*a*) Romæ sanctòrum màrtyrum Pauli, Lùcii, & Cyrìaci. (*b*) In Armènia minòri natàlis sanctòrum màrtyrum Dionysii, Æmiliani, & Sebastiàni. (*c*) Alexandrìæ passio sanctæ Coìnthæ màrtyris sub Dècio Imperatòre: quam Pagàni corrèptam, ad idòla perducèntes, adoràre cogèbant; quod cùm illa èxecrans recusàret, pedes ejus vìnculis innectèntes, & eam per platèas civitàtis trahèntes, horrèndo supplìcio discerpsèrunt. (*d*) Constantinòpoli natàlis sanctòrum màrtyrum Monachòrum monastèrii Dei, qui ob defensiònem fidei Cathòlicæ, cùm ferrent litteras sancti Felicis Papæ advèrsùs Acàcium, dirissimè cæsi sunt. (*e*) In Pèrside commemoràtio sanctòrum Màrtyrum, qui sub Càbade Rege Persàrum ob Christianam fidem divèrsis supplìciis necàti sunt. (*f*) Papiæ sancti Iuvèntii Epìscopi, qui strènuè in Evangèlio laboràvit. (*g*) Mediolàni deposìtio sancti Honoràti Epìscopi, & Confessòris. (*h*) Virodùni in Gàllia sancti Pauli Epìscopi, miraculòrum glòria illùstris. (*i*) Apud Morètum in agro Lemovicènsi natàlis sancti Stèphani abbàtis, Ordinis Grandimontènsis Institutòris, virtùtibus, & mi-

(d) *Cointha*. Martyr an. 252. Baron. eo ann. nu. 3. Ann. 294. Bollan. & Henschen. Die 15. Ianuar. Carthusian. Colonien. Addit. ad Usuard. Die 19. Februar. Mautolyc.

(h) *Honorati Episc*. Obiit an. 570. Baron. eo an. n. 9. Bolland. & Hensch. Ann. 572. Pagi t. 2. ad an. 581. n. 8.

(i) *Pauli Episcopi*. Claruit tempor. Dagobert. Reg. ann. 621. Baron. in not. At Bollan. & Hensch. opponunt.

(k) *Stephani Abb*. Obiit an. 1126. Baron. eo ann. nu. 17. An. 1124. Pagi tom. 4. ad an. 1126. n. 5.

miràculis clari . (*k*) In monastèrio Vallisumbròsæ beàti Petri Cardinàlis , cognomènto Ignei , qui per ignem illæsus transìvit . (*l*)

(a) *Acta Bolland. & Henschen.* (b) *Baron. in not. Acta relata .* (c) *Baron. in not. Vsuard. Ado , & Vuandelbert.* (d) *Baron. 252. n. 3. Euseb. hist. lib. 7. c. 34. & Nicephor. lib. 5. c. 30.* (e) *Baron. an. 484. n. 33. Nicephor. hist. lib. 16. c. 36. & Cedren.* (f) *Baron. in not. Nicephor. loc. cit. & Theophan. hist. Miscell. lib. 15.* (g) *Baron. an. 381. n. 83.* (h) *Baron. an. 570. n. 9. Paul. Diacon. de gest. Longob. lib. 2. c. 12. & Galesin.* (i) *Baron. in not. Sur. t. 1. hac die , & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 258.* (k) *Baron. an. 1226. n. 17.* (l) *Acta Bolland. & Henschen.*

Erit tempus, cùm sanam doctrinam non substinebunt. 2. ad Timoth. 3.

(b) *Romæ Pauli , Lucii , & Cyriaci .* Martyrol. Epternacen. Corbejen. & Roman. vet. *Romæ depositio S. Pauli Episcopi , Alibi Lucii .* Martyrol. Hieronymian. Lucen. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. ac pervet. Ms. S. Mariæ ad Gradus Colonien. *Romæ depositio S. Pauli Episcopi .* Mss. S. Cyriaci . Attrebaten. & Lætien. addunt : *Lucii .* Martyrol. de Peregrinis: *Et Cyriaci .* Martyrol. S. Gudilæ Bruxell. : *Romæ S. Pauli Episcopi , & Confessoris , & SS. Lucicii , & Cyriaci .* Chronic. Luitprand. *Memoria S. Pauli Episcopi Iavecani, qui Romam dum visitat , cum aliis duobus, sub Decio Martyrium patitur VI Idus Februar.*

Cardinal. Baron. in Notis : *Restituuntur iidem ex sæpius citato vet. Manuscripto Martyrolog. Monasterii S. Cyriaci .* Verùm hoc Ms. penes Bolland. & Henschen. hæc habet : *Romæ depositio S. Pauli Episcopi , & Alibi Luci , & depositio Thomæ .*

(c) *In Armenia Minori Dionysii , Æmiliani , & Sebastiani .* Ms. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Armenia SS. Dionysii , & Sebastiani .* Ms. Divionense non præsignato Agonis loco : *VI Idus Dionysii , Æmiliani , & Sebastiani .*

(d) *Alexandriæ Cointhæ Martyris .* Græcè *Koir.* Latinè : *Quinta .* Aliis : *Cuinta , Coynta , Coynda , Chorintha , Coyta , Conita , Chonitas , Connita , Covica , Chorinthea , Chonta , Concha , Tonita , Thonna .* Martyrol. de Peregrin. *Coita .* Greven. Addit. ad Usuard. *Tonita* , sivè *Cointha .* Florar. Ms. *Concha .* Mautolyc. ad 29 Februar. *Alexandriæ SS. Iuliani , Eupi , Macarii , Epimachi , Alexandri , Metrani , Apollonia , Ammonia , Cointhæ , cum aliis decem , Martyrum sub Decio .*

Mirum videtur *Cointha* græcè formatum . Græcus enim ille Nicomediensis Episcopus die 8. Martii in Romano Martyrolog. non effertur ad Græcam formam: *Koirdos* , sed *Quintilis .*

(g) *Papiæ Inventii Episcopi .* Aliis : *Eventii , Inventii , Yuentii , Iuvenci , Hiventii, Quentii , Tentii , Hyventis .* Ms. Vatican. subducto loco : *VI Idus S. Inventii Episcopi , & Confessoris .* Ms. S. Cyriaci : *Venuntii .*

(d) *Alexandriæ S. Cointhæ Martyris , quæ sub Decio Imperatore .*

Argue in omni doctrina . 2. ad Timoth. 3.

Euseb. lib. 7. c. 84. Epistolam refert Dionysii Alexandrini Episcopi ad Fabium, quæ , persequutionem in Christianos ante Decium Alexandriæ contigisse , enarrat : Id quoque Nicephor. lib. 5. c. 3.

Discepcatio Chronologica.

Eminentissim. Baron. de S. Metrano in notis ad 31. Ianuar. *Alexandriæ Natal. S. Alexandri Martyris , qui sub Decio Imperatore , cùm ad jussionem Paganorum , &c.* (ita de Metrano , Serapione , & aliis adnotat) *Non quidem post excitatam à Decio persecutionem , sed Decii tantùm tempore , scilicet paulò ante Decium , recta latinitate positum hoc modo .*

Ast hoc ingenuissimum Effugium eàmet laudata Dionysii Epistola diluitur apud Euseb. lib. 8. c. 39. *Non ex Imperatoris Decii edicto apud nos Persecutio incepta fuit , sed integro anno perverterat .* Unde non Decii tempore , sed anno integro Imperium Decii præcedente cogimur hos Martyres constituere .

Et quamvis Baronius iisdem Notis instet , hoc Martyrium signari nequit sub Philippo , habito communiter pro Christiano ; ac proinde sub Decio .

Hoc quidem verum , Philippum ex Imperatoribus primum Christianum fuisse : quò ad illos tamen Christianos , in quos per integrum annum nulla persequutio mota fuit , nec à Decio , quibus clementiùs se gessit , quàm Gentilium turba per totum jam dictum tempus in Christianos grassata : At Decius omnino postea commutatus , & dirissimo Edicto promulgato , eos sævissimè ad mortem usq; persequutus fuit, anno videlicet uno , & mensibus sex , plus minusve , ut ex Cassiodoro Baronius in Annalibus : aut annis duobus , mensibusque sex , juxta Eutropium , Zonaram , Honuphrium , aliosque Historicos .

In Christianos verò Alexandrinos integro anno ante Decii Edictum Philippus sæviit , aliis Ecclesiis alta pace fruentibus, ut erudite Pagi suæ Chriticæ Historico-Chronologicæ t. 1. ad ann. 284. num. 8. eamet Dionysii Epistola , quæ : *Nequaquam ex Imperatoris Edicto persecutio apud nos cœpta est , quippè quæ integro anno antè verterat .*

Ve-

Verùm quùm iterum die ſequenti pro S. Apollonia hoc expendendum; modò ſicut de S. Pione ad 1. Februar. Roman. Martyrol. non exprimit ſub quo paſſus, tametſi Baronius in Notis ſentiat in perſequutione Decii, uti & in Annalibus ad ann. 254. nu. 1. Aliis refragantibus, ſub Marco Aurelio aſſerentibus, ita (ſi Saniores id cenſebunt) dempto: *ſub Decio Imperatore*, ut Græcor. Menæa, Notker. Uſuard. Ado, & de Peregrin. promatur: *Alexandriæ paſſio Sanctæ Cointhæ Martyris, quam Pagani correptam* &c.

xx. E Quinto Idus Februarii. Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

A B C D E *F* F G H M N P

1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

(a) *Apolloniæ.* Martyr an. 252. Baron. eo an. n. 4. An. 249. Bollan. & Henſchen.

(d) *Nicephori.* Martyr ann. 260. Baron. nu. 32. Anno 258. Bollan. & Henſchen.

ALexandriæ natàlis ſanctæ Apollòniæ vìrginis, cui perſecutòres ſub Dècio dentes omnes primùm excuſsèrunt: deindè conſtrùcto ac succènſo rogo, cùm comminarèntur vivam ſe eam incenſùros, niſi cum eis impia verba profèrret; illa pàululùm intra ſemetìpſam delìberans, repèntè ſe de manibus impiòrum proripuit, & in ignem, quem paràverant, majòri ſancti Spìritus flamma intus accènſa, ſponte proſilìvit, ìta ut perterrerèntur ètiam ipſi crudelitàtis auctòres, quòd pròmptior invènta eſſet ad mortem fèmina, quàm perſecùtor ad pœnam. (*a*) Romæ paſſio ſanctòrum màrtyrum Alexàndri, & aliòrum trigintaòcto Coronatòrum. (*b*) Solis in Cypro ſanctòrum màrtyrum Ammònii, & Alexandri. (*c*) Antiochìæ ſancti Nicèphori màrtyris, qui ſub Valeriàno Imperatòre càpite cæſus, martyrii corònam accèpit. (*d*) In Africa in Caſtèllo Lemelènſi ſanctòrum màrtyrum, Primi, & Donàti diaconòrum, qui cùm altàre in Ecclèſia tutarèntur, a Donatìſtis occìſi ſunt. (*e*) In monaſtèrio Fontanèllæ ſancti Ansbèrti Rhotomagènſis Epìſcopi. (*f*) Canùſii in Apùlia ſancti Sabìni Epìſcopi, & Confeſsòris. (*g*)

(e) *Primi, & Donati.* Martyres circ. 348. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 362. Bollan. & Henſchen.

(f) *Ansberti.* Obiit anno 695. Baron. eo ann. n. 8. Anno 698. Mabillon. Sæcul. 2. Benedict.

(a) *Baron. ann. 252. n. 4. Euſeb. lib. 6. c. 34. Nicephor. lib. 5. c. 50. Vſuard. Ado, cæterique latini.* (b) *Baron. in not. Acta Bolland. & Henſchen.* (c) *Iidem ibidem Vſuard. & alii.* (d) *Baron. an. 260. n. 32. Græci in Menolog. Sirleti, Lippom. t. 5. & Sur. t. 1.* (e) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen. Acta.* (f) *Baron. ann. 695. n. 8. Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 4. c. 52. Molan. Indic. SS. Belg. Sigebert. in Chron. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 108.* (g) *Baron. an. 543. nu. 13. & an. 1091. n. 10. & ſequ.*

Ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque. Pſal. 118.

(a) *Alexandriæ Apolloniæ.* Martyrol. Epternacen. & Corbejen. *Alexandriæ Pauli, Dionyſii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Alexandriæ Pauli, Cunici.* Martyrol. Bluman. pro Cunici: *Dionyſii.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Alexandriæ, Pauli, & aliorum triginta octo.* Ms. Vatican. ſine Agonis palæſtra: *VI Idus Natale Alexandri, & aliorum triginta octo.*

Verùm die ſequenti Apographa Martyrol. S. Hieronymi: *IV Idus Februarii: Alexandriæ Apollonis, Prothei, Orionis, Plauſi, ſeu Plavi, & aliorum XX.* Martyrolog. item Reginæ Sueciæ Ms. *IV Idus Alexandriæ Apollonis, & aliorum viginti.* An pro Apollonis, ſivè Apollonii: *Apolloniæ*, ſuſpicandum: at *Apollonis* conſtanter promunt.

Martyrolog. German. Greven. ad Uſuard. ac Ferrar. in Not. hac die: *Paſſio S. Apolloniæ Virginis, & Martyris, ſub Iuliano Apoſtata Martyrio Coronatæ.*

An eadem quatenus de nobili genere Senatorum orta, dein Alexandriæ ſub Iuliano

Reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. Pſal. 118.

Iuliano passa incompertum. Acta Bolland. & Henschen. consulenda. Interim Fasta S. Hieronymi nomine ad 18 Decembris Romæ Apolloniam habent: *xv Kal. Januarii: Roma Luca Virginis, & Anceja Regis simul, & Antonini, Erenei, Theuderi, Papeusa, Apollenia, Apemia, Penetis, Coson, Arionis, Papisci, & Saturii, Villoris cum aliis viiii.*

(b) *Roma Alexandri, & aliorum triginta octo.*

Cardinal. Baron. in Not. *Restituuntur iidem ex veteri Cod. Manuscripto Monasterii S. Cyriaci.* Verùm prælibatus Codex penes Bolland. & Henschen. t. 2. Martii nullam Martyrii Palæstram præsignat, & panditat: *v Idus Februar. Natale Alexandri, & aliorum triginta octo.*

(c) *Solis in Cypro, Ammonii, & Alexandri.* Aliis: *Apud Cyprum: Suevo, Sueno, Svveno, Smeno, Sieno, Dueno.* Item pro Ammonii: *Ammonis, Amonii, & Amonis.* Mss. Attrebatense, Tornacense, Lætien. & Colonien. *Sveno apud Cyprum Natale Alexandri, Ammonis, & Didymi.* Martyrol. Richenovien. sivè Augiæ Divitis prope Constantiam, & Epternacen. Hieronymian. *Apud Cyprum natale Alexandri, Ammoni, & aliorum xx.*

Cardinal. Baron. in Not. *Agunt de iisdem. Beda, Usuard. & alii omnes hac die; Consentiuntque vet. Manuscrip. licet alia: Ægyptus, loco Cypri ponant, & alia habeant: Soli, loco Suevi, estque mea sententia verior Lectio. Solis dicta est Civitas in Cypro, de qua Strabo lib. 14. & alii.* Bolland. & Henschen. nullum hactenus se reperisse testantur Codicem Ms. hos Martyres *In Ægypto*, aut *Solis in Ægypto* ferentem.

(d) *Antiochia Nicephori Martyris.* Molan. Auctar. ad Usuard. *Die nona Sancti Martyris Nicephori*, non meminit *Antiochia.*

(f) *In Monasterio Fontanella Ansberti Rhotomagensis Episc.* Bellin. & de Peregrin. *Amsuberti.* Greven. Auctar. ad Usuard. *Ausberti.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alto Monte super Sambre depositio S. Ansberti Episc.* Martyrol. Bluman. *& Confessoris.* Ms. quoddam S. Richarii, & alia: *Ansberti Episcopi, & Confessoris.*

Saussayus Martyrol. Germanico, duos Ansbertos Episcopos hac die ponit, unum Abbatem Moysiacensem, alterum Fontanellæ. Bolland. & Henschen. hac ipsa die unum eumdemque esse tradunt.

(g) *Canusii in Apulia S. Sabini Episcopi.* Kalendar. Capuan. Monaster. S. Joann. *Depositio erit S. Sabini Episc.* Aliud ejusdem Cænobii: *S. Savini Canusini Episcopi.* Aliudque etiam: *S. Savini Episcopi, & Confessoris.* Ms. Carthusiæ Bruxellen. *In Canosina Civitate SS. Episcoporum Sabini, & Vuinaudi.* Kalendar. Hieronymian. Canonic. Lucens.: *v Idus, & Savini Canusina. v Non. S. Savini Episcopi.* An *Sabini*, & *Savini* sint duo ejusdem Civitatis Episcopi, vel unus, & idem, Canusienses ipsi Acta Bolland. & Henschen. consulant.

(a) *Alexandria Natalis S. Apollonia Virginis, cui persecutores sub Decio.* *Disceptatio Chronologica.*

Valerius in Notis ad Eusebium *sub Philippo* prostat: adstruitque Epistola Dionysii Alexandrini ad Fabium Episcopum Antiochenum, penes Eusebium lib. 6. c. 41. ferentem anno Christi 252. persequutionem in Christianos Alexandriæ excitatam, quo ævo & *Decii* persequutio sæviebat, & hæc Sancta Virgo Martyr occubuit, ut Baronius eo anno numero 4.

Nihilominus alii Historici persequutionem in Christianos Alexandriæ ex motu populari ortam anno supputant 248. ut idem Valer. vel 249. ut in Annal. Cyprianic. Pearsonius; ac proinde sub Philippo, à quo mota *Emiliano, & Aquilino Coss.*

Quòd si fortè obtruderetur, persequutionem à Philippo motam, adeò levem, brevique intervallo fuisse, ut una eademque cum illa Decii reputetur: quamobrem Usuard. Ado, omnesque antiqui eam sub Decio reposuere.

Hoc tamen ex Dionysio non elicitur, promente: *Quamquam ex Imperatoris Edicto persecutio apud nos cœpta est, quippè qua integro anno anteverterat.* Qualis dein hæc persequutio, quantave fuerit, Dionysius ipse Epistol. Paschal. apud laudatum Eusebium lib. 7. c. 22. panditat: *Multa quidem, & acerba ante hanc calamitatem contigerunt. Primùm enim nos expulerunt, cùmque soli fugaremur, & morti exponeremur, etiam cùm festum celebravimus*, Paschale scilicet. Item Sulpicius Severus: *Severo Imperante Christianorum vexatio fuit, interjectis deinde annis octo, & triginta, pax Christianis fuit, nisi quòd medio tempore Maximinus nonnullarum Ecclesiarum Clericos vexavit.* Ex quibus Pagi vir eruditus t. 1. ad an. 248. n. 8. Si Severus Christi anno 211. è vivis excessit, illi anni triginta octo, cum anno trecentesimo quadragesimo octavo terminantur; adeoque posito per integrum annum ante edictum *Decii* persequutionem *Philippi* sæviisse; nequit anno Christi 252. addici, neque reputari una simul cum illa Decii anno 252. incepta. At quidquid de hac veritate iterum, cùm de S. Polychtonio die 17. Februarii, discutienda; in præsentiarum, quemadmodum de Epicteto, Jucundo, & Sociis die 9 Januar. Roman. Martyrolog. non indicat

sub

ſub quo paſſos, tametſi Baron. in Notis animadvertat ſub Decio; ita, ſi ſumma aliorum ſapientia dijudicabit, prætetito: *tempore Decii*; ut de Peregrinis, ſedulò proferret: *Alexandriæ S. Apolloniæ Virginis, cuj perſecutores dentes omnes primùm excuſſerunt.*

xix. F Quarto Idus Februarii. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
A B C D E *F* F G H M N P
2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

(a) *Zotici, & Soc.* Die ſeq. quædam Mss. nomine Bedæ.
(c) *Soteris.* Martyr anno 304. Baron. eo an. n. 27. Anno 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Ann. 293. Bolland. Henſch. Ann. 286. Florar. Ms. Die 6. Febr. Notker. Holſt. & Florentin.

ROmæ ſanctòrum màrtyrum Zòtici, Irenæi, Hyàcìnthi, & Amàntii. (*a*) Ibìdem via Lavicàna ſanctòrum decem Mìlitum màrtyrum. (*b*) Item Romæ via Appia ſanctæ Sotèris virgìnis & màrtyris, quæ (ut ſcribit ſanctus Ambròſius) nòbili gènere nata, parèntum Conſulàtus & Præfectùras ob Chriſtum contèmpſit; jùſſaque immolàre, nòn acquièſcens, gràviter & diutìſſimè àlapis cæſa eſt; & cùm cætera quoque pœnàrum gènera viciſſet, percùſſa glàdio, læta migràvit ad ſponſum. (*c*) In Campània ſancti Silvàni Epìſcopi, & Confeſsòris. (*d*) In Stàbulo Rhodis in territòrio Senènſi ſancti Guilièlmi eremitæ. (*e*) Apud montem Caſſinum ſanctæ Scholàſticæ vìrginis, ſoròris ſancti Benèdicti abbàtis, quì ejus ànimam inſtar colùmbæ migràntem è còrpore, in cœlum aſcèndere vidit. (*f*) In pago Rhotomagènſi ſanctæ Auſtrebèrtæ vìrginis, miràculis cèlebris. (*g*)

(e) *Guilielmi.* Obiit ann. 1156. Baron. in not. Anno 1157. Pagi t. 4. eo an. n. 6.
(f) *Scholaſticæ.* Die 6. Februar. Martyrol. Aquiſgranen.

(a) *Baron. in not. Acta Bolland. & Henſchen. Vſuard. Ado, & alii.* (b) *Iidem ibid.* (c) *Baron. an. 304. n. 27. & ſequ. Sur. t. 3. prior. edit. ad 11. Maii in Act. S. Pancrat. Vſuard. Ado, cæteriq.* (d) *Baron. in not. ac Bolland. & Henſchen. Acta:* (e) *Baron. in not. & Sur. t. 1.* (f) *Baron. an. 664. n. 29. S. Gregor. Pap. lib. 2. Dialogor. c. 33. & 34. Vſuard. Ado, aliique omnes.* (g) *Baron. an. 695. n. 9. Sur. t. 1. Petr. in Catal. lib. 3. c. 111. ac Vſuard. hac die.*

Audi, & accipe conſilium intellectus. Eccleſiaſt. 6.

(a) *Romæ Zotici, Irenæ, Hyacinthi, & Amantii.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Zotici, Iacinthi, Hirenei, Dioniſii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Roma Zotici, Herenæ.* Ms. S. Cyriaci, ut Roman. Martyrol. verùm addit: *Et aliorum nonaginta.*

Cardinal. Baron. in notis hos Martyres refert ſub *Hadriano Imperatore, & Licinio*, aliàs *Iunio Conſulari*. Ferrar. Catal. SS. Ital. & Galeſin. *ſub Decio*. Alii hoc definiant.

Baron. item iiſdem not. *In Aventino in vinea Capranicorum è regione hortorum Farneſiorum ſupereſt adhuc ædes in memoriam S. Zotici erecta, in cujus parietibus, more majorum, ejus Martyrii hiſtoria depicta cernitur: adeſt & Confeſſio, ubi aliquando Sancti Martyris corpus aſſervatum fuiſſe conici poteſt.* At multi Martyres nomine *Zotici* in Sacris Dypticis, undè non videtur, cur laudatum Monumentum ſit potius hujus Zotici, quàm alterius: Et incompertum quidem penes ſummos viros Bollan. & Henſchen.

(c) *Romæ Soteris Virginis, & Martyris.* Alii: *Soter, Soteridis, Soteretis, Sotyris, Sotera, Sorothedis, Sothyris, Sorathedis.* Gruter. Inſcript. pag. 110. *Soter* pro Viri nomine: pag. 662. pro Mulieris. Martyrol. Epternacen. *Romæ natalis Soteris. Et via Lavicana Zotici, & Amantii.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Soteris, Zotici, Iacinthi, Hirenei, Dionyſii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Roma Sotyris, Zotici, Herenæ.* Beda genuin. *Romæ SS. Zotici, Irenæi, Hyacinthi, & Amantii.* Ms. S. Cyriaci addit: *Et aliorum nonaginta.* Ms. Attrebaten. & Lætien. nulla loci nota: *Eodem die, & S. Soteris.* Ms. Beneventan. penes Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. Neapoli in Sched. Antonii Caraccioli

Vir conſilii non diſperdet intelligentiam. Eccleſiaſt. 32.

cioli hac ipſa die, ac alia Mss. ut Bruxellen. S. Gudilæ, Treviren. S. Maximini, Leodien. S. Lamberti, pleraque alia: *x Februarii in Oriente S. Soteris Virginis, quæ graviter, & diutinſque alapis cæſa, cùm cætera quoque pœnarum genera viciſſet, gladio martyrium conſummavit*. Hoc idem Uſuard. An plures Soterides, Florentinius, Bolland. & Henſchen. conſulendi. Baron. in Not. hanc illam Soterem putat, de qua in Act. S. Pancratii Martyris apud Sur. t. 3. prior. edit. ad 12 Maii hæc verba: *Eodem tempore paſſa eſt Sacratiſſima Virgo Soteris nobili genere orta*. Notker. cenſet eſſe aliam, & Florentinius ea die: *IV Idus Maii Romæ Sotheris Virginis, Iohannis, Achillis, Morei, Afroditi, cum aliis DIIII, quorum nomina Deus ſcit*. Verùm Martyrol. Corbejen. non Romæ, ſed: *Alibi, Sotheris Virginis, &c.* Unde alia.

(d) *In Campania Silvani Epiſcopi*. Martyrol. Antuerpien. *In Terracina, Silvani Epiſcopi & Confeſſoris*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Campania S. Silvani Epiſcopi & Confeſſoris*. Raban. Galeſin. & Caniſ. *Silviani*. Alia Mss. *Silvini*. Baron. in Notis: *Quòd autem hic fuiſſe ponatur Epiſcopus in Campania, nec cuius fuerit Civitatis Epiſcopus declaretur, in re ambigua quid dicamus, non habemus: niſi quòd invenimus, claruiſſe temporibus Symmachi Papæ Silvianum, ſivè Silvinum, Veliternum Epiſcopum, qui interfuit Roman. Conciliis, tunc adversùs ſchiſmaticos habitis.* At Ferrar. Catal. SS. Italiæ conjecturæ Baronii his verbis opponit: *Velitris nullam extare Sancti huius memoriam, adeoque cuius Vrbis Epiſcopus fuerit minimè conſtare*. Florentinius: *Epiſcopum Terracinæ*. Bolland. & Henſch. *Socium S. Silverii Papæ* autumant.

(e) *Guilielmi Eremitæ*. Martyrol. de Peregrin. *Gulielmi*, Baron. aliique unum Guilielmum recenſent in Stabulo Rhodis. Acta Bolland. & Henſchen. duos, & hac eadem die: unum Ducem Aquitaniæ, dein Monachum Gellenenſem apud Compoſtellam; Alterum Ducem quoque Aquitaniæ, & inde Eremitam in Stabulo Rhodis.

(f) *Apud Montem Caſſinum Scholaſticæ Virginis*. Mss. Attrebaten. Tornacen. Vatican. & S. Cyriaci: *Eodem die in Campania, & S. Scholaſticæ Virginis*. Martyrolog. de Peregrinis, ac Mss. S. Lamberti Leodii, & Morinen: *Apud Caſtrum Caſſinum S. Scholaſticæ Virginis, Sororis S. Benedicti Abbatis*. Roſuucyd. & Mss. veter. Lætien. S. Maximini Trevir. ac S. Martini Tornac. *Depoſitio Scholaſticæ Virginis*. Vuandelbert.

Soter, Ireneus, & Scholaſtica virgo quaternis
Egregia pariter meritorum laude coruſcant.

(g) *Auſtrebertæ Virginis*. Aliis: *Auſtrabertæ, Auſtrovertæ, Euſtrebergæ, Euſtrebertæ*. Martyrol. de Peregrinis: *Auſtrobergiæ*.

xviij. G Tertio Idus Februarii. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

IN Africa natàlis ſanctòrum màrtyrum Saturnini presbyteri, Dativi, Felicis, Ampèlii & ſociòrum, qui convenièntes ad Dòminicum ex more celebrándum, in perſecutiòne Diocletiàni à milìtibus comprehènſi, ſub Anolìno Procònſule paſſi ſunt. (*a*) In Numìdia commemoràtio plurimòrum ſanctòrum Màrtyrum, qui in eàdèm perſecutiòne comprehènſi, cùm juxta Imperatòris edictum divìnas Scriptùras tràdere noluiſſent, gravìſſimis excruciàti ſupplìcis, occìſi ſunt. (*b*) Hadrianòpoli ſanctòrum màrtyrum Lùcii Epìſcopi & ſociòrum ejus, qui ſub Conſtàntio ab Ariànis multa perpèſſus, in vinculis martyrium conſummàvit: cèteri verò nobiliòres cìvium, cùm Ariànos in Sardicènſi Concìlio tunc damnàtos recìpere noluiſſent, à Philàgrio Còmite capitàlem ſentèntiam excepèrunt. (*c*) Lugdùni ſancti Deſidèrii Epìſcopi Viennènſis & màrtyris. (*d*) Ravènnæ ſancti

(a) *Saturnini, et Soc.* Martyres ann. 303. Baron. eo ann. n. 37. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Ann. 250. Bolland. & Henſchen. Die ſequ. Uſuard. aliiq; Antiqui.

(d) *Deſiderii Epiſc.* Martyr anno 607. Fredegar. Chronic. Ann. 612. Sigebert. Chronic.

(e) *Calocerii.* Die 16. Januar. Florar. Ms. Die 14. Mart. Galeſin. & Ferrar.

(f) *Lazari Epiſc.* Circ. 437. Panvin. Circ. 449. Bolland. & Henſchen.

ſancti Calocèrii Epiſcopi & confeſsòris (*e*) Mediolàni ſancti Làzari Epiſcopi (*f*) Càpuæ ſancti Caſtrenſis Epìſcopi (*g*) In caſtro Nantoniènſi ſancti Severini abbàtis monaſtèrii Agaunènſis, cujus prècibus cultor Dei Rex Clodovèus à diùtina infirmitàte liberàtus eſt. (*h*) In Ægypto ſancti Ionæ mònachi, virtùtibus clari. (*i*)

(a) *Baron. an. 303. n. 37. Sur. t. 1.* (b) *Baron. in not.* (c) *Baron. an. 348. n. 2. & ſeq.* (d) *Baron. an. 612. n. 12. Sigebert. in Chronic. an. 608. & 612. Vſuard. Ado, aliique.* (e) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. & Rubeus hiſt. Ravenn. lib. 1.* (f) *Baron. in not. Pannin. Bolland. & Henſchen.* (g) *Baron. an. 440. n. 4. & ſequ.* (h) *Baron. ann. 508. n. 37. & 38. Sur. t. 1. Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 257. Petr. in Catal. lib. 3. c. 115.* (i) *Baron. in not. Græci in Menolog. & Lippoman. t. 6.*

Quod ſcimus loquimur, quod vidimus teſtamur. Ioan. 3.

(a) *In Africa Saturnini Presbyteri, Dativi, Felicis, Ampelii, & Socior.* Martyrol. Epternacen. *In Africa, Felicis, Victoris, Ianuarii, Vitalis.* Martyrol. Corbejen. ſubdit: *Zotici, Cyriaci, Ammonis, Pelionsei, Baſilii, Germani.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. ſubcollat: *Occomini.* Galeſin. ex Ms. *In Africa item SS. Victoris, Ianuarii, Zotici, Herenei, Martyrum.* Greven. Actuar. ad Uſuard. ſubdit: *Et Felicis.* Martyrol. de Peregrin. *In Africa Saturnini Presbyteri, Claudii, Apulei, & Sotiorum eorum.* Pamel. Epiſt. ad Celerin. in S. Cyprian. Operib. *Baſſi in Periario Mappalici in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli à quæſtione, Fortunæ, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Iuliæ, Martialis, Ariſtonis, qui, Deo volente, in carcere fame necati ſunt.* An hi Martyres Afri inter Anonymos, Anolino Proconſule, ipſi Codices conſulendi. Verùm inter hos, Saturninus Presbyter, Dativus, & Ampelius non recenſentur. Item Ms. Bruxellen. *Sub Iuliano Imperatore. Anolino Proconſule.* Uſuard. editus: *Apelio Proconſule.* Nonnulla Mss. *Apulejo.* Alibi: *Ampelio.*

(e) *Ravennæ Caloceri Epiſcopi, & Confeſſoris.* Beda genuin. III *Idus Romæ Calloceri, & Parthenii.* Hic Callocerus videtur alius. Florar. Ms. ad 16 Januar. *Apud Ravennam S. Calocheri Epiſcopi Diſcipuli S. Apollinaris, primi ejuſdem Vrbis Epiſcopi.*

Cardinal. Baron. in Not. *Temporibus Antonini Pii quieviſſe in pace.* Bolland. & Henſchen. *Sub Adriano Imperatore, & Centenarium.*

(g) *Capuæ S. Caſtrenſis Epiſcopi.* Ms. S. Petri Beneventi in Schedis Antonii Caraccioli Cleric. Regular. Neapoli penes PP. SS. Apoſtolorum: *In Campania S. Caſtrenſis Epiſcopi*, nulla loci particularis nota. Martyrol. quoddam Roman. vetus nomine S. Hieronym. penes Bolland. & Henſchen. *In Vulturno Caſtrenſis.* Vulturnus in Campania fluvius, ad cujus oſtium Oppidum Vulturnum extitit per Livium Varronem, Strabonem, Plinium, & Ptolomæum; Locus olim omnium ſententia Caſtellum ad Mare de Vulturno dictus; cujus Eccleſia Parochialis ad præſens S. Caſtrenſi eſt dicata, Diœceſi Capuanæ incluſa.

Si manſeritis in ſermone cognoſcetis veritatem. Ioan. 8.

(h) *In Caſtro Nantonienſi Severini Abbatis Monaſterii Agaunenſis.* Ms. Centulen. nomine Bedæ: *In Pago Vaſtinenſi Caſtro Mandonis S. Severini Abbatis.* Martyrol. vet. Pictavien. Monaſterii S. Laurentii apud Labbeum: *Caſtro Nautonenſe.* Ms. Colonien. Carmeli: *Caſtro Naunotenſe Serennii Abbatis Monaſterii Agaunenſis.* Florar. Ms. *Caſtro Nauthonienſi Severini Abbatis Monaſter. Agannonenſis.* Kalendar. SS. Ordin. Benedict. Aliud Antuerpien. Monaſterii S. Salvator. Ordin. Ciſtercienſ. *Eodem die S. Severini Abbatis Augienſis.* Martyrol. de Peregrin. *Caſtro Natonienſi S. Severini Abbatis Monaſterii Acaunenſis.*

Diſceptatio Topographica.

(g) *Capuæ S. Caſtrenſis Epiſcopi.* Ferrarius abnuit hunc Sanctum Caſtrenſem Capuæ Præſulem. Quinimmo Monachus ipſe Capuanus in vita ejuſdem Sancti, & ſuo laudabili Sanctuario Capuano definit, Caſtrenſem, nec Capuæ Epiſcopum, nec ibi conſediſſe. Porrò Antonius Caracciolus ſuo ſingulari Libello de Sac. Eccleſ. Neapolit. Monument. c. 26. aſſerit, Caſtrenſem, alioſque Socios Neapolim appuliſſe, ac per Campaniæ loca fuiſſe diſperſos; unde forſan Martyrolog. Beneventan. Ms. S. Petri, nullo loco diſcriminato, prodit: *In Campania S. Caſtrenſis Epiſcopi.*

Eminentiſs. Baron. in Not. Acta indigitat hujus Sancti, quæ id enunciant.

Verùm hæc Acta, ex eodem Baronio ingenuè admonente, nonnulla habent, quæ cenſura indigent. Quinimmo tradunt Caſtrenſem *Caleri* Epiſcopum fuiſſe, non *Capuæ*, uti ejus Sacrum Corpus, non jam in aliqua Capuana Eccleſia, ſed in Metropolitana Montis Regalis in Sici-

lia conditum, at in iiſdem notis. Quòd ſi in Breviario Capuano, *Caſtrenſis*, *Priſcus*, aliique finitimarum Civitatum Epiſcopi leguntur. Animadvertendum erit, quòd in dicto Breviario, rubris litteris. & duplici officio, Epiſcopi Capuani notantur: Comprovinciales verò nigris, & officio ſemiduplici. Ut igitur hoc Topographum diſſidium abdicetur (& ſapientiores annuerent) ſaniùs videretur proferre, aut cum quatuor Mss. Apographis penes ipſum Santuarium Capuanum Monachi: *Eodem die S. Caſtrenſis Epiſcopi.* Aut virgula interjecta, quæ dictaret Capuæ non præfuiſſe Epiſcopum, ſed ibi hac die coli, ſcilicet: *Capua, S. Caſtrenſis Epiſcopi.*

xvii. A Pridie Idus Februarii. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

(a) *Eulaliæ Virginis*. Martyr an. 303. Baron. eo ann. n. 241. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(d) *Modeſti Levitæ*. Die 8. Octobr. Eccleſ. Beneventan. Viper. Catal. SS. ejuſd.

(g) *Antonii Epiſc.* Obiit an. 890. Baron. eo an. n. 13. Anno 895. Pagi t. 3. ad ann. 890. nu. 4. Bollan. & Henſchen. Die præceden. Ferrar. General. Catal. Sanctor.

BArcinòne in Hiſpània ſanctæ Eulàliæ vìrginis, quæ tèmpore Diocletiani Imperatòris equùleum, ùngulas, flammaſque perpeſſa, demum cruci affixa, gloriòſam martyrii corònam accèpit. (*a*) In Africa ſancti Damiàni mìlitis & màrtyris. (*b*) Carthàgine ſanctòrum màrtyrum Modèſti & Iuliàni. (*c*) Apud Benevèntum ſancti Modèſti Levitæ & màrtyris. (*d*) Alexandriæ ſanctòrum Modèſti & Ammònii infàntum. (*e*) Antiochiæ ſancti Melètii Epìſcopi, qui pro fide Cathòlica ſæpè exìlium paſſus, demum Conſtantinòpoli migràvit ad Dòminum: cujus virtùtes ſanctus Ioànnes Chrysòſtomus, & Gregòrius Nyſsènus ſummis làudibus celebràrunt. (*f*) Conſtantinòpoli ſancti Antònii Epìſcopi tèmpore Leònis ſexti Imperatòris. (*g*) Veronæ ſancti Gaudèntii Epìſcopi, & Confeſsòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 303. n. 241. Eulog. in memor. SS. lib. 1. Floſ. SS. Hiſpan. Theſaur. Concion. t. 2. Vſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen. Acta, ac Vſuard. & Ado.* (c) *Baron. in not. item Acta citat.* (d) *Baron. in not. Petr. Diacon. lib. 1. de vir. illuſtr. Monaſter. Caſſinenſ. cap. 2. & Vipera Catal. SS. Eccleſ. Beneventan.* (e) *Baron. in not. Vſuard. & cæteri.* (f) *Baron. an. 370. n. 67. & ſeq. An. 381. n. 40. & ſequ. Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti, Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1.* (g) *Baron. an. 888. n. 9. & an. 890. n. 13.* (h) *Baron. in not. Cardinal. Valer. de Eccleſ. Veronen. pag. 7. & 39. Acta Bolland. & Henſchen.*

Tene Sapientiam, nè dimittas eam. Proverb. 4.

(a) *Barcinone in Hiſpania Eulaliæ Virginis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. 11 *Idus Febr. In Italia Donati, Heraclii, Vincenti, Suſanne, Urbane, Donate, Eulialie*. Martyrol. Epternacen. Corbejen. & Bluman. *Eulalia*. Forſan rectiùs; videtur tamen alia Eulalia. Ferrar. Catal. SS. Italiæ die 12. Januar. *Evelia Virgo, & Martyr Uxenti in Salentinis*. Sed ſi Sphalma pro Eulalia *Evelia*, erit quoque aut alia, aut ob translatas in Italiam reliquias, & Uxenti in Salentinis.

Cardinal. Baron. apud Hiſpanias duas Eulalias Virgines, & Martyres refert, unam hac die in Tarragonenſi Hiſpania, alteram ad 10 Decembris in Emerita Urbe veter. Luſitaniæ. Marineus Siculus lib. 1. de reb. Hiſpan. unam autumat Eulaliam, Barcinone natam, & Emeritæ Martyrem; quęnam lectio verior, non levis trica; utrique in Martirio nonnulla omnino conſimilia admota tormenta; utrique par cælitus inſitum animi robur ad Iudicem ultrò arguendum; utriuſque anima in Columbæ ſpeciæ ad Cœlum evolavit, ex iiſdem Baron. Notis. Solers lector viſis Actis penes ſummos viros Bolland. & Henſchen. definiat.

Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Proverb. 13.

(b) *In Africa Damiani Militis*. Martyrol. Germanic. *Dominiani*. Martyrolog. Ms. Colonien. Carmeli: *Domitiani*. Martyrol. Epternacen: *In Alexandria Damiani militis, & infan. Modeſti, Ammonis, Zotici, & Cyriaci*. Martyrol. Richenovien.

novien. filet: & *infantum*, ac *Zotici*, & *Cyriaci*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Damiani*, *Victuris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa passio Damiani*. Ms. Vatican. & S. Cyriac. addunt: *Militis*. Raban. prosequitur: *Infantum Modesti*, & *Ammonii*.

Cardinal. Baron. in not. accit Usuardum: Bolland. verò & Henschen. *Non Usuard. sed quadam exemplaria interpolata.*

(c) *Carthagine Modesti*, & *Iuliani*. Martyrol. Epternacen. *Karthagine Possinni, Modesti. In Alexandria, Iuliani, Victoris, Felicis, Secundi, Severiani, Carpofori, Germini, Cyriaci, Ammoni, Eunin, Pampili*. Martyrol. Corbejen. *Kartagine Possinni, Modesti. In Alexandria Iuliani, Victoris, Felicis, Secundi, Severiani, Carpori, Germi, Quiriaci, Ammonis, Pamphili, Dorothea, Theophili. Item Iuliani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. filet: *Item Iuliani*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Carthagine Modesti*. *Alexandria Iuliani*. Ms. Richenovien. *Modesta in Alexandria, Carthagine Posinni*. Ms. Tornacen. *In Civitate Carthagine natalis SS. Saturnini Presbyteri, Dativi, & Felicis*. Chronic. Fl. Dextri ad ann. 160. *Carthagine Hispania, Modestus, & Iulianus florent.*

(e) *Alexandria Modesti*, & *Ammonii infantum*. Ms. Divionen. *Alexandria Modesti*, & *Ammonii*. Mss. Ultraject. Sanctæ Mariæ, & Treviren. S. Martini prosequuntur: *Infantum Quiriaci*, & *Simplicii*. Martyrol. Roman. vet. *Alexandria Modesti, Ammonis infantum, Zotici, & Cyriaci*. Raban. *Alexandria Modesti*, & *Ammonii infantum*, & *Zotici*. Martyrol. de Peregrin. *In Alexandria Modesti*, & *Ammonii infantum. Item Macarii, Rufini, & Iusti.*

(g) *Antonii Episcopi*. Cognomento *Cauleas*. Præire in Menæis: *Eodem die memoria S. P. N. Antonii Archiepiscopi Constantinopoleos*. Molan. Addit. ad Usuard. *Item Constantinopoli S. Antonii, Magni inter Dei Pontifices, & admirabilis inter Patriarchas.*

xvi. B Idibus Februarii. Luna 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4

A B C D E *F* F G H M N P

5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

ANtiochìæ natàlis sàncti Agabi Prophètæ, de quo beàtus Lucas in Actibus Apostòlicis scribit. (*a*) Ravènnæ sanctarum Fuscæ vìrginis, & Mauræ nutrìcis ejus, quæ, Dècio imperànte, multa sub Quinctiàno Præside perpèssæ, demum glàdio transfixæ, martyrium consummàrunt. (*b*) Melitìnæ in Armènia sàncti Polyèucti màrtyris, qui in persecutiòne ejùsdem Dècii multa passus, martyrii corònam adèptus est. (*c*) Lugdùni sàncti Juliàni martyris. (*d*) Tudèrti sàncti Benigni màrtyris. (*e*) Romæ sàncti Gregòrii Papæ Secùndi, qui Leònis Isàurici impietàti acèrrimè rèstitit, & sanctum Bonifàcium ad prædicàndum Evangèlium in Germàniam misit. (*f*) Andegàvi depositio sàncti Lucinii Epìscopi, veneràbilis sanctitàtis viri. (*g*) Lugdùni sàncti Stèphani Epìscopi, & Confessòris. (*h*) Reate sàncti Stèphani abbàtis, miræ patièntiæ viri: in cujus trànsitu (ut refert beàtus Gregòrius Papa) sàncti Angeli, cèteris ètiam vidèntibus, adfuèrunt. (*i*)

(a) *Agabi*. Die 8. April. Græci. Die 10. Menolog. Basilii Imper.

(c) *Polyeucti*. Martyr ann. 254. Baron. eo an. n. 26. Anno 259. Bolland. & Henschen. Die 9. Januar. Menolog. Græcor. Canis. Die 10. Carthus. Colonien. Addit. ad Usuard. Die 14 Februar. Martyrolog. Gallo-belgic.

(f) *Gregor. Pap.* Die præcedenti Notker. Maurolyc. aliique.

(h) *Stephani Episc.* Circ. 560. Baron. in Not. ad oram marginal. Circ. 490. Florentinius. Die præceden. Petr. de Natal. lib. 11. c. ultim. n. 63. aliique.

(a) *Baron. an. 44. n. 62. & an. 58. n. 16. Usuard. Ado, & Alii.* (b) *Baron. an. 254. n. 29. Petr. in Catal. lib. 13. c. 119. Sur. t. 7. prior. edit. & Rub. hist. Raven.* (c) *Baron. an. 176. n. 17. & an. 254. n. 26. Lippom. t. 5. Sur. t. 1. Usuard. aliique.* (d) *Baron. an. 303. n. 621. item Galesin. in Martyrol.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 714. n. 2. An. 731. n. 1. Sur. t. 3. prior. edit. ad 5. Iun. in Act. Bonifac. Ado, & alii.* (g) *Baron. in not. Turonen. lib. 2. hist. Franc. c. 39. & Usuard.* (h) *Baron. in not. & Demochar. in Tabul. de Sacrif. Miss.* (i) *Baron.*

ron. in not. S. Gregor. Pap. lib. 4. Dialogor. c. 19. Acta Bolland. & Henschen.

In labiis Sapientis invenitur veritas. Proverb. 10.

(a) *Agabi Prophetæ*. Canisius Græcor. Menolog. die 8. Mart. *SS. Iterodionis, Agabi, Rufi, Asyneriti, Phlegontis, & Hermetis*. Ms. Divionen. *Agabi Prophetæ in novo Testamento apud Antiochiam*.

(b) *Ravennæ Fuscæ, & Mauræ*. Molan. Auctar. ad Usuard. & de Peregrinis: *Apud Torcellam S. Fuscæ* &c. Fuit Maura Socia in Baptismo, & à S. Fusca incitata.

(c) *Melitinæ in Armenia Polieucti*. Aliis: *Poliocti, Polioti, Polycti, Polieti, Polyoti, Poliecti, Polycrati, & Policrates*. Ms. Divionen. *S. Polyocti Martyris Melitenæ Armeniæ*. Florar. Ms. *Idibus Martii: Ipso die Polyeucti Martyris*. Rosuueyd. præsignat: *In Militana Armeniæ*. Usuard. in antiquissim. Mss. *In Militana Civitate Armeniæ Poliocti Martyris, qui latinè intepretatur multùm orans*. Martyrol. de Peregrin. *In Mauritania Civitate Armeniæ S. Polycrati Martyris*: addit quoque: *qui latinè interpretatur multùm orans*.

(e) *Tuderti Benigni Martyris*.

Cardinal. Baron. in Not. *De eo etiam vetera monumenta Ecclesiæ Tudertinæ, quæ vidimus*. At Jacobillus de SS. Umbriæ hac ipsa die, hæc monumenta vetera de S. Benigno lectiones antiquas Mss. nuncupat, addendo, per totam Diœcesim sub ritu duplici officio Ecclesiastico celebrari.

(g) *Lucinii Episc*. Aliis: *Licinii, Leocini, Lupicini, Lecinii, Lizinii*, verùm mendosè. Martyrol. de Peregrin. *Lucini*.

Baron. in not. *Claruit temporibus Clodovei Regis Francorum, patria Andegavensis, præfuitque Ecclesiæ Turonensi*; Dein ad oram marginal. *circ. an.* 500. Bolland. verò, & Henschen. hac ipsa die Baron. refellunt, & *anno* 615. obitum signant.

(h) *Lugduni Stephani Episcopi*. Ms. Vatican. & S. Cyriaci nulla loci præsignatione: *Et depositio Stephani Episcopi*. Petr. de Natal. lib. 11. c. ult. n. 63. & Mautolyc. *Stephani Episcopi, & Martyris*.

Baron. in not. *Successit hic S. Rustico, recenseturque trigesimus sextus, vel septimus Lugdunensis Ecclesiæ Episcopus, secundùm diversas tabulas*. Florentinius, Bolland. & Henschen. distinguunt S. Stephanum Lugdunensem Episcopum à S. Stephano Juniori, patria Lugdunensi, Episcopo Diensi.

(i) *Reate Stephani Abbatis*. Plerique hunc Stephanum censent Abbatem Reatensem in Lusitania. An ita, Henschen. & Bolland. Acta videnda.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Ravennæ SS. Fuscæ Virginis, & Mauræ nutricis ejus, quæ, Decio Imperante*.

Eminentissim. Baronius in Not. pro hoc Martyrio sub Decio, Acta Martyrii advocat, *quæ summatim collecta recitat Petrus in Catal. lib. 13. c. 119. Et Rub. hist. Rav. lib. 1. in fine. Eadem apud Sur. t. 7.*

Labium veritatis firmum, & in perpetuum. Proverb. 12.

Verùm quamvis hæc Acta sub Quinctiano Præside has Martyres indicent, silent tamen Cæsarem, ut videndum penes ipsum Petrum de Natal ac summos viros Bolland. & Henschen. unde Rubeus hoc Martyrium ad Decii persequutionem retulit; sed refragatur Filucius suo Calendario, id factum scribens: *Sub Bassiano Caracalla, Agnomine Antoninus, qui Severo Patri pridie nonas Februarii Christi anno 211. Eboraci mortuo successit, & anno sequenti Getam fratrem suum v. Kalend. Martii in Matris gremio interfecit: & sub Severo nova cœperat contra Christianos persequutio, quæ à Præsidibus Provinciarum continuata sub Caracalla Imperatore, alioquin suapte indole crudeli in Christianos: dein*:

Baron. suis eximiis Annalibus recenset has Martyres anno 254. ut eo anno nu. 29. ac proinde anno secundo Decii Imperatoris.

Bolland. tamen & Henschen. eas tertio Christi sæculo consignant; & dato, quòd hoc Martyrium laudato anno 254. contigisset, non inde sub Decio ante dictum annum extincto, qui anno Christi 249. Imperium invasit, & solùm mensibus 30. tenuit, sic per ipsos Bollan. & Henschen. Ut igitur in præsentiarum expunctum hoc Historiographum Schisma, & penes ipsos Historiographos remaneat, sicuti die sequenti de SS. Martyribus Basso, Antonino, & Protolico Alexandriæ Roman. Martyrolog. non promit sub quo; licèt Baron. ad an. 253. sub Decio eos referat, ut eo anno n. 51. ita, si summa aliorum sapientia autumaverit, ut Molan. Auctar. ad Usuard. & Mautolyc. proscripto: *Decio Imperatore, Quinctiano Præside*, signetur: *Ravennæ Sanctarum Fuscæ Virginis, & Mauræ nutricis ejus, quæ multa perpessæ, demùm gladio transfixæ Martyrium consummarunt*.

Disceptatio Topographica.

(d) *Lugduni S. Iuliani Martyris*.

Eminentissim. Baron. in Not. *De eodem vet. Manuscript. & monumenta Eccles. Lugdun. quæ citat Galesin. in Martyrologio*.

Ast hoc ex corrupto Codice deductum, eo quia duo Sancti hac ipsa die, nempe Iulianus Martyr, & Stephanus Episcopus Lugduni addicuntur; unde Mautolyc. eos mutuò ita sejungit: *Lugduni S. Stephani Episcopi, & Iuliani apud Nicomediam Martyres*. Et quidem Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. Vatican. & S. Cyriaci: *In Nicomedia passio S. Iuliani Martyris*. Adstipulanturque plura Ecclesiarum Belgicar. Martyrol. Mss. Usuardi nomine insignita, ac Ms. Eccles. Aquisgranen. & Greven.

Idcircò

Idcircò pro abducenda hac hæsitatione, dummodo sapientiores definirent, ut antiquiora Martyrol. Mss. & illud præsertim Leodien. Ecclesiæ S. Lamberti, neutiquam Martyrol. Roman. locum designet, sed : *Eodem die S. Iuliani Martyris.*

xv. C Sextodecimo Kalendas Martii. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

(c) *Valentini Episc.* Martyr an. 273. ex Ferrar. Baron. in not. ad oram marginal. Ann. 269. Bolland. & Henſchen.

(h) *Eleuchadii.* Die 13. Decembr. Florentinius.

Romæ via Flaminia natàlis beati Valentini presbyteri & màrtyris, qui post multa sanitàtum & doctrinæ insignia fustibus cæsus, & decollàtus est sub Clàudio Cæsare. (*a*) Item Romæ sanctòrum màrtyrum Vitàlis, Feliculæ, & Zenònis. (*b*) Interàmnæ sancti Valentini Epìscopi & màrtyris, qui post diùtinam cædem custòdiæ mancipàtus, cum superàri non posset, mèdiæ noctis silèntio ejèctus de càrcere, decollàtus est jussu Plàcidi urbis Præfècti. (*c*) Ibìdem sanctòrum Pròculi, Ephèbi & Apollònii màrtyrum, qui cùm ad corpus sancti Valentini vigìlias àgerent, jussu Leòntii Consulàris comprehènsi, glàdio cæsi sunt. (*d*) Alexandriæ sanctòrum màrtyrum Bassi, Antònii, & Protolici, qui demèrsi sunt in mare. (*e*) Item sanctòrum martyrum Cyriònis presbyteri, Bassiàni lectòris, Agathònis exorcìstæ, & Mòysis, qui omnes igne combùsti evolavèrunt ad cœlum. (*f*) Ibidem sanctòrum Dionysii & Ammònii decollatòrum. (*g*) Ravènnæ sancti Eleuchàdii Epìscopi & confessòris. (*h*) In Bithynia sancti Auxèntii abbàtis. (*i*) Apud Surrèntum sancti Antonìni abbàtis, qui è monastèrio Cassinènsi à Longobàrdis devastàto in solitùdinem ejùsdem urbis secèdens, ibidem sanctitàte cèlebris obdormìvit in Dòmino : cujus corpus multis quotìdie miràculis, & præsèrtim in liberàndis energùmenis effùlget. (*K*)

(k) *Antonini Abb.* Obiit an. 625. ex Paulo Regio Baronius in not. An. 820. Anton. Caracciol. C. R. vit. Die præced. Martyrol. Mss. Pulſanen., & Pleſchien. penes Cleric. Regural. SS. Apostolor. Neapoli.

(a) *Baron. an. 170. n. 6. Sur. t. 1. Usuard. Ado, alliique.* (b) *Baron. in Not. item Usuard. Ado, Vuandelbert. aliique.* (c) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. Vit. SS. & Sur. t. 1.* (d) *Baron. in not. ac iidem, qui supra.* (e) *Baron. an. 253. n. 51. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 124.* (f) *Baron. in not. Ac Bolland. & Henschen. Acta.* (g) *Iidem ibidem.* (h) *Baron. an. 75. n. 5. Sur. t. 7. prior. edit. & Rub. hist. Raven. lib. 1.* (i) *Baron. an. 451. n. 146. & sequ. Græci in Menolog. Lippom. t. 5. Sur. t. 1. Nicephor. hist. lib. 14. c. 52. in fin. & Sozomen. hist. lib. 7. c. 21.* (k) *Baron. in not. Paulus Regius, & Anton. Caracciol. ex Cleric. Regular. Vit.*

Qui sunt ex contentione non acquiescunt veritati. Ad Roman. 2.

(a) *Romæ Valentini Presbyteri & Martyris.* Rosuueyd. *Romæ Valentini Presbyteri* : nil aliud. Alium Valentinum Episcopum, & Martyrem Bagæ, & Tauri in Hispania Sanctor. Fasta penes Bolland. & Henschen. ponunt.

(b) *Item Romæ Vitalis, Feliculæ.* Petr. de Natal. Append. lib. 11. num. 64. & Chin. Catal. SS. *Vitalis Presbyteri.* De Peregrin. *Feliculi.* Martyrol. Epternacen. *Spoliti Civitate Vitaliani, Vitalis, Marciani, Felicis, Iuliani.* Corbejen. *In Thuscia Civitate Vitalis, Cyrion, & Marciani, Vitalis : In Civitate Spolitio Vitalis, & Militum nonaginta novem.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Thuscia Spoleti Civitate, Vitalis, Cyriani, & Marciani, Valentini.* Bluman. eodem loco præsignato : *Vitalis, Cyrion, & Marciani.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. prænotat : *In Tuscia*; & percurrit *Cyrion*. Ms. antiqu. Richenovien., sivè Augiæ Divit. prope Con-

Testimonium perhibeo illis, qui æmulationem habent. Ad Roman. 10.

Constantiam : *Spoleti Vitaliani, & in Ardeatina Felicula*. Ms. Aquisgranen. *Natalis Zenonis. Via Appia in Tusculano, Vitalis, Cirton, Felicula, & Faustini*. Notker. *Item Romæ via Ardeatina, Feliculæ, Vitalis, & Zenonis*. Vuandelbert.

Tum decimo sextoque die præeunte Kalendas
Martii Vitalis nitet, & Felicula Virgo.

(c) *Interamnæ Valentini Episcopi, & Martyris*, Martyrolog. Epternacen. *Interamnæ via Flaminia Valentini*. Aliud Martyrol. Epternacen. seu Antuerpien. *ab Urbe Roma*, & addit: *Miliario LXIII*. Martyrol. Corbejen. *Milliario sexagesimo quarto*; & pro Valentini : *Talici*. Dein : *Interamne militum quinquaginta quatuor*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Interamne via Flaminia ab Urbe Roma miliario LXIII Natal. S. Vincenti*. Alium Valentinum in Africa eadem Martyrol. S. Hieronym. Apographa hac ipsa die : *In Africa S. Valentini, & militum XXIV*. Item hac eadem die alium Valentinum Romanum Martyrem Salazar. in Hispania refert, ut Bollan. & Henschen. Acta; hæc videnda.

(e) *Alexandriæ Bassi, Antonii, & Protolici*. Martyrol. Epternacen. *In Alexandria, Basiani, Tonnionis, Prothi, Luci*. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Basiani, Tonioni, Moseus, Bason, Dionysii, & Ermon, Arsacii*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Licia Basiani, Tonion, Moyseos, Barsion, Dionysius, & Emonius Arsasi : In Alexandria Saturni, Advocati, Praeconi, Maximi*. Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Alexandriæ Saturnini, Advocati*.

(f) *Item Cyrionis Presbyteri, Bassiani Lectoris, Agathonis Exorcistæ, & Moysis*. Apographum Epternacen. *Item Cyrion presbyter, Moysicos, Bassiani. Item Agathon Exorcistus*. Corbejen. *Item Dionysii Episcopi, Paulis, Leviorii, Orsasii, Plebis*. Hieronymian. Lucen. *Item Dionysius Episcopus, Orus, Paulus, Leucorus, Orphasius, Plebius, Amandus*. Apograph. Bluman. pro Leucorus, *Levionis*.

(g) *Ibidem Dionysii, & Ammonii*. Laterculum Epternacense: *Item Dionysius, Amonius : Item Arbata, Arbasi, Dionysii Episcopi, Levieri, Orbasi, Plebi, Dionysii Presbyteri, Amanti*. Corbejen. *Item Dionysii Episcopi, Amandei*. Martyrolog. de Peregrin. *Item Dionysii, & Ammanii*. Rosuueyd. *In Africa Bassi, Antonii, Protolici* : reliquos sine loci nota.

(h) *Ravennæ Eleuchadii Episcopi*. Aliis: *Leucadii*, & *Leuthadii*. Ad 13. Decembr. Martyrol. Epternacen. *Idibus Decemb. Ravenna Civitate, Ursici Martyris, & Leuchadis Confessoris, & Valentini*. Corbejen. *Valentini*. Hieronymian. Lucen. profert : *Tyrsioni, & Leucati Episcopi & Confessoris, & Valentini*. Martyrol. Bluman. *Ursioni, & Leucati Confessoris*. Sacra Ravennatens. Monumenta inspicienda.

(k) *Antonini Abbatis*. Martyrol. Mss. Pulsanen. & Pleschien. apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. Neapol. in Sched. Antonii Caraccioli die præcedenti hunc S. Abbatem signant : putandum eo die obitum signasse; & Roman. Martyrologium hac die depositionem recensuisse.

(k) *Apud Surrentum S. Antonini Abbatis, qui è Monasterio Cassinensi à Longobardis devastato*.

Hoc dissidet ab Actis vitæ, quæ ex Ms. Codice Monasterii S. Donati in Territorio Surrentino Antonius Caracciolus ex Cleric. Regul. vir eruditus recitat in ejusdem S. Vita; ab Actis Sanctorum Bolland. & Hensch. ac notis ad oram marginalem à Baronio laudatis. Ipse tamen Eminentissim. Baronius in not. pro Martyrologii Romani assertione advocat ejusdem Ecclesiæ Surrentinæ monumenta à Paulo Regio edita. *Disceptatio Chronologico-Topographica.*

Sed Paulus Regius id nactus ex Antonio à Porta, qui profectò primus hoc imaginatus, in S. Antonini vita literis consignavit, ac dein David Romeus, & Paulus Regius. Ex quibus ortum duxit inanis ille plus gemino centenario prochronismus (ut error ex errore seritur) pro libito statuentibus, Antoninum è vita migrasse anno Christi 625. quando exploratum est illum, paulò ante Sicardum Beneventi Principem, in Cœlum evectum, ut Acta vetusta ipsius : *Post decessum Beati Antonini non multo tempore evoluto, Princeps Beneventanus Sicardus, cæteris finibus suæ ditioni subjugatis, Terram etiam Surrentinorum eadem intentione invasit* &c. Pergentibus obsidionem narrare, qua Sicardus Surrentum pressit, & prodigium in ea editum Beati Antonini virtute; Atque si tempora conformentur, Sicardus, Heremberto ea subducente, successit Siconi Patri anno Christi 832. obsedit autem Surrentum circiter 836. nempe post ann. 625 undecimo supra ducentesimum; ex quo patere videtur B. Antoninum vixisse paulò ante Sicardum, & è Monasterio Cassinensi direpto non aufugisse.

Et quamvis Hieronymus Lauretus ea recitet, quæ Roman. Martyrol. Notæque Baronii efferunt :

Nihilominus Lauretus ipse Chronic. Cassinen. diligens Scholastes si solummodo recitasset quæ in locis adductis descripta legisset, liqueret, nil de Cassinensis historiæ inopia, quod ad Antoninum pertineat, proferre potuisse; quodq; magis refert, idem silentium de Antonino Cassinensi Monacho observandum in Paulo Diacono, Heremberto, Trithemio, & Vuione, rerum profectò Cassinensium

ſum accuratiſſimis Scriptoribus: In Romano autem Martyrologio id ante Baronium minimè legebatur; nec Authorem alium accit, niſi monumenta Surrentina à Paulo Regio Italicè vulgata: quinimmo prudenter Baron. vir integerrimus, tò *ut ferunt* appoſuit; nimirum ut intelligatur, ſe de Antonino fidem omnem conſtituere penes Authorem; cui quænam fides modò præſtanda, non eſt noſtrum diſceptare, ſed ſolùm ut hæſitatio in præſentiarum abrogetur; idcircò (ſalvo tamen aliorum conſilio) ſicut Veſpucius ſuo Martyrol. Florentiæ cuſo ann. 1586. hæc ſolùm profert: *Idibus Februarii S. Antonini Confeſſoris*; ita his verbis ſubductis: *Monaſterio Caſſinenſi à Longobardis devaſtato*, indicetur: *Apud Surrentum S. Antonini Abbatis, qui in ſolitudinem ejuſdem Urbis ſecedens, &c.*

xiv. D Quintodecimo Kalendas Martii Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

(a) *Fauſtini, & Iovitæ*. Martyres ann. 122. Baron. eo an. n. 2. An. 120. Bollan. & Henſchen. An. 133. vel initio 136. Pagi t. 1. ad an. 132. nu. 2. Die 18. Martii. Ms. Adon. Monaſt. Lobien.

(c) *Agapis*. Die 17. Februar. Eccleſ. Interamnen. Iacobill. de SS. Umbriæ.

BRixiæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Fauſtìni & Jovìtæ, qui ſub Hadriàno Imperatòre, poſt multa præclàra pro Chriſti fide ſuſcepta certàmina, victrìcem martyrii corònam accepèrunt. (*a*) Romæ ſancti Cratònis màrtyris, qui cum uxòre ſua & univèrſa domo à beàto Valentìno Epìſcopo baptizàtus, non multò pòſt unà cum illis martyrio conſummàtus eſt. (*b*) Interàmnæ ſanctæ Agapis vìrginis & màrtyris. (*c*) Item natàlis ſanctòrum màrtyrum Saturnini, Caſtuli, Magni, & Lùcii. (*d*) Vaſiòne in Gàlliis ſancti Quinìdii Epìſcopi, cujus mortem in conſpèctu Dòmini pretiòſam miràcula crebra teſtàntur. (*e*) Càpuæ ſancti Decoròſi Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) In Provìncia Valèriæ ſancti Sevèri presbyteri, de quo beàtus Gregòrius ſcribit, quòd fuſis làcrymis defùnctum revocàvit ad vitam. (*g*) Antiochìæ ſancti Joſeph Diàconi. (*h*) Arvèrnis ſanctæ Georgiæ vìrginis. (*i*)

(f) *Decoroſi*. Circ. 680. Baron. eo an. n. 3. & in not. Circ. 699. Bolland. & Henſchen.

(h) *Ioſeph*. Die 3. April. Græci in Menolog.

(i) *Georgiæ Virginis*. Die 11. Martii. Molan. Addit. ad Uſuard. Caniſ. & Ferrar.

(a) *Baron. an. 122. n. 2. Mombrit. t. 1. Sur. t. 1. Uſuard. & alii*. (b) *Baron. in not. & iidem, qui ſuprà*. (c) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen. Acta, Vuandelbert. Uſuard. aliique*. (d) *Baron. in not. item Bolland. & Henſchen. Acta*. (e) *Baron. in not. Uſuard. Ado, & alii*. (f) *Baron. an. 680. n. 3. Bolland. & Henſchen.* (g) *Baron. in not. item S. Gregor. Pap. lib. 1. Dialogor. c. 12.* (h) *Baron. in not. Græci in Menol. die 3. April. & Niceph. lib. 1.* (i) *Baron. an. 480. n. 21. & 22. ac Gregor. Turonen. de glor. Confeſſ. c. 34.*

Non ſcripſi vobis, quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam. Epiſt. 1. Ioan. 2.

(a) *Brixiæ Fauſtini, & Iovitæ*. Plerique Codices Uſuard. Mss. & cuſi: *Civitate Brixia Fauſtini, & Iovitæ Virginis*. Ms. antiqu. nomine Bedæ: *Sobitæ Virginis*. Ms. Leodien. S. Laurent. nomine Adonis: *Iobitæ Virginis*. Molan. *Civitate Brixia Fauſtini, & Iovitæ Diaconi*. Notker. *In Brixia Fauſtini Martyris*, ſilet *Iovitæ*; forſan quia res ei minùs dilucida. Mss. Treviren. S. Martini, Ultrajectinen. S. Mariæ, & Colonien. Carmelitar. nulla Brixiæ præſignatione: *Sanctorum Fauſtini, & Iovitæ*. Die verò ſequ. Martyrologii S. Hieronym. Apographa, nempe Epternacen. *In Britanniis Fauſtiniani, & Iuventiæ*. Corbejen.: *Fauſtini*. Hieronymian. Lucen. *Iovitæ*. Bluman. *Ioventiæ*; & Ms. Reginæ Sueciæ: *Iuventi*. At Florentin. ex Greven. ad Uſuard. & ex Martyrolog. Ms. Aquiſgranen. ſuadet *Fauſtiniani, & Iuventiæ* legendum; ac proinde alii Martyres, non Brixiæ, ſed in Britanniis.

(b) *Romæ Cratonis Martyris* &c. Roſweyd. ac Mss. Colonien. S. Richarii, & S. Mariæ ad Gradus: *Romæ S. Cratonis Martyris*. Galeſin. pergit narrare: *Hic cùm filium à Beato Valentino Interamnæ Epiſcopo*

Debemus ſuſcipere, ut cooperatores ſimus veritati. Ioan. Epiſt. 3.

ſcopo ſanatum vidiſſet, fidei rudimentis ab eodem inſtructus, & baptizatus, paucis poſt diebus, unà cum uxore, & univerſa familia capite damnatus, Martyrium conſtanter, & fortiter ſubiit. Eadem ferè Uſuard. Bellin. aliique.

(c) *Interamnæ Agapis Virginis, & Martyris*. Martyrolog. de Peregrin. *Civitate Iteranis*. Antiqui pro Agapis, *Agape*, ſive *Agapes*. Martyrol. Bluman. *Agapi*. Petr. in Catal. lib. 11. c. 130. num. 67. Bellin. Caniſ. & Mss. Ultrajectinen. S. Mariæ, Bruxellen. S. Gudilæ, aliaque: *Interamnæ Agapes Virginis*. Galeſin. *Agapis*. Ms. Richenbergen. *Agabæ*; hi omnes ſine Martyris nota. Uvandelbert.

Hinc decimo, & quinto meritò clareſcit Agapes.

Mss. Vatican. & S. Cyriac. *Interamnæ Natale S. Agapæ Virginis, Saturnini, Caſtulii, Magni*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & S. Laurent. nomine Adonis juxta Leodium: *Interamnæ S. Agapæ Virginis, & triginta Martyrum*. An una & eadem, vel una Virgo & Martyr, altera Virgo tantùm, ipſi Interamnates definiant.

Ferrar. quidem ſua ad Martyrol. Rom. Topographia pag. 141. nil fert de qua Umbriæ Interamna. Tria profectò hujus vocabuli Oppida in Italia notant antiquiſſima monumenta. Primum via Latina, inter Lirim, & Caſſinum fluvios, cui poſtremo omnium Latinorum Colonia deducta. Liv. lib. 9. & 10. Strab. lib. 5. aliique: Ruinæ hujus Urbis, quæ jam pridem interiit, ad Lirim hodieque conduntur. Alterum inter Narem, & Tyberim amnes conſtitutum: Cicer. ad Att. & pro domo ſua. Tertium tandem in Prætutinis, Ptolom. lib. 3. c. 11. quæ nunc *Teramo* dicitur inter Viciolam, & Juvantium amnes ad eam confluentes. Monumenta igitur iſtorum Oppidorum, aut Civitatum, ubi hæc Sancta Martyr paſſa, ſignificabunt; ſive ubi translatio aliqua Sacrorum Pignorum celebretur.

(d) *Item Saturnini, Caſtuli, Magni, & Lucii*. Martyrol. Epternacen. *Saturnini, Caſtolæ, Magni, Luci, Rogati, Ioannis, & aliorum XII*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Caſtulæ* pro Caſtolæ.

(e) *Vaſione Quinidii Epiſcopi*. Aliis: *Quindii, Quinidi*, Hagiolog. Francogallic. Labbei ex antiq. Martyrol. Abbatiæ S. Laurent. Bituricen. *In Galliis Civitate Vaſionenſi S. Quindii Epiſcopi*. Martyrol. Colonien. pro Vaſionenſi, *Narſionenſi*. Martyrol. vet. Monaſter. Lobien. & Greven. Addit. ad Uſuard. *Vangionenſi*. Martyrol. Cœnobii S. Laurent. juxta Leodium: *Uvanginenſi*. Florar. Ms. *Uvanſionenſi*. Bellin. *Vaſſanenſi*. Beda Ms. *Civitate Uvangionum*. Sauſſayus: *Veſione Vocontiorum S. Quinidii ejuſdem Civitatis Epiſcopi & Confeſſoris*. Martyrol. de Peregrin. *In Civitate Vaſianenſe Galliarum S. Quindii Epiſcopi*. Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, nullo præmiſſo loco: *Et S. Quindini Epiſcopi*.

(g) *Severi Presbyteri*. Martyrol. Germanic. Greven. Auctar. ad Uſuard. & Caniſ. *Severi Presbyteri, & Confeſſoris*.

(h) *Antiochiæ Ioſeph Diaconi*. Martyrolog. Epternacen. ſeu Antuerpien. *Antiochiæ Ioſippi Diaconi, Zenonis, Apolloni, Phœbi, Romani, Zoſimi, Barali, Zoci Presbyteri, Rufini*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. pro Ioſippi, *Iuſippi*. Bluman. pro Barali: *Baroæ*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Antiochiæ Ioſippi*. Martyrolog. Richenovien. Augiæ divitis prope Conſtantiam: *Ioſippi* ſubcollat: *Diaconi, Zenonis*. Ms. Vatican. *In Antiochia Ioſeph Diaconi, & Romani, Lucii, Rogati*. Ms. Tornacen. *In Antiochia Ioſippi, & Rufini*. Ms. Lætien. *Ipſo die SS. Ioannis, Magni, & Ioſephi Diaconi*. Ms. Leodien. S. Lamberti: *S. Ioſephi Diaconi, & Apollonis*. Raban. *In Antiochia Ioſeph Diaconi, Zenonis*. Galeſin. ex Codic. Ms. *Antiochiæ SS. Ioſephi, Ioannis, & Victoris*.

Cardinal. Baron. in Not. proſtat hunc Ioſephum Diaconum fuiſſe Hymnographum Græcorum, adſtipulaturque Chinius penes Bolland. & Henſchen. Florentinius tamen vir eruditus id durè ſentit, eo quia Ioſeph Hymnorum Græcor. Scriptor, Diaconus, & Martyr Antiochiæ legitur.

(i) *Arvernis Georgiæ Virginis*. Galeſin. die 11. Mart. *Arvernis S. Georgiæ Virginis, quæ orationibus ac Ieiuniis dedita vitam, & mentem virginalem ita Spirituali cultui exercuit, ut Virginitatis fructum Dei gratia & munere conſecuta, dum ad Eccleſiam efferretur, mirabiliter Cœleſtibus honorata ſit exequiis*.

xiii. E Quartodecimo Kalendas Martii. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

(a) *Onesimi.* Martyr an. 110. Baron. eo ann. n.10. Ann. 109. Bollan. & Henschen. Die præceden. Græci in Menol. Sirleti.
(b) *Iuliana.* Martyr An. 311 Baron. eo ann. n.17. Ann. 290. Bollan. & Henschen. Die 21. Decembr. Græci in Menolog. Sirleti. Die 13. Februar. Holsten.

(c) *Iuliani.* Die 21. Iunii Græci in Menolog. Sirleti.
(d) *Eliæ, Hieremiæ.* Martyres ann. 308. Baron. eo ann. n.4. An.309. Pagi to. 1. ad ann. 303. n.6.

NAtàlis beàti Onèsimi, de quo fanctus Paulus Apòstolus ad Philèmonem scribit, quem ètiam post sanctum Timòtheum Ephesiòrum Epìscopum ordinàvit, prædicationìsque verbum illi commìsit. Hic vinctus Romam perdùctus, ac pro fide Christi lapidàtus, primò ibìdem sepùltus fuit; inde ad locum ubi Epìscopus fùerat ordinàtus, corpus ejus delatum est. (*a*) Cumis in Campània Translàtio sanctæ Juliànæ vìrginis, & màrtyris, quæ Nicomedìæ sub Maximiàno Imperatòre primùm à patre suo Africàno gràviter cæsa, deinde ab Evilàsio Præfècto, cui nùbere recusàrat, vàriè cruciàta, & pòstmodum in càrcerem detrùsa, ubi palàm cum diàbolo conflìxit; demum flammas ìgnium & ollam fervèntem sùperans, càpitis decollatiòne martyrium consummàvit. (*b*) In Ægypto sancti Juliàni màrtyris cum aliis quinque millibus (*c*) Cæsarèæ in Palæstina sanctòrum màrtyrum Ægyptiòrum Eliæ, Jeremìæ, Esàiæ, Samuèlis, & Danièlis, qui cùm spontàneè ministràssent confessòribus in Cilicia ad metàlla damnàtis, inde revertèntes, comprehènsi, & à Firmiliàno Præside sub Galèrio Maximiàno Imperatòre sævìssimè torti, glàdio demum percùssi sunt. (*d* Post quos sanctus Porphyrius Pàmphili màrtyris fàmulus, & sanctus Selèucus Càppadox, qui iteràtis certamìnibus sæpè vìcerant, rursus cruciàti, alter incèndio, glàdio alter martyrii corònam accepèrunt. (*e*) Brìxiæ sancti Faustìni Epìscopi & confessòris. (*f*)

(a) *Baron. an. 101. n. 11. An. 110. n. 10. Lippom. t. 5. Sur. t. 1. Niceph. Episcop. in Chronic. & Niceph. Callist. lib. 8. c. 6.* (b) *Baron. an. 311. n. 17. Græci in Menol. Cardinal. Sirleti ad 21. Decembr. Lippom. t. 5. Sur. t. 5. & Anton. Caracciol. Cleric. Regular. de Sacr. Eccles. Neapolit. Monument. c. 16.* (c) *Baron. in not. Græci in Menol. relat. ad 21. Iun. Belland. & Henschen. Acta.* (d) *Baron. an. 308. n. 4. & sequ. item Euseb. hist. lib. 8. c. 22.* (e) *Baron. an. 197. n. 17. An. 308. n. 8. & sequ. ac Euseb. lib. 8. c. 21.* (f) *Baron. in not. Galesin. & Tabul. Eccles. Brixian.*

Sapientia habitat in consilio, eruditis cogitationibus interest. Proverb. 8.

(a) *Onesimi.* Canis. Raban. aliique Martyrologi: item Mss. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, Treviren. & alia: *Onesimi Apostoli, & discipuli Beati Pauli.*

(b) *Cumis Iuliana.* Martyrol. Corbejen. *Nicomedia passio S. Iuliana Virginis, & Martyris: Item Mavi, Marcialis, Marcelli, Donati, Secundi, Martopi, Lucella. Item Secundi, Maxima, Saule, Supuris, Mustaci, Prasentis, Secunda, Iunilla, & cum eis centum quinquaginta quatuor.* Martyrolog. Epternacen. *In Campania Cumbas natalis Iuliana*; at Cumis videtur legendum. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Ms. Reginæ Sueciæ die 13. Februar. *Idibus Februar. In Nicomedia passio Iuliana.*

(c) *In Ægipto Iuliani cum aliis quinque millibus.* Martyrol. S. Hieronymi Apographa, Lucen. Epternacen. & Corbejense: *xiv Kal. Martii Fissimari, Pamphili, Valentis Diaconi, Seleuci, Perfidi,*

Pretiosi spiritus vir eruditus. Proverb. 17.

Theophili, Iuliani, cum Ægyptiis numero v. millia. Bluman. pro Fiffimari, & numero v. millia: *Tiffinari numero v.* Galesin. ex Ms. Codice. Martyrol. Germanic. & Canis. *In Ægypto SS. Iuliani Episcopi, Ioannis Diaconi, & aliorum quinque millium Martyrum.* Ferrarius Catalago SS. qui desunt in Romano Martyrologio: *In Ægypto Sancti Iuliani Episcopi, Ioannis Diaconi cum aliis multis.* Alii Codices, ut Usuard. Bellin. Ado. Notker. & Mss. S. Maximini, S. Richarii, & S. Mariæ Ultrajecti cum Romano Martyrologio non addunt: *Episcopi*. Quænam lectio sanior, utraque suos Asseclas habet de plurib. Martyrib. Juliani nomine. Studiosus Acta Bollandi, & Henschenii consulere adeat.

Disceptatio Topographico-Chronologica. (b) *Cumis in Campania Translatio S. Julianæ Virginis, & Martyris, quæ Nicomediæ sub Maximiano Imperatore* &c. Plerique, inter quos Ado, Raban. Notker. & Rosuueyd. ac Mss. Lætien. & Tornacen. S. Martini, non *Nicomediæ*, sed *Cumis* recensent.

Eminentissim. Baronius in not. advocat: *Acta Martyrii, quæ extant apud Metaphrastem, ex quo Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1. eadem in vet. Cod. Manuscript. è Græco latinè reddita à Petro quodam, qui ea ad Petrum Neapolitanum Episcopum direxit, ut docet ejus præfatio.*

Verùm hæc Acta sanè inspecta suspectæ fidei sunt; ferunt namque eam hac die passam, unde hæc dies non erit Translationis, sed Martyrii, ut Martyrologium Roman. vet. Martyrol. Treviren. S. Martini, & illud Vuandelbert. quæ hac die Natale celebrant: Et Græci in Menæis, in Menologio, & Anthologio Arcudi, ac ex Latinis Galesinus, & Ferrar. die 21. Decembris, Translationis memoriam faciendo hac die 16. Februarii, quod & ipso Baronio visum est. Præterea in iisdem Actis legitur, quòd hæc Sancta Lauream Martyris adepta fuerit anno Christi 290. quando ipse Baronius adjudicat an. 311. ut eo anno n. 17. Et hoc quia Acta laudata, utpotè ex Græco latinè reddita, nonnulla continent, quæ indigent censura, penes summos viros Bolland. & Henschen. inter quæ Anton. Caracciol. C. R. suo singulari libello de Sacr. Neapolitan. Eccles. Monument. cap. 6. disquirendum admonet id quod Roman. Martyrol. lectio inscribit: *hanc Martyrem Nicomediæ sub Maximiano Imperatore variè cruciatam, & postea in carcerem detrusam, ubi palàm cum Diabolo conflixit.* Undè refragatur Caracciolus eximii Pontificis Pauli IV authoritate, qui S. Julianam hac ipsa die 16. Februar. Dæmonem, & Tyrannum vicisse putabat: *Magnus ille Paulus IV nostræ Religionis Clericor. Regular. cum Beato Cajetano Thieneo conditor, huic Virgini* (Julianæ) *valdè devotus, observabat: illo ipso die XVI Februarii, quo ante ducentos circiter annos Sponsus ejus Christus Dæmonem in deserto vicerat, eamdem Virgo hac fortissima vicit, & vinxit. Nam, ut Martyrii Acta tradunt, ipsismet catenis, quibus in carcere ligata erat, inaudito sæculis omnibus miraculo, Dæmonem, qui humana ei apparuerat specie, arctiùs illigavit.* Quùm enim idem Caracciolus anteà statuerat Julianæ Martyrium ann. Christi 294. non tantùm viginti, sed ad minùs 264. anni fluxere à Christi Baptismo.

Quòd si quis fortè subderet, quòd hæc Sancta Cumis nata, Nicomediæ tamen Martyrii coronam adepta fuit, ut Cardosius Hagiologio Lusitano; vel si Cumis passa, id adnotare, eo die Cumis Julianæ passionis memoriam recoli; verùm Nicomediæ triumphum Martyrii duxisse; & indè Ethnica feritate imminente corpus in Civitatem Cumanam translatum: aut tandem, quòd duæ Julianæ fuere, altera Nicomediensis, altera Cumana, ut Felicius ambigit. In Codicib. quidem Hieronymianis penes Florentinium duæ hoc Julianæ nomine leguntur; una Cumis hac die, altera Nicomediæ ad 13. Februar.

Hæc objecta ex negativo adhuc positivè obstarent tot tantisque Martyrologis, expresè ferentibus: *In Cumis Civitate passio S. Julianæ Virginis* &c. Quæ verba proculdubio indicant Julianam Cumis natam, & passam: Rursus si hæc Juliana Cumis passa alia esset à Nicomediensi; ad Nicomediam tamen Cumasve quid attineat non videtur: item perpera erit Martyrologii lectio hac die referens Martyrium Julianæ, ejusque corpus in Civitatem Cumanam adsportatum.

Demum ubi Acta diversa ex quibus Historiographi has duas Julianas recensere ac vindicare valeant? Quinimmo de una tantùm habentur Acta, & de Cumana, de qua Usuard. suo Martyrologio, tempore Caroli Magni, 800 annis ante Longobardos, quibus fit mentio Ethnicæ feritatis, ea conscripta; inde à Joanne Hesselio perstricta apud Lovalium in censura de Sanctorum historia, penes quem: *Vita S. Julianæ Virginis (cujus initium est, temporibus Maximiani Imperatoris persecutoris Christianæ Religionis, erat quidem Senator in Civitate Nicomediæ) non placet* &c.

Cæterùm sine hæsitatione; Corpus profectò S. Julianæ Cumis solemniter Neapolim translatum, ut quidam Petrus Neapolitanus, cui translationi interfuit, juxta Baron. Anton. Caracciol. Bolland. & Henschen. An verò hoc Corpus fuerit illud Julianæ Cumis passæ, vel Julianæ Nicomediæ, & imminente Ethnica feritate ad proximas Campaniæ Cumas delatum,

tum, prorſus incompertum: & quamvis Martyrologii S. Hieronymi Apographa die 13. Februar. *In Nicomedia paſſio Sanctæ Julianæ*, hoc apud omnes Codices non legitur; quinimmo Corbejen., & Notker. eo die proferunt: *In Nicomedia paſſio S. Juliani*; quamobrem Florentinius vir doctiſſimus adnotat, an ſcribendum *Julianæ*, vel *Juliani*, omninò ambiguum. Modò nè Nicomedienſes, & Cumani ſuam propriam arrogent Julianam, & inter ſe diſceptent, (ſi ſapientiores definierint) ſaniùs erit, ut quemadmodum Vuandelbertus, & Ms. Treviren. S. Maximini non indicant locum, ita in præſentiarum agonis paleſtra non præſignata: *Eodem die S. Julianæ Virginis & Martyris, quæ ſub Maximiano Imperatore graviter cæſa, & variè cruciata, demum capite decollata Martyrium conſummavit.*

xii. F Tertiodecimo Kalendas Martii. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
A B C D E *F* F G H M N P
9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

(b) *Polychron.* Martyr An. 254. Baron. eo ann. n. 27. Ann. 251. Bollan. & Henſchen.
(c) *Concordiæ*. Die 23. Martii. Galeſin. Die 22. Maii Felicius.
(d) *Theoduli*. Martyr an. 308. Baron. eo ann. n. 11. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

ROmæ pàſſio ſancti Fauſtini, quem alii quadragintaquàtuor ſecùti ſunt ad corònam. (*a*) In Pèrſide natàlis beàti Polychrònii Epìſcopi Babylònis, qui in perſecutiòne Dècii, ore lapìdibus cæſo, mànibus extènſis, òculos ad cœlum èlevans, emìſit ſpìritum. (b) Concòrdiæ ſanctòrum màrtyrum Donàti, Secundiàni, & Ròmuli cum àliis octogìntaſex ejùſdem corònæ consòrtibus. (*c*) Cæſarèæ in Paleſtìna ſancti Theodùli ſenis, qui ex famìlia Præſidis Firmiliàni, Màrtyrum excitàtus exèmplo, cùm Chriſtum conſtànter confiterètur, cruci affixus, martyrii palmam nòbili triùmpho promèruit. (*d*) Ibìdem ſancti Juliàni Cappàdocis, qui exòſculans necatòrum Màrtyrum corpora, ut Chriſtiànus delàtus, & ad Præſidem ductus, lento igne juſſus eſt comburi. (*e*) In pago Tarvanènſi ſancti Silvìni Epìſcopi Tolosàni. (*f*) In Scòtia ſancti Fintàni presbyteri & confeſſòris. (*g*)

(f) *Silvini*. Obiit ann. 715. Baron. in not. An. 720. Bollan. & Henſch. die 18. Maii Carthuſian. Bruxel. not. ad Grev.

(a) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen. Acta*. (b) *Baron. an. 254. n. 27. Sur. t. 4. prior. edit. ad 10. Auguſt. in Act. S. Laurent. Vuandelbert. Ado, Uſuard. aliique*. (c) *Baron. in not. Acta Bolland. & Henſchen. Uſuard. & alii*. (d) *Baron. an. 308. n. 11. & ſequ. & Euſeb. lib. 8. c. 22.* (e) *Iidem ibidem*. (f) *Baron. in not. & Molan. Indic. SS. Belgii*. (g) *Baron. in not. Bolland. & Henſchen. Acta, & Uſuard.*

Quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt nè ampliùs requiras. Eccleſiaſt. 12.

(a) *Romæ Fauſtini, & aliorum quadraginta quatuor*. Mss. Vatican. & Monaſterii S. Cyriaci, nulla paleſtræ præſignatione: *Eodem die S. Fauſtini Martyris, & aliorum quadraginta quatuor, quorum nomina Deus ſcit*.

Cardinal. Baron. in not. *Reſtituti ſunt iidem ex eodem exemplari vetuſtiſſimo, cujus ſæpè antè meminimus*. At hoc exemplar vetuſtiſſim. eſt illud Roman. Monaſterii S. Cyriaci in Bibliotheca Vallicellana, quod non fert: *Romæ*, neque alium agonis locum, ut ſuprà; item Ferrar. Catal. SS. Ital. admonet: *Ante ejus correctionem* (nempe Baronii) *nullam eorum extitiſſe memoriam*.

(b) *Polychronii Epiſcopi*. Aliis: *Polochronii*, *Pologronii*: Martyrol. de Peregrin. *Polocronii*. Roſuueyd. *In Perſido B. Polychronii Epiſcopi, & Martyris*. Martyrol. Epternacen. *In Babylonia Policroni*. Beda genuin. *In Babylonia Polocronii Epiſcopi ejuſdem Civitatis*. Ado, & Notker. *Polocronii Epiſcopi Babylonia, & Theſiphontis*. Sur. t. 4. prior edit. die 27. Iul. in Act. S. Lupicin. in Gallia alium promit S. Polychronium Epiſcopum Virdunenſem.

(c) *Concordiæ, Donati, Secundiani, & Romuli cum aliis octoginta ſex*. Notker. aliique: *Concordiæ Africæ*. Ferrar. & alii:

Docere Magiſtros, arguere ſeniores, ſuperbi ſpiritus eſt. S. Vgon Victorin. lib. miſcellan. 3. c. 2.

 Con-

Concordia Venetorum. Ms. Treviren. Sancti Martini, & Ultrajectinen. *Corduba*. Ms. Aquicinctinen. *Cordula*. Plerique sine præsignatione *Corduba*, aut alterius loci: & rectiùs. Martyrol. Epternacen. XIII. *Kal. Martii Donati, Secundiani, Aquileja Crescentiani, Eutici, Concordia, Iusta: & alibi Romuli, Saloni, Salviani, & aliorum* XXXIII. Martyrol. vetustissim. S. Vuillibrordi: XIII. *Kal. Donati, & Secundiani*. Ms. Lætiense: *Ipso die SS. Donati, Secundiani, Casti, & Marcelli*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Civitate Concordia, Donati, Secundiani, Pamphili: in Aquileja Crisantiani, Eutici, Concordia, Iuxta, Romoli, Saloni, Silvani, & aliorum* LXXXIII. *quorum nomina Deus scit*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Civitate Concordia, Donati, Secundiani: In Aquileja Criscentiani, Eutici, Concordia Iuxta, Romuli, Salini, Silvani, & aliorum* LXXIIII. Martyrolog. Bluman. pro Saloni, & LXXIII. *Silvani, &* LXXXIIII. Martyrol. Reginæ Seciæ Ms. *In Africa Civitate Concordum, Donati, Secundiani: In Aquileja Chrysantiani, & alibi Romoli, Salviani cum aliis* LXXXIIII. Ms. Leodien. S. Lamberti: *Concordia, Donati, Secundiani, & Romuli cum aliis nonaginta sex*. Martyrol. de Peregrin. *Apud Urbem Concordiam, Donati, Fevendiani, Romuli cum octoginta sex*. Quænam ex his lectionibus eligenda, alii definiant.

(f) *Silvini Episcopi Tolosani*. Ferrar. Catal. SS. Ital. *Silvani, seù Silvini*. Mss. Tornacen. S. Martini, & Leodien. S. Lamberti, & S. Laurentii: *Salvini*. Alii pro Episcopi Tolosani, *Episcopi Tarvanensis, Tarauanensis, Vauensis*. Quædam vetera Breviar. Belgica Morinen. Bruxellen. & Attrebaten. ac Martyrol. Centullen. nomine Bedæ: *In Territorio Morinorum S. Silvini Episcopi & Confessoris*. Martyrol. de Peregrin. *Silvini Carnensis Episcopi*. Maurolyc. Felic. & Ferrar. *Silvini Cremonensis Episcopi*. Greven. Auctar. ad Usuard. *Genomanis Silvini Episcopi & Confessoris*. An hic Silvinus Genomanensis Episcop. sit idem ac Cremonensis Episcopus, addubitandum. Cremona verè Urbs Genomarum est: aliunde Ferrar. General. Catal. SS. panditat: *Genomanis in Gallia S. Silvini, Episcopi, & Confessoris*. Vtrùm duæ Cremonæ Urbes, una in Italia, altera in Galliis, haud statuimus.

(g) *In Scotia Fintani presbyteri, & Confessoris*. Aliis: *Filani, Findani, Fundani*. Notker. & Ado: *S. Fintani Episcopi Babylonia, & Thesiphontis*. Ms. Bruxellen. Maurolyc. & Florar. Ms. *Bruxell. Fintani Episcopi*. An idem, hodierni Scoti, & Hiberni Acta Bollandi, & Henschenii consulant.

(h) *In Perside natalis S. Polychronii Episcopi Babylonia, qui in persecutione Decii* &c.

Disceptatio Chronologica.

Eminentissim. Baron. licèt ex Actis S. Laurentii apud Sur. t. 4. die 10. Augusti, hoc nactus, ex quibus forsan Usuard. Ado, Vuandelbert. cæterique; in suis tamen eximiis Annalibus ad annum 254. nu. 7. & in hujus diei notis suadet, ea Acta nonnihil corrupta, multùmque ambigua; idcircò ex eodem Baronio ambiguum, an hic Sanctus Martyr in persequutione Decii; Verùm Baron. in prælibatis notis adhuc admonet, ea Acta, etsi Scriptorum inopia remansissent obscurissima, facta tamen fuisse conspicua quoad persequutionem Decii in Christianos, ut Scriptores, & SS. Martyrum Acta produnt.

Ast ex eo quia in his laudatis Actis expeditio quoque Persica his verbis habetur: *Abusus est Decius de Persia, quùm est consequutus Christiani nominis ope Victoriam; nam eam Diis acceptam ferens, in eorum contemptores Christianos acriùs vindicavit, occisis, qui in ejus manus devenerant, Christianis, Polychronio Episcopo Babylonis, Parmenio*, &c. Videntur etiam corrupta, quò ad Decii persequutionem in Christianos, quæ ad annum 254. quo Polychronius Martyrium consummavit, teste Baronio ad eum annum n. 27. pervenire nequivit, Decio interempto Christi anno 251. exacto Regni biennio, ut satis Pagi vir eruditus t. 1. suæ Chriticæ Historico-Chronologicæ ad an. 251. nu. 29. Hæres dein Imperii fuit Valerianus, qui adversùs Christianos infeliciter pugnavit, teste Trebellio in Valeriano. Ex quo Bolland. & Henschen. summi viri, quia cum Baronio hunc Martyrem sub Decio adjudicant, ad annum 251. retrahunt.

Sed, etiam hac contractione data, Martyrium Polychronii sub Decio non adstruitur; Decio eo anno non in Persas, sed in Gothos persequutionem ducente; à quibus, unà cum filio circumseptus, peremptus fuit: Pagi loco laudato. Profectò quidem nulla mentio de Persis apud Eutropium in Decio, atque Orosium lib. 7. c. 20. Igitur tempore Martyrii controverso, visisque Actis ut adulterinis; quemadmodum Baron. ad ann. 253. n. 57. SS. Martyres Bassum, Antonium, & Protolicum recenset sub Decio; nihilominus Roman. Martyrol. die 14. Februarii, quo coluntur, hoc silet, efferendo solùm: *Alexandriæ SS. Martyrum Bassi, Antonii, & Protolici, qui demersi sunt in mare*; ita, ut abeat hæc trica, & saniores arriderent, expuncto: *In persecutione*, ut Rosuucydus, pronuncietur: *In Perside natalis S. Polychronii Episcopi Babylonis, qui ore lapidibus caso, manibus extensis, oculos ad Cælum elevans, emisit spiritum*.

xi. G Duodecimo Kalendas Martii Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

JErosòlymis natàlis beàti Simeònis Epìſcopi & màrtyris, qui filius Clèophæ, & propìnquus Salvatòris ſecùndùm carnem fuiſſe tràditur. Hic Jeroſolymòrum Epìſcopus poſt Jacòbum fratrem Dòmini ordinatus, in perſecutiòne Trajàni multis ſupplìciis affèctus, martyrio conſummàtus eſt, òmnibus qui àderant, & jùdice ipſo miràntibus, ut centum viginti annòrum ſenex crucis ſupplìcium fòrtiter conſtantèrque pertulìſſet. (*a*) Apud Oſtia Tiberìna ſanctòrum màrtyrum Màximi, & Clàudii fratrum, & Præpedìgnæ uxòris Clàudii, cum duòbus fìliis Alexàndro & Cùtia: qui cùm eſſent præclarìſſimi gèneris, jùbènte Diocletiàno, tenti ſunt, atque in exìlium deportàti, deìnde incèndio concrematì odorìferum martyrii ſacrificium Deo ipſi obtulèrunt: quorum relìquiæ in flumen projèctæ, & à Chriſtiànis perquisìtæ, juxta eàmdem civitàtem ſepùltæ ſunt. (*b*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Lùcii, Silvàni, Rùtuli, Clàſſici, Secundìni, Frùctuli, & Màximi. (*c*) Conſtantinòpoli ſancti Flaviàni Epìſcopi, qui cùm fidem Cathòlicam Epheſi propugnàret, ab ìmpii Diòſcori factiòne pugnis, & càlcibus percùſſus, atque in exìlium actus, ibìdem poſt trìduum vitam finìvit. (*d*) Tolèti ſancti Hellàdii Epìſcopi & confeſſoris. (*e*)

(a) *Symeonis Epiſc.* Obiit an. 109. Baron. eo an. n. 1. An. 107. Bollan. & Henſchen. die 27. April. Caniſ. in Menolog. & Græci in Menæis.

(d) *Flaviani.* Obiit menſe Auguſto Baron. ad an. 449. n. 92. & in not. Menſe incerto Pagi tom. 2. ad eumd. an. n. 14.

(e) *Helladii Epiſc.* Obiit an. 636. Baron. eo an. n. 15. An. 632. Bolland. & Henſchen.

(a) *Baron. an. 76. n. 1. & ſeq. & an. 109. n. 1. Euſeb. lib. 3. c. 36. Uſuard. cæterique Latini.* (b) *Baron. an. 294. n. 6. & ſeq. & an. 295. n. 1. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Suſannæ die 11. Auguſti.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. ann. 439. n. 42. An. 446. n. 20. & an. 449. n. 92. item Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. an. 636. n. 15. Roderic. Tolet. lib. 2. c. 17. Bolland. & Henſchen. Acta.*

Sapientia dedit ſcientiam Sanctorum. Sapien. 10.

(a) *Simeonis Epiſc. centum viginti annorum ſenex.* Acta: *Simonis.* Martyrol. de Peregrinis: *Centum & novem annorum.* Græci verò in Menæis, Caniſ. in Menologio, Arcudius in Anthologio, & Maxim. Cithæreus ſilent ætatem.

(b) *Apud Oſtia Tiberina Maximi, Claudii, Præpedignæ, cum Alexandro, & Cutia.* Chinius: *Propedignæ.* Ms. quoddam: *Prædignæ.* Aliique Codic. *Præpidignæ.* Martyrol. de Peregrin. *Præpedignæ.* Caniſ. pro Alexandro, & Cutia: *Alexandria, & Curia.* Aliis: *Cutias, Chutia, Cucius, Cucianus.* Mautolyc. pro Maximo: *Marinus.* Ms. Centullen. nomine Bedæ: *Romæ Claudii, & uxoris ejus Præpedignæ, & filiorum Alexandri, & Cutiæ, & fratris Claudii nomine Maximi.* Martyrol. de Peregrin. *Civitate Hoſtia SS. Martyrum Claudii, & uxoris ejus Præpedignæ cum duobus filiis, qui* &c. Roſuueyd. nulla Agonis palæſtra: *Sanctorum Martyrum Maximi Comitis rei privatæ, Claudii clariſſimi ejus fratris, Præpedignæ Claudii uxoris, Alexandri, & Curiæ filiorum.*

Non didici, & non novi ſcientiam Sanctorum. Proverb. 30.

(c) *In Africa Lucii, Silvani, Rutuli, Claſſici, Secundini, Fructuli, & Maximi.* Martyrolog. Epternacen. pro Africa præſignat: *In Italia Civitate Concordia Rutuli, Silvani, Claſici, Secundini, Fructuli, Damaſi.* Bluman. prænotat: *In Africa.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Rictuli, Sylvani, Claſici, Secundini, Fructuli, Orion.* Martyrol. Hieronymian. Lucenſe: *In Africa Publii, Iuliani, Marorobi: Item Iuliani.* Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *In Africa Rutuli, Silvani, & aliorum duodecim.* Ms. Leodien. S. Lamberti:

Item

Item Rotuli, *Silvani*, *Paulini*, *Maximi*. Ms. Aquiſgranen. *Rutuli*, *Daſſici*, *Tulii*, *Lampatii*, *Maroli*. Aliis: *Majoli*. Ms. Lætienſe: *In Africa SS. Rutuli*, *Damaſi*: *Ipſo die Salvini*, *& Paulini*. Ms. Vatican. *In Africa Retuli*, *Silvani*, *Claſſici*, *Secundini*, *Fruſtuli*. Ms. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa*, *Rutuli*, *Damaſi*, *Silvani*, *Caſici*. Ms. Sancti Cyriaci: *Caſtici*.

Diſceptatio Topographica.

(c) *In Africa Lucii*, *Silvani*, *& Soc.* Ex variis prælibatis lectionibus, aliis: *In Urbe Italia Concordia*, inter quas Martyrol. quoque Mss. Aquiſgranen. & Richenovien. Augiæ divitis prope Conſtantiam: *Italia Civitate Concordia Silvani*, *Claſſici*, *Secundini* &c. Aliis: nullo Italiæ loco memorato, ut Martyrol. S. Hieronymi: *In Italia Lucii* &c. Anceps videtur lectio Martyrolog. Roman. quæ promit: *In Africa Lucii*, *Silvani*, &c.

Eminentiſſim. Baron. in Not. *Hos omnes reſtitutos ex Codice pervetuſto*, *cujus ſæpè meminimus*: *prætermiſſi ſunt alias fortaſſe*, *quòd nec Civitas ubi paſſi*, *nec tempus ibidem haberetur expreſſum*.

Verùm in prædicto Ms. Codice, illo ſcilicet Monaſterii S. Cyriaci, quo ipſe Baronius uſus, non legitur *Lucius*, & pro *Claſſici*, habet *Caſtici*; unde aut non omnes Martyres enunciati in Africa paſſi fuere, ſed ex iis aliqui in Africa, aliique in Italia; aut qui in Africa, hi erunt alii ab iis, qui in Civitate Concordiæ, ſive in Italia coronam Martyrii duxere. Si igitur ſapientioribus placuerit, ſedula videretur Martyrol. Romani lectio, ſi, ut Greven. ac Ms. Leodien. S. Lamberti, nullam loci notam præſignet, ſed: *Eodem die Sanctorum Martyrum Lucii*, *Silvani*, &c.

Diſceptatio Chronologica.

(d) *Conſtantinopoli S. Flaviani Epiſcopi*; *atque in exilium actus*. Licèt Græci in Menologio teſtentur, hunc S. Epiſcopum in exilium actum, ærumniſque confectum obiiſſe, *Protogene*, *& Aſterio Coſſ.* ex ſententia Marcellini Comitis in Chronic. plerique alii interfectum tradunt, ut vindicem Fidei, ab Aſſeclis Dioſcori in Pſeudoſynodo Epheſina plagatum.

Et quidem ex mendoſo Codice Marcellinus hæc hauſit, Sacroſancto Concilio Calcedonenſi profectò oppoſita, in cujus prima Actione, & tertia, Euſebius Dorilæi, & in quarta Archimandritæ Catholici, oblato S. Synodo Libello adversùs Dioſcorum, conclamavere Sanctum Flavianum factione Dioſcori necatum.

Eminentiſſim. Baron. in Not. ſuadet utrumque verum, & quòd Flavianus à Dioſcoro malè acceptus fuerit, ut Hiſtorici, & quòd ità male affectus, ut continuò miſſus in exilium, tertia die vita functus ſit: Adſtruit Ms. Bibliothecæ Vaticanæ n. 1855. ubi inter alia de Flaviano: *Ducitur in exilium Flavianus*, *& apud Epypam*, *quæ erit Civitas Lidiæ*, *ſeu superveniente*, *ſeu ingeſta morte defunctus eſt*.

Aſt refragatur Liberato Diacono in Breviar. hæres. Neſtorian. & Euthychian. c. 12. Item Evagrio Scholaſt. hiſt. lib. 2. c. 2. & Nicephor. lib. 14. c. 4. exactè hoc factum ſcribentibus, antequam Patres Epheſo receſſiſſent: Manuſcript. verò laudatum incerti Auctoris eſt, ut ipſe Baron. atque cenſendum ex aliquo mendoſo Codice reſcriptum, quemadmodum & Marcellinus reſcripſit, tradendo pro jam facto, id quod Dioſcorus erat facturus, nempe Flavianum in Ægyptum relegare: at Flavianus in ſui plagatione à Dioſcori Aſſeclis ſuperveniente morte defunctus, antequam in exilium pulſus eſſet; Cæterùm ut ex hac hæſitatione Roman. Martyrologium abeat, & dummodo, qui majori ſapientia pollent, definierint, aliis omiſſis, concinnetur: *Conſtantinopoli S. Flaviani Epiſcopi*, *qui*, *cùm Fidem Catholicam Epheſi propugnaret*, *ab impii Dioſcori factione calcibus percuſſus*, *ærumniſque vexatus*, *vitam finivit*.

x. A Undecimo Kalendas Martii. Luna 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

ROmæ natàlis ſancti Gabìni presbyteri & màrtyris, fratris beàti Caii Papæ, qui à Diocletiàno diu in cuſtòdia vinculis afflictus, pretiòſa morte cœli gàudia comparàvit. (*a*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Pùblii, Juliàni, Marcèlli, & aliòrum. (*b*) In Paleſtina commemoràtio ſanctòrum Monachòrum, & aliòrum Màrtyrum,

(a) *Gabini.* Martyr an. 296. Baron. eo ann. n. 1. & ſeq. Bollan. & Henſch. An. 287. Florar. Ms. Die 28. Febr. Mss. Aquicinctinen. & Treviren. Sancti Martini.

(c) *Sanctorum Monachor.* Martyres ann. 509. Baron. eo an. n. 9. An. 600. Bollan. & Henſchen.

(c) *Auxibii Epiſc.* Die 17. Februar. Græci in Menæis, & Maxim. Cythereus.

tyrum, qui à Sarracènis sub Duce Alemùndaro ob fidem Christi sævissimè cæsi sunt. (*c*) Jerosòlymis sancti Zambdæ Epìscopi. (*d*) Sòliis sancti Auxìbii Epìscopi. (*e*) Apud Beneventum sancti Barbàti Epìscopi, qui sanctitàte cèlebris, Longobàrdos & còrum Ducem ad Christum convèrtit. (*f*) Mediolàni sancti Mansuèti Epìscopi & confessòris. (*g*)

(a) *Baron. an. 194. n. 1. & sequ. & an. 296. n. 1. & seq. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Susannæ di 11. August.* (b) *Baron. in not. Bolland. & Henschen. Acta, aliique recentior.* (c) *Baron. an. 309. n. 9. item Metaphrast. in Act. S. Ioan. Silentiarii die 13. Maii, & in Act. S. Euthymii Abbat. die 5. Decembr.* (d) *Baron. an. 296. n. 6. Euseb. hist. lib. 7. c. ult. & Nicephor. Callist. lib. 6. c. 34.* (e) *Baron. in not. Lippoman. t. 5. Sur. t. 1. Bolland. & Henschen. Acta,* (f) *Baron. an. 680. n. 3.* (g) *Baron. in not.*

Custodivit anima mea testimonia. Psal. 118.

(a) *Romæ Gabini*. Usuard. *Gabinii*. Pleraq. Martyrologia: *Gavinii*. Alia cusa, & manuscript. *Savini*. Ms. Divionen. *Romæ Gabinii Presbyteri, & Martyris*: *nil aliud*. Usuard. pro sequitur: *qui à Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus pretiosa morte Cœli gaudia comparavit*, percurrit *Fratris Beati Caii Papæ*, Notker. aliique addunt: *Fatris Beatissimæ Susannæ*.

(b) *In Africa Publii, Iuliani, Marcelli, & aliorum*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Pupli, Marubi, Iuliani, Bacesei. Item Iuliani, Marcelli, Tuli, Lampati, Majuli, Iuli*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Publi, Iuliani, Marubi. Item Iuliani, Barechei, Marcelli, Tullii, Lampasi, Majuli, Iuli, Saturnini*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Africa Rutuli, Silvani, Classici, Secundini, Fructuli, Damasii, Bacchei, Marcelli, Tullii, Lampasii, Maruli, Iulii*. Martyrolog. Bluman. post *Damasii* prosequitur: *Publi, Iuliani, Maruli. Item Iuliani, Barachei*. Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Publii, Macrobii, Iuliani, & aliorum*. Ms. Vatican. *In Africa Publii, Iuliani, Marcelli, Lampasii, Majuli*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. percurrunt *Lampasii*. Ms. Lætiense: *Marcellini* pro Marcelli. Ms. Sancti Cyriaci: *In Africa Marubii, Publii, Iuliani, Marcelli, Tullii, Iamnasii, Iuli, Victoris, Coronæ*. Ms. Richenovien. Augiæ Divit. prope Constantiam, & Ms. Ultrajectin. *In Africa Publii, Marcelli, Iuliani, Baralei. Item Iuliani, Tullii, Lampasii, Mavili, Maximillæ*. Mss. Leodien. S. Richarii, S. Maximini, & S. Lamberti: *In Africa SS. Publii, & Iuliani*. Bellin. Felic. Molan. & Greven. *In Africa SS. Publii, Iuliani, & Marcelli*. Canis. Martyrol. German. & Galesin. *In Africa SS. Publii, Iuliani, Marcelli, Tullii, & Iulii, qui confessionis certamine confecto, ad coronam migrarunt in Cœlum*. Raban. *In Africa Publii, Iuliani, Marulii. Item Iuliani, Marcelli, Tuli, Lampasii, Maruli, & Iuliani*. Notker. *In Africa Publii, Iuliani, Marubii. Item Iuliani, Barachei, Pauli, Marcelli, Tullii, Lampasii, Majuli, & Iulii*. Martyrol. de Peregrin. *In Africa Publii, Iuliani, & Marcelli*: silet *& aliorum*. Vuandelbert.

Publius undecimum simul, & Iulianus adornant.

Studiosus ipsos Codices adeat, perpendat, & seligat.

(c) *Auxibii Episc.*

Cardinal. Baron. in not. *Agunt de eo Græci in Menologio hac die*. At Bolland. & Henschen. in nullo Menologio, neque in illo Canisii, sed in Magnis Menæis, & apud Maximum Cythereum, & ad 17. Februar. sine Episcopi nota: *Memoria S. Patris Auxibii*.

Ut faciam in eis judicium conscriptum. Psalm. 118.

ix. B Decimo Kalendas Martii. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21				

* Hodie Sol ingreditur in Signo Piscium, & in eo usque ad 20. Martii inclusivè.

Tyri in Phœnicia commemoràtio beatòrum Màrtyrum, quorum nùmerum solius Dei sciéntia còlligit, qui sub Diocletiàno

(a) *Beatorum Martyrum.* An. 309. Baron eo an. nu. 19. Ann. 304. Bollan.& Henschen.

(d) *Sadhot, & Soc.* Martyres ann. 344. Baron.eo ann. n. 21. An.345. Bollan.et Henschen. Die 19. Octobris Menæa. Die 20. Menolog. Canis. & Ferrar. General. Catal.SS.

no Imperatòre a Vetùrio militum magistro multis tormentòrum genèribus sibi invicem succedèntibus occisi sunt ; primò quidem flagris toto còrpore dilaniati , inde divèrsis bestiàrum genèribus traditi , sed ab illis divina virtùte nil læsi , pòst àddita feritàte ignis ac ferri , martyrium consummàrunt . Horum gloriòsam multitùdinem ad victòriam incitàbant Tyrànnio , Silvànus , Pèleus & Nilus Epìscopi ac Zenòbius prèsbyter , qui felici agòne unà cum illis martyrii palmam adèpti sunt . (*a*) In Cypro insula sanctòrum màrtyrum Pothàmii & Nemèsii . (*b*) Constantinòpoli sancti Eleuthèrii Epìscopi & màrtyris . (*c*) In Pèrside natàlis sancti Sadoth Epìscopi , & aliòrum centum vingintiòcto , qui sub Sapòre Rege Persàrum , cùm Solem adoràre renuissent, crudèli nece præclàras sibi coronas comparàrunt. (*d*) Càtanæ in Sicilia sancti Leònis Epìscopi, qui virtùtibus atque miràculis coruscàvit . (*e*) Eòdem die sancti Euchèrii Epìscopi Aurelianènsis , qui eò magis miràculis claruit , quò plùribus invidòrum calùmniis fuit opprèssus . (*f*) Tornaci in Galliis sancti Eleuthèrii Epìscopi & Confessòris . (*g*)

(e) *Leonis Episc.* An.731. Baron. eo an. n. 50.An. 789. Bollan.et Henschen.

(f) *Eucherii Episc.* Obiit an. 731. Baron.eo anno n. 5. An. 743. Cointius n.22. An. 738. Mabillon. Secul. 3. Benedictin. Ann.742. Pagi t.3.ad an. 731.n.19.

(g) *Eleutherii Episcopi*. Obiit an.629.Baron. in Notis ad oram marginal. Ann. 631. Bollan.et Henschen.An.656. Alii.

(a) *Baron. an. 297. n. 26. & an. 309. n. 19. Euseb. lib. 8. c. 7. & 25. & Nicephor. histor. lib. 7. c. 7. & 10.* (b) *Baron. in not. ac Usuard.* (c) *Baron. in not. Niceph. in Chronic. & Niceph. Callist. lib. 8. c. 6. & lib. 15. c. 23.* (d) *Baron. an. 344. n. 21. item Græci in Menologio , Lippom. t. 1. & Sur. t. 1.* (e) *Baron. an. 731. n. 50. & Græci in Menologio .* (f) *Baron. in not. Sur. t. 1. Sigebert. in Chronic. ad an. 723. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 192. & lib. 4. c. 186. ac Molan. Indic. SS. Belgii .* (g) *Baron. in not. item Molan. die sequ. Indic. citat.*

Oculus videns testimonium reddebat. Job.29.

(a) *Tyri in Phœnicia Beatorum Martyrum. Horum gloriosam multitudinem ad Victoriam incitabant Tyrannio , Silvanus , Peleus & Nilus Episcopi , ac Zenobius Presbyter* , &c. Quædam Mss. apud Galesin. pro *Tyrannio* indeclinabile , *Tyrannius* . pro Silvanus, *Siluanus* , pro Zenobius , *Tenobius* , *Lenobius* , *Zenobilus* , & pro Nilus . *Linus* . Martyrol. de Peregrin. *Multitudinem incitabat ad victoriam Tyrannius , & Sylvanus , Pelagius , atque Linus Episcopus , Zenobius quoque Presbyter* &c. Ms. Divionen. *Apud Tyrum Martyrum , quorum numerum Dei scientia solùm colligit.*

(b) *In Cypro Insula* . Cyprus Insula Syriæ notissima, inter Pamphylium ,& Syriacum pelagus sita, figura oblonga inter occ. & ortum . *Pothamii , & Nemesii* . Aliis : *Potamina , Potamia , Puntamia* ;& pro Nemesii , *Misis* . Martyrol. Epternacense: *Apud Cyprum Potami , Nemesis , Didimi* . Ms. Richenovien. & Notker. *Putamii* . Martyrol. Corbejen. *Apud Cyprum Potamina ,Misis , Didymi , Iocundi, Flori* . Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrolog. Bluman. silent *Iocundi* , & *Flori* . Martyrolog. Colonien. cusum anno 1490. & Greven. Auctario ad Usuard. *Romæ SS. Caii, Victoris , & Puntamiæ Martyrum . Et in Cypro Insula , Potamii , & Nemesii Martyrum* . Attrebatense, Tornacense , & Lætiense : *Apud Cyprum natale Sanctorum Potamiæ , & Didymi* . Ms. Divionen. *Apud Cyprum natale Potaminæ* .

(d) *Sadoth Episcopi , & aliorum centum vigintiocto , sub Sapore Rege* , &c. Aliis: *Sadochi , Sadothi , Sadothes , Sadoch*. Usuard. & Galesin. *Sadochi*. Canis. in Menologio , & Ferrar. in General. Catal. SS. *Sadoch . & aliorum cxx. sub Sapore . Sapor* à Simoretto *Saper* vocatur . Nomen Persicum apud Scaliger. lib. 1. Catelect. tit. 2. in veteri petra Carmen habetur , quo ibidem *Saper* vocare debere docemur :

Fata per humanas solitas prænoscere fibras,
Impius infanda Religione Saper .

At decet Roman. Martyrol. sequi .

(e) *Catanæ Leonis Episcopi* . Maurolyc. & Felic. *Catanæ in Sicilia Leonis Episcopi , qui Christi virtute armatus , Heliodorum magum insignem flammis destruxit* .

(f) *Eodem die Eucherii Episcopi Aurelianensis* . Plerique : *Episcopi & Confessoris* . Martyrol. Trudonen. *In Sarchinio Monasterio S. Trudonis depositio S. Eucherii* , &c. Ms. Monaster. Aquicinctin. *In Hasbania*

Væ qui ambulant post spiritum suum , & nihil viderunt. Translation.ex Hæbre. Sancti Pagn.

apud

apud Sanctum Trudonem depositio S. Eucherii Confessoris, Aurelianensis Episcopi, qui à Carolo Martello in exilium missus, in pace quievit. Ms. Monaster. S. Laurent. juxta Leodium legit: *In Hasbania in villa, quæ dicitur Sarchinium*: reliquum ferè ut suprà.

Fuit à Carolo Martello relegatus, eo quia ipsi, res Ecclesiasticas in urgentis belli usus rapienti, restitit.

Cardinal. Baron. in not. unum Eucherium. Bolland. & Henschen. duos hac die recensent, unum Episcopum Aurelianensem, alterum Episcopum Trajectensem, cujus obitus circ. 500. horum Acta inspicienda.

(g) *Eleutherii Episc.* In una hebdomada plusquam undecim millia baptizavit: Pagi t. 2. ad an. 447. n. 9. Fuit Noviomensis Episcopus, & Tornacensis, ut idem ad an. 732. n. 8. itaut utrique Ecclesiæ Cathedrali servaretur ejus honor; Pontifex dicitur Noviomensis, & Tornacensis: & vice versa, Tornacensis etiam, & Noviomensis.

viii. C Nono Kalendas Martii. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

(a) *Sanctorum Martyrum septuaginta novem.* Ann. 303. Baron. eo ann, n. 154. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(d) *Petri Mavimeni.* Martyr an. 742. Baron. eo an. n. 4. Ann. 745. Sigebert. Chronic. Ann. 743. Bollan. & Hensch. Die 9. Februar. Menæa Græca, & Maxim. Cythereus.

IN Sicìlia natàlis sanctòrum Màrtyrum septuagintanòvem, qui sub Diocletiàno per divèrsa tormènta confessiònis suæ corònam percìpere meruèrunt. (*a*) Adrumèti in Africa sanctòrum màrtyrum Vèruli, Secundìni, Syrìcii, Felìcis, Sèrvuli, Saturnìni, Fortunàti, & aliòrum sèxdecim, qui in persecutiòne Vvandàlica ob Cathòlicæ fidei confessiònem martyrio coronàti sunt. (*b*) Scythòpoli in Palæstina sancti Severiàni Epìscopi & màrtyris. (*c*) Damàsci sancti Petri Mavimèni, qui cùm dìceret Aràbibus quibùsdam ad se ægròtum venièntibus: Omnis, qui fidem Christiànam Cathòlicam non amplèctitur, damnàtus est, sicut Mahumet pseudoprophèta vester, ab illis necàtus est. (*d*) Ravènnæ sancti Maximiàni Epìscopi & confessòris. (*e*) Metis sancti Felìcis Epìscopi. (*f*) Brixiæ sancti Patèrii Epìscopi. (*g*)

(e) *Maximiani Episc.* Die seq. Ecclef. Raven. & Rub. lib. 3. hist. Raven.

(f) *Felicis Episc.* Circ. an. 100. Baron. in not. ad oram marginal. Bollan. & Hensch. Circ. 128. Florar. Ms.

(g) *Paterii Episcopi*. Claruit circ. 600. Arnoldus Belga. Obiit initio 700. Bolland. & Henschen.

(a) *Baron. an. 303. n. 154. Petr. in Catal. lib. 3. c. 138. Usuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 12. n. 75. Usuard. & alii.* (c) *Baron. an. 451. n. 28. item Niceph. lib. 5. c. 9.* (d) *Baron. an. 742. n. 4. & Sigebert. in Chronic. ad an. 745.* (e) *Baron. an. 432. n. 93. ac Rub. hist. Raven. lib. 3.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Demochar. in Tabul.* (g) *Baron. in not. Arnold. Belga. & Tabul. Eccles. Brixian.*

Audi verba sapientum, & redundabit in labiis tuis. Proverb. 22.

(a) *In Sicilia Martyrum septuagintanovem.* Martyrolog. Ms. S. Richarii: *Apud Siciliam Martyrum septuagintaocto*. Verùm omnes Codices constanter habent *septuagintanovem*. Ferrar. General. Catal. SS. *Cæsaraugustæ in Hispania Sanctorum septuagintanovem Martyrum*: suadet tamen: *nihil prætereà de his apud aliquem reperiri*. Nihilominùs Tabulæ Eccles. Cæsaraugustan. & Calendar. hos pandit ant.

(b) *Adrumeti in Africa Veruli, Secundini, Syricii, Felicis, Servuli, Saturnini, Fortunati, & aliorum sexdecim*. Adrumetum, vel Adrumentum Urbs Africæ lit. olim Ep. & Colonia clarissima inter Aphrodisium, & Ruspinam proximas Urbes à Carthagine 86. mille passus in ortum, & eurum, distans à Tuneto in ortum ad 75. mille passus. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Civitate Adrumiti, Veruli, Secundi, Servoli, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati, Iocundi, & aliorum XVIIII.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Viruli, Secundini, Servuli, Sciriti, Felicis, Iocundi, Saturnini, Fortunati, & aliorum septemdecim*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Africa Verolæ, Secundini, Servoli, Syrici, Felicis, Iocundi, Saturnini, Fortunati, & aliorum XVII.* Martyrol. Blumar. pro Verolæ, *Vereli*. Martyrol. Re-

Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Proverb. 24.

ginæ Sueciæ Ms. *In Africa Civitate Adrumeti, Veruli, Secundini, Servuli, Siricii, & aliorum xxi.* Ms. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa SS. Secundi, Servuli, Iuliani, Saturnini, Felicis, & aliorum septemdecim.* Ms. Lætien. silet *Secundi*. Ms. Vatican. *In Africa SS. Veroli, Secundini, Servuli, Siricii, Felicis.* Ms. Sanct. Cyriaci subcollat *Saturnini*. Martyrol. de Peregrin. *In Africa Civitate Adrumento SS. Veroli, Secundi, Servuli, & aliorum viginti.* Eadem ferè Petr. de Natal.

(c) *Scythopoli in Palestina Severiani Episcopi, & Martyr.* Ptolom. tabul. 4. Asiæ *Scythopoli juxta Galileam.* Greven. Auctar. ad Usuard. & alia Mss. *Ipsò die SS. Episcoporum Polycarpi, & Severiani.*

(d) *Damasci Petri Mavimeni.* Maxim. Cyther. *Eodem die S. Hieromartyr Petrus Damascenus gladio vitam finit.* Mença: *Arguens insanos Petrus occumbit, illu uno finem esse assecutus.*

(f) *Metis Felicis Episcopi.* Ms. Treviren. Monaster. S. Martini: *Mettis Felicis Confessoris.* Greven. quidem, Molan. Auct. ad Usuard. Martyrolog. Colonien. anno 1490. edit. ac plurima Ms. addunt: *& Confessoris.*

Cardinal. Baron. in not. *Seditque annos 42. ut habent Tabula Democh.* At Galesin. ex Calendario Metensi: *Metis S. Felicis Episcopi, & Confessoris, qui ann. xl. & mensibus sex Ecclesiam administravit* &c.

Disceptatio Topographo-Chronologica.

(b) *Adrumeti in Africa, Veruli, Secundini, Syricii &c. in persecutione Vvandalica.* Ex tot Martyrologior. vario exarandi modo jam prælibato, ambiguum videtur, quot martyres fuerint, in qua palestra, & sub qua persecutione; aliis referentibus ultra signatos, septemdecim, aliis octondecim, aliis viginti, aliisque plus minusve, referentibus quoque aliis: *In Africa Civitate Adrumeto*, vel *Adrumitu*; ut Martyrol. Roman. vet. & alii: *In Africa*, nullo alio præsignato loco, ut Mss. Lætien. Tornacen. S. Martini, Colonien. S. Mariæ ad Grad. aliaque.

Eminentissim. Baron. in not. *De his etiam Beda, & Usuard. Quod hic additum est, hos passos esse in persecutione Vvandalica, ex vetere manuscripto restitutum.*

Ast licèt Beda, & Usuard. in testes acciti relatos martyres cum sexdecim Anonymis habeant, de Urbe tamen *Adrumeti*, & de *Vvandalica persecutione* penitus memorant, neque Ms. indigitatum, illud scilicet Monaster. S. Cyriaci, quo Baron. in not. usus, aliud refert, nisi: *IX. Kal. Martii in Africa natale Sanctorum Veroli, Secundini, Servuli, Sirici, Felicis, Saturnini*, nulla mentione, neque de Urbe Adrumeti, neque de S. Fortunato, neque de sexdecim Anonymis, neque tandem de persequutione Vvandalica. Galesinius tamen sua ad Martyrol. præfat. hanc S. Augustini authoritatem exhibet: *Plenam esse Africam, & refertam ubique terrarum Provinciam Martyribus, neque ferè locum usquam esse, ubi aliqua non extent monumenta generosa cædis pro Christi gloria tolerata.* Quamobrem Adrumeti hæc Vvandalica persecutio in relatos Martyres contigit.

Nihilominùs quemadmodum ex pura conjectura hoc elicitur, ex eàque etiam altera opposita colligenda, quatenus non omnia ad persequutionem Vvandalicam referenda; neque quia hi Sancti Martyres in Africa; idcirco Adrumeti, & in persequutione Vvandalica, sed alibi nobis ignotum, & alio Tyranno: Adstruit hoc ipso die Martyrolog. Treviren. Ms. penes Bolland. & Henschen. *Nono Kal. Martii in Africa Saturnini Martyris, & aliorum 240. qui jubente Diocletiano per diversa tormenta occisi sunt.* Ut igitur lectio Roman. Martyrolog. constet, & solertes decernerent, ad instar ejusdem Ms. S. Cyriaci à Baronio in testem adducti, enunciet: *In Africa Sanctorum Martyrum Veruli, Secundini, Syricii, Felicis, & aliorum, qui ob Catholicæ Fidei confessionem Martyrio coronati sunt.*

** Initium Dixtri Sexti Syro-Macedonum mensis, & Xanthici sexti Macedonum mensis.* Pagit. I. in calce ex Epoch. Cardinal. Nor.

vii. D Octavo Kalendas Martii. Luna 22
a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

ANtiochiæ Càthedra sancti Petri Apòstoli, ubi primùm discìpuli cognominàti sunt Christiàni. (*a*) Hieràpoli in Phrygia beàti Pàpiæ ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui sancti Joànnis Senioris auditor, Polycàrpi autem sodàlis fuit. (*b*) Salamìnæ in Cypro sancti

Aristionis

(b) *Papia*; Die 17. Maii Maurolyc., & var. Mss.
(c) *Aristion.* Die 3. Septem. Græci in Menolog. Canis. Die 2. Galesin. Die 17. Octob. Ado, & Notker.

Aristionis, qui (ut idem Pàpias testàtur) fuit unus de septuaginta-duòbus Christi discìpulis. (*c*) In Aràbia commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, qui sub Galèrio Maximiàno Imperatòre sævìssimè cæsi sunt. (*d*) Alexandrìæ sancti Abilii Epìscopi, qui secundus post beàtum Marcum ejùsdem civitàtis Epìscopus, sacerdòtium virtùte conspìcuus ministràvit. (*e*) Viènnæ sancti Paschàsii Episcopi, eruditiòne, & mòrum sanctitàte præclàri. (*f*)

(d) *Commemoratio plurimorum Martyr.* Martyres anno 309. Baron. eo an. nn. 25. Ann. 310. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. An. 304. Bollan. & Henschen.

(a) *Baron. an. 39. n. 9. & sequ. & an. 43. n. 1. & seq.* (b) *Baron. an. 97. n. 9. & an. 118. n. 23. & sequ. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 97. n. 9. item Euseb. lib. 3. c. 33. ac Hieronym. de Script. Eccles. in Papia.* (d) *Baron. an. 309. n. 25. ac Euseb. hist. lib. 8. c. 24.* (e) *Baron. an. 100. n. 19. Euseb. in Chronic. Usuard. Ado, & alii.* (f) *Baron. in not. & Ado in Chron.*

In omni animo accede ad sapientiam. Ecclesiast. 6.

(a) *Cathedra S. Petri*. Apographa Martyrol. S. Hieronym. Corbejen. & Lucen. ac Martyrol. Roman. vetustissim. VIII. *Kal. Martii natale Petri de Cathedra*. Apud sacros medii ævi Scriptores idem est dies natalis, ac celebritas, sive solemnitas. Notker. *Antiochiæ Syriæ*. Eximius Pontifex Paul. IV. ex Cleric. Regularib. sua Bulla de an. 1558. testatur, hac die ab Ecclesia festivitatem Cathedræ Antiochenæ S. Petri juxta antiquor. Patrum testimonia recoli consuevisse.

(b) *Hierapoli in Phrygia Papiæ*. Hierapolis Phrygiæ Urbs quondam celebris, Episcopalis inter Laodiceam, Cybiram, Apamiam proximas ejusdem Tractus Urbes. Antiochiæ quoque ad Mæandrum finitima: nonnullis *Alepia* nunc dicitur, sed hæc longiùs à Laodicea, cui Hierapolis ad VI. mille passus vicina erat. Ferrar. Nova Topograph. S. Maxim. Martyr cap. 7. Magni Dionys. de Hierarchia Eccles. *Hierapoleos in Asia Papias* &c.

(c) *Salaminæ in Cypro Aristionis*. Aliis: *Aristonis, Aristi, Aristippi*. Ms. Monaster. Centullen. nomine Bedæ. Notker. & Martyrol. de Peregrin. nulla loci nota: *Ipso die Aristionis antiqui Christi Discipuli*. Canis. suo Græcor. Menologio ad 3. Septembr. *Eodem die natale S. Aristionis Episcopi Alexandriæ, qui igne probatus migravit in Cœlum*: videtur alius, at ipsi Græci definiant.

(e) *Alexandriæ Abilii Episc.* Galesin. *Abylæ*, sivè *Abylen*. Maurolyc. *Alexandriæ S. Babylæ Episcopi, qui tertius à S. Marco* &c. Martyrol. de Peregrin. *Alexandriæ S. Abilæ Episcopi, qui secundus post S. Marcum* &c. Roman. Martyrol. *qui secundus* profert. Pro hac tamen Chronologia consulendus Euseb. in Chron. lib. 2. cap. 23. & lib. 3. c. 12. editionis Christophorsoni.

Disceptatio Litteralis.

(b) *Hierapoli in Phrygia B. Papiæ: qui S. Joannis Senioris auditor.*

Hæc lectio non prorsus expers à dubio. Notker. Bellin. Maurolyc. & de Peregrin. item Ms. Treviren. & aliud Monaster. Richenbergen. panditant: *Papia auditor S. Joannis Apostoli*, & Menolog. Sirleti in Canisio, ac Ms. Colonien. Carmelitar. Leodien. S. Lamberti, & Centulen. nomine Bedæ: *Auditor S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ*.

Sapientiæ sta, ut omnem narrationem possis audire. Ecclesiast. 6.

Eusebius quidem in Chronic. ad III. annum Trajani juxta Pontacum, ad II. penes Miræum promit: *Joannem Apostolum usque ad Trajani tempora permansisse. Ireneus Episcopus scribit*: his verbis Sancti Hieronym. addit: *Postquam* (scilicet Joannem Apostolum mortuum) *Auditores ejus insignes fuerunt Papias Hierapolitanus Episcopus, & Polycarpus Smirnæus, & Ignatius Antiochenus*: Adstruunt quoque beatum Papiam Joannis Apostoli auditorem fuisse, non solùm ipse Hieronym. tum lib. de Scriptor. Eccles. tum Epistol. 29. ad Theodoram; sed & Ireneus lib. 5. advers. hæreses c. 23. Cæsariens. Sinaita, Æconomius, & S. Maxim. Martyr.

Eminentissim. Baron. ad Christi ann. 118. n. 3. consignat Eusebium in testem, lib. 3. c. 33. ferentem, Papiam non vidisse Apostolos, neque Joannis Apostoli discipulum fuisse, eo quia ipse Papias scripsit, se Joannis Præsbyteri, aut Senioris Auditorem fuisse.

Ast idem Euseb. eod. prælibato libr. c. 29. asserit, fuisse, qui scripsere duos vixisse in Asia eodem nomine *Joannis* appellatos, quorum alter Apostolus, alter verò Presbyter, adstruitque Hieronym. lib. de Scriptor. Eccles. c. 9. *Nonnulli putant duas memorias Joannis esse.* Data modò hac duplici Joannis memoria, Apostoli scilicet, & Presbyteri, ex verbis Papiæ perperam inferri videtur, ipsum Papiam Apostolos non vidisse, aut Joannis Apostoli discipulum non fuisse. Papias enim verbis relatis non demonstrat, se neutiquam Joannis Apostoli auditorem, aut inspectorem fuisse. Hæc & plura alia apud Halloyxium in vit. nec non penes Bollan. & Henschen.

hac ipsa die. Interim nè in Roman. Martyrol. lectione dubium cadat, & quatenus sapientiores adstipularentur, percurso *Senioris*, ut Beda cusus, ac Ms. Monaster. Lichembergen. & Treviren. proferat: *Hierapoli in Phrygia B. Papiæ, qui S. Ioannis Auditor, Polycarpi autem sodalis fuit*, &c.

vi. E Septimo Kalendas Martii. Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

A B C D E F Γ G H M N P

15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

In anno Bissextili omittitur Vigilia sancti Mathiæ Apòstoli: *quia transfertur in sequentem diem, quæ est* 24.

(b) *Sireni*. Martyr Circ. 3?0. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 287. Horat. Ms. Die sequ. Vuetford. Martyrol. Anglican. Die anteceden. Florentin.

(d) *Polycarpi Presbyt.* Die præceden. Martyrol. Marchianen. Ms.

(f) *Lazari Monachi*. Obiit an. 823. Baron. eo an. n. 5. Ann. 870. Bolland. & Henschen. Die 17. Novembr. Græci in Menæis, & Ferrar. General. Catal. SS.

Vigilia sancti Mathiæ Apòstoli. (*a*) Apud Sìrmium beàti Sirèni mònachi & màrtyris, qui jubènte Maximiano Imperatòre retèntus, cum se Christiànum esse confiterètur, càpite cæsus est. (*b*) Ibidem natàlis sanctòrum septuagintaduòrum, qui Màrtyrii certàmen in præfàta urbe consummàntes, regna mansùra percepèrunt. (*c*) Romæ sancti Polycàrpi presbyteri, qui cum beàto Sebastiàno plùrimos ad fidem Christi convèrtit, atque ad martyrii glòriam exhortàndo perdùxit. (*d*) In civitàte Asturicènsi sanctæ Marthæ vìrginis & màrtyris sub Dècio Imperatòre & Patèrno Procònsule. (*e*) Constantinòpoli sancti Làzari Mònachi: qui cùm sacras Imàgines pingeret, Theòphili Imperatòris Iconoclàstæ jussu diris supplìciis excruciàtur, & manus ei candènti ferro combùritur: sed Dei virtùte sanàtus, abràsas imàgines sanctas pingèndo restituit, ac demum in pace quièvit. (*f*) Brìxiæ sancti Felìcis Epìscopi. (*g*) Hispali in Hispània sancti Florèntii confessòris. (*h*) Tudèrti sanctæ Romànæ virginis, quæ à sancto Silvèstro Papa baptizàta, in antris & spelùncis cœlèstem vitam duxit, & miraculòrum glòria clàruit. (*i*) In Anglia sanctæ Milbùrgis vìrginis, filiæ regis Mèrciòrum. (*K*) Et àlibi aliorum, &c.

¶ *In anno Bissextili bis pronuntiatur* Sexto Kalendas Martii, *& eadem Luna, scilicet die* 24. *&* 25. *Prima die, id est* 24. *hoc modo*, Sexto Kalendas Martii. Luna. *quota fuerit, deinde*: Vigìlia sancti Mathiæ Apòstoli. Item commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum et Confessòrum, atque sanctàrum Vìrginum. ℟. Deo gràtias. *Secunda die, id est* 25. Sexto Kalendas Martii, Luna ...... In Judæa, *&c. ut in sequenti Lectione*.

(a) *Baron. in not. Microlog. c.* 47. *aliique recentior.* (b) *Baron. in not. Euseb. histor. lib.* 8. *c.* 22. *& Petr. in Catal. lib.* 3. *c.* 197. (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. loc. cit. c.* 150. (d) *Baron. an.* 383. *n.* 12. *& seq. Sur. t.* 1. *in Act. S. Sebastian. ad* 20. *Januar. Usuard. & alii.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Asturicens. Thesaur. Concion. t.* 2. *Bolland. & Henschen. Acta.* (f) *Baron. an.* 823. *n.* 5. (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. & Ascan. Martineng.* (h) *Baron. in not. Flos SS. Hispan. Thesaur. Concio. t.* 1. *Bolland. & Henschen. Acta.* (i) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Tudert. Acta Bolland. & Henschen. citat.* (k) *Baron. an.* 335. *n.* 58. *Molan. Addit. ad Usuard. & Catal. Scriptor.*

(a) *Apud*

Quantùm potestis impleicite. S. Augustin. Homil. Luc. cap. 7.

(a) *Apud Sirmium Sireni Monachi*. Sirmium *Sirmisch* Urbs Episcopalis antiquissima, & præclarissima Pannoniæ inferioris apud Bacuntii fluvii cum Sao confluentiam: totius Pannoniæ quondam Caput, & Metropolis sedes, & altrix. Galesin. in mult. Mss. *Sineti*, *Synerii*, *Sereni*, *Seneri*. Aliis Codicibus: *Seneri*. Martyrol. de Peregrin. *Severi*. Martyrol. Epternacen. *In Sirmi Sinerotis*, *Antigoni*, *Rutuli*, *Livii*. Martyrol. Colonien. Sanctæ Mariæ ad Gradus: *In Smyrna S. Sireni Monachi*. Ms. Divionen. *Apud Sirmium Sineri Monachi, & sexaginta duorum Martyrum*. Rosuueyd. *Apud Sirmium Senerii Monachi, & xlii*. Martyrol. Antuerpien. die præcedenti: *Syrmi Sereni, & aliorum xvi*. Corbejen. & Hieronym. Lucen. *Seneri, & aliorum LXXII*. Maurolyc. VII. *Kal. Martii apud Firmium Italiæ Civitatem in Picenis Beati Sireni Monachi, & Martyris, qui jubente Maximiano Imperatore capite cæsus: nam Severus Abbas in Scythia ra Fretno Ægypti sanctitate, & castimonia inclytus, alius fuit*. Salazar. Martyrolog. Hispanico: *Sexti Firmi in Batica S. L. Sereni Monachi, filii Q. Sereni Samonensis Gallaci*, &c. Florar. Ms. *Apud Sirmium Beati Sireni, aliàs Sergii, aliàs Seneri Monachi, & Martyris*. An Serenus Firmi in Piceno, & Serenus Sexti Firmi in Hispania sint alii à Sereno Sirmiensi, & dato quòd unus idemque sint, quænam lectio verior, Acta penes Bolland. & Henschen. consulenda.

Cardinal. Baron. in not. *Agit de Sireno Petr. in Catal. lib. 3. c. 147. licèt eum etiam Episcopum fuisse dicat*. Verùm id Petrus non asserit, ut apud eum videre licet; forsan ex aliquo luxato Codice Eminentissimus vir hoc excepit.

(c) *Ibidem septuagintaduorum Martyrum*. Galesin. *Eo ipso prætereà loco Sanctorum LXII. Martyrum, qui cælesti præsidio coronati sunt*.

Copiosiùs quàm loquimur cogitate. S. Augustin. Homil. Luc. c. 7.

(d) *Romæ Polycarpi Presbyteri*. Martyrologia Epternacen. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Asia Polycarpi Episcopi cum aliis duodecim Martyribus*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Romæ Polycarpi Presbyteri cum aliis XIII*. Calendar. Hieronymian. Canonicor. Lucens. VII. *Kal. Polycarpi cum aliis duodecim Presbyteris*. Ms. Monaster. S. Cyriaci: *In Asia Polycarpi Episcopi cum aliis duodecim, & S. Herotis*. Ms. Vaticanum: *Eroditis*. Ms. Tornacen. *Eodem die natalis S. Polycarpi Presbyteri*. At plerique Polycarpum Presbyterum, & Martyrem, Romæ hac die proditum confundunt cum Polycarpo Smyrnensi Episcopo, de quo etiam hac ipsa die quàmplura Martyrologia penes Pagi t. 1. ad an. 109. n. 4.

(f) *Lazari Monachi*. Græcor. Menæa ad 17. Novembris: *Eodem die S. Confessoris Lazari Pictoris*. Ferrar. General. Catal. SS. *Constantinopoli S. Lazari Pictoris multa ob sacras imagines passi*.

Baron. in not. *Agunt Græci de eo die 17. Octobris, quando ex Cithiensi Urbe translatum est corpus ejus Constantinopolim, ut testatum habetur Menologio eo die*. Sed hoc Menologium dicto die non recolit translationem; profert enim: *Eodem die relatio pretiosarum reliquiarum Sancti, & justi Lazari, quas reliquias celeberrimus, & fidelis Imperator Leo divino zelo commotus in templo pulcherrimo dicato ex Urbe Cithiensi Constantinopolim translatas in argenteis loculis deposuit*.

(h) *Florentii Confessoris*. Acta Sanctorum penes Bolland. & Henschen. die 27. Octobris alium Florentium indicant Martyrem apud Castrum Tylæ.

v.	F						Sexto Kalendas Martii.		Luna.									24
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

(a) *Mathiæ Apostoli*. Die 9. Augusti Græci in Menolog.

(c) *Sergii*. Die 2. Januar. Menæa. Die 7. Februar. Calendar. Coptic.

(d) *Montani, Lucii, & Soc.* Martyres anno 262. Baron. eo an. n. 5. An. 259. Bollan. & Henschen. Die 18. Maii Florar. Ms.

IN Judæa natàlis sancti Mathiæ Apòstoli, qui post Ascensiònem Dòmini ab Apòstolis in locum Judæ proditòris sorte elèctus, pro Evangèlii prædicatiòne martyrium passus est. (*a*) Romæ sanctæ Primitìvæ màrtyris. (*b*) Cæsarèæ in Cappadòcia sancti Sèrgii màrtyris, cujus gesta præclàra habèntur. (*c*) In Africa sanctòrum màrtyrum Montani, Lùcii, Juliani, Victorici, Flaviani, & sociòrum, qui fuèrunt sancti Cypriani discipuli, & sub Valeriàno Imperatòre martyrium consummàrunt. (*d*) Rhotòmagi pàssio sancti Prætextati Episco-

(e) *Prætextati*. Martyr an. 589. Baron. eo ann. nu. 4. & sequ. Ann. 586. Cointius. Ann. 580. Bolland. & Henschen. Die 14. April. Pagi t. 2. ad ann. 589. n. 3.

(g) *Edilberti Regis*. Obiit an. 613. Baron. eo an. n. 10. An. 616. Pagi t. 2. ad an. 613. n. 8.

Episcopi & màrtyris . (*e*) Trèviris sancti Modèsti Episcòpi & confessòris . (*f*) In Anglia sancti Edilbèrti Regis Cantiòrum, quem sanctus Augustinus Anglòrum Episcopus ad fidem Christi convèrtit . (*g*) Jerosòlymis prima invèntio càpitis Præcursòris Dòmini . (*h*)

(a) *Baron. an. 34. n. 237. & an. 44. n. 41.* (b) *Baron. in not. item Acta Bolland. & Henschen.* (c) *Baron. in not. Usuard. Ado , & alii .* (d) *Baron. an. 262. n. 5. & sequ. ac Sur. t. 1.* (e) *Baron. an. 589. n. 4. & Gregor. Turonen. hist. Franc. lib. 5. c. 18. lib. 7. c. 16. & lib. 8. c. 20. & 3.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. secunda edit. Bolland. & Henschen. Acta .* (g) *Baron. an. 597. n. 20. & an. 613. n. 10. ac Beda de gest. Anglor. lib. 1. c. 25. 32. 33. & lib. 2. c. 3. 4. & 5.* (h) *Baron. an. 33. n. 4. & seq. Græci in Menolog. Usuard. Ado , & alii .*

Investiga Patrum memoriam. Job. 8.

(a) *In Judæa natalis Mathiæ Apostoli .* Martyrol. Corbejen. Beda genuin. ac Florus in Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *vi. Kal. Natale S. Matthiæ Apostoli,* sine palestræ præsignatione : incertum quidem ubi agonem complevit : apud aliquos, lapidibus obrutus Hierosolymis quievit . Brouver. lib. 2. de Regionib. & Urbib. in quibus Apostolorum corpora quiescunt .

Cardinal. Baron. in not. *Latini omnes de eo agunt hoc die : Græci autem ix Augusti , ut constat ex Menologio .* At Bollan. & Henschen. primùm opponunt quo ad Latinos : Quo verò ad Græcorum Menolog. si erit illud Cardinal. Sirleti , quo Baronius usus , ut in not. ad 3. Januar. testatur . Hoc non ix. sed viii. Augusti refert : *Certamen S. Apostoli Matthiæ , qui unus ex septuaginta Apostolis pro Juda Iscariote prædicavit Evangelium in Æthiopia , ubi multis pro Christi fide superatis tormentis , spiritum Deo reddidit .*

(b) *Romæ S. Primitivæ Martyris .* Aliis : *Pritivi .* Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Porto Primitiva .* Ms. Lætien. *Et Romæ S. Primitivi .* Martyrol. Epternacen. *In Portu Natalis Pauli , & Primitivi .* Ms. Richenovien. & Greven. Auctar. ad Usuard. cusum an. 1515. & 1552. *Romæ SS. Martyrum , & Pauli .*

Baron. suis elucubratis not. *De ea consentit vetus Manuscript.* nempe illud Cœnobii S. Cyriaci , quo usus ; sed hoc nil aliud habet , nisi *Romæ natale S. Primitivæ* sine *Martyris* nota . Quinimmo Ferrar. *Primitiva in Romano Martyrologio tantùm memoratur , an ea nupta fuerit , vel Virgo , & sub quo Imperatore Martyrium sit perpessa , prorsus ignotum : quod & de multis , quorum solùm extat memoria , contigit .*

Ipsi docebunt te , loquentur tibi. Job. 8.

(c) *Cæsarea in Cappadocia Sergii Martyris .* Martyrol. Epternacen. *In Cæsarea Cappadociæ Heruli , Lucii , Georgii , Absolonis .* Martyrol. Corbejen. eodem loco præsignato recenset : *Eruli , Lucii , Sergii .* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. pro Sergii , *Sirgi .* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Cæsarea Cappadociæ natalis SS. Heraclii , Lucii .* Ms. Aquisgranen. & Greven. Auctar. ad Usuard. *In Cæsarea Cappadocia SS. Herodii , Lucii , Sergii , Absolonis .* Salazar. Martyrologio Hispan. *Sergii Monachi , & Martyris .* Sanus lector eam seligat lectionem , quæ ipsi arridet .

(d) *In Africa Montani , Lucii , Juliani , Victoriei , Flaviani , & Sociorum .* Notker. *In Africa Juliani , Juliæ , & aliorùm plurimorum .* Felicius : *Montanus , & Socii , videlicet Lucius , Julianus , Victoricus , Flavianus , Primolus , Renus , Donatianus , discipuli ante S. Cypriani , qui post Martyrium Magistri variis tormentis Martyres coronati sunt , quamvis Renus , & Donatianus primò magnis pœnis dilacerati , in carcere decesserint .*

(e) *Rhotomagi Prætextati Episcopi .* Rhotomagus , *Rouen* Gallis , *Roan* Italis . Urbs Abbatialis antiqua Gall. Celt. ad Sequanam Flumen , Neustriæ , seù Normandiæ Metropolis ampla , nobilis , opulenta ex primis totius Galliæ , forma oblonga , cui montes à Septentrionibus imminent .

Baron. in not. *Reperitur interfuisse Concilio Aurelianen. v. cui subscripsit .* Pagi tamen t. 2. ad an. 552. suadet in hujus Concilii Actis hunc Sanctum non nominari , sed solùm : *Optatus Abbas directus à Prætextato Episcopo Gabellicensi .* Ipsi viri eruditi inter se hoc conferant.

iv. G Quinto Kalendas Martii. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26				

* *Initium ſeptimi menſis Ægyptiaci Phamenoth, ſeù Barmahat.* Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Caldinal.Nor.

IN Ægyptò natàlis ſanctòrum màrtyrum Victorìni, Victòris, Nicèphori, Claudiàni, Diòſcori, Serapiònis, & Papiæ ſub Numeriàno Imperatòre: quorum duo primi pro confeſſiòne fidei exquiſita ſuppliciòrum gènera conſtànter toleràntes, càpite plectùntur: Nicèphorus poſt craticulas candèntes, ignèſque ſuperatos, minutatim conciſus eſt: Claudiànus & Diòſcorus flammis incènſi: Seràpion verò & Pàpias glàdio cæſi ſunt. (*a*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Donàti, Juſti, Herènæ, & ſociòrum. (*b*) Romæ natàlis ſancti Felicis Papæ Tèrtii, qui ſancti Gregòrii Magni àtavus fuit; de quo is refert quòd ſanctæ Tharsillæ nepti apparens, illam ad cœlèſtia regna vocàvit. (*c*) Conſtantinòpoli ſancti Tharàſii Epìſcopi, eruditiòne & pietàte insignis, ad quem extat Hadriàni Papæ Primi epiſtola pro defenſiòne ſanctàrum Imàginum. (*d*) Naziànzi ſancti Cæſàrii, fratris beàti Gregòrii Theòlogi, quem idem Gregòrius inter àgmina Beatòrum ſe vidiſſe teſtàtur. (*e*)

(a) *Victorini, & Soc.* Martyres ann. 284. Baron. eo ann. n.10. Ann.285. Bollan.& Henſchen. Die 31. Januar. Græci in Menolog.

(c) *Felicis Pap.* Die 30. Januar. Ferrar. Catal. SS. Ital. et Chin. Die 13. Maii Florar.Ms.

(d) *Tharaſii Epiſc.* Obiit an.806. Baron. eo an.n.2. Bollan. & Henſch. An.805. Theophan. Die 7. Maii Florar.Ms. Die 9. Martii iterùm Græci in Menæis.

(e) *Cæſarii.* Obiit ann.368. Baron. eo ann. nu. 9. Circiter an.369. Bollan. & Henſchen.

(a) *Baron. an. 284. n. 10. Græci in Menolog. ad 31. Januar. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 151.* (b) *Baron. an. 253. n. 52.* (c) *Baron. an. 492. n. 1. aliìque plurimi.* (d) *Baron. an. 784. n. 9. & sequ. An. 795. n. 80. & seq. & an. 806. n. 2. item Græci, ac Lippom. t. 5. & Sur. t. 1.* (e) *Baron. an. 362. n. 10. & seq. & an. 368. n. 9.*

Notum vobis facio: unicuique datur manifeſtatio ad utilitatem. 1. ad Corinth. 12.

(a) *In Ægypto Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis, & Papiæ ſub Numeriano Imperatore.* Latini: *Papia gladio cæſi.* Græci: *Papia in mare merſi.* Ms. Dioven. *Apud Ægyptum Victorini, Victoris, Nicephori, & aliorum Martyrum.* Martyrol. Treviren. S. Martini: *In Ægypto ſeptem Martyrum.* Ms. Sancti Mariani Germani in Hibernia proſequitur: *Victoris, Victorini, Claudiani, Papias, Dioſcori, Nicophori,* ſilet *Serapionis.* Martyrol. de Peregrin. habet *Nicophori,* percurrit *Claudiani.* Ms. Leodien. S. Lamberti: *Sub Numeriano Imperatore.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, & Florar. Ms. *Agente Sabino Duce.* Ms. Treviren. *Sub Numeriano Principe, Duce Sabino.* Ms. Colonien. Carmeli: *Sub Iuveniano Imperatore.* Apographa Martyrol. S. Hieronym. ad 9. Februar. In Ægypto Papiam referunt: at videtur alius cum alius Sociis, ut eo die penes Florentinium eruditum.

(b) *In Africa Donati, Iuſti, Herenæ, & Sociorum.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Donati, Hierenæi, Piſinionis, Aurili, Rutuli, Primati, Ingenuiæ, & aliorum xlv.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Donati, Iuſti, Rutuli, Herenei, Piſionis, Aurili, Primon, Ingenue, & aliorum xlvi.* Martyrol. Hieronym. Lucen. & Bluman. *In Africa, Donati, Iuſti, Rutuli, Herenei, Piſionis, Aurili, Primuli, Ingenue, & aliorum xlv.* Ms. Centullen. S. Richarii: *In Africa SS. Donati, Iuſti, Ingenia, & aliorum quinquaginta.* Ms. Ultrajectinen. S. Mariæ, & Treviren. S. Martini: *In Africa Donati, & Iuſti Martyrum, & aliorum quinquaginta unius.* Adſtipulaturque Greven. Auctar. ad Uſuard. Ms. Aquiſgranen. *In Africa Donati, Iuſti, Herenæi, Piſionis.* Ms. Richenovien. *In Africa Iuſti, Herenæ, & xlv. Donati, Piſcionis, Aurilii, Rutuli, & aliorum x.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Africa Donati, & Iuſti.* Ms. Vatican. *In Africa Donati, Iuſti, Herenei, Ingenui, & aliorum quadraginta quinque.* Ms. Sancti Cyriaci: *Ingenue,* pro *Ingenui.* Raban. *In Africa Donati, Iuſti, Rotuia, Herena, Piſionis, Pamphili.*

Cardinal.

Tene ſapientiam, nè dimittas eam, dilige eam, & conſervabit te. Proverb. 4.

Cardinal. Baron. in not. *Videntur hi illi esse, quos Lucianus Epist. 22. apud Cyprian. refert, & inter alios nominat Donatum, & Herenem*: at hæc Epistol. etiam *Herenaum* nominat; cur modò Baron. hunc silet, erit divinare. Pamelius ad eamdem Epistol. alios autumat, diversisque diebus passos: & idem Bolland. & Henschen. verentur.

(c) *Nazianzi Cæsarii fratris Beati Gregorii*. Nazianzum Urbs fuit Episcopalis Cappadociæ parua apud Pisidiæ, Lycaoniæque fines inter Seleuciam Pisidiæ, & Cæsaream Cappadociæ Metropolim. Acta penes Bolland. & Henschen. *Cæsarei Quæstoris fratris beati Gregorii* &c.

Disceptatio Chronologica.

(c) *Romæ natalis Sancti Felicis Papæ Tertii, qui Gregorii Magni Atavus fuit*. Joannes Diaconus, & Leo Ostiensis constanter habent: *Felicem Quartum S. Gregorii Atavum fuisse*; consentique Rupertus gravis, & antiquior Scriptor lib. 8. offic. c. 3. & incertus sed valde antiquus Author vitæ S. Gregorii apud Canis. t. 6. Profectò in hoc eodem Romano Martyrologio de anno 1602. legebatur: *Felicis Papæ Quarti*, & ad marginem *Tertii*.

Eminentissimus Baron. tàm ad annum 492. n. 1. quàm in notis censet, Felicem Tertium fuisse S. Gregorii Atavum, eo quia: *Felix Tertius Romanus fuit, Quartus autem Samnis natione, & Patria Beneventanus; at perspicuum est omnibus Sanctum Gregorium non ex Samnitibus originem ducere, sed ab antiquis Romanis Senatoribus, quod & ipse Ioannes Diaconus absque ulla dubitatione confirmat*. Sed primò ex Platina *Felix Quartus* è *Samo*, & non è *Samnio* fuit. Rursus, potuit *Felix Quartus* Beneventanus Patria, genere verò, stirpeque Romanus esse, sicut S. Paulinus Nolæ Episcopus Nobilissimus Romanus ex Amiciis fuit, Burdigale tamen in Gallia natus. Et Benedictus Abbas Sanctissimus Nursiæ quidem natus, sed ex nobilissimo genere Romæ ducto originem habuit. Aliaque multa suppetunt exempla, quæ non opus congerere.

Aliud quoque objectum Baronius urget, quod *si quis numeret annos, menses, & dies, quibus sedit Felix Tertius, inveniet ipsum ex hac vita migrasse hac ipsa die quinto Kalendas Martii, quod & diligenter observavit Panvinius in Fastis, Felix autem quartus obiisse dicitur IV Idus Octobris, licèt fortasse ob translationem agatur commemoratio natalis ejus 30. Ianuarii*.

Ast tanta est Scriptorum varietas de annis Pontificatus Felicis Tertii, ac de tempore Imperatorum, sub quibus vixit, ut planè difficile, sivè potiùs impossibile, nè diem quidem, verùm nec annum obitus colligere; Marcellinus etenim Comes asserit, eum sedisse annis duodecim in Pontificatu: Anastasius Bibliothecarius annis octo, mensibus undecim, diebus septendecim. Luitprandus annis octo, mensibus undecim, diebus duodeviginti. Alboflor. totidem annis, & mensibus, diebus tamen septendecim. Honuphrius consentit. Palmerius in fastis annis novem. Genebrard. in Chronic. annis sex, mensibus undecim, diebus decem & septem; demum Baronius in Annalibus annos novem minus diebus duodecim. Jtem quò ad Cæsarum, Consulumque tempora par propemodum varietas, aliis contrahentibus, aliis producentibus. Marcellinus ait gessisse Pontificatum Consulibus Troncondo, & Severino usque ad Asterium, & Præsidium, hoc est ab an. 482. ad annum 494. Anastas. & Luitprand. ambigua temporis designatione tradunt, fuisse Pontificem ab Odoacre ad Theodoricum Italiæ Regem. Baron. tandem à Consulatu Amicii ad Anastasium, & Rufinum. Inter tot igitur dissidia, quùm nihil propemodum certi exculptum in Chronologiis, illud videtur potius retinendum, quod antiquitus de hac re Scriptores, & Martyrologia loquuntur, videlicet Felicem Quartum S. Gregorii Magni Atavum fuisse.

Nihilominus obtrudit tertio Baronius: *Magis congruere, ut Felix Tertius, quàm Quartus Atavus S. Gregorii dici debeat; si enim numeres annos ab obitu Felicis Tertii usque ad electionem S. Gregorii Papæ jam senis, intercurrisse invenies annos nonagintà octo: si autem recenseas annos, ab eo tempore, quo Felix Quartus ex hac vita decessit, usque ad ejusdem S. Gregorii Pontificatum, annos tantùm sexaginta numerabis. Hac itaque habita de utriusque Felicis tempore ratione, æquius esse videtur, ut Felix Tertius potius dicatur ejus Atavus, quàm Quartus, qui eodem S. Gregorio jam nato gessit Pontificatum*.

Verùm hæc conjectura sanè adeo imbecilla, ut prætereunda: Exemplis enim constat quamplurimos Atavos ab Abnepotibus longè minori annorum intervallo distare. Immo quandoque suis Abnepotibus viventes Atavos interesse: Habetur illud hujus rei exemplum Theoduli Martyris apud Eusebium lib. 8. c. 21. Et item, percursis aliis, legendus S. Thomas in Cat. & Lippom. sup. Exod. ad verba illa 20. cap. *Usque ad tertiam, & quartam generationem*. Ut igitur in præsentiarum hæc Chronologica trica expungatur, & sapientiores putaverint, sicut die 30. Januarii de alio S. Felice Papa Roman. Martyrol. sine alia nota *Secundi*, aut *Tertii* ipsum refert, ita quùm hic Felix satis superque ab aliis Felicibus discriminetur solo addito: *Atavus S. Gregorii*

Magni,

Magni, ut Martyrolog. Colonien. cuſum anno 149. Molan. Addit. ad Uſuard. & Bellin. idcircò nota *Tertii*, aut *Quarti* ſubducta, pronuncietur: *Romæ natalis S. Felicis Papæ, qui Sancti Gregorii Magni Atavus fuit.*

iii. A Quarto Kalendas Martii. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

(a) *Neſtoris Episc.* Martyr an. 254. Baron. eo an. n. 22. An. 251. Bolland. & Henſchen. An. 253. Florar. Ms. Die 28. Februar. Græci in Menæis, & Maxim. Cyther. Die 25. Galeſin.
(b) *Cononis*. Die 4. Februar. Galeſin.

PErge in Pamphylia natàlis beàti Nèſtoris Epìſcopi, qui in perſecutiòne Dècii, cùm die noctùque oratiòni inſìſteret, pòſtulans ut grex Chriſti cuſtodirètur, comprehènſus; ac nomen Dòmini mira libertàte & alacritàte confeſſus; juſſu Præſidis Polliònis equùleo crudeliſſimè tortus eſt, ac demum cùm ſe Chriſto ſemper adhæsùrum conſtanter profiterètur, crucis ſuſpèndio victor migràvit in cœlum. (*a*) Ibìdem pàſſio ſanctòrum Pàpiæ, Diodòri, Conònis, & Claudiàni, qui ſanctum Nèſtorem martyrio præceſsèrunt. (*b*) Item ſanctòrum màrtyrum Fortunàti, Felìcis, & aliòrum vigintisèptem. (*c*) Alexandriæ ſancti Alexàndri Epìſcopi, gloriòſi ſenis, qui poſt beàtum Petrum ejùſdem civitàtis Epìſcopum, Arium presbyterum ſuum hærètica impietàte depravàtum, & divìna veritàte convìctum, de Ecclèſia ejècit, ac pòſteà inter trecèntos decem & octo Patres in Nicæno Concilio eùmdem damnàvit. (*d*) Bonòniæ ſancti Fauſtiniàni Epìſcopi, qui eam Ecclèſiam Diocletiàni perſecutiòne vexàtam, verbo prædicatiònis firmàvit, & auxit. (*e*) Gazæ in Palæſtìna ſancti Porphyrii Epìſcopi, qui tèmpore Arcàdii Imperatòris Marnam idòlum, ejùſque templum evèrtit, ac multa paſſus quièvit in Dòmino. (*f*) Florèntiæ ſancti Andrèæ Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) In territòrio Archiacènſi ſancti Victòris confeſsòris, cujùs laudes ſanctus Bernàrdus conſcripſit. (*h*)

(f) *Porphyrii*. Die 2. Martii Græci iterum in Menolog.
(h) *Victoris*. Die præceden. Martyrol. Colonien. cuſum an. 1490. Greven. Auctar. ad Uſuard. et Maurolyc.

(a) *Baron. an. 254. n. 22. & ſeq. Sur. t. 1. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. item Bolland. & Henſchen.* (c) *Baron. an. 254. n. 22.* (d) *Baron. an. 311. n. 61. & ſeq. An. 325. n. 13. & an. 326. n. 1. & ſeq. Theodoret. lib. 1. c. 2. Socrat. hiſt. lib. 1. c. 3. & Sozomen. lib. 1. c. 14.* (e) *Baron. in not. Sigon. hiſt. Eccleſ. Bononien. & Tabul. ejuſd. Eccleſ.* (f) *Baron. an. 398. n. 97. & ſequ. An. 403. n. 37. & ſequ. Græci in Menolog. Lippom. t. 5. & Sur. t. 1.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior. edit. in vit. S. Zenobii die 25. Maii, Tabul. Eccleſ. Florentin. & Acta Bolland. & Henſchen.* (h) *Baron. in not. Acta quoq; Bolland. & Henſchen.*

In corde exquiſivi, in eo quòd didici Judicia. Pſal. 118.

(a) *Perge in Pamphylia Neſtoris Epiſcopi* &c. Perge, aut Perga, *Pergi*. Urbs Epiſcopalis Pamphyliæ Mediterranea, proxima tamen litori, ad Ceſtrum fluvium ab illius Oſtio octo mille paſſus diſtans inter Attaliam maritimam, quæ nunc regionis eſt primaria, & Antiochiam Piſidiæ: à qua in meridiem, & Notolybicum ſupra L. mille paſſus abeſt, Attaliæ longè propior. Martyrolog. Epternacen. IIII. *Kal. Martii natalis SS. Alexandri, Neſtoris, Iuſti, Teonis, Epnion, Donativi, Ampliati, Ingenui, Epion, Anthi, Fortunati, & aliorum xxxv.* Martyrol. Corbejen. hos ſignat: *Alexandri, Neſtoris, Theonis, Epion, Anti, Fortunati, & aliorum xxvii.* Martyrologium Hieronymian. Lucenſe: *Alexandri, Neſtoris, Theonis, Epion, Iuſti, Donativi, Ampliati, Ingenui, Epioni, Anthi, Fortunati, & aliorum xxvi.* Martyrol. Bluman. pro Epioni, *Epion*. Martyrolog. Reginæ Sue-

In cuſtodiendo ſermones, juſtificationes cuſtodiam. Pſalm. 118.

N ciæ

ciæ Ms. *Nestoris*, & *Casti*. Ms. Sanct. Cyriaci: *Natale SS. Alexandri*, *Nestoris*, & *aliorum vigintisex*. Ms. Vatican. interponit *Fortunati*. Ms. Divionen. *Pergen Pamphilia Nestoris Episcopi*. Mss. Aquisgranen. & Tornacen. S. Martini: *In Pamphylia Nestoris*, & *Castæ*, *Ingenua*. Notker. *Pamphylia Nestoris*, & *Castæ*. Florar. Ms: *Eodem die Nestoris*, *Castæ*, & *Crescentia Martyrum*. *In Civitate Pergen Pamphylia Nestoris Episcopi*, & *Martyris*, *sub persecutione Decii crucifixi anno salutis cclxii*. Martyrol. Colonien. Carmelitar. Ms. legit: *Post equuleum crucifixus est*. Ms. Treviren. *Qui Crucis suspendio migravit ad Christum*. Galesin. die præceden. ex Martyrolog. perantiquo: *Nestoris*, & *trium germanorum fratrum sub Iuliano*. En quot variæ lectiones; solers lector saniorem seligat.

(b) *Ibidem Papia*, *Diodori*, *Cononis*, & *Claudiani*. Acta apud Sur. pro Cononis, *Comonis*. Die 28. Februar. Martyrol. S. Hieronym. Apographa, ut Epternacen. *Pridie Kal. Mart. Alibi Nicopori*, *Diodori*, *Papia*, *Maccaris*, *Tella*, *Felicis*, *Gagii*, *Eunuculi*, *Ianuarii*, *Quintiani*, *Mansueti*, *Hermetis*, *Gethei*, *Donati*, *Servilia*, *Veneria*, *Bassilia*, *Ianuaria*, *Stercola*, *Silvana Manninta*, *Rufinia*. Corbejen. *Celeris*, *Pupilli*, *Gai*, *Serapionis*, *Iusti*, *Opoti*, *Claudiani*, *Theophili*, *Victurini*, *Saturnini*, *Euticia*, *Astuta*, *Mustila*, *Alexandri*, *Victori*, *Secundilla*, *Nicofori*, *Diodori*, *Papia*, *Macharia*, *Felicis*, *Eunuculi*, *Quintiani*, *Mansueti*, *Hermetis*, *Cittei*, *Donati*, *Servilia*, *Veneria*, *Basilla*. *Item Servilia*. *Item Veneria*, *Ianuaria Stercula*, *Silviani*, *Manirra*, *Rufina*, *Leandri*. Hieronymian. Lucen. *Celeris*, *Pupilli*, *Gagi*, *Serapionis*, *Iustiogoli*, *Claudiani*, *Theophili*, *Victorini*, *Saturnini*, *Euthecaria*, *Astuta*, *Mustila*, *Alexandri*, *Victori*, *Secundilla*, *Nicopori*, *Diodori*, *Papia*, *Macharia*, *Felicis*, *Eunuculi*, *Ianuari*, *Quintini*, *Mansueti*, *Hermetis*, *Satthei*, *Donati*, *Servilia*, *Veneria*, *Basella*, *Item Servilia*. *Item Veneria*, *Ianuaria*, *Stercula*, *Silviani*, *Mamirra*, *Rufina*. Martyrol. Bluman. pro Pupilli, Euthecariæ, Astutæ, Mamirræ, *Pulli*, *Euthecia*, *Astata*, *Manirra*, & percurrit à *Ianuario* usque ad *Serviliam*. Galesinius verò ad 4. Februar. *Attalia In Pamphylia SS. Martyrum Papia*, *Diodori*, & *Claudiani*, &c. Est Attalia Urbs maritima Pamphyliæ haud procul à Magile.

(c) *Item Fortunati*, *Felicis*, & *aliorum viginti septem*. Martyrol. Hieronym. Lucense, Corbejense, Bluman. & Reginæ Sueciæ Ms. *In Alexandria Felicis*, *cum Sociis suis*, Epternacen. *In Alexandria Felicis*. Ms. Richenovien. *Antiochia Fortunati*, & *aliorum xxxv*. Ms. Centullen. S. Richarii: *In Civitate Pergen Pamphilia Fortunati Episcopi*, & *Martyris*, & *aliorum xxx. duorum*. Ms. Colonien. S. Mariæ ad Grad. *Fortunati Martyris*, & *aliorum xxxv*. Petr. de Natal. lib. 11. n. 77. *Fortunat. Presbyter*, & *Felix cum aliis xxvii. passi sunt quarto Kal. Martii*. Salazar. Martyrolog. Hispanic. *Uxama Barca Austrigonibus SS. Fortunati*, & *Felicis cum xxvii. sociis in persecutione Gallieni Imperatoris*. Bivar. recenset: *xxviii cum eo*. Nil decernimus, an iidem.

(d) *Alexandria Alexandri Episcopi*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Alexandria natalis SS. Felicis*, & *Alexandri*, *Nestoris*. Ms. Lætiense silet *Nestoris*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Alibi Sanctorum Alexandri Iusti*, *Theonis*, & *aliorum xxviii*. At hic Alexander videtur alius.

ij. B Tertio Kalendas Martii. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

ROmæ natàlis sanctòrum màrtyrum Alexandri, Abùndii, Antìgoni, & Fortunàti. (a) Alexandrìæ pàssio sancti Juliàni màrtyris: qui cùm ita pòdagra constrìctus esset, ut neque incèdere, neque stare posset; unà cum duòbus fàmulis, qui eum in sella gestàbant, jùdici offèrtur; quorum alter fidem negàvit, alter nòmine Eunus cum Juliàno in confessiòne Christi perdùrans, ambo simul camèlis impòsiti, per totam urbem circumdùci jubèntur, & flagris laniàri, ac tàndem incènso rogo, hinc inde spectànte pòpulo combùri. (b) Ibìdem sancti Bæsæ militis, qui cùm insul-

(b) *Iuliani*, Martyr an. 253. Baron. eo ann. n. 114. An. 250. Bollan. & Henschen. Die 19. Februar. Maurolyc. & Felic. Die 20. Martyrol. Ms. Sanct. Maximi.

(d) *Leandri Episc.* Die 12. Martii Thesaur. Concion. to. 2. Die 13. Calendar. Eccles. Tolet.

insultàntes in prædìctos Màrtyres cohibèret, delàtus ad jùdicem, pro fide constànter agens, càpite truncàtus est. (*c*) Hìspali in Hispània natàlis sancti Leàndri ejùsdem civitàtis Epìscopi, cujus prędicatiòne & indùstria Visigothòrum gens, adjuvànte Reccarèdo eòrum Rege, ab Ariàna impietàte ad Cathòlicam fidèm convèrsa est. (*d*) Constantinòpoli sanctòrum confessòrum Basìlii & Procòpii, qui tèmpore Leònis Imperatòris prò cultu sanctàrum Imàginum strènuè decertàrunt. (*e*) Lugdùni sancti Baldomèri viri Dei, cujus sepùlchrum crebris miràcùlis illustràtur. (*f*).

(f) *Baldomeri.* Die sequ. Ms. Ultrajectin. S. Mariæ.

(a) *Baron. in not. item Acta Bolland. & Henschen.* (b) *Baron. An. 253. n. 114. Usuard. Ado, aliique, Euseb. histor. lib. 6. c. 34. & Nicephor. lib. 5. c. 36.* (c) *Baron. an. 253. n. 104. & Euseb. lib. 5. c. 30.* (d) *Baron. an. 589. n. 43. An. 591. n. 43. & an. 599. n. 39. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 9. & lib. 4. c. 130. Usuard. Ado, cæteriq.* (e) *Baron. an. 371. n. 6. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.*

Antequàm loquaris, disce. Ecclesiast. 18.

(a) *Roma Alexandri, Abundii, Antigoni, & Fortunati.* Martyrol. Epternacen. III. *Kal. Mart. Alexandri in Thessalonica, Antigoni, Abundianti, Titiani, Magari, Severiani, Calani, Furtinionis, Januarii.* Martyrol. Corbejen. *In Thessalonica Alexandri, Antigoni, Abundantii, Titiani, Magari, Severiani, Gajani, Fortunionis, Januarii, Luciosæ, Rutuli.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Thessalonica Aloxandri, Antinoguni, Abundanti, Titiani, Magari, Severiani, Gajani, Fortunionis, Januari.* Bluman. pro Antinoguni, *Antiogi*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Thessalonica Abundantii, Titiani, Severini.* Mss. Vatican. S. Cyriaci: *Alexandri, Abundantii, Januarii, Dionysii, & aliorum viginti quatuor.* Greven. Auctar. ad Usuard. cusum anno 1515. & 1521. *Thessalonicæ Alexandri, Abundantii, Androgoni, & Fortunionis.* Solers lector videat, an hi Martyres Thessalonicenses iidem sint ac Romani.

(b) *Alexandriæ Iuliani Martyris* &c. Alexandria Urbs Ægypti notissima, & clarissima, de Conditoris nomine dicta, antiqua Regum sedes, & Præfectorum Ægypti, quo ad sub Regibus, & Imp. fuit: Emporium toto orbe celeberrimum: Figuram habet segmento minori persimilem. In ea sedes est Patriarchalis; & Latinus Patriarcha à Romano Pontifice creatus solo titulo gaudet. Ms. Divionen. *Apud Alexandriam Iuliana Martyris* &c. Maurolyc. Felic. & Ms. Morinen. nomine Adonis: *Apud Alexandriam, Iuliani, Euni, Macarii, Epimachi, Metrani, Apollonia, Corintha, & aliorum decem.* Die 20. Februar. Martyrol. Ms. S. Maximini: *x. Kal. Martii apud Alexandriam Iuliani venerabilis senis, Euni, Macarii, Epimachi, & Alexandri.*

(d) *Hispali Leandri Episcopi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Civitate Zmyrnæ Asiæ Serviliani, Datiani, Leandri.* Martyrol. Epternacen. *In Civitate Smyrna.* Martyrol. Corbejen. prosequitur: *Asia*, & addit *Menelappi*: at liquet hunc Leandrum esse alium. Calendar. præfixum Missal. Eccles. Toletan. Lugdun. an. 1551. cusum, die 13. Martii: *Leandri Episcopi Confessoris, & Doctoris iv. Capparum.*

(e) *Constantinopoli Basilii, & Procopii.* Canisius in Menologio Græcorum: *Sancti Patris nostri Confessoris Basilii, & Procopii Decapolitæ, qui tempore Leonis cognomento Iconomachi, pro Sanctarum Imaginum cultu varios cruciatus perpessi, mortuo Tyranno erepti è carcere in pace dormierunt.*

Ante judicium interroga. Ecclesiast. 18.

j. C Pridie Kalendas Martii. Luna 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

ROmæ natàlis sanctòrum màrtyrum Macàrii, Rufini, Justi, & Thęòphili (*a*) Alexandriæ pàssio sanctòrum Cæreàlis, Pùpuli,

(c) *Ibidem Commemoratio Sanctorum Presbyterorum.* Martyres ann. 263. Baron. eo anno n. 15. & sequ. An. 261. Bollan, & Henschen.

puli, Caji, & Serapiònis. (*b*) Ibidem commemoràtio sanctòrum Presbyteròrum, Diaconòrum, & aliòrum plurimòrum, qui tèmpore Valeriàni Imperatòris, cùm pestis sævìssima grassarètur, morbo laboràntibus ministràntes, libentìssimè mortem oppetière; quos velut màrtyres religiòsa piòrum fides veneràri consuèvit. (*c*) In territòrio Lugdunènsi, locis Jurensibus, deposìtio sancti Romàni abbàtis, qui primus illìc eremìticam vitam duxit, & multis virtùtibus ac miracùlis clarus, plurimòrum pòsteà Pater extitit monachòrum. (*d*) Papìæ Translàtio còrporis sancti Augustìni Epìscopi ex Sardìnia ìnsula, òperà Luitprandi Regis Longobardorum. (*e*).

(e) *Translat. Corpor. S. Augustini.* Ann. 734. Ticinum Transf. Marian. Scot. Ann. 720. Sigebert. Ann. 718. Ado Chronic.

(a) *Baron. in not. item Acta Bolland. & Henschen.* (b) *Baron. in not. & Acta cit.* (c) *Baron. an. 263. n. 15. & seq. ac Euseb. hist. lib. 7. c. 16.* (d) *Baron. in not. Sur. t. 1. in vit. S. Eugendi ad 1. Januar. & Turonen. in vit. SS. Patr. c. 1.* (e) *Baron. an. 721. n. 1. & sequ. Paul. Diacon. de gest. Longobard. lib. 6. c. 14. & Beda lib. de sex ætatib. in fine.*

Oportet esse amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem Sermonem. Ad Timot. 3.

(a) *Romæ Macarii, Rufini, Justi, & Theophili.* Alii Codices nulla palestræ nota, ut Petr. de Natal. lib. 11. n. 80. ex Martyrol. S. Hieronym. & Martyrol. de Peregrin. Calendar. Ms. penes Florentinium ad usum Breviar. *Macarius, & Sociorum ejus Martyrum.* Mss. Aquicinctinen. Bruxellen. S. Gudilæ, aliaque; item Usuard. Paris. cusus an. 1526. *Eodem die SS. Macarii, Rufini.* Ms. Leodien. S. Laurentii nomine Adonis: *Sanctorum Macarii, Ruffini, Serapionis, & Claudii Martyrum.* Fl. Ms. *Eodem die SS. Macarii, Rufini, Justi, & Theophili, Serapionis, & Claudii.*

(b) *Alexandriæ Cerealis, Pupuli, Caji, & Serapionis.* Martyrol. Epternacen. *In Alexandria Celeris, Pupilli, Serapionis, Justi, Claudiani, Theophili, Victurini, Saturnini, Eutheriæ, Astutæ, Mustilæ.* Martyrol. Hieronym. Lucen. prætermisso *Alexandriæ*, eadem; verùm pro Eutheriæ, *Euthecariæ.* Martyrol. Bluman. pro Pupilli, Euthecariæ, Astutæ, *Pulli, Euthecia, Astata.* Martyrol. Corbejen. item prætermisso agonis loco: *Natal. SS. Celeris, Pupilli, Gai, Serapionis, Justi, Opoti, Claudiani, Theophili, Victurini, Saturnini, Euticiæ, Astutæ, Mustilæ.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Pridie Kal. Celeris, Pupilli, Serapionis.* Ms. Divionen. *Alexandriæ Metrani Martyris, & aliorum.* Ms. Vatican. *Natalis SS. Celeris, Pupilli, Serapionis, Justi, Candidi.* Ms. Sancti Cyriaci addit: *Claudiani.* Ms. Lætien. *In Alexandria SS. Serapionis, Celeris, Claudii.* Ms. Tornacense: *Victorini, Saturnini, Alexandri, & Victoris.* Ms. perantiquum Richenovien. sive Augiæ Divitis: *In Alexandria Celeris, Pupilli, Serapionis, Justi, & Claudii, Theophili, & Victorini, Eppolæ, Astutæ, Mitilæ, Alexandri, Victoris.* Raban. *In Alexandria SS. Celeris, Pupilli, Ligici, Serapionis.* Notker. *In Alexandria Celeris, Pupulli, Gai, Serapionis.* Labbeus: *Celeris, Pupilli, Claudiani, Macari, Gajæ, Rufinæ, Justi.*

(d) *In Territorio Lugdunensi, locis Iurensibus Romani Abbat.* Beda, Usuard. Ado, & de Peregrinis: *Locis virentibus.* Alii: *Locis Lorensibus.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, & S. Maximi: *In Territorio Lugdunensi natalis S. Romani Abbatis, qui primus illìc Eremiticam vitam duxit;* percurrunt: *locis Iurensibus*, seù *virentibus*, aut *Lorensibus.*

Ut sciatis quomodo oportet unicuique respondere. Ad Colossen. 4.

(a) *Romæ Macarii, Rufini, Justi, & Theophili.*

(b) *Alexandriæ Carealis, Pupuli, Caji, & Serapionis.* Ex Lectionibus, iisdemque literis a. b. elicitur dubium, An Macarius, & Socii *Romæ*; Cærealis, & Socii *Alexandriæ* signandi.

Disceptatio Topographica.

Eminentissim. Baron. suis hujus diei elucubratis notis, de Macario, & Sociis Romæ: *Agitur in vet. manuscript. præcipuèque in vet. Martyrolog. Monasterii Cassinensis.*

De Cæreali, Sociisque Alexandriæ: *Beda etiam hac die, consentiuntque vet. manuscript. Monasterii S. Cyriaci, in quibus adduntur Claudianus, & Iustus.* Verùm non omnia Martyrologia ita constanter habent; Galesin. enim, & Canis. *Romæ SS. Martyrum Celerii, Pupuli, Claudiani, Justi, Macarii, & Nicephori*, relictis *Rufino, Theophilo.* Beda: *Romæ Celerii, Claudiani, Macarii, & Nicephori; Alexandriæ Pupuli.* Mss. antiquiora penes summos viros Bolland. & Henschen. *Justum, & Theophilum Alexandriæ* efferunt. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolorum: *In Scytia Sancti Macarii admirabilis viri. Eodem die Sancti Rufini,*

alios

alios duos *Iustum*, *& Theophilum* non habet. Usuard. cuius Parif. anno 1535. Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. num. 80. & Bellin. *Eodem die SS. Macarii, & Rufini*. Porrò Salazar. suo Martyrol. *Hispali Macarii, Iusti, Rufini, & Theophili*. Bivar. Chronic. Dextri ad an. 112. non meminit *Theophili*; & tandem laudat. Ms. S. Cyriaci: *Pridie Kal. Martis natal. Celeris, Pupilli, Serapionis, Iusti, Claudiani*, nullo agonis loco prænotato. Ut igitur hæ Martyrologiorum tricæ modò abeant, & sapientiores arbitrentur, palestra non indicata, ut Greven. Auctar. ad Usuard. hi Martyres hoc pacto conjuncti panditentur: *Natalis SS. Martyrum Macarii, Rufini, Iusti, & Theophili: Item passio Sanctorum Carealis, Pupuli, Caii, & Sarapionis*. Dein: *Alexandriæ commemoratio Sanctorum* &c.

MARTIUS.

* Græcis: *Dystrus*.

* D							Kalendis Martii.		Luna.									1
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1							

(a) *Martyrum ducentorum sexaginta*. An. 270 Baron. eo anno nu. 3. Ann. 269. Henschen. & Papebroch.

(g) *Albini Episc.* Obiit an. 550. Sammarthan. Ann. 549. Hensch. & Papebroch. Ann. 532. Chenut. vit. Anno 570. Vvio in Martyrolog. An. 712. Argentreus histor. Britannic. lib. 3. c. 8. Anno 720. Trithem.

(h) *Siviardi Abbat.* Obiit an. 604. Baron. in not. ad oram marginal. Anno 687. Henschen. & Papebroch. An. 688. Vvio, & Bucelin.

ROmæ sanctòrum Màrtyrum ducentòrum sexagìnta, quos jussit primò Clàudius pro Christi nòmine damnatos extra portam Salàriam arènam fòdere, deinde in amphitheàtro mìlitum sagittis intèrfici. (*a*) Item natàlis sanctòrum màrtyrum Leònis, Donàti, Abundàntii, Nicèphori, & aliòrum novem. (*b*) Massìliæ sanctòrum màrtyrum Hermètis & Hadriàni. (*c*) Heliòpoli sanctæ Eudòciæ màrtyris, quæ in persecutiòne Trajàni, à Theòdoto Epìscòpo baptizàta, & ad certàmen munìta, Vincèntii Præsidis jussu percùssa glàdio, martyrii corònam accèpit. (*d*) Eòdem die sanctæ Antonìnæ màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiànì cùm Gentìlium deos irrisisset, post vàrios cruciàtus in vase quodam inclùsa, in palùdem urbis Ceæ demèrsa est. (*e*) Apud civitàtem Vverdam sancti Svitbèrti Episcopi, qui tèmpore Sèrgii Papæ apud Frisones, Bàtavos, & àlios Germàniæ pòpulos Evangèlium prædicàvit. (*f*) Andègavi sancti Albini Epìscopi & confessòris, viri præclarissimæ virtùtis & sanctitàtis. (*g*) Apud Cenòmanos sancti Siviàrdi abbàtis. (*h*) Perùsiæ Translàtio sancti Herculàni Epìscopi & màrtyris, qui jussu Tòtilæ Gothòrum Regis decollàtus est: cujus corpus ita càpiti unitum, atque sanum, quadragèsimo post abscissiònem die (ut scribit sanctus Gregòrius Papa) repèrtum est, ac si nulla ferri incisio illud tetigisset. (*i*)

(a) *Baron. an. 270. n. 3. Sur. die 14. Februar. in Act. S. Valentin. ac Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. in not. item Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *iidem ibid. ac Usuard.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menolog. hac die*. (e) *Baron. an. 695. n. 3. & seq. An. 717. n. 12. An. 754. n. 15. & an. 804. n. 8. & sequ.* (f) *Baron. in not. Beda hist. Anglor. lib. 5. c. 12. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 165.* (g) *Baron. an. 313. n. 53. Usuard. ac Sur. t. 2. prior. edit.* (h) *Baron. in not. item Sur. t. 2. prior. edit.* (i) *Baron. in not.*

Lectio, quæ per aures pulſat auditum, ad intelligentiam vocat. S. Leo Pap. de Transfiguratione Domini.

(a) *Romæ Martyrum ducentorum ſexaginta ſub Claudio*. Ms. Divionenſe non præſignat *Romæ*, aut alio loco. An hi Martyres ſub Claudio, eadem nutatio, ac de Martyribus Mario, & Martha ad 19. Januar.

(b) *Item Leonis, Donati, Abundantii, Nicephori, & aliorum novem*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Africa paſſio S. Leonis, & Donati*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Leonis, Donati, Habundi, Adraſti, Cariſſi, Nicephori, Donatilla, & aliorum* VIIII. Martyrolog. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. nullo prænotato loco: *Kal. Mart. Leonis, Donati, Abundantii, Adruſti, Cariſii, Nicefori, Donatella, & aliorum novem Martyrum*. Mss. Ultrajectinen. S. Mariæ, & Treviren. S. Martini, ac Caniſ. Martyrolog. Germanic. & Greven. *Natalis Leonis, Donati, Abundantii, Nicephori, & aliorum* XIV. Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *Et aliorum novem*. Martyrologia Mss. Pulſanen. Pleſchien. & Beneventan. penes Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. Neapoli: *Eodem die S. Donati Martyris ſub Duce Urſacio, & Marcellino Tribuno Carthagine paſſi*. De Peregrin. *Sub Iudice Verſatio*. Alia Mss. Adonis, & Bedæ nomine: *Urſatio, Urſatio, Verſano, Verſo*. At hic Donatus videtur alius. Ms. Richenovien. prope Conſtantiam: *In Africa Leonis, Donatia, Fortunii, Donatilla, Abundantii*. Chronic. Fl. Dextri ad an. 115. *Urſaone in Betica S. Leo Martyr, & Socii eius*. Salazar. Martyrolog. Hiſpanic. eodem loco præſignato: *SS. Donati, Leonis, Abundantii, Nicephori, & aliorum novem*. Utrùm Martyres Africani ſint iidem ac Romani, addubitandum.

Cardinal. Baron. in not. manuſcript. S. Cyriaci indigitat: Verùm in hoc nulla mentio Romæ; unde ſi verbum *Item* referatur *Romæ*, erunt alii; ſi verò indefinitè, & pro nullo loco, adſcribi poſſet Africæ, aut Hiſpaniæ. Cordatus tamen lector definiat.

(c) *Maſſiliæ Hermetis, & Hadriani*. Epternacen. Martyrologii Sancti Hieronym. Apographum: *Maſſilia Hermetis, Gitzei, Felicis, Enuculi, Ianuaris, & aliorum* XXIIII. Lucen. pro Enuculi, *Ennuculi*. Corbejen. *Eunuculi*, & ſignat *cum aliis* XXXIIII. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Adriani, Victuri, Maſſilia, Hermetis, Felicis*. Ms. S. Maximin. prope Trever. *Marſilli, Hermetis, Felicis, Ianuarii cum aliis* XXVII. Mendum *Marſilii*, pro Marſillæ. Ms. Pragen. *In Africa Civitate Maſſilia Hermetis, & Adriani, Victuri, Secundilla, Maſtillii, Ianuarii, Felicis cum aliis* XXII. Sphalma Amanuenſis: *In Africa Civitate Maſſilia*. Galeſin. *Maſſiliæ Hermetis, Leonis, & Hadriani ſub Diocletiano, & Maximiano*. Sauſſayus Martyrologio Gallican. *Sub Maximino*.

Intelligentiam faciliùs aſſequemur, ſi conſiderationem ad narrata referamus. S. Leo Pap. de Tranſfigurat. Domini.

(d) *Eudociæ Martyris*. Genebrard. Græcor. Menologio hac die: *Eudocia Virgo, & Martyr*, forſan alia; Græcorum faſta decernant.

(e) *Antoninæ Martyris in palude Urbis Cea*. Græcor. Menolog. *Antonia*. Cardinal. Baron. in not. non advocat alium Codicem niſi Menologium Græcum, ex hoc igitur, & Martyrii genus, & forma vocabuli accipienda. Molan. pro Cea, *Cejam*. Galeſin. *Cæſam*.

(f) *Apud Civitatem Vverdam Suitberti Epiſcopi*. Vverda *Vverden* Germanicè. Urbs Epiſcopalis Germaniæ in Saxonia ad Aletiam amnem non longè in Viſurgim labentem, inter Bremim Metropolim, & Hanoveriam ab ea in Euronotum IV. mille paſſus germanos recedens, ab Hanoveria in Circium VII. quot à Mindain ſeptentriones, à Brunopoli decem in Corum.

Baron. in not. *Extant ejus Acta à Marcellino Presbytero fideliſſimè ſcripta*. Holſtenius verò in Animadverſis: *Quidem docti viri pro recentiori commento habent*. Studioſiores diſquirant, & judicent.

(g) *Andegavi Albini Epiſcopi, & Confeſſoris*. Martyrol. Bluman. *Albani*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. ac Ms. Lætien. *In Andegavis Civitate depoſitio Sancti Albini Epiſcopi*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. proſequuntur: *Cujus vitam Fortunatus Presbyter conſcripſit comptam miraculis*, ſine addito, *& Confeſſoris*. Duo Calendaria apud Canonicos Lucenſes penes Florentinium, unum: *Kalend. Martii Albini*; alterum: *Depoſitio Albini*.

(h) *Apud Cenomanos Siviardi Abbatis*. Aliis: *Senardi, Sevardi*. Cenomani *le Mans*. Urbs antiqua Galliæ Celticæ apud Sardam fluvium, media inter Andegavim, & Alenconium: Vindocino finitima. Ptolom *Vindinum* dicta. Martyrol. Colonien. cuſum an. 1410. & Florar. Ms. *Ipſo die SS. Simplicis, & Senardi Confeſſorum*. Greven. Auctar. ad Uſuard. edit. ann. 1521. *Ipſo die Sevardii Abbatis*.

Diſceptatio Topographica.

(e) *Eodem die S. Antonina Martyris in paludem Urbis Cea demerſa*.

Summi viri Henſchen. & Papebroch. exhibent faſta Græca, uti Mss. Cryptæ Ferratæ, & quoddam Synaxarium, quæ non in Urbe *Cea* hoc Martyrium reponunt, ſed *Nicea* Civitate Bithyniæ ſub Diocletiano, & Maximiano.

Eminentiſſimus Baronius in notis item recenſet: *Agunt de ea hac die Græci in Menologio, ubi ejus certamen paucis deſcribitur; de Cea inſula, unde & Civitas eſt dicta, agit Plinius, Anton. & alii*.

Verùm illius Menologii exemplar mendosè cuſum, forſan interpretis inſcitia, dein à Baronio ita relatum, & pro

Nicea

Nicæa, Urbs *Cea* posita, elicitur ex ipso Canisii Menologio: *Apud Nicæam Bithyniæ Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, Priscilliano Præside* &c. Quo ad additum de *Cea* Insula, unde *Cea* Civitas dicta, refragatur Strabon. lib. 8. & Plin. lib. 4. c. 12. testantibus, duo solùm oppida extitisse, *Iuliam* scilicet, & *Cartheam*, aliis duobus intercisis, nempe *Corresia*, *& Praessa*: ac proinde nulla aut tunc, aut ævo priori illic *Urbs Cea*.

Extat tamen, quòd hoc Roman. Martyrol. ad 27. Novembris de Martyribus Facundo, & Primitivo, recenset eos in Gallæcia apud Ceam flumen sub Attilo Præside: Quinimmo Chronic. Fl. Dextri in Hispania refert amnem fuisse, Urbemque Ceam, quò ab Hispanis ipsis hæc Antonina trahitur.

At hoc non officit, quia ex adducta lectione, non in Urbe Cea, sed in Gallæcia apud Ceam fluvium Antonina demersa, & quòd præter Dextri Chronicon notum non sit prioribus sæculis, solos Græcos, & non Hispanos, aliasque Occidentales Ecclesias Antoninam Martyrem coluisse, apudque Græcos Martyrio coronatam; unde quamvis in Hispania amnis, & Urbs Cæa fuisset, non inde Martyrium Antoninæ ibi referendum.

Quòd si quis subderet, Antoninam Niceæ in Bithynia passam esse aliam ab Antonina in Civitate Cea;

Hoc quemadmodum erit divinare, ita aliunde videtur, quòd ex Græcorum monumentis Antonina Martyr superioribus Sæculis in fasta Romana migraverit, quæ monumenta de una tantùm Antonina, & hanc hac ipsa die memorant; ut igitur hæc dubietas in præsentiarum lancinetur, & ita sapientiorum judicio consonabit, non præfignato: *Urbis Cea*, ut apud Maximum Cytherorum Episcopum, promatur: *Eodem die S. Antoninæ Martyris, quæ in persecutione Diocletiani, cùm Gentilium Deos irrisisset, in vase quodam inclusa, in paludem demersa est.*

Disceptatio Chronologica.

(f) *Apud Civitatem Vverdam Suitberti Episcopi.*

Verendum, an hic Sanctus Frisonum Apostolus Vverdensis Episcopus fuerit; nam plerique tradunt, primùm Abbatem Monasterii Vverdensis extitisse, ubi teste Beda lib. 5. c. 12. jacet, dein ann. Christi 693. fuit Episcopus Regionarius ordinatus, nulli Sedi adstrictus, ut Frisiis, vicinisque Populis adhuc Idola colentibus Evangelium enunciaret; qui, ut Baronius in Annalibus, omnium virtutum charismate plenus, obiit anno 717. & de quo Roman. Martyrol. in præsentiarum. Adstipulantur Annales Petavii, & Chronic. San-Dionysiani.

Ast Eminentissim. Baronius in Annalibus ad Christi annum 695. n. 3. prostat Acta S, Marcellini Presbyteri fidelissimè scripta, quæ indicant Sanctum Suitbertum ut Vverdensem Episcopum, & quòd tempore Sergii Papæ, apud Frisones, Batavos, aliosque Germaniæ Populos Evangelium prædicaverit.

Sed Bolland. & Henschen. ac Pagi suæ Criticæ Historico-Chronologicæ tom. 3. ad an. 695. n. 2. & 785. n. 9. duos Sanctos *Suitberti* nomine animadvertunt; ex qua animadversione depromitur, Acta Marcellini prælibata alterum Suitbertum cum altero confudisse, Suitbertum scilicet Frisonum Apostolum, & Vverdensem Abbatem cum Suitberto juniori Primo Vverdensi Episcopo anno 706. sacrato jussu Caroli Magni fundatoris dicti Episcopatus, Regni sui 19. sub Adriano Primo, ut ex Chronico Vverdensi in Archivio loci Henschen. & Papebroch. nacti, & obiit anno 807. de quo iidem laudati viri ad 30. Aprilis, & Pagi ad eum annum 807. ubi item admonet: *Est autem Vverda hæc ad alterum fluvium in Saxonia inferiori; Vverda verò, in qua Suitberdus senior, & primus Abbas Monasterii Vverdensis ubi jacet defunctus, sita est apud Rhenum vulgò Keisers-Vuert appellata.*

Porrò quantùm Acta præfata sub nomine Marcellini descripta, & veluti Pseudo-Marcellini, fictitia sint, videndi Blondellus plenior. Assertior. Genealog. Franc. t. 2. & Mabillon. t. 3. Sæcul. 3. Benedictin.

Advocat tandem Baron. in not. Bedam, Usuard. Adonem; verùm Hensch. & Papebroch. testantur, se id non legisse, neque in genuinis Bedæ exemplaribus ex antiquissimis Mss. collectis, neque in optimis Usuardi notis, tum Mss. tum Paris. cusis an. 1536. Idcirco ut quilibet suis assertionibus in Annalibus historicis remaneat, & majori sapientia præditi sic definierint, prætermissis aliis verbis, ut Beda vulgatus typis Basileensibus, & Pantinus Antuerpiensibus, efferatur: *Apud Civitatem Vverdam Sancti Suitberti Episcopi.*

xxix. E Sexto Nonas Martii. Luna 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

(a) *Iovini, & Baſilei.* Martyr anno 262. Baron. eo ann. n. 57. An. 258. Henſchen. & Papebroch. die 25. Decembr. Florentin.

(f) *Simplicii Papæ.* Obiit an. 467. Baron. eo ann. nu. 12. Ann. 483. Henſchen. & Papebroch. Die præceden. Notker. Ms. Adon. Monaſter. S. Crucis Florentiæ, & Ms. Eccleſ. Pragenſ.

(g) *Meaddæ Epiſc.* Obiit an. 672. Baron. eo an. n. 10. Ann. 630. Trithem. Die ſequ. Martyrolog. Scoticum.

ROmæ via Latìna ſanctòrum màrtyrum Jovìni & Baſilèi, qui paſſi ſunt ſub Valeriàno & Gallièno Imperatòribus. (*a*) Item Romæ plurimòrum ſanctòrum Màrtyrum, qui ſub Alexàndro Imperatòre, & Ulpiàno Præfecto diu cruciàti, ad extrèmum capitàli ſententia damnàti ſunt. (*b*) In Portu Romàno ſanctòrum màrtyrum Pauli, Heraclii, Secundìllæ, & Januàriæ. (*c*) Cæſarèæ in Cappodòcia ſanctòrum màrtyrum Lùcii Epìſcopi, Abſalònis, & Lòrgii. (*d*) In Campània commemoràtio ſanctòrum octogìnta Màrtyrum, qui cùm nollent carnes immolàtas comèdere, nec caput capræ adoràre, à Longobardìs ſævìſſimè cæſi ſunt. (*e*) Romæ ſancti Simplìcii Papæ & confeſſòris. (*f*) In Anglia ſancti Meàddæ Epiſcopi Merciàrum & Lindisfarnòrum, cujus præclàras virtùtes Beda commèmorat. (*g*)

(a) *Baron. an. 262. n. 57. Petr. in Catal. lib. 3. c. 169. Uſuard. & Ado.* (b) *Baron. an. 225. & 226. item Uſuard. Ado, aliique.* (c) *Baron. an. 270. n. 11.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. 579. n. 9.* (f) *Baron. an. 467. n. 12. Ado, aliique.* (g) *Baron. an. 672. n. 10. & Beda hiſt. de geſt. Angl. lib. 3. c. 28. & lib. 4. c. 30.*

In antiquis eſt Sapientia. Job. 28.

Trahitur Sapientia de occultis. Job. 28.

(a) *Romæ Iovini & Baſilei.* Ms. Treviren. S. Martini: *Lobini.* Alia Apographa: *Hovini, & Iobini.* Florar. Ms. ad ſupplement. Bedæ: *Ioviniani.* Ferrar. Catal. SS. Ital. ad Roman. Martyrol. Galeſin. & Caniſ. *Romæ Jovinus, & Baſileus ſecuri percuſſi palmam Martyrii tulerunt.* Ms. Divionen. *Romæ Ioviniani, & Baſilei, & plurimorum Martyrum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. die 25. Decembr. VIII. *Kal. Iannar. Romæ Iovini, Paſtoris, Baſilei, Victoriana, Acelli, Euticeti, Simphoriana, Gagi, Ianuaria, Dasilii.*

(b) *Plurimorum SS. Martyrum ſub Alexandro Imperatore, & Ulpiano Præfecto.* Galeſin. in not. *Grato & Seleuco Coſſ.*

Cardinal. Baron. in not. *additum eſt nomen Ulpiani Præfecti ex vet. manuſcript.* Quod autem iſtud ſit, Baron. non indicat; ſi fortè illud S. Cyriaci, quo ipſe Notator uſus eſt, Henſchen. & Papebroch. teſtantur, ſe horum Martyrum memoriam in hoc non inveniſſe.

(c) *In Portu Romano Pauli, Heraclii, Secundillæ, Ianuariæ.* Aliis pro Secundillæ, *Secundulæ.* Ms. Tornacen. *Eodem die in Portu Romano in Cæmeterio Pauli natalis Secundulæ, & Ianuariæ Virginum.* Ms. Vatican. *Romæ Pauli, Ianuarii, Marini.* Ms. Epternacen. *Romæ Secundulæ, Ianuariæ.* Ms. Richebergen. & Raban. *Romæ Pauli, Secundolæ, Ianuariæ.*

Baron. in not. *Beda de Paulo tantùm agit, & Heraclius reſtituitur ex vet. manuſcrip.* Sed Beda cuſus: *In Portu Romano Pauli, Secundolæ, Ianuariæ;* & Ms. adductum quod penes Baron. eſt illud S. Cyriaci: *Romæ Pauli, Ianuarii, ...tiæ, Antigoni, Ianuarii.*

(d) *Cæſareæ in Cappadocia Lucii Epiſcopi, Abſalonis, & Lorgii.* Alia Apographa pro Lucii, *Lucæ Epiſcopi,* & pro Lorgii, *Georgii, Iorgi, Sorgii, Sergii.* Martyrolog. Epternacen. VI. *Nonas Mart. Heroli, Georgii, Abſoloni: Cæſareæ Cappadociæ Lucii Epiſcopi, Primitivi.* Corbejen. VI. *Non. Mart. Iorgi, Herculi, Abſolomi, Ærenei, Lucii, Primitivi, Secundulæ, Ianuariæ, Lucioſæ.* Martytol. Lucen. etiam ſine agonis loco auſpicatur: *Natalis Iorgii, Herolii, Abſaloni: In Cæſarea Cappadociæ Lucii Epiſcopi, Primitivi, Secundulæ, Ianuariæ.* Martyrol. Bluman. pro Lucii, *Lucæ Epiſcopi.* Mss. Reginæ Sueciæ, & Attrebaten. *In Cæſarea Cappadociæ Lucii Epiſcopi, & Primitivi.* Mss. Sancti Cyriaci, & Vatican. *In Cæſarea Cappadociæ Lucæ Epiſcopi, & Primitivi.* Mss. Tornacen. & Lætien. interponunt: *Ianuarii.* Molan. *Lucii Epiſcopi in Cæſarea Cappadociæ, & SS. Martyrum*

tyrum

tyrum: Absoloni, & Lorgi, & Heracli. Raban. *Nativitas SS. Iorgi, Hergli, Absolonis. In Cæsarea Cappadociæ, Lucæ Episcopi, Primitivi*. Petr. de Natal. lib. 11. n. 83. *Lucius Episcopus, Absalon, & Lazarus Martyrio coronati sunt VI. Non. Mart*. Bellin. consimilia. De Peregrin. *Item Lucii Episcopi, Absoloni, & Lorgii*.

Baron. in not. *Beda legit Lucam, pro Lucio,ponitque seorsim socios, nominibusque eorum depravatis; sed, ut sic poneretur, vetusta dicta exemplaria monuerunt*. At Salazar. hos sejungit, Hispanosque facit, & gravissimè in Baronium inuehit, quòd, neglecto Beda, exemplaria Mss. sequutus sit. Salazar. *Lucium Episcopum, Primitivum in Cappadocia per cruenta agonum supplicia Martyres effectos: In Hispania Absolonis, Largi, Heraclii*. Beda cusus: *In Cæsarea Cappadociæ Lucæ Episcopi, & Sanctorum Largi, Hergli, & Absoloni*. Aliæ quàmplures, variæque lectiones extant. Si studiosus eas concupisceret, summos viros Henschem, & Papebroch. adeat.

(e) *In Campania octoginta Martyrum*. Vvitford. & alii: *In Italia. Campania* Italiæ regio inter Latium, & Picentes, ac inter Samnium & mare Tyrrhenum contenta: *Terra di Lavoro* vulgò (quamquam magis patet Terra laboris, quàm Campania) à Latio novo Liri fluvio, à Picentibus Sarno amne divisa. Greven. Auct. ad Usuard. Maurolyc. & Galesin. palestra non præsignata: *Eodem die quadrigentorum ferè Martyrum à Longobardis &c.*

Baron. in not. *Horum historiam scribit S. Gregorius Papa lib. 3. Dialogor. c. 27. & 28.* ex quo videtur hæc hausisse: At miratur Ferrar. Catal. SS. Italiæ: *Unde Martyrol. Roman. acceperit hos Sanctos in Campania passos, cùm S. Gregorius nullam Campaniæ mentionem faciat*. Item Henschen. & Papebroch. suadent, ex dictis Gregorii capitibus non *octoginta*, sed *quadraginta* captivos recenseri, & ex his non omnes gladio interemptos.

(g) *In Anglia Ceaddæ Episcopi*. Aliis: *Ceddæ*. Ms. Gemmeticen in Normandia: *In Britannia depositio S. Ceaddæ Episcopi*. Menolog. Scoticum: *Eboraci in Anglia Ceddæ Archiepiscopi, qui priùs Orientalium Anglorum Episcopus Lecthfeldiæ fuerat*. Florar. Ms. *In Anglia S. Ceddæ Liciseldensis Episcopi, & Confessoris*. Mss. Bruxellen. Eccles. S. Gudilæ, & Colonien. Carmelit. nulla loci præsignatione: *Ipso die S. Ceddæ Episcopi*.

(a) *Romæ via Latina Iovini & Basilei, sub Valeriano, & Gallieno*. *Disceptatio Chronologica.*

Rosuueyd. suo Martyrol. Roman. vet. *Romæ Iovini, & Basilei, & plurimorum Martyrum sub Alexandro capitali sententia damnatorum*.

Eminentissim. Baron. in not. *De his Petr. in Catal. lib. 3. c. 69. Beda, Usuard. Ado, & alii recentiores*. Galesinius quidem id ipsum asserit.

Ast sanè Beda, Usuardo, & Adone perpensis, in his solùm horum Martyrum memoria inspicitur, nulla mentione facta de Tyranno; adstipulanturque Greven. Addit. ad Usuard. Canis. Martyrol. Germanico, ac Mss. Leodien. & Treviren. S. Martini penes Henschen. & Papebroch. neutiquam Tyrannum exprimentes. Petr. solùm in Catal. loco indigitato id retulit, ex quo cæteri; quod utique Actis S. Stephani Papæ refragatur, recensentibus: *Sacra corpora duodecim Clericorum S. Stephani, sub Valeriano & Gallieno Martyrio coronatorum, sepulta fuisse juxta SS. Iovini, & Basilei corpora*. Quamobrem *Iovinus, & Basileus* ante, & non sub *Valeriano & Gallieno* interempti; aliunde de his Martyribus nulla memoria in Romano Apographo Monaster. S. Cyriaci à Baronio sæpè in notis accito, neque in multis aliis antiquis: Pro securiori igitur lectione, & quatenus sapientiores annuerint, videtur rescribendum: *Romæ via Latina SS. Martyrum Iovini, & Basilei. Item plurimorum SS. Martyrum, qui capitali sententia damnati sunt.*

xxviii. F Quinto Nonas Martii. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3					

CÆsarèæ in Palæstina sanctòrum màrtyrum Marìni mìlitis, & Astèrii Senatòris, in persecutiòne Valeriàni: quorum priòr accusàtus à commilitònibus quòd esset Christiànus, & interrogàtus à Jùdice, cùm Christiànum se esse voce clarìssima testarètur, martyrii

O co-

(a) *Marini, & Asterii.* Martyres Ann. 262. Baron. eo ann. n. 78. Ann. 260. Henschen. & Papebroch. An. 268. Chronic. Dextri n. 6. Die 7. August. de *Asterio* Græci, & Maxim. Cyther. Die 1. Mart. de utroq. Galesin.

(b) *Hemiterii, & Soc.* Die 1. Mart. Galesin.

(f) *Chunegundis Augusta.* Obiit an. 1040. Baron. eo ann. num. 1. & Acta Hensch. & Papebroch. Anno 1033. ex Chronic. Hildenscheimen. Pagi t. 4. ad ann. 1040. n. 1. Die 9. Septembr. Eccles. Basileen.

corònam capitis absciſſiòne suscèpit: cùmque Asteriùs corpus màrtyris càpite truncàtum, subjèctis hùmeris & substràta veste qua induebàtur, excìperet, honòrem, quem màrtyri dètulit, continuò ipse martyr accèpit. (*a*) In Hispània natàlis sanctòrum màrtyrum Hemitèrii & Cheledònii, qui cùm apud Legiònem Gallæciæ urbem in castris militàrent, exurgènte persecutionis procèlla, pro confessione nòminis Christi, Calagùrrim usque profècti, ibi plùribus tormèntis afflìcti, martyrio coronàti sunt. (*b*) Eòdem die pàssio sanctòrum Felicis, Lucìoli, Fortunàti, Màrciæ, & sociòrum. (*c*) Item sanctòrum mìlitum Cleonìci, Eutròpii & Basilìsci, qui in persecutiòne Maximiàni sub Asclepìade Præside crucis supplìcio fœlìciter triumphàrunt. (d) Brixiæ sancti Titiàni Epìscòpi & confessòris. (*e*) Bambèrgæ sanctæ Chunegùndis Augùstæ, quæ Henrico primo Imperatòri nupta, cùm virginitàtem ipso annuènte servasset, bonòrum òperum mèritis cumulàta, sancto fine quièvit, & post mortem miràculis clàruit. (*f*)

(a) *Baron. an. 262. n. 78. & sequ. Euseb. Cæsarien. lib. 7. c. 14. & Nicephor. lib. 6. c. 13.* (b) *Baron. an. 298. nu. 9. Gregor. Turonen. lib. de glor. Martyr. c. 93. Fulcg. lib. 1. memor. SS. Martyr. & Flos SS. Hispan.* (c) *Baron. in not. & Beda.* (d) *Baron. an. 305. n. 16. & an. 311. n. 19. item Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Brixian.* (f) *Baron. an. 1024. n. 10. An. 1025. n. 1. & an. 1040. n. 1. Sur. t. 2. prior. edit. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 159. & Grant. in Saxon. Metropol. lib. 5. c. 5.*

Auris tua ad verba scientiæ, & esto patiens. Proverbior. 23.

Doctrina viri per patientiam noscitur. Proverb. 19.

(a) *Cæsarea in Palestina Marini Militis, & Asterii Senatoris.* Salazar. Martyrol. Hispan. *S. Marinum Militem Hispanum Cæsarea Palestina in præsidio à Romanis detentum, Martyrii coronam suscepisse.* Chronic. Dextri ad ann. 268. nu. 6. *S. Marinus Hispanus natione patitur Cæsarea Mauritania.* Quænam topographica lectio sanior, ipsi Hispani videant. Græci de *S. Asterio* ad 7. Augusti: *Eodem die S. Asterius Senator gladio interimitur.*

(b) *Apud Legionem Gallaciæ Urbem, Calagurrim usque profecti Hemiter. & Cheledon. Martyr.* De Peregrin. aliique pro Hemiterii, *Emitterii*; Alii: *Emeterii, Emitherii, Emetherii, Emeriti*: Et pro Cheledonii, *Celidonii, Cellidoni, Celedoni, Celedonii, Chalendonii, Ecaledoni.* Martyrolog. Epternacen., seu Antuerpien.: *In Africa Cajola, Felicis, Emeteri, Ecledonii, Felicis, Sabiani, Calagori, Meteri.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Gajola, Felicis depositio Reliquorum Emerita, Cellidoni. Item Felicis, Saviniani, Galogori. Item Emeriti.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Gajola, Felicis, & depositio Reliquorum Emeteri, Felicis, Saviniani, Galogori, item Emeteri, Felicis, item Celedoni*: At sphalma videtur: *Reliquorum* pro *Reliquiarum.* Ms. Cassinen. *Eodem die Emetherii, & Celedonii.* Ms. Divionen. *SS. Emytherii, & Celodonii, & Calagurri Martyrum.* Ms. Attrebaten. Lætien. & Sancti Cyriaci: *Felicis, Iusti, Fortunati.* Ms. Vatican. prosequitur: *Marci, Antiqui, Ianuarii.* Ms. Tornacense præponit: *In Africa natale SS. &c.* Rosuueyd. *SS. Emytherii, & Chelédonii apud Calagurrim Martyrio coronatorum*, & rectiùs. Ms. Abbatiæ Collionæ: *Linginensi Galliæ Civitate Cantherii, & Celedonis.* Salazar. Martyrol. Hispan. *Apud Calagurrim Hispaniæ SS. Emetherii, & Celedonis Martyrum.* Ex his tot variis lectionibus sanus lector saniorem seligat.

Verùm hi Sancti Martyres non fuere Calagurrim à Lictoribus ducti, sed, ut ex S. Eulogio, & S. Prudentio, sponte Calagurrim profecti, seque Martyrii cupidos tortoribus obtulere: neque *Legio* est Urbs Gallæciæ sita, sed in finibus Acturum. Ferrar. probè ad suæ Topographiæ finem.

(c) *Eodem die Felicis, Lucioli, Fortunati, Marciæ, & sociorum.* Apographa S. Hieronym. ut Epternacen. *In Africa Floriani, Felicis, Casti, Lucioli, Iusti, Fortunati, & aliorum; Quirilli, Maurini, Donati, Furtuni, Hebiani, Gagi, Paula, Gajosa, Galla.* Corbejen. *Felicis, Luciola, Iusti, Fortunati, Martiani, Martia, Hierotis, Antigoni, Ianuarii, Tutella, Gabiani, Quiri, Iulii, Marini, Item Felicis, Floriani, Donati, Fortuni, Helbiani, Gagi, Daula, Gajosa, Gallosa, Galla, Lupicini.* Lucen. *v. Nonas Felicis, Lucioli, Iusti, Fortunati, Marcia, Hierotis, Antigoni,*

Ianuarii,

Tutelæ, Gabiani, Quiri, Iuli, Marini; Item Felicis, Florini, Donati, Fortuni, Helbiani, Gagi, Paulæ, Gajosæ, Gallæ. Galesin. *Romæ Felicis, Lucioli, Fortunati, Marsiæ, Herodis, Antigonii, Ianuarii, Tutellæ, Gabani, Quirinli. Item Felicis, Floriani, Donati.*

(e) *Brixiæ Titiani Episc. & Confessor.* Brixia vulgò *Brescia*. Urbs Venetiæ Episcolis in Cænomanis ad Alpium Rheticarum radices, in plano tamen sita apud Melam fluvium, ex præcipuis Longobardiæ Urbibus agro amplissimo intra Alpes extenso. Martyrol. Eccles. Brixien, *Brixiæ Titiani Episcopi tantæ sanctitatis, ut singulis infirmis manus imponens, sanitatem tribuebat.*

Cardinal. Baron. in not. ad oram marginalem suadet, vixisse circ. 420. Florentinius verò exhibet Indic. Chronologic. Antitist. Brixianor. ubi: *Anno DXI. S. Titianus Germanus Episcopus.*

(f) *Bambergæ Chunegundis.* Vvio: *Bamberbæ in Monasterio Confugiensi S. Gunegundis Imperatricis, & Virginis.*

Disceptatio Chronologica.

(a) *Cæsareæ in Palestina Sanctorum Martyrum Marini militis, & Asterii Senatoris, in persecutione Valeriani.*

Acta Græca latinè reddita à Valesio penes summos viros Henschen. & Papebroch. in persecutione *Valeriani* hos Martyres non referunt.

Eminentiss. tamen Baronius, tum ad ann. 262. tum in notis: *Horum certamina, quæ Cæsareæ Palestinæ subiere, Eusebius ejusdem Civitatis Episcopus exactè describit lib. 7. c. 14. à quo etiam Nicephorus lib. 6. c. 13. & 14. & alii eumdem secuti auctorem. De his item hac die Beda, Usuard. Ado, & alii.*

Ast si benè Euseb. perpendatur, hoc ex eo elici nequit; quùm lib. 7. hist. Eccles. c. 3. asserat, Valerianum à Gothis, Burgundis, Scythis, & Persis captum, in servitutem inde redactum; *Valeriano capto, in servitutem redacto, filius ejus Galienus solus Imperium obtinens, moderatiùs, missisque Edictis persecutionem adversùs Christianos commotam sedavit, atque, ut Antistites hujus Religionis deinceps securè munus suum obirent, rescripto præcepit.* Quod profectò obtigerit anno sexagesimo supra ducentesimum; quando Baronius anno 262. persequutionem Valerianam in hos Martyres copulat; quamobrem Usuard. Ado, Beda, cæterique suppositiliè sub Valeriano, inscripsere.

Verùm Baronius hoc objectum infringere intendit, eo quòd temporibus Gallienicæ Administrationis nondum fortasse in omnibus locis pro Christianis scripta Edicta promulgata fuere; Adstipulanturque summi viri Henschen. & Papebroch. tradentes, quòd certè, ut olim Trajanus statuerat per hæc Edicta, Christiani delati puniri poterant, non conquiri.

Etenim incrrebile videtur, quòd tamdiù laudata pro Christianis Edicta in omnibus locis patefacta non fuerint; refragatur quidem Eusebio: *Pace hac cunctis ubique Ecclesiis reddita, Marinum apud Cæsaream Palestinæ Martyrio consummatum.*

Porrò adhuc sequeretur, non in persequutione *Valeriani*, sed tempore *Gallieni* hos Sanctos Martyrii lauream accepisse; Ut igitur Romani Martyrolog. lectio hac historiographa nutatione abdicetur, quemadmodum de S. Sabino Martyre ad 13. Martii non signat in persequutione Diocletiani sub Ariano Præfecto, sicut in illius diei not. Baron. putat, ita, si sapientiores propenderent, ut Græci, ac Galesin. Beda, & nonnulla Mss. Cæsare neutiquam indicato, exprimat: *Cæsareæ in Palæstina SS. Martyrum Marini militis, & Asterii Senatoris, quorum prior accusatus, &c.*

xxvij. G Quarto Nonas Martii. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

(a) *Casimiri*. Obiit ann. 1480. Baron. in not. An. 1484. Hensch. & Papebroch. Anno 1482. Cromer.

Vilnæ in Lithuània beàti Casimìri filii Casimìri Regis, quem Leo Dècimus Romànus Pòntifex in Sanctòrum nùmerum rètulit. (a) Romæ via Appia natàlis sancti Lùcii Papæ & màrtyris, qui primò in persecutiòne Valeriàni ob Christi fidem exìlio relegàtus, & pòstmodum divìno nutu ad Ecclèsiam suam redire permissus, cùm plùrimùm advèrsùs Novatiànos laboràsset, martyrium càpitis obtruncatiòne complèvit: quem sanctus Cypriànus summis làu-

 dibus

(b) *Lucii Papæ*. Martyr ann. 257. Baron. eo an. n. 2. An. 253. Pearson. Annal. Cyprian. Die 20. Febr. ibid. Die 2. Martii Martyrologium Aquisgran. Die 5. Bucher.

dibus celebràvit. (*b*) Romæ item via Appia sanctòrum màrtyrum nongentòrum, qui pòsiti sunt in Cœmetèrio, ad sanctam Cæcìliam. (*c*) Eòdem die sancti Caji Palatìni in mare demersi, & aliòrum vigintisèptem. (*d*) Nicomediæ sancti Hadriàni màrtyris, cum àliis vigintitrìbus, qui omnes sub Diocletiàno Imperatòre martyrium crurifràgio consummàrunt: cujus memòria sexto Idus Septèmbris, quando ejus corpus Romam translàtum fuit, potissimùm àgitur. (*e*) Item pàssio sanctòrum Archelài, Cyrilli, & Phòtii. (*f* Apud Chersonèsum pàssio sanctòrum Episcopòrum Basìlii, Eugènii, Agathodòri, Elpìdii, Æthèrii, Capitònis, Ephræm, Nèstoris, & Arcàdii. (*g*)

(e) *Hadriani, & Soc.* Martyres ann. 311. Baron. eo ann. n. 17. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 8. Septembr. Sur. to. 5.

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta*. (b) *Baron. an. 257. n. 2. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 7. c. 2. Beda, Usuard. Ado*. (c) *Baron. in not. Usuard. Galesin. & alii*. (d) *Baron. in not. item Henschen. & Papebroch. Acta*. (e) *Baron. an. 311. n. 17. Memòrit. t. 1. & Sur. t. 5. prior. edit. die 8. Septembr.* (f) *Baron. in not. ac Henschen. & Papebroch. Acta*. (g) *Baron. in not. Græci in Menologio, & Acta Henschen. & Papebroch.*

Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Ecclesiast. 12.

(b) *Roma Lucii Papa*. Mss. Attrebaten. & Lætien. *Roma Depositio Julii Episcopi, Sisinnii, & Gagi*. Ms. Vatican. *Roma depositio Iulii Episcopi, & aliorum viginti septem*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Roma in Cæmeterio via Appia depositio Iulii Episcopi; & aliorum* XVI. An lapsum *Iulii* pro *Lucii*, facilè admittendum. Verùm sicut aliqua Martirologia hac die *Lucium*, & non *Iulium*, ita alia *Iulium*, & non *Lucium* proferunt, quùm de die obitus utriusque nutetur. Ms. S. Cyriaci pro Iulii, *Iuliani*, forsan rectiùs. Ms. Divionen. IV. *Nonas Mart. Lucii Papa, & Martyris*.

(c) *Roma via Appia Martyrum nongentorum*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Ms. Divionen. IV. *Non. Mart. Natal. Martyrum Decc.* Ms. Vatican. *Natalis Martyrum octoginta decem*. Ms. S. Cyriaci *Dcccex*. Ms. Tornacen. *Et via Appia Natale SS. Martyrum octingentorum*. Ms. Lætien. *In Cæmeterio via Appia*.

Alii Dccc. pluresque Martyres Hydruntini die 14. Augusti summa veneratione, magnoque concursu ibidem coluntur; qui biduo post Urbem captam anno 1480. Xisto IV. Pontifice, jubente Acomatho Duce ad Cliuum Minervæ ducti, pro Christi fide gloriosa nece occubuere. Rinal. continuat. Annal. Baron. ad an. 1480. Labbè suæ Chronolog. part. 3. eodem ann. Summont. Histor. Regn. Neapolitan. lib. 5. c. 2. Anton. de Ferrar. de Bello Hydrunt. Epitom. in Memorabilib. Eccles. Hydruntin. Archiepisc. de Aste, aliique plurimi.

(d) *Caji Palatini, & aliorum vigintiseptem*. Aliis: *Gajus, Gagus, Gagius, Agius*. Martyrol. Corbejen. *Roma depositio Iulii Episcopi, Roti, & aliorum triginta-novem, Archelai, Gai, Palatini in mare mersi, Asterii, Uranti, Sisinnii, Pauli, Philippi, Herifei, Basilii, Tepiceri, Gregorii, Eutici, Victuri, Victurini, Marii, Honorati, Asclepiadis, Sisinnii, Felicis, Lucii, Gajosa, Fortunati, Item Lucii, Pelviani, Rustici, Floriani, Donati, Helariani; Item Fortunati; Item Gaii, Pylici, Antonii, Fronimi, Asclipiadis, Fortunionis, Casti, Fortii, & aliorum novemdecim*: Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma depositio Iulii Episcopi, Roti, & aliorum* XXVI. *Arcillai, Gagi, Palatini in mare mersi, Asteri, Urani, Sisinni, Pauli, Philippi, Heripheli, Basili, Cipeciri, Gregorii, Eutici, Victorini, Peculi, Quirini, Mari, Honorati, Asclepiadis, Sisinni, Felicis, Gajora, Fortuni; Item Luci, Pelviani, Rustici, Floriani, Donati, Helariani, Fortunati, Gagi, Pylyci, Antonini, Frunini, Asclepiadis, Fortunionis, Casti, Fortii, & aliorum numero* XVI. Martyrolog. Bluman. pro Arcillai, Fortunati, Gagi, Trutini: *Achillai, Fortunati. Item Gagi, Frunumi.*

Cardinal. Baron. in not. *De his item hac die Usuard. Ado, & alii*. Sed Usuard. & Ado: *Eodem die S. Caii Palatini in mare Mersi*: De Soclis Anonymis vigintiseptem silent; Adstipulanturque Notker. Bellin. & Ms. Aquisgranen. Greven. verò Auctar. ad Usuard. *Cum Beato feruntur & alii* XVII. Quænam ex his lectionibus sanior, alii definiant.

(e) *Nicomedia Hadriani cum aliis vigintitribus*. Apographa Hieronymiani Martyrologii Corbejen. & Lucen. ac Beda cusus: *In Nicomedia passio S. Adriani cum aliis numero* XXXIII. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Nicomedia passio S. Adriani cum aliis vigintitribus, & Natalis uxoris ejus.*

Labium veritatis firmum, & in perpetuum. Proverb. 12.

Baron.

Baronius in notis affirmat, hunc diem esse natalem Hadriani & Sociorum, & quòd die 8. Septembris Translatio Romam Corporis S. Hadriani celebretur: Sed Usuard. Ado, & Notker. ac Manuscript. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, Tornacen. S. Martini, Treviren. S. Paulini, Ultrajectinen. S. Mariç, Pragen. Colonien. Lætien. & plura alia penes Henschen. & Papebroch. constanter die 8. Septembris Natale venerantur.

At prælibata Sanctorum acta penes Henschen. & Papebroch. alium Hadrianum referunt Martyrem, & Episcopum S. Andreæ cum Stolbraudo, Cajo, aliisque plurimis in Maja Insula Scotiæ.

(f) *Archelai, Cyrilli, & Photii*. Ms. Richenovien. *Arcelai*. Menæa die sequenti: *Archelaus, & Socii cxlii. Martyres gladio interficiuntur*: Codex Chiffletii: *& Socii clii*. Menolog. Sirleti: *Sancta Martyris Hernidis, & SS. Martyrum Archelai, Cyrilli, & Photii*.

(g) *Apud Chersonesum SS. Episcopor. Basilii, Eugenii, Agathodori, Elpidii, Ætherii, Capitolinis, Ephram, Nestoris, & Arcadii*. Chersonesus alia vulgò *Gazaria*, Peninsula ingens Europæ, *Taurica* dicta. Alia Chersones Traciæ vulgò *Brachium S. Georgii* nominata, ad Hellespontum: Incertum modò ex Martyrolog. an in Chersoneso hi Sancti Martyres Episcopi: consulendum est Menologium. Græcorum Menæa die 24. Januar. *Milesa in Caria S. Ephraem Episcopi, & Martyris, & Eusebia, sive Zena*; At alius Ephræm.

Disceptatio Historico-Chronologica.

(h) *Romæ Lucii Papa, & Martyris: Martyrium capitis obtruncatione complevit*. Pagi vir summus t. 1. suæ Chriticæ Historico-Chronolog. ad an. 253. n. 5. hujus Sancti Pontificis obitum observat in Indiculo Depositionis Episcoporum, non verò in illo Depositionis Martyrum.

Eminentissim. Baron. ad ann. 253. n. 2. & in notis indigitat Epistolam Cypriani ad Lucium Papam, cujus verba: *Servandus est Antecessorum Beatorum Martyrum Cornelii, & Lucii honor gloriosus*.

Ast ex illius ævi ratione loquendi, Lucius vocitatur Martyr, quia pro Christi fide exilium, multaque alia pertulerit, secus ob decessum capitis obtruncati: hoc ex ipso Romanor. Pontific. Catal. Bibliothecæ Vaticanæ depromto: *Lucius natione Romanus ex Patre Porphyrio sedit annos tres, dies tres*. Item ex altero Pontific. Catal. in Bucherio: *Lucius annos tres, menses octo, dies decem, temporibus Galli, & Volusiani, usque ad Valerian. III. & Gallien. II. exul fuit, & posteà nutu Dei incolumis ad Ecclesiam reversus est, tertio nonas Martii Consulibus SS.* forsan dicendum *Consulibus dictis decessit*. En quòd in his Apographis nulla mentio de hac capitis obtruncatione.

Baron. tamen pro sua assertione Bedam advocat, Usuardum, Adonem, aliosque. Verùm eam non indicant prælibata Indicula; quorum authoritas videtur major authoritate Actorum, Martyrologiorum, Authorumque adductorum post aliquot sæcula de Sanctorum Pontificum morte elucubratorum, & prælaudati Authores quò ad Martyrium Lucii, ex illa vulgari *Martyris* vocitatione ob ærumnas ductas, in aliquo Codice decepti, facilè ipsis ærumnis truncationem capitis adjunxerunt; Undè abdicato *capitis truncatione*, immunis foret Romani Martyrologii assertio, dummodò sapientiores annuerint, si proferret: *Romæ via Appia natalis S. Lucii Papæ & Martyris, qui &c. cùm plurimum adversùs Novatianos laborasset, multa pro fide passus est, quem S. Cyprianus summis laudibus celebravit*.

xxvj. A Tertio Nonas Martii. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

(a) *Phoca*. Die 22. Septembris Grçci.
(b) *Hadriani*. Martyr an. 308. Baron. eo an. n. 13. An. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. num. 6. Die prçceden. & die 3. & 4. Februar. Græci.

ANtiochìæ natàlis sancti Phocæ màrtyris, qui post multas, quas pro nòmine Redemptòris passus est injùrias, quàliter de antìquo illo serpente triumphàverit, hòdie quòque pòpulis eo miràculo declaràtur, quòd si quispiam à serpènte morsus fùerit, ut jànuam Basìlicæ Màrtyris credens attìgerit, confèstim evacuàta virtùte venèni sanàtur. (a) Cæsarèæ in Palestìnæ sancti Hadriàni màrtyris, qui primò in persecutiòne Diocletiàni jussu Firmiliàni Præsidis ob Christi fidem leòni objèctus, deindè glàdio jugulà-

(c) *Gerasimi*. Obiit an. 475. Baron. eo an. n. 42. An. 474. Felicius. Die 20 Martii iterùm Græci in Menęis, & Maxim. Cythæreus.

gulàtus, martyrii corònam accèpit. (*b*) Eòdem die pàssio sanctòrum Eusèbii Palatìni, & aliòrum novem Màrtyrum. (*c*) Cæsarèæ in Palestìna sancti Theòphili Epìscopi, qui sub Sevèro Prìncipe sapièntiæ & vitæ integritàte conspìcuus emìcuit. (*d*) Item in Palæstìna ad ripam Jordànis sancti Geràsimi anachorètæ, qui tèmpore Zenònis Imperatòris flòruit. (*e*)

(a) *Baron. in not. Florus Usuard. Ado, & alii Latinorum.* (b) *Baron. an. 308. n. 13. & Euseb. lib. 8. c. 21.* (c) *Baron. in not. Acta Henschen. & Papebroch. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 191. n. 4. & an. 198. n. 1. & sequ. Euseb. hist. lib. 5. c. 121. & 26. S. Hieronym. de Scriptorib. Eccles. aliique.* (e) *Baron. an. 420. n. 49. An. 452. n. 35. An. 475. n. 42. Lippom. t. 5. & Sur. t. 3. prior. edit. in vit. S. Sabbæ Abbat.*

Convictus Sapientiæ non habet tædium, erit alloquutio cogitationis. Sap. 8.

(a) *Antiochiæ Phocæ Martyris.* Antiochia Urbs Syriæ quondam amplissima, & clarissima ad Orontem fluvium inter Aleppum, aliàs Hierapolim, & Tripolim Patriarcharum Sedes, hic Martyrum infinitus prope numerus. Aliis: *Foces, Foca, Focatis.* Martyrolog. Antuerpien. *Antiochiæ passio S. Focatis.* An idem, incompertum. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Antiochiæ Focæ, Rustici, Herebi, Maris, Palatini, & aliorum novem Martyri, Antiochi, Victoris, Adriani, Pamphili, Palati, Marti,* Verùm aut sphalma dictio *Sancta Foca,* aut alia Martyr Antiochena, eodem nomine *Phoca.* Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa passio S. Phocæ.* Ms. Labean. prosequitur: *Petri, Victoris, Eusebii.* Ms. Divionen. *Antiochiæ S. Phocæ Martyris, & S. Eusebii Palatini, & aliorum octo Martyrum.* Ms. Vatican. S. Petri: *Apud Antiochiam natale B. Foces Martyris, & aliorum XII.* Ms. Barberinian. habet *Focæ Episcopi, & Martyris.* An plures Martyres hac ipsa die nomine *Phocæ,* studiosus videat.

Cardinal. Baron. in not. *Extat de hoc præclara oratio S. Asterii Episcopi Amaseæ, &c.* Et in calce suadet: *Hæc S. Asterius hyperbolicè.* At suis Animadversis Holstenius vis eruditus: *Hæc laudata S. Asterii oratio non de hoc Phoca, sed de Synopensi; uti neque hyperbolicè, sed quidem fuit Romæ Ecclesia S. Phocæ tempore Gregorii VII. Papæ,* ut in prælibata Epistola.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Cæsareæ in Palestina S. Hadriani Martyris, qui primò in persecutione Diocletiani.* Græci in Menologio penes Canisium ad 4. Februarii, quo die hunc Martyrem venerantur, sub *Decio* promunt, & alii Historici sub *Maximino.*

Eminentissim. Baron. ad an. 308. n. 13. & in notis animadvertit: *Malè* (scilicèt Græci) *sub Decio referunt, siquidem ejus gentilis Eusebius lib. 8. c. 21. in fine, coronatum esse Martyrio testatur, in persecutione Diocletiani & Maximiani Imperatoris.*

Ast Imperio à Diocletiano deposito; in Christianos persecutio sub successoribus invaluit, potissimùmque in Oriente, & Cæsareæ in Palæstina sub Maximino, teste Eusebio c. 4. supplement. ad lib. 8. Valesian. edition. & c. 5. asserente de S. Agubio, præsente Maximino Tyranno mortem oppetiisse: Quo verò ad Martyrium Hadriani, nil Eusebius de Diocletiano memorat; tradendo solum: *Cum motus, ac furor Præsidis adversùs supradictos Martyres ..... Dein Hadrianus quidem quinto die Mensis Dixtri, idest ante diem tertium nonas Martii (quo die Natalitia Fortunæ, ut Gentiles existimant, apud Cæsaream celebrabant) leoni objectus, ac deinde gladio transfixus, Martyrium consummavit.* Ex quibus Eusebii verbis elicitur Gentilium furore Hadrianum coronam Martyrii adeptum.

Viri veraces successum habent usque ad inspectionem. Ecclesiast. 15.

Quòd si quis adüceret, Maximinum persequutionem in Christianos non exercuisse an. 308. quo Hadrianus occubuit Martyr, sed alio anno, alioquin non scriberetur Martyr eo anno sub Diocletiano; Hoc inficeret ipsum Baronium, qui unà cum Spondano hoc Martyrium supputat dicto anno 308. Diocletiano Consulatum agente, his verbis: *Mirum quibusdam visum esse, hominem, qui privatam vitam ad exitum usque agere instituisset, neque pedem ex agro suo tollere consensisset &c.* Consulem indeque Aurelium Victorem putat rexisse Imperium. Porrò idenimet Baronius Eusebii verba lib. 8. c. 27. enucleans de certamine S. Catharinæ Virginis, & Martyris ad ann. 307. n. 31. & sequ. sub Maximino intendit vindicare, uti ejusdem Martyrii Acta penes Surium die 25. Novembris. Cæterùm Pagi vir clarissimus t. 1. suæ Criticæ Historico-Chronologicæ anno 307. n. 6. hanc Maximini persequutionem ad annum protrahit 308., quo ævo Diocletianus privatam vitam ducebat; Verùm Chronographi ipsi hoc disceptent. In præsentiarum, uti ad 21. Julii de S. Victore Martyre non panditat sub Diocletiano & Maximiano; quamvis Baronius in notis id suadeat, dummodo saniores consenserint, neutiquam explicet

plicet ſub quo curſum Martytii hic Sanctus fecit, ut Molan. Addit. ad Uſuard. Galeſin. & Caniſius, ſed: *Cæſarea in Paleſtina S. Hadriani Martyris, qui primò ob Christi fidem leoni objectus, deinde gladio jugulatus, Martyrii coronam accepit.*

xxv 25. B Pridie Nonas Martii. Luna. *6*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6					

(a) *Victoris, & Victorini.* Die 21. Jan. Græci.

(b) *Marcian. Episc.* Die 27. Martii Mss. Treviren. S. Martin. Roman. S. Petri, & Monasterii Caſſin.

NIcomediæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Victòris & Victorìni, qui per triènnium cum Claudiàno & Baſſa uxòre ejus, tormèntis multis afflìcti, & retrùſi in càrcerem, ibidem vitæ ſuæ curſum implevèrunt. (*a*) Terdònæ ſancti Marciàni Epìſcopi & màrtyris, qui ſub Trajàno pro Chriſti glòria occìſus coronàtur. (*b*) Conſtantinòpoli ſancti Evàgrii, qui tèmpore Valèntis à Cathòlicis elèctus Epiſcopus, ab eòdem Imperatòre in exìlium miſſus, migràvit ad Dòminum. (*c*) In Cypro ſancti Conònis màrtyris, qui ſub Dècio Imperatòre pèdibus clavis confìxis, ante currum juſſus cùrrere, in gènua procùmbens, in oratiòne rèddidit ſpìritum. (*d*) Item pàſſio ſanctòrum quadragintaduòrum Màrtyrum, qui in Amòrio comprehènſi, & in Syriam perdùcti, illic egrègio peràcto certàmine, victòres palmam martyrii percepèrunt. (*e*) Bonòniæ ſancti Baſìlii Epìſcopi, qui à ſancto Silveſtro Papa ordinàtus, verbo & exèmplo crèditam ſibi Ecclèſiam ſanctiſſimè gubernavit. (*f*) Barcinòne in Hiſpània beàti Ollegàrii primùm Canònici, & pòſteà Epìſcopi Barcìnonènſis, & Archiepìſcopi Tarraconènſis. (*g*)

(d) *Conchis Martyris.* An. 254. Baron. eo an. nu. 26. An. 251. Henſchen. & Papebroch. Die præceden. Græci.

(e) *Quadraginta duorum Martyrum.* Die 8. Mart. Menol. Sirleti, & Ferrar. General. Catal. SS.

(a) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 3. c. 180. Uſuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 189.* (c) *Baron. an. 371. n. 9. item Socrat. hiſt. lib. 4. c. 13.* (d) *Baron. an. 254. n. 26. ac Græci in Menologio.* (e) *Baron. in not. item Græci.* (f) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Bononien. & Sigon. de eadem Eccleſ.* (g) *Bollandi, & Henſchen. Acta.*

Si quis indiget Sapientia, poſtulet. Jacob. 3.

(a) *Nicomediæ Victoris, Victorini, Claudiani, Baſſæ.* Aliis: *Victuri, Victurini, Claudii.* Martyrol. Hieronymian. *In Nicomedia Victoris, Victuri, & Neocepuli, Papiæ, Alexandri, Diodori, Claudiani, Cariſi, Mercuri, Perpetuæ, Felicitatis, Iocundi, Carſi, Nicephori.* Martyrolog. Bluman. pro Victuri, & Neocepuli, *Victurini, & Neocopoli*, & poſt Mercuri: *Item Claudiani, Perpetuæ*, poſt Jocundi: *Nicomediæ Saturni, Caſſi, Victoris cum duobus, Papiæ, Nicephori.* Martyrol. Corbejen. *Nicomediæ, Victoris, Victorini, & Neocepoli, Papiæ, Alexandri, Diodori, Claudiani, Cariſii, item Claudiani, Mercarii, Perpetuæ, Felicitatis, Iocundi, Saturi.* Ms. Pariſien. Lebbei, & Richenovien. *In Nicomedia Victurini; In Pamphilia Victoris, qui in carcere mortui ſunt.* Ms. Divionen. percurrit *In Pamphilia*, Ms. Attrebaten. addit: *Et depoſitio S. Claudiani.* Ms. Tornacen. item: *Et Diodori, & Mercurii.*

Græci die 31. Januar. *Corinthi, Victoris, & Victorini, qui ſub Decio paſſi ſunt.* Verùm Cardinal. Baron. in not. hos alios autumat.

(b) *Marciani Episc. & Martyr.* Calendar. quoddam Capuan. penes Monacum *Martiani.* Videnda Acta ejuſdem, & S. Stephani Martyris Altenis.

(c) *Evagrii Episc.* Baron. in not. de hoc Græci itidem: Henſchen. verò, & Papebroch. neque in Menæis, neque in Menologiis ullis hoc vidiſſe teſtantur. Item Baronius iiſdem notis præſtat: *Vixit eodem ſæculo Evagrius S. Hieronymi pernecessarius, qui, defuncto Paulino, ſubrogatus eſt Antiochenus Epiſcopus.* Sed Bolland. die

Qui petit accipit, & qui quærit invenit. Matt. 7.

17. Januarii in vit. S. Anton. Abbat. §. 9. & Pagi t. 1. ad ann. 389. n. 9. affirmant, Baronium fuisse deceptum à Latino Interprete operum S. Basilii Epistol. 8. ad Eusebium Samosatenorum Episcopum scribente: *Presbyter Evagrius filius Pompejani Antiocheni*; ex qua luxata interpretatione alium Evagrium eodem tempore eruit Baronius illo juniorem, faciendo ex uno Evagrio duos.

(d) *In Cypro, Cononis, sub Decio*. Græci pridie: *Memoria Sancti, & innocentis Martyris Cononis in Isauria passi*. De cujus Martyrio sub Decio anno 254. ut Baron. eadem trica, ac de Martyribus Fusca, & Maura, die 13. Februar.

(e) *Quadraginta duorum Martyrum*. Maxim. Cythereus: *Quadraginta duorum Martyrum, Theodori, Constantini, Callisti, Theophili, Bassoe, & Soc. qui Amorii decertarunt*. Menologium Cardinal. Sirleti ad 8. Martii eadem ferè habet, tamen addit: *In Amorio detenti, & in Syria Martyrium perpessi*. Galesin. *in Græcia* xlII. *Martyrum, Theodori, Constantini, Callixti, Theophili, & reliquorum, qui in Amorio divinitus inventi &c.* Molan. Auctar. ad Usuard. *SS.* xLII. *Martyrum recenter inventorum in Amorio*.

(g) *Hellegaris*. Ecclef. Barcinonen. Monument. penes Henschen. & Papebroch. *Holdegaris*.

(b) *Terdonæ S. Marciani Episcopi, qui sub Trajano*. Terdona, antiquis *Derdon*, & *Derdona*. Urbs antiqua Episcopalis Liguriæ apud Iriam flumen, & sub Appenn. Mon. collibus, Colonia Roman. quondam clara, & ampla, uti rudera testantur, nunc parva in longum sub Monte extensa, media inter Placentiam, & Genuam. Acta Martyrii penes Petr. in Catal. lib. 2. c. 39. & Mombrit. t. 2. referunt hoc Martyrium sub Hadriano Imperatore: Quod idem in Epitom. vitæ ex Actis Synodi Terdonensis collecta apud prælibat. viros Henschen. & Papebroch. — *Disceptatio Chronologica.*

Verùm Canis. Vvitford. Galesin. aliique Martyrologi sub *Trajano Imperat.* ex quibus dein Roman. Martyrolog. Nihilominus erratum alicujus forsan Amanuensis *Trajani*, pro *Hadriani*: Ex quo primo Codice ita luxato reliqui eo modo transcripsere. At Maurolyc. & Felic. promunt: *Apud Terdonam passio Beati Marciani Episcopi sub Hadriano Imperatore, & Sapricio Præside &c.* Neç quidem negabile, quin Acta Hadrianum Imperatorem prodant, ut in notis Baronius ipse fatetur; Hinc pro securiori lectione, & quatenus alii Sapientiores dijudicaverint, percurso sub quo, ut in Martyrol. Treviren. S. Martini, inscribatur: *Terdonæ S. Marciani Episcopi, & Martyris, qui pro Christi gloria occisus coronatur*.

xxiv.	C						Nonis	Martii.			Luna.							7
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7					

IN monastèrio Fossænòvæ prope Tarracìnam sancti Thomç Aquinàtis confessòris & Doctòris, Ordinis Prædicatòrum, nobilitàte gèneris, vitæ sanctitàte, & Theologiæ sciéntia illùstris. (a) Tuburbi in Mauritània natàlis sanctàrum màrtyrum Perpètuæ, & Felicitàtis, quæ cùm esset prægnans (ut sanctus Augustinus ait) expectàta, juxta leges, ut pàreret, dum parturièbat, dolèbat, objècta feris gaudèbat; passìque sunt cum eis Revocàtus, Saturnìnus, & Secùndolus: quorum ùltimus quièvit in càrcere, rèliqui omnes bèstiis tràditi sunt, sub Sevèro Prìncipe. (b) Cæsarèæ in Palæstina pàssio sancti Eubùli, qui cùm esset sòcius sancti Hadriàni, bìduo post illum laniàtus à leònibus, & glàdio trucidàtus, ùltimus òmnium in ea civitàte martyrii corònam accèpit. (c) Nicomedìæ sancti Theòphili Epìscopi, qui ob cultum sanctàrum Imàginum in exilium pulsus, illic defunctus est. (d) Pelùsii in Ægypto sancti Pauli Epìscopi, qui eàdem ex causa exul occùbuit. (e) Bri-

(b) *Perpetua & Felicitas.* Martyres an. 205. Baron. eo an. nu. 21. & sequ. An. 203. Henschen. & Papebroch.

(c) *Eubuli.* Martyr an. 308. Baron. eo an. nu. 13. An. 309. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6. Die 3. Februar. Græci in Magnis Menæis.

(d) *Theophili.* Obiit an. 816. Baron. eo an. nu. 95. An. 845. Hensch. & Papebroch. Die 8. Martii Menæa Grçcor. & Menolog. Canis.

(e) *Pauli Episc.* Die seq. Menæa.

(g) *Pauli cognomento Simplicis*. Die 10. Petr. de Natal. Die 11. Maurolic. & Martyrol. Germanic.

Brixiæ ſancti Gaudiòſi Epiſcopi & confeſsòris: (*f*) In Thebàide ſancti Pauli cognomènto Sìmplicis. (*g*)

(a) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. Romanus, Paulus Regius, plerique alii:* (b) *Baron. an. 205. n. 21. & sequ. Uſuard. Ado, cæterique.* (c) *Baron. an. 308. n. 13. & Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 21. in fin.* (d) *Baron. an. 733. n. 2. An. 814. n. 12. & an. 816. n. 45. & ſequ. item Græci in Menolog. Sirlet. hac die.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Brixianum. Henſchen. & Papebroch. Act.* (f) *Baron. in not. & Petr. de Natal. lib. 2. c. 61. ad 10. Ianuar.* (g) *Baron. in not. & Vit. Patr. p. 1.*

Qui tantùm verba ſectatur, nihil habebit. Proverb. 19.

(b) *Perpetuæ & Felicitatis.*

Cardinal. Baron. in not. *S. Auguſtinus tres Tractatus habuit in harum Martyrum die natali, quos excidiſſe dolemus.* Sed Holſten. vir eruditus ſuadet, hos reperiri in editione Plantiniana, & prætereà repertus eſt *quartus* in antiquis Vaticanæ Bibliothecæ membranis, & quòd extat etiam inſignium harum Martyrum antiquiſſimum, & pulcherrimum Africanæ Eccleſiæ monimentum in Caſinenſis Monaſterii Bibliotheca.

Paſſique cum eis Revocatus, Saturninus, & Secundolus. Apographum Epternacen. *In Africa Satiri, Revocati, Iocundi, Victurini, Saturnini.* Corbejen. proſequitur: *Servani, Rogati, Croci.* Hieronymian. Lucen. poſt Rogati, *Eroi, & Victorina.* Bluman. *In Africa Satyri, Revogati, Iocundi, Saturnini, Servani, Rogati, Eroi, & Victorina.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Paſſi ſunt cum eis Saturus, Revocatus, quorum &c.* Ita in Actis.

(d) *Theophili Epiſc.* Græci die ſequenti in Menæis: *Theophylacti.*

Cardinal. Baron. ad an. 733. num. 2. vexatum tradit, ſub *Leone Iſaurico*, & an. 814. in exilium pulſum, ut eo anno nu. 45. Pagi verò t. 3. ad an. 733. nu. 1. & ſequ. pro fide Catholica certamen habuiſſe ſub *Leone Armeno*, ac anno 815. exilio mùlctatum, ut ad ann. 814. n. 13. Baron. item in not. *Agunt de eo Græci in Menologio.* Sed Henſchen. & Papebroch. in Menologio, ſcilicet Baſilii Imperat. *Theophilactum* obſervant hac die inſcriptum, alia tamen Græcorum facta *die ſequenti.*

(e) *Peluſii in Ægypto Pauli Epiſcopi.* Caniſ. in Menologio: *Eodem die S. P. Pauli Pluſiadis Epiſcopi, &c.* Græcorum Menæa Venetiis impreſſa die ſequenti:

Tuba illa Paulus Pluſiados conticeſcit:
Sonum deinceps ultima expectans Tuba.

Diſceptatio Topographica.

(b) *Tuburbi in Mauritania Natalis SS. Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis, &c.* Tuburbus *Tobulba*, Urbs olim Epiſcopalis Africæ propriè dictæ mediterranea, in Regno Tunetano quondam celebris, Addiræ, & Medicaræ proxima, inter Tunetum, & Urbem.

Beda de ſex Ætatib. ſub Severo Pertinace: *Perpetua & Felicitas Carthaginem Africæ in caſtris beſtiis deputatæ pro Chriſto nonas Martii.* Proſper Aquitan. Chronic. integr. de SS. Martyribus ad quintam Perſecutionem conſimilia: *Qua tempeſtate Perpetua & Felicitas pro Chriſto paſſæ ſunt Nonis Martii, apud Carthaginem Africæ in Caſtris beſtiis deputatæ.* Et Holſten. ſuis ad hoc Roman. Martyrolog. animadverſ. *Apud Carthaginem: Et quidem optimè Tuburbum Africæ Proconſularis Civitas erat, inter quam, & Mauritaniam intercedit Numidia.*

Qui poſſeſſor eſt mentis, invenit. Proverb. 19.

Eminentiſſim. Baronius in not. *De his etiam Beda hac die, Uſuard. Ado, ac cæteri.* Apographa quidem S. Hieronym. Antuerpien. Corbejen. & Lucen. ac Roſuueyd. & de Peregrinis, percurſis aliis, unanimiter proferunt: *In Mauritania Civitate Tuburbitanorum SS. Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis.* Aſt quoque *Carthago* ſuos Patronos habet, Marian. Scot. in Chronic. Regino Abbas in Chron. ad an. CCVIII. Herman. Contract. in Chronic. edit. Caniſ. ad an. CCV. & Raban. *Apud Carthaginem Perpetua, & Felicitas beſtiis deputantur:* Adſtipulanturque *Apud Carthaginem* Mss. Treviren. S. Martini, Rom. Monaſter. S. Cyriaci, quo plurimùm in not. Baron. uſus, Tregulphus Lexioveus, & alia plura Martyrol. Mss. & cuſa: unde quùm hinc inde ſint Auctores, jam pro utraque parte ambigua eſt Romani Martyrolog. lectio.

Sed Baron. in prælibat. not. authoritatem S. Auguſtini pro ſua aſſertione proſtat, qua Sanctus dignis laudibus has Martyres celebrat, panditando: *Tuburbitanas Martyres.*

Verùm laudatus Doctor in adducti ſermonis verbis *Tuburbitanas Martyres*, pro Maximina, Donatilla, & Secunda intelligit, III. Kal. Auguſti apud Tuburbum paſſis, Valeriano & Gallieno imperantibus. Et dato pro certo, quòd Auguſtin. iis verbis: *Fœminas Martyres Tuburbitanas Perpetuam & Felicitatem* intelligere voluiſſet, non idcircò inferendum, potiùs *Tuburbi*, quàm *Carthagine* Martyrium ſubiiſſe.

Et quamvis Baron. ad Chriſti ann. 205. n. 13. Acta advocet Felicitatis, & Sociorum à S. Auguſtino accita, quæ apud *Tuburbum* has Martyres ſignant, ex quibus dein Tertullianus;

Nihilominus Baronius ipse asserit, hæc Acta periisse; quamobrem in his, quæ summatim tunc visa fuere, mendum aliquod irrepsit, ut modò liquet ex iis earumdem Sanctarum Actis, quæ Holstenius vir clarissimus, ac Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus in lucem edidit, quibus Magnus Valesius præfationem suam præfixit. Ut igitur de Martyrologii Romani lectione non ambigatur, & Saniorum mens consentiret, expuncto *Tuburbi in Mauritania*, enuncietur: *Eodem die Natalis Sanctarum Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis.*

xxiv. C Octavo Idus Martii. Luna. 8
a b c d e f g h i k l m n q q r f t u
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

(a) *Philemonis & Apollonii*. Martyres an. 310. Baron. eo an. nu. 24. An. 311. Pagi to. 1. ad an. 303. nu. 6. An. 387. Hensch. & Papebroch. Die 14. Decembr. Græci in Menolog.

APud Antinoum Ægypti urbem natàlis sanctòrum màrtyrum Philèmonis & Apollònii diàconi, qui tenti, & ad Jùdicem addùcti, cùm constànter Idòlis sacrificàre renuìssent, perforàtis calcàneis per civitàtem horribìliter tracti, novìssimè glàdio cæsi martyrium complevèrunt. (*a*) Item ibìdem pàssio sanctòrum Ariàni Præsìdis, Theòtici, & aliòrum trium, quos Judex submèrsos in mare necàvit, sed delphinòrum obsèquio còrpora eòrum ad littus delàta sunt. (*b*) Nicomediæ sancti Quinctìlis Epìscopi & màrtyris. (*c*) Carthàgine sancti Pòntii diàconi beàti Cypriani Epìscopi, qui usque ad diem mortis illìus cum ipso exìlium sùstinens, vitæ & passiònis ejus egrègium volùmen relìquit, atque in suis passiònibus Dòminum semper glorìficans, corònam vitæ promèruit. (*d*) Item in Africa sanctòrum Cyrilli Episcopi, Rogàti, Felìcis, item Rogàti, Beàtæ, Herèniæ, Felicitàtis, Urbàni, Silvàni, & Mamìlli. (*e*) Tolèti in Hispània deposìtio beàti Juliàni Epìscopi & confessòris, sanctitàte & doctrìna celebèrrimi. (*f*) In Anglia sancti Felicis Epìscopi, qui Orientàles Anglos ad fidem convèrtit (*g*). Granàtæ in Hispània sancti Joànnis de Deo, Ordinis Fratrum Hospitalitàtis infirmòrum Institutòris, misericòrdia in pàuperes, & sui despicièntia cèlebris.

(f) *Julian.* Die 6. Martii Usuard. Die 14. Februar. Salazar. & Eccles. Placent.

(g) *Felicis Episc.* Obiit an. 654. Henschen. & Papebroch. An. 650. Alford. Annal. Eccles. Anglosax. An. 646. Petr. Blesen. hist. Ingulphi continuat.

(a) *Baron. an. 310. n. 24. Lippom. t. 2. Sur. t. 6. prior. edit. Vit. Patr. p. 1. c. 19. Metaphrast. Usuard. & alii.* (b) *Baron. an. 253. n. 110. & an. 310. n. 24. Metaphrast. in Act. Paphnut. Martyr. ad 18. April. Lippom. t. 6. & Sur. t. 2. prior. edit. in Act. S. Sabin. die 13. Martii.* (d) *Baron. an. 238. n. 5. & an. 261. n. 39. S. Hieronym. de Scriptorib. Ecclesiast. Usuard.* & *Ado.* (e) *Baron. in not. aliique.* (f) *Baron. an. 690. n. 11. Usuard. Maurolyc. & alii.* (g) *Baron. an. 627. n. 35. & Beda hist. de gest. Angl. lib. 2. c. 15.*

Sensati in verbis intellexerunt veritatem. Ecclesiast. 18.

(a) *Philemonis & Apollonii Diaconi.* Ms. Vatican. S. Petri: *In Civitate Hutinorum Philemenis, & Polonii.*

(b) *Item ibidem Ariani Præsidis, Theotici, & aliorum trium.* Martyrol. de Peregrin. *Adriani, Theotici, &c.* Ms. quoddam penes Henschen. & Papebroch. *Antnoi in Ægypto Philemonis, Apollonii, Ariani, Theotischi, & aliorum trium.*

(c) *Nicomedia Quinctilis Episc. & Martyris*, Nicomedia, *Comidia*, Urbs olim Abbatialis Bithiniæ Litoralis ad Propontidem, & sinum Astacenum, inter Chalcedonem, & Nicæam: sub Romanis Imperatoribus sæpè in eam divertere, & moram trahere solitis. Alibi: *Quintilli, Quintili, Quintilis, Quintuli, Quintoli, Quintilini, Quintini, Quinti.* Martyrol. Epternacen. *Nicomedia Quirilli Episcopi, & Capitolini.* Martyrolog. Corbejen. Hieronymian. Lu-

Enarrans veritatem, amittit verbum certum. Ecclesiast. 19.

ceu.

cen. ac Mss. Richenovien. Aquisgranen. Treviren. S. Maximini, Tornacen. Lætien. Centulen. Reginæ Sueciæ, Notker. & Raban. *In Nicomedia Quintilli Episcopi*, *&* *Capitolini*. Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *Nicomedia Quintilli Episcopi*. Ms. Pragen. *Quinzoli Episcopi*, *&* *Capricali Episcopi*: At, loco non indicato, videntur alii.

Cardinal. Baron. in not. *Beda de eo hac die*, *additque Capitolinum*. Sed Henschen. & Papebroch. adnotant, genuinum Bedæ hac die vacare.

(e) *Item in Africa Cyrilli Episcopi*, *Rogati*, *Felicic*, *item Rogati*, *Beata*, *Herenia*, *Felicitatis*, *Urbani*, *Silvani*, *&* *Mamilli*. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ: *Catilli Episcopi*. Martyrol. Epternacen. *In Africa Rogati*, *Felicis*, *Manili*, *item Rogati*, *Baronia*, *Aerenia*, *Felicicatis*, *Orfani*, *&* *Cirilli*, *Silvani Episcopi*. Corbejen. *In Africa Rogatiani*, *Felicis*, *item Rogati*, *Geroma*, *Erema*, *Felicitatis*, *Urbani*, *Cyrilli Episcopi*, *Silvani*, *Manili*, *Datiani*. Hieronymian. Lucen. *In Africa Rogati*, *Felicis*, *item Rogati*, *Beroma*, *Herema*, *Felicitatis*, *Orbanilli Episcopi*, *Silvani*, *&* *Manili*. Martyrol. Eluman. pro Heremæ, Felicitatis, Orbanilli Episcopi: *Heroma*, *Aeroma*, *Felicitatis*, *Orbani*, *Cyrilli Episcopi*. Mss. Treviren. S. Martini, Attrebaten. & Lætien. *In Africa Natalis SS. Rogati*, *Felicis*, *Urbani*, *&* *Cyrilli Episcopi*. Mss. Cassinen. Altempsian. Vatican. & S. Cyriaci: *In Africa Rogati*, *Felicis*, *&* *Felicitatis*. Kalendar. Cluniacen. *Rogati*, *Felicis*, *&* *Cyrilli*. Ms. Pragen. *Rogati*, *Felicis*, *Silvani*, *Manilii*. Ms. Augustan. *Rogati*, *Orbani*, *Cyrilli*, *Heronima*, *Herema*, *Felicis*. Ms. Lebbean. *Rogati*, *Urbani*, *Cyrilli*, *Ceromia*, *Erema*, *Felitic*. Rabanus: *In Africa Rogati*, *Felicis*: *item Rogati*, *Cerema*, *Herenia*, *Felicitatis*, *Orbani*, *Cyrilli Episcopi*, *Silvani*, *&* *Manili*. Notker. *In Africa Rogati*, *Felicis*, *Nativitas etiam Cyrilli Episcopi*, *Silvani*, *Manili*. En quot variæ lectiones: Cordatus lector eas perpendat, ac definiat.

xxij. E Septimo Idus Martii. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9					

(b) *Quadraginta Militum*, *sub Licinio*. Martyr. anno 316. Baron. eo an. nu. 39. Non ante 319. quoque sub Licinio Pagi t. 1. ad an. 316. n. 11.

Romæ sanctæ Franciscæ viduæ, nobilitàte gèneris, vitæ sanctitàte, & miraculòrum gràtia cèlebris. (*a*) Apud Sebàsten Armèniæ natàlis sanctòrum quadragìnta Mìlitum Cappàdocum, qui tèmpore Licìnii Imperatòris sub Prǽside Agricolào post vìncula & càrceres tetèrrimos, post cæsas lapìdibus fàcies, frigidìssimo hyemis tèmpore supra stagnum rigens pernoctàre nudi sub dio jussi sunt, ubi gelu constrìcta còrum còrpora disrumpebàntur, ac demum crurifràgio martyrium consummàrunt. Erant autem inter eos nobiliores Cyrion, & Càndidus: quorum òmnium præclàras glòrias sanctus Basìlius, aliìque Patres scriptis suis celebràrunt, quorum festivitas sequènti die celebràtur. (*b*) Nyssæ depositio sancti Gregòrii Epìscopi, fratris beàti Basilii Magni, vita & eruditiòne claríssimi, qui ob fìdei Cathòlicæ defensionem sub Valènte Imperatòre Ariàno civitate sua pulsus est. (*c*) Barcinòne in Hispània sancti Paciàni Epìscopi, tam vita, quàm sermòne conspìcui, qui tèmpore Theodòsii Prìncipis in ùltima senectùte finem vitæ sortitus est. (*d*) In Moràvia sanctòrum Episcopòrum Cyrilli, & Methòdii, qui multas illàrum regiònum gentes cum eàrum Règibus ad fidem Christi perduxèrunt. (*e*) Bonòniæ beàtæ Catharìnæ vìrginis, Ordinis sanctæ Claræ, vitæ sanctitàte illustris, cujus corpus magno cum honòre ibìdem còlitur. (*f*)

(c) *Gregorii Episc.* An. 370. pulsus in exilium. Baron. ad an. 369. nu. 67. Ante an. 373. non contigisse Pagi t. 1. ad an. 369. nu. 17. Die 10. Ian. Græci, & Ferrar.

(d) *Paciani Episc.* Die 11. Martii Martyrol. Bedæ, & alia Mss.

(a) *Baron. in not. item Henschen. & Papebroch. Acta.* (b) *Baron. an. 58. n. 96. an. 179. n. 14. an. 316. n. 39. & an. 438. n. 13. item Græci hac die, Lippom. t. 6. Sur. t. 2. prior. edit. & Petr. de Natal. lib. 3. c. 185.* (c) *Baron. an. 369. n. 67. & seq. Usuard. & alii plures.* (d) *Baron. an. 146. n. 25.* (e) *Baron. an. 879. n. 83. & an.* 880. *n.* 15. (f) *Acta Henschen. & Papebroch.*

Do nec superest alitus in me, nec lingua mea meditabitur mendacium. Job 26.

(b) *Apud Sabasten Armeniæ quadraginta Militum.* Martyrol. Epternacen. *In Armenia Sebastia . . . . Militum xL. Item Iuliani, & Sici.* Corbejen. *In Armenia Sebastiani, & Militum xL. Iuliani, Ysici, Cyrilli.* Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Armenia Minore Sebastiani, & milia xL. quorum gesta habentur, Iuliani, & Sici, Cyrilli.* Hęc notissima librarii oscitatio ita per Florentinium emendanda: *In Armenia minore Sebasta Natalis militum xl. quorum gesta habentur.* Martyrol Reginæ Sueciæ. Ms. pro verbis Romani Martyrologii: *Ac demum Crurifragio Martyrium consummarunt,* habet: *Et manè crurifragio consummarunt. Deindè corpora eorum combusta, sed divina dispensatione reliquiæ eorum sunt repertæ, & honore digno conditæ.* Nomina horum Martyrum: *Domitianus, Eradius, Alexander, Iohannes, Claudius, Athanasius, Valens, Elianus, Melithon, Herdicius, Achatius, Bibianus, Helius, Theudolus, Cyrillus, Flavius, Severianus, Syrion, Valerius, Chuction, Sacerdon, Priscus, Eutieius, Smaragdus, Philoctimon, Aetius, Michuellius, Licimachus, Domnus, Theophilus, Euticius, Xantius, Aggius, Leuntius, Isitius, Gajus, Gorgonius, Candidus.* Metaphrast. Petr. de Natal. & Galesin. *Erant inter eos nobiliores Cyrion, & Candidus.* Martyrol. de Peregrin. *Quirinus, & Candidus.*

Cardinal. Baron. in not. *Basilius disertè describit, media in Urbe, atque in stagno, circum quod Urbs habitabatur, Martyres fuisse cruciatos.* At Holsten. vir eruditus suis animadversis: *Basilius non dicit ad quem lacum, sive ad quod stagnum Civitas illa sita est.* Ipsi tamen summi viri hoc discceptent.

(c) *Nyssæ Gregorii Episc.* Duplex hoc nomine *Nyssa*, altera in Asia minori, altera in Cappadocia triginta quinque circiter leucis à Cæsarea dissita; hujus Nyssæ hic *S. Gregorius* Episcopus, ex Epistola 385. Episcoporum, à quibus consecratus, Basilio adscripta, & Theodoretus lib. 4. c. 27. illum inter eos numerat, qui Fidem in Cappadocia propugnarunt.

(d) *Paciani Episcopi.* Martyrol. de Peregrin. *Patrani Episcopi.*

(e) *In Moravia Cyrilli, & Methodii Episcopor.* Alibi: *Metrudii, Metulli.* Florar. Ms. *In Civitate Vvelligrad. SS. Cyrilli, & Metulli Episcoporum, & Confessorum.*

Cardinal. Baron. in not. *Methodium nedum Moraviæ fuisse Episcopum, sed Slavorum etiam, ut ex registro Ioannis* VIII. *Papæ, ordinatum ab Hadriano* II. *Romano Pontifice prædecessore ejusdem Ioannis* VIII. *ab eo ad Slavorum populum missum.*

In hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse S. Hieronym.

Verùm Pagi suæ Chriticæ Historico-Chronolog. ad an. 880. n. 5. animadvertit: *Methodium dici Archiepiscopum Pannoniensis Ecclesiæ.* In Epist. CXIV. Joan. Pap. & Epist. CCLVII. legitur: *Reverendissimus Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Morabensis.*

Disceptatio Typographica.

(b) *Apud Sebasten Armeniæ natalis Sanctorum quadraginta Militum Cappadocum, qui supra stagnum rigens pernoctare nudi sub dio jussi sunt.* Sebaste, *Sanstia.* Urbs Episcopalis antiquæ Armeniæ Minoris, ad Montis Argæi radices sita, quondam præclara, & ex primis totius Asiæ, ad quam Imperatores Romani divertebant, inter Cæsaream Cappadociæ, & Satala occurrens: Eam Iris amnis haud procul oriens præterfluit.

Acriter controversum, an hi Sancti Martyres supra glaciem solo frigore cruciati fuerint, vel an eorum corpora nuda aquæ frigidæ imposita, & glacie accedente attrita.

Vvossius ad opera Taumaturgi à se edita, hos SS. Martyres in rigens stagnum missos, mersosque fuisse arbitratur.

Profectò quidem antiqua Romani Martyrologii lectio sub Gregorio XIII. indicabat: *post cæsas lapidibus facies, in rigens stagnum missi sunt.* Dein Cardinal. Baron. ad oram ejusdem Romani Martyrol. anno 1605. cusi, sub eodem Gregorio reposuit: *Nudi sub dio pernoctare supra stagnum rigens jussi sunt.* Quod inde Rom. Martyrolog. fermè habuit. Cæterùm Christiani Armeni adeò certum habent, hos Sanctos Martyres in rigentem lacum fuisse mersos, ut eo loco lapidem retineant, olim positum, quùm in aquam mersi fuerint: quin etiam Turcæ ipsi hodieque solent in eum lacum filios suos leprosos, sive aliàs maculosos mergere, ut horum Martyrum virtute salutem recipiant.

Eminentissim. Baronius in not. pro sua assertione orationem advocat S. Basilii de quadraginta Martyribus, cujus verba: *Igitur Sancti Dei sub dio pernoctare in stagno quodam jussi sunt, quod præ manibus Civitatis erat, &c.* Adstipulanturque Acta SS. penes Henschen. & Papebroch. quæ hac ipsa die §. 4. num. 23. plures auctoritates cumulant, asserentes, horùm Martyrum corpora, vestibus exutis, denudata sub dio fuisse aquæ frigidæ stagni imposita, ac glacie attrita.

Ast ambigua laudata Basilii verba videntur; solùm enim Martyrii exprimunt acerbita-

acerbitatem, quæ ita in morem quodammodo transiit, ut sæpè in rigentem, videlicet lacum, Tyranni immergerent Martyres; liquet ex Actis Sebastenorum Martyrum, præsertim Hirenarchi die 27. Novembris Sebaste, Maximo Præside, quem Menologium Græcorum apud ipsum Baronium in illius diei elucubratis notis disertis, apertisque verbis testatur in eandem paludem pro Christi fide injectum; item ex Blasio Sebasten. Episcopo ad 3. Februar. de quo ante truncationem capitis Roman. Martyrolog. promit: *post teterrimum carcerem, & in lacum demersionem &c.* Rursus magni quidem momenti est consensus ferè omnium Martyrologorum, hos Sanctos quadraginta Martyres mersos in stagnum velut uno ore pronunciantium. Aliorum verba hìc adducere percurro, satis erit Rabanum, & Notker. suis Martyrologiis à Canis. t. 6. antiquar. Lection. editis, ita buccinasse: *Sebaste quadraginta Martyres, quos in stagnum gelatum glacie Præses mersit; sed Dei voluntate ipsum frigus temperatum est, & glacie dissoluta, aqua liquefacta est.* Accedit Gaudent. Brixian. *Stagnum Urbi subjacens latèque diffusum*, & infra: *In aquam positos esse*.

Si quis dein obtruderet, mendum irrepsisse in *Mersit*, pro *Misit*, ut profectò Martyrologium secundùm morem Sacrosanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ sub Julio III. Papa de anno 1553. per Alexandrum de Peregrin. efferebat: *Post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum*: quod verbum *Misit*, aut *Missi*, procul dubio non indicat hos Sanctos in stagnum mersos, sed potiùs supra ipsum stagnum rigens positos pernoctasse nudos:

Nil hoc officeret; nam verbum *Misit* eamdem sententiam pariet, ut ex hujus Martyrii Epitome Bartholomæi Abbagari Armeni, latinè ex lingua Armena apud Henschen. & Papebroch. die sequenti: *Ad lacum eos duxerunt, & exutos in aquam miserunt hiberno tempore &c.* Petr. item de Natal. lib. 3. Catal. c. 185. *Missi in stagnum gelidissimum sunt*; non enim asserunt *Missi supra stagnum rigens*, sed *in stagnum*, idem valens, ac *Mersi*. Et profectò *Mittere in stagnum*, quid est nisi *mergere*, juxta sacros, profanosque Scriptores? ita Exod. 15. 25. *Quod lignum cùm misisset in aquas.* 1. Reg. 2. 13. *Habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sivè in cacabum, & omne, quod levabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi*: & 4. Esdræ 5. 23. *Sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.* Apud Stat. 6. Theb. *Et mittere in Pyrcum.* Horat. Sat. 7. *Non enim in ora Sepulchri, aut Pyrci, sed intùs in imam partem penetrasse id verbum significat.*

Verùm iisdem not. Baron. urget: *Absque eo quòd dimitterentur in stagnum, plus satis esse ad cruciatum, nudos eos exponi sub dio; docent ea, quæ de immanitate frigoris, & algoris illarum Regionum, ex his, quæ passi sunt Romani milites illic agentes in expeditione sub Corbulone, ut Corn. Tacit. lib. 13.*

Nihilominùs licèt id compertum sit, in præsentiarum tamen obtigisse non constat, neque loca à Baronio ibi producta, sive alia quorundam Sanctorum Patrum, quæ tam ipsi Baronio, quàm Henschen. & Papebroch. aliisque ejusdem assertionis favere videntur, adeò evinciunt, ut à primæva lectione Romanum Martyrolog. discedere cogatur, accedente multiplici testimonio, præsertim S. Eprhem, necnon Actor. Martyrii diligenter apud Gerardum Vvossium, qui sedulò inspiciendus. Cæterùm quum nostrum non sit firmare, neque refellere, sed tantùm ipsam tricam prodere; hæc modò ut ex hodierna Martyrologii Romani lectione abscedat, & Sapientiorum definitio annueret, quemadmodum ab antiqua recessit, ita & ab hac posteriori, pronunciando: *Apud Sebasten Armeniæ Natalis &c. qui &c. in rigens stagnum pernoctare nudi sub dio jussi sunt, ubi &c.*

xxj. E Sexto Idus Martii. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

APud Sebàsten Armèniæ sanctòrum quadraginta Màrtyrum. (a) Apamèæ in Phrygia natàlis sanctòrum màrtyrum Caji & Alexàndri, qui (ut scribit Apollinàris Hierapolytànus Epìscopus in libro advèrsùs Cataphrygas hærèticos) in persecutiòne Marci Antonìni & Lùcii Veri, gloriòso martyrio coronàti sunt. (b) In Pèrside pàssio

(a) *Quadraginta Martyrum.* Die sequ. Henschen. & Papebroch.

(f) *Macarii Episc.* Obiit an. 331. Baron. co an. n. 13. Ann. 335. Pagi t. 1. ad an. 331. n. 3.

(b) *Caji, & Alexandri.* Martyr. an. 173. Baron. eo an. nu. 23. Ann. 171. Henschen. & Papebroch. Die seq. Ms. Vatican. S. Petri.
(d) *Codrati, Dionisii, &c.* Martyres an. 254. Baron. eo an. n. 26. Anno 268. Henschen. & Papebroch.

pàssio sanctòrum quadragintaduòrum Màrtyrum. (*c*) Corìnthi sanctòrum màrtyrum Codràti, Dionysii, Cypriàni, Anècti, Pauli, & Crescèntis, qui in persecutiòne Dècii, & Valeriàni, sub Jàsone Præside, glàdio cæsi sunt. (*d*) In Africa sancti Victòris màrtyris, in cujus solemnitàte sanctus Augustìnus ad pòpulum tractàtum hàbuit. (*e*) Jerosòlymis sancti Macàrii Epìscopi & confessòris, cujus hortàtu loca sancta à Constantìno & Hèlena expurgàta, sacris Basìlicis illustràta sunt. (*f*) Lutètiæ Parisiòrum depositio sancti Droctovèi abbatis, discìpuli beàti Germani Epìscopi. (*g*) In monastèrio Bobiènsi sancti Attalæ abbàtis, miràculis clari. (*h*)

(h) *Attalæ Abb.* Obiit circ. 626. Henschen. & Papebroch. Circ. 627. Mabillon. Sæcul. 2. Benedict. Circa 624. Sigebert. Chronic. Die incerto Pagi t. 2. ad ann. 626. & 27.

(a) *Henschen. & Papebroch. Acta die sequ.* (b) *Baron. an. 173. n. 23. Euseb. histor. lib. 5. n. 23. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. aliique.* (d) *Baron. an. 254. n. 26. Lippom. t. 6. & Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. an. 253. n. 52. & Possid. in Indiculo c. ultim.* (f) *Baron. an. 312. n. 112. an. 325. n. 21. An. 326. n. 31. & an. 331. n. 13. Rufin. lib. 1. c. 2. Sozomen. lib. 1. c. 3. & alii.* (g) *Baron. in not. Aim. de gest. Franc. lib. 3. c. 16. & Usuard.* (h) *Baron. an. 626. n. 35. Sur. t. 2. prior. edit. Sigebert. in Chron. an. 624. Petr. in Catal. lib. 3. c. 190. & Trithem. de vir. illustr. Ord n. S. Benedicti.*

Non omni verbo credas; est qui labitur lingua, sed non ex animo. Ecclesiast. 19.

(b) *Apamea in Phrygia Caji, & Alexandri.* Apamia, *Apamis*, & *Apami*; Urbs Episcopalis Phrygiæ Magnæ, cognomento *Cibotos*, olim multarum Urbium conventus, & Metropolis, ad montis radicem sita: Marsya amne circum irrigata, Laodiceæ, & Antiochiæ ad Meandrum finitima. Martyrolog. Epternacen. *In Alexandria Candidi, Valeri, Petri, Marciani, & aliorum XII. Martyrum.* Corbejen. *In Alexandria Eraclii, Zosimi, Alexandri, & Gaipe.* Hieronymian. Lucen. *Gaiperi.* Bluman. *Gaipeni.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Alexandria Zolimi, & Alexandri cum aliis tribus.* Verùm hic Alexander videtur alius ab Apameensi, est enim Alexandrinus. Mss. Tornacen. & Lætien. *Et in Alexandria natalis SS. Candidi, & Valerii*, rectiùs forsan *Candidi* pro *Caji*, nisi alius. Ado, Notker. Beda cusus, aliique: *Apud Apamiam SS. Martyrum Alexandri, & Caji de Eumenia.*

(c) *In Perside quadraginta duorum Martyrum.* Apographum Corbejen. & aliud Hieronymian. Paris. cusum: *In Perside numero Martyrum quadraginta septem.* Epternacen. *In Persida Martyr. XXII.* Vvandelbertus:

Quadraginta, & bina cohaeret turba cruore;
Quos pariter sæva celebramus Perside cæsos.

(d) *Corinthi Codrati, Dionysii, Cypriani, Anecti, Pauli, & Crescentis.*

Cardinal. Baron. in not. *Græci item de his hac die in Menologio.* Sed Henschen. & Papebroch. animadvertunt, neque in Menologio Sirleti, quo Baron. usus, neque in Magnis Menæis, neque in Anthologio, neque in Maximo Cythereo, inter relatos Martyres *Paulum* invenisse: Fasta Græca inspicienda.

Invenienti sapientiam dabit confessionem. Ecclesiast. 18.

(h) *In Monasterio Bobiensi Attala Abbat.* Ms. Centulen. S. Richarii: *In Italia Monasterio Bobio natalis S. Attala Abbatis.* Notker. addit: *Magnæ sanctitatis viri, discipuli Beati Columbani.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria S. Atalis Abbatis.* Alius certè.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Apamea in Phrygia SS. Martyrum Caji, & Alexandri, qui in persecutione Marci Antonini, & Lucii Veri.*

Eminentissim. Baron. suis eximiis Annalibus consignat hoc Martyrium anno Christi 173. ut eo an. n. 1. Marco Antonino Non. Martii ann. 161. jam defuncto, cui dein Marcus Aurelius Antoninus Verus illius gener successit, à quo itidem ejus gener Lucius Elius Verus consors Imperii assumptus circa Christi annum 169. apoplexia extinctus; inde eo mortuo, ut Euseb. in Chronic. hæresis Cataphryca exorta, ac proinde solius Marci Aurelii persecutioni, altero scilicet anno circiter elapso post 171. hoc Martyrium attribuèndum.

Baron. tamen in not. pro sua assertione Bedam accit, Usuard. Adonem, & vet. manuscript. At testes acciti habent: *Natale SS. Martyrum Alexandri, & Caji de Eumenia, qui apud Apamiam in persecutione Antonini, Martyrio coronati sunt, ut scribit Apollinaris Hieropolitanus Episcopus in libro adversùs Cataphrycas*, consentiuntque

que Bellin. Maurolyc. Galesin. aliique; Item Ms. Vatican. S. Petri die sequ. *Natale SS. Martyrum Alexandri, & Caii de Eumenia, qui apud Apamiam in persecutione Antonini Veri Martyrio coronati sunt*. En quòd in sola persequutione *Antonini Veri* tradunt: quidem in Martyrologio de Peregrin. *Apud Apamiam Alexandri, & Caii Martyrum, qui, ut Apollinaris &c. in persecutione Antonini Veri glorioso Martyrio coronati sunt.*

Sed ut hęc hæsitatio expungatur, & quatenus Saniores annuerint, tutius erit, ut quemadmodum Romanum Martyrol. de Sagario Martyre die 6. Octobr. non exprimit sub Marco Aurelio & Lucio, sub quibus Baron. in not. ipsum animadvertit, pariformiter neutiquam modò recenseat sub quo, ut Florus supplement. Ms. Bedæ, & Notker. sed concinnetur: *Apameæ in Phrygia natalis SS. Caji, & Alexandri, qui ut scribit Apolinaris Hieropolytanus in lib. advers. Cataphryges Hæretices, glorioso Martyrio coronati sunt.*

xx. G Quinto Idus Martii. Luna. 11.

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

Carthàgine sanctòrum màrtyrum Heràclii & Zosimi. (*a*) Alexandrìæ passio sanctòrum Càndidi, Piperiònis, & aliòrum viginti. (*b*) Laodicèæ in Syria sanctòrum màrtyrum Tròphimi & Thali, qui in persecutiòne Diocletiani post multa, sævaque tormènta, corònas glòriæ sunt assecùti. (*c*) Antiochìæ commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum: quorum alii Maximiàni Imperatòris mandàto candèntibus cratìculis superpòsiti, non ad mortem, sed ad diutùrnum cruciàtum assàti; àlii àliis sævìssimis affècti supplìciis, ad palmam martyrii pervenerunt. (*d*) Item sanctòrum Gorgònii & Firmi. (*e*) Còrdubæ sancti Eulògii presbyteri, qui ejusdem urbis Martyribus in persecutiòne Sarracenòrum adjùngi mèruit, quorum pro fide certàmina scribèndo fùerat æmulàtus. (*f*) Sardis sancti Euthymii Epìscopi, qui ob cultum sanctàrum Imàginum à Michaèle Imperatòre Iconoclàsta in exilium missus, demum Theòphilo imperànte martyrium consummàvit. (*g*) Jerosòlymis sancti Sophrònii Epìscopi. (*h*) Mediolàni sancti Benedìcti Epìscopi. (*i*) In finibus Ambianènsium sancti Firmìni abbàtis. (*k*) Carthàgine sancti Constantini confessòris. (*l*) Babùci in Hèrnicis sancti Petri confessòris, miraculòrum glòria insìgnis. (*m*)

(c) *S. Trophimi & Thali.* Martyres anno 308. Baron. eo an. nu. 26. An. 309. Pagi. t. 1. ad an. 303. n. 6. Ann. 303. Henschen. & Papebroch.

(d) *Plurimor. SS. Martyr.* An. 309. Baron. eo an. nu. 25. An. 310. Pagi. t. 1. ad an. 303. n. 6. An. 304. Henschen. & Papebroch.

(f) *Eulogii.* Die 20. Septembr. Maurolyc. Canis. aliique.

(g) *Euthymii Episc.* Martyr anno 829. Porphirogenit. continuatione Theophan. & Baron. eo an. nu. 12. An. 840. Cedren. ac Henschen. & Papebroch. Die 26. Decembr. Græci in Magn. Menæis, & Maxim. Cythereus.

(h) *Sophronii Episc.* An. 636. Baron. eo an. n. 5. Anno 638. Henschen. & Papebroch.

(i) *Benedicti Episc.* An. 743. Baron. eo an. n. 16. Anno 735. Henschen. & Papebroch.

(a) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 191.* (b) *Iidem ibid.* (c) *Baron. an. 308. n. 26. item Græci in Menol. hac die.* (d) *Baron. an. 309. n. 25. Euseb. hist. lib. 8. c. 24. Nicephor. lib. 7. c. 11. aliique.* (e) *Baron. in not. Usuard. secunda edition. Molan. Henschen. & Papebroch.* (f) *Baron. an. 431. n. 190. An. 844. n. 31. An. 859. n. 1. & an. 884. n. 5. Usuard. 20. Septembr. Alvar. Cordubensis Acta. Felicius, & Maralis.* (g) *Baron. an. 787. n. 3. An. 814. n. 12. & an. 829. n. 12. & Cedren. in Compend. in Mich. Balbo, & Zonar. Annal.* (h) *Baron. an. 636. n. 5. Græci in Menolog. hist. Miscel. lib. 18. an. 2. & Zonar. 3. par. Annal. in Heraclio.* (i) *Baron. in not. Paul. Diacon. de gest. Longob. lib. 6. c. 10. Tabul. Eccles. Mediolan. Henschen. & Papebroch. Act.* (k) *Baron. in not. item Acta cit. & Molan. Addit. ad Usuard.* (l) *Baron. ibid. ac Henschen. & Papebroch. Acta.* (m) *Baron. in not. & Acta Ecclesiæ Aquinat.*

(a) *Carthagine Heraclii & Zosimi.* Carthago. Urbs olim Africæ notissima in ora maris Africi in peninsula situ per opportuno. Martyrol. Epternacen. *Kartagine Eracli,*

Non cesses audire doctrinam, nec ignores sermones Scientiæ. Proverb. 19.

eli, *Zosimi*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Carthagine Heraclii*, *Candidi*, *Quirilli*, *Martiani cum aliis duodecim*. Ms. Tornacen. *In Carthagine Zosimi*. Ms. Lætien. prosequitur: *Candidi*, *Martiani*, *Quirilli*. Ms. Treviren. S. Paulini: *In Carthagine Heraclii*, *& aliorum viginti novem*. Martyrol. de Peregrin. *In Carthagine Eradii*, *& Osimi*. Martyrol. Ms. Pulsanen. in Schedis Caraccioli penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. Neapol. de *Heraclio* pridie, hac verò die 1 *Natalis S. Zosimi admirabilis viri*, *cujus vita tota Ecclesia decoratur*. Sed hic est alius *Zosimus*.

(b) *Alexandria Candidi*, *Piperionis*, *& aliorum viginti*. Martyrologii S. Hieronymi Apographa, nempe Epternacen. *Kartagine Alexandri*, *Gai*, *Pilomi Episcopi*, *Candidi*, *Valeri*, *Quirilli*, *Petruni*, *Martiani*, *Sicipi*, *Perionis*, *& aliorum xII*. *Rogati*, *Gendei*. Corbejen. *In Carthagine Alexandri*, *Philomi Episcopi*, *Candidi*, *Valerii*, *Quirilli*, *Petronii*, *Gai*, *Ysici*, *Piperionis*, *& aliorum quindecim*, *Rogati*, *& Gendei*. Hieronymian. Lucen. *In Carthagine Alexandri*, *Filomi Episcopi*, *Candedi*, *Valeri*, *Quirilli*, *Petruni*, *Gagi*, *Marciani*, *Syci*, *Piperionis*, *& aliorum xv. Rogati*, *& Cendei*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Alexandria Zosimi*, *& Alexandri cum aliis tribus*. Ms. Vatican. *In Alexandria Gagi*, *Candidi*. Ms. S. Cyriaci: *& alii xv*. Ms. Augustan. Monasterii S. Uldarici, prætermissa palestra: *Alexandri*, *Agabi*, *Philomi*, *Candidi*, *Valerii*, *Quirilli*, *Petronii*, *Heracli*, *Zosimi*, *Martiani*. Greven. Vuitford. Canis. & Molan. *In Carthagine SS. Martyrum Heraclii*, *Zosimi*, *Alexandri*, *Candidi*, *Piperionis*, *& aliorum viginti*. Maurolyc. edition. Venet. de anno 1577. *Alexandria Philonis Episcopi*, *Valeri*, *Candidi*, *& aliorum xx*. Martyrolog. de Peregrin. *In Carthagine Alexandri*, *& Candidi*, *Piperionis*, *& aliorum viginti*.

Cardinal. Baron. in not. hos Martyres in duas dividit classes. Altera: *Carthagine Heraclii*, *& Zosimi*. Altera: *Alexandria Claudii*, *Piperionis*, *& aliorum viginti*. Et pro utraque Petr. in Catal. loc. citat. advocat, monendo: *Seorsum esse ponendos docent antiqua manuscripta*. Verùm Petrus laudatus lib. 3. Catal. c. 191. citato Adone, exhibet: *Hiradus*, *Zosimus*, *Alexander*, *Candidus*, *Piperion*, *& alii eorum viginti apud Carthaginem quinto Idus Martii &c.* Vet. Ms. Monasterii S. Cyriaci, quo Baronius usus, licèt in duas dividat classes, tamen in Alexandria hanc reponit classem: *Alexandria Gagii*, *Candidi*, *& aliorum xv*. Ex his tot lectionibus cordatus lector eam seligat, quæ ipsi magis arridet.

(c) *Item Gorgonii*, *& Firmi*. Ms. Reginæ Sueciæ: 5. *idus Martii Antiochia Agabæ Virginis*. *Item SS. Gorgonii*, *Palatini*; hic haud dubium quin tò *Palatini* sit nomen Martyris, non officii. Galesin. in not. *Nicea in Bithynia Beatorum Martyrum Gorgonii*, *Firmi*, *Antonii*, *& Agabæ Virginis*. Die præcedenti Apographa Antuerpien. Lucen. & Ms. S. Cyriaci: *vI. Idus Martii in Nicea Gorgoni*, *Palatini*, *Firmi*. Corbejen. *Gurgoni*, pro *Gorgoni*. Ms. Vatican. *Golgoni*. Si Roman. Martyrol. tò *Item* refert *Antiochia*, studiosus consulat, an *Gorgonius*, & *Firmus Antiocheni*, sint iidem, ac qui *Nicea* cum sociis. Saniùs Martyrol. de Peregrin. nullo agonis loco refert: *Ipso die Gorgonii*, & *Firmi*.

Non erudietur, qui non est sapiens. Ecclesiast. 21.

(k) *In finib. Ambianensium Firmini Abbat*. Ambianum, priùs *Samarobrina*: Gallicè *Amiens*; Urbs Belgiæ Episcopalis ad Somonam fluvium, ejus Regionis, quæ *Piccardia* dicitur. Galesin. addit: *Et Confessoris*. Martyrolog. Ms. Peschien. in Sched. Caracciol. Neapol. apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. & Calendar. quoddam Ms. operib. S. Isidori Hispalen. præfixum Romæ in Bibliothec. Vallicellan. *Eodem die Natalis S. Firmiani Abbatis*. An idem ac Firminus Ambianensis Abbas, haud decernimus.

Cardinal. Baron. in not. *De eo Kalendar. Ambianensis Ecclesia*, *aliaque vetera monumenta ejusdem*. Galesin. quippe in not. adstruit, se id è Calendario Ambianensi habuisse; Verùm Breviaria ad usum dictæ Ecclesiæ Ambianensis an. 1550. & 1555. cusa, ac ejusdem Ecclesiæ Kalendaria hac die vacant. Kalend. tamen Septembris indicat: *Festum S. Firmini Episcopi*, *& Martyris*. Et Idib. Januar. *Festum ejusdem S. Firmini*. Facilè Baronius Galesinio credidit.

(c) *Laodicea in Syria Trophimi*, *& Thali*.

Disceptatio Topographica.

Inter varias Vrbes *Laodicea* nomine apud Ortel. in Thesaur. Geographic. nulla legitur *Laodicea in Syria*; Alia namque *Laodicea Caria*. Urbs Lyco, atque Meandro Minoris Asiæ fluminibus posita, quatuor, vel quinque passuum millibus ab Urbis occidentali latere confluentibus in confinia Cariæ, Lydiæque: Suidas. Lydiæ solùm Philostrat. & Ptolom. Alia *Diospolis* priùs, dein *Rhoas* dicta, ut Plinius, modò *Laudichia*. Ortel. in quinquagesimo nono altitudinis gradu, latitudinis trigesimo octavo. Alia *Stratonica* nuncupata à *Laudichia* nonaginta passuum circiter millibus, seu leucis horariis triginta dissita, in ipso Regionis meditullio ad Austrum sita: Alia tandem media inter utramque ejusdem nominis *Stratonica*; licèt Ptolomæo ignota, secus Straboni, & Stephano, agnomine *Laodicea ad Thaurum*; cujus extrema juga in Cariam porrecta, & *Cadmi* nomine, Ptolom. Quamobrem Henschen. & Papebroch. viri summi quùm ex iis hujus nominis *Laodicea* in *Syria* non reperiatur,

riatur, & aliunde hos Martyres *Carienſes* fuiſſe aſſeritur; idcircò *Cariæ*, atque *Laodiceæ in Aſia* paſſos adſtruunt.

Eminentiſſim. Baron. in not. ſuam aſſertionem his verbis conſlipat: *Agunt de his etiam Græci in Menologio hac die, paſſique dicuntur ſub Diocletiano Imperatore, & Aſclepiade Præſ. de Laodiceæ.*

Aſt nulla Syriæ mentio in faſtis Græcis, neque de Aſclepiade Præſide; hæc namque eorum Menologium: *Sanctorum Martyrum Trophimi, & Thalai, qui Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus ſub Præſide Laodiceæ Aſclepio pro Chriſtiana fide paſſi ſunt*. Hoc idem Maxim. Cythereus in Menæis aſſerit.

Quinimmò ante Baronium nulla loci nota hi Sancti efferebantur, ut in Menologio Baſilii Imperatoris ad 16. Martii, quo die coluntur, & in Menæis: Ut igitur hæc ambiguitas è Martyrologii Romani lectione procul ſit, & Sanioribus arrideret, ſanius erit, ut nullo diſtinctivo adjecto, ſicut Galeſin. enuntiet: *Laodiceæ Sanctorum Martyrum Trophimi, & Thali, qui in perſecutione Diocletiani poſt multo, ſævaque tormenta, coronas gloriæ ſunt aſſecuti.*

xix. A Quarto Idus Martii. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1

A B C D E F F G H M N P

2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

(b) *Mamilliani*. Die 13. Sept. Florentin.

(c) *Petri*. Martyr an. 302. *Baron.* eo an. nu. 29. & 40. Ann. 303. Pagi to. 1. eodem an. n. 6.

(e) *Theophan.* Obiit ann 815. Baron. eo ann. num. 1. & ſequ. Ann. 820. Henſchen. & Papebroch. Anno incerto Pagi t. 3. ad ann. 816. n. 2.

Romæ ſancti Gregòrii Papæ, & Eccleſiæ Doctòris eximii, qui ob res præclarè geſtas, atque Anglos ad Chriſti fidem convèrſos, Magnus eſt dictus, & Anglòrum Apòſtolus appellàtus. (*a*) Item Romæ ſancti Mamilliàni màrtyris. (*b*) Nicomèdiæ pàſſio beàti Petri martyris, qui cùm eſſet Cubiculàrius Diocletiàni Imperatòris, & libèriùs de immènſis màrtyrum ſupplìciis quererètur, jubènte eòdem, in mèdium addùcitur, ac primò ſuſpènſus, diutiſſimè flagris torquètur, deinde acèto ac ſale perfuſus, ad ùltimum in cratìcula lento igne aſsàtur, ſicque verè Petri extitit & fidei hæres & nòminis. (*c*) Ibìdem ſanctòrum Egdùnii presbyteri & aliòrum ſeptem, qui sìnguli dièbus sìngulis ſuffocàti ſunt, ut cæteris metus incuterètur. (*d*) Conſtantinòpoli ſancti Theòphanis, qui ex ditiſſimo pauper mònachus effèctus, ab impio Leone Armeno pro cultu ſacràrum Imàginum biènnio detèntus in carcere, ìnde in Samothràciam deportàtus, ibìdem ærùmnis confèctus rèddidit ſpiritum, multìſque miràculis clàruit. (*e*) Càpuæ ſancti Bernàrdi Epiſcopi & confeſsòris. (*f*)

(a) *Baron. an. 581. n. 8. An. 585. n. 3. & an. 604. n. 20. & ſeq. Græci in Menolog. Lippom. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (b) *Baron. in not. & Galeſin.* (c) *Baron. an. 302. n. 29. & 40. Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 6. Nicephor. lib. 7. c. 5. Uſuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 302. n. 40. Lippoman. t. 5. Sur. t. 6. prior. edit. & Nicephor. lib. 7. c. 5.* (e) *Baron. an. 814. n. 41. & an. 815. n. 1. & ſequ. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (f) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Capuan. Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Non aliam putes ſapientiam niſi veritatem S. Auguſt. de liber. arbitr.

(a) *Romæ S. Gregorii Papæ*. Apographum Hieronymian. Pariſ. cuſum, & Ms. Bluman. *Romæ depoſitio S. Gregorii Papæ beata memoria*. Uſuard. *Romæ Beatorum Pontificum Gregorii Doctoris, & Apoſtoli Anglorum, & Innocentis, ſive Innocentii.*

(b) *Item Romæ Mamilliani Martyris*. Uſuard. Caniſ. aliique: *Maximiliani*. Notker. *Romæ Maximiliani; & aliorum plurimorum.*

Ferrar. Catal. SS. Italiæ die 15. Septembris alium Mamilianum exhibet Panormitanum Epiſcopum, & Confeſſorem, in Crypta Agri Romani Suanæ in Hetruria defunctum.

Sapiens eſt, cui res ſapiunt prout ſunt. S. Bernard. ſerm. 50. ſuper Cantic.

Q Car-

Cardinal. Baron. in not. *Agitur de ipso in Act. S. Urbani Papæ, & S. Cæciliæ apud Sur. die 22. Novembr. t. 6.* Ex Henschen tamen, & Papebroch. nulla mentio ullius *Mamiliani*, aut *Maximiliani* in laudatis Actis, sed *Maximi Cubicularii Almachii Præfecti*; de quo unà cum Valeriano, & Tiburtio Roman. Martyrol. ad 14. April. Galesin. quidem id asseruit. An modò Baron. crediderit Galesinio, sine S. Cæciliæ Actorum inspectione, alii definiant. Item Ferrar. perperam profectò Usuard. allegat, quùm non hic, sed Molan. Addit. ad Usuard. de hoc Sancto agat.

(c) *Nicomediæ Petri Martyris.* Vvitford. Martyrolog. Anglican. & Canis. Martyrol. Germanic. *Romæ, & in Diœcesi Vercellensi S. Petri, Sancti Gregorii Magni Diaconi.* At videtur alius.

(d) *Ibidem Egdunii Presbyteri, & aliorum septem.* Aliis: *Egdoni, Agdoni, Agodoni, Egduni, Egdunii, Egoni.* Martyrologia Corbejen. & Lucen. *In Nicomedia Egdoni Presbyteri.* Martyrolog. Bluman. *Eggedoni.* Ms. S. Cyriaci: *Agdoni*; adduntque: *Et aliorum septem suffocatorum.* Ms. Vatican. S. Petri subdit: *Diebus singulis.* Ms. Sancti Cyriaci ultra: *Ut aliis videntibus timor incuteretur.* Quoddam Martyrolog. S. Hieronym. Paris. cusum: *In Nicomedia Migdoni, Eutici; Item Migdoni, Dominæ Virginis, Rugini, Marii, Petri, Smaragdi, & Vingelotini, Hilarii, Mariæ, Ner..... Eugini, Dorothei, Gurgoni, Matali.*

Baron. in elucubrat. not. hujus diei: *Egdunii, aliàs Migdonii.* Ex quo videtur, Baronium sentire, unum eundemque esse *Egdunium* Presbyterum, ac *Migdonium* Presbyterum; Henschen. tamen, & Papebroch. ut duos planè diversos recensent. Viris eruditis relinquimus, ut decernant.

(e) *Theophanis.* Baronius in notis putat, hunc *Theophanem* esse alium à *Theophane* Abbate Agri. Pagi tamen, Henschen. & Papebroch. affirmant, esse eundem. Ipsi viri eruditi contendant ad invicem.

(f) *Cupua Bernardi Episcopi.* Non *Capua*, sed *Cateni*, ubi jacet. Ferrar. sua nova Topographia ponit.

xviij. B Tertio Idus Martii. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2

A B C D E *F* F G H M N P

3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

(f) *Nicephori.* Obiit an. 727. vel 729. Henschen. & Papebroch. An. 728. Pagi t. 3. eo anu 7. Die 2 Jun. idem Pagi An obiit hac die, vel 2. Jun. incertum apud Hensch. & Papebroch.

(h) *Euphrasiæ.* Die 11. Martii Ms Colonien. apud Carmelit. Die 14. Martyrolog. Capuan. Monach. Die 25. Jul. Græci in Menolog.

NIcomediæ natalis sanctòrum màrtyrum Macedònii, Patritiæ uxoris ejus, & Modèstæ filiæ. (*a*) Nicææ sanctòrum màrtyrum Thèusetæ, & Horris filii ejus, Theodòræ, Nymphodòræ, Marci, & Aràbiæ, qui omnes pro Christo igni tràditi sunt. (*b*) Hermòpoli in Ægypto sancti Sabìni màrtyris, qui multa passus, tandem projèctus in flumen martyrium consummàvit. (*c*) In Pèrside sanctæ Christinæ vìrginis & màrtyris. (*d*) Còrdubæ sanctòrum Ruderìci presbyteri, & Salomònis màrtyrum. (*e*) Constantinòpoli sancti Nicèphori Epìscopi, qui paternàrum traditiònum propugnàtor acèrrimus, Leòni Armèno Imperatòri Iconoclàstæ pro cultu sanctàrum Imàginum se constanter oppòsuit, à quo mulctàtus exìlio, ibìdem quatuòrdecim annis longum ducens martyrium, migràvit ad Dòminum. (*f*) Apud Camerìnum sancti Ansovìni Epìscopi & confessòris. (*g*) In Thebàide depositio sanctæ Euphràsiæ vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 3. c. 198. Usuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. in not. ac cæteri.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prioris edit.* (d) *Iidem ibid.* (e) *Baron. an. 857. n. 2. item S. Eulogius in Apologetico.* (f) *Baron. an. 811. n. 30. & an. 814. n. 37. & sequ. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Camerin. Henschen. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. in not. Græci in Menolog. ad 25. Jul. Sur. t. 2. prior. edit. & Usuard.*

(a) Nico-

Sollicitè cura rectè te ipsum tractantem verbum veritatis. 2. ad Timot.

(a) Nicomedia Macedonii, Patritia uxoris, & Modesta filia. Alibi: Macedonis. Martyrolog. Epternacen. seu Antuerpien. Nicomedia Macedonis Presbyteri, Patricia uxoris ejus, & filia Modesta, Cioni, Saturni, Ianuarii, Salvi, Petruni, Modestini, Zosimi, Eustaci Presbyteri, & Basilla, Eppodi Diaconi, & aliorum 11. Gerati, Lacus, Carpisti, Galata, Domitiani Presbyteri, Lucetelli, Hiromei, Zeddoni Presbyteri, & Patra, Claoni, Patirrigia: Item Basilissa. Iterum: Nicomedia Eufrasia, Domitiani, Macideni, Patricia, Luca, Duoni, item Domitiani, item Dioni, Salla, Nua, Pacta, Pioni, Pronenimi, Callidi, Severini, Petruni, Pueri, Salviani, Iuliani, Felicis, Hilari, Concessi, Martialis. Martyrol. Corbejen. In Nicomedia Macedonii Presbyteri, Matricia uxoris ejus, & Modesta filia, Cionis Presbyteri, Saturnini, Ianuarii, Salvii, Petronii, Modestini, Zosimi, Eustasii Presbyteri, & Patricia uxoris ejus, Eppepodi Diaconi cum aliis duobus. Rursus: Nicomedia Eufrasia, Domitiani, Macedoni, Patricia, Lucii, Duonii: Item Domitiani, Scallerua, Pacta, Pioni, Fronimi, Pallidi: Item Dioni, Severini, Petroni pueri, Salviani, Iuliani, Felicis, Hilarii, Concessi, Martialis. Martyrol. Lucen. In Nicomedia Macedoni Presbyteri, Mitritia uxoris ejus, & Modesta filia ejus, Pyrion Presbyteri, Saturnini, Ianuarii, Silvi, Petroni, Modestini, Zosimi, Eustasi Presbyteri, & Basilla uxoris ejus, Eppepode Diaconi cum aliis duo, Gerati, Lacus, Barpisti, Galatha, Domiani Presbyteri, Hyromai, Lucetella, Zedioni Presbyteri, & Patria uxorem, Partifrigia: item Basilissa, Claonii. Denuò: In Nicomedia Euphrasia, Domiciani, Macedoni, Patricia, Luca, Duoni, item Domiciani, Scalerna, Pacta, Piomi, Fronimi, Caledi, item Dioni, Severini, Petruni, Pueri, Silvani, Iuliani, Felicis, Elarii, Concessi, & Martialis. Martyrol. Bluman. pro Macedoni, Mitritiæ, Silvi, Bassilei, Partifrigiæ, Duoni, Scalernæ, Fronimi, Silvani: Machedoni, Matricia, Salvi, Basilissa, Partisfrigia, Duomi, Scalleria, Fronimi, Salviani. Ms. Reginæ Sueciæ, & de Peregrin. Nicomedia Macedonii Presbyteri; reliquum, ut Roman. Martyrol. Ms. Tamlacthen. apud Hibernos: Macedoni, & uxoris ejus Patricia, & filia Modesta, Chioni, Saturnini, Silvi, Ianuarii, Petroni, Zosimi, Modestini. Mss. Treviren. S. Martini, & Ultrajectinen. S. Salvatoris: In Nicomedia Macedoni Presbyteri, Patritia uxoris ejus, & filia Modesta, & aliorum trigintaduorum. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. In Nicomedia natalis Macedonii Presbyteri, & Patricia uxoris ejus, & filia Modesta, & S. Eufrasia Virginis.

(b) Nicæa Theuseta, Horris, Theodora, Nymphodora, Marci, & Arabia. Nicæa, Urbs Bithyniæ quondam clarissima, apud lacum Ascanium in planitie, figura quadrata, à Prusa Urbe inclyta in Cæciam recedens, paulò remotior in Eurum à Nicomedia, Urbe olim præstantissima, & primaria. Aliis pro Theusetæ, Theoseda, Theusete, Theusebii; Et pro Arabiæ, Trabia, Araba, Ariaba. Martyrol. de Peregrin. Theoseda. Apographum Epternacen. Sicia Civitate Theusta, Ethoris filii ejus, Theodora, Nicon, Pudoro, Mancia, Laba, Iuli Episcopi, Alexandri, Dioni, Maria, & aliorum 11. Pioni, Trabia, Quarta, Misthei, Nimpha, Dota, Ariaba, item Partha, Poenis, Victorini. Corbejen. In Nicæa Civitate Theuseta, & Noris filii ejus, Theodori, Nimpodora, Marci, Araba: Hi omnes igne concremati; Iuli Episcopi, Alexandri, Pionis, Maria cum aliis duobus, Dionis, Trabia, Quarta, Misethei, Nimphadoba, Ariaba, Panis, Partha, Victuria, Victurini. Hieronymian. Lucen. In Nicea Civitate Theuseta, Hetoris, Filia, Theodora, Nimpodora, Marci, Araba: Hi omnes igne concremati sunt. Iulii Episcopi, Alexandri, Picii, Maria cum aliis duobus, Dionis, Trabia, Quarta, Nisithei, Nimphadoba, Arabia, Pionis, Parta, Victorini. Bluman. pro Hetoris, Filiæ, Nisithei, Nimphadobæ, Arabiæ: Horisfula Virginis, Misithei, Nini, Padoba, Araba. Arturus: SS. Theuseta, Nimphodora, & Arabia. Ms. Parisien. Lebbei addit: Iulii. Raban. Notker. & Ms. Richebergen. nomine Bedæ Arabia jungunt Iulii Episcopi, Alexandri. Græci in Menologio ad 29. Julii: In Urbe Nicæa S. Theodora Virginis, quæ cùm à Leucaito Præside, cujus nuptias detrectaverat, missa esset ad Nicetium Præfectum Bithiniæ, & simul cum tribus filiis in disciplina Domini ab eadem eruditis, in caminum ignis injecta, Martyrio cum ipsis coronata. An hæc Theodora sit eadem, ac inscripta Theodora, addubitandum. Græca fasta consulenda.

(c) Sabini. Menæa cusa: Abibi. Canis. in Menologio Cardinal. Sirleti adhuc à Baronio in not. accito: S. Sabini, aliàs Abibi. Henschen. & Papebroch. Abibi scribendum censent.

(h) In Thebaide Euphrasia Virginis. Græcor. Menolog. apud Canis. Eupraxia Ms. penes Chifflet. Accessit ad Christum Eupraxia opulenta multis ornata spiritualibus operibus. Acta quidem penes Hensch. & Papebroch. Eupraxia asserunt. Ms. Treviren. nullo præsignato loco: Eodem die S. Euphrasia Virginis, cujus vita habetur plena virtutibus.

Nolite esse mendaces adversùs veritatem. Epist. Jacob. 3.

xvij. C Pridie Idus Martii. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

(a) *Quadraginta ſeptem Martyr.* An.68. Baron. eo ann. nu.24. Ann.67. Henſch. & Papebroch.
(c) *Eutychii & Soc.* Martyres an.741. Latini. An.733. Græci, Baron. in not.

(e) *Mathildis Reginæ.* Obiit an. 973. Baron. eo ann. nu.1.& ſequ. An. 698. Pagi t.4. ad an. 973.nu.2. Henſchen. & Papebroch. An.840. Vvio. Die ſequ. Acta.

ROmæ natàlis ſanctòrum quadragintasèptem Màrtyrum, qui baptizàti ſunt à beàto Apòſtolo Petro, cùm tenerètur in cuſtòdia Mamertini cum coapòſtolo ſuo Paulo; ubi novem menſes detènti ſunt: qui omnes ſub devotìſſima fidei confeſſiòne Neroniàno glàdio consùmpti ſunt. (*a*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Petri, & Aphrodìſii, qui in perſecutiòne Vvandàlica martyrii corònam percepèrunt. (*b*) Carrhis in Meſopotàmia ſancti Eutychii patrìcii, & ſociòrum, qui ab Evelid Arabum Rege ob fidei confeſſiònem interèmpti ſunt. (*c*) In Provìncia Valèriæ ſanctòrum duòrum monachòrum, quos Longobàrdi ſuſpèndio necavèrunt in àrbore: in qua, licèt defùncti, ab hòſtibus ipſis audìti ſunt psàllere: in ea ètiam perſecutiòne Diaconus Ecclèſiæ Marſicànæ in confeſſiòne fidei càpite truncàtus eſt. (*d*) Halberſtati in Germània dormìtio beàtæ Mathildis Regìnæ, matris Othònis Primi Imperatòris, humilitate & patièntia celebris. (*e*)

(a) *Baron. an. 68. n. 24. Petr. in Catal. lib. 3. c. 199. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. Proceſſi, & Martini die 2. Iul. Uſuard. & Ado.* (b) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta.* (c) *Baron. an. 741. n. 8. & Miſcel. hiſt. ex Theophan. lib. 21.* (d) *Baron. an. 573. n. 20. & item S. Gregor. Pap. lib. 4. Dial. c. 7.* (e) *Baron. an. 973. n. 1. Luitprand. Ticin. lib. 4. c. 7. Vvitich. Sax. lib. 3. Grant. in Metrop. Saxon. lib. 3. Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Sermones abſque mendacio. Job. 36.

(a) *Quadragintaſeptem Martyrum.* Ms. Divionen.: *Roma Martyrum quadragintaſeptem militum à B. Petro Apoſtolo baptizatorum.* Martyrol. de Peregrinis: *Roma Martyrum quadragintanovem.*

Cardinal. Baron. in not. pro cuſtodia Mamertina horum Sanctorum allegat hanc inſcriptionem:

M. Coccejo Nerva *Coſſ.*
C. Vibio Rufino
Iulia Prima Patrono ſuo.

Hi Coſſ. creati an. 718. ab Urbe cond. Imp. Aug. an. 7. Ex qua quidem inſcriptione Dio in primis, itemque Faſti Conſulares Caſſiodori, penes quos ponitur collega Cocceji Nervæ Publicola, ſunt ſupplendi. Auctor eſt Tacitus lib. 3. Annal.

Holſtenius verò ſuis animadverſis: *Anno 774. Tiberii anno IX. Coſſ. ſuffecti fuere. Itaque fruſtra Faſtos, & Dionem corrigere, aut ſupplere conatur; Ideoque nec Taciti locus ad rem facit: Notavit hanc allucinationem Riſquius de Capitol. c. 45. pag. 169.*

(b) *In Africa Petri, & Aphrodiſii.* Alibi: *Eufroſii, Eufroſi.* Maurolyc. & Felic. *Euphraſii.* Vvandelbert. *Euphroſii.* Martyrol. Epternacen. *11. Idus Mart. Natalis Eufroſi, Frunimi: In Africa Petri, Mammeri, Naboris, Comis, Prontonis.* Corbejen. *Eufroſii, Frunimi, Fortunionis: In Africa Diona, Alexandri, Petri, Mammeri, & Naboris Martyrum, Frontonis, Maria.* Hieronymian. Lucen. *Eufroſi, Frunimi: In Africa Diona, Alexandri, Petri, Mammeri, Naboris Martyrum, & Promtonis.* Martyrol. Bluman. *Naboris Mart. & Prontonis.* Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Petri.* Ms. Barberinian. *In Africa Alexandri, Petri.* Ms. Tornacen. *In Alexandria paſſio S. Petri Martyris.* Ms. Attrebaten. proſequitur: *Eufroſii, & Frunimii.* Notker. *Apud Carthaginem Donati, Eufroſii, Fronimi.* Galeſin. *Apud Carthaginem Eufroſi, Fruntini, Donati.*

Exultabunt labia, cùm loquuta fuerint rectum. Proverb.23.

(c) *Carrhis in Meſopotamia Eutychii patricii.* Carrhæ *Orſa*, Urbs perantiqua Meſopotamiæ, ex primis, apud Chaboram Fl. in Euphratem infra influentem inter

Hiera-

Hierapolim Syriæ, & Amidam Mesopotamiæ. Plerique apud Græcos: *Eustachis, Eusachii, Eutechii*. Anastas. hist. Miscel. lib. 21. sub fin. *Eutychius filius Mariani Patricii Martyr verus ostensus est in Carrhis Mesopotamia*.

Cardinal. Baron. *Patricii, idest filii Senatoris*. Henschen. & Papebroch. *Ex Patricio filius*, scilicet ejus Pater *Patricius* dictus.

(d) *In Provincia Valeria duorum Monachorum*. Ferrar. Lexico Geographico: *Valeria Provincia, & Marsorum Provincia*; Latii mediterranei postrema pars ad Fucinum lacum Aprutio inserta, & ipsam *Valeriam* appellat *Marsorum Urbem*.

(e) *Halberstati in Germania dormitio B. Mathildis Reginæ*. Halberstatum quasi Halberostadium, priùs Pheugargum; Urbs Germaniæ Magnæ in Saxonia superiore inter Brunopolia, & Mansfeldiam. Canis. Martyrol. Germanic. & Molan. Addit. ad Usuard. *In Quadelingeborg Monasterio Diœcesis Halberstatensis Machtildis Regina, &c.*

Disceptatio Topographica. (b) *In Africa Sanctorum Martyrum Petri, & Aphrodisii*. Sejungunt pleriqui Aphrodisium, sive Effrosium, aut Eufrosium, à Petro, & cum aliis Martyribus Carthagine jungunt. Raban. *Carthagine nativitas SS. Donati, Effrosii, & Fronimi*. Notker. *Apud Carthaginem Donati, Eufrosii, Fronimi*. Et alii ferè eadem.

Eminentissi. Baron. in not. *Agit de his Usuardus hac die, & alii recentiores*. Galesin. quippe: *In Africa SS. Martyrum Petri, & Aphrodosii, qui à Vvandalis fidei Catholicæ infensissimis adversariis Martyrio coronatur*; & adnotat *aliàs Eufrodosii*.

Ast Usuard. aliique recentiores Anonymi advocati, hos Martyres quidem recensent, sed Eufrosium, aut Aphrodisium sejunctum à Petro, nulla mentione facta de persecutione Vvandalica, ut Bellin. Canis. Usuard. tum Ms. tum cusus, qui omnes: *In Africa Sancti Petri Martyris*; dein discriminatim, & sine loci præsignatione: *Item S. Eufrosii*. Quod idem Maurolyc. & Felic. verùm hi *Euphrasium* proferunt.

Nec officit, quòd Galesin. proferat ut Roman. Martyrol. ex quo Baron. forsan ea verba transcripsit:

Nam alii Martyrologi aliter habent, præsertim Martyrologii S. Hieronymi Apographa ante Vvandalicam persequutionem exarata, inter quæ illud Parisiis cusum, in quo absque agonis loco: *Pridie Idus Martii Eufrosii, Frunimi, Fortunionis*; indè sejunctim: *In Africa Dionæ, Alexandri, Petri, Mammerii, & Naboris Martyrum*. Hinc pro securiori Martyrologii Roman. lectione, si sapientiores annuerint, ut de Peregrinis, aliique tum antiqui, tum recentiores, videtur efferendum: *In Africa S. Petri Martyris: Eodem die Aphrodisii, qui Martyrii coronam acceperunt*.

Disceptatio Chronologica. (c) *Carrhis Sancti Eutychii patricii, & sociorum, qui ab Evelid Arabum Rege, &c.* Suspicandum, an hoc Martyrium ab *Evelid* illatum; Nam quamvis Eminentissimus Baron. ad an. 741. n. 8. & in not. tradat, ipsum Martyrium narrari in Miscel. hist. ex Theophan. lib. 21. his verbis: *Eodem anno, quo Evelid interfecit Christianos captivos in omni Civitate, inter quos & Eutychius, filius Mariani Patricii Martyr &c.*

Attamen quùm id Baronius ex Paulo Diacono excerpserit, ab eo deceptus fuit, qui perperam rescripsit, ut ex ipso Theophane elicitur suo Chronographorum compendio, recensente penes summos viros Bolland. & Henschen. in Act. SS. hac ipsa die: *Isam Arabum Princeps eodem anno* (qui ultimus fuit impiissimi Leonis, videlicet an. 741.) *Christianos captivos per singulas ditionis suæ Urbes ad unum interfecit, inter quos Beatus Eustrathius* (græcè *Eustrathius*, latinè *Eutychius*) *Spectabilis Patricii filius multa passus tormenta, nec sinceram suam fidem ob id jejurans in Carrham, celebri Mesopotamiæ Urbe, verè atque illustris Martyr eluxit*; quæ latinè tradita ab Anastasio interprete juxta Lupaream editionem ad plurium Mss. Codic. fidem: Inde Paul. Diacon. hist. Miscel. lib. 2. sub fin. nomine *Isa* cum *Evelid* immutato, in modum objectum rescripsit, à quo & Baron. Hinc patere videtur ex ipsa tota Theophanis historia, Christianos complures Arabum imperio mactatos fuisse *Iam filii Izid* mandato, quem Paulus ipse Diaconus *Evelid filium Gizid* nominat. Quinimmo successorem, qui à Theophane inscribitur *Valid filius Iam*, ipse Paulus habet *Gizid filium Abdimelech*; quod Hensch. & Papebroch. sanè animadvertunt; Cæterùm nè diutiùs in hoc immoremur, ut Romani Marryrol. lectio solers sit, si Saniores decreverint, subducto *Evelid*, indicetur: *Carrhis in Mesopotamia S. Eutychii Patricii, & sociorum, qui ab Arabum Rege ob fidei Confessionem interempti sunt*.

xvi. D Idibus Martii. Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

(a) *Longini Militis.* Die 16. Octobris Græci in Menologio.
(c) *Matronæ.* Die 27. Martii Greci in Menolog. Canis.
(d) *Menigni.* Martyr an. 254. Baron. eo ann. n. 27. Ann. 251. Hensch. & Papebroch. Die sequen. Menolog. Basil. Porphyrog. Die 22. Novembr. Magna Menæa, & Maxim. Cyther.

CÆsarèæ in Cappadòcia passio sancti Longini militis, qui latus Dòmini làncea perforàsse perhibètur. (*a*) Eòdem die natàlis sancti Aristobùli Apostòlorum discipuli, qui cursu prædicatiònis peràcto, martyrium consummàvit. (*b*) Thessalonicæ sanctæ Matrònæ ancillæ cujùsdam Judææ, quę cùm occùltè Christum còleret, & furtivis oratiònibus quotìdie Ecclesiam frequentàret, à dòmina sua deprehènsa, & multiplìciter afflìcta, novìssimè robùstis fustibus usque ad mortem cæsa, in confessiòne Christi incorrùptum Deo spìritum rèddidit. (*c*) Eòdem die sancti Menìgni fullònis, qui sub Dècio passus est, (*d*) In Ægypto sancti Nicandri màrtyris, qui cùm sanctòrum martyrum relìquias studiòsè perquìreret, & ipse martyr èffici mèruit sub Diocletiàno Imperatòre. (*e*) Còrdubæ sanctæ Leocrìtiæ vìrginis & màrtyris. (*f*) Romæ natàlis sancti Zachariæ Papæ, qui Dei Ecclèsiam summa vigilàntia gubernàvit, & clarus mèritis quièvit in pace. (*g*) Reàte sancti Probi Epìscopi, cui morièntì Juvenàlis, & Eleuthèrius màrtyres adfuèrunt, (*h*) Romæ sancti Speciòsi mònachi, cujus ànimam germànus ejus ferri vidit in cælum. (*i*)

(e) *Nicandri.* Martyr an. 310. Baron. eo ann. n. 23. Ann. 311. Pagi to. 1. ad an. 303. nu. 2. Ann. 302. Henschen. & Papebroch.
(g) *Zachariæ Pap.* Die preced. Pagi t. 3. ad ann. 752. n. 12. Die 6. Mart. Calend. 3. & 4. Capuan. penes Monachum.

(a) *Baron. an. 34. n. 131. Græci in Menol. die 16. Octobr. Lippoman. t. 6. Sur. t. 2. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 201.* (b) *Baron. an. 58. n. 56. & alii.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. die 27. Mart. Usuard. Ado, aliique.* (d) *Baron. an. 254. n. 27. item Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 310. n. 23. ac Græci in Menol. cit.* (f) *Baron. an. 859. n. 1. & sequ. & Alvar. in Vit. S. Eulogii.* (g) *Baron. an. 741. item an. 752. n. 2. & sequ. ac Ado pridiè hujus diei.* (h) *Baron. in not. S. Gregor. Pap. lib. 4. Dialog. c. 12. Henschen. & Papebroch. Acta.* (i) *Baron. in not. S. Gregor. lib. rel. c. 8. & Acta relata.*

Viam justificationum instrue me. Psalm. 118.

(a) *Cæsarea in Cappadocia S. Longini militis.* Mss. S. Cyriaci, & Barberinian. item Menolog. Basil. ad 6. Octobr. & Maurolyc. 22. Novembr. *In Cappadocia S. Longini.* Ms. vet. Cassinen. sine palestra: *Natale S. Longini Martyris.* Cardinal. Sirlet. in Menolog. Græcor. ad 16. Octobris: *In Cappadocia Longini Centurionis, & aliorum duorum commilitonum.* Die 22. Novembr. Apograph. Martyrol. S. Hieronymian. nempe Lucen. *x. Kal. Decembr. In Cappadocia Longini, Euticiani, Leonti, & Fausti*; & Corbejen. *In Cappadocia Longini, Eusbiti, Leonthi, & Faustiani.*

(b) *Aristobuli.* Græcorum Menæa, & Menolog. Sirleti apud Canis. *Eodem die S. Aristobuli Episcopi Britanniæ, fratris S. Barnabæ Apostoli.* Chron. Alexandrin. *S. Barnabas, & Aristobulus inter septuaginta Christi discipulos.* Græci verò Aristobulum datum Britannis Episcopum solùm memorant.

Cardinal. Baron. in not. *Meminit hujus Paulus ad Roman. c. 16. & Dorotheus in Synopsi.* At Dorothei verba: *Aristobulus & ipse ab Apostolo ad Romanos commemoratus, Episcopus Britanniæ factus est.* Item Paul. sua Epistol. ad Roman. sub fin. mandat, *salutari eos, qui sunt ex Aristobuli domo.* Modò, an unus idemque Aristobulus S. Pauli discipulus, & minister, ab eoque Episcopus ordinatus, ac Aristobulus, cujus domestici salutantur in laudata Epistola, planè incompertum.

(c) *Matrona.* Præter eas hujus nominis, quas Baron. in not. cumulat, aliam Virginem, & Martyrem hac ipsa die Salazar suo Hispano Martyrologio *Barcinone in Hispania* panditat. (f) *Cor-*

In justificationibus non obliviscar sermones. Psalm. 118.

(f) *Corduba Leocritia*. Salazar Martyrolog. Hispan. *Corduba in Hispania Baetica S. Leocritia Virginis & Martyris, S. Eulogii Presbyteri discipula*.

(h) *Reate S. Probi Episcopi*. Galesin. *Et Confessoris*. Ita Tabulæ Eccles. Reatin. Ferrarius testatur, apud Capuam hunc S. Probum obiisse, & vitam apud Tarraeinam egisse. Verùm Baronius in notis suadet, fuisse alium Probum, de quo etiam S. Gregor. Papa lib. 4. Dialogor. c. 12. 17. & 19. *Reate*, Urbs antiqua Sabinorum, Roma xl. millibus passuum distans, in valle sita, per quam Velinus amnis decurrens Urbem dividit apud Samnii confinia.

Disceptatio Historico-Litteralis

(a) *Cæsarea in Cappadocia S. Longini militis, qui latus Domini &c.*

Beda in Collectaneis prostat, nomen militis, qui lancea Christi latus perfodit, fuisse *Legortium*.

Eminentissimus Baronius in suis elucubrat. not. hujus diei advocat Græcos in Menologio ad 16. Octobris: Adstipulanturque profectò Latini, ut in libello præscritim sub nomine Nicodemi de passione Christi Domini, necnon in alio Manual. inscripto nomine Augustini, ubi: *Longinus aperuit mihi Christi latus, & ego intravi, & ibi requiesco securus*.

Ast primò in Actis SS. penes summos viros Bolland. & Henschen. duo hac ipsa die memorantur Martyres, alter miles, alter Centurio; unde Acta latina militis, & Centurionis personas confudisse videntur, ex quo nomen unius in alterum translatum, pro uno eodemque Baronius, aliique existimavere.

Secundò, quicquid sit, an laudati libelli sub memoratis Authoribus sint apocryphi, ut aliqui Catholici Critici, quamvis pii, autumant; nihilominus dato quòd nomen hujus militis proprium esse potuerit *Longinus*; quia tamen similiter Philosophus ille, cujus meminit Vopiscus in Aureliano (aliis subductis) dictus est *Longinus*; suspicandum, ex eo quòd Evangelista hujus militis nomen non exprimit, vocatum fuisse non propriè, sed appellativè *Longinum*, qui dicitur *Lanceator*; unde appellativè tum Authores acciti, tum cæteri omnes *Longinum* vocant. Estque fortasis haud raò positum nomen appellativum vice proprii, quando videlicet proprium ignoratur; ita in *Syncletico* observatum die 5. Jan. Cæterùm apud Græcos, nullus reperitur, qui *Longini* nomine usus fuisset ante Germanum Constantinopolitanum, qui anno 715. sedere cæpit.

Baron. item in not. producit, quòd corpus S. Longini Romæ asseruetur, & in S. Augustini Ecclesia perspiciatur.

Sed hoc non officit, quin adhuc Cajetæ extet Corpus S. Montani Martyris, ubi traditur fuisse militem illum, qui Christi latus aperuit, ac proinde secundùm Cajetanos, non *Longinus*, sed *Montanus* vocabatur. Id in Chronologia Regni Neapolitani inspiciendum. Rursus hac ipsa die referunt Hensch. & Papebroch. corpus Longini Mantuæ fuisse repertum, & quod Pragæ, Vlisippone, & in Sardinia aliæ ejusdem nominis Reliquiæ extent. Et quidem plures hujus nominis *Longini* reperiuntur diversis diebus signati absque his verbis; *qui latus Domini lancea perforasse perhibetur*. Codices S. Hieronymi hac ipsa die: *In Cappadocia S. Longini*. Rursus die 21. Julii: *In Gallia Massilia Natal. SS. Victoris, Alexandri, Dotheri, Feliciani, & Longini*: Item ad 23. Octobr. *In Cæsarea Cappadocia Longini, Scurefi*: Et demum die 23. Novembr. *In Cappadocia Longini, Euticiani, Leonti, & Fausti*. Florentin. ad dictos dies. En quomodo plures nomine Longini reperiuntur cum Sociis diversis, & Cæsareæ, & alibi, sine addito *Militis*, seu *Lancearii Domini*. Quamobrem videtur, plures fuisse hujus nominis *Longini*, tum Sanctos, tum Martyres. Cæterùm Græcorum Menæa agunt solius Centurionis memoriam: *Ex Cappadocia Regione Centurio &c.* Ut igitur è Romani Martyrologii lectione omnis ambigendi ratio procul sit, si Saniores putaverint; quòd si intelligatur pro alio, qui non fuit Domini lanceator, signetur: *Idibus Martii Cæsarea Cappadocia S. Longini Militis*, ut Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holstenium: si verò pro Domini lanceatore, percurso *Longini*, ut Græcor. Menæa: *Cæsarea in Cappadocia passio S. Militis, qui latus Domini perforasse perhibetur*.

xv. E Decimoseptimo Kalendas Aprilis. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n q q r ſ t u

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5

• A B C D E F F G H M N P

6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

Romæ pàssio sancti Cyriaci diàconi, qui post longam carceris maceratiònem liquàta pice perfùsus, & in catàsta extènsus, attràctus

(a) *Cyriaci Diaconi.* Martyr an. 309. Baron. eo an. n. 6. Ann. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 8. Die 20. Januar. Martyrol. Gallobelgic. & Galesin.

(b) *Hilarii, & Tatiani* Martyres ann. 284. Baron. eo ann. nu. 9. Ann. 285. Hensch. & Papebroch. Die sequ. de Hilario Martyrol. Cassinen.

(c) *Papæ.* Die 14. Septembr. iterum Menæa.

tràctus ètiam nervis, & fustibus cæsus, ad ùltimum cum Largo & Smaràgdo, & àliis vigìnti, jubènte Maximiàno, càpite truncàtus est. Horum tamen festivitas sexto Idùs Augùsti recòlitur, quo die à beàto Marcèllo Papa eòrum còrpora sunt levàta, ac venerabìliter tumulàta. (*a*) Aquilèjæ natàlis beàti Hilàrii Epìscopi & Tatiàni diàconi, qui sub Numeriàno Imperatòre & Berònio Præside, post equùleum atque àlia tormènta, unà cum Felice, Largo & Dionysio martyrium terminàrunt. (*b*) In Lycaònia sancti Papæ màrtyris, qui ob Christi fidem verbèribus cæsus, ùngulis fèrreis laceràtus, clavàtis càlceis incèdere jussus est; deìnde àrbori alligàtus, migrans ad Dòminum, eàmdem àrborem ex stèrili rèddidit fructuòsam. (*c*) Anazàrbi in Cilicia sancti Juliàni màrtyris, qui sub Martiàno Præside diutissimè cruciàtus, demum in sacco unà cum serpèntibus inclùsus, in mare demèrsus est. (*d*) Ravènnæ Sancti Agapìti Epìscopi & confessòris. (*e*) Colòniæ sancti Heribèrti Epìscopi, sanctitàte cèlebris. (*f*) Arvèrnis depositio sancti Patrìtii Epìscoi. (*g*) In Syria sancti Abrahæ eremìtæ, cujus res gestas beàtus Ephræm diàconus conscrìpsit. (*h*)

(d) *Iuliani.* Die 21. Jun. Maxim. Cythereus in Menæis Græcor.

(f) *Heriberti Episc.* Obiit an. 1021. Baron. eo an. nu. 5. An. 1020. Chronograph. Hildenschimens. Pagi t. 4. ad an. 1021. n. 1.

(h) *Abrahæ Eremitæ.* Die 29. Octobr. Græci in Menolog. & in Magnis Menæis. Die 15. Martii Ferrar.

(a) *Baron. an. 298. n. 12. & sequ. & an. 309. n. 6. Sur. in Actis S. Marcelli Papæ die 16. Ianuar. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 284. n. 9. Petr. in Catal. lib. 3. c. 203. Hist. Eccles. Aquilejen. lib. 2. & Ferrar. Catal. SS. Ital.* (c) *Baron. an. 165. n. 10. Græci in Magnis Menæis, & in Menologio, ac Maxim. Cythereus.* (d) *Baron. in not. item Acta Henschen. & Papebroch.* (e) *Baron. an. 337. n. 69. & sequ. & Tabul. Eccles. Ravennaten.* (f) *Baron. an. 1001. n. 18. An. 1020. n. 1. & seq. & an. 1021. n. 5. Sur. t. 2. prior. edit. & Sigebert. in Chronic.* (g) *Baron. in not. & Usuard.* (h) *Baron. an. 337. n. 46. Græci in Menolog. die 29. Octobr. Lippoman. t. 2. & 6. & Sur. t. 2. prior. edit. hac die.*

State succincti in veritate. Ephes. 5.

(a) *Cyriaci.* Martyrolog. Epternacen. *In Græcia Ciriaci, Pampiliani, Cassonis.* Hieronymianum Lucen. profert: *Cyriaca, Pampina*, & Corbejen. *Pampini.* Notker. *In Græcia Cyriaci, Florentis, & Ioviniani.* At hic *Cyriacus*, aut alius, aut rectiùs, ut Lucen. *Cyriaca.*

(b) *Aquileja Hilarii Episc. & Tatiani Diaconi.* Aliis pro Hilarii, *Hilari, Helari, Ylari*; & pro Tatiani, *Titiani, Tassiani, Cassiani, Datiani.* Martyrol. Antuerpien. *In Aquileja Hilarii, Tasiani, Datiani.* Hieronymian. Lucen. profert: *Helari*; & Corbejen. addit: *Iuliani Martyris.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Aquileja natal. SS. Clarii, Cassiani, Datiani.* Martyrol. Cassinen. die sequen. *Natal. S. Hilarii Episcopi.*

(d) *Anazarbi Iuliani Martyris.* Apograph. Epternacen. *Nicomedia Castori, Nonni, Dionysii, Sereni, Iuveni, Ciriaca, Milisa, Iuliani, Asclepiodoti.* Cobejen. *In Nicomedia Castorii, Dionysii, Nonni, Sereni, Quiriaci, Milisa, Eugenia, Iuliani, Asclippiodi, Pionis.* Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Castori, Dionysi, Nonni, Sereni, Quiriaca, Milisa, Eugenia, Iuliani, Asplipiodati.* Bluman. *Asclipiodoti*: Verùm hic *Iulianus* videtur alius. Ms. Roman. Barberinian. inter Martyres Nicomedienses non refert *Iulianum*, sed: *In Nicomedia Castoris, Dionysii, Nonni, Sereni, Quiriaca.*

(h) *In Syria Abraha Eremita.* Carthusian. Colonien. Auctar. ad Usuard. anno 1521. edit. nulla loci nota: *Abraha Anacoreta, & Maria filia fratris ejus Pœnitentis.*

Ut probetis potiora, & ut abundetis magis in scientia, & in omni sensu. Ad Philippen. 1.

Disceptatio Topographica.

(d) *Anazarbi in Cilicia S. Iuliani Martyris.* Anazarbus, & Anazarba, ac Cæsarea penes Anazarbum; Urbs Ciliciæ mediterranea, apud Taurum montem, Adanæ, & Tharso claris Urbibus finitima, nunc Pagus potiùs, quàm Urbs. Scriptores Græci tradunt, *Egea* hoc Martyrium obtigisse.

Eminentissim. tamen Baron. in notis Græcorum quoque Menologium indigitat: ubi certamen hujus Martyrii iisdem verbis, quibus in Romano Martyrologio, describitur.

Sed fasta Græca, uti Menologium accitum, etsi ex Urbe Anazarbensi Ciliciæ Julianum fuisse tradant, ubi verò Martyrium consummaverit, Menologium Cardinal. Sirleti latinè exaratum, & à Canisio editum, quo usus Baron. silet, & illud græcè jussu Basilii Porphurogeniti Imper.

per. collectum habet: *Ægea* (Urbs sub Anazarbo Ciliciæ secundæ Metropolis Ptolom. & Stephan.) *Iulianum Marciano Præside post multa passum Lictores ipsum inmittentes in saccum serpentibus venenatis, & arena plenum projecerunt in mare*. Id idem Græcorum quoque Anthologium, & Maximus Cythereus die 21. Junii: ex quo facile irrepsit mendum Juliano Anazarbi passo, pro Juliano patria Anazarbeno.

Quod licèt contingere potuerit, ut Julianus ex Anazarbena Urbe oriundus, deinde Anazarbi Martyrii coronam promeruerit;

Nihilominùs ex laudatis Menologiis nèdum hoc non elicitur, sed oppositum. Anazarbum namque urbs est mediterranea; ac proinde si Græci Scriptores constanter habent, hunc Sanctum Anazarbenum fuisse in mare demersum, jam Anazarbi non obiit Martyr, sed Ægeæ Urbe maritima; ne igitur in Martyrologii Romani lectione quid dubii reperiatur, & quatenus alii Sapientiores consentirent, liquet proferendum: *In Cilicia S. Juliani Anazarbeni Martyris.*

(h) *In Syria S. Abraha Eremita.*

Disceptatio Topographica.

Palestra penitentiæ, & asceticæ vitæ hujus Sancti, ex Metaphraste, non longe à Lampsaco abfuit, neque à Tenea Lampsacenæ Diæceseos Hellesponti vico.

Eminentis. Baron. in notis hanc Martyrologii Roman. lectionem adstruit ex ipsomet Metaphraste, qui res gestas hujus Abrahæ in Syria recitat. quin etiam Sozomen. meminit de hoc Abraha S. Ephræm discipulo lib. 3. c. 15. & Nicephor. lib. 9. c. 16.

At hic Abraham Eremita est alius ab illo S. Ephræm diaconi discipulo, de quo Metaphrast. Sozomen. & Nicephor. loc. cit. & penes summos Viros Henschen. & Papebroch. in prævio vitæ Commentario, in Hellesponto vixit usque ad Christi an. 650. Ita Ephræm ipsius Coævus, & qui vitam scripsit, est alius ab Ephræm Diacono Syro circ. an. 378. defuncto; ut igitur in præsentiarum sedula sit lectio, & Sapientioribus placuerit, dempto in Syria, & sine ulla loci nota, ut Carthusian. Colonien. Auctar. ad Usuard. enuncietur: *Eodem die S. Abraha Eremita.*

xiv F Sextodecimo Kalendas Aprilis. Luna 17.

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
A B C D E *F* F G H M N P
7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

IN Hibèrnia natàlis sancti Patritii Epìscopi & confessòris, qui primus ibìdem Christum evangelizàvit, & màximis miràculis & virtùtibus clàruit. (*a*) Jerosòlymis sancti Joseph ab Arimathæa, nòbilis decuriònis, discìpuli Dòmini; qui ejus corpus de cruce depòsitum in monumènto suo novo sepelivit. (*b*) Romæ sanctòrum Alexàndri & Theodòri màrtyrum. (*c*) Alexandriæ commemoràtio plurimòrum sanctòrum martyrum, qui à Seràpidis cultòribus comprehènsi, cùm idòlum adoràre constànter renuìssent, sævìssimè cæsi sunt, tèmpore Theodòsii Imperatòris: qui mox rescrìptum dedit, ut Seràpidis templum destruerètur. (*d*) Constantinòpoli sancti Pauli màrtyris, qui sub Constantino Copròнymo cùm sanctàrum Imaginum cultum defènderet, igne combùstus est. (*e*) Cabilòne in Gàlliis sancti Agrìcolæ Epìscopi. (*f*) Nivigèllæ in Brabàntia sanctæ Gertrùdis virginis, quæ clarìssimo gènere orta, despìciens mundum, & toto vitæ suæ cursu in òmnibus sanctitàtis offìciis se exèrcens, Christum sponsum in cœlis habère mèruit. (*g*)

(a) *Patritii Episc.* Obiit an. 491. Baron. eo an. n. 20. An. 460. Henschen. & Papebroch. Ætatis 83. Iidem. Ætat. 120. vel 122. pleriq. Scriptor. Hibern.

(b) *Joseph ab Arimathæa.* Die 31. Jul. Græci in Menæis. Die 22. Februar. Martyrol. Leodien. an. 1624. cusum.

(d) *Commemorat. plurim. Martyrum.* An. 389. Baron. eo an. n. 84. An. 39. Henschen. & Papebroch.

(e) *Pauli.* Martyr an. 766. Baron. eo an. n. 25. An. 760. Henschen. & Papebroch. An. 800. Græci in Menologio.

(g) *Gertrudis.* Obiit an. 664. Baron. eo an. n. 33. Henschen & Papebroch. An. 658. Mabillon. sæcul. 2. Benedictin. An. 659. Pagi t. 3. ad an. 664. n. 22. & 23. Die sequen. Mabillon. loc. cit.

(a) *Baron. an. 429. n. 8. An. 431. n. 188. & an. 491. n. 20. item Græci in Menolog.* (b) *Baron. an. 34. n. 134. & 92. item an. 35. n. 1.* (c) *Baron. in not. Henschen.*

& Papebroch. Acta. (*d*) *Baron. an. 389. n. 84. & sequ. Rufin. hist. lib. 2. c. 22. Socrat. lib. 1. c. 1. & 17. Sozomen lib. 7. c. 15. & 16. & Niceph. lib. 12. c. 25. & 26.* (*e*) *Baron. an. 733. n. 1. & an 766. n. 25. item Græci in Menolog. hac die.* (*f*) *Baron. an. 552. n. 25. & S. Gregor. Turonen. hist. de gest. Francor. lib. 15. c. 20. & 45.* (*g*) *Baron. an. 664. n. 33. Sur. t. 2. prior. edit. Sigebert. Chronic. Trithem. de vir. illustr. ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 11. Usuard. Ado, & alii.*

Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum Epist. Jacob. 1.

(c) *Romæ Alexandri, & Theodori Martyrum*. Apographa Epternacen. Corbejen. Bluman. & Ms. Reginæ Sueciæ: *Romæ Alexandri Episcopi, Theodoli Diaconi*. Apographum Lucen. profert: *Theuduli*. Notker. aliique: *Theuduli Diaconi*, Greven. Auctar. ad Usuard. *Romæ S. Alexandri Episcopi*. Alia Mss. non præsignata palcstra, scilicet Ms. Augustan. *Alexandri*. Ms. Pragen. *S. Theodori Diaconi*. Mss. Tamlacten, & Lebbean. *Alexandri, & Theodoli*. An iidem, Florentinius vir eruditus inspiciendus.

Cardinal Baron. in not. *Alexandri, aliàs Nicandri & Theodori. Restituti sunt hi ex eo vet. manuscrip. exemplari, Nicandri, & Theodori Martyrum corpora translata a Sergio Juniori Papa in titulum Equitii, ut vetus inscriptio marmori incisa illic posita testatur.*

At vetus Ms. quo Baron. usus, est illud Monasterii S. Cyriaci Romæ, quod profert: *Romæ Alexandri Episcopi, & Theodori*. Et forsan amanuensis culpa: *Theodori* pro *Theodoli*, aut *Theuduli*, subducto *Diaconi*; quùm omnes alii Codices optimæ notæ *Thedoli Diaconi* panditent: neque ex ea lectione, scilicet: *Romæ Alexandri Episcopi*, videtur, quomodo censeri possit *Nicander*, cujus corpus etiam per ipsum Baronium dicitur traslatum à Sergio in titulum Equitii. Consulenda sunt Acta.

(f) *Cabilone Agricolæ Episcopi*. Mss. Pragen. Aquicinctinen. Treviren. Parisien. S. Victoris, & Roman. Vatican: *Cabilonis*, aliàs *Cabilone S. Agricolæ Episcopi, & Confessoris*.

(g) *Nivigellæ in Brabantia Gertrudis Virginis*. Nivigella, seu Nivegella; Oppidum Galliæ Belg. in Brabantia juxtà Annoniæ fines, inter Bruxellas, & Fontei Oppidum Annoniæ. Martyrolog. de Peregrin. præsignat: *Monasterio Nivigellæ*. Beda genuin. loco non prænotato: *Obitus S. Gertrudis Virginis*. Alii pro obitus, *Natalis*, aut *Transitus*. Ms. Nivellen. addit: *Filia Pipini Ducis, cujus præclara gesta habentur*. Colitur in Germania, Polonia, & Belgio: fuit filia Beatæ Iddæ, seu Idubergæ.

Disceptatio Topographica.

(a) *In Hibernia Sancti Patritii Episcopi, & Confessoris, qui primus ibidem Christum Evangelizavit*. Hibernia, vulgò *Irlanda*: Insula Oceani occidui, Albioni, hoc est Angliæ, & Scotiæ proxima, inter Austrum, & Septentriones, ac in æquali constans. Licèt Probus Hibernus in fine vitæ apud Bedam t. 3. scripserit, Hiberniam fuisse primò à Sancto Patritio conversam; refragatur tamen Prosper Aquitanus, qui tunc temporis res gestas præ oculis habens in Chronic. scripsit: *In Consulatu Dionysii, & Florentii Hibernos, antequàm S. Patricius prædicationem Evangelicam aggrederetur, conversos ad Fidem fuisse per Palladium Romanæ Ecclesiæ Diaconum, à S. Cælestino Papa illuc ad prædicandum Evangelium missum.* Et quidem Apographum Corbejen. nulla loci nota tantùm habet: *XVI. Kal. Aprilis Depositio Patritii Episcopi & Confessoris*: Et Ms. Reginæ Sueciæ, ac Martyrologia antiqua: *In Scotia Patritii Episcopi*: Posteri verò addidere: *qui primus ibidem Christum Evangelizavit*. At plerique urgent, Palladium Diaconum missum fuisse à S. Cælestino Papa non ad Hibernos, sed ad Scotos.

In mansuetudine suscipite insitum verbum. Jacob. 1.

Ast quamvis à tertio sæculo Scoti in Britanniam transire cœperint; nihilominus Scotici nominis dignitas præcipua ad undecimum usque sæculum apud Hibernos remansit, Usserio pag. 734. in Britann. Eccles. antiquitat. scribente: *Scotia semper unica est, eademque Hibernia; nam neque Dalrieda, quæ usque ad annum 840. Scotorum Britannicorum sedes erat, Scotiæ nomen est consecuta: neque enim ipsa Albania statim à debellatis Pictis, sed tunc demum cum Populo utroque in unam gentem coalescente absolevit planè Picticæ nationis memoria; quod ut ante an. M. C. haud quaque factum, ita vix ullos, qui toto antecedentium annorum spatio vixerint, posse produci arbitramur, qui Scotiæ appellatione Albaniam designarint.*

Marian. Scotus, aliique rursus, obtrudunt, quòd vel Palladius intactis Scotorum rebus, seù Hibernorum, à quibus repulsus, vel ut summi Viri Henschen. & Papebroch. §. 6. n. 39. rebus in Hibernia non succedentibus, revertens, in Britannia 6. Julii, quo die colitur, mortem oppetiisset: ac successo dein Patritio ab eodem Cælestino consecrato, qui ad ipsos Hibernos missus, in signis, atque mirabilibus prædicans, totam Hiberniam ad Fidem convertit.

Tamen ex hoc objecto solùm sequitur, quòd tota Hibernia non fuit pleniùs à Palladio conversa, sed à Patritio Successore, undè hic non absolutè primus tempore, quùm Palladius præcesserit, & ibi Christum evangelizaverit, ac nonnulla Christianæ doctrinæ semina inseruerit, ob quod ab Hibernis Gentilibus repulsus, sed pro-

prout signorum virtute primus per totum Regnum prædicationis fructu, atque successu fidem punditavit: Id quod forsan Marian. Scot. cæterique sentiunt. Haud enim dubium, quin nonnulla Christianæ Doctrinæ semina spargi cœpere ante Patritium, qui ideircò ibi post Palladium successit, atque ab eodem Cœlestino consecratus fuit: quamobrem antiqui Martyrologi recensebant solùm: *In Scotia Sancti Patritii Episcopi*: à Posteris dein additum: *qui primus ibidem evangelizavit, & maximis miraculis, & virtutibus clarnit*; quod Baronius in Hibernia retulit. Cæterum ut hæc trica penes ipsos Scotos, & Hibernos sit, & in præsentiarum abeat, dummodo Sapientiores adstruxerint, percurso *primus*, rescribatur: *In Hibernia Natal. S. Patritii Episcopi, & Confessoris, qui ibidem Christum evangelizavit, & maximis miraculis, & virtutibus claruit.*

Disceptatio Chronologica. (c) *Constantinopoli Pauli Martyris sub Constantino Copronymo.*

Occurrit quoque dubitandum, an hoc Martyrium Constantinopoli, & sub Copronymo, ex Actis SS. Martyrum Stephani Junioris, & Andreæ Cretensis sub Iconomachis, qui eandem ob causam, eademque in Urbe, nempe Cypro, passi, & sub eodem Tyranno, Theophane Præfecto, supplicii verò genere longe diverso, *Paulo* scilicet ignis combustione perempto. Eminentissim. Baron. in not. advocat Græcos in Menologio; ubi agunt de hoc Paulo hac die.

Sed *Paulus*, quem Græci in eorum fastis hac die memorant tum in Menologio laudato, tum in Menæis, ille est, qui Martyrium in Cypro consummavit sub Theophane Præfecto, ut referunt Acta Sanctorum Martyrum Stephani, & Andreæ, ab Henschenio, & Papebrochio hac ipsa in Sanctorum Actis exhibita.

Quòd si quis retunderet, hunc Martyrem Paulum non comprehendi cum ea Martyrum Classe ex Stephano Juniori, Andrea Cretensi, & Petro coaddita in Græcorum Menæis, & die 21. Octobris Constantinopoli culta.

Nil officeret; utique enim Paulus, hac die seorsim commemoratus, sejungitur ab eo numero Martyrum, nihilominùs qua ratione, quo loco, & sub quo Judice, juvat ex laudatis mutuari, maximopere, quòd Menologium, & Menæa de hoc, & non alio Paulo agunt. Attamen pro securiori Romani Martyrologii lectione, & si majori sapientia prædití favebunt, subducto loco, & Judice, ut in Menologio Græcorum Cardinalis Sirleti a Canisio vulgato, & quo Baronius usus, promatur: *Eodem die S. Pauli Martyris, qui cum Sanctorum Imaginum cultum defenderet, igne combustus est.*

xiii. G Quintodecimo Kalendas Aprilis. Luna. 18
a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

(a) *Alexandri Episc.* Martyr ann. 253. Baron. eo ann. n.250. An.250. Hensch. & Papebroch. Die 15. Maji Græci in Menolog.

(b) *Narcissi Episc.* Martyr an. 203. Baron. eo ann. nu. 125. Ann. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

(f) *Cyrilli Episc.* Obiit ann. 386. Baron. eo ann. n. 66. Ann. 389. Henschen. & Papebroch. Die 29. Januar. Maurolycus, & Petr. de Natal.

CÆsarèæ in Palæstina natàlis beàti Alexàndri Episcopi, qui de Cappadòcia ex pròpria civitàte, ubi erat Episcopus, sanctòrum locòrum desidèrio Jerosòlymam vèniens, cùm Narcissus ejùsdem urbis Episcopus jam senex Ecclesiam règeret, divìna revelatiòne ejus gubernàcula suscèpit: pòstmodum verò in persecutiòne Dècii, cùm jam longævæ ætàtis veneranda canìtie præfulgèret, ductus Cæsarèam & clausus in càrcere, ob confessiònem Christi martyrium complèvit. (a) Augùstæ sancti Narcìssi Episcopi, qui primus in Rhætia Evangèlium prædicàvit: deinde in Hispaniam profectus, cùm Gerùndæ multos ad Christi fidem convertìsset, ibìdem in persecutiòne Diocletiàni cum Felìce diàcono martyrii palmam accèpit. (b) Nicomedìæ sanctòrum decem mìllium Màrtyrum, qui pro Christi confessiòne glàdio percùssi sunt. (c) Item sanctòrum màrtyrum Tròphimi & Eucàrpii. (d) In Britànnia sancti Eduàrdi Regis, qui dolis novèrcæ necàtus, multis miràculis clàruit. (e) Jerosòlymis sancti Cy-

 rilli

rilli Epìſcopi, qui ab Ariànis multas fidei cauſa perpèſſus injùrias, & ab Ecclèſia ſua ſæpè pulſus, tandem ſanctitàtis glòria clarus in pace quièvit; cujus intemeràtæ fidei Synodus œcumènica, Damaſo ſcribens, præclarum teſtimònium dedit. (*f*) Lucæ in Tùſcia natàlis ſancti Frigidiàni Epìſcopi, virtùte miraculòrum illùſtris: cujus feſtìvitas quartodècimo Kàlendas Decèmbris, quando ejus corpus translàtum fuit, potiſſimùm recòlitur. (*g*) Màntuæ ſancti Anſèlmi Epìſcopi & confeſsòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 253. n. 124. & ſequ. Euſeb. hiſt. lib. 6. c. 7. & 32. Nicephor. lib. 5. c. 9. & 10. S. Hieronym. de Scriptorib. Eccleſiaſtic. Græci in Menolog. ad 15. Maii, Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 303. n. 125. & 138. Vaſæus Annal. Hiſpan. Flos SS. Hiſpan. & Petr. in Catal. lib. 3. c. 28.* (c) *Baron. an. 302. n. 27. Græci in Menolog. hac die, Euſeb. lib. 8. aliique.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menologio, & Acta Henſchen. & Papebroch.* (e) *Baron. an. 978. n. 2. & ſequ. & Sur. t. 2. prior. edit.* (f) *Baron. an. 382. n. 15. An. 386. n. 66. & an. 420. n. 44. Petr. de Natal. lib. 3. c. 44. Maurolyc. aliiq.* (g) *Baron. in not. item Franciot. hiſt. SS. Lucen.* (h) *Baron. an. 1079. n. 9. & ſequ. & an. 1086. n. 7. & ſequ. Tabul. Eccleſ. Mantuan. & Galeſin. de Monum. ejuſdem Eccleſ.*

In ſenſu ſit tibi cogitatus, & omnis narraio tua. Eccleſiaſt. 9.

(a) *Cæſareæ in Palæſtina Alexandri Epiſcopi*. Vvandelbert. ſuo metrico Martyrolog.

Præſul Alexander ter quinam poſſidet

(b) *Narciſſi Epiſc.* Regii Milites Caroli Siciliæ, & Philippi Francorum attentarunt Sepulchrum Narciſſi violare; ex eo muſcarum examen egreſſum in ipſos infeſto agmine irruens ingentem cladem intulit, & in fugam egit: ex his in proverbium abierit: *Muſcæ S. Narciſſi*. Plura Baron. eruditè in not. cumulat.

(d) *Trophimi, & Eucarpii*. Menæa Græcorum, & Menologium: *Item Trophimi, Eucarpionis Martyrium celebratur*. Galeſinius: *Nicomediæ Beatorum Martyrum Aprilis, Cervoli, Trophymi, Eucarpionis, & Sociorum, qui ad decem mille, necem pro Fide pertulerunt*. In notis accit *Bedam, Martyrologia Mss. & Annales rerum Eccleſiaſticarum*. Aſt utinam hi Martyres indicati fuiſſent in Annalibus, & locis, in quibus aſſeruntur, quùm alibi non reperiantur, niſi in Græcorum Menæis, & in Maximo Cytherco.

(f) *Cyrilli Epiſc.* Quo Epiſcopatum agente, viviſſimæ Crucis ſignum luce magna coruſcans die ſacro Pentecoſtes apparuit in Cœlo. Theophan.

(g) *Frigidiani Epiſcopi*. Alibi: *Frigdiani*, ſeu *Frigiani*. Apographum Lucen. ad 18. Novembr. *xiv. Kal. Decembris in Tuſcia Lucæ Civitate depoſitio S. Frigiani Epiſcopi*. An dictus dies fuerit Natalis, vel alicujus Translationis. Florentinius eo die inſpiciendus.

(h) *Mantuæ Anſelmi Epiſcopi, & Confeſſoris*. Mantua, Urbs antiqua Cenomanorum Galliæ Ciſalpinæ Tranſpadanæ, in Venetorum finibus ad Mincium fluvium circumfluentem, & ſtagnantem. Dorgan. Vvio, & Menard. in eorum Martyrologiis Ordin. S. Benedicti: *Mantuæ Sancti Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, & Confeſſoris, maximæ humilitatis, & doctrinæ viri*. Acta quidem penes Henſchen. & Papebroch. exhibent, Epiſcopum Lucenſem fuiſſe, & apud Mantuam exulem obiiſſe.

In Sapientia ſermonum, & in ſenſu ſeniorum verbum. Eccleſiaſt. 9.

xii. A Quartodecimo Kalendas Aprilis. Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

IN Judæa natàlis ſancti Joſeph ſponſi beatiſſimæ Vìrginis MARIÆ (*a*) Surrènti ſanctòrum Quincti, Quinctìllæ, Quartìllæ, & Marci cum àliis novem. (*b*) Nicomedìæ ſancti Panchàrii Romàni, qui

ſub

(a) *S. Joseph.* die 25. Decembris Græci in Menolog. Basilii. Die 26. in Menolog. Sirleti.

sub Diocletiàno truncàtus càpite, martyrii corònam accèpit. (*c*) Eòdem die sanctòrum Apollònii & Leòntii Episcopòrum. (*d*) Gandàvi sanctòrum Landoàldi presbyteri Romàni, & Amàntii diàconi: qui à sancto Martìno Papa ad prædicàndum Evangèlium missi, multis post òbitum sunt illustràti miràculis. (*e*) Apud Pinnènsem civitàtem natàlis beàti Joànnis, magnæ sanctitàtis viri, qui de Syria ad Itàliam vèniens, & constrùcto illic monastèrio, multòrum servòrum Dei per quàtuor & quadragìnta annos Pater existens, clarus virtutibus quièvit in pàce. (*f*)

(c) *Panchari*. Martyr an. 311. Baron. eo an. n. 17. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(a) *Baron. t. 1. Annal. in appar. n. 54. & sequ. & an. 12. n. 18. Græci in eorum fastis, Beda lib. de loc. Sanctis c. 6. Thesaur. Concion. t. 2. Isidor. Iselanus commentar. ad Hadrian. Sextum Roman. Pont. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Usuard. Ado, aliique.* (c) *Baron. an. 311. n. 17. item Græci in Menolog. hac die.* (d) *Baron. in not. Acta Henschen. & Papebroch. & Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. n. 92.* (e) *Baron. an. 650. n. 2. Sur. t. 2. prior. edit. & Molan. Indic. SS. Belg.* (f) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. Vit. SS. Petr. in Catal. lib. 3. c. 207. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 283.*

Nihil sciens circa quæstiones, vel pugnas verborum, veritate privatur. ad Timoth. 6.

(a) *In Judæa S. Joseph.* Judæa Palestinæ Regio notissima in Meridiem spectans, inter Mare Mediterraneum, ac Alphaltidem lacum perstricta. Martyrolog. Patrician. Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. *In Bethlehem Sancti Joseph Nutritoris Domini.* Martyrolog. de Peregrin. sine loci nota: *Natale Beati Joseph Sponsi Beatissimæ, & intactæ Virginis Mariæ.* Die sequenti Apographa Martyrologii Sancti Hieronymi, scilicet Epternacen. Corbejen. & Lucen. & Mss. Reginæ Sueciæ, Vatican. & Barberinian. *XIII. Kal. April. In Antiochia Natalis S. Joseph.* Mss. verò Attrebaten. & Tornacen. *In Africa* præsignant; at perperam. Verùm videtur aut alibi cultus, aut alia ibi commemoratio particularis.

(b) *Surrenti Quincti, Quinctillæ, Quartillæ, & Marci cum aliis novem.* Surrentum Urbs Picentinorum, litoralis, ad sinum Crateris, inter Ostia Sarni fluminis Picentes à Campanis separantis, & Athenæum prom. inter Urbes Campaniæ hodie censa. De Peregrinis ponit: *Quintilli*, pro Quinctillæ. Mss. Treviren. & Roman. Vallicel. *Quinti, Quintillæ, Marci cum aliis novem*, percurrunt *Quartillæ*. Galesin. Roman. Martyrol. addit: *Florentii cum aliis novem*, & in not. ait: *se Florentium addidisse ex libr. manu exaratis*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Et Sancti Quinti.*

(d) *Eodem die Apollonii, & Leontii Episcopor.* Florar. Ms. *Ipso die Apollonii, & Leoncii Episcopi Senonensis.* Maurolyc. *Ipsa die Theodori, Apollonii, & Leontii Episcoporum.* Galesin. *Apollonii S. Leontii Episcopi, viri & sanctitate, & Evangelii Doctrina præclari.* Petr. de Natal. *Leontius Episcopus Apollonii eodem die.*

Cardinal. Baron. in not. *Cujus Ecclesiæ Episcopi fuerint, nullibi habetur expressum.* Et Henschen. ac Papebroch. juxta diversa Martyrolog. variarum Ecclesiarum diversè asserunt adscriptos. Saussayus suo Gallican. Martyrol. alium *Leontium* in Gallia Episcopum Sanctonen. hac ipsa die profert.

Formam habe sanctorum verborum. 2. ad Timoth. 1.

(e) *Gandavi Landoaldi Presbyteri Romani, & Amantii Diaconi.* Mss. Treviren. Sancti Martini, & Ultrajectinen. S. Mariæ: *S. Landoaldi Confessoris.* Greven. Auctar. ad Usuard. *S. Landoaldi Archipresbyteri.* Molan. Addit. ad Usuard. *In portu Ganda depositio S. Landoaldi Confessoris, & Archipresbyteri. Item natale sociorum ejus Amantii Diaconi, Adriani Internuntii, & reliquorum, qui cum eo requiescunt apud Gandavum.* Henschen. & Papebroch. asserunt, hunc *Landoaldum* fuisse Episcopum Trajectinen. Pagi verò t. 3. ad an. 665. refert, nunquam Ecclesiam Trajectensem regisse.

(f) *Apud Pinnensem Beati Joannis.* Alibi: *Pennatensem, Pennarensem, Panacensem.* Ms. Divionen. *Pararense Civitate S. Joannis magnæ sanctitatis viri.* Notker. *Apud Pinnarensem Urbem.* Raban. & Galesin. *In Spoletana Civitate.*

Baron. in not. *Porro magis germana lectio probatur, ut Pennensem dicat; est enim Pennensis Civitas apud Vestinos.* Henschen. & Papebroch. autumant, dici *Panarensem* à Vico *Panara* prope Spoletum. Topographi consulendi.

Disceptatio Topographica.

(b) *Surrenti Quincti, Quinctillæ, Quartillæ, & Marci cum aliis novem.*

Ferrar. Catal. SS. Italiæ de horum Martyrum certamine ne verbum quidem adnotat apud Romanum Presbyterum Surrentinum in suo Sanctorum Catalogo Regni Neapolitani.

Eminentissim. Baron. in notis accit Bedam

dam, Uſuardum, Adonem, alioſque de iiſdem agentes.

Aſt nedum hi Martyrologi, ſed & Notker. Bellin. Maurolyc. plerique alii, verùm omnes nulla loci nota, ſed: *Eodem die Sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci cum aliis novem.*

Nec refragatur, quòd quamvis Romæus Martyrii certamen non tradiderit, tamen inter Sanctos Surrentinos retulit, in quorum honorem Eccleſia Surrenti erecta, & hac ipſa die ibi ſolemnis commemoratio habetur; adſtruentibus quoque Galeſinio, & aliis pluribus exemplaribus, tum cuſis, tum Mss. *Surrenti in Italia SS. Martyrum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, Florentii, & aliis novem;*

Nam Martyrologii S. Hieronym. Apographa, ſcilicet Epternacen. Corbejen. Lucen. & Bluman. inter Martyres in Africa recenſitos proferunt: *Sorenti* (ſive *Soretini*) *Quinti, Quintili,* ſeu *Quintilli,* aut *Quintili, Quartillæ, Marci cum aliis novem, Florentis, & Vonellæ,* vel *Vonoilæ.* Item Ms. Lebbean. *Theoderi, Baſſi, Baſelia, Leontii Confeſſoris, Sorenti, Marci, Florenti.* Ms. Auguſtan. S. Uldarici: *Theodori, Baſſi, Baſſlia, Leontii Confeſſoris, Sorenti, Marci, Florenti.* Pluribus aliis omiſſis. Greven. tandem in Martyrologio Uſuardi: *Ipſo die SS. Apollonii, Baſſi, Sorenti, & Leontii Epiſcopi.* Ex quo facilè aliquis ſciolus Surrenti benevolus pro *Sorenti* nomine, *Surrenti Civitate* inſcripſit, atque ex hoc Codice alii dein eo modo reſcripſere.

Quòd verò in dictorum SS. laudem Templum Surrenti extet, in quo hac die de iiſdem Martyribus feſtum peragitur, non evincit, eos ibi coronam Martyrii promeruiſſe; ſed id, vel ob Reliquias ibi tranſlatas, ſi extent, vel ob Surrentinorum pietatem, & votum erga hos SS. Martyres: ſit manifeſtum in pluribus aliis Sanctis, feſtivitatem, & Templa in compluribus Urbibus habentibus, licèt ibi neque paſſi, neque eorum Reliquiæ ſint.

Cæterùm, nè celebris Surrentina Civitas ob hos Martyres ſibi raptos indignetur, & aliunde ut modò ex hac Romani Martyrol. lectione hæc trica procul ſit, dummodo Doctiores annuerint, efferatur: *Surrenti Commemoratio SS. Martyrum Quinti, Quintillæ, Quartillæ, & Marci cum aliis novem.*

* *Hodie Sol pervenit ad punctum Æquinoctii, & in eo uſque ad 20. Aprilis incluſivè.*

xj. B Tertiodecimo Kalendas Aprilis. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

IN Judæa ſancti Jòachim Patris beatiſſimæ Virginis genitricis Dei MARLÆ. (*a*) In Aſia natàlis ſancti Archippi commilitònis beàti Pauli Apòſtoli, cujus ipſe in Epiſtola ad Philèmonem, & ad Coloſsènſes mèminit. (*b*) In Syria ſanctòrum màrtyrum Pauli, Cyrilli, Eugènii, & aliòrum quatuor. (*c*) Eòdem die ſanctòrum Photìnæ Samaritànæ, Joſeph & Victòris filiòrum, itèmque Sebaſtiàni ducis, Anatòlii, Phòtii, Phòtidis, Paraſceves, & Cyriacæ germanarum, qui omnes Chriſtum confeſſi, martyrium ſunt aſſecùti. (*d*) Amiſi in Paphlagònia ſanctàrum ſeptem mulierum, Alexàndræ, Clàudiæ, Euphràſiæ, Matrònæ, Juliànæ, Euphèmiæ, & Theodòſiæ, quæ in confeſſiòne fidei cæſæ ſunt; eàſque ſecùtæ ſunt Derphùta, & ſoror ipsius. (*e*) Apollòniæ ſancti Nicètæ Epìſcopi, qui pro ſanctàrum Imàginum cultù ejèctus in exilium, reddidit ſpiritum. (*f*) In monaſtèrio Fontanèllæ ſancti Vulfrànni Epìſcopi Senonènſis, qui relìcto Epiſcopàtu, ibìdem clarus miràculis decèſſit è vita. (*g*) In Britànnia depoſitio ſancti Cuthbèrti Epiſcopi Lindisfarnènſis, qui à pueritia ad òbitum uſque ſanctis opèribus & miraculòrum ſignis effulſit. (*h*) Senis in Tùſcia beàti Ambròſii, Ordinis Prædicatòrum, ſanctitàte, prædicatiòne, & miràculis clari. (*i*)

(a) *Joachim.* Die 9. Septemb. Græci in Menolog.

(c) *Sanctarum ſeptem Mulierum.* Die 18. Græc. Synaxar. Claramontan. Societ. Jeſu Pariſ. Henſch. & Papebroch.

(g) *Vulfranni Epiſc.* Obiit an. 720. Baron. in not. & Mabillon. Sæcul. 3. Benedictin. An. 741. Henſchen. & Papebroch. An. 693. Coint. Annal. Eccleſ. Franc.

(h) *Cuthberti Epiſc.* Obiit an. 687. Baron. eo an. n. 9. An. 688. Beda lib. 4. hiſt. Angl. c. 27. 28. & 29.

(i) *Ambroſii.* Obiit anno 1286. Baron. in not. ann. 1287. Henſch. & Papebroch.

(a) Ba-

(a) *Baron. t. 7. prior. edit. in Apparat. n. 42. & seq.* (b) *Baron. an. 60. n. 31. item Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 12. n. 93. Acta Henschen. & Papebroch.* (d) *Baron. an. 31. n. 50. & Graci in Menolog.* (e) *Baron. in not. ac Graci in Menolog.* (f) *Baron. an. 733. n. 2. & an. 735. n. 3. iisdem Graci in Menolog.* (g) *Baron. an. 700. n. 2. & an. 719. n. 6. & sequ. Sur. t. 2. prior. edit. Molan. Indic. SS. Belg. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti, Petr. in Catal. lib. 3. c. 213. aliique.* (h) *Baron. an. 687. n. 9. Sigebert. in Chronic. & Mabillon. Sacul. 2. Benedictin.* (i) *Baron. in not. Chronic. Ordin. Pradicat. Henschen. & Papebroch. Acta*,

Labia sapientum disseminabunt scientiam. Proverb. 13.

(b) *In Asia Archippi*. Galesin. *In Asia Archippi Episcopi*. Canis. Martyrol. Germanic. asserit: *In pace decessisse*: In posteriori verò edition. *Ab aliis tradi sanguine effuso pro Christo eum obiisse*. Sapientia lectoris perpendat.

(c) *In Syria Pauli, Cyrilli, Eugenii, & aliorum quatuor*. Petr. de Natal. pro Cyrilli, *Syrilli*. Ms. Vatican. *In Syria Pauli*. Ms. Barberinian. subnectit: *Cyrilli, Exuperii*. Et Ms. Divionen. his subcollat: *Archippi Commilitonis Pauli Apostoli*. Martyrol. Epternacen. *In Syria Pauli, Cyrilli, Eugenii, Serapionis, Trigrini, Claudi, Exuperi, Victorici, Valentini, Domni*. Martyrol. Corbejen. *Victurini* pro *Valentini*; Lucen. *Valentiani*. Bluman. *Valentiniani*; subducunt tamen *Domni*. Ms. Lebbean. *Pauli, Cyrilli, Eugenii, Serapionis, Claudii, Victurici, Domni, Valentini*. Ms. Cassinen. & Roman. *Pauli, Cyrilli, Claudii, & Valentini*. Ms. Augustan. S. Uldarici: *Pauli, Cyrilli, Eugenia, Serapionis, Claudii, Victorici, Deionis, Valentini*. Ms. Tamlacten. die sequ. *Paulus, Quirillus, Eugenius, Tigernus, Claudius, Exuperius, Victricius, Valentinus, Domnus*. Notker. *In Syria Pauli, Cyrilli, Eugenii, Serapionis, Victorici, & aliorum*.

(d) *Eodem die Photina Samaritana, Joseph & Victoris filiorum*.

Cardinal. Baron. in not. suadet, de horum Martyrio agere Græcos hac ipsa die in Menologio; Verùm Græcorum Menolog. Basilii Imper. conscript. ante an. 294. in calce lectionis fert: *Reliqui demum capite plexi sunt; at Photina in carcere finem vivendi fecit*. Item Synaxar. Græcum Ms. penes Hensch. & Papebroch. *At S. Photina, cùm longo tempore in carcere permansisset, actis Deo gratiis, in pace obdormivit*.

(e) *Amisi in Paphlagonia septem Mulierum, Alexandra, Claudia, Euphrasia, Matrona, Juliana, Euphemia, & Theodosia*. Alibi: *Amysus, & Amisius*. Galesin. *In Urbe Amiaso*. Urbs est Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum in confiniis Ponti Galatici, inter Halis, & Iris amnium Ostia, & Galatiæ adscribitur à Ptholom. lib. 5. c. 6. & Hellesponto, sub Metropoli Amasia, ut in notitia Episcopatuum dictæ Metropolis.

Fiant aures tuæ auscultantes, ut audiant. Esdr. 1.

Cardinal. Baron. in elucubrat. not. hujus diei animadvertit, Græcos hac die in Menologio earumdem nomina recitare, inter quas & *Parasceve* recensetur: At hoc Menologium, si erit illud Sirleti, quo Baronius ipse usus, ut ad 3. Januar. in not. ad Petrum Martyrem testatur, non jam profert *Parasceven*, sed *Sororem S. Photina*, de qua suprà, & die præcedenti de his septem Mulieribus agit, cum quibus refert *Derphutam*, seu *Derphuram* cum sorore, non indicando, an in eodem loco passa sit.

(f) *Apollonia Niceta Episc.* Apollonia alia est Mysiæ, seu Bythiniæ, Urbs olim Episcopalis apud montis Olympi radices, & Rhyndacum amnem super lacu. Alia *Apollina* dicta Urbs Macedoniæ, quondam clara, in ora Maris Jonii, inter Tyracchium, & Aulonem Albaniæ. Primæ Urbis hic *Niceta*. Græcor. Menolog. *Niceta Episcopi Apolloniadis, & Confessoris*.

(g) *In Monasterio Fontanella S. Vulfranni Episcopi*. Apographum Hieronymian. Lucen. *In fontanelia depositio Vuaframmi Episcopi, & Benigni Abbatis*. Chronic. Fontanell. t. 3. c. 3. *Et Benigni Abbatis, & Diaconi*. Apographum Bluman. silet *Benigni Abbatis*. Martyrol. de Peregrin. *Monasterio Fontanella S. Vulfrannis Confessoris*.

(h) *Cuthberti Episc.* Martyrol. de Peregrin. *Gutuberti*.

X.

x. C Duodecimo Kalendas Aprilis. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

A B C D E *F* F G H M N P

11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

(a) *Benedicti Abb.* Obiit an. 542. Baron. eo an. n. 9. Ann. 543. Henſchen. & Papebroch. An. 544. Pagi t. 2. eod. an. n. 12. & 13. Die 14. Græci in Menolog. Die 26. Martii Pagi loc. cit.

IN monte Caſsìno natàlis ſancti Benedicti abbàtis, qui Monachòrum diſciplìnam in Occidènte penè collàpſam reſtituit, ac mirificè propagàvit: cujus vitam virtùtibus & miràculis gloriòſam beàtus Gregòrius Papa conſcripſit. (*a*) Alexandrìæ commemoràtio ſanctòrum Màrtyrum, qui ſub Conſtàntio Imperatòre, & Præfécto Philàgrio, irruèntibus Ariànis & Gentìlibus in Ecclèſia, in die Paraſcèves cæſi ſunt. (*b*) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Philèmonis, & Domnìni. (*c*) Catanæ ſancti Birìlli, qui à beàto Petro ordinàtus Epìſcopus, cùm multos Gentìlium convertìſſet ad fidem, in ùltima ſenectùte quièvit in pace. (*d*) Alexandrìæ beàti Serapiònis anachorètæ & Epìſcopi Thmùeos, magnarum virtùtum viri, qui Arianòrum furòre in exilium actus, migràvit ad Dòminum. (*e*) In territòrio Lugdunènſi ſancti Lupicìni abbatis, cujus vita ſanctitàtis, & miraculòrum glòria fuit illùſtris. (*f*)

(c) *Philemonis, & Domnini:* Diç 26. Martii Menolog. Baſil. Junior. Imperat.

(a) *Baron. an. 494. n. 70. An. 529. n. 10. & an. 542. n. 9. Beda, cæteriq. Latini.* (b) *Baron. an. 342. n. 1. Socrat. lib. 2. c. 8. & Sozomen. lib. 3. c. 5.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Henſchen. & Papebroch. Acta.* (d) *Baron. an. 46. n. 2. item Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 328. n. 23. & an. 347. n. 11. Uſuard. Ado, aliique.* (f) *Baron. an. 579. n. 30. & 31. S. Gregor. Turonen. Vit. SS. Patr. c. 21. Uſuard. Ado, & alii.*

Nè temerè quid loquaris, nec cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem. Eccleſiaſt. 5.

(a) *In Monte Caſſino Benedicti Abbatis.* M. Caſſinus, Mons & Urbs olim Samnii apud Campaniæ fines, ad fluvium ejuſdem nominis juxta radices labentis; Soræ, Aquino, & Venafro finitimus: in quo Monaſterium à S. Benedicto coſtructum, & ex quo plurimi ſcientia, & ſanctitate conſpicui prodiere. Beda genuinus: XII. *Kal. S. Benedicti Abbatis.* Martyrolog. Hieronymian. Lucenſe addit: *Depoſitio.* Martyrolog. Reginæ Succiæ Ms. præſignat: *In Benevento Monte Caſino.* Martyrolog. Bluman. *Capua Caſtro Caſſino tranſitus S. Benedicti Abbatis.* Galeſin. Caniſ. Greven. & Vuitford. hac ipſa die alium Benedictum Monachum referunt, à Gothis ardenti clibano incluſum.

(c) *Eodem die Philemonis, & Domnini.* Chronic. Pſeudo-Dextri ad an. 300. n. 8. *Carthagine Spartiaria Philemon, & Domninus Martyres*; & Salazar. animadvertit: *Acta ad aliud extendi nequiverint, eo quia nec dum in antiquitatis diverſorio adeſt locus.* Menæa tum cuſa, tum Mss. Chiſſetiana: *Plexum Philemon capite Domnum facis Amicum amare capitis abſcìſſi necem.*

(f) *Lupicini Abbatis.* Ms. Caſſinen. antiquum, & Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *S. Lupicini Confeſſoris.*

(e) *Alexandriæ Serapionis Anachoretæ, & Epiſcopi Thmueos.*

Hac ipſa die quamplura Martyrologia hæc referunt: Epternacen. *In Alexandria Serapionis Monaci, Joſippi, Valuſi, Filocali, Gochini, Bionis, Nomini, Loci, Ammoni, Filocarpi, Amatoris.* Corbejen. *In Alexandria Serapionis Monachi, Joſephi, Volotiani, Philocali, Cotiani, Nonis, Nonni, Lucii, Ammonii, Philocarpi, Amatoris.* Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Serapionis Monachi, Joſeppi, Volutiani, Philocali, Choriti, Nihonis, Nonuni, Luci, Ammoni, Philocarpi, Amatoris.* Martyrol. Bluman. pro Choriti, Nihonis, Nonuni: *Chorini, Bonis, Nomini.* Ms. Monaſter. Richenaugien. prope Coſtantiam Germaniæ Urbem: *In Alexandria Serapionis, Joſippi, Veluſi, & Polycarpi, Luci, Antoni, Amatoris.* Ms. Monaſter. S. Uldarici:

Cum Sapientia proferas reſponſum tuum. Eccleſiaſt. 5.

Diſceptatio Hiſtorico-Topographica.

Alexan-

Alexandria Serapionis, Josippi, Volusi. Ms. Aquisgranen. *Serapionis, Joseppi, Ammonis*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Læcien. *In Alexandria Natalis SS. Serapionis Monachi, & Amatoris*. Ms. Barberinian. interponit: *Polycarpi*. Notker. *Apud Alexandriam S. Serapionis Monachi: Item Josephi, Volusiani, Pholeculi*. Ex his omnibus lectionibus in tot variis Martyrologiis hac ipsa die, hic Serapio, nec Alexandrinus anachoreta, nec Episcopus inspicitur.

Et quamvis Serapio, de quo Romanum Martyrologium, videatur alius, cùm Serapio in Apographis productis enuncietur Martyr:

Nihilominùs Serapio, quem in præsentiarum Roman. Martyrol. colit, est ille, quem ex Petro de Natal. lib. 3. c. 210. decem millium Monachorum Patrem Maurolyc. nuncupat, & Alexandriæ hac die in pace quievit.

Eminentissim. Baron. in not. *De eo Beda, Usuard. Ado, & alii; licèt enim tantùm dicant anachoretam, verùm insignem illum Serapionem ab Athanasio fuisse ordinatum Episcopum, constat ex Epistola ejusdem Athanasii ad Dragontium. Extat de eo Alexandri Episcopi Thessalonicæ ad Athanasium Epistola, quam intexuit idem Athanasius in Apolog. 2. Ad hunc Serapionem extat Epistola insignis ejusdem S. Athanasii adversùs eos, qui mussitare incipiebant, Spiritum Sanctum esse creaturam.*

Ast Henschen. & Papebroch. animadvertunt non liquere, eumdem illum esse Serapionem, quem Antesignanum aliorum Martyrologia promunt, ut ex iisdem Athanasii verbis elicitur. Prima namque, & secunda Epistol. ejusdem Athanasii ad *Serapionem* inscriptæ leguntur. Tertia: *Ad Serapionem fratrem, & collegam*. Rursus adhuc ipse Baronius ad an. 347. nu. 11. inter Episcopos Ægypti, qui Sardicensi Concilio interfuere, nomen *Serapionis* memorat.

Baronius tamen iisdem not. pergit suadere, de Thmuis, cujus Civitatis Serapionem facit Episcopum: *Thmueos Civitas in ea provincia Ægypti dicta Scethi, & quòd dicta Civitas in Scethi fuerit, constat ex Epistola S. Germani Episcopi Capuani, & aliorum Legatorum ad Hormisdam Papam.*

Verùm Holstenius vir eruditus in suis ad hoc Roman. Martyrol. animadversis: *Hoc falsum ex omnibus Geographis, & notitiis antiquis apparet: longissimè enim Tmhuis à Scethi distat*, & addit ultrà: *Extat hac relatio* (scilicet Epistola adducta) *edita inter Epistolas Pontificum post Epistol. 62. Hormisdæ Papæ: Illa autem non de Monachis Ægyptiis habet, sed de Scythis Europeis, qui Paternum Tomitanæ Civitatis Episcopum accusabant, ut ibi rectè editum legitur; erat enim Tomi Scythiæ Metropolis, Ovidii exilio olim nobilitata.* Cæterùm ipsi summi Viri totum hoc inter se conferant: & in præsentiarum, dummodo peritiores adstipulentur, indicetur: *Eodem die Serapionis Anachoretæ, & Episcopi, magnarum virtutum viri, qui Arianorum furore in exilium actus, migravit ad Dominum.*

ix. D Undecimo Kalendas Aprilis. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

NArbòne in Gàllia natàlis sancti Pauli Epìscopi, Apostolòrum discìpuli, quem tradunt fuisse Sèrgium Paulum Procònsulem, qui à beàto Apòstolo Paulo baptizàtus, & cùm in Hispàniam pèrgeret, apud Narbònam relictus, ibìdem Episcopàli dignitàte donàtus est: ubi prædicatiònis officio non sègniter explèto, clarus miràculis migràvit in cœlum. (*a*) Tarracìnæ sancti Epaphròditi Apostolòrum discìpuli, qui à beàto Petro Apòstolo Epìscopus illìus civitàtis ordinàtus fuit. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Saturnìni, & aliòrum novem. (*c*) Eòdem die natalis sanctàrum màrtyrum Callinicæ & Basilissæ. (*d*) Ancyræ sancti Basìlii presbyteri & martyris, qui sub Juliàno Apòstata gravìssimis cruciàtibus affèctus, ànimam Deo reddidit. (*e*) Carthàgine sancti Octaviàni Archidiàconi, & multòrum millium mar-

(a) *Pauli Episc.* Die 22. Januar. Ado. Die 30. Novembr. Usuard.

(b) *Epaphroditi*. Die 17. Maji Menæa Mss. Mediolanen. Bibliothec. Ambrosian. Die 8. & 9. Alii Græci.

(c) *Saturnini & Soc.* Martyr. an. 303. Baron. eo an. n. 36. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

(d) *Basilissa*. Die præced. Menolog. Sirleti, & Menæa Mss. Ambrosiana, Chiffletiana, & alia. Die 26. Menolog. Basil. Junior. Imper.

(e) *Basilii Presbyter*. Martyr an. 362. Baron. eo an. nu. 78. Ann. 363. Hensch. & Papebroch.

(g) *Deogratias*. Die 5. Januar. Calendar. Eccles. Carthaginen. Mabillon. t. 3. veter. Analect.

màrtyrum, qui ob fidem Cathòlicam à Vvàndalis cæsi sunt. (*f*) Ibìdem sancti Deogràtias Epìscopi Carthaginènsis, qui plùrimos à Vvàndalis captivos ab Urbe ductos redèmit, aliìsque sanctis opèribus cèlebris quièvit in Domino. (*g*) Auxìmi in Picèno sancti Benvenùti Epìscopi. (*h*) In Svècia sanctæ Catharinæ vìrginis, filiæ sanctæ Birgìttæ. (*i*) Romæ sanctæ Leæ vìduæ, cujus vìrtùtes, & ad Deum transitum sanctus Hierònymus scribit. (*k*)

(a) *Baron. an. 109. n. 49. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 1. c. 30. Petr. Clun. lib. 1. Epist. 2. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 46. n. 2. An. 59. n. 8. & an. 60. n. 2. item Metaphrast. in serm. de natal. Apostol. die 29. Jun.* (c) *Baron. in not. Epist. 21. apud S. Cyprian. edit. Pamel. & Florus Addit. ad Bedam, & Petr. de Natal. lib. 12. n. 95.* (d) *Baron. in not. relat. Græci in Menol. hac die, & Acta Henschen. & Papebroch.* (e) *Baron. an. 362. n. 78. Græci in Menolog. & Sozomen. lib. 5. c. 10. & lib. 6. c. 4. hist.* (f) *Baron. in not. & S. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib. 2. c. 3. in fine.* (g) *Baron. an. 455. n. 14. & Victor Uticen. lib. 1. de persec. Vvandal.* (h) *Baron. in not. Henschen & Papebroch. Acta.* (i) *Baron. in not. & Sur. t. 2. prior. edit.* (k) *Baron. an. 382. n. 46. item S. Hieronym. Epist. 15. & 24. ad Marcellum.*

A sapientibus disces sapientiam. Ecclesiast. 8.

(a) *Narbona in Gallia Pauli Episcopi.* Narbo, seu *Narbonen* Gallis, *Narbona*, & *Narbonne*; Urbs Galliæ Metropolis antiquissima, & Romana Colonia, ad Atacis amnis ostia, inter Biteras, & Carcasonem. Ms. Cassinen. nulla loci nota: *XI. Kal. Aprilis Secundi, Paulini.* Martyrol. Epternacen. præsignat: *In Harbona Civitate.* Martyrolog. Corbejen. & Mss. Romana, Vatican. & Barberinian. *In Narbona Civitate natale S. Pauli Confessoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Arbona Civitate natalis S. Pauli Episcopi.* Martyrol. Bluman. *Arbona Civitate natal. S. Pauli Confessoris.* Ms. S. Cyriaci: *In Arbonia*; at sive *Arbona*, sive *Arbonia*, vitium, pro *Narbona*. Ado: *In Galliis Civitate Narbona natale S. Pauli Episcopi, & Confessoris discipuli Apostolorum.* Ms. antiqu. Monasterii S. Richarii: *In Aquitania Civitate Secundi, Pauli.*

(b) *Tarracina Epaphroditi.* Alibi: *Teracina, Terecina.* Urbs in antiquo Latii littorali, modò Campania Romana dicta; apud Ufentis fluminis ostium, & Pontinam paludem.

Cardinal. Baron. in not. *Præfectum fuisse Ecclesiæ Tarracinensi, est author Metaphrast. in Serm. in natal. Apostolor. die 29. Jun.* Verùm in hoc sermone à Cardinal. Sirleto latinè reddito t. 6. vit. priscor. SS. Patrum an. 1180. edit. nil de hac Præfectura legitur, sed tantùm: *Venit Tarracinam*, (scilicet Paulus) *in qua, cùm Epaphroditum ordinasset Episcopum, venit Sirmium in Civitate Hispaniæ.* Rursùs Henschen. & Papebroch. summi viri tres recensent Epaphroditos; unum hac die, alium, de quo Paulus ad Philip. c. 2. & 4. & tertium, *Adriæ*, sive *Adrianæ* Episcopum, de quo Dorotheus in Synopsi: Id quippe adstruit ipsemet Baron. ad an. 60. nu 2. ubi ambigit, num tres Epaphroditi fuerint; verùm hoc ipsi summi Viri inter se disceptent.

Si inclinaveris aurem, excipies doctrinam. Ecclesiast. 12.

(c) *In Africa Saturnini, & aliorum novem.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Saturnini, & aliorum VIII.* Ms. Tamlacten. silet: *In Africa.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Mauritania Secundi, Felicis, Saturnini cum aliis XIX.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *In Africa SS. Saturnini, Detronii, & aliorum novem.* Canis. Martyrolog. Germanic. & Greven. Addit. ad Usuard. *In Africa Saturnini, Dieroni, & aliorum octo.* Maurolyc. *In Africa Saturnini, Fidelis cum aliis novem.* Petrus de Natal. *Saturninus Episcopus, & alii VIIII. Martyres in Africa.* Ms. Vatican. *In Africa Saturnini.*

Baron. in not. *Multi hujus nominis* (scilicet Saturnini) *passi habentur in Africa, inter quos hic, de quo S. Celerin. Martyr Epist. ad Lucian. quæ est 21. apud S. Cyprian. edit. Pamel.* At si plures Saturnini in Africa tempore Celerini, & Cypriani, divinare erit, quisnam ille fuerit, & an hic Saturninus; potuit namque esse in alia persequutione occisus, non in vivis Celerino, & Cypriano Martyribus.

(d) *Callinica, & Basilissa.* Maxim. Cyther. *Eodem die SS. Martyres Callinica, & Basilissa gladio interimuntur.* Galesin. ponit: *In Græcia sub Trajano.*

(e) *Ancyræ Basilii Presbyteri, sub Juliano Apostata.* Molan. hac ipsa die: *Sancti Hieromartyris Basilei Presbyteri Ancyranæ Ecclesiæ*; & citat Græcos: At hi in Menologio agunt de *Basilio Cæsariensi*, Martyre sub eodem *Juliano*, de quo Ferrar.

Catal.

Catal. General. Sanctor. die 2. Januar.

Baron. in not. *Ancyra eodem tempore alius Basilius vixit , Episcopus Arianus* ; sed apud Henschen. & Papebroch. hic superstes post Julianum Apostatam , cum aliis Arianis Juliano ipsi Libellum obtulit , in quo pro se Nicænæ Synodo professionem fidei testatus est.

(a) *Narbonæ in Gallia S. Pauli Episcopi , & cum in Hispaniam pergeret .*

Disceptatio Historico-Chronologica.

Hic discessus S. Pauli in Hispaniam inter Historiographos adrumat, ut ex Gelasio Papa , cujus sententia recitata habetur 22. q. 2. c. *B. Paulus* in Synodo Romæ habita , ubi : *Paulus , Deo aliter disponente , quod tunc se facturum pollicitus est , minùs implere potuerit .*

Eminentissim. Baron. in not. *Sunt ea verba Gelasii prolata in Synodo Romana ; in qua actum est de absolutione Miseni Episcopi antea damnati ; non autem ut neget omnino , numquam Paulum in Hispaniam advenisse . De profectu ejus in Hispanias , ut de re certa , scribit Athanasius in Epistola ad Oragontium :* Et multos alios SS. Patres congerit.

Ast licèt ex Gelasii verbis discessus Pauli in Hispanias non negetur apertè , tamen ita implicitè elicitur, ut alii rationabiliter opponere possent , vel rationem nutandi præberent : Sancti verò Patres à Baronio adducti, sive alii ab aliis adducendi , loquuntur de discessu Pauli Apostoli in Hispanias , secus de Paulo , dicto *Sergio Paulo Proconsule* , facto Episcopo Biteriensi , & posteà Narbonensi, ubi è vita migravit , ut Acta antiqua ex Codicib. Mss. penes Bosquet. hist. Eccles. Gallican. lib. 1. & Hensch. & Papebroch. in Act. SS. hac ipsa die.

Videtur tamen favere Baron. Gregor. VII. Papa Epistol. 64. de an. 1074. ad Reges Alphonsum VI. Castellæ , & Sanctium VI. Aragoniæ , ac ad Episcopos in eorum ditionibus : *Constitutos septem Episcopos ab Urbe Roma ad instruendos Hispaniæ Populos à Petro , & Paulo Apostolis directos fuisse.* Pro quo idem Pontifex Gregorius affert Hispanica Concilia , & Romanorum Pontificum decreta ; unde Paulus Sergius unus ex septem Sociis Episcopis apparet.

Sed Bosquetus adnotat, viros in Hispanias missos nominatim in lautatis locis non recenseri : Quinimmò quamvis Usuardus , aliique nominent *Torquatum , Ctesiphon , Secundum , Cæcilium , Indaletium , & Eufrasium* , inter hos , neque in eorum Actis , neque apud ipsum Pontificem Gregorium VII. habetur mentio de *Paulo*.

Verùm Tamayus ex Chronic. Dextri , Petr. de Natal. lib. 1. c. 60. & Saussayus satis agunt de hujus Pauli itinere.

Nihilominùs , eo quia apud Lojosa in collectione Hispan. Concilior. pag. 130. & sequ. inter sex Metropoles Hispaniæ Urbes *Narbona* reperitur , primo , secundo , & tertio loco collocata , subindè etiam ultimo , tunc Gothis Regibus Hispaniarum subjecta : hinc nil mirum , si Breviaria antiqua Ecclesiarum Hispanarum , ac varia posteriora Martyrologia , hunc S. Paulum in Hispania recensuerint : maximopere quòd id quoque elicitur ex vita à Guilielmo Hulardo edita , ex qua quamplures Scriptores hoc nacti ; quæ quantam fidem mereatur , videndum penes laudatum Bosquetum , ac Henschen. & Papebroch. ubi menda plurima , & figmenta , quæ licèt vera apud aliquos Scriptores , ab aliis dein ut falsa rejecta fuere.

Baronius tandem in notis pro sua assertione admonet : *De hoc Paulo agit Beda , Usuardus , Ado , ac cæteri , licèt diversis diebus ; nam Usuardus pridie Idus Decembris ; Ado verò ad 11. Kal. Februar.*

Sed in Bedæ genuino Martyrologio nulla mentio de hoc Paulo ; & in supplemento Divionensi hæc inspiciuntur : *Narbonæ S. Pauli Apostoli Discipuli Apostolorum*, & hoc idem in Martyrologio Rosuueydi ; imò in Adone tò *Pauli Apostoli* non legitur : Unde Bosquetus annuit , hunc Sergium Paulum fuisse Pauli Apostoli discipulum.

Nec officit , quòd alia quædam Martyrologia hujus Pauli missionem in Hispanias à Paulo Apostolo inscribant.

Nam alia missionem hujus Pauli in Gallias habent , ut Bellinus editus Coloniæ , & Lubecæ an. 149. & plurima Mss. nomine Usuardi : *In Galliis Civitate Narbona natale S. Pauli Episcopi , discipuli Apostolorum , qui à Beato Apostolo Baptizatus , & Gallias directus , apud Narbonam Episcopali dignitate donatus est :* Eadem ferè Mattrolyc. & paucis mutatis Galesin. Notker. tamen , & Usuard. suis genuinis Martyrologiis ad 12. Decembr. Baronianæ lectioni consentiunt : cæterùm utraque lectio suas habet rationes , suosque Patronos , unde suas ambages patitur ; modò ut his amotis , Romanum Martyrologium constet , & majori sapientia præditi acquiescerent , concinnetur : *Narbona in Gallia natale S. Pauli Episcopi , quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconsulem , apud Narbonam relictum , & ibidem Episcopali dignitate donatum ; ubi prædicationis officio non segniter expleto , clarus miraculis migravit in Cœlum .*

viii. E Decimo Kalendas Aprilis. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

(b) *Fidelis.* Die præcedenti Ms. Caſſinen. penes Maurolyc. & Felic.
(c) *Felicis.* Die præcedenti Ms. Tamlaᴄten.

IN Africa ſanctòrum màrtyrum Victoriàni Procònſulis Carthàginis, & duòrum germanòrum Aquisregiènſium, item Frumèntii, & altèrius Frumèntii mercatòrum, qui in perſecutiòne Vvandàlica (ut ſcribit Victor Africànus Epìſcopus) ſub Hunnerico Rege Ariàno pro conſtàntia Cathòlicæ confeſſiònis immaniſſimis ſupplìciis cruciati, egrègiè coronàti ſunt. (*a*) Item in Africa ſancti Fidèlis màrtyris. (*b*) Ibìdem ſancti Felìcis, & aliòrum vigìnti. (*c*) Cæſarèæ in Palæſtina ſanctòrum màrtyrum Nicònis, & aliòrum nonagintanòvem. (*d*) Item corònæ ſanctòrum màrtyrum Domìtii, Pelàgiæ, Aquilę, Eparchii, & Theodòſiæ. (*e*) Antiochiæ ſancti Theodùli presbyteri. (*f*) Cæſarèæ ſancti Juliàni confeſsòris. (*g*) In Campània ſancti Benedìcti mònachì, qui à Gothis in ardènti clìbano inclùſus, ſequènti die invèntus eſt illæſus. (*h*) Limæ in Regno Peruàno beàti Turìbii Archiepìſcopi, cujus virtùte, fides, & diſciplìna Eccleſiàſtica per Amèricam diffùſæ ſunt: ejus feſtìvitas recòlitur quinto Kalendas Maii.

(d) *Niconis, & Soc.* Die ſequen. Græci in Menolog.
(h) *Benedicti Monachi.* Die 21. Martii Galeſin. Caniſ. Greven. & Vviſford. Die 31. Martyrol. pervetuſt. Mss. Atrebaten. Eccleſ. Cathedral. Tornacen. Monaſter. S. Martini, & Roman. Barberinian.

(a) *Baron. an.* 484. *n.* 84. *&* 100. *Victor de perſequution. Vuandal. lib.* 3. *Uſuard. Ado, & cæteri.* (b) *Baron. in not. item Henſchen. & Papebroch. Acta.* (c) *Baron. in not. Vuandelbert. Acta Bolland. & Henſchen. aliique Recentiores.* (d) *Baron. in not. Græci in Menolog. die ſequ. & Acta citat.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, & Acta prænotat.* (f) *Baron. in not. item Vuandelbert. Uſuard. & Ado.* (g) *Iidem ibidem.* (h) *Baron. an.* 543. *n.* 4. *S. Gregor. Pap. lib.* 3. *Dialogor. c.* 18. *& Sigebert. in Chronic. an.* 538.

Stude, ut poſſis exprobranti reſpondere verbum. Prov. 27.

Card. Baron. autumat ex Decr. Patrum in Synodo Cæſarienſi, Chriſtum hac die paſſum: Florentinius verò, Henſch. & Papebroch. per tria priora ſæcula apud Chriſtianos die 25. Martii memoriam paſſionis Chriſti celebratam oſtendunt ex plurimis Martyrol.

(a) *In Africa Victoriani, & duorum germanorum Aquiſregienſium: Item Frumentii, & alterius Frumentii mercatorum, ſub Hunnerico Rege.* Martyrol. de Peregrin. *Honorico.* Ms. Centulen. nomine Bedæ: *In Africa Martyrum Victorini, Frumentii, & alterius Frumentii, & duorum germanorum.* Ms. Divionen. *In Africa Martyrum Victoriani, Frumentii, & duorum germanorum.* Mss. Treviren. S. Martini, Colonien. S. Mariæ ad Gradus, Leodien. S. Lamberti, Caſſinen. S. Benedicti, & Roman. Barberinian. *In Africa SS. Martyrum Victoriani, Frumentii, & alterius Frumentii, & duorum germanorum.*

(b) *Item in Africa Fidelis Martyris.* Martyrol. Epternacen. *In Cæſarea Agatini, Alexandri, Fidelis, Thimoduli, Dionyſii, & aliorum octo.* Martyrol. Corbejen. *In Civitate Cæſaria Agatis, Alexandri, item Fidelis, Tiomyli, Dionyſi: Item Dionyſi, Ruſtici.* Martyrolog. Hieronymian. Luccen. *In Civitate Cæſarea Agatonis, Alexandri, Fidelis, Thiomoli, Dionyſi: Item Dionyſi.* Martyrol. Bluman. pro Agatonis, *Agatii*, & habet ultrà: *Item Fidelis, Alexandri.* Verùm hic Fidelis eſt alius ab Afro. Ms. Caſſinen. die præced. apud Maurolyc. & Felicium: *In Africa Fidelis, Saturnini, & aliorum ibidem paſſorum.*

(c) *Ibidem S. Felicis, & aliorum viginti.* Ms. Sancti Laurent. prope Leodium, nomine Adonis: *Eodem die Felicis, Juliani, Cæſarei, & aliorum Martyrum.* Greven. Addit. ad Uſuard. *In Africa Fidelis Martyris, item Primioli, Felicis.* Martyrol. Tamlacten. die præcedenti: *Felicis & aliorum xiv.*

(f) *Antiochiæ Theoduli Presbyteri.* Antiochiæ cognomento Magna, *Tachia* Turcicè,

Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. Proverb. 24.

cicè, Urbs Syriæ quondam amplissima, & clarissima, ad Orontem fluvium, inter Aleppum, aliàs Hierapolim, & Tripolim. Martyrol. de Peregrin. & Bellin. *Theodoli.* Apographa Martyrolog. S. Hieronymi, & Mss. Vatican. & Barberinian. *In Antiochia Theodori Presbyteri*. Mss. Augustana S. Udalrici, & S. Maximini: *In Antiochia S. Theodorici*. Usuard. Notker. Maurolyc. Felic. & Galesin. *In Antiochia S. Theodori Martyris*. Canis. *Eum in honestate morum, sapientia, & eloquentia excelluisse* fatetur.

Cardinal. Baron. in not. *Licèt pro Theodulo, Theodorum nonnulli legant, sed huic lectioni adstipulantur vetustiora exemplaria*: At Codices prælaudati non conveniunt.

(g) *Cæsarea Juliani Confessoris*. Martyrol. vet. Lucen. & Ms. Barberinian. *In Provincia Carmilla Pauli, Cæsarea, Juliani*. Martyrolog. Corbejen. addit *Julii*. Ms. Vatican. *In Antiochia Theodori Presbyteri, Juliani*. Ms. Lætien. non indicato loco: *Et SS. Pauli, & Juliani*. Florar. Ms. item fine loco: *Julianus, Cæsareus, & alii plurimi Martyres*. Galesinius quoque fine loci nota: *Felicis, Thedori, Juliani, Pauli, & Dionysii*. In notis citat Usuard. verùm hic Theodorum *Antiochia*, Julianum, *Cæsarea* signat, & aliorum non meminit.

Disceptatio Topographica. (d) *Cæsarea in Palæstina Sanctorum Martyrum Niconis, & aliorum novem*. Cæsarea Palæstinæ inter Palæstinæ Urbes celeberrima, maritima, portus, & Emporium inter Ptolemaidem, & Jopen sita, priùs Turris Stratonis dicta, posteà in honorem Augusti Cæsaris, Cæsarea. Acta Martyrii exarata à Cheromone, passionis Niconis & Sociorum teste, penes summos viros Henschen. & Papebroch. in Act. SS. ferunt, Niconem, & Socios juxta Tauromenium in Sicilia passos, & in numero 199. Adstipulanturque Mss. Vatican. & Ambrosian. Ambrosiana panditant: *Martyrium S. Niconis, & Sociorum cxcix. quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, passorum sub Decio Cæsare, Præsidente Seculorum Provinciæ Quintiano, descriptum à Cheromone, Sanctorum condiscipulo, & monasticam vitam amplexo, Civitatis Syracusanæ.*

Eminentissim. Baron. in hujus diei elucubrat. not. pro Roman. Martyrol. assertione Græcorum Menologium advocat:

Ast hoc Menologium, quo ipse usus, ut ad 3. Januar. fatetur, quùm de Martyre Gregorio Lectore, est illud Cardinal. Sirleti à Canisio cusum, quod, vel Authoris, vel Amanuensium inadvertentia, centenarium numerum prætermisit, & reliquum ejusdem Menologii imputandum, ut præcipitantiùs exaratum, quemadmodum sæpè videtur lineis quibusdam intermediis lacunatum, ac dierum numero præposterè collocato, unde hæc verba: *Sanctorum Niconis, & Sociorum nonaginta novem*, ab hac die 23. Martii avulsa, cum sequentis diei 24. acephalo textu, hoc pacto conjunguntur: *Qui in Urbe Cæsarea Palæstina ob Christianæ fidei confessionem Martyrii palmam sunt adepti*: Quæ verba haud dubium, quin pertineant ad octo Martyres cæsos, quos die sequenti Græcorum Menæa, & Romanum Martyrol. memorant, ut eruditè Henschen. & Papebroch. hac ipsa die perpendunt.

Quòd si quis subderet, Niconem & Socios Monachos cxcix. Martyres juxta Tauromenium in Sicilia, esse alios à Nicone, & nonaginta novem Martyribus Cæsareæ in Palæstina; & quidem Nicon Siculus in Actis laudatis Episcopus dicitur

Hoc erit divinare, quando Græcorum fasta, ex quibus & non aliunde hoc Martyrium, tantùm de uno Nicone agunt; nec Baronius alios sibi advocat, nisi Græcorum Menologium, in quo sicut Amanuensis oscitatione numerus centenarius omissus, ita & tò *Episcopus* fuit appositus, maximopere quia in Menæis, ut plurimum, licèt impropriè ly *Episcopus* pro titulo *Abbatis*, ponitur. Verùm ut in præsentiarum hæc hæsitatio abdicetur, & sapientiorum judicium adstipulabitur, tutiùs erit, si loco, & eo Martyrum numero percursis, promatur: *Eodem die S. Niconis, & aliorum plurimorum Martyrum*.

vii.	F			Nono Kalendas Aprilis.			Luna.											24
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24					

Romæ sanctòrum màrtyrum Marci, & Timòthei, qui sub Antonino Imperatòre martyrio coronàti sunt. (a) Ibidem sancti

Epigmènii

(a) *Marci, & Timothei*. Die 22. Augusti Florentinius. (d) *Timolai, & Soc.* Martyr. ann. 303. Baron. eo ann. n.86. Ann.304. Pagi t.1. ad an. 303.num.6. Die 25. Martii Greci in Magn. Menæis in Antholog. & Menolog. item Molan. Galesin. & Ferrar.

Epigmènii presbyteri, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Tùrpio jùdice glàdio cæsus, martyrium consummàvit. (*b*) Item Romæ pàssio beàti Pigmènii presbyteri, qui sub Juliàno Apòstata pro fide Cristi præcipitàtus in Tìberim, necàtus est. (*c*) Cæsarèæ in Palestina natalis sanctòrum màrtyrum Timolài, Dionysii, Pausìdis, Ròmuli, altèrius Alexàndri, Agàpii, & altèrius Dionysii, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Urbàno præside secùri percùssi, vitæ coròna meruèrunt. (*d*) In Mauritània natàlis sanctòrum Ròmuli, & Secùndi fratrum, qui pro Christi fide passi sunt. (*e*) Tridènti pàssio sancti Simeònis puèri, à Judæis sævìssimè trucidàti, qui multis pòsteà miràculis coruscàvit (*f*) Synnadæ in Phrygia sancti Agapiti Epìscopi. (*g*) Brìxiæ sancti Latìni Epìscopi. (*h*) In Syria Sancti Selèuci confessòris. (*i*)

(e) *Romuli, & Soc.* Die preced. Galesin. (f) *Simeonis pueri*. Die 21. Martii Martyrol. Basilien. Maurolyc. & Felic. Die 30. Molan. & Canis. (g) *Agapitã Episc.* Die 22. Martii Chinius.

(a) *Baron. an. 166. n. 1. & 2. item Ferrar. in Catal. SS. Italia.* (b) *Baron. an. 303. n. 114. & an. 362. n. 272. Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *Baron. an. 362. n. 253. Usuard. Ado, & Acta cit.* (d) *Baron. an. 303. n. 86. ac Euseb. hist. lib. 8. c. 15.* (e) *Baron. in not. Usuard.* & *Vvandelbert.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. & Molan. Addit. ad Usuard. aliique.* (g) *Baron. an. 311. n. 19. Petr. de Natal. lib. 11. c. 120. n. 98. Chinius, Bellin. Maurolyc. Felic. & alii.* (h) *Baron. in not. Acta Belland. & Henschen. & Tabul. Eccles. Brixianen.* (i) *Baron. in not. Usuard. & alii.*

Vir in multis expertus cogitabit multa. Ecclesiast. 34.

(a) *Roma Marci & Timothei.*

Cardinal. Baron. in not. *Restituti sunt ii ex veteri manuscript. Monasterii S. Cyriaci.* Adstipulaturque in annotationibus Catal. SS. Ital. Ferrar. *Neque ulla horum SS. Martyrum extaret in Romano Martyrologio memoria, nisi Cardinalis Baronii opera viri diligentissimi ex Ms. S. Cyriaci restituti fuissent.* Sed in hoc laudato Martyrologio hæc solùm hac die: *In Syria Eleuci, in Africa S. Romuli.* Rursus extat de his Martyribus Epistol. S. Pii Papæ ad Justum dein Episcopum Viennensem: *Presbyteri illi, qui ab Apostolis educati, usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum fidei partiti sumus, à Domino vocati in cubilibus aeternis clausi tenentur, S. Timotheus, & Marcus per bonum certamen transferunt.*

(c) *Roma Pigmenii Presbyteri.* Martyrol. de Peregrinis: *Roma Pigmenii Episcopi.* An alius, vel sphalma, alii consulant.

(d) *Cæsarea in Palæstina Timolai, Dionysii, Pausilis, Alexandri, alterius Alexandri, Agapii, & alterius Dionysii.* Aliis pro Timolai, *Timioli, Thiamoli, Tyomili, Thimiodoli, Pionici, Molai*; pro Agapii, *Agatii, Agathi, Agatini, Agazzi, Agani, Agavi.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Agapi, Timolai, Romuli, Pieni.* Corbejen. *In Africa Agapiti, Molai, Romuli, Physon, Alexandri, Diophi.* Hieronymian. Lucen. *In Africa Agapiti, Molai, Romuli, Firosi, duorum Alexandri, Diophi.* Bluman. pro Firosi, duorum, *Phison, Duori.* Florentinius tamen vir eruditus admonet, pro *Africa*, legendum *Cæsarea in Palæstina.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Syria natalis SS. Leuci, Agapiti, & S. Romuli.* At hic *Agapitus* videtur alius ab *Agapio*. Ms. Richenaugien. *In Cæsarea Civitate Agatii, Timioli, & Dionysii.* Ms. Augustan. S. Uldarici fine palestra: *Agavi, Piamoli, Dionysii.* Ms. Lebbean. *Agavis, Pionisi, Dionysii.* Ms. in Schedis Anton. Caracciol. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolorum pro Agavis, *Agazzi*; & Ms. Aquisgranen. pro Pioniti, *Promoli.* Molan. Addit. ad Usuard. *Cæsarea SS. octo Martyrum, Timolai, Dionysii, Romuli, Pausa, Alexandri, Alexandri, Agapii, Dionysii.* Græcorum Menæa cusa, & manuscripta: *Octo Martyres in Cæsarea Palæstina gladio interempti.* Menolog. Cardinal. Sirleti ad 15. Martii: *SS. Martyrum Agapii, & Sociorum, Publii, Timolai, Alexandri, & Alexandri, Dionysii, & Dionysii; Agabius ex Urbe Gaza, Timolaus ex Ponto, duo Dionysii ex Tripoli Phænicia, Publius, & duo Alexandri ex Ægypto.*

Qui multa didicerit, enarrabit intellectus. Ecclesiast. 34.

(e) *In Mauritania Romuli, & Secundi fratrum.* Plerique Codices pro Secundi, *Secunduli, & Seccundoli.* Martyrol. de Peregrin. *Secundoli.* Martyrolog. Epternacen. *In Mauritania Secunduli, Veruli, Felicis: Item Saturnini, Secrecis, & aliorum XIII. Abora.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Mauritania Secundoli, Veruli, Felicis, Saturnini, Soreti, & aliorum XV.* Martyrolog. Bluman.

per-

percurrit *Seretis*, & signet *aliorum XVI.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Mauritania Secundi, Felicis, Saturnini cum aliis XIX.* Mss. Tornacen. & Lætien. *In Mauritania Veruli, Felicis, & Saturnini.* Mss. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, & Treviren. S. Maximini, non præsignato agonis loco: *Secundolus, Felix, Saturninus cum aliis 16.* Ms. Treviren. S. Martini: *Mauritania Felicis, & aliorum XI.* Notker. *In Mauritania Secundoli, Veruli, Felicis, Saturnini, & aliorum mulierum.*

Cardinal. Baron. in notis de Romulo, & Secundo agere suadet Usuard. & Vuandelbert. *Licèt alicubi Secundolus, pro Secundo, legatur.*

At nedum Usuardus, & Vuandelbert. sed & omnia Apographa prænotata, excepto illo Reginæ Sueciæ, habent *Secundolum*, & non *Secundum*.

(f) *Tridenti Simeonis pueri, à Judæis sævissimè trucidati.* Tridentum Germanicè *Trient.* Urbs olim Italiæ in Cænomanorum (qui sunt Venetiæ Populi) finibus in Rhætiæ confinio, intra Alpes Rheticas, nunc Urbs Germaniæ in Italiæ confinibus ad Athesim ad Septentriones irrigantem, Concilio generali superioribus sæculis ibi habito clara. Usuard. Coloniæ auctus, & cusus 1490. *In Oppido Tridentino Simonis pueri.* Martyrol. Basilien. ad 21. Martii: *Simonis puerili.* Alium puerum nomine *Jannectum* à Judæis necatum exhibent hac ipsa die Henschen. & Papebroch. in Actis SS. & alium *Simeonem* Archiepiscopum in Perside Martyrolog. de Peregrin.

(g) *Synnadæ in Phrygia Agapiti Episcopi.* Quædam Apographa, ut Mss. Centullen. S. Richarii, Treviren. S. Paulini, & Ultrajectinen. ac Bellin. & de Peregrin. *In Phrygia S. Agapiti*; silent *Synnadæ*, & *Episcopi.* Martyrologia verò Coloniæ, & Lubecæ cusa anno 1490. addunt *Martyris.* Petr. de Natal. Maurolyc. Felic. & Galesin. *Agapitus Confessor ipsa die in Phrygia claruit.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. & Lætien. *In Syria natalis SS. Seleuci, Agapiti, & Romuli.* Ex his lectionibus plures hoc nomine *Agapiti* depromuntur.

(h) *Brixiæ Latini Episcopi.* Brixia vulgo *Brescia*; Urbs Venetiæ in Cænomanis ad Alpium Rheticarum radices, in plano tamen sita, apud Melam fluvium, ex præcipuis Longobardiæ Urbibus, agro amplissimo intra Alpes extenso. Baron. in not. tribuit huic *Latino* hanc inscriptionem: *Fl. Latino Episcopo Anno III. M. VII. Presb. Ann. V. Exorc. Ann. XII. & Latinillæ. Et Fl. Macriano lectori Fl. Paulina Neptis B. M. P.* & subdit: *habes hoc monumentum descriptum ab Aldo libro de ortograph. rat. pag. 589.* Sed nutat Ferrar. Catal. SS. Ital. an hæc inscriptio huic *S. Latino* signanda; Quinimmò Hensch. & Papebroch. hac ipsa die eam Sanctæ *Olivæ* Virgini & Martyri addicunt.

(i) *Seleuci Confessoris.* Plerique Codices demunt *Confessoris.* Martyrolog. S. Hieronymi Apographa penes Florentinium, & illud Reginæ Sueciæ apud Holstenium: *In Syria natalis S. Leuci.* De Peregrinis: *Leucii.* Beda cusus: *Natale SS. Seleuci, & Agapi.*

(c) *Item Romæ Beati Pigmenii, sub Juliano Apostata.* Tametsi Usuard. Ado, & alii ex Act. S. Bibianæ id efferunt, ut Eminentissimus Baron. in not. *Disceptatio Chronologica.*

Attamen idem Baronius candidè ibidem fatetur ea admodum depravata, & suspectæ fidei.

Quòd si quis retunderet, esse corrigenda, non quò ad Pigmenii Martyrium sub Juliano Apostata, sed quò ad reliqua in iis exarata, ut Baronius ad 2. Decembris in not. quùm de S. Bibiana: *Acta hujus habent aliqua quæ corrigantur, veluti ea, quæ sunt superaddita de Pigmenio, & Juliano Apostata.*

Hoc refragaretur ipsi Baronio hoc Martyrium in Annalibus supputanti anno 362. ut eo anno n. 253. quo ævo in Christianos Juliani persequutio non vigebat, ut idem Baron. ad 7. Augusti, cùm de S. Donato, etiam dictoanno 362. adjudicato Martyre, at non *sub Juliano*, ut aliqui volunt; ait enim ibi: *Illud etiam ab omni ratione alienum est, ut Juliani persecutionis tempore, qui nec integro biennio imperavit.* Sed data tunc hac persequutione; Julianus tamen eo ævo in Oriente, & non Romæ versabatur, ut refert Pagi suæ Criticæ Historico-Chronologicæ t. 1. ad eum annum 362. n. 1. Quinimmo Henschen. & Papebroch. summi Historici in Actis SS. hac ipsa die comment. Historico prostant, toto ævo, quo dicta persequutio perduravit, Julianum in Oriente moram fecisse, & quæ à Præsidibus gesta in Christianos Romæ Imperatorum sede, Juliano adscripta fuere:

Nihilominùs ipsi Chronographi hoc disceptent, quùm id neque firmare, neque refellere intendamus, sed hoc dubium in præsentiarum è Romano Martyrolog. expungere; idcircò, si Saniores censuerint, expuncto: *Juliano Apostata*, ut in veter. Roman. Martyrologio Rosuueydi, profertur: *Item Romæ passio Beati Pigmenii Presbyteri, qui pro fide Christi præcipitatus in Tyberim, necatus est.*

* *Initium Xanthici Septimi Syro-Macedonum, & Artemisii Septimi Macedonum mensis.* Pagi to. 1. in calce ex Epochis Cardinal. Noris.

vi		G			Octavo Kalendas Aprilis. Luna															25
a	b	c	d	c	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u		
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14		
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P							
		15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25							

ANnuntiàtio beatìſſimæ Vìrginis genitrìcis Dei MARIÆ. (*a*) Romæ ſancti Quirìni màrtyris, qui ſub Clàudio Imperatòre poſt facultàtum amiſſiònem, poſt càrceris ſqualòrem, poſt multòrum verberum afflictiònem, glàdio interfèctus eſt, & in Tìberim projectus: quem Chriſtiàni in ìnſula Lycaònia invenièntes, in cœmetèrio Pontiàni condidèrunt. (*b*) Ibìdem ſanctòrum ducentòrum ſexagintaduòrum Màrtyrum (*c*) Sìrmii pàſſio ſancti Irenæi Epìſcopi & màrtyris, qui tèmpore Maximiàni Imperatòris ſub Præſide Probo primùm tormèntis acèrrimis vexàtus, deìnde dièbus plùrimis in càrcere cruciàtus, noviſſimè abſcìſſo càpite conſummàtus eſt. (*d*) Nicomedìæ ſanctæ Dulæ ancillæ cujùſdam mìlitis, quæ pro caſtitàte ſervànda occìſà, martyrii corònam promèruit. (*e*) Jeroſòlymis commemoràtio ſancti Latrònis, qui in cruce Chriſtum confèſſus, ab eo mèruit audire: Hòdie mecum eris in paradiſo. (*f*) Laodicèæ ſancti Pelàgii Epìſcopi, qui ob fidem Cathòlicam tèmpore Valèntis exilium & àlia paſſus, quièvit in Dòmino (*g*) Piſtòrii ſanctòrum confeſſòrum Baròntii & Deſidèrii. (*h*) In Antro ìnſula Lìgeris flùminis ſancti Hermelàndi abbàtis, cujus glorioſa conversàtio miraculòrum præcònio commendàtur. (*i*)

(b) *Quirini*. Martyr an. 270. Baron. eo an. nu. 2. Ann. 269. Henſch. & Papebroch.

(d) *Irenæi Episc.* Martyr an. 308. Baron. eo ann. nu. 27. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die 23. Augusti Græci in Menologio.

(f) *Commemoratio Latronis*. Die 23. Martii Græci in Menæis. Die 25. Maii Greven. Addit. ad Uſuard. anno 1521. cuſus.

(g) *Pelagii Episc. exilium paſſ.* Exul. ann. 370. Baron. eo an. n. 12. Ann. 375. Pagi to. 1. ap an. 370. n. 7.

(a) *Baron. t. 1. in apparat. n. 55. & 76. item omnia Martyrologia, & Menologia*. (b) *Baron. an. 270. n. 2. & ſequ. Petr. in Catal. lib. 3. c. 229. Sur. t. 1. Die 14. Februar. in Act. S. Valentini Presbyteri, Uſuard. Ado, & alii*. (c) *Baron. an. 270. n. 3. & ſeq. item Bellovacen. lib. 10. c. 98. Spec. hiſt.* (d) *Baron. an. 308. n. 27. Græci in Menolog. die 23. Auguſt. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 230.* (e) *Baron. an. 34. n. 119. Beda, Uſuard. Ado, Petr. in Catal. lib. 2. c. 230. & alii recentiores*. (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. an. 370. n. 12. Theodoret. hiſt. lib. 4. c. 12. & Nicephor. lib. 11. c. 21.* (h) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta*. (i) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. & Sigebert. in Chronic.*

Da ſapienti occaſionem, & addetur ei Sapientia. Prov. 9.

(a) *Annunciatio Beatiſſimæ Virginis Mariæ*. Apographum Hieronymian. Lucen. *In Galilea Civitate Nazareth Adnunciatio S. Mariæ de Conceptione, quando ab Angelo eſt ſalutata*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Annunciatio Beatiſſimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, hoc eſt Conceptio Domini Noſtri Jeſu Chriſti*. Martyrol. de Peregrin. *Apud Nazareth Civit. Galileæ Annunciatio Dominica*. Beda genuin. VIII. *Kal. Annunciatio Dominica*.

(b) *Romæ Quirini*. Mss. Pulſanen. Pleſchien. & Beneventan. Neapoli apud Cler. Regular. SS. Apoſtolor. *Cyrini*. Adſtipulanturque Ado, & Uſuard. à Baron. in not. acciti, Notker. Maurolyc. Galeſin. de Peregrin. & alii.

Ferrar. Catal. SS. Ital. adnotat: *Fertur, corpus ejus Romæ in Eccleſia S. Mariæ in Campo Martio quieſcere*. At Pancirol. ſuo Theſauro abſcondito Urbis Romæ fert, in laudata Eccleſia ſolùm adſervari Corpus S. Quirini Epiſcopi, & Martyris: Corpus verò S. Quirini Martyris in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Transtyber.

(c) *Ibidem ducentorum ſexagintaduorum Martyrum*. Baron. in not. *De his Vincent. lib. 10. c. 98. Spec. hiſt.* laudatus tamen Hiſtoricus agit de perſequutione Lugdunen. & Viennen. Eccleſ. & refert Martyres *cclxxii*.

Amanti doctrinam multa concedetur doctrina. S. Ephr. Syr. apud Voſſ.

(d) *Sir-*

(d) *Sirmii Irenæi Episcopi, & Martyris*. Sirmium germanicè *Sirmisch.* Urbs antiquissima, & præclarissima Pannoniæ inferioris, apud Bacuntii fluvii cum Sao confluentiam, inter Metularim Insulam Sai fluminis ad Occ. & Taurunum in Ortum; Totius Pannoniæ quondam caput, & Metropolis, Imperatorum Sedes, & altrix: Nunc oppidulum, à quo etiamnum Comitatus Sirmiensis nominatur. Martyrolog. Germanic. *Sirmich*. Notker. *Smyrnum*. Bellin. *Sirinium*. Item pro Irenæi, *Herenii, Hynei*. Die 6. Aprilis Florus supplement. Bedæ Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Sirmiensium Civitate passio S. Hyrenæi Episcopi, qui gladio est percussus, tempore Diocletiani Imperatoris*. Ms. verò Rhinovien. *Sirmia Herenei Episcopi*. Rabanus tandem penes Canis. *In Sirmio natale Hyrenei ejusdem loci Episcopi*. Addubitandum, an idem *Hyreneus*; nam & alio die, sine *Martyris* addito recensetur.

(e) *Nicomedia S. Dula ancilla*. Ms. Bruxel. S. Gudilæ: *Dulia*. Ms. Leodien. S. Laurent. *Dulca*. Martyrol. Epternacen. *Nicomedia Dula, Ancilla*. Martyrol. Corbejen. *In Nicomedia natale Dula, Victurini, Alexandri, Eufrati, Castula, Nicostrati, Lucella, & quadringentorum Martyrum S. Theodola, & depositio Junini, Burgundionis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia natalis Dula, Victorina, Alexandri, Eufrasta, Castula, Nicostrati, Lucella, & ccc. Martyrum S. Theodola, & depositio Juvini Burgo*. Martyrol. Bluman. pro Victorinæ Eufrastæ, & ccc. Mart. *Victurini, Eufrata, & cccc. Mart. & Burgion*, pro *Burgo*.

(i) *Hermelandi Abbat*. Martyrolog. de Peregrin. *Hermelandri*.

v. A Septimo Kalendas Aprilis. Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
A B C D E *F* F G H M N P
16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

(b) *Thecla, & Soc.* Die 10. Maji Florentin. Die 22. Febr. Holsten.

(c) *Theodori Episc. & Soc.* Die sequ. Ms. Bruxellen. Sanctæ Gudilæ.

ROmæ via Lavicàna sancti Càstuli màrtyris, qui cùm esset Zetàrius Palàtii, & hospes sanctòrum, à persecutòribus tèrtiò appènsus, tèrtiò auditus, in confessiòne Dòmini persevèrans, missus est in fòveam, & dimissa super eum massa arenària, martyrio coronàtus est. (*a*) Ibidem corònæ sanctòrum màrtyrum Petri, Marciàni, Jovìni, Theclæ, Cassiàni, & aliòrum. (*b*) Pentàpoli in Lìbya natàlis sanctòrum màrtyrum Theodòri Epìscopi, Irænei Diàconi, Serapiònis, & Ammònii Lectòrum. (*c*) Sirmii sanctòrum màrtyrum Montàni presbyteri, & Màximæ, qui ob Christi fidem in flumen demèrsi sunt. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Quadrati, Theodòsii, Emmanuèlis, & aliòrum quadraginta. (*e*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Eutychii, & aliòrum, qui Constàntii tèmpore sub Geòrgio Epìscopo Ariàno pro fide Cathòlica glàdio cæsi sunt. (*f*) Eòdem die sancti Ludgèri Epìscopi Monasteriènsis, qui Saxònibus Evangèlium prædicàvit. (*g*) Cæsaraugùstæ in Hispània sancti Bràulii Epìscopi & confessòris. (*h*) Trèviris sancti Felicis Epìscopi. (*i*)

(h) *Braulii Episc.* Obiit an. 636. Baron. eo n. 19. Ann. 637. Vaseus in Chronic. Die 18. Martii Marietta, Hensch. & Papebroch.

(i) *Felicis Episc.* Ann. 386. Baron. eo ann. n. 38. Circ. 400. Hensch. & Papebroch. Die sequ. Greve. Addit. ad Usuard. Die 18. Februar. Actar. Ms. Carthusian. Colonien.

(a) *Baron. an. 286. n. 9. & sequ. & n. 23. item Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. in not. & Galesin.* (c) *Baron. ibid.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 3. c. 233. Usuard. Ado, Vuandalbert. & alii*. (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. Henschen. & Papebroch. Acta*. (f) *Iidem ibidem*. (g) *Baron. an. 809. n. 80. Sur. t. 2. prior. edit. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 196. & lib. 4. c. 187. Grant. hist. Saxon. lib. 1. c. 5. & Mabillon. Sæcul. 4. Benedict.* (h) *Baron. an. 636. n. 19. & S. Ildefons. de vir. illustr.* (i) *Baron. an. 386. n. 38. & Marian. Scot.*

Testimonia credibilia facta sunt. Psalm. 92.

(a) *Romæ via Lavicana Castuli, qui Zetarius Palatii &c.* Ms. pervetust. S. Maximi: *In via Latina S. Castuli*. Mss. Augustan. S. Udalrici, Richenovien. & Parisien. Lebbei: *Romæ Castuli*. Ms. Centullen. nomine Bedæ, sine loci nota: *Passio S. Castuli Martyris*.

Cardinal. Baron. in not. *Zeta erat locus capax unius lecti, cum duabus sellis, qui velis obductis, & reductis modò adiiciebatur cubiculò, modo auferebatur*. Henschen. & Papebroch. *Est autem Zeta, seù Ziata, quasi Diæta dicitur, & Zetarius tricliniorum curator*. Vidend. Vossius in Etymologia linguæ latinæ.

(b) *Ibidem Petri, Marciani, Jovini, Theclæ, Cassiani, & aliorum*. Ms. Aquisgranen. loco non prænotato: *Castoli, Monati, Petri, Marciani, Capani*. Ms. Augustan. *Alibi Monitorii Martyris, Petri, Marciani, Timothei, Theodoli*. Ms. Lebbean. *Alibi Monati Martyris, Petri, Marciani, Cassiani, Timothei, Theodori*.

Baron. in not. *Petri, & Soc. restituti sunt ex vet. manuscript. Agit de his etiam Galesin. hac die*. At si vet. manuscript. est illud S. Cyriaci, quo usus Baronius, hoc aliud non habet, nisi; *Romæ S. Castuli, & Timothei*. Galesin. ex Ms. Codice: *Romæ præterea beatissimorum Martyrum Petri, Martiani, Jovini, Theclæ, Cassiani, Theodorici, qui admirabili cruciatuum tolerantia pro Christo necem obierunt*.

(c) *Pentapoli in Libya Theodori Episcopi, Irenæi Diaconi, Serapionis, & Ammonii Lectorum*. Pentapoli, *Pentapolis*, quæ & Cyrene, seù Cyrenaica, Africæ Regio apud Sirtim magnam, & Africam propriè dictam, & Marmaricen, sic dicta, à quinque Urbibus præcipuis, quibus constabat, hoc est Cyrene primaria, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, & Apollonia: Plinius. Nonnulli pro Theodori: *Theodoli, Theoderici, Theorici*; pro Irenæi, *Hirenæi, Hirini, Hirmi*; & pro Ammonii, *Ammonis, Ammomi, Ammoni, Amon*. Martyrol. Pulsanen. Ms. penes Cleric. Regular. SS. Apostol. Neapol. *Theodorici*. Martyrolog. Epternacen. *In Pentapoli Libia Theodori Episcopi, Herenci Diaconi, Sarapionis, Ammoni*. Martyrolog. Corbejen. *In Antiochia Timothei, Diogenis, Madiaria, Maximæ, Theodori Episcopi, Hirini, Diaconi, Syrapionis, Ammoni Lectoris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Hirini Diaconi, & pro Lectoris, *Hirmi Diaconi Lectorum*. Martyrol. Bluman. *Irini*. Ms. Tamlacten. *Theodosii, Jereni Diaconi, Serapionis, & Ammonii*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Libia superiori natale SS. Theodori Episcopi, Irenæi Diaconi, & Serapionis*. Saussayus Martyrol. Gallican. *Apud Muclonium memoria SS. Martyrum Irenæi Diaconi, & Serapionis Lectoris*. Notker. *Pentapoli Libiæ superioris S. Theodori Episcopi, & multorum Martyrum*. Alii decernant, an iidem.

(d) *Sirmii Montani, & Maximæ*. Apographa Monaster. Cassinen. & Rom. Altempsian. pro Montani, *Montionis*. Alia *Moniteni*. Item pro Maximæ, *Maximi, Maximiæ*. Martyrol. Epternacen. *In Sirmi Montani Presbyteri, & Maximæ uxoris ejus, & aliorum xl.* Beda genuinus: *In Sirmio*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Syrmia Munati Presbyteri, & Maximæ Uxoris ejus*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ profert: *Montani*. Martyrol. Corbejen. addit: *Jocundi*. Apographum Ms. Pulsanen. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. loco Montani, & Maximæ: *Sirmii, Vincentii, & Maximi*. Ms. Ultrajectinen. S. Mariæ: *In Sirmio SS. Montani Presbyteri, & Maximæ uxoris ejus, qui comprehensi missi sunt in fluvium*. Usuard. de Peregrin. & Martyrolog. cusum Coloniæ, & Lubecæ anno 1490. exhibent; *In mare mersorum*. Maurolyc. *In Syrmio Pannoniæ Urbe SS. Montani Presbyteri, Demetrii Diaconi, & Maximæ Virginis, & aliorum quadraginta*. Videntur tamen Montanus, & Maxima Sirmienses alii à Montano Presbytero, & Maxima Sirmiensibus uxoratis. Florentin. inspiciendus.

(e) *Item Quadrati, & Soc.* Canis. in Græcor. Menologio subnectit: *qui apud Orientem passi sunt*.

(i) *Felicis Episcopi*. Quamplures Codices; *Et Confessoris*.

Baron. in not. *Hic cum Martino lapsus est, cum eodem pariter surrexit, & dignus est habitus, qui, sicut idem S. Martinus, inter Sanctos receptus sit*. Ast Pagi t. 1. ad an. 386. n. 4. *Anno cccci. quo Concilium Taurinense post Divi Martini Turonensis Episcopi mortem celebratum, adhuc extra communionem Episcoporum Catholicorum erat, & post illud in eam receptus, ut ostendit Provverus hist. Trevirens. lib. 4. c. 202.* ac proinde non surrexit cum Martino: Ipsi tamen Viri summi inter se hoc conferant.

Nisi perhibeant testimonium, quis leget? S. Augustin. Sermon. 69. de divers.

iv.

iv. B Sexto Kalendas Aprilis. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

* *Initium octavi menſis Ægyptiaci Pharmuti, ſeù Barmuda*. Pagi. t. 1. in Calce ex Cardinal. Nor. de Epoch.

(a) *Alexan. Militis*. Martyr anno 308. Baron. eo an. n. 27. An. 309. Pagi. t. 1. ad ann. 303. n. 6.

(b) *Phileti, & Soc.* Die ſeq. Græci in Menolog. Die 29. Ms. Colleg. Societat. Jeſu Pariſ.

DRizìparæ in Pannònia ſancti Alexàndri mìlitis, qui ſub Maximiàno Imperatòre poſt multos pro Chriſto agònes ſuperàtos, mùltàque miràcula èdita, martyrium càpitis abſciſſiòne complèvit. (*a*) Eòdem die ſanctòrum Philèti ſenatòris, Lydiæ uxòris, & filiòrum Mecèdonis & Theoprèpidis: itèmque Amphilòchii ducis, & Cròniðæ Commentariènſis, qui pro Chriſti confeſſiòne cæſi ſunt. (*b*) In Perſide ſanctòrum martyrum Zanitæ, Làzari, Maròtæ, Narsètis, & aliòrum quinque, qui ſub Sapòre Rege Persàrum ſævìſſimè trucidàti, martyrii palmam meruèrunt. (*c*) Salisbùrgi ſancti Rupèrti Epìſcopi & confeſsòris, qui apud Bàvaros & Nòricos Evangèlium mirìficè propagàvit. (*d*) In Ægypto ſancti Joànnis eremìtæ, magnæ ſanctitatis viri, qui inter cœtera virtùtum insìgnia ètiam prophètico ſpìritu plenus, Theodòſio Imperatòri victòrias de tyrànnis Màximo & Eugènio prædìxit. (*e*)

(d) *Ruperti Epiſc.* Obiit anno 623. Coint. An. 719. Henſchen. & Papebroch. Acta. An. 718. Pagi t. 3. ad an. 594. n. 7. & an. 773. n. 5.

(e) *Joan. Eremita*. Die 13. Novembr. Græci. Die 28. Martii Witfordus Martyrol. Gallic.

(a) *Baron. an. 308. n. 27. Hiſtor. Miſcell. nomine Pauli Diaconi lib. 17. an. 12. & 18. Mauric. Imperat. Petr. de Natal. lib. 13. n. 101. & Uſuard.* (b) *Baron. an. 140. n. 4. Græci in Menolog.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. Lippoman. t. 7. & Metaphraſt.* (d) *Baron. an. 590. n. 42. & ſequ. ac Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. an. 388. n. 52. & an. 394. n. 20. Theodoret. hiſt. lib. 5. c. 24. Sozomen. lib. 7. c. 22. Evagr. vit. Patr. c. 1. Nicephor. lib. 12. c. 29. aliique plures.*

Sententiam puram labia loquuntur. Job. 33.

(a) *Drizipara in Pannonia Alexandri militis &c.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Romuli, Acuti, Pinnari, Mauroli, Succeſſa, Miſia, Maturina, Doti, Succeſſi, Alexandri, Solutoris*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. ac Petr. de Natal. Galeſin. & de Peregrin. *In Pannonia S. Alexandri Martyris*, ſubducto *Drizipara*. Caniſ. in Martyrol. Germanic. pro *Pannonia* interpretatur *Hungariam*.

(b) *Eodem die Phileti Senatoris, Lydia uxoris, & filiorum Macedonis, & Theoprepidis, item Amphilochii Ducis, & Cronida Commentarienſis*. Græcor. Menolog. die ſequen. *Sanctus vero Philetus, & qui cum eo erant Chriſtiani, Hadriano Imperatore, quotidie Deo ipſi inſervientes, comprehenſi, Martyrio coronati ſunt*. Salazar. Martyrol. Hiſpan. ex Pſeudo-Dextro ad ann. 137. *Barcinone in Hiſpania S. Philetus Senator, & Lada uxor ejus, & filii ejus, & alii quinquaginta Martyres*.

(c) *In Perſide Zanita, Lazari, Marota, Narſetis, & aliorum quinque ſub Sapore Rege Perſarum*. Ado, & Uſuardus prænotant: *Apud Ægyptum Zanita &c.* Galeſin. *In Perſia Zanita, Lazari, & Sociorum ſeptem. Ii Saporio Perſarum Rege*. Acta penes Henſchen. & Papebroch. *Saborii Regis*.

Purus ſermo habet conſilium, & intelligentiam. Job. 11.

(d) *Saliſburgi Ruperti Epiſc. & Confeſ.* Ms. Ultrajectinen. *Ruothperti*. Martyrol. antiqu. Monaſter. S. Udalric. *Rudperti*. Greven. Addit. ad Uſuard. *Ruperti Epiſcopi Civitatis Vangionum, quæ nunc Wormacia dicitur, & confeſſoris*, Molan. Addit. ad Uſuard. *Wormacia S. Ruperti Epiſc. &c.*

(e) *In Ægypto Joannis Eremita*. Ms. Divionen. *Apud Ægyptum S. Joannis Eremita*. Ado addit: *Admiranda Sanctitatis viri, qui etiam prophetico Spiritu plenus, Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo victorias de Tyrannis Maximis prædixit*. Demum Roman. Martyr. Tyrannorum nomina promit, ſcil. *De Tyrannis Maximo, & Eugenio*.

Diſceptatio Topographo-Chronologica.

(a) *Drizipara in Pannonia S. Alexandri Militis, qui ſub Maximiano*. Ambiguum, quando hic Sanctus, ſub quo Tyranno, quoque genere tormenti mortem oppetiit.

Eminentiss. Baron. in Annalib. teste Eusebio hoc Martyrium refert, anno 308. & Driziparæ, ut eo anno n. 27.

At si dicto anno 308. hic Martyr addicitur, tunc annus tertius Imperii Maximini currebat, ut idem Baronius loco adducto, ac proinde non sub Maximiano. Rursùs Drizipara Urbs est antiqua, & Princeps Traciæ medit. inter Hadrianopolim, & Propontidem, ad Arsum fluvium, Bergulæ finitima Ptolom. lib. 10. c. 11. unde cur Pannoniæ adscribenda, non videtur: ex quo sanè ipse Annalista ibi profert *Driziparæ*, sine addito *In Pannonia*.

Baron. tamen in notis asserit, hæc verba Romani Martyrologii se in Usuardo legisse. Verùm Alexander apud Usuardum, est ille, qui palmam Martyrii promeruit sub Maximiano in Tracia procul à Pannonia, die 13. Maji ab omnibus Græcis cultus; & aliunde cùm alterius ex his duobus Alexandris desint Acta, proinde & genus, & tempus Martyrii in unum, eumdemque Alexandrum conflata fuere; idcircò Acta Martyrii unius è Græcis latinè reddita pro altero Lippoman. & Surius edidere; ita dein ab Usuardo exscripta: nihilominùs judicio Saniorum expectato, saniùs rescriberetur: *In Pannonia S. Alexandri Martyris*; ut Maurolyc. Galesin. aliique; vel: *Driziparæ S. Alexandri Militis, qui post multos pro Christo labores superatos, multaque miracula edita, martyrium capitis abscissione complevit.*

iii. C Quinto Kalendas Aprilis. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28							

CÆsarèæ in Palæstìna natàlis sanctòrum màrtyrum Prisci, Malchi, & Alexàndri: qui in persecutiòne Valeriàni cùm in suburbàno agèllo supradictæ urbis habitàrent, atque in ea cœlèstes martyrii proponerèntur corònæ, divìno fidei calòre succènsi, ultrò Jùdicem adeùntes, cur tantùm in sànguinem piòrum desævìret, objùrgant: quos ille contìnuò pro Christi nòmine bèstiis tràdidit devoràndos. (*a*) Tarsi in Cilicia sanctòrum màrtyrum Càstoris & Doròthei. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Rogàti, Succèssi, & aliòrum sèxdecim. (*c*) Romæ sancti Xysti Tèrtii Papæ & confessòris. (*d*) Apud Nùrsiam sancti Spei abbàtis, miræ patièntiæ viri, cujus ànima, cùm ex hac vita migràret, in colùmbæ spècie à cunctis fràtribus visa est in cœlùm ascèndere. (*e*) Cabilòne in Gàlliis depositio sancti Gunthràmni Regis Francòrum, qui spiritàlibus actiònibus ita se mancipàvit, ut relictis sæculi pompis, thesàuros suos Ecclèsiis & paupèribus erogàret. (*f*)

(a) *Prisci, Malchi.* Martyr. an. 260. Baron. eo an. n. 30. An. 250. Henschen. & Papebroch. Die 18. Januarii Galesin.

(d) *Xysti Papæ*. Obiit hac die. Baron. ad annum 440. n. 1. Die 11. Augusti Pagi. t. 2. ad eum an. n. 2.

(f) *Gunthramni*. Obiit an 598. Baron. eo an. n. 43. An. 597. Sigebert. in Chron. An. 593. Pagi. t. 2. ad an. 598. n. 7. Henschen. & Papebroch.

(a) *Baron. an. 260. n. 30. Euseb. hist. lib. 7. c. 21. & Nicephor. lib. 6. c. 11.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 12. n. 102. Usuard. & Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *Baron. an. 262. n. 28.* (d) *Baron. an. 432. n. 38., & an. 440. n. 1. & sequ. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. & S. Gregor. Papa lib. 4. Dialogor. c. 10.* (f) *Baron. an. 598. n. 43. S. Gregor. Turon. de glor. martyr. c. 76. & hist. de gest. Franc. lib. 4. c. 24. & sequ. ac Petr. in Catal. lib. 4. c. 8.*

Erudimini qui iudicatis. Psalm. 2.

(a) *Cæsareæ in Palæstina Prisci, Malchi, & Alexandri.* Martyrol. Epternacen. *Apud Cæsaream Civitatem Rogati, Alexandri, Dorothei, Audatæ. Item Cæsareæ, Mariæ.* Martyrol Corbejen. *In Cæsaria Rogati, Alexandri, Dorothei, Adauctæ, Modesti.* Martyrol. Hiernoymian. Lucen. *In Cæsarea Rogati, Alexandri, Dorothei, Audactæ.* Ms. Vatican. *In Cæsarea Rogati, Alexandri, Dorothei.* Ms. Lætien. silet: *Dorothei.* Ms. Tornacen: *In Cæsarea Rogati, Dorothei, & alii decem.*

An idem hic Alexander, affirmare non audemus: cum aliis tamen sociis legitur.

Nullus sine sapientia benè iudicat. S. Augustin. de liber. Arbitr.

(b) *Tarsi*

(b) *Tarsi in Cilicia Castoris, & Dorothei*. Tarsus, *Terassa* Incolis, *Tarso* Nostris; Urbs Ciliciæ ad Cydnum fluvium interluentem, ex Tauro monte per valles in Cilicium pelagus profluentem. Martyrol. Corbejen. *In Tharso Ciliciæ Castoris, Menelampi*. Apographa Epternacen, & Lucen. ac Mss. Richenovien. & Barberinian. antiq. *In Tarso Ciliciæ Castori*. Martyrol. de Peregrin. *Tarso Ciliciæ Castoris, Theodori*. Galesin. *Tharsi in Cilicia Adaucti, Dorothei Castoris, Pollusii, & sociorum*: In notis addit: *se ex Codice scripto accepisse Castoris ex Usuardo*. Baron. etiam in not. præter Usuardum citat vet. manuscript. At Florentinius eruditus in ad S. Hieronym. Martyrol. notis suadet: *sæpe hæc Baronii manuscripta esse ex Galesinio, qui ex corruptis codicibus nactus Adauctum, & Dorotheum Cæsarienses Martyres, Tarsenses facit cum Castore, Polluce, & Sociis*.

(c) *In Africa Rogati, Successi, & aliorum sexdecim*. Ms. Albergen. *Et aliorum XVII*. Ms. Tamlacten. *Et aliorum XII*. Mss. Lætien, & Tornacen. S. Martini: *Et aliorum X*. Raban. *Et in Africa aliorum XVI*. Cardinal Baron. in not. hos SS. Rogatum, & Successum animadvertit illos Episcopos fuisse, de quibus Cyprian. Epist. 54. ad Cornel. Pap. & Epist. 82. ad Successum.

At Henschen. & Papebroch. affirmant, in omnib. codicib. tum cusis, tum Mss. numquam hi Sancti Rogatus, & Successus, de quibus hoc die, dicuntur Episcopi: alii forsan illi erunt.

(e) *Apud Nursiam Spei Abbat*. Ferrar. alium *Spem* Episcopum Spoleti exhibet die 23. & 29. Novembris.

(f) *Cabilone in Galliis Gunthrumni Regis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Cavillonno Guntheranni Regis*. Mss. Tornacen. Lætien, & Barberinian: *In Civitate Cabulon depositio Guntranni Regis*.

ii D Quarto Kalendas Aprilis. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A B C D E F F G H M N P

19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

(a) *Jonæ, & Soc.* Martyr. an. 344. Baron. eo an. n. 21. An. 326. Henschen. & Papebroch. An. 350. Pagi t. 1. ad an. 343. n. 4. Die 27. Martii Græci in Menolog. Sirlet. & Galesin.

(d) *Armogastis, & Soc.* Martyr. an. 456. Baron. eo an. n. 22. An. 360. Henschen. & Papebroch.

(e) *Secundi*. Martyr an. 134. Augurio, & Sergiano Coss. Galesin. An. 119. Julio, & Rustico Coss. Hensch. & Papebroch. Die sequenti Iidem.

IN Persia sanctorum martyrum Jonæ & Barachisii sub Sapore Rege Persarum: quorum Jonas pressus in cochlea, contractis ossibus, medius dissectus est; alter, oppletis faucibus, pice ardenti suffocatus. (*a*) Heliopoli apud Libanum sancti Cyrilli diaconi & martyris, cujus jecur discisso ventre avulsum Gentiles sub Juliano Apostata feraliter depasti sunt. (*b*) Nicomediæ passio sanctorum martyrum Pastoris, Victorini, & sociorum. (*c*) In Africa sanctorum confessorum Armogastis Comitis, Masculæ, Archimimi, & Saturi regiæ domus procuratoris, qui tempore Vvandalicæ persecutionis sub Genserico Rege Ariano pro confessione veritatis multa, & gravia perpessi supplicia atque opprobria, cursum gloriosi certaminis impleverunt. (*d*) In urbe Astensi sancti Secundi martyris. (*e*) In monasterio Luxoviensi depositio sancti Eustasii abbatis, discipuli sancti Columbani, qui fermè sexcentorum monachorum Pater fuit, & vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit. (*f*)

(f) *Eustasii Abbat*. Obiit an. 625. Henschen. Papebroch. An. 627. Pagi t. 2. eo an. n. 18. Die sequ. Mabillon. sæcul. 2. Benedict. Ado, & Raban. Die 1. April. Ms. Treviren. S. Martini.

(a) *Baron. an. 344. n. 21. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (b) *Baron. an. 362. n. 166. Græci in Menolog. Theodoret. hist. lib. 3. c. 6. & Suidas hist.* (c) *Baron. an. 311. n. 17. Maurolyc. Galesin. aliique.* (d) *Baron. an. 456. n. 22. Victor lib. 1. de persecut. Wandal. in fin. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. vit. SS. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 12.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. Sigebert. de vir. illustr. c. 61. & in Chron. ad an. 624. ac Trithem. de vir. illustr. ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 170.*

Nemo scit, nisi qui accipit. Apocal. 2.

(a) *In Persia Jonæ, & Barachisii sub Sapore*. Galesin. *Saporio*. Cardinal. Sirlet. in Græcor. Menologio die 27. Martii: *Eodem die Martyres Jonas, & Barachisius securi percutiuntur.*

(c) *Nicomediæ Pastoris, Victorini*

In mente habe qualiter acceperis. Apocal. 3.

ni, & Sociorum. Martyrol. Epternacen. *Dilæ, Julianæ, & aliorum*. Ms. Richenovien: *Dolæ*, pro *Dilæ*. Apographa Corbejen, & Hieronymian. Lucen. silent *Dilæ*, seù *Dolæ*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Nicomediæ SS. Pastoris, Victurini, & aliorum septem*. Ms. Treviren. S. Martini: *In Nicomedia S. Pastoris Martyris, & aliorum VIII*. Mss. Attrebaten. & Tornacen: *In Nicomedia natale SS. Pastoris, & Victoris, depositio S. Saturnini*. Martyrol. de Peregrin. demit: *Depositio S. Saturnini*. Ms. Lætien: *In Nicomedia S. Victoris*. Mss. Vatican. Casſinen. & Pleſchien. Neapol. penes Cleric. Regular. SS. Apoſtol. *Nicomediæ Pastoris, Victorini, Juliani*. Mss. Pragen. & Barberinian. *Nicomediæ Pastoris, Victorini, Saturnini, & aliorum trium*. Ms. Auguſtan. S. Udalric. paleſtra non præsignata: *Pastoris, Victoris, Doli, Julianæ*. Ms. Treviren. S. Martini, Greven. & Caniſ. die ſequen. *Depositio Pastoris, & Victoris, aliàs Victorini, & aliorum quatuor*.

(d) *In Africa Armogastis, Masculæ, Archimini, & Saturi*. Alibi: *Armogasti, Hermogasti, Archimini, Argymini, Satyri*. Ms. Leodien. S. Lamberti pro Archimini, *Argimini*. Ms. Divionen, & Martyrol. de Peregrin. *Apud Africam Armogasti, Archinimi, & Satyri*. Ms. Treviren. S. Paulini, & Roman. Vallicel. prænotant: *Sanctorum Confessorum*. Ms. Casſinen. *Natale Sanctorum Confessorum Hermogasti, Satyri*.

Cardinal. Baron. in ſuis elucubrat. not. *Alia lectio ex vetusto Victoris exemplari sic habet: Archimimi Masculani, quasi ex Mascula Civitate nobilissima in Africa: quę lectio magis arridet Molano in annot. ad Usuardum secundæ edition*. At aſſerit Molanus: *Codices Victoris mendosè habere quemdam Masculinum nomine Mastulum: veram lectionem, eamque consentaneam esse in pervetusta, & prima editione c. 13. quemdam Archiminum nomine Masculinum, hoc est ex Mascula Civitate*. En quomodo Molan. *Archiminum*, non *Archimimum* vocat. Balduin. verò in ſua Victor. Uticens. editione legit: *Sed nec quemdam Archiminum nomine Masculum debeo præterire*: Quæ lectio Baronio placuit, ſed alias ipſe haud prorsùs rejecit.

(f) *In monasterio Luxoviensi S. Eustasii Abbatis, qui sexcentorum Monachorum Pater*. Luxovium *Lusseoul*, Oppidum Galliæ Celticæ, Burgundię Comitatus, ſeù Sequanorum in Lotharingiæ confinio, Graiaco, & Veſulio, eiuſdem regionis Urbibus proximum, ubi Benedictinorum Cœnobium ingens, olimque celeberrimum. Martyrolog. de Peregrin. nullo loco præsignato: *Ipso die depositio S. Eustasii Abbatis, qui Pater fermè ducentorum extitit Monachorum*. Martyrol. Scoticum Dexteri: *Luxovis Eustasii Abbatis, qui è Scotia S. Columbanum sequutus, in Burgundia beato fine quievit*. Vvandelbert.

Eustasius quarta virtutis laude coruscat:
Abba Columbano nituit qui rite Magistro.

i E Tertio Kalendas Aprilis. Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

(a) *Quirini Tribuni*. Martyr. anno 132. Baron. eo an. n. 2. An. 130. Henſchen. & Papebroch. Die præced. Iidem. Die 30. April. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien.

(b) *Domnini, & Soc*. Martyres an 304. Baron. & an n. 49. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præcedent.

ROmæ via Appia pàſſio beàti Quirìni Tribùni, qui à ſancto Alexàndro Papa, quem habèbat in cuſtòdia, cum omni domo ſua baptizàtus eſt, & ſub Hadriàno Imperatòre tràditus Aureliàno jùdici, cùm in confeſſiòne fidei persiſteret, poſt linguæ abſciſſiònem, equùlei ſuſpenſiònem, manuùmque ac pedum detruncatiònem, agònem martyrii glàdio conſummàvit. (*a*) Theſſalonìcæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Domnìni, Victòris, & ſociòrum. (*b*) Conſtantinòpoli commemoràtio ſanctòrum plurimòrum Màrtyrum Cathòlicæ Communiònis, quos Conſtàntii tèmpore Macedònius hæreſiàrcha inauditis tormentòrum genèribus cruciàtos occìdit: nam inter cætera fidèlium mulìerum ùbera inter labra arcàrum comprèſſa diſsècuit, & candènti ferro combùſſit. (*c*) In caſtro Silvanectènſi deposìtio ſancti Règuli Arelatènſis Epìſcopi. (*d*) Aurèliæ in Gàllia ſancti Paſtòris Epìſcopi. (*e*) Syracùſis ſancti Zòſimi Epìſcopi, & confeſsòris. (*f*) In monte Sina ſancti Joànnis Climaci

abbà-

(f) *Zosimi Episc*. Circ. 642. Ferrar. Circ. 660. Henſchen. & Papebroch. Die 21. Martii Gręcor. Menęa, & Maxim. Cythereus.

(g) *Joannis Climaci Abbat*. Claruit an. 570. poſt Juſtin. *Imperat*. Baron. in not. An. 594. poſt Maur. Imper. Pagi t. 2. eo an. n. 9. Obiit an. 580. Henſchen. & Papebroch.

Galesin.
(c) *Commemor. plurimor. Martyr.* An. 351. Baron. eo an. n. 46. An. 241. Henschen. & Papebroch.

abbatis. (*g*) Apud Aquinum sancti Clinii confessòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 132. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die 3. Maji, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 304. n. 49. & Acta Henschen., & Papebroch.* (c) *Baron. an. 351. n. 46. item Acta relata.* (d) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. S. Antonin. 1. par. tit. 28. §. 2. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 15.* (e) *Baron. in not. item Petr. in Catal. lib. 12. n. 4104. & Maurolyc. hac die.* (f) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die Ferrar. & Acta Henschen. & Papebroch.* (g) *Baron. in not. Græci item in Menolog. hac die, & Sur. t. 2. prior. edit.* (h) *Baron. in not. & Henschen. & Papebroch. Act.*

Qui quod novit loquitur, judex justitiæ est. Proverb. 12.

(a) *Romæ Quirini Tribuni.* Mss. Vatican. Eccles. S. Petri, & Vallicell. Can. Congregat. Orator. Romæ: *Romæ via Appia passio S. Quirini Tribuni & Martyris.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Grad. *Patris S. Balbinæ.*

(b) *Thessalonicæ Domnini, Victoris, & Sociorum.* Thessalonica, *Salonichi*, Urbs Macedoniæ, ad intimum Thermaici sinus recessum, olim & nunc quoque florentissima, Emporium maximum, media inter Dyrrachium, & Cypselam Urbem Thraciam ad Hebrum. Martyrol. Epternacen. *Thessalonicæ Civitate Domnini, Philopoli, Achaici, Palatini, Agadoniæ, Aquilinæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ Virginis, Philupoli.* Martyrol. Corbejen. *In Thessalonica Civitate, Domnini, Philippopoli, Acaci, Palatini; & alibi Victoris, Marcellini, Satulli, Crusis, Agathoniæ, Aquilæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ, Philippopoli, Datini, Pastoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Thessalonica Civitate Domnini, Philopoli, Acaci, Palatini: & alibi Victoris, Marcellini, Satulli, Crusis, Agathoniæ, Aquilinæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ Virginis, Philippoli.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Thessalonicæ SS. Martyrum Domnini, Philippici, Acacii, Palatini; & alibi Victoris cum aliis septem.* Ms. Treviren. *S.* Maximini: *In Thessalonica Domnini, Philopoli, Palatini.* Ms. Vatican. *In Thessalonica Civitate Domnini, Palatini.* Ms. Roman. Barberinian. addit: *Philophili, & alibi Victoris, Marcellini, Saturnini, & Eulaliæ Virginis.* Ms. Monaster. S. Cyriaci Romæ: *In Thessalonica SS. Domnini, Paulini, Eulaliæ Virginis.* Aliud Ms. Roman. Altempsian. *Thessalonicæ SS. Domnini, Philopii, & Achaici.* Ms. Treviren. S. Martini: *In Thessalonica Domnini Martyris, & aliorum XII.* Ms. Aquisgranen. nullo loco: *Domini, Filipoli, Eulaliæ Virginis, & aliorum plurimorum DCI.* Notker. *In Thessalonica Civitate Domnini, Philipoli, Achaici, Palatini.* Raban. nulla loci nota: *Natale Domnini, Philippopoli, & Jacaici.* Martyrol. de Peregrin. *Thessalonicæ natale SS. Domnini, & Victoris;* silet Anonymos socios.

Cardinal. Baron. in not. de Domnino, Victore, & Anonymis Sociis: *Usuardus de his etiam*; at Usuard. genuinus non de Victore agit, sed de Domnino unà cum Philopolo, & Acaico: Subdit item Baron. *De Domnino Thessalonicensi, de quo hic agitur, Græci habent ad Kal. Octobris in Menologio, ubi ejus Acta summatim complexa narrantur, passionque ferunt in persecutione Maximiani Imperatoris.* Sed videtur alius; ut inspiciendum in Menolog. Basil. Imperat. penes Henschen. & Papebroch. Salazar. contendit, hunc Domninum non distingui ab illo, de quo unà cum Philemone ad diem 21. Martii.

Nè despicias narrationem sapientum. Ecclesiast. 8.

(e) *Aureliæ in Gallia S. Pastoris Episc.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Aurelianis Civitate depositio Pastoris.* Martyrol. Epternacen. *Aureliani Pastoris.* Martyrologia cusa Coloniæ, & Lubecæ an. 1490. & Greven. Addit. ad Usuard. *S. Pastoris Episcopi Palatini.* Petr. de Natal. subdit: *Eodem die Aurelianis claruit.* Saussayus Martyrolog. Gallican. die seq. *Aureliis S. Pastoris Episcopi, & Confessòris.* Hispani hunc *Pastorem* autumant *Episcopum Valentianum.* Henschen. verò & Papebroch. hac ipsa die acriter opponunt. Ipsi inspiciendi.

Baron. in not. *De eo apud Adonem.* At Florentinius vir eruditus in Adonis Spurio, non apud Adonem invenitur: nihilque de eo profert Hagiologium Franco-Gallic. Labbei.

(h) *Apud Aquinum Clinii Confessoris.* Aquinum, *Aquino.* Urbs Samnii in Campaniæ, & Latii confinio, apud Fibrenum fluvium, olim clara, & frequens, sed à Corrado Imperatore vastata. Baron. in not. *De eo antiqua monumenta Ecclesiæ Aquinatis, nobis communicata à R. D. Flaminio Philonardo, ejus Sedis Episcopo.* Ferrar. tamen Catal. SS. Italiæ deplorat: *Se Acta ab Episcopo dudum flagitata habere non potuisse: sed aliqua ex monumentis Ecclesiæ Aquinatis accepta edidit.*

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ via Appia passio Beati Quirini Tribuni, sub Hadriano Imperatore.* Anceps hoc martyrium *sub Hadriano.* Martyrol. de Peregrin. cusum sub Julio III. de anno 1553. secundùm morem Sacrosanctæ Romanæ, & Universal. Ecclesiæ efferebat: *sub Aureliano Imperatore.* Et alia Martyrologia tum Mss. ut Centulen. & Leodien. S. Lamberti, tum cusa, ut Not-

ker.

ker. Bellin. Felic. Canis. & Galesin. *ſub Trajano* ponunt.

Henſchen. tamen, & Papebroch. in Act. Sanctorum ſuadent, corrigenda eſſe ea verba: *ſub Trajano Imperatore*, & ea *ſub Aureliano*; quùm factum fuerit ſub *Hadriano* ejus ſucceſſore, à quo protracta perſequutio à *Trajano* inchoata.

Aſt ea verba *ſub Trajano* non aliunde præadducti Martyrologi hauſere, quàm ex Actis S. Alexandri Papæ & Martyris penes Sur. t. 3. prior. edit. ad 3. Maji, à quo Pontifice Sanctus *Quirinus* ad Chriſti fidem converſus, & baptizatus; quamobrem in iiſdem Actis res à Quirino geſtæ habentur.

Eminentiſs. Baron. in not. urget: *Mendum ineſſe certum eſt, cùm non ſub Trajano, ſed anno decimo tertio Hadriani Martyrio coronatus eſt*. Supputat enim hoc Martyrium anno Chriſti 132. currente anno decimo tertio Imperii *Hadriani*.

Verùm licèt Baronius hoc Martyrium copulet cum illo Alexandri Papæ anno Chriſti 132. nihilominùs ſummus vir Pagi t. 1. ad an. 130. n. 1. vindicat, aſſerendo, Alexandrum Papam anno Chriſti 116. mortem ſub *Trajano* oppetiiſſe, ex Damasi Chronico: *Alexander fuit temporibus Trajani à Conſulatu Palmæ, & Juli, uſque Helian. & Veter.* Unde Acta apud Surium ita accurata videntur, ut ex iis tot Martyrologi id idem dein recenſuerint. Cæterùm quùm de hoc Alexandro Pontifice die 3. Maji agendum erit, quæ modò ſuppetunt, eo die videnda. In præſentiarum ut hæc heſitatio abdicetur, & Saniores arriderent, neutiquam exprimatur, ſub quo paſſus, ut Ms. Vatican. S. Petri, ſed: *Romæ via Appia paſſio B. Quirini Tribuni, qui à S. Alexandro Papa, quem habebat in Cuſtodia, cum omni domo ſua baptizatus eſt, & Judici traditus, cùm in Confeſſione Fidei, &c.*

* F Pridie Kalendas Aprilis. Luna. 31

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

A B C D E F F G H M N P

21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

(d) *Balbina.* Obiit an. 132. Baron. eo an. n. 2. An. 131. Henſchen. & Papebroch. die præceden. Galesin. ex Ms.

THècuæ in Palæſtina ſancti Amos Prophètæ, quem Amasìas ſacèrdos frequènter plagis afflixit, & filius ejus Ozìas vecte per tèmpora transfixit: qui pòſteà ſemivìvus in pàtriam devèctus, ibidem expiràvit, ſepultùſque eſt cum pàtribus ſuis. (*a*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Theodùli, Anèſii, Felicis, Cornèliæ, & ſociòrum. (*b*) In Pèrſide ſancti Bènjamin diàconi, qui cùm Dei verbum non deſiſteret prædicàre, ſub Iſdegèrde Rege ùnguibus arundìnibus acùtis confixus, & ſpinòſa ſude per alvum tranſmìſſa, martyrium conſummavit. (*c*) Romæ ſanctæ Balbìnæ vìrginis, filiæ beati Quirini màrtyris, quæ à ſancto Alexàndro Papa baptizàta, poſt devìctum hujus ſæculi curſum ſepelìtur via Appia juxtà patrem ſuum. (*d*)

(a) *Baron. in not. Epiphan. de vit. & interit. Prophet. S. Iſidor. de vit. & mort. SS. c. 43. & Doroth. Synopſ. c. 2.* (b) *Baron. an. 420. n. 22. Petr. de Natal. lib. 11. n. 105. & Wandelbert.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Theodoret. hiſt. lib. 5. c. 38. & Nicephor. lib. 14. c. 20.* (d) *Baron. an. 69. n. 30. & an. 132. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die 3. Maji. Petr. de Natal. lib. 4. c. ult. Vſuard. Ado, & alii.*

Non poſſumus aliquid adverſùs veritatem, ſed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

(a) *Thecuæ in Palæſtina Amos Prophetæ, quem Amaſias Sacerdos, & filius ejus Ozias.* Thecuæ, Oppidum Palæſtinæ, in monte, apud quem ingens ſolitudo, in qua paſcua Thecuæ in Scriptura Sacra nominantur, inter Betlehem, & Lacum Aſphaltidem. Martyrol. Dominicanorum: *Amaſias Sacerdos Bethel.* forſan nè *Sacerdos* ſimpliciter dictus, *Aronius* intelligatur: Amos ipſe Propheta quidem meminit *Amaſiæ Sacerdotis Bethel.*

Et filius ejus Ozias. Martyrolog. Pulſanen. Ms. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. *Oſias* ſignat, conſentitque

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Proverb. 12.

de

de Peregrin. Videndi Epiphan. c. 12. & Isidor. c. 43. de vit. & interit. Prophetar.

(b) *In Africa Theoduli, Anesii, Felicis, Corneliæ*. Martyrologia Epternacen. & Corbejen. *In Africa Anesi, Felicis, Diodoli, Protida, Cornilia, Valeria*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. ac Mss. Treviren. S. Maximini, & Roman. Barberinianum: *In Africa Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Abda, Corneliæ, & Valeria*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Theoduli, Anesii, Felicis, Corneliæ, & aliorum V.* Ms. Colonien. Carmeli: *In Africa Diodoli, Anesii, Felicis, Porti, Corneliæ, Galeaæ, & Abda*. Ms. Lætien. *In Africa Felicis, Anesii, Diodeli, & S. Corneliæ Virginis*. Ms. Tornacen. S. Martini: *In Africa Felicis, Anesii, Diodoli*. Ms. Monaster. S. Cyriaci: *In Africa Felicis, Diodoli, Corneliæ*. Ms. Casinen. loco non indicato: *Natale SS. Martyrum Diodoli, Anecii, Felicis, Castoris, & Derothei*. Petr. de Natal. *Diodolus, Anesius, Felix, Cornelia, Valeria, Precbus, & Abdas Martyres in Africa*. Notker. *In Africa Anesii, Felicis, Diodoli, Corneliæ, & Valeriæ cum sociis eorum*. De Peregrin. *In Africa Theodosii, & Anesii*.

(c) *In Perside Benjamin Diaconi*. Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti: *Eodem die SS. Abda Episcopi, & Benjamin Diaconi, & Sociorum, qui apud Persidem, Martyrii coronam acceperunt*.

(d) *Romæ Balbinæ Virginis, filiæ Quirini*: Martyrologia Mss. Fulianen. Pletchien. & Beneventan. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolorum pro *Quirini*, ponunt *Cyrini*.

Ferrar. hac ipsa die in vit. S. Hermet. observat, S. Balbinam in via obiisse, quùm duceretur cum aliis in mare demergenda, & ad mare deportatam fuisse cum aliis. Sed Petr. de Natal. duas Balbinas agnoscit, alteram in Cæmeterio Protextati apud Patrem suum Tribunum Quirinum conditam, de qua hac die; alteram ad 6. Octobris his verbis: *Balbina Virgo Romana quiescit in pace*. Cordatus lector hoc consulat. Potuit tamen una eademque Balbina duplici, diversoque die coli.

Disceptatio Chronologica. (c) *In Perside S. Benjamin Diaconi, sub Isdegerde Rege*.

Socrates lib. 7. c. 18. sub *Bararane* hanc persequutionem his verbis refert: *Isdegerdem Christianos in suis ditionibus degentes nullatenus persecutum fuisse, sed Bararanem Magorum consilio inductum, eos graviter exagitasse*.

Eminentissim. Baron. in not. pro Romani Martyrolog. assertione advocat Theodoretum, scribentem lib. 4. c. 38. *Concitata est hæc persecutio ab Isdegerde Rege Persarum in fine Regni ipsius*, & rursus Cyrillum Monachum in Euthimio: *Cœptam esse sub Isdegerde Rege, & sub ejus filio auctam*.

Verùm hoc refragatur Socrati, apertè asserenti: *Isdegerdem Christianos in suis ditionibus degentes nullatenus persequutum*: sed etiam dato quòd persequutio ortum habuit *sub Isdegerde*, Marcellino in Chronico tradente: *Persecutio adversùs Christianos à Magis mota sub finem Regis Isdegerdis*; incœpta tamen videtur *Isdegerde* senio morbisque languente, post ejus mortem à *Bararane*, sive aliis *Cororane* atrocitèr propagata: quamobrem persequutionis Authorem Socrates loco addicto, & Nicephor. lib. 14. c. 20. *Bararanem* tradidere.

Baronius ultrà in notis obstat, affirmando, Benjamin Diaconum martyrii agonem perfecisse Christi anno 420. *Theodosio IX. & Constantio III. Coss.* initio persequutionis cœptæ sub *Isdegerde*, annis triginta perduratæ, juxta Theodoretum lib. 5. cap. 38. de qua S. August. de Civit. Dei lib. 8. cap. 12.

Ast objectum hoc favet potiùs Socrati, quàm obstet, si enim anno 420. hæc persequutio incœpta, jam Benjamin Diaconus non ante passus, nisi aut sub fine *Isdegerdis* senio morbisque languentis, ut summi viri Hensch. & Papebroch. aut *Isdegerde* jam eo anno defuncto, ut erudite Pagi t. 2. ad eundem ann. n. 14. sicque sub *Bararane* Filio, qui cum Regno, bellum quoque adversùs pietatem, quasi hæreditario jure transmissum suscepit: unde hæc persequutio sub Patre incœpta, prosequuta dein, & aucta à Filio, pro una eademque apud Scriptores censetur, & reputatur, ac *Isdegerdi* à quampluribus addicta.

Cæterùm uti Evagrius lib. 1. c. 19. hæret an fuerit sub *Isdegerde*, vel *Bararane* filio, ita & ipse Baronius eodem anno 420. nu. 6. ambigit à quonam Persarum Rege in Christianos persequutio indicta: aitque, se relinquere lectoris arbitrio cujusnam Partis sint potiora jura: idcircò quùm id quoque intendamus, & solùm ut modò hæc trica explodatur, (interposito tamen sapientiorum judio) neutiquam expresso sub quo, ut Græcorum Menologium Sirleti, refcribatur: *Eodem die Sancti Benjamin Diaconi, qui cùm apud Persidem Dei verbum non desisteret prædicare, unguibus arundinibus acutis confixus, & spinosa sude per alvum transmissa, martyrium consummavit*.

* Græcis Xan- zbicus.

APRILIS.

xxix. G Kalendis Aprilis. Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

A B C D E *F* F G H M N P

22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

(a) *Theodora.* Martyr an.132. Baron. eo an.n. 2. An.117.Henſchen. & Papebroch.
(e) *Macarii.* Obiit an. 735. Baron. eo an.n. 1. An. 820. Pagi t. 3. ad an. 735.n.1.
(f) *Hugonis.* Die 29. Martii Ferrar. Die 31. Martyrol. Gallican. Witford.

ROmæ pàſſio ſanctæ Theodòræ ſoròris illuſtriſſimi màrtyris Hermètis, quæ ſub Hadriàno Imperatòre ab Aureliàno Jùdice affècta martyrio, ſepùlta eſt juxta fratrem ſuum via Salària, non longè ab Urbe. (*a*) Eòdem die ſancti Venàntii Epìſcopi & màrtyris. (*b*) In Ægypto ſanctòrum màrtyrum Victòris & Stèphani. (*c*) In Armènia ſanctòrum màrtyrum Quinctiàni & Irenæi. (*d*) Conſtantinòpoli ſancti Macàrii confeſsòris, qui ſub Leòne Imperatòre pro aſſertiòne ſanctàrum Imàginum in exìlio vitam finìvit. (*e*) Gratianòpoli ſancti Hugònis Epìſcopi, qui multis annis in ſolitùdine vitam exègit, & miraculòrum glòria clarus migràvit ad Dòminum. (*f*) Apud Ambiànum ſancti Vvalerìci abbàtis, cujus ſepùlchrum crebris miràculis illuſtràtur. (*g*)

(g) *Vvalerici.* Obiit an. 619. Henſchen. & Papebroch.An. 623.Cointius eo an.n. 18.Die ſequen.Mss. Corbejen. & Colonien. S. Mariæ ad Grad.Die 21. Maii Ms. Lætien. Die 11. Decembr. Uſuard. Die 12. Cointius.

(a) *Baron. an. 132. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die 3. Maji Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not.item Ado, Uſuard. & cæteri.* (c) *Baron.in not.* (d) *Baron. ibidem, Græci in Menolog. hac die, Henſchen. & Papebroch. Act.* (e) *Baron. an. 735. n. 2. Græci item in Menologio hac die.* (f) *Baron. an. 1080. n. 66. An. 1086. n. 13. & an. 1134. n. 2. Petr.Cluniacen. lib. 2. c. 28. Vincent. lib. 27. c. 8. & 12. Sur. t. 2. prior. edit. in vit. S. Bonaventuræ die 8. Octobr. & de vit. Carthuſianor. aliique.* (g) *Baron. an. 613. n. 9. Petr. in Catal. lib. 4. c. 21. & Trithem. de vir. illuſtr. ordin. S. Benedicti.*

Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Ad Rom. 15.

(a) *Theodora, ab Aureliano Judice.* De Peregrin. Notker. aliique: *Aureliano Principe.* Ado: *Aureliano Imperatore.*

(b) *Venantii Epiſcopi & Martyris.* Mss. Aquiſgranen. & Treviren. *Et alibi Venantii.* Ms. Centulen. *Epiſcopi & Confeſſoris.* Verùm omnes alii Codices: *Epiſcopi & Martyris.* Niſi fortè hic Venantius Confeſſor ſit, de quo iiſdem verbis in Apographo S. Cyriaci ad VIII. Februar. promitur: *Natale S. Venantii Epiſcopi & Confeſſoris.* Licèt nuſquam explicetur cujus Sedis Epiſcopus, & an ſub Martyrio vitam finierit, vel poſt cruciatus ſuperſtes, & ex eo Confeſſor quoque dicatur. Alium Venantium Martyrem Acta SS. penes Henſchen & Papebroch. hac ipſa die exhibent ex Italia in Germaniam translatum.

(c) *In Ægypto Victoris & Stephani.* Mss. Richenovien. & Lebbean. *Ægypto Stephani.* Barberinianum, ut Roman. Martyrolog. *In Ægypto paſſio SS. Victoris & Stephani.* Ms. Caſinen. *In Ægypto Victoris, Stephani, & Alexandri.* Martyrol. Antuerpien. *In Ægypta Victoris, Stephana.* Lapſum quidem *Stephana*: omnes quidem Codices *Stephani* promunt.

Card. Baron. in not. animadvertit: *Licèt hi conveniant nomine, cenſentur tamen diverſi à Victore, & Corona, de quibus Uſuard. agit pridie Idus Maii: nam hi in Ægypto, illi in Syria paſſi dicuntur.* Kalendar. verò antiqui Miſſal. & Breviar. Ambroſiani penès Henſchen. & Papebroch. indicant: *SS. Dionyſii, & Stephani Martyrum*, & Kalendar. Miſſal. cuſum an. 1560. *Commemoratio S. Stephani, & Sociorum Martyrum.*

(d) *In Armenia Quinctiani & Irenæi.* Alibi: *Quintiani, & Quinciani.* Martyrol. Antuerpien. *In Armenia minore Parteni, Quintiani, Victoris, Secundi: In Eraclea Civitate item Victoris, Chionia, Agabis, Herenei.* Martyrol. Corbejen. *In Armenia Fortuni, Quinciani, Victoris, Secundi: In Heraclea Civitate item Victoris, Chionia, Agape, Herenei, Caſti.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Arminia Paſtini, Quinciniani, Victoris, Secundi: In Eraclea Civitate Victoris, Chionia, Herenei.* Martyrol. Bluman. *In Arminia Civitate Partini, Quinciani, Victo-*

Omnis ſcriptura utilis eſt ad docendum, ad arguendum, & ad erudiendum. 2.ad Timot.3.

ctoris, *Secundi*: *In Heraclea Civitate item Victoris*, *Chionis*, *& Herenei*. Lapsum *Arminia* apud Geographos. Ms. Aquisgranen. *Natalis S. Quintiniani Martyris*: *In Armenia Venantii*, *& Anastasii Martyrum*, *Pastini*, *Victoris*. Ms. Treviren. S. Martini: *Quintiani*, *Venantii*, *& Anastasii*. Ms. Ultrajectin. Eccles. S. Mariæ: *Quintiani*, *& Anastasii*. Ms. Vatican. *Natale Paterni*, *Quintiani*, *Victuris*: *In Armenia natale SS. Patrini*, *Quintiani*, *Secundi*. Kalendar. Hieronymian. Canonicor. Lucen. *Kalend. Aprilis Agapeti*, *Quintiani*, *Herenei*. Notker. *In Armenia Quintiani*, *Victoris*, *Secundi*. Studiosus eam lectionem seligat, quæ sibi magis arridet.

(f) *Gratianopoli Hugonis Episc.* Gratianopolis, Gallicè *Granoble*. Urbs Episcopalis Galliæ Narbonensis in Allobrogibus, ad Hisaram flumen, quod suburbium ab Urbe dividit, ovalis quasi figuræ, hac tempestate celebris, optimèque munita, Regionis, hoc est Delfinatus, caput: Non longè abest Carthusia, Carthusianorum Cœnobium celeberrimum: Hujus Cœnobii *Hugo Episcopus primùm Abbas seu Prior Carthusian. An. Dom. MCXXXII.* inter Sanctos ab Innocentio Pap. II. relatus, ut apud Sur. t. 2.

(g) *Apud Ambianum S. Walerici Abbatis*. Martyrol. Corbejen. *Ipsaau Monasterio B. Vualerici Confessoris*. Alium Vualericum Confessorem, & Eremitam Saussayus Martyrol. Gallicano die 10. Januar. *Lemovi* prostat.

Disceptatio Chronologica. (a) *Romæ passio S. Theodoræ*, *quæ sub Hadriano Imperatore*, *Aureliano Judice*.

Acta S. Alexandri Papæ, & Martyris, ex quibus hoc Martyrium depromptum, sub *Trajano* contigisse tradunt.

Eminentissimus tamen Baronius in notis ad 3. Maii pro S. Alexandro, suadet, quemadmodum emendatum fuit id, quod quadam incuria irrepserat, nempè hoc Martyrium sub *Aureliano Principe* obtigisse, qui longè post Alexandri tempora imperavit, & pro *Principe* fuit, & est *Aureliano Judice* positum, Hadriani temporibus potestatis gladium acuente, ut ex Martyrum Actis sub Hadriano: ita irrepsit mendum, cui correctio adhibenda est, ut loco *Hadriani* positus habeatur *Trajanus*.

Ast verba horum Actorum sunt: *Missus enim erat Romam à Trajano Aurelianus utriusque Militiæ Comes in Isauria ad interfectionem omnium Christianorum*, *cui omnis Senatus ita famulatus est*, *ut ipsum Principem crederet esse Trajanum*; Unde à posteris Aurelianus Princeps, & Imperator vocitatur; erat enim utriusque Militiæ Comitatus summus honoris, & dignitatis titulus: quamobrem Comes Aurelianus variis titulis condecoratus in Codicibus historicis, Judex, Præfectus, Præses, Princeps, & Imperator insculptus legitur: Ex quo Notker. Bellin. & Usuardus: *Romæ passio Beatissimæ Theodoræ: hæc sub Aureliano Principe martyrizata*. Et Ado: *Sub Aureliano Imperatore*; tamen omnes ipsis Actis refragantur, expressè promentibus Aurelianum ad interfectionem omnium Christianorum à Trajano missum; quòd non officit, quin ipse Aurelianus, adhuc sub Hadriano gladium potestatis acuisset.

Verùm Baron. anno Christi 132. hoc Martyrium consignat, ut in Annal. eo anno n. 2. quo Hadriani Imperium vigebat, cui Trajanus successit.

Sed Trajanus non successit Hadriano nisi post Theodoræ Martyrium, cujus obitus licet à Baronio ann. 132. addictus, nihilominùs ad annum, quo Alexander mortem oppetiit, retrahendus, uno namq; tantùm mense ante ipsum Alexandrum Theodora martyrizata fuit, ut Alexandri Acta: *Eodem adhuc anno nutu Dei defunctus est Trajanus Quintio Nigro*, *& Tito Vipsanio Apreniano Coss.* Trajanus enim dum in Parthos arma moliretur, in ægritudinem incidit, ob quam Selinuntem in Ciliciam delatus die 10. Augusti anno Christi 117. objit, Theodora ante hunc diem, menses quatuor, dies quinque Martyrio laureata; proinde eodem anno, & sub Trajano. Cæterùm quùm de hoc iterum ad 3. Maii, quo Alexander colitur, in præsentiarum nè hoc dubium extet, consilio doctiorum præstito, utroque Cæsare expuncto, ut in Martyrologio Coloniæ, & Lubecæ cuso anno 1490. enuncietur: *Romæ Passio S. Theodoræ sororis Illustrissimi Martyris Hermetis*, *quæ affecta Martyrio*, *sepulta est juxta fratrem suum via salaria*, *non longè ab Urbe*.

(e) *Constantinopoli S. Macarii Confessoris*, *qui sub Leone Imperatore*. *Disceptatio Chronologica.*

Licèt Eminentissim. Baronius obitum hujus sancti recenseat anno 735. ut eo anno nu. 2. quo ævo Leonis Isaurici rabies adversùs Sacrarum imaginum cultores magis sæviebat.

Nihilominùs ex Menæis penès summos viros Hensch. & Papebroch. in Actis SS. videndis, Pagi vir doctissimus t. 3. ad an. 735. n. 1. colligit, hunc Sanctum Sacerdotem ordinatum fuisse à Tarasio Patriarcha Constantinopolitano; & quòd, *Leone Armeno Imperante*, Nicephorus Patriarcha, Tarasii successor, aliique Episcopi, & Archimandritæ, relegationibus, carceribus, verberibusque gravissimis afflicti fuere, inter quos: *S. Macarius variè cruciatus fuit*, *atque in custodia detentus est usque ad immanis illius Tyranni necem*, *cujus Imperium suscipiens Michael Balbus*, *& ipse eamdem cum decessore impietatem profitens*, *Macarium in quandam Insulam relegavit*, *ubi tempore non modico exhantlatis certaminibus*, *ad Dominum migravit*. Quùm igitur Michael Balbus an. Christi 820. Imperium inierit, Ma-

carii Martyrium ad ea tempora referendum.

Baron. demum tutat hoc Martyrium sub Leone, adhibendo pro testibus Procopium, & Græcos id tradentes.

Ast in testibus laudatis tantùm legitur Cultores Sacrarum Imaginum sub Leone Isaurico multa profectò pertulisse, & ex iis quamplures Martyrio affectos fuisse: qui sub Leone Isaurico anno Christi 765. & qui sub Michaele Balbo, aut anno 820. ut Pagi, aut 829. ut Henschen. & Papebroch. Cæterùm Menæa tum cusa, tum Mss. Chiffletiana hunc Sanctum ferunt sub Leone Armeno multa passum, & dein sub Michaele Balbo exulem defunctum. Modò quinn de SS. Martyribus pro cultu Sanctarum Imaginum sub quo passi sint Mehologia, & Menæa aliquando silentio premant, idque etiam Romanum Martyrologium, ut in Sancto Niceta ad 20. Martii, qui licèt pro Sacris Imaginibus multa perpessus, & Christi anno 735. ut Baron. eo anno nu. 3. Romanum tamen Martyrolog. silet sub quo Imperatore Iconomaco, proferendo tantùm: *Apollonia S. Niceta Episcopi, qui pro Sacrarum Imaginum cultu ejectus in exilium reddidit spiritum*, & hoc idem de S. Platone die 4. April. ita Sedula erit hodierna ejusdem Romani Martyrologii lectio, dummodò doctiores adstipulentur, ut eodem modo referat: *Constantinopoli S. Macarii Confessoris, qui pro assertione Sacrarum Imaginum in exilio vitam finivit.*

xxviii. A Quarto Nonas Aprilis. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3					

Sancti Francisci de Paula, Ordinis Minimorum institutoris, quem virtutibus & miraculis clarum Leo Decimus Sanctorum numero adscripsit. (*a*) Cæsareæ in Palæstina natalis sancti Amphiani martyris, qui in persecutione Galerii Maximiani cùm Urbanum Præsidem idolis Immolantem arguisset, sævè dilaniatus, ac pedibus lino in oleum intincto, coque incenso obvolutis, acerbissimè cruciatus, demum in mare demersus, transiens per ignem & aquam, eductus est in refrigerium. (*b*) Ibidem passio sanctæ Theodosiæ virginis Tyriæ, quæ in eadem persecutione cùm sanctos confessores ante tribunal stantes publicè salutasset, atque rogasset, ut cùm ad Dominum pervenissent, sui recordarentur, à militibus tenta, & ad Urbanum Præsidem ducta, ejus jussu lateribus & mammis ad interiora usque dilaniatis, in mare tandem projicitur. (*c*) Lugduni sancti Nicetii ejusdem urbis Episcopi, vita & miraculis clari. (*d*) Apud Comum sancti Abundii Episcopi & confessoris. (*e*) Apud Lingonas sancti Urbani Episcopi. (*f*) In Palæstina depositio sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ Peccatrix appellatur. (*g*)

(a) *S. Francisci de Paula*. Die 13. April. Supplement. ad Martyrol. Gallican.

(b) *Amphiani*. Martyr ann. 304. Baron. eo an. nu. 33. Ann. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 5. April. Notker. Ado, Usuard. aliique.

(c) *Theodosia*. Martyr an. 306. Baron. eo ann. nu. 1. Ann. 307. Pagi to. 1. ad an. 306. n. 3. Ann. 308. Henschen. & Papebroch. Die seq. Florentinius, & Holstenius. Die 29. Maii iterum Menolog. Basil. Imp.

(d) *Nicetii Episc.* Die præcedent. Saussayus Martyrol. Gallican.

(g) *Maria Ægyptiaca*. Obiit ann. 520. sub Justin. Junior. Nicephor. lib. 7. c. 5. An. 525. Baron. eo ann. n. 22. Ann. 421. Hensch. & Papebroch. Ann. circ. 500. Pagi t. 2. ad an. 525. n. 10. Die præcedent. Græci in Menologio, & Menæis. Die 28. Martii. Breviar. & Calendar. Moguntin.

(a) *Baron. in not. Chronic. Ordin. Henschen. & Papebroch. aliique recentior.* (b) *Baron. an. 304. n. 33. item Usuard. & Ado die 5. April.* (c) *Baron. an. 306. n. 1. & Græci hac ipsa die.* (d) *Baron. an. 587. n. 33. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib. 5. c. 5. & 20. item in vit. SS. Patr. c. 8. & lib. de glor. Confess. c. 61. 62. & 63. Usuard. Ado, ac Cæteri.* (e) *Baron. an. 450. n. 30. & an. 451. n. 13. Mombrit. t. 2. Vit. SS. Raynaud. Indicul. SS. Lugdunens. & Saussayus Martyrol. Gallican.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Tabul. Demochar. & Acta Belland. & Henschen. ad 27. Januar.* (g) *Baron. an. 326. n. 36. item Usuard. aliique plures.*

(b) *Cæsarea in Palæstina Amphiani Martyris.* Acta Martyrii: *Apphiani.* Martyrol. Antuerpien. *In Africa Amsiani, Victoris, & aliorum x.* Ms. Vatican. *In Africa Amsiani, Victoris, & aliorum decem.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. Bluman. Ms. Barberinian.

Sapientia attingit ubique. Sap. 7.

rinian. ac Raban. & Notker. *In Africa Amphiani, Victoris, & aliorum x i v.* Ms. Vatican. *In Africa Amfani, Victuris, & aliorum decem, & Marcelli.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Amphiani, Victoris, & aliorum quatuor.*

(c) *Ibidem Theodosia.* Cardinal. Sirlet. in Græcor. Menolog. & Maxim. Cythereus: *Theodora.* Ado, & Usuard. *Cæsarea in Cappadocia.* Verùm ibi nullum Mare, in quod mersa, ut Martyris Acta: *Et post hæc saxo alligata in mari demersa est.* Galesinius verò duas Thedosias proponit, alteram Cappadocem, alteram Palæstinam: at Baron. in not. hoc satis refellit.

(d) *Lugduni Nicetii Episcopi.* Lugdunum, *Lyon* Gallicè. Urbs Galliæ Celticæ, sivè Lugdunen. ad Ararim, & Rhodanum fluvios infra confluentes, Emporium ingens, & ex primis totius Europæ. Martyrologia Corbejen. & Lucen. *Niceti.* Martyrolog. Antuerpien. *Nici.* Martyrol. Bluman. *Nicetii.* Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. & Florus: *Niceti Episcopi, & Confessoris.* De Peregrin. *Nicenii.* Vuandelbert.

Lugduni quartis nonis Sacer Urbe Nicetus.

(g) *Maria Ægyptiaca.* Martyrol. Antuerpien. die præcedenti: *Kal. April. in Cæsarea Maria.* Ms. Attrebaten. nullo loco: *Eodem die S. Maria Ægyptiaca.* Græci in Menologio pridie magnam Ægyptiacam venerantur, & Martyrem vocant: Verùm Raynaudus de Maria Musea Ægyptiaca loquutos admonet. Ipsi inter se id conferant.

Disceptatio Coronologica.

(h) *Cæsarea in Palæstina S. Amphiani Martyris in persecutione Galerii Maximiani.*

Plerique Scriptores in rebus Orientalis Ecclesiæ hoc Martyrium sub *Maximino* efferunt.

Eminentissim. Baron. ad annum 304. quo hunc Sanctum Martyrem adjudicat, ut eo anno nu. 33. respondet, id perperam hos Scriptores asserere, ob in nummis, & antiquis Tabulis: *Valerius Maximianus* insculptum; hic qui adversùs Christianos semper se hostem infestissimum gesserat, quùm, Diocletiano se abdicante, Augustus est declaratus; magis magisque in eo hæc crudelitas demonstrata recensetur hoc anno persequutionis tertio, quo ultima illa in Christianos Imperatorum edicta promulgata fuere.

Sapientia à fine usque ad finem disponit omnia. Sapient. 8.

Nihilominùs Acta Martyrii, authore Eusebio teste oculato, *Maximinum* ferunt, exordiendo: *Maximinus Cæsar ex eo tempore, quo ad Imperium evectus, quasi qui odii in Deum, & impietatis sibi innatæ insignia ostentare vellet, violentiùs quàm superiores Principes persequutioni nostrorum incumbuit.* Et num. 3. *Nam cùm Maximinus Secundus adversùs nostros bellum excitasset anno tertio persecutionis Diocletiani, & per omnes Provincias missa erant Tyranni edicta &c.* Sed primus annus persequutionis Diocletiani, eodem Eusebio teste lib. de Martyrib. Palæstinæ cap. 2. cœpit: *Anno Diocletiani xx. mense Xanthico, propositis edictis, cùm salutaris dies immineret:* nempe anno 303. quo anno Pascha celebratum die 18. Aprilis, non jam continuò facta exequutione crudelitatis per totum Imperium, idcircò anno tertio dictæ persequutionis includendum videtur initium mensis Aprilis anni 306. ad quem annum hoc Martyrium referendum, quo anno idem Baron. nu. 5. ex Zosim. lib. 2. hist. *Severus, & Maximinus Cæsares in Tabulis inscripti erant.*

Baronius quoque in testem advocat Eusebium lib. 8. c. 14. & 15. tradentem: *Maximianus Cæsar, qui suis ipsius viribus, ac manu Imperium occupaverat perspicua odii, & impietatis in Deum animo suo tanquam naturaliter insita, & innata inditia omnibus commonstrans persecutionem magis generalem, quàm superiores Imperatores contra nos instituit: & sub Maximiano Urbanus erat Præses.*

Ast Eusebius hæc anno 304. contigisse testatur, ut idem Baron. ad eum annum num. 23. & aliunde laudatus Eusebius refert non nisi anno 306. passum Amphianum, quo anno *Severus, & Maximinus* Cæsares nuncupati fuere, ab anno scilicet 305. & non anteà Cæsares dicti, ut ostendit eruditè Pagi suæ Criticæ Histprico-Chronologicæ to. 2. ad an. 308. nu. 4. sub quo *Maximino* Urbanus quoque Præfecturam agebat, sicut Acta Martyrii num. 3. penes summos viros Hensch. & Papebroch. Sed ut sedula sit hæc Romani Martyrol. lectio, & Sapientiores annuerent, suppresso: *In persecutione Galerii Maximiani*, ut Greven. Bellin. Maurolyc. aliique, inscribatur: *Cæsarea in Palæstina S. Amphiani Martyris, qui cùm Urbanum Præsidem Idolis &c.*

* *Initium Xanthici Septimi Syro-Macedonum, & Artemisii Septimi Macedonum mensis.* Pagi to. 1. in calce ex Epochis Cardinal. Noris.

vi G Octavo Kalendas Aprilis. Luna 25

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

A B C D E F F G H M N P

15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

ANnuntiàtio beatìssimæ Vìrginis genitrìcis Dei MARIÆ. (*a*) Romæ sancti Quirìni màrtyris, qui sub Clàudio Imperatòre post facultàtum amissiònem, post càrceris squalòrem, post multòrum verberum afflictionem, glàdio interfèctus est, & in Tìberim projectus: quem Christiàni in ìnsula Lycaònia invenièntes, in cœmetèrio Pontiàni condidèrunt. (*b*) Ibìdem sanctòrum ducentòrum sexagintaduòrum Màrtyrum (*c*) Sìrmii pàssio sancti Irenæi Epìscopi & màrtyris, qui tèmpore Maximiàni Imperatòris sub Præside Probo primùm tormèntis acèrrimis vexàtus, deìnde dièbus plùrimis in càrcere cruciàtus, novìssimè abscìsso càpite consummàtus est. (*d*) Nicomedìæ sanctæ Dulæ ancillæ cujùsdam mìlitis, quæ pro castitàte servànda occìsà, martyrii corònam promèruit. (*e*) Jerosòlymis commemoràtio sancti Latrònis, qui in cruce Christum confèssus, ab eo mèruit audire: Hòdie mecum eris in paradìso. (*f*) Laodicèæ sancti Pelàgii Epìscopi, quì ob fidem Cathòlicam tèmpore Valèntis exilium & àlia passus, quièvit in Dòmino (*g*) Pistòrii sanctòrum confessòrum Baròntii & Desidèrii. (*h*) In Antro ìnsula Lìgeris flùminis sancti Hermelàndi abbàtis, cujus gloriòsa conversàtio miraculòrum præcònio commendàtur. (*i*)

(b) *Quirini*. Martyr an. 270. Baron. eo an. nu. 2. Ann. 269. Hensch. & Papebroch.

(d) *Irenæi Episc.* Martyr an. 308. Baron. eo ann. nu. 27. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die 23. Augusti Græci in Menologio.

(f) *Commemoratio Latronis*. Die 23. Martii Græci in Menæis. Die 25. Maii Greven. Addit. ad Usuard. anno 1521. cusus.

(g) *Pelagii Episc. exilium passi.* Exul. ann. 370. Baron. eo an. n. 12. Ann. 375. Pagi to. 1. ap an. 370. n. 7.

(a) *Baron. t. 1. in apparat. n. 55. & 76. item omnia Martyrologia, & Menologia.* (b) *Baron. an. 270. n. 2. & sequ. Petr. in Catal. lib. 3. c. 229. Sur. t. 1. Die 14. Februar. in Act. S. Valentini Presbyteri, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 270. n. 3. & seq. item Bellovacen. lib. 10. c. 98. Spec. hist.* (d) *Baron. an. 308. n. 27. Græci in Menolog. die 23. August. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 230.* (e) *Baron. an. 34. n. 119. Beda, Usuard. Ado, Petr. in Catal. lib. 2. c. 230. & alii recentiores.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. an. 370. n. 12. Theodoret. hist. lib. 4. c. 12. & Nicephor. lib. 11. c. 21.* (h) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (i) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. & Sigebert. in Chronic.*

Da sapienti occasionem, & addetur ei Sapientia. Prov. 9.

(a) *Annuntiatio Beatissimæ Virginis Mariæ*. Apographum Hieronymian. Lucen. *In Galilea Civitate Nazareth Adnunciatio S. Mariæ de Conceptione, quando ab Angelo est salutata*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Annuntiatio Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, hoc est Conceptio Domini Nostri Jesu Christi*. Martyrol. de Peregrin. *Apud Nazareth Civit. Galileæ Annunciatio Dominica*. Beda genuin. VIII. *Kal. Annunciatio Dominica.*

(b) *Romæ Quirini*. Mss. Pulsanen. Pleschien. & Beneventan. Neapoli apud Cler. Regular. SS. Apostolor. *Cyrini*. Adstipulanturque Ado, & Usuard. à Baron. in not. acciti, Notker. Maurolyc. Galesin. de Peregrin. & alii.

Ferrar. Catal. SS. Ital. adnotat: *Fertur, corpus ejus Romæ in Ecclesia S. Mariæ in Campo Martio quiescere*. At Pancirol. suo Thesauro abscondito Urbis Romæ fert, in laudata Ecclesia solùm adservari Corpus S. Quirini Episcopi, & Martyris; Corpus verò S. Quirini Martyris in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Transtyber.

(c) *Ibidem ducentorum sexagintaduorum Martyrum*. Baron. in not. *De his Vincent. lib. 10. c. 98. Spec. hist.* laudatus tamen Historicus agit de persequutione Lugdunen. & Viennen. Eccles. & refert Martyres *cclxxii.*

Amanti doctrinam multa concedetur doctrina. S. Ephr. Syr. apud Voss.

(d) *Sir-*

(d) *Sirmii Irenæi Episcopi, & Martyris*. Sirmium germanicè *Sirmisch*. Urbs antiquissima, & præclarissima Pannoniæ inferioris, apud Bacuntii fluvii cum Sao confluentiam, inter Metularim Insulam Sai fluminis ad Occ. & Taurunum in Ortum; Totius Pannoniæ quondam caput, & Metropolis, Imperatorum Sedes, & altrix: Nunc oppidulum, à quo etiamnum Comitatus Sirmiensis nominatur. Martyrolog. Germanic. *Sirmich*. Notker. *Smyrnum*. Bellin. *Sirinum*. Item pro Irenæi, *Herenæi*, *Hynei*. Die 6. Aprilis Florus supplement. Bedæ Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Sirmiensium Civitate passio S. Hyrenæi Episcopi, qui gladio est percussus, tempore Diocletiani Imperatoris*. Ms. verò Rhinovien. *Sirmia Herenei Episcopi*. Rabanus tandem penes Canis. *In Sirmio natale Hyrenei ejusdem loci Episcopi*. Addubitandum, an idem *Hyreneus*; nam & alio die, sine *Martyris* addito recensetur.

(e) *Nicomedia S. Dula ancilla*. Ms. Bruxel. S. Gudilæ: *Dulia*. Ms. Leodien. S. Laurent. *Dulca*. Martyrol. Epternacen. *Nicomedia Dula, Ancilla*. Martyrol. Corbejen. *In Nicomedia natale Dula, Victurini, Alexandri, Eufrati, Castula, Nicostrati, Lucella, & quadringentorum Martyrum S. Theodola, & depositio Junini, Burgundionis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia natalis Dula, Victorina, Alexandri, Eufrasta, Castula, Nicostrati, Lucella, & ccc. Martyrum S. Theodola, & depositio Juvini Burgo*. Martyrol. Bluman. pro Victorinæ Eufrastæ, & ccc. Mart. *Victurini, Eufrata, & cccc. Mart. & Burgion*, pro *Burgo*.

(i) *Hermelandi Abbat*. Martyrolog. de Peregrin. *Hermelandri*.

v. A Septimo Kalendas Aprilis. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P				
			16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26				

Romæ via Lavicàna sancti Càstuli màrtyris, qui cùm esset Zetàrius Palàtii, & hospes sanctòrum, à persecutòribus tèrtiò appènsus, tèrtiò audìtus, in confessiòne Dòmini persevèrans, missus est in fòveam, & dimìssa super eum massa arenària, martyrio coronàtus est. (*a*) Ibìdem corònæ sanctòrum màrtyrum Petri, Marciàni, Jovìni, Theclæ, Cassiàni, & aliòrum. (*b*) Pentàpoli in Lìbya natàlis sanctòrum màrtyrum Theodòri Epìscopi, Irænei Diàconi, Serapiònis, & Ammònii Lectòrum. (*c*) Sìrmii sanctòrum màrtyrum Montàni presbyteri, & Màximæ, qui ob Christi fidem in flumen demèrsi sunt. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Quadrati, Theodòsii, Emmanuèlis, & aliòrum quadragìnta. (*e*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Eutychii, & aliòrum, qui Constàntii tèmpore sub Geòrgio Epìscopo Ariàno pro fide Cathòlica glàdio cæsi sunt. (*f*) Eòdem die sancti Ludgèri Epìscopi Monasteriènsis, qui Saxònibus Evangèlium prædicàvit. (*g*) Cæsaraugùstæ in Hispània sancti Bràulii Epìscopi & confessòris. (*h*) Trèviris sancti Felìcis Epìscopi. (*i*)

(b) *Thecla, & Soc.* Die 10. Maji Florentin. Die 22. Febr. Holsten.

(c) *Theodori Episc. & Soc.* Die sequ. Ms. Bruxellen. Sanctæ Gudilæ.

(h) *Braulii Episc.* Obiit an. 636. Baron. eo n. 19. Ann. 637. Vasçus in Chronic. Die 18. Martii Marietta, Hensch. & Papebroch.

(i) *Felicis Episc.* Ann. 386. Baron. eo ann. n. 38. Circ. 400. Hensch. & Papebroch. Die sequ. Greve. Addit. ad Usuard. Die 18. Februar. Actar. Ms. Carthusian. Colonien.

(a) *Baron. an. 286. n. 9. & sequ. & n. 23. item Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. in not. & Galesin*. (c) *Baron. ibid*. (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 3. c. 233. Usuard. Ado, Vuandalbert. & alii*. (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. Henschen. & Papebroch. Acta*. (f) *Iidem ibidem*. (g) *Baron. an. 809. n. 80. Sur. t. 2. prior. edit. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 196. & lib. 4. c. 187. Grant. hist. Saxon. lib. 1. c. 5. & Mabillon. Sæcul. 4. Benedict*. (h) *Baron. an. 636. n. 19. & S. Ildefons. de vir. illustr*. (i) *Baron. an. 386. n. 38. & Marian. Scot*.

Testimonia credibilia facta sunt. Psalm. 92.

(a) *Romæ via Lavicana Castuli, qui Zetarius Palatii &c.* Ms. pervetust. S. Maximi: *In via Latina S. Castuli*. Mss. Augustan. S. Udalrici, Richenovien. & Parisien. Lebbei: *Romæ Castuli*. Ms. Centullen. nomine Bedæ, sine loci nota: *Passio S. Castuli Martyris*.

Cardinal. Baron. in not. *Zeta erat locus capax unius lecti, cum duabus sellis, qui velis obductis, & reductis modò adiiciebatur cubiculò, modo auferebatur*. Henschen. & Papebroch. *Est autem Zeta, seu Zæta, quasi Diæta dicitur, & Zetarius triclinorum curator*. Vidend. Vossius in Etymologia linguæ latinæ.

(b) *Ibidem Petri, Marciani, Jovini, Theclæ, Cassiani, & aliorum*. Ms. Aquisgranen. loco non prænotato: *Castoli, Monati, Petri, Marciani, Capani*. Ms. Augustan. *Alibi Monitorii Martyris, Petri, Marciani, Timothei, Theodoli*. Ms. Lebbean. *Alibi Monati Martyris, Petri, Marciani, Cassiani, Timothei, Theodori*,

Baron. in not. *Petri, & Soc. restituti sunt ex vet. manuscript. Agit de his etiam Galesin. hac die*. At si vet. manuscript. est illud S. Cyriaci, quo usus Baronius, hoc aliud non habet, nisi; *Romæ S. Castuli, & Timothei*. Galesin. ex Ms. Codice: *Romæ prætereà beatissimorum Martyrum Petri, Martiani, Jovini, Theclæ, Cassiani, Theodorici, qui admirabili cruciatuum tolerantia pro Christo necem obierunt*.

(c) *Pentapoli in Libya Theodori Episcopi, Irenæi Diaconi, Serapionis, & Ammonii Lectorum*. Pentapoli, *Pentapolis*, quæ & Cyrene, seù Cyrenaica, Africæ Regio apud Sirtim magnam, & Africam propriè dictam, & Marmaricen, sic dicta, à quinque Urbibus præcipuis, quibus constabat, hoc est Cyrene primaria, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, & Apollonia: Plinius. Nonnulli pro Theodori: *Theodoli, Theoderici, Theorici*; pro Irenæi, *Hirenæi, Hirini, Hirmi*; & pro Ammonii, *Ammonis, Ammomi, Ammoni, Amon*. Martyrol. Pulsanen. Ms. penes Cleric. Regular. SS. Apostol. Neapol. *Theodorici*. Martyrolog. Epternacen. *In Pentapoli Libiæ Theodori Episcopi, Herenci Diaconi, Sarapionis, Ammoni*. Martyrolog. Corbejen. *In Antiochia Timothei, Diogenis, Madiaria, Maximæ, Theodori Episcopi, Hirini, Diaconi, Syrapionis, Ammoni Lectoris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Hirini Diaconi, & pro Lectoris, *Hirmi Diaconi Lectorum*. Martyrol. Bluman. *Irini*. Ms. Tamlacten. *Theodosii, Jerenæ Diaconi, Serapionis, & Ammonii*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Libia superiori natale SS. Theodori Episcopi, Irenæi Diaconi, & Serapionis*. Saussayus Martyrol. Gallican. *Apud Muclonium memoria SS. Martyrum Irenæi Diaconi, & Serapionis Lectoris*. Notker. *Pentapoli Libiæ superioris S. Theodori Episcopi, & multorum Martyrum*. Alii decernant, an iidem.

Nisi perhibeant testimonium, quis leget? S. Augustin. Sermon. 69. de divers,

(d) *Sirmii Montani, & Maximæ*. Apographa Monaster. Cassinen. & Rom. Altempsian. pro Montani, *Montionis*. Alia *Monitmi*. Item pro Maximæ, *Maximi*, *Maximia*. Martyrol. Epternacen. *In Sirmi Montani Presbyteri, & Maximæ uxoris ejus, & aliorum xl.* Beda genuinus: *In Sirmio*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Syrmia Munati Presbyteri, & Maximæ Uxoris ejus*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ profert: *Montani*. Martyrol. Corbejen. addit: *Jocundi*. Apographum Ms. Pulsanen. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. loco Montani, & Maximæ: *Sirmii, Vincentii, & Maximi*. Ms. Ultrajectinen. S. Mariæ: *In Sirmio SS. Montani Presbyteri, & Maximæ uxoris ejus, qui comprehensi missi sunt in fluvium*. Usuard. de Peregrin. & Martyrolog. cusum Coloniæ, & Lubecæ anno 1490. exhibent; *In mare mersorum*. Maurolyc. *In Syrmio Panoniæ Urbe SS. Montani Presbyteri, Demetrii Diaconi, & Maximæ Virginis, & aliorum quadraginta*. Videntur tamen Montanus, & Maxima Sirmienses alii à Montano Presbytero, & Maxima Sirmiensibus uxoratis. Florentin. inspiciendus.

(e) *Item Quadrati, & Soc.* Canis. in Græcor. Menologio subnectit: *qui apud Orientem passi sunt*.

(i) *Felicis Episcopi*. Quamplures Codices; *Et Confessoris*.

Baron. in not. *Hic cum Martino lapsus est, cum eodem pariter surrexit, & dignus est habitus, qui, sicut idem S. Martinus, inter Sanctos receptus sit*. Ast Pagi t. 1. ad an. 386. n. 4. *Anno cccci. quo Concilium Taurinense post Divi Martini Turonensis Episcopi mortem celebratum, adhuc extra communionem Episcoporum Catholicorum erat, & post illud in eam receptus, ut ostendit Provverus hist. Trevirens. lib. 4. c. 202.* ac proinde non surrexit cum Martino: Ipsi tamen Viri summi inter se hoc conferant,

iv. B Sexto Kalendas Aprilis. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

* *Iulrium octavi menſis Ægyptiaci Pharmuti, ſeù Barmude.* Pagi.t.1.in Calce ex Cardinal. Nor.de Epoch.

(a) *Alexan. Militis.* Martyr anno 308. Baron.eo an.n. 27.An.309.Pagi. t. 1. ad ann. 303. n.6.

(b) *Phileti, & Soc.* Die ſeq. Greci in Menolog.Die 29.Ms. Colleg. Societat. Jeſu Pariſ.

DRizìparæ in Pannònia ſancti Alexàndri mìlitis, qui ſub Maximiàno Imperatòre poſt multos pro Chriſto agònes ſuperàtos, mùltàque miràcula èdita, martyrium càpitis abſciſſiòne complèvit. (*a*) Eòdem die ſanctòrum Philèti ſenatòris, Lydiæ uxòris, & filiòrum Mecèdonis & Theoprèpidis: itèmque Amphilòchii ducis, & Crònidæ Commentarièſis, qui pro Chriſti confeſſiòne cæſi ſunt. (*b*) In Perſide ſanctòrum martyrum Zanitæ, Làzari, Maròtæ, Narsètis, & aliòrum quinque, qui ſub Sapòre Rege Persàrum ſæviſſimè trucidàti, martyrii palmam meruèrunt. (*c*) Salisbùrgi ſancti Rupèrti Epìſcopi & confeſsòris, qui apud Bàvaros & Nòricos Evangèlium mirificè propagàvit. (*d*) In Ægypto ſancti Joànnis eremìtæ, magnæ ſanctitatis viri, qui inter cœtera virtùtum insìgnia ètiam prophètico ſpìritu plenus, Theodòſio Imperatòri victòrias de tyrànnis Màximo & Eugènio prædìxit. (*e*)

(d) *Ruperti Epiſc.* Obiit anno 623. Coint. An. 719. Henſchen. & Papebroch. Acta. An. 718. Pagi t. 3. ad an. 594. n.7. & an.773. n.ɛ.

(c) *Joan. Eremita.* Die 13. Novembr. Greci.Die 28. Martii Witſordus Martyrol. Gallic.

(a) *Baron. an. 308. n. 27. Hiſtor. Miſcell. nomine Pauli Diaconi lib. 17. an. 12. & 18. Maurit. Imperat. Petr. de Natal. lib. 13. n. 101. & Uſuard.* (b) *Baron. an. 140. n. 4. Græci in Menolog.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. Lippoman. t. 7. & Metaphraſt.* (d) *Baron. an. 590. n. 42. & ſequ. ac Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. an. 388. n. 52. & an. 394. n. 20. Theodoret. hiſt. lib. 5. c. 24. Sozomen. lib. 7. c. 22. Evagr. vit. Patr. c. 1. Nicephor. lib. 12. c. 29. aliique plures.*

Sententiam puram labia loquuntur. Job. 33.

(a) *Drizipara in Pannonia Alrxandri militis &c.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Romuli, Acuti, Pinnari, Mauroli, Succeſſa, Miſia, Matutina, Doti, Succeſſi, Alexandri, Solutoris.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. ac Petr. de Natal. Galeſin. & de Peregrin. *In Pannonia S. Alexandri Martyris*, ſubducto *Drizipara*. Caniſ. in Martyrol. Germanic. pro *Pannonia* interpretatur *Hungariam*.

(b) *Eodem die Phileti Senatoris, Lydia uxoris, & filiorum Macedonis, & Theoprepidis, item Amphilochii Ducis, & Cronida Commentarienſis.* Græcor. Menolog. die ſequen. *Sanctus vero Philetus, & qui cum eo erant Chriſtiani, Hadriano Imperatore, quotidie Deo ipſi inſervientes, comprehenſi, Martyrio coronati ſunt.* Salazar. Martyrol. Hiſpan. ex Pſeudo-Dextro ad ann. 137. *Barcinone in Hiſpania S. Philetus Senator, & Leda uxor ejus, & filii ejus, & alii quinquaginta Martyres.*

(c) *In Perſide Zanita, Lazari, Marota, Narſetis, & aliorum quinque ſub Sapore Rege Perſarum.* Ado, & Uſuardus prænotant: *Apud Ægyptum Zanita &c.* Galeſin. *In Perſia Zanita, Lazari, & Sociorum ſeptem. Ii Saporio Perſarum Rege.* Acta penes Henſchen. & Papebroch. *Saborii Regis.*

Purus ſermo habet conſilium, & intelligentiam. Job. 11.

(d) *Salisburgi Ruperti Epiſc. & Confeſ.* Ms. Ultrajectinen. *Ruothperti.* Martyrol. antiqu. Monaſter. S. Udalric. *Rudperti.* Greven. Addit. ad Uſuard. *Ruperti Epiſcopi Civitatis Vangionum, quæ nunc Wormacia dicitur, & confeſſoris*, Molan. Addit. ad Uſuard. *Wormacia S. Ruperti Epiſc. &c.*

(e) *In Ægypto Joannis Eremita.* Ms. Divionen. *Apud Ægyptum S. Joannis Eremita.* Ado addit: *Admiranda Sanctitatis viri, qui etiam prophetico Spiritu plenus, Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo victorias de Tyrannis Maximis prædixit.* Demum Roman.Martyr. Tyrannorum nomina promit, ſcil. *De Tyrannis Maximo, & Eugenio.*

Diſceptatio Topographo-Chronologica.

(a) *Drizipara in Pannonia S. Alexandri Militis, qui ſub Maximiano.* Ambiguum, quando hic Sanctus, ſub quo Tyranno, quoque genere tormenti mortem oppetiit.

T 2 Emi-

Eminentiss. Baron. in Annalib. teste Eusebio hoc Martyrium refert, anno 308. & Driziparæ, ut eo anno n. 27.

At si dicto anno 308. hic Martyr addicitur, tunc annus tertius Imperii Maximini currebat, ut idem Baronius loco adducto, ac proinde non sub Maximiano. Rursùs Drizipara Urbs est antiqua, & Princeps Traciæ medit. inter Hadrianopolim, & Propontidem, ad Arsum fluvvium, Bergulæ finitima Ptolom. lib. 10. c. 11. unde cur Pannoniæ adscribenda, non videtur: ex quo sanè ipse Annalista ibi profert *Driziparæ*, sine addito *In Pannonia*.

Baron. tamen in notis asserit, hæc verba Romani Martyrologii se in Usuardo legisse.

Verùm Alexander apud Usuardum, est ille, qui palmam Martyrii promeruit sub Maximiano in Tracia procul à Pannonia, die 13. Maji ab omnibus Græcis cultus; & aliunde cùm alterius ex his duobus Alexandris desint Acta, proinde & genus, & tempus Martyrii in unum, eumdemque Alexandrum conflata fuere; idcircò Acta Martyrii unius è Græcis latinè reddita pro altero Lippoman. & Surius edidere; ita dein ab Usuardo exscripta: nihilominùs judicio Saniorum expectato, saniùs rescriberetur: *In Pannonia S. Alexandri Martyris*; ut Maurolyc. Galesin. aliique; vel: *Driziparæ S. Alexandri Militis, qui post multos pro Christo labores superatos, multaque miracula edita, martyrium capitis abscissione complevit.*

iii. C Quinto Kalendas Aprilis. Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

CÆsarèæ in Palæstina natàlis sanctòrum màrtyrum Prisci, Malchi, & Alexàndri: qui in persecutiòne Valeriàni cùm in suburbàno agèllo supradictæ urbis habitàrent, atque in ea cœlèstes martyrii proponerèntur corònæ, divìno fidei calòre succènsi, ultrò Jùdicem adeùntes, cur tantùm in sànguinem piòrum desævìret, objùrgant: quos ille continuò pro Christi nòmine bèstiis tràdidit devoràndos. (*a*) Tarsi in Cilicia sanctòrum màrtyrum Càstoris & Doròthei. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Rogàti, Succèssi, & aliòrum sèxdecim. (*c*) Romæ sancti Xysti Tèrtii Papæ & confessòris. (*d*) Apud Nùrsiam sancti Spei abbàtis, miræ patièntiæ viri, cujus ànima, cùm ex hac vita migràret, in colùmbæ spècie à cunctis fràtribus visa est in cœlùm ascèndere. (*e*) Cabilòne in Gàlliis deposìtio sancti Gunthràmni Regis Francòrum, qui spiritàlibus actiònibus ita se mancipàvit, ut relictis sæculi pompis, thesàuros suos Ecclèsiis & paupèribus erogàret. (*f*)

(a) *Prisci, Malchi*. Martyr. an. 260. Baron. eo an. n. 30. An. 250. Henschen. & Papebroch. Die 18. Januarii Galesin.

(d) *Xysti Papæ*. Obiit hac die. Baron. ad annum 440. n. 1 Die 11. Augusti Pagi. t. 2. ad eum an. n. 2.

(f) *Gunthramni*. Obiit an 598. Baron. eo an. n. 43. An. 597. Sigebert. in Chron. An. 593. Pagi. t. 2. ad an. 598. n. 7. Henschen. & Papebroch.

(a) *Baron. an. 260. n. 30. Euseb. hist. lib. 7. c. 21. & Nicephor. lib. 6. c. 11.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 12. n. 102. Usuard. & Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *Baron. an. 262. n. 28.* (d) *Baron. an. 432. n. 38., & an. 440. n. 1. & sequ. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. & S. Gregor. Papa lib. 4. Dialogor. c. 10.* (f) *Baron. an. 598. n. 43. S. Gregor. Turon. de glor. martyr. c. 76. & hist. de gest. Franc. lib. 4. c. 24. & sequ. ac Petr. in Catal. lib. 4. c. 8.*

Erudimini qui iudicatis. Psalm. 2.

(a) *Cæsareæ in Palæstina Prisci, Malchi, & Alexandri*. Martyrol. Epternacen. *Apud Cæsaream Civitatem Rogati, Alexandri, Dorothei, Audatæ. Item Cæsareæ, Mariæ*. Martyrol Corbejen. *In Cæsaria Rogati, Alexandri, Dorothæi, Adauctæ, Modesti*. Martyrol. Hiernoymian. Lucen. *In Cæsarea Rogati, Alexandri, Dorothei, Audactæ*. Ms. Vatican. *In Cæsarea Rogati, Alexandri, Dorothei*. Ms. Lætien. silet: *Dorothei*. Ms. Tornacen: *In Cæsarea Rogati, Dorothei, & alii decem.*

An idem hic Alexander, affirmare non audemus: cum aliis tamen sociis legitur.

Nullus sine sapientia benè iudicat. S. Augustin. de liber. Arbitr.

(b) *Tarsi*

(b) *Tarsi in Cilicia Castoris, & Dorothei.* Tarsus, *Terassa* Incolis, *Tarso* Nostris; Urbs Ciliciæ ad Cydnum fluvium interluentem, ex Tauro monte per valles in Cilicium pelagus profluentem. Martyrol. Corbejen. *In Tharso Ciliciæ Castoris, Menelaonpi.* Apographa Epternacen, & Lucen. ac Mss. Richenovien. & Barberinian. antiq. *In Tarso Ciliciæ Castori.* Martyrol. de Peregrin. *Tarso Ciliciæ Castoris, Theodori.* Galesin. *Tharsi in Cilicia Adaucti, Dorothei Castoris, Pollusii, & sociorum:* In notis addit: *se ex Codice scripto accepisse Castoris ex Usuardo.* Baron. etiam in not. præter Usuardum citat vet. manuscript. At Florentinius eruditus in ad S. Hieronym. Martyrol. notis suadet: *sæpe hæc Baronium manuscripta esse ex Galesinio, qui ex corruptis codicibus nactus Adauctum, & Dorotheum Cæsarienses Martyres, Tarsenses facit cum Castore, Polluce, & Sociis.*

(c) *In Africa Rogati, Successi, & aliorum sexdecim.* Ms. Albergen. *Et aliorum XVII.* Ms. Tamlacten. *Et aliorum XII.* Mss. Lætien, & Tornacen. S. Martini: *Et aliorum X.* Raban. *Et in Africa aliorum XVI.* Cardinal Baron. in not. hos SS. Rogatum, & Successum animadvertit illos Episcopos fuisse, de quibus Cyprian. Epist. 54. ad Cornel. Pap. & Epist. 82. ad Successum.

At Henschen. & Papebroch. affirmant, in omnib. codicib. tum cusis, tum Mss. numquam hi Sancti Rogatus, & Successus, de quibus hoc die, dicuntur Episcopi: alii forsan illi erunt.

(e) *Apud Nursiam Spei Abbat.* Ferrar. alium *Spem* Episcopum Spoleti exhibet die 23. & 29. Novembris.

(f) *Cabilone in Galliis Gunthramni Regis.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Cavillonno Guntheranni Regis.* Mss. Tornacen. Lætien, & Barberinian: *In Civitate Cabulon depositio Guntranni Regis.*

ii D Quartò Kalendas Aprilis. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A B C D E F F G H M N P

19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

(a) *Jonæ, & Soc.* Martyr. an. 344. Baron. eo an. n. 21. An. 326. Henschen. & Papebroch. An. 350. Pagi t. 1. ad an. 343. n. 4. Die 27. Martii Græci in Menolog. Sirlet. & Galesin.

(d) *Armogastis, & Soc.* Martyr. an. 456 Baron. eo an. n. 22. An. 360. Henschen. & Papebroch.

(e) *Secundi.* Martyr an. 134. Augurio, & Sergiano Coss. Galesin. An. 119. Julio, & Rustico Coss. Hensch. & Papebroch. Die sequenti Iidem.

IN Pèrsia sanctòrum màrtyrum Jonæ & Barachìsii sub Sapòre Rege Persàrum: quorum Jonas pressus in còchlea, contràctis òssibus, mèdius dissèctus est; alter, opplètis fàucibus, pice ardènti suffocatus. (*a*) Heliòpoli apud Lìbanum sancti Cyrìlli diàconi & màrtyris, cujus jecur discìsso ventre avùlsum Gentìles sub Juliàno Apòstatà feràliter depàsti sunt. (*b*) Nicomedìæ pàssio sanctòrum màrtyrum Pastòris, Victorìni, & sociòrum. (*c*) In Africa sanctòrum confessòrum Armogàstis Còmitis, Màsculæ, Archimìmi, & Sàturi règiæ domus procuratòris, qui tèmpore Vvandàlicæ persecutiònis sub Genserico Rege Ariàno pro confessiòne veritàtis multa, & gràvia perpèssi supplìcia atque oppròbria, cursum gloriòsi certàminis implevèrunt. (*d*) In urbe Astènsi sancti Secùndi màrtyris. (*e*) In monastèrio Luxoviènsi depositio sancti Eustàsii abbàtis, discìpuli sancti Columbàni, qui fermè sexcentòrum monachòrum Pater fuit, & vitæ sanctitàte conspìcuus, ètiam miràculis clàruit. (*f*)

(f) *Eustasii Abbat.* Obiit an. 625. Henschen. Papebroch. An. 627. Pagi t. 2. eo an. n. 18. Die sequ. Mabillon. sæcul. 2. Benedict. Ado, & Raban. Die 1. April. Ms. Treviren. S. Martini.

(a) *Baron. an. 344. n. 21. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (b) *Baron. an. 362. n. 166. Græci in Menolog. Theodoret. hist. lib. 3. c. 6. & Suidas hist.* (c) *Baron. an. 311. n. 17. Maurolyc. Galesin. aliique.* (d) *Baron. an. 456. n. 22. Victor lib. 1. de persecut. Wandal. in fin. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. vit. SS. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 12.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. Sigebert. de vir. illustr. c. 61. & in Chron. ad an. 624. ac Trithem. de vir. illustr. ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 170.*

Nemo scit, nisi qui accipit. Apocal. 2.

(a) *In Persia Jonæ, & Barachisii sub Sapore.* Galesin. *Saporio.* Cardinal. Sirlet. in Græcor. Menologio die 27. Martii: *Eodem die Martyres Jonas, & Barachisius securi percutiuntur.*

(c) *Nicomediæ Pastoris, Victorini*

In mente habe qualiter acceperis. Apocal. 3.

ni , & Sociorum. Martyrol. Epternacen. *Dilæ, Julianæ , & aliorum*.Ms. Richenovien: *Dolæ* , pro *Dilæ* . Apographa Corbejen , & Hieronymian. Lucen. silent *Dilæ* , seù *Dolæ* . Ms. Reginæ Suecīæ : *Nicomediæ SS. Pastoris , Victurini , & aliorum septem* . Ms. Treviren. S. Martini : *In Nicomedia S. Pastoris Martyris, & aliorum VIII.* Mss. Attrebaten . & Tornacen : *In Nicomedia natale SS. Pastoris , & Victoris , depositio S. Saturnini* . Martyrol. de Peregrin. demit : *Depositio S. Saturnini* . Ms. Lætien: *In Nicomedia S. Victoris*. Mss. Vatican. Cassinen. & Pleschien. Neapol. penes Cleric. Regular. SS. Apostol. *Nicomediæ Pastoris , Victorini , Juliani* . Mss. Pragen. & Barberinian. *Nicomediæ Pastoris , Victorini , Saturnini , & aliorum trium* . Ms. Augustan. S. Udalric. palestra non præsignata : *Pastoris , Victoris , Doli , Julianæ*. Ms. Treviren. S. Martini,Greven. & Ganis. die sequen. *Depositio Pastoris , & Victoris , aliàs Victorini, & aliorum quatuor.*

(d) *In Africa Armogastis , Masculæ , Archimini , & Saturi* . Alibi : *Armogasti , Hermogasti , Archinimi , Argymini , Satyri* . Ms. Leodien. S. Lamberti pro Archimini , *Argimini* . Ms. Divionen, & Martyrol.de Peregrin.*Apud Africam Armogasti, Archinimi, & Satyri*.Ms.Treviren.S. Paulini , & Roman. Vallicel. prænotant : *Sanctorum Confessorum* . Ms. Cassinen. *Natale Sanctorum Confessorum Hermogasti , Satyri.*

Cardinal. Baron. in suis elucubrat. not. *Alia lectio ex vetusto Victoris exemplari sic habet : Archimimi Masculani , quasi ex Mascula Civitate nobilissima in Africa : quę lectio magis arridet Molano in annot. ad Usuardum secundæ edition* . At asserit Molanus : *Codices Victoris mendosè habere quemdam Masculinum nomine Masculum : veram lectionem , eamque consentaneam esse in pervetusta, & prima editione c. 13. quemdam Archiminum nomine Masculinum , hoc est ex Mascula Civitate* . En quomodo Molan. *Archiminum* , non *Archimimum* vocat. Balduin. verò in sua Victor. Uticens. editione legit : *Sed nec quemdam Archimimum nomine Masculum debeo præterire* : Quæ lectio Baronio placuit , sed alias ipse haud prorsùs rejecit.

(f) *In monasterio Luxoviensi S.Eustasii Abbatis , qui sexcentorum Monachorum Pater* . Luxovium *Lusseoul*, Oppidum Galliæ Celticæ,Burgundię Comitatus,seù Sequanorum in Lotharingiæ confinio , Graiaco, & Vesulio , eiusdem regionis Urbibus proximum, ubi Benedictinorum Cœnobium ingens,olimque celeberrimum.Martyrolog.de Peregrin. nullo loco præsignatò : *Ipso die depositio S. Eustasii Abbatis , qui Pater fermè ducentorum extitit Monachorum* . Martyrol. Scoticum Dexteri : *Luxovii Eustasii Abbatis , qui è Scotia S.Columbanum sequutus, in Burgundia beato fine quievit* .Vvandelbert.

Eustasius quarta virtutis laude coruscat:
Abba Columbano nituit qui rite Magistro .

i E Tertio Kalendas Aprilis. Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

ROmæ via Appia pàssio beàti Quirìni Tribùni , qui à sancto Alexàndro Papa, quem habèbat in custòdia, cum omni domo sua baptizàtus est, & sub Hadriàno Imperatòre tràditus Aureliàno jùdici , cùm in confessiòne fidei persìsteret , post linguæ abscissiònem, equùlei suspensiònem, manuùmque ac pedum detruncatiònem, agònem martyrii glàdio consummàvit. (*a*) Thessalonìcæ natàlis sanctòrum màrtyrum Domnìni, Victòris , & sociòrum. (*b*) Constantinòpoli commemoràtio sanctòrum plurimòrum Màrtyrum Cathòlicæ Communiònis, quos Constàntii tèmpore Macedònius hæresiàrcha inaudìtis tormentòrum genèribus cruciàtos occìdit: nam inter cætera fidèlium mulìerum ùbera inter labra arcàrum comprèssa dissècuit , & candènti ferro combùssit . (*c*) In castro Silvanectènsi deposìtio sancti Règuli Arelatènsis Epìscopi. (*d*) Aurèliæ in Gàllia sancti Pastòris Epìscopi . (*e*) Syracùsis sancti Zòsimi Epìscopi, & confessòris. (*f*) In monte Sina sancti Joànnis Clìmaci abbà-

(a) *Quirini Tribuni* . Martyr. anno 132. Baron. eo an. n. 2. An. 130. Henschen. & Papebroch. Die præced. Iidem. Die 30. April. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen.& Lætien.

(b) *Domnini,& Soc.* Martyres an 304. Baron.& an n. 49. An. 305. Pagi. t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præcedent.

(f) *Zosimi Episc.* Circ. 642. Ferrar. Circ. 660.Henschen. & Papebroch. Die 21. Martii Gręcor.Menęa, & Maxim.Cythereus.

(g) *Joannis Climaci Abbat.* Claruit an.570. post Justin. Imperat. Baron. in not. An.594. post Maur.Imper.Pagi t. 2.eo an. n. 9. Obiit an. 580. Henschen.& Papebroch.

Galesin.

abbatis. (*g*) Apud Aquinum sancti Clinii confessòris. (*h*)

(c) *Commemor. plurimor. Martyr.* An. 351. Baron. eo an. n. 46. An. 241. Henschen. & Papebroch.

(a) *Baron. an.* 132. *n.* 2. *Sur. t.* 3. *prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die* 3. *Maji, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an.* 304. *n.* 49. *& Acta Henschen., & Papebroch.* (c) *Baron. an.* 351. *n.* 46. *item Acta relata.* (d) *Baron. in not. Mombrit. t.* 2. *S. Antonin.* 1. *par. tit.* 28. §. 2. *& Petr. in Catal. lib.* 4. *c.* 15. (e) *Baron. in not. item Petr. in Catal. lib.* 12. *n.* 4104. *& Maurolyc. hac die.* (f) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die Ferrar. & Acta Henschen. & Papebroch.* (g) *Baron. in not. Græci item in Menolog. hac die, & Sur. t.* 2. *prior. edit.* (h) *Baron. in not. & Henschen. & Papebroch. Act.*

Qui quod novit loquitur, judex justitiæ est. Proverb. 12.

(a) *Romæ Quirini Tribuni.* Mss. Vatican. Eccles. S. Petri, & Vallicell. Can. Congregat. Orator. Romæ: *Romæ via Appia passio S. Quirini Tribuni & Martyris.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Grad. *Patris S. Balbinæ.*

(b) *Thessalonicæ Domnini, Victoris, & Sociorum.* Thessalonica, *Salonichi*, Urbs Macedoniæ, ad intimum Thermaici sinus recessum, olim & nunc quoque florentissima, Emporium maximum, media inter Dyrrachium, & Cypselam Urbem Thraciam ad Hebrum. Martyrol. Epternacen. *Thessalonicæ Civitate Domnini, Philopoli, Achaici, Palatini, Agadoniæ, Aquilinæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ Virginis, Philupoli.* Martyrol. Corbejen. *In Thessalonica Civitate, Domnini, Philippopoli, Acaci, Palatini; & alibi Victoris, Marcellini, Satulli, Crusis, Agathoniæ, Aquilæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ, Philippopoli, Datini, Pastoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Thessalonica Civitate Domnini, Philopoli, Acaci, Palatini: & alibi Victoris, Marcellini, Satulli, Crusis, Agathoniæ, Aquilinæ Virginis, Saturnini, Eulaliæ Virginis, Philippoli.* Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Thessalonicæ SS. Martyrum Domnini, Philippici, Acacii, Palatini; & alibi Victoris cum aliis septem.* Ms. Treviren. S. Maximini: *In Thessalonica Domnini, Philopoli, Palatini.* Ms. Vatican. *In Thessalonica Civitate Domnini, Palatini.* Ms. Roman. Barberinian. addit: *Philophili, & alibi Victoris, Marcellini, Saturnini, & Eulaliæ Virginis.* Ms. Monaster. S. Cyriaci Romæ: *In Thessalonica SS. Domnini, Paulini, Eulaliæ Virginis.* Aliud Ms. Roman. Altempsian. *Thessalonicæ SS. Domnini, Philopii, & Achaici.* Ms. Treviren. S. Martini: *In Thessalonica Domnini Martyris, & aliorum XII.* Ms. Aquisgranen. nullo loco: *Domini, Filipoli, Eulaliæ Virginis, & aliorum plurimorum DCI.* Notker. *In Thessalonica Civitate Domnini, Philipoli, Achaici, Palatini.* Raban. nulla loci nota: *Natale Domnini, Philippopoli, & Jacaici.* Martyrol. de Peregrin. *Thessalonicæ natale SS. Domnini, & Victoris;* silet Anonymos socios.

Cardinal. Baron. in not. de Domnino, Victore, & Anonymis Sociis: *Usuardus de his etiam;* at Usuard. genuinus non de Victore agit, sed de Domnino unà cum Philopolo, & Acaico: Subdit item Baron. *De Domnino Thessalonicensi, de quo hic agitur, Græci habent ad Kal. Octobris in Menologio, ubi ejus Acta summatim complexa narrantur, passionque ferunt in persecutione Maximiani Imperatoris.* Sed videtur alius; ut inspiciendum in Menolog. Basil. Imperat. penes Henschen. & Papebroch. Salazar. contendit, hunc Domninum non distingui ab illo, de quo unà cum Philemone ad diem 21. Martii.

Nè despicias narrationem sapientum. Ecclesiast. 8.

(e) *Aureliæ in Gallia S. Pastoris Episc.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Aurelianis Civitate depositio Pastoris.* Martyrol. Epternacen. *Aureliani Pastoris.* Martyrologia cusa Coloniæ, & Lubecæ an. 1490. & Greven. Addit. ad Usuard. *S. Pastoris Episcopi Palatini.* Petr. de Natal. subdit: *Eodem die Aurelianis claruit.* Saussayus Martyrolog. Gallican. die seq. *Aurelis S. Pastoris Episcopi, & Confessòris.* Hispani hunc *Pastorem* autumant *Episcopum Valentianum.* Henschen. verò & Papebroch. hac ipsa die acriter opponunt. Ipsi inspiciendi.

Baron. in not. *De eo apud Adonem.* At Florentinius vir eruditus in Adonis Spurio, non apud Adonem invenitur: nihilque de eo profert Hagiologium Franco-Gallic. Labbei.

(h) *Apud Aquinum Clinii Confessoris.* Aquinum, *Aquino.* Urbs Samnii in Campaniæ, & Latii confinio, apud Fibrenum fluvium, olim clara, & frequens, sed à Corrado Imperatore vastata. Baron. in not. *De eo antiqua monumenta Ecclesiæ Aquinatis, nobis communicata à R. D. Flaminio Philonardo, ejus Sedis Episcopo.* Ferrar. tamen Catal. SS. Italiæ deplorat: *Se Acta ab Episcopo dudum flagitata habere non potuisse: sed aliqua ex monumentis Ecclesiæ Aquinatis accepta edidit.*

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ via Appia passio Beati Quirini Tribuni, sub Hadriano Imperatore.* Anceps hoc martyrium *sub Hadriano.* Martyrol. de Peregrin. cusum sub Julio III. de anno 1553. secundùm morem Sacrosanctæ Romanæ, & Universal. Ecclesiæ efferebat: *sub Aureliano Imperatore.* Et alia Martyrologia tum Mss. ut Centulen. & Leodien. S. Lamberti, tum cusa, ut Notker.

ker. Bellin. Felic. Canis. & Galesin. *sub Trajano* ponunt.

Henschen. tamen, & Papebroch. in Act. Sanctorum suadent, corrigenda esse ea verba: *sub Trajano Imperatore*, & ea *sub Aureliano*; quùm factum fuerit sub *Hadriano* ejus successore, à quo protracta persequutio à *Trajano* inchoata.

Ast ea verba *sub Trajano* non aliunde præadducti Martyrologi hausere, quàm ex Actis S. Alexandri Papæ & Martyris penes Sur. t. 3. prior. edit. ad 3. Maji, à quo Pontifice Sanctus *Quirinus* ad Christi fidem conversus, & baptizatus; quamobrem in iisdem Actis res à Quirino gestæ habentur.

Eminentiss. Baron. in not. urget: *Mendum inesse certum est, cùm non sub Trajano, sed anno decimo tertio Hadriani Martyrio coronatus est*. Supputat enim hoc Martyrium anno Christi 132. currente anno decimo tertio Imperii *Hadriani*.

Verùm licèt Baronius hoc Martyrium copulet cum illo Alexandri Papæ anno Christi 132. nihilominùs summus vir Pagi t. 1. ad an. 130. n. 1. vindicat, asserendo, Alexandrum Papam anno Christi 116. mortem sub *Trajano* oppetiisse, ex Damasi Chronico: *Alexander fuit temporibus Trajani à Consulatu Palmæ, & Juli, usque Helian. & Veter.* Unde Acta apud Surium ita accurata videntur, ut ex iis tot Martyrologi id idem dein recensuerint. Cæterùm quùm de hoc Alexandro Pontifice die 3. Maji agendum erit, quæ modò suppetunt, eo die videnda. In præsentiarum ut hæc hesitatio abdicetur, & Saniores arriderent, neutiquam exprimatur, sub quo passùs, ut Ms. Vatican. S. Petri, sed: *Romæ via Appia passio B. Quirini Tribuni, qui à S. Alexandro Papa, quem habebat in Custodia, cum omni domo sua baptizatus est, & Judici traditus, cùm in Confessione Fidei, &c.*

* F Pridie Kalendas Aprilis. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

(d) *Balbinæ.* Obiit an. 132. Baron. eo an. n. 2. An. 131. Henschen. & Papebroch. die præceden. Galesin. ex Ms.

THècuæ in Palæstìna sancti Amos Prophètæ, quem Amasìas sacèrdos frequènter plagis afflixit, & filius ejus Ozìas vecte per tèmpora transfixit: qui pòsteà semivìvus in pàtriam devèctus, ibìdem expiràvit, sepultùsque est cum pàtribus suis. (*a*) In Africa sanctòrum màrtyrum Theodùli, Anèsii, Felicis, Cornèliæ, & sociòrum. (*b*) In Pèrside sancti Bènjamin diàconi, qui cùm Dei verbum non desìsteret prædicàre, sub Isdegèrde Rege ùnguibus arundìnibus acùtis confixus, & spinòsa sude per alvum transmìssa, martyrium consummavit. (*c*) Romæ sanctæ Balbìnæ vìrginis, filiæ beati Quirini màrtyris, quæ à sancto Alexàndro Papa baptizàta, post devìctum hujus sæculi cursum sepelìtur via Appia juxtà patrem suum. (*d*)

(a) *Baron. in not. Epiphan. de vit. & interit. Prophet. S. Isidor. de vit. & mort. SS. c. 43. & Doroth. Synops. c. 2.* (b) *Baron. an. 420. n. 22. Petr. de Natal. lib. 11. n. 105. & Wandelbert.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Theodoret. hist. lib. 5. c. 38. & Nicephor. lib. 14. c. 20.* (d) *Baron. an. 69. n. 30. & an. 132. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die 3. Maji. Petr. de Natal. lib. 4. c. ult. Vsuard. Ado, & alii.*

Non possumus aliquid adversùs veritatem, sed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

(a) *Thecuæ in Palæstina Amos Prophetæ, quem Amasias Sacerdos, & filius ejus Ozias.* Thecuæ, Oppidum Palæstinæ, in monte, apud quem ingens solitudo, in qua pascua Thecuæ in Scriptura Sacra nominantur, inter Betlehem, & Lacum Asphaltidem. Martyrol. Dominicanorum: *Amasias Sacerdos Bethel.* forsan nè *Sacerdos* simpliciter dictus, *Aronius* intelligatur: Amos ipse Propheta quidem meminit *Amasiæ Sacerdotis Bethel.*

Et filius ejus Ozias. Martyrolog. Pulsanen. Ms. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Osias* signat, consentitque

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Proverb. 12.

de

de Peregrin. Videndi Epiphan. c. 12. & Isidor. c. 43. de vit. & interit. Prophetar.

(b) *In Africa Theoduli, Anesii, Felicis, Cornelia*. Martyrologia Epternacen. & Corbejen. *In Africa Anesi, Felicis, Diodoli, Pretida, Cornelia, Valeria*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. ac Mss. Treviren. S. Maximini, & Roman. Barberinianum: *In Africa Anesi, Felicis, Diodeli, Perti, Abda, Cornelia, & Valeria*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Theoduli, Anesii, Felicis, Cornelia, & aliorum V.* Ms. Colonien. Carmeli: *In Africa Diodeli, Anesii, Felicis, Porti, Cornelia, Galeae, & Abda*. Ms. Lætien. *In Africa Felicis, Anesii, Diodeli, & S. Cornelia Virginis*. Ms. Tornacen. S. Martini: *In Africa Felicis, Anesii, Diodoli*. Ms. Monaster. S. Cyriaci: *In Africa Felicis, Diodoli, Cornelia*. Ms. Casinen. loco non indicato: *Natale SS. Martyrum Diodoli, Anecii, Felicis, Castoris, & Dorothei*. Petr. de Natal. *Diodolus, Anesius, Felix, Cornelia, Valeria, Presbus, & Abdas Martyres in Africa*. Notker. *In Africa Anesii, Felicis, Dioduli, Cornelia, & Valeria cum sociis eorum*. De Peregrin. *In Africa Theodosi, & Anesii*.

(c) *In Perside Benjamin Diaconi*. Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti: *Eodem die SS. Abda Episcopi, & Benjamin Diaconi, & Sociorum, qui apud Persidem, Martyrii coronam acceperunt*.

(d) *Roma Balbina Virginis, filia Quirini*. Martyrologia Mss. Fuldanen. Pletchien. & Beneventan. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolorum pro *Quirini*, ponunt *Cyrini*.

Ferrar. hac ipsa die in vit. S. Hermet. observat, S. Balbinam in via obiisse, quùm duceretur cum aliis in mare demergenda, & ad mare deportatam fuisse cum aliis. Sed Petr. de Natal. duas Balbinas agnoscit, alteram in Cæmeterio Protextati apud Patrem suum Tribunum Quirinum conditam, de qua hac die; alteram ad 6. Octobris his verbis: *Balbina Virgo Romana quiescit in pace*. Cordatus lector hoc consulat. Potuit tamen una eademque Balbina duplici, diversoque die coli.

Disceptatio Chronologica.

(c) *In Perside S. Benjamin Diaconi, sub Isdegerde Rege*.

Socrates lib. 7. c. 18. sub *Bararane* hanc persequutionem his verbis refert: *Isdegerdem Christianos in suis ditionibus degentes nullatenus persecutum fuisse, sed Bararanem Magorum consilio inductum, eos graviter exagitasse*.

Eminentissim. Baron. in not. pro Romani Martyrolog. assertione advocat Theodoretum, scribentem lib. 4. c. 38. *Concitata est hac persecutio ab Isdegerde Rege Persarum in fine Regni ipsius*, & rursus Cyrillum Monachum in Euthimio: *Captam esse sub Isdegerde Rege, & sub ejus filio auctam*.

Verùm hoc refragatur Socrati, apertè asserenti: *Isdegerdem Christianos in suis ditionibus degentes nullatenus persequutum*: sed etiam dato quòd persequutio ortum habuit *sub Isdegerde*, Marcellino in Chronico tradente: *Persecutio adversùs Christianos à Magis mota sub finem Regis Isdegerdis*; incœpta tamen videtur *Isdegerde* senio morbisque languente, post ejus mortem à *Bararane*, sivè aliis *Cororane* atrocitèr propagata: quamobrem persequutionis Authorem Socrates loco addicto, & Nicephor. lib. 14. c. 20. *Bararanem* tradidere.

Baronius ultrà in notis obstat, affirmando, Benjamin Diaconum martyrii agonem perfecisse Christi anno 420. *Theodosio IX. & Constantio III. Coss.* initio persequutionis cœptæ sub *Isdegerde*, annis triginta perduratæ, juxta Theodoretum lib. 5. cap. 38. de qua S. August. de Civit. Dei lib. 8. cap. 12.

Ast objectum hoc favet potiùs Socrati, quàm obstet, si enim anno 420. hæc persequutio incœpta, iam Benjamin Diaconus non ante passus, nisi aut sub fine *Isdegerdis* senio morbisque languentis, ut summi viri Hensch. & Papebroch. aut *Isdegerde* jam eo anno defuncto, ut erudite Pagi t. 2. ad eundem ann. n. 14. sicque sub *Bararane* Filio, qui cum Regno, bellum quoque adversùs pietatem, quasi hæreditario jure transmissum suscepit: unde hæc persequutio sub Patre incœpta, prosequuta dein, & aucta à Filio, pro una eademque apud Scriptores censetur, & reputatur, ac *Isdegerdi* à quampluribus addicta.

Cæterùm uti Evagrius lib. 1. c. 19. hæret an fuerit sub *Isdegerde*, vel *Bararane* filio, ita & ipse Baronius eodem anno 420. nu. 6. ambigit à quonam Persarum Rege in Christianos persequutio indicta: aitque, se relinquere lectoris arbitrio cujusnam Partis sint potiora jura: idcircò quùm id quoque intendamus, & solùm ut modò hæc tricea explodatur, (interposito tamen sapientiorum judio) neutiquam expresso sub quo, ut Græcorum Menologium Sirleti, rescribatur: *Eodem die Sancti Benjamin Diaconi, qui cùm apud Persidem Dei verbum non desisteret prædicare, unguibus arundinibus acutis confixus, & spinosa sude per alvum transmissa, martyrium consummavit*.

* Græcis Xau-thicus.

APRILIS.

XXIX. G Kalendis Aprilis. Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

A B C D E F F G H M N P

22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

(a) *Theodora*. Martyr an. 132. Baron. eo an. n. 2. An. 117. Henſchen. & Papebroch.

(e) *Macarii*. Obiit an. 735. Baron. eo an. n. 2. An. 820. Pagi t. 3. ad an. 735. n. 1.

(f) *Hugonis*. Die 29. Martii Ferrar. Die 31. Martyrol. Gallican. Witford.

ROmæ pàſſio ſanctæ Theodòræ ſoròris illuſtriſſimi màrtyris Hermètis, quæ ſub Hadriàno Imperatòre ab Aureliàno Jùdice affècta martyrio, ſepùlta eſt juxta fratrem ſuum via Salària, non longè ab Urbe. (*a*) Eòdem die ſancti Venàntii Epiſcopi & màrtyris. (*b*) In Ægypto ſanctòrum màrtyrum Victòris & Stèphani. (*c*) In Armènia ſanctòrum màrtyrum Quinctiàni & Irenæi. (*d*) Conſtantinòpoli ſancti Macàrii confeſsòris, qui ſub Leòne Imperatòre pro aſſertiòne ſanctàrum Imàginum in exìlio vitam finìvit. (*e*) Gratianòpoli ſancti Hugònis Epiſcopi, qui multis annis in ſolitùdine vitam exègit, & miraculòrum glòria clarus migràvit ad Dòminum. (*f*) Apud Ambiànum ſancti Vvalerìci abbàtis, cujus ſepùlchrum crebris miràculis illuſtràtur. (*g*)

(g) *Vvalerici*. Obiit an. 619. Henſchen. & Papebroch. An. 613. Cointius eo an. n. 18. Die ſequen. Mss. Corbejen. & Colonien. S. Mariæ ad Grad. Die 21. Maii Ms. Lætien. Die 11. Decembr. Uſuard. Die 12. Cointius.

(a) *Baron. an. 132. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap. die 3. Maji Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. item Ado, Uſuard. & cæteri.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. ibidem, Græci in Menolog. hac die, Henſchen. & Papebroch. Act.* (e) *Baron. an. 735. n. 2. Græci item in Menologio hac die.* (f) *Baron. an. 1080. n. 66. An. 1086. n. 13. & an. 1134. n. 2. Petr. Cluniacen. lib. 2. c. 28. Vincent. lib. 27. c. 8. & 12. Sur. t. 2. prior. edit. in vit. S. Bonaventuræ die 8. Octobr. & de vit. Carthuſianor. aliique.* (g) *Baron. an. 613. n. 9. Petr. in Catal. lib. 4. c. 21. & Trithem. de vir. illuſtr. ordin. S. Benedicti.*

Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Ad Rom. 15.

(a) *Theodora, ab Aureliano Judice.* De Peregrin. Notker. aliique: *Aureliano Principe.* Ado: *Aureliano Imperatore.*

(b) *Venantii Epiſcopi & Martyris.* Mss. Aquiſgranen. & Treviren. *Et alibi Venantii.* Ms. Centulen. *Epiſcopi & Confeſſoris.* Verùm omnes alii Codices: *Epiſcopi & Martyris.* Niſi fortè hic Venantius Confeſſor ſit, de quo iiſdem verbis in Apographo S. Cyriaci ad VIII. Februar. promitur: *Natale S. Venantii Epiſcopi & Confeſſoris.* Licèt nuſquam explicetur cujus Sedis Epiſcopus, & an ſub Martyrio vitam finierit, vel poſt cruciatus ſuperſtes, & ex eo Confeſſor quoque dicatur. Alium Venantium Martyrem Acta SS. penes Henſchen & Papebroch. hac ipſa die exhibent ex Italia in Germaniam translatum.

(c) *In Ægypto Victoris & Stephani.* Mss. Riehenovien. & Lebbean. *Ægypto Stephani.* Barberinianum, ut Roman. Martyrolog. *In Ægypto paſſio SS. Victoris & Stephani.* Ms. Caſinen. *In Ægypto Victoris, Stephani, & Alexandri.* Martyrol. Antuerpien. *In Ægypto Victoris, Stephana.* Lapſum quidem *Stephana*: omnes quidem Codices *Stephani* promunt.

Card. Baron. in not. animadvertit: *Licèt hi conveniant nomine, cenſentur tamen diverſi à Victore, & Corona, de quibus Uſuard. agit pridie Idus Maii; nam hi in Ægypto, illi in Syria paſſi dicuntur.* Kalendar. verò antiqui Miſſal. & Breviar. Ambroſiani penès Henſchen. & Papebroch. indicant: *SS. Dionyſii, & Stephani Martyrum*, & Kalendar. Miſſal. cuſum an. 1560. *Commemoratio S. Stephani, & Sociorum Martyrum.*

(d) *In Armenia Quinctiani & Irenæi.* Alibi: *Quintiani*, & *Quinciani*. Martyrol. Antuerpien. *In Armenia minore Parteni, Quintiani, Victoris, Secundi: In Eraclea Civitate item Victoris, Chionia, Agabis, Herenei.* Martyrol. Corbejen. *In Armenia Fortuni, Quintiani, Victoris, Secundi: In Heraclea Civitate item Victoris, Chionia, Agape, Herenei, Caſti.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Arminia Paſtini, Quintiniani, Victoris, Secundi: In Eraclea Civitate Victoris, Chionia, Herenei.* Martyrol. Bluman. *In Arminia Civitate Partini, Quintiani, Victo-*

Omnis ſcriptura utilis eſt ad docendum, ad arguendum, & ad erudiendum. 2. ad Timot. 3.

Boris, *Secundi* : *In Heraclea Civitate item Victoris*, *Chionia*, *& Herenei* . Lapsum *Arminia* apud Geographos . Ms. Aquisgranen. *Natalis S. Quintiniani Martyris* : *In Armenia Venantii* , *& Anastasii Martyrum*, *Pastini* , *Victoris* . Ms. Treviren. S. Martini : *Quintiani* , *Venantii* , *& Anastasii* . Ms. Ultrajectin. Eccles. S. Mariæ : *Quintiani*, *& Anastasii* . Ms. Vatican. *Natale Paterni*, *Quintiani*, *Victuris*: *In Armenia natale SS. Partini* , *Quintiani* , *Secundi* . Kalendar. Hieronymian. Canonicor. Lucen. *Kalend. Aprilis Agapeti* , *Quintiani* , *Herenei* . Notker. *In Armenia Quintiani* , *Victoris* , *Secundi* . Studiosus eam lectionem seligat , quæ sibi magis arridet.

(f) *Gratianopoli Hugonis Episc.* Gratianopolis , Gallicè *Granoble* . Urbs Episcopalis Galliæ Narbonensis in Allobrogibus , ad Hisaram flumen , quod suburbium ab Urbe dividit , ovalis quasi figuræ , hac tempestate celebris , optimèque munita , Regionis , hoc est Delfinatus , caput : Non longè abest Carthusia , Carthusianorum Cænobium celeberrimum : Hujus Cænobii *Hugo Episcopus primùm Abbas seu Prior Carthusian. An. Dom. Mcxxxii.* inter Sanctos ab Innocentio Pap. II. relatus , ut apud Sur. t. 2.

(g) *Apud Ambianum S. Walerici Abbatis* . Martyrol. Corbejen. *Iganau Monasterio B. Vualerici Confessoris* . Alium Vualericum Confessorem , & Eremitam Saussayus Martyrol. Gallicano die 10. Januar. *Lemovi* prostat.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ passio S. Theodoræ* , *quæ sub Hadriano Imperatore* , *Aureliano Judice* .

Acta S. Alexandri Papæ , & Martyris , ex quibus hoc Martyrium depromptum , sub *Trajano* contigisse tradunt.

Eminentissimus tamen Baronius in notis ad 3. Maii pro S. Alexandro , suadet , quemadmodum emendatum fuit id , quod quadam incuria irrepserat , nempè hoc Martyrium sub *Aureliano Principe* obtigisse , qui longè post Alexandri tempora imperavit, & pro *Principe* fuit , & est *Aureliano Judice* positum , Hadriani temporibus potestatis gladium acuente , ut ex Martyrum Actis sub Hadriano : ita irrepsit mendum , cui correctio adhibenda est ; ut loco *Hadriani* positus habeatur *Trajanus* .

Ast verba horum Actorum sunt: *Missus enim erat Romam à Trajano Aurelianus utriusque Militiæ Comes in Isauria ad interfectionem omnium Christianorum , cui omnis Senatus ita famulatus est , ut ipsum Principem crederet esse Trajanum* ; Unde à posteris Aurelianus Princeps , & Imperator vocitatur ; erat enim utriusque Militiæ Comitatus summus honoris , & dignitatis titulus : quamobrem Comes Aurelianus variis titulis condecoratus in Codicibus historicis , Judex , Præfectus , Præses , Princeps , & Imperator insculptus legitur : Ex quo Notker. Bellin. & Usuardus : *Romæ passio Beatissimæ Theodoræ : hæc sub Aureliano Principe martyrizata* . Et Ado : *Sub Aureliano Imperatore* ; tamen omnes ipsis Actis refragantur , expressè promentibus Aurelianum ad interfectionem omnium Christianorum à Trajano missum ; quòd non officit , quin ipse Aurelianus , adhuc sub Hadriano gladium potestatis acuisset.

Verùm Baron. anno Christi 132. hoc Martyrium consignat , ut in Annal. eo anno n. 2. quo Hadriani Imperium vigebat , cui Trajanus successit.

Sed Trajanus non successit Hadriano nisi post Theodoræ Martyrium , cujus obitus licet à Baronio ann. 132. addictus , nihilominùs ad annum , quo Alexander mortem oppetiit , retrahendus , uno namq; tantùm mense ante ipsum Alexandrum Theodora martyrizata fuit , ut Alexandri Acta : *Eodem adhuc anno nutu Dei defunctus est Trajanus Quintio Nigro , & Tito Vipsanio Apreniano Coss.* Trajanus enim dum in Parthos arma moliretur, in ægritudinem incidit , ob quam Selinuntem in Ciliciam delatus die 10. Augusti anno Christi 117. objit , Theodora ante hunc diem , menses quatuor , dies quinque Martyrio laureata ; proinde eodem anno , & sub Trajano . Cæterùm quùm de hoc iterum ad 3. Maii , quo Alexander colitur, in præsentiarum nè hoc dubium extet , consilio doctiorum præstito , utroque Cæsare expuncto , ut in Martyrologio Coloniæ , & Lubecæ cuso anno 1490. enuncietur: *Romæ Passio S. Theodoræ sororis Illustrissimi Martyris Hermetis , quæ affecta Martyrio, sepulta est juxta fratrem suum via salaria, non longè ab Urbe* .

Disceptatio Chronologica.

(e) *Constantinopoli S. Macarii Confessoris, qui sub Leone Imperatore* .

Licèt Eminentissim. Baronius obitum hujus sancti recenseat anno 735. ut eo anno nu. 2. quo ævo Leonis Isaurici rabies adversùs Sacrarum imaginum cultores magis sæviebat .

Nihilominùs ex Menæis penès summos viros Hensch. & Papebroch. in Actis SS. videndis , Pagi vir doctissimus t. 3. ad an. 735. n. 1. colligit , hunc Sanctum Sacerdotem ordinatum fuisse à Tarasio Patriarcha Constantinopolitano ; & quòd , *Leone Armeno Imperante* , Nicephorus Patriarcha , Tarasii successor , aliique Episcopi , & Archimandritæ , relegationibus , carceribus , verberibusque gravissimis afflicti fuere , inter quos : *S. Macarius variè cruciatus fuit , atque in custodia detentus est usque ad immanis illius Tyranni necem , cujus Imperium suscipiens Michael Balbus , & ipse eamdem cum decessore impietatem profitens , Macarium in quandam Insulam relegavit , ubi tempore non modico exhanclatis certaminibus , ad Dominum migravit* . Quùm igitur Michael Balbus an. Christi 820. Imperium inierit , Ma-

carii Martyrium ad ea tempora referendum.

Baron. demum tutat hoc Martyrium ſub Leone, adhibendo pro teſtibus Procopium, & Græcos id tradentes.

Aſt in teſtibus laudatis tantùm legitur Cultores Sacrarum Imaginum ſub Leone Iſaurico multa profectò pertuliſſe, & ex iis quamplures Martyrio affectos fuiſſe: qui ſub Leone Iſaurico anno Chriſti 765. & qui ſub Michaele Balbo, aut anno 820. ut Pagi, aut 829. ut Henſchen. & Papebroch. Cæterùm Menæa tum euſa, tum Mss. Chifletiana hunc Sanctum ferunt ſub Leone Armeno multa paſſum, & dein ſub Michaele Balbo exulem defunctum. Modò quùm de SS. Martyribus pro cultu Sanctarum Imaginum ſub quo paſſi ſint Menologia, & Menæa aliquando ſilentio premant, idque etiam Romanum Martyrologium, ut in Sancto Niceta ad 20. Martii, qui licèt pro Sacris Imaginibus multa perpeſſus, & Chriſti anno 735. ut Baron. eo anno nu. 3. Romanum tamen Martyrolog. ſilet ſub quo Imperatore Iconomaco, proferendo tantùm: *Apollonia S. Niceta Epiſcopi, qui pro Sacrarum Imaginum cultu ejectus in exilium reddidit ſpiritum*, & hoc idem de S. Platone die 4. April. ita Sedula erit hodierna ejuſdem Romani Martyrologii lectio, dummodò doctiores aſſipulentur, ut eodem modo referat: *Conſtantinopoli S. Macarii Confeſſoris, qui pro aſſertione Sacrarum Imaginum in exilio vitam finivit.*

xxviii. A Quarto Nonas Aprilis. Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

SAncti Franciſci de Paula, Ordinis Minimòrum inſtitutòris, quem virtùtibus & miràculis clarum Leo Dècimus Sanctòrum nùmero adſcrìpſit. (*a*) Cæſarèæ in Palæſtina natàlis ſancti Amphiàni màrtyris, qui in perſecutiòne Galèrii Maximiàni cùm Urbanum Præſidem idòlis Immolantem arguìſſet, ſævè dilaniàtus, ac pèdibus lino in òleum intìncto, eòque incènſo obvolùtis, acerbìſſimè cruciàtus, demum in mare demèrſus, trànſiens per ignem & aquam, edùctus eſt in refrigèrium. (*b*) Ibìdem pàſſio ſanctæ Theodòſiæ vìrginis Tyriæ, quæ in eadem perſecutiòne cùm ſanctos confeſsòres ante tribùnal ſtantes pùblicè ſalutàſſet, atque rogàſſet, ut cùm ad Dòminum pervenìſſent, ſui recordarèntur, à milìtibus tenta, & ad Urbànum Præſidem ducta, ejus juſſu latèribus & mammis ad interiòra uſque dilaniàtis, in mare tandem projìcitur. (*c*) Lugdùni ſancti Nicètii ejùſdem urbis Epìſcopi, vita & miràculis clari. (*d*) Apud Comum ſancti Abùndii Epìſcopi & confeſsòris. (*e*) Apud Lìngonas ſancti Urbàni Epìſcopi. (*f*) In Palæſtina depoſìtio ſanctæ Marìæ Ægyptìacæ, quæ Peccatrix appellàtur. (*g*)

(a) *S. Franciſci de Paula*. Die 13. April. Supplement. ad Martyrol. Gallican.

(b) *Amphiani*. Martyr ann. 304. Baron. eo an. nu. 33. Ann. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 5. April. Notker. Ado, Uſuard. aliique.

(c) *Theodoſia*. Martyr an. 306. Baron. eo ann. nu. 1. Ann. 307. Pagi to. 1. ad an. 306. n. 3. Ann. 308. Henſchen. & Papebroch. Die ſeq. Florentinius, & Holſtenius. Die 29. Maii iterum Menolog. Baſil. Imp.

(d) *Nicetii Epiſc.* Die præcedent. Sauſſayus Martyrol. Gallican.

(g) *Maria Ægyptiaca*. Obiit ann. 520. ſub Juſtin. Junior. Nicephor. lib. 7. c. 5. An. 525. Baron. eo ann. n. 22. Ann. 421. Henſch. & Papebroch. Ann. circ. 500. Pagi t. 2. ad an. 525. n. 10. Die præcedent. Græci in Menologio, & Menæis. Die 28. Martii. Breviar. & Calendar. Moguntin.

(a) *Baron. in not. Chronic. Ordin. Henſchen. & Papebroch. aliique recentior.* (b) *Baron. an. 304. n. 33. item Uſuard. & Ado die 5. April.* (c) *Baron. an. 306. n. 1. & Græci hac ipſa die.* (d) *Baron. an. 587. n. 33. Gregor. Turonen. de geſt. Franc. lib. 5. c. 5. & 20. item in vit. SS. Patr. c. 8. & lib. de glor. Confeſſ. c. 61. 62. & 63. Uſuard. Ado, ac Cæteri.* (e) *Baron. an. 450. n. 30. & an. 451. n. 13. Mombrit. t. 2. Vit. SS. Raynaud. Indicul. SS. Lugdunenſ. & Sauſſayus Martyrol. Gallican.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. Tabul. Demochar. & Acta Belland. & Henſch. ad 27. Januar.* (g) *Baron. an. 326. n. 36. item Uſuard. aliique plures.*

(b) *Cæſarea in Palæſtina Amphiani Martyris*. Acta Martyrii: *Apphiani*. Martyrol. Antuerpien. *In Africa Amfiani, Victoris, & aliorum x.* Ms. Vatican. *In Africa Amfiani, Victuris, & aliorum decem*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. Bluman. Ms. Barberinian.

Sapientia attingit ubique. Sap. 7.

rinian. ac Raban. & Notker. *In Africa Amphiani, Victoris, & aliorum* x i v. Ms. Vatican. *In Africa Amsani, Victuris, & aliorum decem, & Marcelli*. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Amphiani, Victoris, & aliorum quatuor*.

(c) *Ibidem Theodosia*. Cardinal. Sirlet. in Græcor. Menolog. & Maxim. Cythereus: *Theodora*. Ado, & Usuard. *Cæsarea in Cappadocia*. Verùm ibi nullum Mare, in quod mersa, ut Martyris Acta: *Ea post hæc saxo alligata in mari demersa est*. Galesinius verò duas Thedosias proponit, alteram Cappadocem, alteram Palæstinam: at Baron. in not. hoc satis refellit.

(d) *Lugduni Nicetii Episcopi*. Lugdunum, *Lyon* Gallicè. Urbs Galliæ Celticæ, sivè Lugdunen. ad Ararim, & Rhodanum fluvios infra confluentes, Emporium ingens, & ex primis totius Europæ. Martyrologia Corbejen. & Lucen. *Niceti*. Martyrolog. Antuerpien. *Nici*. Martyrol. Bluman. *Nicetes*. Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. & Florus: *Niceti Episcopi, & Confessoris*. De Peregrin. *Nicenii*. Vuandelbert.

Lugduni quartis nonis Sacer Urbe Nicetus.

(g) *Maria Egyptiaca*. Martyrol. Antuerpien. die præcedenti: *Kal. April. in Cæsarea Maria*. Ms. Attrebaten. nullo loco: *Eodem die S. Mariæ Ægyptiacæ*. Græci in Menologio pridie magnam Ægyptiacam venerantur, & Martyrem vocant: Verùm Raynaudus de Maria Musca Ægyptiaca loquutos admonet. Ipsi inter se id conferant.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Cæsarea in Palæstina S. Amphiani Martyris in persecutione Galerii Maximiani.*

Plerique Scriptores in rebus Orientalis Ecclesiæ hoc Martyrium sub *Maximino* efferunt.

Eminentissim. Baron. ad annum 304. quo hunc Sanctum Martyrem adjudicat, ut eo anno nu. 33. respondet, id perperam hos Scriptores asserere, ob in nummis, & antiquis Tabulis: *Valerius Maximianus* insculptum; hic qui adversùs Christianos semper se hostem infestissimum gesserat, quùm, Diocletiano se abdicante, Augustus est declaratus; magis magisque in eo hæc crudelitas demonstrata recensetur hoc anno persequutionis tertio, quo ultima illa in Christianos Imperatorum edicta promulgata fuere.

Nihilominùs Acta Martyrii, authore Eusebio teste oculato, *Maximinum* ferunt, exordiendo: *Maximinus Cæsar ex eo tempore, quo ad Imperium evectus, quasi qui odii in Deum, & impietatis sibi innatæ insignia ostentare vellet, violentiùs quàm superiores Principes persequutioni nostrorum incumbuit*. Et num. 3. *Nam cùm Maximinus Secundus adversùs nostros bellum excitasset anno tertio persecutionis Diocletiani, & per omnes Provincias missa erant Tyranni edicta &c.* Sed primus annus persequutionis Diocletiani, eodem Eusebio teste lib. de Martyrib. Palæstinæ cap. 2. cœpit: *Anno Diocletiani xx. mense Xanthico, propositis edictis, cùm salutaris dies immineret*: nempe anno 303. quo anno Pascha celebratum die 18. Aprilis, non jam continuò facta exequutione crudelitatis per totum Imperium, idcircò anno tertio dictæ persequutionis includendum videtur initium mensis Aprilis anni 306. ad quem annum hoc Martyrium referendum, quo anno idem Baron. nu. 5. ex Zosim. lib. 1. hist. *Severus, & Maximinus Cæsares in Tabulis inscripti erant*.

Sapientia à fine usque ad finem disponit omnia. Sapient. 8.

Baronius quoque in testem advocat Eusebium lib. 8. c. 14. & 15. tradentem: *Maximianus Cæsar, qui suis ipsius viribus, ac manu Imperium occupaverat perspicua odii, & impietatis in Deum animo suo tanquam naturaliter insita, & innata inditia omnibus commostrans persecutionem magis generalem, quàm superiores Imperatores contra nos instituit: & sub Maximiano Urbanus erat Præses*.

Ast Eusebius hæc anno 304. contigisse testatur, ut idem Baron. ad eum annum num. 23. & aliunde laudatus Eusebius refert non nisi anno 306. passum Amphianum, quo anno *Severus, & Maximinus* Cæsares nuncupati fuere, ab anno scilicet 305. & non anteà Cæsares dicti, ut ostendit eruditè Pagi suæ Criticæ Historico-Chronologicæ to. 2. ad an. 308. nu. 4. sub quo *Maximino* Urbanus quoque Præfecturam agebat, sicut Acta Martyrii num. 3. penes summos viros Hensch. & Papebroch. Sed ut sedula sit hæc Romani Martyrol. lectio, & Sapientiores annuerent, suppresso: *In persecutione Galerii Maximiani*, ut Greven. Bellin. Maurolyc. aliique, inscribatur: *Cæsarea in Palæstina S. Amphiani Martyris, qui cùm Urbanum Præsidem Idolis &c.*

xxvii. B Tertio Nonas Aprilis. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

(a) *Pancratii Episc.* Die 9. Jun. Græci in Menolog. Die 9. Jul. Tauromenii, item Maurolyc. Galeſin. aliique.

(c) *Agapis & Chionis.* Martyres ann. 304. Baron. eo ann. n. 40. & ſeq. An. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 16. April. Græci. Die 5. Florentinius, & Raban. Die 1. Martyrolog. genuin. Bedæ.

(c) *Niceta Abbat.* Obiit an. 821. Baron. eo ann. n. 70. Ann. 824. Pagi t. 3. ad an. 821. n. 14.

(f) *Richardi Episc.* Die præceden. Carthuſian. Bruxellen. Addit. ad Greven.

TAuromènii in Sicilia ſancti Pancràtii Epìſcopi, qui Chriſti Evangèlium, quod à ſancto Petro Apòſtolo illuc miſſus prædicaverat, martyrii sànguine conſignàvit. (*a*) Tomis in Scythia natàlis ſanctòrum màrtyrum Evàgrii & Benìgni. (*b*) Theſſalonìcæ pàſſio ſanctàrum vìrginum Agapis & Chiòniæ ſub Diocletiàno Imperatore; quæ cùm Chriſtum negàre nollent, primùm in càrcere maceràtæ, pòſtea in ignem miſſæ, ſed à flammis intàctę, ibi oratiòne ad Dòminum fuſa, ànimas reddidèrunt. (*c*) Tyri ſancti Vulpiani màrtyris, qui in perſecutiòne Maximiàni Galèrii cum aſpide & cane insùtus cùlleo, in mare demèrſus fuit. (*d*) In monaſtèrio Medìtii in Orìente ſancti Nicètæ abbàtis, qui ob cultum ſanctàrum Imàginum ſub Leòne Armèno multa paſſus eſt. (*e*) In Anglia ſancti Richàrdi Epìſcopi Ciceſtriènſis, ſanctitàte & miraculòrum glòria conſpìcui. (*f*) Ibìdem ſanctæ Burgundòforæ abbatiſſæ & vìrginis. (*g*)

(a) *Baron. an. 44. n. 27. & an. 46. n. 2. Nicephor. lib. 2. c. 35. item Uſuard. Ado, caeteriq.* (b) *Baron. an. 304. n. 40. & ſequ. etiam Uſuard. Ado, ac cateri.* (c) *Baron. in not. Lippom. t. 6. Sur. t. 2. prior. edit. prima die April. Nicephor. hiſt. lib. 7. c. 14. & Aldem. lib. 2. de Virg.* (d) *Baron. an. 304. n. 39. & Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 15.* (e) *Baron. an. 814. n. 44. An. 815. n. 4 & an. 821. n. 70. Græci in Menolog. hac die, Lippom. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (f) *Baron. in not. & Sur. t. relat.* (g) *Baron. an. 617. n. 15. item Beda t. 3. & Vit. S. Columbani.*

Sapiens, quis reſiſtet ei? Si voluerit contendere cum eo non poterit ei reſpondere. Jo. 2.

Tempus, & reſponſionem ſapiens intelligit. Eccleſ. 8.

(a) *Tauromenii in Sicilia Pancratii.* Tauromenium, *Taormina*. Urbs Siciliæ maritima, olim Epiſcopalis, media inter Meſſanam, & Catinam, antiqua Romanorum Colonia, ſuper alto, quod mari imminet, condita ſaxo. Alibi: *Pafferati, Pancrati.* Martyrol. Antuerpien. Corbejen. & Bluman. *Pancrati*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Pafferati*. Maxim. Cytherens, & Græci in Menæis: *Memoria Sanctorum Marcelli Epiſcopi Siciliæ, Pancratii Tauromenii, & Philagrii Cypri.*

(b) *Tomis in Scythia Evagrii & Benigni*. Martyrol. Pulſanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. *Eugenii, & Benigni*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Sicilia Natale SS. Evagrii, & Benigni*. Martyrol. Epternacen. proſequitur: *Creſti, Evagariſti, Areſti, Sinnidia, Rufi, Patrici*. Martyrol. Corbejen. *In Sicilia Thoma, Evagri, Benigna, Chriſti, Ariſti, Sinnidia, Rufi, Patricii, Zoſimi; In Civitate Eumis Evagri, Benigni*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicea Thoma, Evagri, Benigni, Chriſti, Areſti, Sinnidis, Rufi, Patricii*. Martyrolog. Bluman. pro Nicea, *In Sicia*. Ms. Bibliothecæ Barberinæ: *In Cilicia Thoma, Evagrii, Benigna, Rufi, Patricii*. Ms. Centulen. S. Richar. *SS. Evagrius, & Benignus Martyres Thomis in Achia*. Ms. Monaſterii S. Cyriaci: *In Sicilia natale SS. Thoma, & Evagri*. Ex his lectionibus ſolers lector eligat.

(c) *Theſſalonica Agapis, & Chionia*. Beda genuinus, & Ms. Divionen. *Agapes*, indeclinabile. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Theſſalonica Agapis, Chionia, Evagrii, Benigni cum aliis v.*

(e) *Niceta Abbat.* Multa ſub Leone Armeno paſſus, eo extincto, ſub Michaele Balbo defunctus, ut Kal. April. quùm de S. Macario.

(f) *Richardi Epiſcopi*. Molan. Addit. ad Uſuard. Carthuſian. Colonien. & Galeſin. addunt: *Et Confeſſoris*.

(d) *Tyri S. Vulpiani Martyris, qui in perſecutione Maximiani Galerii.*

Diſceptatio Chronologica.

Eminentiſſim. Baron. ad annum 304. & in

in hujus diei elucubratis notis exaravit hoc Martyrium sub *Maximiano Galerio*, nactus ex Eusebio hist. lib. 8. c. 17. ex quo & cæteri.

Ast si sanè Eusebio inspecto, ibi animadverteretur, legeretur quòd dum Eusebius c. 14. sub *Maximino* Imperatore Apphianum, seu Amphianum tradidit necatum, mox c. 15. subjunxit: *Eodem tempore, iisdemque ferè diebus in Civitate Tyriorum adolescens nomine Vulpianus, post acerbissimas plagas, & verbera gravissima, in pellem bubalam jam super extractam, cane, & aspide involutus, præceps in mare dejicitur:* pergendo etiam c. seq. immania *Maximini* gesta in Christianos narrare.

Non deest tamen Baron. eodem anno 304. n. 52. obtrudere, *Maximinum* pro *Maximiano* scriptoris vitio apud Eusebium reperiri; error quidem venia dignus, quùm libentiùs acceptum sit *Maximini* nomen pro *Maximiano*.

Sed si Baronius, ejusque Asseclæ non aliunde, quàm ab Eusebio Acta hujus Martyrii acceperunt, ad ipsum Eusebium quippè referendi, uti alii scriptores referuntur; & sicut per Baron. error. irrepsit apud Eusebium amanuensis vitio *Maximini* pro *Maximiani*, ita Eusebiani in Baronium, quòd in ipso habetur mendum *Maximiani* pro *Maximini*; Quamvis namque persequutio in Christianos forsan *Maximiano Galerio Imperatore* contigisset; in Palæstina tamen & Phænicia, jubente *Maximino* Cæsare, res peracta. Cæterùm quemadmodum de SS. Martyribus Beneventanis ad 1. Septembris Baronius in notis passos adstruit *sub Valeriano*, animadvertendo errorem in Actis *sub Maximiano*; unde Romanum Martyrolog. ab hac trica se eximens silet sub quo, ita proscripto in præsentiarum sub *Maximiano* (præstito tamen sapientiorum judicio) sanius proferret: *Tyri S. Vulpiani Martyris, qui cum aspide, & cane insutus culleo, in mare demersus est.*

xxvi. D Pridie Nonas Aprilis. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

(a) *Agathopodis & Soc.* Martyres anno 304. Baron. eo an. n. 49. Anno 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die seq. Calendar. Moscovit. Græci in Antholog. & Molan. Addit. ad Usuard.

Thessalonicæ sanctòrum màrtyrum Agathòpodis diàconi & Theodùli lectòris, qui sub Maximiàno Imperatòre & Faustino Præside ob Christiànæ fidei confessiònem, alligàto ad collum saxo, in mare demèrsi sunt. (*a*) Mediolàni depositio sancti Ambròsii Episcopi & confessòris, cujus stùdio, inter cætera doctrinæ & miraculòrum insignia, tèmpore Ariànæ perfidiæ tota ferè Itàlia ad Cathòlicam fidem convèrsa est. (*b*) Hispali in Hispània sancti Isidòri Episcopi, sanctitàte & doctrina conspìcui, qui zelo Cathòlicæ fidei, & observàntia Ecclesiásticæ disciplìnæ Hispànias illustràvit. (*c*) Constantinòpoli sancti Platònis mònachi, qui plùribus annis advèrsùs hærèticos sanctàrum Imàginum effractòres invicto ànimo decertàvit. (*d*) In Palæstina sancti Zòsimi anachorètæ, qui funus sanctæ Mariæ Ægyptiacæ curàvit. (*e*)

(b) *Ambrosii.* Obiit an. 397 Baron. eo an. n. 36. Anno 398 Henschen. & Papebroch. Die hac Baron. Die 17. April Henschen. & Papebroch. Ast Pagi t. 2. ad an. 397. n. 19. refellit secundos, & vindicat Baron.

(c) *Isidori Episc.* Obiit an. 636. Baron. eo an. n. 7. An. 633. Sigebert. Chronic. Anno 637. Vasæus Chronic.

(a) *Baron. an. 304. n. 49. Græci in Menolog. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (b) *Baron. an. 397. n. 36. & sequ. & an. 398. n. 54. aliique.* (c) *Baron. an. 636. n. 7. Usuard. & alii.* (d) *Baron. an. 775. n. 8. An. 797. n. 69. & an. 812. n. 8. item in Thesaur. Concion.* (e) *Baron. an. 525. n. 21. & seq. Græci hac die in Menolog. Nicephor. lib. 17. c. 5. & Scholast. hist. lib. 2. c. 7.*

Vir consilii non disperdet intelligentiam, Ecclesiast. 32.

(a) *Thessalonicæ Agathopodis Diaconi, & Theoduli Lectoris.* Aliis pro Agathopodis, *Agathopi*, *Agathoni*, *Agathopoli*: & pro Theoduli, *Theodoli*. Apographa Martyrolog. S. Hieronymi, & Mss. Richenovien. Aquisgranen. Augustan. & Lebbean. *Theodoli.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Thessalonicæ SS. Martyrum Themis, Theoduli, Agathonis Diaconi.* Leodien. S. Laurent. & Florar. Ms. demunt *Themis.* Acta apud Sur. t. 3. posterior. edit. habent: *Agathopum Diaconum & senem, Theodolum*

Ubi non est consilium, cogitationes dissipantur. Proverb. 15.

Le-

Lectorem & Juvenem. Ms. Barberinian. *In Tessalonica nat. SS. Agathonis Diaconi, Theodoli*.

(b) *Mediolani depositio S. Ambrosii Episcopi & Confessoris*. Mediolanum, Italis *Milano*, Germanis *Mayland*. Urbs Insubriæ caput, toto orbe clarissima, & Metropolis amplissima. Martyrolog. Corbejen. *Mediolani Urbani, Quintiliani, Publii, Ingenui, Victoris, Successi, Juliani, & aliorum duorum Palatini, Julii, Mediolano depositio Ambrosii Episcopi & Confessoris*. Beda genuin. *Mediolano depositio S. Ambrosii Confessoris*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. addit: *qui ingentibus doctrinis coruscavit & virtutibus*.

(c) *Hispali in Hispania Isidori Episcopi*. Ferrar. hac ipsa die alium Isidorum Agrigolam Madriti in Hispania exhibet, quem alii ad 10. Aprilis.

(d) *Constantinopoli Platonis Monachi*. Græci in Menæis, & Maximus Cythereus: *Eodem die S. P. N. Platonis Hegumeni monasterii Studitarum*.

xxv.xxiv. D Nonis Aprilis. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6						

(a) *Vincentii Ferrer.* Die 7. April. Kalendar. antiq. Missal. & Breviar. Ambrosian.

(b) *Irenes.* Martyr an.304. Baron. eo an.n. 44. An.305.Pagi to.1. ad ann. 303. n. 6. Ann. 290.Henschen. & Papebroch. Die 16. April. Græci.

VEnètiæ in Británnia minòri sancti Vincèntii confessòris, cognomènto Ferrèrii, Ordinis Prædicatòrum, qui potens òpere & sermòne, multa míllia infidèlium convèrtit ad Christum. (*a*) Thessalonicæ sanctæ Irènes vírginis, quæ cùm sacros libros contra Diocletiàni edíctum occultasset; post tolerántiam cárceris, sagitta percùssa est, & igne cremata jussu Dulcètii Præsidis, sub quo & soròres ejus simul Ágape & Chiònia passæ ánteà fùerant. (*b*) In Lesbo ínsula pássio quinque sanctòrum Mártyrum. (*c*) Eòdem die sancti Zenònis mártyris, qui detrácta pelle, pice illitus, in ignem conjèctus est. (*d*) In Africa pássio sanctòrum mártyrum, qui in persecutiòne Genserìci Regis Ariàni in die Paschæ in Ecclèsia cæsi sunt: quorum lector, dum in pùlpito Allelùja cantàret, sagìtta in gùtture transfixus est. (*e*)

(c) *Passio SS. Martyr.* Anno 456. Baron. eo an. n. 20. Anno 459. Henschen. & Papebroch. At Pagi opponit t. 2. ad ann. 456. n. 9.

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta. Chronic. Ordin. aliique Scriptor. Ordinis*. (b) *Baron. an. 304. n. 44. Lippoman. t. 7. Sur. t. 6. prior. edit. in Act. S. Anastasiæ, Usuard. Ado, & cæteri*. (c) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (d) *Iidem ibidem*. (e) *Baron. an. 456. n. 20. item Victor Uticens. de persecutione Wandalic. lib. 1. prope finem*.

Veritatem meditabitur guttur meum. Proverb. 8.

(b) *Irenes, Agape, & Chionia*. Aliis: *Herena, Irinis*. Martyrolog. Epternacen. *Tessalonica Sanctarum Virginum Chionia, Herena, Agama*. Martyrol. de Peregrinis: *Irenis*. Martyrologia Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Agape*. Græci ad 16. Aprilis has tantùm titulo sanctarum mulierum exornant; forsan aliæ. Apographa quidem Martyrologii S. Hieronymi item eo die Kalen. Aprilis: *In Eraclea Civitate Victoris, Chionia, Agapa, & Herenei*. An alii Martyres, & Librarii vitium *Herenei* pro *Herena*, vel *Irenis*, alii decernant. Hac die quoque Ferrar. Catal. SS. Italiæ *Aquileja* has memorat, fortè vel ob aliquarum Reliquiarum Translationem, vel ob alicujus Ecclesiæ Dedicationem.

(c) *In Lesbo quinque SS. Martyrum*. Lesbo, quæ & Mitylene, *Metelin*. Insula Maris Ægæi Æolidi, quæ est Asiæ propriè dictæ regio, contra Cene promont. & Caici fluvii ostia, & Adramytium Civitas adjacens. Græci in Menologio Cardinal. Sirleti à Baronio in notis accito: *Eodem die quinque Martyrum Juvenum*, & in Mæneis: *Sanctarum quinque Martyrum, quæ erant ex Urbe Lesbo*: Ex quo videtur, facilè loco *quinque Juvenum* aliquem Scriptorem deceptum insculpsisse *quinque sanctorum*, quasi virilis sexus; unde Baronius, & alii ita rescripsere.

Cum justitia omnia verba, nihil ipsis tortuosum. Translat. ex septuag. Proverb. 8.

(d) *Zenonis, qui detracta pelle, &c.*

Car-

Cardinalis Baron. in notis Græcos ipses advocat; at in Menæis nulla mentio de hac pelle detracta, Sed: *eodem die S. Zeno pice illitus, & in ignem conjectus, & hasta in medio rogo vulneratus, martyrio consummatus est.*

Disceptatio Chronologica.

(b) *Thessalonicæ S. Irenes Virginis, quæ sagitta percussa est, & igne cremata jussu Dulcetii Præsidis.*

Hoc Martyrium, tam pro *sagittæ percussione, & ignis crematione*, quàm *sub Dulcetio Præside*, suas patitur ambages.

Eminentissimus Baron. in notis: *Quæ autem hic habentur, quòd sagitta percussa est, atque igni tradita, in prædictis quidem Actis de sagitta nulla fit mentio, quòd tamen Latini omnes profitentur.*

Ast idemmet Baronius in not. ad 3. Aprilis pro SS. Virginibus Agape, & Chionia, sororibus Irenes, suadet, Acta Græca pro hac Irene prælaudata, *esse sincera & pura, prout à Notariis exceptoribus ad verbum scripta fuit*. Eadem quidem sunt, quæ jam in Ecclesia Latina ferebantur; undè si hæc Acta nullatenus de ictu sagittæ in Irenem memorant, Latini ad hæc Acta referendi; àliter perperam, & suppositiè recensuerent. Verùm quo ad missionem harum sanctarum in ignem, hanc constanter tradunt Notker. Raban. Bellin. Usuard. aliique.

Nihilominùs in his Actis, sivè Græcis, sive Latinis, sanè perpensis, nulla adest mentio de his martyribus igne consumptis, sed quòd intactæ à flammis, exorantes Dominum spiritum reddidere: Id quod Fasta Græca, aliique Martyrologi promunt. Quemadmodum quæstio de Liris in Romano Martyrologio indicata, non cum Irene, sed cum Agape & Chionia ejus sororibus à Sisinnio Comite peracta, ut in Actis SS. penès Henschen. & Papebroch. n. 5. idcirco à Martyrologis omissa. Tandem pro *Dulcetio Præside* favet Metaphrastes: *Diocletiano proficiscente in Macedoniam, eas traditas esse Dulcetio, sivè Dulcitio Præfecto*. Sed tam Acta latina, quàm Menæa maximo consensu conveniunt: *In Sisinnio Præside*, seu *Comite*: Adstipulanturque Mss. Pulsanen. & Heschien Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. Ms. Reginæ Sueciæ apud Holstenium, & Martyrol. de Peregrinis: *Crematæ à Sisinnio*. Beda genuin. *Percussa à Sisinnio Comite.*

Quinimmo tradit Notkerus, *Dulcitio*, sive *Dulcetio* privato Magistratu, in ipsius locum à Diocletiano *Sisinnium* Comitem suffectum: unde nè inter tot varios recensendi modos Romanum Martyrologium anceps sit, & sapientiores annuerint, ita concinnetur: *Thessalonicæ S. Irenes Virginis, quæ, cùm Christum negare nollet, post tolerantiam carceris, aliaque multa tormenta spiritum Deo reddidit sub Judice, quo & sorores ejus simul Agape & Chionia passæ anteà fuerant.*

xxiii. E Octavo Idus Aprilis. Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

Romæ natàlis beàti Xysti Papæ & màrtyris, qui tempòribus Hadriàni Imperatòris regens Ecclèsiam, demum sub Antonino Pio, ut sibi Christum lucrifàceret, libènter mortem sustinuit temporàlem. (a) In Macedònia sanctòrum màrtyrum Timòthei & Diògenis. (b) In Pèrside sanctòrum centumvigìnti Màrtyrum. (c) Ascalòne pàssio sanctòrum Platònidis, & aliòrum duòrum Màrtyrum. (d) Carthàgine sancti Marcellini màrtyris, qui ob Cathòlicæ fidei defensiònem ab hærèticis occìsus est. (e) Romæ sancti Cœlestìni Papæ, qui Nestòrium Constantinopolitànum Epìscopum damnàvit, Pelagiùmque fugàvit: cujus etiàm auctoritàte sancta universàlis Synodus Ephesina advèrsùs eùmdem Nestòrium celebràta est. (f) In Hibèrnia sancti Celsi Epìscopi, qui beàtum Malachìam in Episcopàtu præcèssit. (g) In Dània sancti Gulièlmi abbàtis, vita & miràculis clari. (h)

(a) *Xysti Papæ*. Martyr an. 142. Baron. eo an. n. 3. Ann. 127. Henschen. & Papebroch. An. 126. Pagi t. 1. ad an. 140. n. 3. Die 3. April. Ms. Vatican. & Flor. Die 3. Julii Pagi loc. cit.

(c) *Centumviginti Martyrum*. An. 344. Baron. eo ann. n. 16. An. 342. Henschen. & Papebroch.

(f) *Cælestini Pap.* Die 8. Apr. Græci, & plerique Latini. Die 9 Ms. Vatican. Die 18. aut 19. Jul. Pagi t. 2. ad an. 432. n. 5.

(g) *Celsi Episc.* Marian. Gorman. die 1. April.

(a) *Baron. an. 142. n. 3. & sequ. Euseb. in Chron. & hist. lib. 4. c. 4. & 5. Nicephor. in Chron. Irenæus advers. hæres. lib. 3. c. 3. Optat. lib. 2. contra Parmen. Epiphan. hæres. 27. & Augustin. Epist. 65.* (b) *Baron. in not. & Usuard. item Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *Baron. an. 344. n. 16. Græci in Menologio hac die, & Sozomen. lib. 2. c. 11. in fine.* (d) *Baron. in not. Græci etiam in Menolog. Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Baron. an. 413. n. 5. & sequen. & alii.* (f) *Baron. an. 432. n. 2. & seq. Socrat. hist. lib. 7. c. 11. Evagr. lib. 1. c. 4. Nicephor. Episc. in Chronic. & Nicephor. Callist. lib. 14. c. 30.* (g) *Baron. in not. S. Bernard. in vita Malachiæ Episc. c. 7. & Acta Henschen. & Papebroch.* (h) *Baron. an. 1161. n. ultim. & Sur. t. 2. prior. edit.*

Asculta Sermones, & ad eloquia inclina aurem. Proverb. 4.

(a) *Xysti Papæ.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Epiphani Episcopi, Donati, Syxti, Rufini, Modesti, & aliorum X.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Epiphanii Episcopi, Donati, Sixti, Rufini, Modestæ, & aliorum XI.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. profert: *Modesti, & aliorum XL.* Martyrol. Bluman. *Et aliorum XI.* Ex quibus alius *Sixtus Afer* hac ipsa die.

(b) *In Macedonia Timothei & Diogenis.* Maurolyc. *In Macedonia Civitate Philippis.* Notker. *In Nicomedia.* Bellin. tamen, Galesin. & Mss. illustriora: *In Macedonia Timothei, & Diogenis Martyrum.* Canis. subdit: *qui crudelia tormenta sunt perpessi.*

(c) *In Perside centumviginti Martyrum.* Menæa Mss. Chiffletiana: *Sanctorum Martyrum centum viginti in Perside coronatorum, igne extinctorum.* Menolog. Basil. Porphirogen. Imperat. ex Mss. Græcis *Martyrium sanctorum centum & quinquaginta in Perside coronatorum.*

Cardinal. Baron. in not. *Passi feruntur in Adiabenorum regione: De his etiam Sozomen. lib. 2. c. 11. in fine.* At ibi hæc verba: *Cùm edicto Saporis ratum esset, ut soli Sacerdotes & Doctores fidei Christianæ comprehenderentur, Magi, & eorum Principes totam Persidem obeuntes, Episcopos, & Sacerdotes gravibus afficiant incommodis, tùm aliis locis, tùm maximè omnium in Adiabenorum regione, quæ est pars Persidis, tota Fidei Christianæ dicata.* Ex quibus videtur hic non de Episcopis, & Sacerdotibus in Perside habitantibus agi, sed de Christianis ex Imperio Romano abductis: de quibus Theophan. ad an. 343. Constantii VI. *Hoc anno Constantius devictis Assiris triumphavit, Sapores verò Rex pristinis sceleribus hoc adjecit, ut subditos Christianos dirè persequerentur.*

(d) *Ascalonæ Platonidis, & aliorum duorum.* Ascalo, *Scalona.* Urbs antiqua Palæstinæ maritima, quondam inter urbes Philistinorum præcipua, proxima Gazæ. Græci in Menæis, & Maximus Cythereus: *Eodem die Sanctorum duorum Martyrum, qui Ascalone usque ad lumbos in terra defossi vitam gloriosè finiverunt.*

(g) *Celsi Episc.* Gorman. *S. Celsus Episcopus Ardmachanus.* Chronic. Senaten. ad an. MCVI. *Celsus, aliàs Celestinus, & Cellachus, Aidani Filius, Nepos Mælissæ.* Maurolyc. & Usuard. Coloniæ cusus anno 1490. & 1530. exhibent die 4. Januar. alium Celsum Episcopum Trevirensem.

Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea. Proverb. 4.

(h) *In Dania Gulielmi Abbatis.* Dania, *Dannimarchk.* Regio & Peninsula Germaniæ inter Oceanum Brittannicum, & Balticum, mari excurrens, *Cimbrica Chersonesus* antiquis dicta. Martyrol. Menardi die 1. Januar. alium Gulielmum Abbat. Fiscan. promit in partibus Neustriæ.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ Beati Xysti Papæ, sub Antonino Pio.*

Pleraque Martyrologia Mss. nempe Pulsanen. Beneventanum, & Capuan. Neapol. penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. ac Ms. Divionen. apud Florum, & cusa, ut Usuard. Ado, & de Peregrin. indicant, hunc Sanctum Pontificem temporibus *Hadriani* mortem oppetiisse: quod profectò hauserunt ex Eusebio in Chron. & in hist. Mariano, & Hermanno Contracto.

Eminentissim. Baron. ad an. 142. nu. 3. tradit, Xystum sedisse annos decem uno minus mense, & viginti duobus diebus, & posteà fuisse martyrio coronatum; consentientibus Eusebio, aliisque Græcis, & in libro Roman. Pontific. ac Latinis legitur, Xystum sedisse annos decem; undè habita temporis ratione, quo Alexander præcessit, & quo Xystus desiit, & rursus ad tempus Martyrii, quod in Tabulis Ecclesiasticis anno 142. sequutum legitur opus est dicere, desiisse tempore *Antonini* Imperatoris, anno 143. qui erat tertius sui Imperii.

Ast licèt Panuinius tribuat Xysto annos decem, menses tres, & dies viginti unum, nihilominùs in fastis Romanorum Pontificum reponit obitum Xysti anno 123. hoc est *Hadriani* Imperat. anno octavo, *Vero, Ambiguo Coss.* sivè ut Platina (qui in eadem sententia) *Anniculo Coss.* quod idem Anastas. Luitprand. aliique; Adstipulanturque Mss. Attrebaten. & Tornacen. & Lætien. ac Florus, referendo ad 3. Aprilis: *Romæ S. Xysti Papæ, & Martyris, qui Martyrioque coronatur tempore Veri, & Anniculi.* Martyrol. pervetust. Monasterii S. Sabini in Pireneis: *Annicli.* Item Chronic. Damas. tribuendo Xysto post Alexandrum, an-

annos decem, menses tres, & dies viginti unum, asserit: *Fuit temporibus Hadriani, à Consulatu Nigri, & Aproniani, usque Vero III. & Ambiguo anno 126. Consulibus.* Unde ex decennio Pontificatus Xysti non cogimur ejus Martyrium sub anno 142. referre.

Animadvertit tamen Baronius, Eusebium, & Eusebianos unum ex Rom. Pontificibus prætermisisse, nempe Cletum; reponendo sub *Hadriano* obitum Xysti: hinc æque falli eos, qui in annis Roman. Pontific. (nec sibi constantes in libr. de Roman. Pontific.) addititios positos recensent, & Eusebium sequuntur.

Nihilominùs Panvinius obitum Xysti sub *Hadriano* supputat in suis fastis, Cleto non prætermisso: item Chronicon Damasi sub *Hadriano* quoque Xystum Martyrizatum refert, Pontificatu Cleti præsignato: Et quemadmodum quot mensibus, & diebus antiqui Pontifices superstites fuere, incompertum; ita nec ex iisdem Libris Romanorum Pontificum videtur compertum quot Consules positi, tempore Interpontificum nobis ignoto: Quòd autem in Christianos sævisset ann. 126. ostendunt Apologiæ, ipsi *Hadriano*, eo anno Decennalia sua celebranti, a Christianis oblatæ, ut Pagi suæ doctissimæ Criticæ Historico-Chronologicæ t. 1. ad ann. 140. num. 3.

Sed quisque in his Chronologicis tricis quidquid sentit, retineat: in præsentiarum intendimus solùm eas à Romano Martyrol. explodere, prætereundo *sub Antonino Pio*, & annos Pontificatus, si sapientiores definierint, sicut de Sancto Cœlestino Papa hac ipsa die; & rescribatur solùm: *Romæ Natalis B. Xysti Papæ, & Martyris, qui, ut sibi Christum lucrifaceret, libenter mortem sustinuit temporalem.*

xxii. F . Septimo Idus Aprilis. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

(a) *Epiphanii Episcopi, & Soc.* Die præced. Florentin. & Holsten.

(f) *Hegesippi.* Die præced. Ms. Bibliothecæ Barberinæ, & Maurolyc.

(h) *Aphraatis.* Die 29. Jun. Græci in Menæis.

IN Africa natàlis sanctòrum màrtyrum Epiphànii Epìscopi, Donàti, Rufini, & aliòrum trèdecim. (*a*) Synope in Ponto sanctòrum ducentòrum Martyrum. (*b*) In Cilicia sancti Calliòpii màrtyris, qui sub Maximo præfècto post àlia tormènta verso in terram càpite cruci affixus, nòbili coròna martyrii decoràtus est. (*c*) Nicomedìæ sancti Cyrìaci & aliòrum decem Màrtyrum. (*d*) Alexandrìæ sancti Pelèusii presbyteri & màrtyris. (*e*) Romæ sancti Hegesìppi, qui vicinus Apostolòrum tempòribus Romam venit ad Anicètum Pontificem, ibìque mansit usque ad Eleuthèrium, & Ecclesiasticòrum Actuum à Passiòne Dòmini usque ad suam ætàtem sermòne sìmplici tèxuit històriam: ut quorum vitam sectabatur, dicèndi quoque exprìmeret charactère. (*f*) Veronæ sancti Saturnini Epìscopi & confessòris. (*g*) In Syria sancti Aphraàtis anachorètæ, qui Valèntis tèmpore Cathòlicam fidem virtùte miraculòrum advèrsùs Ariànos defèndit. (*h*)

(a) *Baron. in not. Usuard. Henschen. & Papebroch. Acta.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. & Acta cit.* (c) *Baron. in not. item Græci in Menolog. Lippom. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (d) *Baron. in not. & Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Baron. ibidem, Usuard. Ado, Petr. de Natal. lib. 11. c. 114. aliique recentiores.* (f) *Baron. an. 167. n. 11. Euseb. hist. lib. 4. c. 8. & 21. & Nicephor. lib. 2. c. 28. & lib. 4. c. 7.* (g) *Baron. in not. Cardinal. Valer. de Tabul. Eccles. Veronen. Hensch. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. an. 370. n. 67. item Græci, ac Theodoret. hist. lib. 4. c. 24. & Nicephor. hist. lib. 11. c. 25.*

(a) *In Africa Epiphanii Episcopi, Donati, Rufini, & aliorum tredecim.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ pridie, & Martyrolog. de Peregrin. hac die: *In Africa Epiphanii Epi-*

Dirige me in veritate, & doce me. Psal. 24.

Episcopi, Donati, & aliorum tredecim. Mss. Lætien. & Tornacen. & Vatican. *In Africa Episcopi, Donati, Modesti, & aliorum undecim*. Ms. Pragen. *Epiphani Episcopi, Donati, Rufini, Modesti, & aliorum xl*. Ms. Barberinian. *In Africa Epiphanii Episcopi, Donati, Rufini, & aliorum*. Notker. *In Africa Epiphanii Episcopi, Donati, Sixti, Rufini, Modesti, & aliorum*. Martyrol. Ms. Pulsanen. Neapoli penès Clericos Regular. SS. Apostolorum: *Natalis Epiphanii Diaconi, & aliorum tredecim*.

Cardinal. Baron. fatetur quidem, nusquam se potuisse invenire, cujusnam Civitatis iste Epiphanius fuerit Episcopus: nil mirum, si non fuisset Episcopus, sed Diaconus.

(b) *Synope in Ponto ducentorum Martyrum*. Sinope, *Sinopi*. Urbs antiqua Paphlagoniæ, seù Ponti Galatici maritima, ultra Carambem promontorium, inter Amastridem ad occidentem, & Amisum in ortum hibernum, Colonia Romana nob. ac Mithridatis Regis natalibus, & sepulchro memorabilis. Hinc Sinopi, quod est Rubricæ genus, ibi primum inventæ nomen. Menæa Mss. Mediolan. Bibliothec. Ambrosian. *Eodem die certamen S. Rufini Thaumaturgi, & S. Martyris Aquilinæ, & SS. ducentorum Martyrum cum ipsa passorum*. Eadem propemodum in Ms. Codic. Menæorum Taurini Bibliothecæ Ducis Sabaudiæ, Henschen. & Papebroch.

(c) *Calliopii Martyris*. Cardinal. Sirlet. in Menologio Græcor. *Die VII. S. Martyris Calliopii: Eodem die S. P. N. Georgii Episcopi Mitilens, monastica vita observatione insignis: Eodem die S. Martyris Calliopii, Maximiano Imperatore*. Magna Menæa: *Pulchros labores Calliopis cano*.

(e) *Alexandriæ Pelcusii Presbyteri*. Martyrolog. Epternacen. & Corbejen. *Pelcusi*. Martyrolog. Lucen. *Pilusi*. Martyrol. Bluman. *Pelusi*. Raban. *Pelosi*. Mss. Lætien. Tornacen. Barberinian. Vatican. S. Cyriac. & de Peregrin. *Pelusii*. Petr. de Natal. *Pleusius Presbyter eodem die in Christo quievit*.

(g) *Saturnini Episcopi*. Brautius suo Martyrologio metrico:

Festa Saturnini celebrat devota Verona
Impensi studii, subsidiique memor.

(h) *In Syria Aphraàtis Anachoretæ*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *VII. Idus Antiochiæ Syriæ natalis Sanctorum Timothei cum aliis tribus*. Mss. Vatican. & S. Cyriaci: *In Antiochia Syriæ Timothei, Diogenis, Macarii*. Ms. Barberinian. addit: *Maximæ*. Mss. Lætien. & Tornacen. *In Antiochia Syriæ Timothei, Diogenis*.

Eructabunt labia, cùm docueris justificationes. Psalm. 118.

XXI. G Sexto Idus Aprilis. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 21 24 25 26 27 28
A B C D E F *F* G H M N P
29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

ALexandriæ sancti Ædèsii màrtyris, fratris beàti Apphiàni: qui sub Maximiano Galèrio Imperatòre cùm ìmpium Jùdicem, quòd Deo dicàtas vìrgines leònibus tràderet, palàm argùeret, à milìtibus tentus, sevìssimisque affèctus supplìciis, in mare demèrsus est pro Christo Dòmino. (*a*) In Africa sanctòrum màrtyrum Januàrii, Maximæ, & Macàriæ. (*b*) Carthàgine sanctæ Concèssæ màrtyris. (*c*) Eòdem die commemoràtio sanctòrum Herodiònis, Asyncriti, & Phlegòntis, de quibus scribit beàtus Paulus Apòstolus in epìstola ad Romànos. (*d*) Apud Corìnthum beàti Dionysii Epìscopi, qui eruditiòne, & gràtia, quam hàbuit in verbo Dei, non solùm suæ civitàtis & provínciæ pòpulos, sed & aliàrum provinciàrum & ùrbium Epìscopos epìstolis erudìvit; Romanòsque Pontìfices àdeò còluit, ut eòrum epìstolas pùblicè lègere in Ecclèsia dièbus Domìnicis consuèverit. Clàruit autem tempòribus Marci Antonìni Veri, & Lùcii Aurèlii Còmmodi. (*e*) Turònis sancti Perpètui Epìscopi, admiràndæ sanctitàtis viri. (*f*) Ferentini

(a) *Ædesii*. Martyr anno 304. Baron. eo an. nu. 39. Ann. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 2. April. Græci in Menolog.

(d) *Herodionis, & Soc.* Die 28. Martii Græci in Menæis, & in Menol. Basil. Imperat

(e) *Dionysii Episc.* Die 22. Martii Maurolyc. aliique. Die 9. April. Ms. Vatican. S. Petri.

(f) *Perpetui*. Claruit an. 482. Baron. eo anno n. 47. Ann. 463. Hensch. & Papebroch. Anno 473 Sigebert. Chronic. Anno 470. Florentin. An 490. aut 91. Pagi t. 2. ad ann. 482. nu. 28. Die 30. Decembr. Florus, Raban. & Florentin. Die 30. Aprilis Maurolyc. & Molan. Auctar. ad Usuard. Die incerto Pagi loco cit.

tìni in Hèrnicis ſancti Redèmpti Epìſcopi, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*g*) Apud Comum ſancti Amàntii Epìſcopi & confeſsòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 304. n. 39. & Euſeb. lib. 8. c. 15.* (b) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta.* (c) *Iidem ibidem.* (d) *Baron. an. 58. n. 56. & an. 69. n. 44.* (e) *Baron. an. 142. n. 8. An. 175. n. 8. & an. 187. n. 1. & ſequ. Euſeb. in Chronic. & hiſt. lib. 4. c. 22. & Uſuard.* (f) *Baron. an. 482. n. 47. & ſequ. S. Gregor. Turonen. hiſt. lib. 2. c. 14. & lib. 10. c. 81. Sigebert. in Chron. an. 473. Henſchen. & Papebrochii Acta.* (g) *Baron. an. 567. n. 13. S. Gregor. lib. 3. Dialogor. c. 38. & Hiſt. Miſcel. lib. 16. in fine.* (h) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Ponam coram eis judicium, ut ſciam verba, quæ mihi reſpondeant. Job. 23.

(a) *Ædeſii Martyris ſub Maximiano Galerio*. Eadem nutatio pro hoc Martyrio ſub Maximiano Galerio, ac de Amphiano die 2. & Vulpiano die 3. Aprilis. Græcorum Menæa, & Menolog. Baſilii Porphirogenit. Imperat. non promunt Cæſarem: *Sed ab Urbis Præſide, ſeu Præfecto*.

(b) *In Africa Januarii, Maximæ, & Macariæ*. Martyrol. Epternacen. *In Africa Timori, Januarii, Machari, Conexi, Maximæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Timoti, Mocchari, Conexi, Maximi*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Thymoti, Mecari, Conexi, Maximi*. Martyrol. Blum. pro Mecari, *Macari*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Thimoti, Macarii cum aliis tribus.* Ms. pervetuſt. Richenaugien. Monaſt. prope Conſtantiam in Suecia: *In Africa Januarii, Macarii*. Ms. Sancti Cyriaci: *In Africa Timotis, Macari*. Ms. Treviren. S. Maximini; *In Africa Timotei, Macarii, Conexi, Maximæ*. Ms. Vatican. pro *Timotei* ponit: *Conceſſi*. Ms. Barberian. *In Africa Timotis, Macarii, Connexi, Maximæ*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa Natale Sancti Macarii, & S. Frontini Monachi*.

(c) *Carthagine Conceſſæ Martyris*. Martyrol. Epternacen. *In Africa Conceſſæ, Succeſſi, Pinnari: Item Ammoni*. Ms. Richenaugien. *In Carthagine Conceſſi, Timotis, Connexi*. Sphalma forſan *Conceſſi*: Omnes enim fere Codices *Carthagine* promunt *Conceſſa*, niſi tamen *Conceſſus* erit alius, aut Afer, aut Carthaginenſis Martyr. Notker. *In Africa Januarii, Macarii, Maximæ, Conceſſæ, & aliorum multorum*. Chronic. Lucii Dextri ad ann. 300. nu. 11. & Salazar. Martyrol. Hiſpan. *Carthagine Hiſpaniæ Sancta Conceſſa*. Sed ibi, aut alia *Conceſſa*, aut ob alicujus Reliquiæ translationem culta.

(d) *Herodionis, Aſyncriti, & Phlegontis*. Cardinal. Sirlet. in Menolog. Græcorum, & Maxim. Cythereus: *Sanctorum Herodionis, Agabi, Rufi, Phlegontis, Aſyncriti, & Hermæ*. De Herodione item: *Herodion ex ſeptuaginta Diſcipulis Epiſcopus novarum Patrarum*.

(f) *Turonis Perpetui Epiſcopi*. Ad 30. Decembris Martyrol. S. Hieronymi Apographa penes Florentin. item Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. apud Florum ſupplement. ad Bedam, uti Raban. & alii ad τὸ *Epiſcopi* addunt: *Et Confeſſoris*.

(h) *Apud Comum Amantii Epiſcopi*. Comum, quod & Novo Comum, *Como*. Urbs Inſubriæ antiqua, ad Lacum Larium, qui etiam ex ipſa Comacenus dictus eſt. Cardinal. Baron. in not. *Præceſſit hic Sanctum Abundium ejus Civitatis Epiſcopum; ſucceſſit autem Sancto Felici*. Henſchen. tamen, & Papebroch. definiunt Prædeceſſorem Amantii fuiſſe *S. Provinum*, & Succeſſorem *Sanctum Abundium*: Ipſi ſummi viri conſulendi.

Qui audiebant, expectabant ſententiam, intenti tacebant ad conſilium. Job. 29.

xx. A Quinto Idus Aprilis. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

ANtiochiæ ſancti Pròchori, qui fuit unus de ſeptem primìs diàconis; & fide ac miràculis clarus, martyrio coronàtus eſt. (*a*) Romæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Demètrii, Concèſſi, Hilàrii, & ſociòrum. (*b*) Sirmii pàſſio ſanctàrum ſeptem Virginum & Màrtyrum, quæ dato ſimul prètio sànguinis, vitam mercàtæ ſunt ætèrnam. (*c*)

Cæ-

(a) *Prochori*. Die 28. Julii Græci in Menæis, in Anthologio, & Synaxar. Die 15. Januar. Kalend. Coptic.
(c) *Massylitanorum*. Die 16. April. Prudent.

Cæsarèæ in Cappadòcia sancti Eupsychii màrtyris, qui ob evèrsum Fortùnæ fanum sub Juliàno Apòstata martyrium consummàvit. (*d*) In Africa sanctòrum màrtyrum Massylitanòrum, in quorum die natàli sanctus Augustìnus tractàtum hàbuit. (*e*) Amìdæ in Mesopotàmia sancti Acàtii Epìscopi, qui pro redimèndis captivis ètiam Ecclèsiæ vasa conflàvit, ac vèndidit. (*f*) Rhotòmagi sancti Hugònis Epìscopi & confessòris. (*g*) In civitàte Dièensi sancti Marcèlli Epìscopi, miràculis clari. (*h*) In Judæa sanctæ Marìæ Clèophæ soròris sanctissimæ Dei genitrìcis MARIÆ. (*i*) Romæ translàtio còrporis sanctæ Mònicæ matris beàti Augustìni Epìscopi, quod ex Ostiis Tiberinis, Martìno quinto summo Pontìfice, in Urbem delàtum, in Ecclèsia ejùsdem beàti Augustìni honorìficè recònditum fuit. (*k*) Mòntibus in Hannònia beàtæ Vvaldetrùdis, vitæ sanctimonia & miràculis claræ. (*l*)

(h) *Marcelli Episc.* Die 17. Januar. quædam Martyrol. Mss. Usuard. apud Hensch. & Papebroch. Die 5. Aprilis Saussayus.
(l) *Waldetrudis*. Die seq. Kalend. Ms. Benedict.

(a) *Baron. an. 44. n. 15. & an. 99. n. 3. Petr. in Catal. lib. 4. c. 39. Usuard. & Ado.* (b) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (c) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 362. n. 57. item Græci in Menolog. hac ipsa die.* (e) *Baron. in not. S. Augustin. de diversis Martyrib. 42. Possid. Indicul. Henschen. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. an. 420. n. 30. item Græci ac Socrat. lib. 3. c. 21. & Nicephor. lib. 14. c. 22.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Henschen. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. lib. de glor. Confess. c. 70. Columbus, Sammarthani, aliique.* (i) *Baron. in not. relat.* (k) *Baron. in not.* (l) *Hensch. & Papebroch. Acta.*

Doctrinam oris audite; qui eam custodierit non periit labiis. Ecclesiast. 23.

(a) *Antiochiæ Prochori*. Cardinal. Sirlet. in Menæis, Anthologio, & Synaxario ad 28. Julii: *Natalis Beati Prochori, Nicanoris, Timonii, & Parmona.* Maurolyc. Felic. & Galesin. *Natale Beati Prochori, qui fuit Nepos S. Stephani, & Comes S. Joannis Evangelistæ, & unus de septem Diaconibus.*

(b) *Romæ Demetrii, Concessi, Hilarii & Sociorum.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. non præsignata palestra: *Et natale S. Demetri Diaconi.* Ms. Barberinian. addit: *Hilarii, Concessi.* Martyrologia Corbejen. & Lucen. addunt: *Mari.* Martyrolog. Epternacen. ultrà: *Sirmionis, Fortunati, & septem Virginum Canonicarum.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *& alibi: Demetrii Diaconi, & VII. Virginum, quæ in unum meruerunt coronari.* Ms. Tamlacten. *Dimetri, Hilarii, Concessi, Mari, Fortunati, Donati, & aliorum septem.*

(c) *Sirmii SS. septem Virginum, & Martyrum.* Alibi: *Syrmia, Sirmi.* Sirmium, Urbs olim præclarissima inter Metularim Insulam Sai fluminis ad occ. & Taurunum in ortum, à quo ad x. mille passus Gennan. recedit, à Basiana, seù Possega in Ortus supra duodecim, à Mursa in Austrum, & Phænicem supra septem, quantum à quinque Ecclesiis in Phænicem, & quantum à Nesso in Arctos abit, nunc Oppidulum, à quo Comitatus *Sirmiensis* nominatur. Martyrol. Antuerpien., seù Epternacen. *In Sirmio v. Virginum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Syrmia v. Virginum, quarum nomina Deus scit. Et alibi natalis septem Virginum.* Martyrolog. Bluman. addit: *Canonicarum.* Martyrolog. Corbejen. *In Syrmia natal. IIII. Virginum, quarum nomina Deus scit. Syrmium Fortunati, Donati, & aliorum sex, & natal. septem Virginum Canonicarum.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Syrmii Passio Sanctarum quinque Virginum.* Ms. Richenaugien. *In Sirmia & Virginum septem, Marii, Donati.*

Verbum sapiens quodcumque audierit sciens ad se adiiciet. Ecclesiast. 21.

(d) *Cæsarea Eupsychii.* Holstenius in suis selectis animadversis adnotat: *Insignis est Epistola S. Basilii Magni 291. pag. 1056. qua Pontica Diœcesis Episcopos ad festum hujus Eupsychii, & Damæ Martyrum invitat, & sociorum; diemque natalem eorum magna solemnitate Cæsarea, & in tota regione vicina celebratum scribit.*

(e) *In Africa Martyrum Massylitanorum.* Liv. lib. 4. Decad. 3. *Massilam gentem in Numidia collocat*; ubi Gala regnabat. Dionys. Atrus in Lexico Ferrar. *sunt Massyli Populi, & Massyla Regio Africa.*

(f) *Amidæ S. Acacii Episcopi.* Molan. Addit. ad Usuard. cusus an. 1568. & Canis. Martyrolog. Germanic. edit. an. 1573. proferunt: *Acacii Episcopi, & Confessoris.*

Cardinal. Baron. in not. accit pro hoc Sancto Episcopo Græca facta; at Henschen. & Papebroch. suadent, in nullis Græcorum Menæis, aut Menologiis, sivè Synaxariis se hujus Sancti nomen insertum invenisse.

(g) *Rhotomagi Ugonis Episc.* Martyrolog. Ms.

Ms. Gemmaticen. *In partibus Rothomagi, loco, qui pulchrè nominatur Gemmetica, natalis S. Ugonis, sacræ Rotomagensis Ecclesiæ Archiepiscopi.*

(l) *Montibus in Hannonia Waldetrudis.* Hannonia, *Henault.* Regio Belgii, Veromanduis, Attrebatibus, Catuacis, Eiiuis, ac Sylva Arduenna definita, à Scalde, & Sabi fluviis irrigata; in qua urbes claræ, cum primis Belgicæ conferendæ Montes, & Valencenæ. Ms. Bruxellen. Ecclesiæ S. Gudilę: *Apud montes Hannoniæ depositio, seù transitus B. Waldetrudis, electæ neptis B. Gudilæ.*

Disceptatio Topographica.

(b) *Romæ Sanctorum Martyrum Demetrii, Concessi, Hilarii, & Sociorum.*

De hoc martyrio Romæ sequuto nulla viget memoria, nisi in hoc Romano Martyrologio, ita ut alia Apographa loco incerto proferant: *& alibi Demetri, &c.*

Eminentissim. Baron. in not. accit Martyrol. Ms. Monasterii S. Cyriaci, ex quo hi SS. martyres Romano Martyrologio restituti sunt.

Verùm in hoc laudato Martyrol. de his Martyribus nulla mentio, sed hæc promit: *Idibus Aprilis natalis septem Virginum, quæ in unum meruerunt coronari:* Agonis loco prętermisso; ut in Actis SS. penès summos viros Henschen. & Papebroch. Galesin. tamen ante Baron. ita hos Martyres recensuit: *Romæ item Beatorum Martyrum Demetrii, Concessi, & Hilarii &c.* advocando in notis Kalendar. Monasterii Bergomensis Vallis Umbrosæ, quod Baron. forsan voluit indicare loco Martyrologii Monasterii S. Cyriaci.

Sed accitum Vallumbrosanum Kalendarium non reperitur, secundùm documenta ab Henschen. & Papebroch. in Act. SS. hac ipsa die exhibita, & Ferrar. Catal. SS. asserit: *Nullam extare historiam, & solùm vigere in Martyrologio Romano memoriam ex antiquo Martyrologio Monasterii S. Cyriaci, ex quo in Martyrol. Romano transcripti sunt;* peperàm tamen Ferrarius laudat in Authorem Apographum prælibatum S. Cyriaci. Ex his igitur collectis (dummodo Saniores putaverint) videtur pro sedula Romani Martyrologii lectione, nulli urbi hoc Martyrio addicto, ut in Martyrologiis S. Hieronymi, & aliorum Apograhis, hoc pacto exordiendum: *Eodem die natalis Sanctorum Martyrum Demetrii, Concessi, Hilarii, & Sociorum.*

xix. B Quarto Idus Aprilis. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
A B C D E *F* F G H M N P
2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

(a) *Ezechielis Proph.* Circ. 620. ante Chr. nat. Die 21. Julii Græci in Menolog. Die 1. April. Kalendar. Ecclesiastic. Aquilejen.

(b) *Plurimor. Martyrum.* An. 132. Baron. eo an. n. 1. An. 116. Hensch. & Papebroch. Die 9. Martii Ms. Usuard. Die 3. Maji Sur. t. 3. prior. edit.

(d) *Terentii, & Soc.* Martyres an. 252. sub Decio. Baron. eo an. n. 93. An. 251. Pagi. t. 1. ad eum ann. n. 29. & 30. Die 5. April. Græci in Synaxar.

(e) *Macarii Episc.* Obiit an. 1012. Baron. eo an. n. 15. Anno 1011. Anonym. Scriptor. Vit. Pagi tom. 4. ad an. 1012. n. 7.

EZechièlis Prophètæ, qui à Jùdice pòpuli Israel, quòd eum de cultu idolòrum argùeret, apud Babylòniam interfèctus, in sepùlchro Sem & Arphàxad Abrahæ progenitòrum sepùltus est: ad quod oratiònis causa multi conflùere consuevèrunt. (*a*) Romæ natàlis plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, quos sanctus Alexànder Papa, cùm detinerètur in carcere, baptizavit. Hos autem omnes Aureliànus Præfèctus navi vetùstæ impòsitos, in altum mare dedùci, & illic ligàtis ad colla lapìdibus mergi præcepit. (*b*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Apollònii presbyteri, & aliòrum quinque, qui in persecutiòne Maximiàni in mare demèrsi sunt. (*c*) In Àfrica sanctòrum Màrtyrum Terèntii, Africani, Pompeji, & sociòrum, qui sub Dècio Imperatòre & Fortuniàno Præfècto virgis cæsi, equùleis torti, aliìsque supplìciis cruciàti, demum càpitis obtruncatiòne martyrium complevèrunt. (*d*) Eòdem die sancti Macàrii Epìscopi Antiochèni, virtùtibus & miràculis clàri. (*e*)

(a) *Baron. in not. Græci in Menologio die 21. Jul. & plerique Latini.* (b) *Baron. an. 132. n. 1. Sur. t. 3. prior. edit. Die 3. Maji in Act. S. Alexandri, Usuard. Ado, &* *alii*

alii. (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 4. c. 44. Vit. Patrum p. 1. c. 19. & Usuard.* (d) *Baron. an. 253. n. 98. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. an. 1012. n. 15. Sur. citat. Henschen. & Papebroch. Acta.*

Nemo acquirit scientiam, nisi aut studiosus ad legendum, aut assiduus ad audiendum. S. Jo: Chrysost. c. 7. Matth. Homil. 18. post init.

(b) *Romæ Plurimorum SS. Martyrum. Hos Aurelianus Præfectus.* S. Quirin. *Romæ Sanctorum propè viginti.* Acta Martyrii exhibent, ab Imperatore Trajano evocatum fuisse Aurelianum Comitem utriusque Militiæ de Seleucia ad omnium Christianorum interfectionem. *Aurelianus* alibi, *Judex, Princeps, & Imperator* vocitatur.

(c) *Apollonii Presbyteri, & aliorum quinque.* Martyrolog. Epternacen. *Alexandriæ Apolloni Presbyteri, Grani, Hilari, Donata, Concessa, Saturnini.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Apollonis Presbyteri, Gajani, Hilarii, Donati, Concessi, Saturnini, Saturi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Apolloni Presbyteri, Grani, Helari, Donati, Concessi, Saturnini, Gajani.* Martyrolog. Bluman. *In Alexandria Apolloni Presbyteri, Grani, Helari, Donati, Concessi cum cæteris Sanctis, & Domnini Episcopi.* Ms. Augustan. S. Udalrici, & Labbean. *Martyres Alexandrini Apolonius, Granius, Saturninus, Hilarius, Donatus.* Ms. Tamlacten. *Apollonii, Saturnini, Donata, Concesse.* Verùm omnes alii Codices: *Concessi.* Ms. Barberinian. *In Alexandria Apollonii Presbyteri, Saturnini, & Concessi.* Ms. Pragen. *Gaiani, & Concessi.* Calendar. antiqu. in Missal. & Breviar. Mediolanen. *S. Apollonii Presbyteri, & sociorum Martyrum.* Ms. Cassinen. Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Altempsian. *Alexandriæ S. Apollonii Presbyteri.*

(d) *In Africa Terentii, Africani, Pompeii, & Sociorum.* Martyrolog. Epternacen. Corbejen. & Lucen. *In Africa Martyrum* XVII. Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Martyrum* XL. *quorum nomina Deus scit.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa natale SS. Successi, & Marcelli.* Notker. *In Africa Martyrum sexdecim.* Galesin. *Terentii, Africani, Maximi, Pompei, & Sociorum triginta.* Mss. Synaxaria Parisien. Collegii Claromontani Societ. Jesu, & Taurinen. Ducis Sabaudiæ ad 5. April. ac Græcor. Menæa: *Item certamen SS. Martyrum Terentii, Pomponii, Maximi, Zenonis.*

(e) *Macarii Episc.* Henschen. & Papebroch. suadent, hunc ab Urbe Hierosolymitana, ubi à Saracenis malè habitus, anno 1011. Sandauum venisse: Ast Pagi t. 4. ad dictum annum nu. 6. opponit, menda exhibendo, quibus utraque vita hujus Sancti ab iisdem Henschen. & Papebroch. in Actis SS. producta involuitur. Hoc tamen ipsi summi viri inter se conferant.

Legendo, & studendo invenitur scientia, & per solum studium lectionum homo factus est sciens. S. Jo: Chrysost. ibidem.

(c) *Alexandriæ Apollonii Presbyteri, & aliorum quinque, qui in persecutione Maximiani in mare demersi sunt.*

Disceptatio Chronologica.

Actis Martyrii non existentibus, hos Martyres sub Maximiani persequutione referre, erit divinare.

Eminentissim. Baron. in not. *Usuard. de his item hac die. Petr. in Catalogo lib. 4. c. 44. Habentur horum res gestæ in Vit. Patrum par. 1. c. 19.*

Sed Usuard. *Alexandriæ S. Apollonii, & aliorum quinque* promit, nulla mentione de *Maximiani* persequutione: Adstipulanturque alia plura Martyrologia antiqua tum cusa, tum manuscripta. Item *Apollonius*, qui in Actis accitis, & in Vit. Patrum legitur, *Diaconus* dicitur, ille scilicet, qui unà cum Philemone Antinoi passus die 8. Martii. *Philemon* apud Rufin. c. 17. recensetur *Choraula publicus*, seù *famosissimus*, & *Apollonius* adhuc dicitur *Diaconus*: Unde videntur passi sub alia persequutione: Petrus verò in Catalogo, ut Usuardo consentiret, ex Vit. Patrum contraxit *Apollonium Presbyterum*, & nulla mentione facta de *Philemone*, ipsum *Apollonium cum Sociis* adjunxit, & *Alexandriæ* addixit. Cæterùm hæc non satis conveniunt cum iis, quæ in Vit. PP. Martyrologiisque antiquis recitantur. Ut igitur Romanum Martyrologium ab hac nutatione immune sit, & Sapientioribus placeret, expuncto: *In persequutione Maximiani*, sicut in Martyrologio de Peregrinis sub Julio Papa III. efferatur: *Alexandriæ SS. Martyrum Apollonii Presbyteri, & aliorum quinque in mare mersorum.*

xviii. C Tertio Idus Aprilis. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2
A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

ROmæ sancti Leònis Papæ & confessòris, qui virtùtum excèllens mèritis, dictus est Magnus. Ejus tempòribus celebràta fuit sancta

ĉta Synodus Chalcedonènsis, in qua ipse per legàtos Eutychen damnàvit, cujus etiam Synodi decrèta auctoritàte sua confirmàvit: cùmque multa sanxisset, & luculènter scripsisset de sancta Dei Ecclèsia & univèrso grege Domìnico, pastor bonus òptimè mèritus in pace quièvit. (*a*) Pèrgami in Asia sancti Antipæ testis fidèlis, cujus mèminit sanctus Joannes in Apocalypsi. Is sub Domitiàno Imperatòre in bovem æneum candèntem conjèctus, martyrium consummàvit. (*b*) Salòne in Dalmàtia sanctòrum màrtyrum Domniònis Epìscopi, cum milìtibus octo. (*c*) Gortynæ in Creta sancti Philippi Epìscopi, vita & doctrina clarìssimi, qui tempòribus Marci Antonìni Veri, & Lùcii Aurèlii Còmmodi Ecclèsiam sibi crèditam regens, à furòre Gentilium & hæreticòrum insìdiis eàmdem tutatus est. (*d*) Nicomediæ sancti Eustòrgii presbyteri. (*e*) Spolèti sancti Isaac mònachi, & confessòris, cujus virtùtes sanctus Gregòrius Papa commèmorat. (*f*) Apud Gazam Palæstinæ sancti Barsanùphii anachorètæ, sub Justiniàno Imperatòre. (*g*)

(a) *Leonis Papæ*. Die 12. Jun. Ferrar. Die 28. Martin. Polon. Die 30. Octobris Quesnel. dissert. 1. de Vit. S. Leonis. Mense, & die in obscuro Pagi t. 2. ad ann. 461. n. 3.

(c) *Domnionis Episc*. Die 7. Maji Ferrar. in Catal. General. SS.

(d) *Philippi Episc*. An. 172. Baron. eo ann. nu. 8. Ann. 180. Hensch. & Papebroch.

(f) *Isaac Monachi*. Die 13. Maii Calendar. Ms. Benedict.

(g) *Barsanuphii Anachoretæ*. Die 8. Februar. Græci.

(a) *Baron. an. 430. n. 90. & sequ. An. 460. n. 2. & alii nonnulli*. (b) *Baron. an. 93. n. 9. An. 97. n. 14. Ann. 330. n. 18. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 116. Henschen. & Papebroch. Act.* (d) *Baron. an. 172. n. 8. Euseb. hist. lib. 4. c. 24. Usudar. & Ado*. (e) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta, & Usuard.* (f) *Baron. ibid. item S. Gregor. Pap. lib. 3. Dialogor. c. 13.* (g) *Baron. an. 548. n. 14. Evagr. hist. lib. 4. c. 32. & Nicephor. hist. lib. 17. c. 22.*

Quæ vidimus, hæc scribimus. Epist. 1. Jo: 1.

(a) *Leonis Papæ*. Martyrol. cusum Coloniæ, & Lubecæ: *S. Leo Papa III. qui tempore Caroli Magni sedit, eidemque Augusto diadema contulit*.

(b) *Pergami in Asia Antipæ*. In Schedis eximii viri Antonii Caraccioli Cler. Regularis asseritur: *Apacium Pacensem Episcopum, qui sexto Christi sæculo claruit, suo manuscript. commentario ad Apocalypsim, vocare Antipham*.

(c) *Salone in Dalmatia Domnionis Episcopi, cum militibus octo*. Salona, *Salonæ*, & *Salo*. Urbs Dalmatiæ antiqua, maritima, inter Sibinicum, & Epetium, seù Spalatum Metropolim, Urbes ejusdem oræ propinquas, Tragurio vicina, non nihil à litore dissita, olim præclara, ac ex totius Illyrici præcipuis: nunc solo æquata jacet. De Peregrinis: *Domionis*. Alibi: *Domni*, *Domnioni*, *Domnini*, *Domioni*. Martyrolog. Antuerpien. sive S. Willibrordi: *Salona Dalmat Dominionis Episcopi, & militum trium Dalmati*. Martyrol. Corbejen. *In Salona Dalmatia Domioni Episcopi, & militum novem, & Dalmata*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Salona Damatia Domionis Episcopi, & militum VII. & Dalmati*. Martyrolog. Bluman. *Et milia VII*. Sphalma, *Damatia*, pro *Dalmatia*. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Mauritania Solonis, Maximi, Helarii, Concessi, cum cæteris Sanctis*. Ms. Rom. Bibliothecæ Barberinianæ: *In Salmona Dalmatia Dominionis Episcopi, & militum octo, & Dalmati*. Lapsum *Salmona*: apud Geographos *Salona* dicitur. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Et Domnini Episcopi, & Sancti Dalmatii*. Ms. Roman. Vatican. ultrà: *Donati, & aliorum ducentorum quadraginta unius*. Notker. *In Mauritania Salonis, Maximi, Concessi cum cæteris Sanctis*. Archidiacon. *S. Domnius Episcopus cum aliis multis passus, qui eum uno mense ad Martyrii gloriam præcesserunt*.

Non scribimus quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Epist. 1. Jo: 2.

Ferrar. Catal. SS. Italiæ ad 7. Maji ex Tabul. Eccles. Spalatens. *Nonis Maji Sancti Domnini Episcopi Salonensis, & Martyris*. Verùm *Domnius*, & *Domninus* confusè sumuntur cum *Domnio* Episcopo Solonitano, & *Domnino*, seù *Domnione* Cubiculario Maximiani Imperat.

Cardinal. Baron. in notis: *Corpora Domnionis Episcopi, & sociorum Joannes Papa Quartus Dalmata translata è Dalmatia, prope baptisterium Constantini recondidit in Oratorio à se decentissimè exornato*.

At Holstenius in animadversis: *Corpus Domnionis requiescebat Aspalathi, in propria Ecclesia anno Christi 949. teste Constantino Porphyrogenito Imperatore lib. de administr. Imper. c. 28. p. 85.* Studiosus ipsos eruditos consulat.

(d) *Gortynæ in Creta Philippi Episc*. Baron. *temporibus Antonini, & Lucii Aurelii Commodi*. Usuard. *Antonini Veri, & Lucii Aurelii Imperat*. Topographia SS. ad Martyrol. Roman. & Maurolyc. *Augusta Civitate*

 Rhe-

Rhetia Vindelicorum Philippus Episcopus, sub Antonino Vero Mártyr.

(c) *Nicomedia Eustorgii Presbyteri*. Martyrol. Epternacen. aut Antuerpien. sive S. Villibrordi : *Nicomedia Eustorgi Presbyteri, Nestoris, Filonti, Ceremonia*. Martyrolog. Corbejen. *Eustri Presbyteri, Nestoris, Filoni, Ceremonia*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Eustorgii Presbyteri, Nestoris, Filonis, Ceremonii*. Ms. Tamlacten. *SS. Eustorgii, Nestoris, Filonis, & aliorum ccliv.* Martyrolog. cusum Coloniæ, & Lubecæ an. 1490. *Nicomedia S. Eustorgii Presbyteri, & Martyris.*

(f) *Isaac Monachi*. Florar. Ms. *Ysaac*. Videtur addendum *Abbatis*. Præfuit quippè Monasterio Spoletano, ut S. Gregor. à Baronio in not. accitus lib. 3. Dialogor. c. 14.

(g) *Barsanuphii*. Uriæ Salentinorum, quę Urbs in Hydruntina Provincia inter Tarentum, & Brandusium sita, colitur die 8. Februarii, & die 30. August. ut Patron. Forsan hac die corpus in occidentem translatum, vel denuo clevatum.

xvii. D Pridie Idus Aprilis. Luna. 12

a b c d c f g h i k l m n q q r ſ t u

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3

A B C D E F F G H M N P

4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

(a) *Zenon. Episc.* Die sequ. Martyrol. Ms. Eccles. S. Petri Romæ.

(b) *Sabæ Gothi*. Die 15. April. Menolog. Basil. Imperat. & Menæa Mss. Bibliothec. Ambrosian. Mediolan. Die 17. Sinaxar. Claromontan. penes Hensch. & Papebroch.

(e) *Julii Papæ*. Die seq. Martyrol. Ms. Eccles. S. Petri Romæ. Die 8. Februar. Raban. Notker. aliiq.

(g) *Damiani Episc.* Circ. 679. Baron. eo ann. nu. 6. Circ. 710. Henschen. & Papebroch.

VEronæ pàssio sancti Zenònis Epìscopi, qui inter procèllas persecutiònis eam Ecclèsiam mira constantia gubernàvit, & Gallièni tèmpore martyrio coronàtus est. (*a*) In Cappadòcia sancti Sabæ Gothi, qui sub Valènte Imperatòre, cùm Athanaricus Gothòrum Rex Christiànos insequerètur, post dira tormènta in flumen pròjèctus est: quo ètiam tèmpore (ut sanctus Augustìnus scribit) quamplùrimi ex Gothis Orthodòxis martyrii coròna sunt insigniti. (*b*) Bràcari in Lusitània sancti Victòris màrtyris, qui adhuc catechùmenus cùm idòlum adoràre noluìsset, & Christum Jesum magna constántia confèssus fuìsset, post multa tormènta càpite abscìsso, mèruit pròprio sànguine baptizàri. (*c*) Firmi in Picèno sanctæ Vissiæ vìrginis & màrtyris. (*d*) Romæ via Aurèlia natàlis sancti Jùlii Papæ, qui advèrsùs Ariános pro fide Cathòlica plùrimum laboràvit, ac multis præclàrè gestis, sanctitàte cèlebris quièvit in pace. (*e*) Apud Vapìngum òppidum sancti Constantìni Epìscopi & confessòris. (*f*) Papiæ sancti Damiàni Epìscopi. (*g*)

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta Usuard. & alii recentiores.* (b) *Baron. an. 272. n. 114. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (c) *Baron. in not. Vasaus Chronic. Hispan. ad an. 306. & Flos SS. Hispan.* (d) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Firman. Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Baron. an. 352. n. 1. Usuard. Bellin. Saussayus Martyrol.* Gallican. *aliique recentior.* (f) *Baron. an. 441. n. 14. Synod. Gallican. aliique.* (g) *Baron. an. 679. n. 6. Tabul. Eccles. Papiens. & Acta Henschen. & Papebroch.*

Qui vigilaverit ad Sapientiam non laborabit. Sapien. 6.

(b) *Sabæ Gothi*. Menæa Græca die 24. April. alium Sabam panditant, Ducem, seu Tribunum Militum, sub Aureliano Imperatore martyrizatum.

(c) *Bracari in Lusitania Victoris Martyris*. Vasæus Chronic. Hispan. ad an. 306. *Bracara Augusta S. Victoris, Silvestri, Cucufatis, & aliorum, quorum memoria diuturnitate, & Scriptorum penuria exolevit*. Caribajus t. 1. histor. Hispan. lib. 3. c. 4. *Bracaræ passio SS. Victoris, Silvestri, Cucufatis, Torquati, & Susannæ*. Bivar. suo Calendar. xii. *April. S. Silvester Martyr Bracarensis cum Susanna sorore.*

Cardinal. Baron. in notis animadvertit hunc Victorem inter Martyres *sub Diocletiano*. Viridarium tamen Portugalliæ c. 5. *Sub Nerone Bracaræ passio SS. Victoris, Silvestri,*

Assidentem illum foribus suis inveniet. Sapien. 6.

vestri, Torquati, Cucufatis, & Gloriosæ. S. Susannæ sororis duorum ultimorum.

(d) *Firmi Visiæ Virgin. & Martyr.* Baron. in not. *De qua etiam Tabulæ Firmanæ Ecclesiæ, quas Romam allatas vidimus.*

Ferrar. tamen in Catal. SS. Italiæ ad notat, Acta hujus Martyris unà cum iis aliorum SS. Civitatis Firmanæ ob bella, ut ferunt, periisse.

(e) *Julii Papæ.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Depositio Julii Episcopi, & Confessoris, qui sub Constantio Ariano filio Constantini decem mensibus tribulationes, & exilia perpessus, post ejus mortem cum magno decore ad suam sedem reversus est.* Hæc eadem in Martyrol. de Peregrinis. Catal. Romanor. Pontific. penes Luitprand. *Julius fuit temporibus Constantii à Consulatu Feliciani, & Titiani Constantio (Augusto) quinto, & Constantio Cæsare Consulibus.*

Baron. in Annal. & in not. refragatur, hunc Pontificem sub Constantio Ariano per decem menses exulasse: At quasi omnia Latinorum Martyrolog. apud Florentinium id constanter affirmant.

(f) *Apud Vapingum Oppidum Constantini Episcopi.* Vapingum, seù Vapincum. Urbs antiqua Galliæ Narbonensis in finibus Allobrogum, inter Urbes Delphinatus non obscura, in valle ad excelsi Montis radicem, media ferè inter Gratianopolim Caput Regionis, & Sistoricam Urbem Provinciæ. Maurolyc. & alii: *Constantii.* Martyrol. Epternacen. *In Vapingo Civitate.* Martyrol. Corbejen. *In Civitate Vappineo.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Wappingua Civitate.* Saussayus Martyrol. Gallican. *In Narbonensi secunda Civitate Vapicensi Sancti Constantis Episcopi, & Confessoris.* Vvapingum non Oppidum, sed urbs Galliæ Narbonen. apud Alpes Cottias, Geographis Antonin. & Aimon. In libr. Provinciar. *Civitas Appencentium.* In aliis Codicib. *Wapincensium* Hortel.

Baron. in not. *Hic Constantinus interfuit Concilio Arausicano habito sub Cyro Consule anno Domini 441. & mentio item de Constantino Episcopo in Synodo Gallicana tempore Leonis Papæ.*

Nihilominùs Pagi t. 2. ad eum quoq; ann. 441. n. 11. fert, hunc S. Episcopum sub Regibus Burgundiorum Concilio Eupanensi subscripsisse anno Domini 517. & esse alium ab illo, qui laudatis Conciliis interfuit, incertæ Sedis Episcopum. Hæc tamen ipsi summi Viri inter se conferant.

(g) *Damiani Episcopi.* Galesin. *Et Confessoris.* Baron. in not. miratur, Paulum Diaconum lib. 5. c. 15. de gest. Longobard. tradidisse, hujus Damiani esse Epistolam scriptam nomine *Mansueti Episcopi Mediolanensis* lib. 6. c. 3. eò quia *non Damianus, sed Magnus Episcopus Ticinensis interfuit unà cum Mansueto illi Romanæ Synodo sub Agathone Romano Pontifice, ut apparet ex subscriptione Synodicæ tunc scriptæ, quæ recitatur in Actione quarta sextæ Synodi. Opinatur est ea de causa Latinus noster, eumdem Damianum Cognomento Magnum esse dictum.*

Verùm Pauli Diaconi verba sunt: *Hæresis apud Constantinopolim orta est, quæ unam in Domino nostro Jesu Christo voluntatem & operationem asseverabat, quam ob causam Constantinus Augustus centum quinquaginta Episcopos congregare fecit, inter quos etiam fuerunt Legati Sanctæ Romanæ Ecclesiæ missi ab Agathone Papa: eo tempore Damianus Ticinensis Episcopus, sub nomine Mansueti Mediolanensis Archiepiscopi, hac de causa satis utilem, rectæque fidei Epistolam composuit, quæ in præfata Synodo non mediocre suffragium tulit.*

(a) *Veronæ Passio S. Zenonis Episcopi, qui inter procellas persecutionis eam Ecclesiam mira constantia gubernavit, & Gallieni tempore Martyrio coronatus est.* *Disceptatio Chronologica.*

Panvinius Veronen. lib. 4. antiquit. ejusdem Vrbis testatur, eam Ecclesiam ab antiquo usque ad sua tempora de hoc Sancto *Zenone* anniversariam commemorationem tanquam de *Pontifice & Confessore* egisse, & quòd Lippoman. fuit primus solemnis memoriæ Zenonis Pontificis & Martyris in ipsa Ecclesia Veronensi institutor; Cardinal. Valerius Episcopus Veronensis hoc idem in lib. de Præsulib. ejusdem Eccles. fol. 15. & alii Scriptores Veronenses: ex quibus verendum, an Martyr sub Gallieno.

Eminent. Baron. in not. *De eo item hac die Beda, Usuardus, & alii recentiores. S. Gregorius Papa dum agit de insigni illo miraculo inundantis Athesis in ejus Ecclesia edito, Martyrem, atque Pontificem eumdem appellat lib. 3. Dialogor. c. 19;* Quod miraculum profectò de aquis Athesis fluvii inundantis, ultra ostium apertum Ecclesiæ *S. Zenonis* non intrantibus, Pronulphus Comes, & Joannes Tribunus testantur.

Ast aut laudati testes, ex quibus S. Gregor. id hausit, non satis distinxere inter tulos Martyris, & Confessoris, unum pro alio sentientes: aut S. Gregorius idcirco *Zenonem* nominaverit *Martyrem*, quia inter persequutionis procellas multa mirabiliter pertulit, quamvis vitam Martyrio non compleverit: undè Juvenalis ipsum etiam Martyrem laudat; hinc perperàm à posteris huic Sancto nomen *Martyris* in Martyrologio Bedæ, & Usuardi intrusum, ut ex genuino ejusdem Bedæ Martyrologio elicitur, nil de hoc Sancto habente. Et quamvis in illo Usuardi referatur id, quod in Rom. Martyrologio, Molanus tamen in secunda ejusdem Usuardi editione ita correxit: *Eodem die S. Zenonis Episcopi, qui inter procellas persecutionis Veronensem Urbem mirabiliter rexit;* animadvertendo dein: *De Zenone sustu-*

li Usuardi verba (uti credebat) *ac tempore Gallieni Martyrio coronatus est. Honorari eum ut Confessorem, constat ex Martyrologio Romano; Officio Mediolanensis Ecclesiæ die 8. Decembris, & aliunde.*

S. Ambrosius quidem ad Siagrium Veronensem Episcopum S. Zenonis successorem lib. 6. Epistola 1. ipsum *Zenonem* ab eomet Ambrosio sanè notum, non alio titulo, nisi *Sanctæ Memoriæ* honorat. Adstruuntque ejusdem S. Zenonis Acta à quodam Notario nomine Coronato excerpta ex septem Mss. Codicibus cum Mombritii editione collatis penès Hensch. & Papebroch. *Zenonem in pace quievisse sub Gallieno, seù Galeno, aut Galueno, cujus filiam à Dæmone obsessam liberavit*. Necnon Breviarium, & Missale Ambrosianum, Martyrolog. Anglican. & alia Martyrologia, tum cusa, tum Manuscripta in Ecclesiis Italicis, Germanicis, Belgicis, & Anglicanis; item Vuitford. Bellin. Galesin. & Felic. omnes uno ore buccinando: *S. Zenonem Episcopum, & Confessorem*. Quinimmo ipsamet Veronensis Ecclesia, cujus hic Sanctus præcipuus Patronus, per integra decem, aut undecim sæcula, de eo, tamquam *Pontifice & Confessore*, Officium persolvebat.

Si quis tamen duos Zenones statueret, alterum tempore S. Ambrosii Episcopum, alterum Martyrem sub Gallieno Imperatore; ex quo Paulus Diacon. lib. 3. de gest. Longobard. Raban. aliiq; tantùm *Zenonem Martyrem* celebrant, ad discrimen forsan *Zenonis Episcopi, & non Martyris*, ut Vuandelbert. & Notker.

Refragaretur profectò Scriptoribus Veronensibus, Panuinio loco adducto, Pinto lib. 5. de Nobilitat. Veronens. Bagata, Ugonio, aliisque unicum *Zenonem* Veronæ tradentibus, & hunc nonnisi *Episcopum*, de quo S. Ambrosius. Quò ad Paulum Diaconum, & Rabanum; primus tempore Caroli Magni floruit; secundus Ludovici Pii & filiorum, ac proinde S. Gregorii relationem sequuti, & *Zenoni Episcopo* titulum *Martyris* addixere: idemq; Vuandelbert. & Notker. Cæterùm de hoc Zenone Veronensi mentionem miraculi Athesis fluvii agunt, tantùm Zenoni Episcopo Veronensi attributo, sed oscitanter tò *Episcopo* subducto.

At datis his duobus Zenonibus, altero Episcopo, altero verò Martyre; nè hi duo confundantur in unum, si unus solùm reperiretur, & hæc adeò implexa controversia in præsentiarum eliminetur, interposito saniorum placito, ad instar Molani, enuncietur: *Veronæ S. Zenonis Episcopi, qui inter procellas persecutionis eam Ecclesiam rexit, & multa passus vitam finivit.*

xvi. E Idibus Aprilis. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	21	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

HIspali in Hispània sancti Hermenegìldi filii Leovigildi Regis Visigothòrum Ariàni, qui ob Cathòlicæ fidei confessiònem in càrcerem conjèctus, cùm in solemnitàte Paschàli communiònem ab Epìscopo Ariàno accipere nòluisset, jussu pèrfidi patris secùri percùssus, regnum cœlèste pro terrèno Rex, & martyr intràvit. (*a*) Pèrgami in Asia natàlis sanctòrum màrtyrum Carpi Epìscopi Thyatirènsis, Pàpyli diàconi, & Agathonicæ soròris ejus òptimæ fœminæ, Agathodòri quoque eòrum fàmuli, aliorùmque multòrum, qui post vàrios cruciàtus, pro beatis confessiònibus martyrio coronàti sunt in persecutiòne Marci Antonìni Veri, & Lùcii Aurèlii Còmmodi. (*b*) In qua ètiam persecutiòne Romæ passus est vir miràbilis Justìnus philòsophus, qui cùm secùndum librum pro religiònis nostræ defensiòne præfatis Imperatòribus porrexìsset, eàmque ibidem disputàndo strènuè propugnasset, Crescèntis Cynici, cujus vitam & mores nefarios redarguèrat, insìdiis accusàtus quòd Christiànus esset, remuneratiònem linguæ fidèlis, martyrii munus accèpit. (*c*) Eòdem die pàssio sanctòrum Màximi,

Quin-

(a) *Hermenegildi.* Martyr an. 584. Baron. eo an. nu. 1. & seq. Ann. 586. Hensch. & Papebroch. An. 585. Pagi t. 2. ad an. 584. nu. 5. Die 13. Martii Henschen. & Papebroch. Die 24. Pagi loc. cit. Die 15. April. Ms. Sancti Petri Romæ.

(b) *Carpi Episc.* Die 13. Octobr. Græci in Menolog. Die 12 April. Notker.

(c) *Justinus Philosoph.* Martyr anno 165. Baron. eo an. n. 1. & seq. An. 170. Hensch. & Papebroch. Die 1. Jun. Græci in Menolog.

(d) *Maximi, & Soc.* Martyr ann. 305. Baron. eo ann. n. 27. An. 306. Pagi t. 1 ad an. 303. nu. 6. Die 28 April Menolog. Basil. Porphyrogenit.

(e) *Ursi Episcop.* Die sequ. Urbs, & Dioecес. Ravenn.

Quinctiliani, & Dadæ, in persecutiòne Diocletiàni. (*d*) Ravènnæ sancti Ursi Epìscopi & confessòris. (*e*)

(a) *Baron. an. 584. n. 1. & seq. S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib. 5. c. 38. lib. 6. c. 43. & lib. 8. c. 28. S. Gregor. Pap. lib. 3. Dialog. c. 3. Henschen. & Papebroch. Acta.* (b) *Baron. an. 154. n. 3. & an. 169. n. 23. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 2. prior. edit.* (c) *Baron. an. 165. n. 1. plura an. 130. 142. 143. 150. 164. & 165. Euseb. hist. lib. 4. c. 14. Lippoman. t. 7 & Sur. t. 3. prior. edit.* (d) *Baron. an. 305. n. 27. & Sur. t. 2. relat.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Ravenn. & Rub. hist. Ravenn. lib. 2.*

Auditum mente pertracta. Job. 4.

(b) *Pergami in Asia Carpi Episc. Thyatirensis, Papyli Diaconi, Agathonicæ sororis, Agathodori famuli.* Pergamus, seù Pergamum Plinio. *Pergamo* Italis. Urbs Asiæ nobilissima quondam Regia, Galeni Medicorum Principis ortu clara. Ad Selinuntem fluviolum interluentem, & Cetium ex Pindaso Monte proximo præterlabentem. Caico flumini vicina. Phrigiæ primaria, ac finitimarum Urbium alias conventus nobilis. Martyrol. Epternacen. *In Asia Pergamo Carpi Episcopi, & aliorum xliv. Pauli, Isaac, Agathonis.* Martyrol. Corbejen. & vet. Lucen. pridie: *11. Idus Aprilis in Asia Pergamo Carpi Episcopi, Pauli, Isac, Agazonis;* hac verò die: *Idus Aprilis Pergamo Asiæ Polycarpi Episcopi, & Pauli Diaconi.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. eadem. Kalendar. antiqu. Missal. & Breviar. Ambrosian. *Sanctorum trecentorum Martyrum, & Sancti Carpi Episcopi, & Martyris.* Ms. Divionen. *Pergamum Asiæ Carpi Presbyteri, & Papyri, & Agathonicæ, & aliarum multarum.* Mss. Richenovien. & Casinen. die 8. April. *Sancti Carpus, Papyrius, & Martialis.* Die 12. April. *SS. Carpus Episcopus, Paulus, Isaac, Agathon, & xliv. Socii Pergami in Asia.* Græcum Synaxar. Claromontan. Societat. Jesu die 13. Octobris: *Certamen SS. Martyrum Carpi, & Papyli, Agathodori, & Agathonices.* An iidem, ac quo dictorum dierum culti, alii discutiant. Notker. pro Carpi, *Polycarpi.* Ado, Usuard. & de Peregrin. pro Papyli, *Papyrii.* Rosuueyd. pro Agathodori, die 8. April. *Agathon.*

(d) *Eodem die Maximi, Quinctiliani, & Dadæ.* Maxim. Cythereus in Menæis pro Quinctiliani, *Cyntilliani.* Menolog. Basilii Porphyrogenit. die 28. April. *Sub Maximiano Imperatore, Tarquinio Consule, ex Urbe Dorostero in Macedonia.* Ad 28. Jul. in Menæis: *Certamen Sanctorum Martyrum Cintiani, seu Cyntiliani, Dadæ, Maximi, & Gallinici peragitur eorum solemnitas in Bligantio.*

Disceptatio Chronologica.

(b) *Pergami in Asia Carpi Episcopi Thyatirensis, Papyli Diaconi, & Agathonicæ, in persecutione Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi.*

Menologium Cardinalis Sirleti, & Menæa cusa, die 13. Octobris, quo hos SS. Martyres Græci venerantur, panditant: *Natalis SS. Martyrum Carpi, Papyli, Agathodori, & Agathonicæ, qui fuerunt sub Decio Imperatore, & Valeriano Proconsule Asiæ.*

Conceptum Sermonem tenere quis poterit? Job. 5.

Eminentissim. Baron. in not. *Agunt de his item hac die Beda, Usuard. Ado, ac cæteri Latinorum: Scribit Eusebius hist. lib. 4. c. 14. & Nicephor. lib. 3. c. 36. Pluribus autem Metaphrast. horum Acta prosecutus est, quæ recitat Lippoman. t. 6. & Sur. t. 2. hac die.*

Ast Acta, ex quibus Eusebius suo ævo scripsit, non extant, ut videri posset, quid tradebant, idcircò sanius referendum ad ea ex Græcis collecta, penès quæ omnia *sub Decio Imperatore*, ut Acta Martyrii ex pluribus Mss. à Metaphraste exornata apud summos viros Henschen. & Papebroch. in Actis SS. hac ipsa die.

Sunt tamen pro Baroniana lectione Beda, & Usuardus: Nihilominùs refragantur Menæis, & Actis laudatis, unde Notker. & Ado, nil proferendo, sub quo hi Martyres palmam Martyrii adepti: *Apud Pergamum Asiæ Urbem SS. Carpi Episcopi, & Papyli Diaconi, & Agathonicæ, aliarumque multarum, quæ probatis Confessionibus Martyrio coronatæ sunt.* Quamobrem ut Romanum Martyrologium hoc dubio vacet, & sapientiores censuerint, ut Ado, & Notker. sine nota, sub quo hi Martyres passi, rescribatur: *Pergami in Asia natalis SS. Martyrum Carpi Episcopi Thyatirensis, Papyli Diaconi, & Agathonicæ sororis ejus optimæ fæminæ, Agathodori quoque eorum famuli, aliorumque multorum, qui post varios cruciatus pro beatis Confessionibus Martyrio coronati sunt.*

Disceptatio Chronologica.

(c) *In qua etiam persecutione Romæ passus est vir mirabilis Justinus. Philosophus, &c.*

Epiphan. in Panario contra Tatianum hæres. 46. de Justino, tradit *sub Hadriano* passum, cùm esset annorum triginta in constanti ætate, qui, ut Cedrenus, adversùs omnes hæreses viriliter propugnavit.

Eminentissim. Baron. in not. *Errore librariorum factum, ut apud eundem Epiphanium legatur idem S. Justinus passus sub Hadriano Imperatore, cum ipse probè noverit, ab eodem Augustino scriptam fuisse Apologiam ad Antonium Pium, qui post Hadrianum imperavit, irrepsit error, ut pro Antonino Hadrianus positus habeatur.*

Ast duæ Justini Apologiæ extant, altera ad

ad Antoninum Pium, de qua Eusebius lib. 4. c. 15. & 18. S. Hieronym. lib. 4. de Justino, & alii. Altera ad Antoninum Verum successorem Antonini Pii, quo adhuc Cæsare, jussu Adriani, ab ipso Antonino Pio fuit adoptatus, sed aut sub M. Aurelio Antonino, & Lucio Vero, de quo alibi dissertum, sivè sub Antonino Pio, non officit, quin dubium sub quo Antonino hic Justinus Martirizatus; Græcis in Menæis hoc silentibus, efferendo, *In Antonina persecutione multa passus*: adstipulaturque Galesin.

Verùm quamplures Justinum, quem Epiphanius recenset sub Adriano, distinguunt à Justino sub M. Antonino Vero, & Luc. Aurel. Commodo; illum namque ferunt sub Adriano, & Rustico Præside cum *Curitone, Caritina, Evelpisto, & Valeriano, seù Liberiano*. Adstruunt Græci eodem die, utrumq; colentes diversa morte, diversisq; elogiis, & versibus, alterum veneno, alterum gladio consummatum, ut in Typico, & cæteris Sacris Libris Venetiis cusis, item in Ordine Divini Officii celebrandi præcipitur: *In diem primam S. Martyris Justini Philosophi, & alterius Martyris Justini, & Sociorum ejus.* Nec acta hujus Martyris cum iis ab Eusebio, aliisque antiquis collectis, aliquid habent de libellis Imperatori oblatis, neque de disputationibus contra Philosophos, neque de Crescentis Cynici machinationibus, adeoque non videntur *Justini Philosophi*, ut penes summos viros Henschen. & Papebroch.

Attamen ex Epiphanio prælaudato petitur *Justinum Phylosophum*, de quo est sermo, unum eumdemque esse cum eo, cujus Acta ex antiquioribus monumentis recitat Metaphrast. apud Lippoman. t. 3. die 12. Jun. proferentia Martyrem sub *Præside Rustico*, asserendo, incertum sibi esse, an sit *Justinus Philosophus*, de quo hac ipsa die, & fatendo se in contrariam sententiam procliviorem; ex quo liquet, in disputationem hoc cadere: Et quemadmodum Acta de uno *Justino*, nempe *Philosopho*, aliqua menda per contrarios continent, ita & Acta pro duobus *Justinis* adducta, seu adducenda. Ut igitur lector suo jure utatur, in præsentiarum cujusnam partis sint potiora jura non definimus; verùm quatenus majori sapientia præditi autumaverint, sub nullo Tyranno hic *Justinus Philosophus* signetur, sed: *Eodem die Romæ passus est vir mirabilis Justinus Philosophus, qui &c.*

XV. F Decimooctavo Kalendas Maii. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

Romæ via Appia natàlis sanctòrum màrtyrum Tibùrtii, Valeriàni, & Màximi sub Alexàndro Imperatòre & Almàchio Præfècto: quorum primi beàtæ Cæcìliæ exhortatiòne ad Christum convèrsi, & à sancto Urbàno Papa baptizàti, ob fidei confessiònem fùstibus cæsi, glàdio percùssi sunt: Màximùs verò Præfècti cubiculàrius, horum permòtus constàntia, & Angèlica visiòne firmàtus, in Cristum credens, tàmdiu plumbàtis verberàtus est, donec spìritum exhalàret. (*a*) Interàmnæ sancti Pròculi Epìscopi & màrtyris. (*b*) Item sanctæ Domninæ vìrginis & màrtyris, cum sòciis virginibus coronatæ. (*c*) Alexandrìæ sanctæ Thomàidis màrtyris. (*d*) Eòdem die sancti Ardaliònis mimi, qui cùm sacris Christianòrum in theàtro illùderet, derepèntè mutàtus, ea non solùm verbis, sed & testimònio sui sànguinis comprobàvit. (*e*) Lugdùni sancti Lambèrti Epìscopi & confessòris. (*f*) Alexandrìæ sancti Fròntònis Abbàtis, cujus vita sanctitàte & miraculis clàruit. (*g*) Romæ sancti Abùndii Mansionàrii Ecclèsiæ sancti Petri. (*b*)

(a) *Tiburtii et Soc.* Martyres an. 232. Baron. eo an. nu. 11. & sequ. Ann. 229. Hensch. & Papebroch.

(c) *Domninæ.* Die 2. Martii Græci. Die 15. April. Ferrar. Catal. General. SS. & Jacobill. Societat. Jesu de SS. Umbriæ.

(e) *Ardalionis.* Martyr ann. 303. Baron. eo ann n. 118. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 7. Die 17. April. Menol. Basil. Porphyrogenit. Imperat.

(f) *Lamberti.* Circ. 670. Baron. in not. ad oram marginalem. Circ. 688. Hesch. & Papebroch.

(g) *Frontonis Abb.* Die 19. April. Viola SS. Hagenoa anno 1508. cus.

(a) *Baron. an. 232. n. 11. & sequ. Usuard. Ado, aliique Latinor.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 1. c. 15. & Acta Henschen. & Papebroch.* (c) *Baron. in not. Usuard.*

Usuard. Ado, aliique. (d) *Baron. an. 311. n. 28. & Graci in Menoleg.* (e) *Baron. an. 303. n. 118. item Graci in Menologio.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Sur. t. 1. in vit. S. Ansberti die 9. Februar. & Raynaud. Indicul. SS Lugdunens.* (g) *Baron. in not. Vit. Patr. par. 1. c. 47. Usuard. Ado, & alii.* (h) *Baron. ibid. S. Gregor. Papa lib. 3. Dialogor. c. 25. Henschen. & Papebroch. Acta.*

Cor sapientis erudiet os ejus, eruditus in verbo reperiet. Proverb. 16.

(a) *Roma Tiburtii, Valeriani, & Maximi.* Martyrol. Epternacen. *Roma Tiburti, Valeriani, Maximiani, Cyriaci, Diocletiani, Simphroni, Decimi.* Calendar. Fronti cusum Parisiis an. 1652. fere eadem; at omnes alii Codices: *Maximi.* Martyrol. Corbejen. *Roma via Appia in Cameterio Pratextati Tiburtii, Maximi, Quiriaci, Optati, Pati, Saturnini, Martia, Frontina, Cornilia, Tituli.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. post *Saturnini* variat: *Marcia, Pertina, Cornelia, Conditoris, Tatuli.* Martyrol. Bluman. pro Tiburtii, Pertinæ, Tatuli, *Tivorti, Fruntina, Titui.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Roma via Appia in Cameterio Pratextati*, reliquum ut Roman. Martyrolog. Acta penes Henschen. & Papebroch. nu. 15. *S. Maximus cum omni sua domo, & ipsi carnifices crediderunt, & universi baptizati sunt.*

(b) *Interamna Proculi Episcopi, & Martyris.* Interamna altera, *Terni* Urbs Umbriæ ad Narem fluvium interfluentem, in planitie, inter amnis memorati cornua, ex quo nomen Urbi. Urbs antiquissima, & quondam major, ut ejus ruinæ testantur: quæ Romanis adversùs Hannibalem opem tulit, teste Livio. Altera Interamna, seù Interamnia; *Teramo* vulgò. Urbs Aprutii in Præcutiorum finibus, intra Colles Apennini Montis; inter Juvantium, & Viciolam amnes ad eam confluentes sita. Apographa Martyrolog. S. Hieronymi, scilicet Lucen. *Interamna Proculi, Valentini, Prosduci, Aeurni, Domne Virginis cum suis Virginibus simul coronata, & Sancti Valeriani.* Bluman. pro Auurni, Domnæ, *Uuni, Domina.* Epternacen. *Interamna Apolloni, Fevi, Optati, Pati, Saturnini, Frontini, Macaria, Cornilia, Conditoris, Tituli, Proculi, Valentini, Producti, Laurni.* Corbejen. *Interamna Proculi, Valentini, Prosduci, Laurini.* Martyrolog. Tamlacten. in Hibern. *Fisbi, Apati, Saturnini, Prontii, Martia, Corneiia, Conditoris, Tituli, Proculi, Valentini, Marcia.* Mss. Augustan. S. Udalrici, & Parisien. Labbei: *Proculi, Optati, Cornelia.* Ms. Bibliothecæ Barberinianæ: *Interamna Proculi, Valentini.* Martyrologium Coloniæ cusum, & Lubecæ an. 1490. *Interamna Beatorum Proculi, & Melphibii, & Apollonii, discipulorum S. Valentini Episcopi, & Martyris sub Consulatu Hennucio decapitatorum.* Notker. & alii: *Proculi Episcopi*, sine *Martyris* nota.

Cardinal. Baron. in not. allegat Usuard. sed hic solùm *Presbyterum* appellat; Præterea duos Proculos Interamnenses recenset; Jacobillus de SS. Umbriæ adhæret: Henschen. tamen, & Papebroch. hac ipsa die hos duos Proculos inficiantur. Ipsi summi Viri inter se conferant.

Audi, vide, & inclina aurem tuam. Psal. 44.

(c) *Domnina cum Sociis.* Alibi: *Domna, Domina.* De Peregrinis: *Donnina.* Martyrol. Epternacen. *Domina Virginis cum suis Virginibus.* Martyrol. Corbejen. & Ms. Tamlacthen. in Hibernia: *Domnina Virginis cum suis Virginibus simul coronata.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *Domna Virginis cum Sociis Virginibus coronata.* Salazar. Martyrol. Hispan. *Interamnis Flavii: In Hispania passio SS. Proculi, Domnina Virginis cum aliquibus etiam Virginibus, qua Martyrium pro fide acerrimè defensa complexa sunt.* An hæc lectio sit sana, studiosus Acta consulat.

Græci ad Kalend. Martii agunt de S. Domnina, & Sociis, an alia ab Interamnensi, Florentinius hæret.

(f) *Lamberti Episcopi.* Aliis: *Lamberti*, seù *Landiberti*, aut *Lamdiberti*, vel *Landelberti.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Lugduno Civitate transitus Domni Lamdiberti Episcopi.*

(g) *Frontonis Abbatis.* Alibi: *Frontoni, Frontunis.* Apographa Epternacen. & Corbejen. *Frontoni Monachi.* Lucen *Frontunis.* Raban. *Eodem die Frontonis Monachi, qui septuaginta Monachos in eremum duxit.* Notker. *Frontini Abbatis Alexandrini, & Nitriensis.* At plerique *Froncinum, & Frontonem* confundunt. *Frontinus* quidem Episcopus Petragoricensis fuit, de quo Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. ad 25. Octobr. & *Fronto* Abbas præfuit; nihilominus Petrus citat. quamvis hos seju[n]gat die, & nominibus; tamen vitam unius cum altera confundit, ut Florentinius vir eruditus adnotat.

(h) *Abundii Mansionarii Ecclesia S. Petri.* Brautius suo metrico Martyrologio:

A Petro Sancto contracta Puella remissa,
Sospes ab igneto reddita virgo redit.

Ferrar. Catal. General. SS. & Galesin. *Agontii Custodis Ecclesia Beati Petri Apostoli:* Citat S. Gregor. lib. 3. Dialogorum cap. 22. sed Gregor. ibi *Abundii*, & non *Agontii* scribit: qua de causa, aut ex mendoso Codice haustum *Agontii* loco *Abundii*, aut hic *Agontius* erit alius; Hoc tamen aliis videndum relinquimus.

xiv. G Decimoseptimo Kalendas Maii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

(a) *Baſiliſſa, & Anaſtaſia*. Martyres ann. 69. Baron. eo an. n. 44. An. 66. Henſch. & Papebroch. Die 20. Maji de Baſiliſſa Florentin. & Holſten.
(c) *Maximi, & Olympiadis*. Martyres ann. 254. Baron eo an. n. 27. Anno 251. Henſchen. & Papebroch. Die 17. Martii Martyrol. Florent. cuſum.

ROmæ ſanctàrum Baſilìſſæ, & Anaſtàſiæ nobìlium fœminàrum, quæ cùm eſſent Apoſtolòrum diſcipulæ, & conſtàntes in fidei confeſſiòne perſìſterent, ſub Neròne Imperatòre lingua pedibùſque præciſis, percùſſæ glàdio, martyrii corònam adèptæ ſunt. (*a*) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Maròнis, Eutychètis, & Victorini, qui primò cum beàta Flàvia Domitilla apud ìnſulam Pòntiam in Chriſti confeſſiòne èxules, pòſtmodum ſub Prìncipe Nerva liberàti, cùm plùrimos ad fidem convertìſſent, in perſecutiòne Trajàni à Valeriàno jùdice vàriis pœnis juſſi ſunt intèrfici. (*b*) In Pèrſide ſanctòrum màrtyrum Màximi & Olympiàdis, qui ſub Dècio Imperatòre fùſtibus & plumbàtis cæſi ſunt, & ad ùltimum càpita eòrum fùſtibus tunſa, donec emitterent ſpìritum. (*c*) Ferentìni in Hèrnicis ſancti Eutychii màrtyris. (*d*) Myræ in Lycia ſancti Creſcentis, qui per ignem martyrium conſummàvit. (*e*) Item ſanctòrum martyrum Theodòri & Pauſilìppi, qui ſub Hadriàno Imperatòre paſſi ſunt. (*f*)

(e) *Creſcentis*. Die 13. Apr. Menolog. Baſil. Imperat.
(f) *Theodori, et Pauſilippi*. Die 8. April. Græci in Menæis.

(a) *Baron. an. 69. n. 44. item Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti hac die*. (b) *Baron an. 98. n. 12. & an. 100. n. 12. Sur. t. 3. prior. edit. in vit. SS. Nerei, & Achillei, Uſuard. Ado, & alii*. (c) *Baron. an. 254. n. 27. Sur. t. 4. prior. edition. in Vit. S. Laurent. Uſuard. Ado, & alii*. (d) *Baron. in not. S. Gregor. Papæ lib. 3. Dialog. c. 38. Henſchen. & Papebroch. Acta*. (e) *Baron. in notis, Græci in Menolog. hac die*. (f) *Baron. an. 140. n. 4. item Græci in Menolog. hac ipſa die*.

Cum ſapientibus tracta. Eccleſiaſt. 9.

(a) *Romæ Baſiliſſæ, & Anaſtaſiæ*. Salazar. Martyrol. Hiſpan. nulla præſignata paleſtra: *Sanctæ Feminæ Virginis Baſiliſſa, & Anaſtaſia*. PſeudoDexter ad annum 66. proſequitur: *Hiſpanæ ex Urbe Setabi in Edetanis ſecutæ ſunt Paulum, cujus, & Petri Corpora curantes, à Nerone Cæſare hujus rei gratia præclaram coronam obtinent*.

(b) *Eodem die Maronis, Eutychetis, & Victorini*. De Peregrinis: *Euticetis*. Martyrol. Epternacen. *Maronis, Meſſoris, Proclinæ, Moſitis, Jocundi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. ſilet *Jocundi*. Mss. Richenovien. & aliud in Schedis Antonii Caraccioli Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. *Piceno in Aureo Monte Maronis, & Meſſoris*. Mss. Auguſtan. S. Udalrici, & Pariſienſe Labbei addunt: *Moſitis*. Ms. Tamlacten. proſequitur: *Proclivæ*. Florentinius vir eruditus Montem aureum ſuſpicatur haud longè à Septempedæ ruderibus, & Sancto Severino, teſte Plinio lib. 3. c. 13. & Cluverio lib. 2. c. 11. Italiæ antiquæ.

(c) *In Perſide Maximi, & Olympiadis*. Perſis, *Perſia* Europæis, *Farſi* Incolis. Regio Aſiæ Magnæ, inter Orientales memoratiſſima, cujus olim Reges Orbis Monarchiam diù poſt Aſſyrios, & Medos tenuere, quoad Alexander Macedonum Rex, deleto ſimul cum Dario Rege Perſico Imperio, eoque brevi potitus, illud Græcis diſpertiendum reliquit: Inter Suſianam ad occaſum, Rhuatide, ſive Oruatide fluvio ſeparante, & Carmaniam ad Ortum, Bagrada amne terminante, ſita. Sauſſayus Martyrol. Gallicano: *Maclovіopoli in Armorica veneratio SS. Martyrum Olympiadis, & Maximi*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Civitate Cordubæ Maximini, Olympiadis nobilium*. Ms. Patrician. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. præſignant: *In Perſide Civitate Cordubæ*. Acta quidem referunt: *Cordubæ in Perſide*. Adſtipulanturque Notker. Caniſ. & de Peregrin. Beda verò genuin. Raban. & reliqui Recentiores: *In Cordula Olympiadis, & Maximi*.

A ſapientibus diſces. Eccleſiaſt. 8.

Cardi-

Cardinal Baron. in notis putat *Cordue-nam* restituendum, eo quia est Civitas in Perside. Ferrar. Catal. General. SS. *Cordubæ in Hispania Olympiæ, & Maximæ*; & in not. Tabulas advocat Ecclesiæ Cordubensis, addendo: *hac die agi in Martyrologio Romano de Olympiade, & Maximo in Perside Martyribus*. Sedulus lector has sacras Tabulas inspiciat.

(f) *Theodori, & Pausilippi, Hadriano Imperatore*. Cardinal Sirletus in Græcor. Menologio subdit: *Præcio Præside Europæ.*

An Martyres sub *Hadriano* anno Domini 140. ut Baron. eo anno n. 4. eadem trica, quæ de S. Theodoro ad Kalend. April. *Hadrianus* namque imperavit post *Trajanum* à Christi anno 117. usque ad 135.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Eodem die Maronis, Eutychetis, & Victorini, qui à Valeriano Judice variis pœnis jussi sunt interfici*. Acta in vit. SS. Martyrum Nerei, & Achillei apud Sur. t. 3. die 12. Maji hos sanctos prostant sub Nerva in servitutem redactos, & coronam Martyrii *Judice Aureliano* adeptos.

Eminentiss. Baron. in not. *Illorum Acta sunt corrigenda, ubi legitur illos sub Nerva redactos esse in servitutem: constat etenim Nervam Imperatorem, non tantùm Christianos non vinxisse, sed vinctos potiùs è custodia eduxisse, & exules proscriptosque restituisse, promulgato de ea re Edicto, ut testatur, Eusebius in Chronic. & hist. lib. 3. c. 15. cujus Edicti vigore, etiam Joannes Evangelista ex Insula Patmos, ubi à Domitiano fuerat relegatus, liber eotempore Ephesum rediit; ut idem Eusebius scribit, & S. Hieronymus de script. Eccles. in Joan.*

Ast nedum hæc Acta efferunt sub *Nerva*, sine addito *Trajani*, sed & Ado, Usuard. Bellin. Maurolyc. Felic. Galesin. Canis. aliique; ex quo elicitur, Acta à tot scriptoribus accita, & sequuta, germana adjudicanda. Quòd inde S. Joannes ab Insula Patmos, aliique exules liberi redierint, testantur Acta SS. cùm de Marone, Eutychete, & Victorino in responsione ad Marcellum penes summos viros Henschen. & Papebroch. in eisdem Actis hac die legatur. *Sub Principe Nerva viriliter agentes, & Aureliani Judicis minas penitus non curarunt, deposuit eos de Insula Pontia, & quasi servos per sua Prædia singulos dimisit. &c. tandem sub iisdem martyrium consummaverunt*. Usuard. hæc eadem. & de Peregrin. *In Italia Beatorum Martyrum Maronis, Eutichetis, & Victorini, qui primi apud Insulam Pontiam in Christi Confessione longum ducentes exilium, postmodum sub Principe Nerva, cùm convertissent plurimos ad fidem, jussi sunt interfici variis pœnis.*

Verùm ut Roman. Martyrologium sit expers dubitationis, & Saniores putaverint, correptis aliis verbis, enunciet: *Eodem die SS. Martyrum Maronis, Eutychetis, & Victorini, qui primò cum Beata Flavia Domitilla apud Insulam Pontiam in Christi Confessione exules, postmodum, cùm plurimos ad fidem convertissent, variis pœnis jussi sunt interfici.*

xiii. A Sextodecimo Kalendas Maii. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7

A B C D E *F* F G H M N P

8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

(b) *Optati, & Soc.* Martyres ann. 303. Baron. eo ann. n. 136. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die preced. Ado, & Florentin.

(f) *Turibii Episc.* die 19. Junii Cæsaraugustæ: Tamayus Martyrol. Hispan.

Corinthi natàlis sanctòrum màrtyrum Callìsti, & Charìsii cum àliis septem, qui omnes in mare demèrsi sunt. (*a*) Cæsaraugùstæ in Hispània natàlis sanctòrum decem & octo màrtyrum, Optàti, Lupèrci, Succèssi, Martiàlis, Urbàni, Jùliæ, Quinctiliàni, Pùblii, Frontònis, Felìcis, Cæciliàni, Evèntii, Primitìvi, Apodèmii, & aliòrum quatuor, qui Saturnìni vocàti esse referùntur. Hi omnes sub Daciàno Hispaniàrum Præside simul pœnis affecti atque interèmpti sunt: quorum illùstre martyrium Prudèntius vèrsibus exornàvit. (*b*) Ibidem sanctæ Encratìdis vìrginis & martyris, quæ laniàto corpore, mamìlla abscìssa, & jècore avùlso, adhuc supèrstes in càrcere inclùsa est, donec ulceràtum corpus putrèsceret. (*c*) In eàdem civitàte sanctòrum Caji, & Cremèntii, qui secùndò confèssi, & in fide Christi perseveràntes, martyrii càlicem gustavèrunt. (*d*) Item ibidem sancti Lambèrti màrtyris. (*e*) Palèntiæ san-

(g) *Fructuosi Episc.* Die 9. April. Breviar. Toletanum, & Martyrol. Basileense ann. 1584. cusum.

(h) *Paterni Episc.* Obiit an. 563. Fortunat. vit. An. 565. Mabillon. sæcul. 2. Benedict. Henschen. & Papebroch. An. 558. Pagi t. 2. ad an. 514. n. 13. Die præceden. Florentin.

tin. Die 23. Septemb. Usuard. Mense, & die incerto Pagi loc. cit.

cti Turibii Epiſcopi Aſturicènſis, qui ope ſancti Leònis Papæ hæreſim Priſcilliàni ex Hiſpània pènitus profligàvít, clarìſque miràculis in pace quièvit. (*f*) Bràcari in Luſitània ſancti Fructuòſi Epìſcopi. (*g*) Eòdem die ſancti Patèrni Epìſcopi Abricènſis. (*h*) In Belgis apud Valencènas ſancti Drogònis confeſsòris. (*i*) Senis in Tùſcia beàti Jòachim Ordinis Servòrum Beàtæ MARIÆ Vìrginis. (*k*)

(a) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 4. c. 55. Uſuard. & Ado.* (b) *Baron. an. 303. n. 136. & Vaſæus in Chronic.* (c) *Baron. ibidem, Flos SS. Hiſpan. & Theſaur. Concion. t. 2.* (d) *Baron. eodem ann. & Prudent. hymn. 4.* (e) *Baron. in not. Vaſæus in Chron. Hiſpan. ad ann. 306. & Flos SS. Hiſpan.* (f) *Baron. an. 447. n. 2. & ſeq.* (g) *Baron. an. 656. n. 62. Flos SS. Hiſpan. & Theſaur. Concion. t. 2.* (h) *Baron. an. 559. n. 30. & Sur. t. 2. prior. edit.* (i) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Indic. SS. Belg.* (k) *Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Non te prætereat narratio ſeniorum. Eccleſiaſt. 8.

(a) *Corinthi Calliſti, & Chariſii cum aliis ſeptem.* Corinthus, *Coranto.* Urbs Peloponesi ad Iſthmum illius sita, ex primis olim totius Græciæ, quæ de primatu cum Lacedæmoniis, & Atheniensibus ſæpè decertavit, armis, & literis clara; cui mons præruptus imminet, *Bunaris* dicta, quòd inter duos ſinus Corinthiacum, & Saronicum conſtituta. Ms. Divionen. *Corinthum.* Alii codices: *In Achaja Corintho Civitate.* Martyrologium Corbejen. *In Achaja Corintho Civitate Calecti, Cariſsi, Leonidis, Lotæ, Tertiæ, Chriſtianæ, Gallæ, Theodoræ, Cariſsi, omnium in mare merſi, Caritonis, Celeſtæ cum aliis, Unicę, Gallinę, Monicię, Nigię.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Achaja Corintho Civitate Caliſti, Cariſsi, Leoni Diaconi, Lotę, Tertię, Chriſtianę, Gallę, Theodorę, Cariſsi, omnium in mare merſi, Caritionę, Cęleſtię cum aliis quinque, Nicæ, Gallinę, Municię, Nigię.* Martyrol. Bluman. pro Leoni Diaconi, Caritionæ, Cæleſtæ, Galliniæ, Municiæ: *Leonedis, Lotæ, Caritoni, Caliſtę, Gallinicę, Monicię.* Ms. Vatican. S. Petri: *In Achaja Corintho Civitate Calixti, Leonidis, & paſsio ſanctorum omnium in mari martyrum* Mss. Treviren. S. Maximini, & Roman. Barberinian. *In Achaja Civitate Corintho SS. Calliſti, Chariſsi, Leonidis, Lotæ, Tertię, Gallę, & Theodorę.* Notker. poſt Leonidis: *Chriſtinę, Gallæ, Theodori.* Raban. poſt Calliſti: *Cariſsi, Leonidis, Chriſtianę, Theodorę, & aliorum plurimorum Sanctorum.*

(b) *Cæſaraugustæ in Hiſpania Optati, Luperci, Succeſsi, Martialis, Urbani, Juliæ, Quintiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Cæciliani, Eventii, Primitivi, Apodemii, & aliorum quatuor.* Cæſaraugusta, Salduba priùs, *Caragoca* Hiſpanis, *Saragoza* Italis. Urbs Hiſpanię Tarraconensis ad Iberum fluvium, Regni Aragonii Metropolis, ex primis Hiſpaniæ Urbibus. Die præcedenti Apographum Epternacen. *In Spanis Cęſar Auguſta Luperci, Apodemi, cum duobus fratribus Marciani. Item Marciani, Felicis, Fauſti, Martialis, Fortunati, Silvani, Luciani.* Corbejen. *In Hiſpaniis Cęſarię Luberci, Apodimi, cum duobus fratribus Martiani; Item Martiani, Felicis, Fauſti, Fortunati, Silvani, Luciani, Gomali, Parcilai, Conedis, Micę, Gallieni, Fauſtini, Luciani.* Hieronymian. Lucen. *In Hiſpania Cæſarię Luberci, Apodemi cum duobus fratribus Marciani; Item Marciani, Felicis, item Felicis, Fauſti, Martialis, Fortunati, Silvani, Luciani.* Ado ut Roman. Martyrologium; verùm pro Juliæ, Eventii, Apodemii: *Julii, Evoti, Apodemi.* Uſuard. *Cęſarauguſtę Quintiliani, Caſsiani, Matutini, Publii, Urbani, Martialis, Fauſti, Succeſsi, Felicis, Januarii, Primitivi, Evoti, Ceciliani, Optati, Frontonis, Luperci, Apodemi, & Julii; Hi omnes &c.*

Ab ipsis diſces intellectum, & in tempore neceſsitatis dare reſponſum. Eccleſiaſt. 8.

(c) *Ibidem Encratidis.* Caniſ. *Eucharia.* Greven. Addit. ad Uſuard. *Eugaria.* Molan. Addit. ad Uſuard. primæ editionis: *Engratis, ſivè Encratis Virginis, & Martyris.* Galesin. *Eadem in Urbe Caji, Eugratia Virginis, & Crementii &c.*

(f) *Turibii Epiſcopi.* Cardinal. Baron. in Annalibus, & in not. ſuadet, eodem tempore fuiſſe Epiſcopum Aſturicenſem, & Notarium Romanæ Sedis. Queſnell. tamen in not. duos proſtat *Turibios*, alterum Epiſcopum Aſturiæ, alterum Sedis Apoſtolicæ Notarium. Quinimò Acta penes Henſchen. & Papebroch. hac ipſa die alium *Turibium* exibent in Gallia, Epiſcopum Cænomacenſem; de quo tum Ferrar. Catal. General. SS. ad 14. April. tum Greven. Auctar. ad Uſuard ad 25. Auguſti.

(h) *Paterni Epiſc.* Apographum Lucen. *Depoſitio Paterni Epiſcopi, & Scubilionis Abbatis.* Wio, Dorgan. & Menard. item: *SS. Paternus Epiſcopus Abricenſis, & Scubilio Abbas.*

(i) *In Belgis apud Valencenas Drogonis.* Molan. Addit. ad Uſuard. *Villa Seburk propè Valencenas S. Drogonis Confeſſoris, qui miro modo Calculoſis, & Ruptis invocatus ſubvenit, cujus Acta habentur.* Galesin. *In Belgis S. Brogonis Confeſſoris.* Sphalma, *Brogonis*, nisi alius.

(h) *Eodem die S. Paterni Epiſcopi Abri-*

Diſceptatio Topographica.

Abricensis. Abrica, & Abricæ, *Auranches*. Urbs Normandiæ, Galliæ Celticæ, inter Cenonem, & Sequanam flumina definita, atque in Litore Tumbæ, hoc est Monti S. Michaelis proximo collocata, & Macloviensi, & Constantiensi Urbibus propinqua. Græven. Addit. ad Usuard. & Florar. Ms. panditant: *Paternum Episcopum Pictaviensem*.

Eminentiss. Baron. in not. prostat Acta ex antiquis Mss. penes Sur. t. 2.

Verùm hæc Acta duos confudere Paternos, alterum Episcopum *Abricensem* in Normannia, & alterum Episcopum *Pictaviensem* in Provincia Armorica, ut Acta Sanctorum penès Henschen. & Papebroch. die præcedenti, qua die vitam S. Paterni Episcopi *Venetensis* referunt à Joanne Tinnemuthensi exaratam, ubi: *Paternum Venetensem Episcopum* XVII. *Kal. Maii in Domino obdormisse*; uti hac die ferunt illam S. Paterni Episcopi Abricensis, à Fortunato editam, die mortis non expresso; in aliquibus enim Martyrologiis die 15. in aliis die 16. Aprilis signatur, ambobus pòst circiter 560. in Domino defunctis.

Baron. tamen ad annum 559. nu. 32. & in prælibatis not. Carmen indigitat Venantii Fortunati Episcopi Pictaviensis, Authoris vitæ S. Paterni Episcopi Abricensis, olim Abbatis.

Nihilominùs Fortunatus ipse, qui in Gallia sua Poemata exaravit, illuc circ. 562. adventavit, & inscripsit Carmen illud *Paterno Abbati*; at de quo Paterno Fortunatus intellexit, incompertum; pluribus namque annis ante 559. uterque munere Abbatis perfunctus: data igitur hac ambiguitate, quemadmodum Roman. Martyrologium die 6. Septembris pro S. Augustali Episcopo silet: *Arelatensi*, à quampluribus in dubium revocato, ut Baronius in notis; hoc pacto, quùm etiam verendum, de quonam Paterno sit loquutio, adhibito Saniorum consilio, sedula erit ejusdem Romani Martyrologii lectio, si dempto *Abricensis*, ut Florentinius, pronunciet; *Eodem die Sancti Paterni Episcopi*.

xii. B Quintodecimo Kalendas Maii. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
A B C D E *F* F G H M N P
9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

ROmæ sancti Anicèti Papæ & màrtyris, qui in persecutiòne Marci Aurèlii Antonìni & Lùcii Veri, martyrìi palmam accèpit. (*a*) In Africa natàlis beàti Mappàlici màrtyris, qui (ut scribit sanctus Cypriànus in epìstola ad Màrtyres & Confessòres) cum àliis plùribus martyrio coronàtus est. (*b*) Ibidem sanctòrum màrtyrum Fortunàti & Marciàni. (*c*) Antiochìæ sanctòrum màrtyrum Petri diaconi, & Hermògenis ejus minìstri. (*d*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Elìæ presbyteri, Pauli & Isidòri monachòrum. (*e*) Viènnæ sancti Pantàgathi Epìscopi. (*f*) Terdònæ sancti Innocèntii Epìscopi & confessòris. (*g*) Cistèrtii in Gàllia sancti Stèphani abbàtis, qui primus erèmum Cistertiènsem incòluit, & sanctum Bernàrdum cum sòciis ad se venièntem lætus excèpit. (*h*)

(a) *Aniceti Papæ*. Martyr an. 175. Baron. eo an. n. 2. Ann. 153. Hensch. & Papebroch. An. 161. Pagi t. 1. ad an. 175. n. 3. Die præceden. Mss. Treviren. Sancti Martin. Leodien. S. Lambert. & S. Laurentii, ac Mss. Rom. Monast. S. Cyriac. & Bibliothec. Barberinæ.

(b) *Mappalici*. Martyr an. 253. Baron. eo an. nu. 50. Ann. 250. Henschen. & Papebroch.

(h) *Stephani Abb.* Die 28. Martii Saussayus, & Bucclinus.

(a) *Baron. an. 175. n. 2. & sequ. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 4. c. 13. & 21. & Nicephor. in Chronic.* (b) *Baron. an. 253. n. 50. & Cyprian. Epist. 922. & 923. edit. Pamel.* (c) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta*. (d) *iidem ibid. & Petrus de Natal. lib. 10. n. 122.* (e) *Baron. an. 856. n. 30. S. Eulog. lib. 3. memor. SS. c. 15. Vasaus in Chronic. Ado, Henschen. & Papebroch. Acta*. (f) *Baron. in not. & Ado.* (g) *Baron. ibid. & Mombrit. t. 2.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 2. præter. edit. in Vit. S. Roberti primi Abbat. Cisterciens. die 29. April. & Sigebert. in Chronic. ad an. 1119.*

(a) *Aniceti Papæ, in persecutione Marci Aurelii Antonini, & Lucii Veri*. Martyrol. de Peregrin. *Anacleti*, loco *Aniceti*. De Aniceti Martyrio sub Marco Aurel. Antonino

tonino & Lucio Vero eadem trica, quæ de Carpio, & Sociis die 13. Aprilis.

Docete me, & tacebo, si quid fortè ignoravi, instruite me. Job. 6.

(b) *In Africa Mappalici Martyris cum aliis pluribus*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Buruci, Quinti, Mappalici, Victurici, Donati, Januarii, Macori, Galli, Theodori, Juliani Presbyteri, & Meceoni, Migini, Diomedis, Filippiani*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Buruci, Quinti, Mappalici, Januarii, Macori, Galli Theodori, Juliani Presbyteri, & Meceoni, Migini, Diomedis, Filippiani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Barucis, Quinti, Mappalici, Victorici, Donati, Januarii, Maconi, Galli. Item in Africa Theodore, Juliani Presbyteri, & Meconi*. Martyrolog. Bluman. percurso *Quinti*, pro Meconi, *Mecconi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Victurini, Januarii, & Juliani Presbyteri*. Ms. Richenovien. *In Africa Quintus, Mappalicus, Barucus, Victoricus, Donatus, Gallus, Julianus*. Ms. Tamlacthen. *Quinti, Baruli, Mappalici, Galli, Victoricii, Donati, Januarii, Mareni, Ministri, Jacobi*. Galesin. *In Africa Mappalici, Fortunionis, Credula, Firmi, Venti, Fructi, Martialis, Aristonis, & aliorum*. Florentinius etiam ad 21. Februarii indicat *Mappalicum* cum sociis.

(d) *Antiochia Petri Diaconi, & Hermogenis ejus Ministri*. Apographa Epternacen. Corbejen. & Lucen. *In Antiochia Petri Diaconi, & Hermogenis Ministri, Petri, Fortunati, Marciani*. Mss. Divionen. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Antiochia Petri Diaconi, & Hermogenis Ministri ejus*. Mss. Monasterii Cassinen. & Roman. Altempsian. addunt: *Fortunati*. Ms. Roman. Barberinian. subcollat: *Marciani*. Mss. Aquisgranen. & Tamlacthen. nulla loci nota: *Petri, Hermogenis, & Martiani*. Mss. Augustan. S. Udalrici, & Parisien. Labbei: *Antiorichia*. Notker. *In Antiochia Petri Diaconi, & Hermogenis, Petri, Fortunati, Marciani*. Martyrol. de Peregrin. *Corduba, Petri Diaconi, & Hermogenis* Verùm aut alii, aut Librarii vitium *Corduba*; constanter enim alii Codices *Antiochia* efferunt. Item *Fortunatus*, & *Marcianus*, sivè ut alii *Martianus*, aut *Marianus* in Romano Martyrologio *in Africa* perperam à Florentinio censentur, eò quia apud alios Codices fide dignos Martyres *Antiocheni* putantur. Greven. die sequenti alium *Petrum Confessorem* memorat.

Respondete absque contentione id, quod justum est. Job. 6.

(e) *Corduba Elia Presbyteri, & Soc.* Hagiologium Lusitan. Cardosi: *Presbyteri, & Monachi*. Martyrol. de Peregrin. *Antiochia Helei presbyteri, Pauli, & Isidori Monachorum*; luxatè *Antiochia* pro *Corduba*, uti & *Helei* pro *Elia*, nisi alii.

(f) *Pantagathi Episcopi*. Saussayus Martyrol. Gallicano: *& Confessoris*.

(h) *Cistercii in Gallia Stephani Abbatis*. Cistercium, pagus, Galliæ Lugdunensis in Burgundiæ ducatu, apud Ararim fluvium in Cabilonen. Diœcesi, ubi Cisterciensis Ordo, Hugone Episcopo Lugdunensi, & Gualterio Gabilonen. Auctoribus, anno Humanæ salutis MXCIX. cœpit. Cœnobio ibi extructo, non tam ædium structura, quàm Monachorum sanctitate clarum. Ferrar. nov. Topograph. *Stephani* 1. *Abbatis*. Acta apud Sur. t. 2. *Abbatis Cistertien. SS. Bernardi, & Roberti Abb. Synchr.*

xi. C Quartodecimo Kalendas Maii. Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
A B C D E F F G H M N P.
10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

(a) *Apollonii Senatoris*. Martyr an. 189. Baron. eo an. n. 1. An. 185. Pagi to. 1. ad an. 187.

(b) *Eleutherii Episc.* Die 15. Decembr. Græci in Menolog. Die 30. Petrus de Natal.

(d) *Caloceri*. Martyr ann. 122. Baron. eo an. n. 2. An. 119. Hensch. & Papebroch. Anno 135. vel initio 136. Pagi to. 1. ad an. 133. Die 15. Februarii Vuitford. Martyrol. Gallican. Die 19. Martii Bellin. Galesin. aliique.

Romæ beàti Apollònii Senatòris, qui sub Còmmodo Principe & Perènnio Præfècto, à servo pròditus quòd Christiànus esset, jussus ut ratiònem fidei suæ rèdderet, insigne volùmen compòsuit, quod in Senàtu legit, & nihilòminùs sentèntia Senàtus pro Christo càpite truncàtus est. (*a*) Messànæ natàlis sanctòrum màrtyrum Eleuthèrii Episcopi Illyrici, & Anthiæ matris ejus: qui cùm esset vitæ sanctimònia & miraculòrum virtùte illùstris, sub Hadriàno Prìncipe lectum fèrreum ignìtum, cratìculam, & sartàginem òleo, pice, ac resìna fervèntem sùperans, leònibus quoque projèctus, sed ab illis nil læsus, novìssimè unà cum matre jugulàtur. (*b*) Ibìdem sancti Corèbi Præfècti, qui per sanctum

ſanctum Eleuthèrium convèrſus ad fidem , glàdio percùſſus eſt . (*c*) Brìxiæ ſancti Calocèri màrtyris , qui à ſanctis Fauſtìno & Jovìta convèrſus ad Chriſtum, ſub eòdem Hadriàno gloriòſum confeſſiònis certàmen complèvit . (*d*) Còrdubæ ſancti Perfècti preſbyteri & màrtyris , à Mauris , quòd in Mahumètis ſectam inveherètur , perèmpti . (*e*) Mediolànì ſancti Galdini Cardinàlis , & ejùſdèm civitàtis Epìſcopi , qui , conciòne advèrsùs hærèticos explèta , ſpìritum Deo rèddidit . (*f*)

(a) *Baron. an. 176. n. 23. & an. 189. n. 1. & ſequ. Euſeb. hiſt. lib. 5. c. 20. & in Chronic. Nicephor. hiſt. lib. 4. c. 26. aliique recentior.* (b) *Baron. an. 140. n. 4. Nicephor. hiſt. lib. 3. c. 29. Lippoman. t. 5. Sur. t. 2. prior. edit. & Mombrit. t. 1.* (c) *Baron. an. 140. n. 4.* (d) *Baron. an. 122. n. 2. Sur. t. 1. in Act. Fauſtini, & Jovita die 15. Februar. Mombrit. t. 2. in Vit. S. Marciani Epiſc. Dertonens. & Petr. in Catal. c. 12. in Vit. S. Secundi Martyris Aſtenſis .* (e) *Baron. an. 850. n. 2. S. Eulog. lib. 1. & 2. Memor. SS. & Ambroſ. Moral.* (f) *Baron. an. 1167. n. 17. an. 1168. n. 55. Mombrit. t. 1. Vit. SS. & Tabul. Eccleſ. Mediolanen.*

Oportet eſſe, qui curam habeat de doctrina ſermonis . Transl. ex Syriac. ad Tit. 1.

(a) *Roma Apollonii Senatoris , ſub Commodo Principe* . Ms. Vatican. *Roma Proculi , Apolonii .*

Cardinal. Baron. ad annum 189. n. 1. & ſequ. tradit , hunc Apollonium fuiſſe Senatorem , & Doctorem ; Valeſius tamen in not. ad Euſebium , nec Doctorem , nec Senatorem putat . An paſſus ſub Commodo, verendum ex iis , quæ idem Baron. in not. cumulat .

(b) *Meſſana Eleutherii Epiſcopi , & Anthia Matris ejus* . Aliis : *Antia , Anchiæ , Antea , Anciæ* . Metaphraſtes : *Antio* . Martyrol. Epternacen. *Roma Eleuteri Epiſcopi, & Anteæ Matris ejus , Parteni , Calogeri , Febi , Proculi , Apolloni , Fortunati , Criſpini, Expediti , Mappalici , Gagi* . Martyrol. Corbejen. *Romæ Eleutheri , & Anthia Matris ejus , Parthenii , Calogeri , Febi , Proculi, Apollonis , Fortunati , Criſpini , Expediti , Mappolici , Victurini , & Gagi* . Martyrolog. Bluman. pro Anchiæ , *Antia* . Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Roma Eleutheri Epiſcopi , & Antia Matris ejus* . Ms. Vatican. ſubdit : *Proculi , Apolonii* . Ms. Richenovien. *Roma Eleutherii Epiſcopi , & Antia Matris ejus , Parthenii , Calogeri , & Apollonii* . Notker. ſilet *Apollonii* . De Peregrin. *Apud Meſſanam Apuliæ Civitatem Eleucii Presbyteri , & Aveſa Matris ejus* . Sed aut alii , aut ex corrupto Codice . Ms. Divionen. *Neſano Apulia Eleutherii Epiſcopi , & Antia Matris ejus* . Ephemerid. Græc. ad 15. Decemb.

Enſis Eleutherium decima , quinteaq; trucidat.

(d) *Brixia Caloceri Martyris* . Brixia , *Breſcia* vulgò . Urbs Venetiæ in Cænomanis ; ad Alpium Rheticarum radices , in plano tamen ſita , apud Melam fluvium , ex præcipuis Longobardiæ Urbibus . Notker. *Roma Parthenii , & Calogeri* . De Peregrin. *Eadem Die Civitate Brixia Calogeri , & Sociorum ejus* . Bucher. Canon. Victor. pag. 168. *XIII. Kal. Maii Partini , & Calogeri in Caliſti , Diocletiani IX. & Maximiani VIII.* An Calocerus Martyr *Romanus* ſit alius à Brixiano , ambiguum .

Ut poſſit exhortari per doctrinam ſanam, coſque redarguere, qui contendunt. Transl. ex Syriac. ad Tit. 1.

(b) *Meſſana Eleutherii Epiſcopi Illyrici* .

Quamvis omnes Græci doceant , hunc Eleutherium *Illyrici* Epiſcopum, tamen non indicant quidem cujus Urbis .

Diſceptatio Topographica .

Eminentiſſim. Baron. in not. candidè fatetur , ſe non potuiſſe invenire , cuinam Civitati Illyrici Epiſcopus præfuiſſet , quemadmodum Florentinius vir eruditus teſtatur, inter plurimas amplæ Illyrici Regionis Urbes nullam inveniri *Meſſanam* dictam . Verùm Beda , & Notker. habent : *Aquilejam* ; Sed Baronius id librarii ſphalma autumat , & pro *Aquileia* , reponendum : *Apelia* .

Uſuardus , Ado , Roſuueydus , plerique alii topographizant : *Apud Meſſanam Apuliæ Civitatem Eleutherii Epiſcopi , & Anthia Matris ejus* . Ex quibus neque *Miſeni* , locus Campaniæ , ut aliqui , neque *Meſſana* , Urbs Siciliæ , ut Ferrarius adversùs Baronium , Eleutherius Epiſcopatum geſſit ; unde quùm Baronius ſciret , nullam extitiſſe , aut eſſe Apuliæ Urbem , nomine *Meſſanam*, in notis arbitratus pro Meſſana , *Meſſapia* ſcribendum , ut dein ad oram Martyrologii Romani anno 1605. adnotavit : *Meſſapia* . Attamen *Meſſapia* nullus cultus huic Sancto , nullaque ejus memoria, ut Ferrar. animadvertit . Anonym. verò in Itinerar. ex quo dein Alphan. Salerni Archiepiſcop. multis ſæculis elapſis de Martyrio duodecim fratrum apud Sur. t. 2 cujuſdam Civitatis , nomine *Hecana* , meminere , Apuliæ Dauniæ Urbis , olim celebris , in cujus poſteà ruinis circ. 1022. Bubagnus , ſeu Bolanus Græcus ædificavit Trojam , ut Græciæ quidem celeberrimam Urbem eo vocabulo

inſtau-

instauraret, teste Buxabano, sivè Leone Marsicano lib.2.c.2. idcircò Alphan. cecinit:

Evolat intereà Præfectus versùs Hecanam Urbem, quam vulgus mutato nomine Troiam.

Id quod sentire videtur Petrus de Natal. Episcopus Equilin. licet in Catal. SS. lib. 2. scribat: *Eleutherii Episcopi Cannensis*; quod factum, sivè ex corrupto Codice ipsius excipientis, sive librarii, aut Topographi culpa, scribentis: *Cannensis*, pro *Hecanensis*, ad quam Urbem Sacra Corpora *Eleutherii*, & *Evanthiæ*, sive ut alii, *Anthia*, translata fuere, ut idem Petr. dicto capit. in fine, & quemadmodum apud ipsum Petrum facilè contigit migratio vocabuli *Hecanensis* in *Cannensis*, ita in aliis Codicibus *Hecanæ* in *Messanæ*, ex quibus Rom. Martyrolog. hausit: nam inspectis antiquæ inscriptionis apicibus, valdè similia *Hekanæ*, *Mesanæ*, sive ut alii *Messanæ*. Enim verò Acta in Codic. Ms. Eccles. Beneventanæ testantur apertè, Episcopum Hecanensem fuisse, & sanius Ms. Divionen. *Nesano Apuliæ Eleutherii Episcopi, & Anthiæ Matris eius*.

Quòd si Græcorum Menologium Eleutherium pronunciat *Illyrici* Episcopum, & id ipsum in Romano Martyrologio.

Animadvertendum, recenter id positum in Romano Martyrologio, & quòd Græcorum Menologium multa vocabula exibet corrupta, & luxata, ut ipsemet Baronius crebrò ejus sphalma deprehendit, & si hìc divinare licebit, putandum, Græcos aliquas Regiones, & Italicas Urbes haud probè scientes, ex eo quod *Hecana* in Larinatibus Populis esset, quorum Cæsar in commentar. meminit, deceptos obscuritate vocum, Eleutherium asseruisse Episcopum, non *Larini*, sed *Illyrii*.

Nisi fortasse probabiliùs suspicandum, Episcopum etiam fuisse *Hyrii*: Urbis in eadem Apulia Daunia ab Hecana non admodum dissitæ, & Hyrii, & Hecanæ Urbes rexisse. Non enim insuetum primævis illis Ecclesiæ sæculis, quibus Eleutherius, *Hadriano Principe*, floruit, unum eundemque Episcopum duas, pluresve regere Civitates, immo etiam Regiones; sic Martialis, Burdigalen. Lemocinen. Harbonen., & Viennen. ac Juventius, Syrus, Hermogauus complures alias per Liguriam, Insubriam, & Venetias moderati, ut Acta; Idque tam sæpè obtigerit, ut opus fuerit per Nicænos Patres prohiberi, teste Augustino Epist. 110. Nec denique mirandum, Græcos, qui mendosè pro *Apuliæ* scripsere *Aquileja*, Eletherium *Illyrici* Episcopum vocasse, & pro *Hyrii* inscripsisse *Illyrii*.

Quo ad locum Martyrii satis Acta testantur, Adstipulanturque Raban. Notker. & alii, ac Mss. Romana Vatican. & Barberinian. item & Patricianum Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. quæ ferunt, Eleutherium Romæ mortem oppetiisse, unde Romanum Martyrologium ansam quoque hæsitandi præbet, panditando: *Messanæ Sanctorum Martyrum Eleutherii, & Anthiæ Matris eius*. Ita namque haud obscurè significant Messanæ perfecisse Martyrium: maximopere, quòd Martyrol. de Peregrinis ad usum Sacrosanctæ Romanæ, & Universal. Ecclesiæ sub Julio III. proferebat: *Quartodecimo Kalendas Maii apud Messanam Apuliæ Civitatem natale SS. Martyrum Eleuteri Presbyteri, & Avesæ Matris ejus*. Ne igitur diutiùs, tantisque in Topographicis ambagibus immoremur, accurata erit Romani Martyrologii lectio, præstito sapientiorum consilio, ut nulla loci nota, exordiatur: *Eodem die natalis SS. Martyrum Eleutherii Episcopi, & Anthiæ Matris ejus, qui cùm esset vitæ sanctimonia & miraculorum virtute illustris*, &c.

x. D Tertiodecimo Kalendas Maii. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

(b) *Hermogenis, & Soc.* Die præced. Martyrol. Ms. Patrician.

NAtàlis sancti Timònis diàconi de septem primis, qui primò apud Berœam doctor resèdit, ac deinde verbum Dòmini dissèminans, venit Corìnthum, ibique à Judæis & Græcis (ut tràditur) flammis injèctus, sed nihil læsus, demum cruci affixus martyrium suum implèvit. *(a)* Melitìnæ in Armènia sanctòrum màrtyrum Hermògenis, Caji, Expediti, Aristonìci, Rufi, & Gàlatæ una die coronatòrum. *(b)* Caucoliberi in Hispània Tarraconènsi pàssio sancti Vincèntii màrtyris. *(c)* Eòdem die sanctòrum

(f) *Elphegi Episc.* Martyr ann. 1012. Baron. eo ann. num. 11. Anno 1003. S. Antonin. Die 12. April. Pagi to. 4. ad an. 1012. nu. 4. Die 12. Maii Ferrar. in Catal.

rum màrtyrum Sòcratis & Dionysii, qui lànceis confossi sunt. (*d*) Jerosòlymis sancti Paphnùtii màrtyris. (*e*) Cantuariæ in Anglia sancti Elphegi Epìscopi & màrtyris. (*f*) Antiochiæ Pisidiæ sancti Geòrgii Epìscopi, qui ob cultum sanctàrum Imàginum exu' occùbuit. (*g*) Romæ sancti Leònis Papæ Noni, virtutum & miraculòrum laude insignis. (*h*) In cœnòbio Laubiènsi sancti Ursmàri Epìscopi. (*i*) Florèntiæ sancti Crescèntii confessòris, discìpuli beàti Zenòbii Epìscòpi. (*K*)

(g) *Georgii Episc.* Die præced. Menolog. Basilii Imper. & Synaxar. apud Combefit.

(i) *Ursmari Episc.* Die præced. Usuard.

(a) *Baron. an. 33. n. 41. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. in not. Græci item in Menologio hac die.* (e) *Iidem ibidem, ac Henschen. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. an. 1006. n. 5. An. 1011. n. 3. & an. 1012. n. 11. & Sur. t. 2. prior. edit.* (g) *Baron. in not. Græci in Menolog. Henschen. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. an. 1049. n. 1. & sequ. an. 1054. n. 42. Molan. Addit. ad Usuard. Petr. in Catal. lib. 4. c. 65. & alii recentiores.* (i) *Baron. in not. Sigebert. de Vir. illustr. Ordin. S. Benedict. Trithem. lib. 3. de iisdem Vir. c. 157. & lib. 4. c. 174. & Molan. Indic. SS. Belg.* (k) *Baron. in not. & Sur. t. 3. prior. edit. die 25. Maii in vit. S. Zenobii Episc.*

Super omnes docentes me, testimonia meditatio mea est. Psal. 118.

(a) *Timonis Diaconi*. Dorotheus Catal. Septuaginta Discipulor. *Timon ex septem Diaconis, & ipse unus Bostri Arabum Episcopus factus, à Gentibus combustus*. Eadem ferè quoddam S. Hieronymi Elogium penès Petr. de Natal. lib. 4. c. 66. Nihilominùs idem Petr. lib. 6. c. 100. referendo Catalogum eorumdem septuaginta Discipulorum, sub nomine Dorothei laudati, suadet, ibi legi *Simonem* Episcopum Tyri, & Sidonis. Maurolyc. tamen, Greven. & Canis. *Timonem* à Petro ipso relatum, ut alium promunt. Cordatus lector ipsos Scriptores consulat.

(b) *Melitinæ in Armenia Hermogenis, Caii, Expediti, Aristonici, Rufi, & Galatæ.* Aliis pro Melitina: *Militana, Militina, Milisida*, & pro Caii: *Gagi, Gaii*. Martyrol. Epternacen. *In Armenia Militana Civitate Hermogenis, Gagi, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatha, Mitiæ, Arminiæ, Rufi, Hilari, Aristonici, Fortunati, Gagi, Donati*. Martyrolog. Corbejen. *In Militana Civitate Armenia Hermogenis, Gai, Rufi, Expediti, Aristonici, Galata, una die coronatorum. Militina Armeniæ Rufi, Hilari, Aristonici, Fortunati, Donati, Gagi, Majurini*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Militana Civitate, Armeniæ, Hermonis, Gagi, Rufi, Expediti, Aristonici, Galatæ, una die coronatorum, Militinæ, Arminiæ, Rufi, Hilari, Aristonici, Fortunati, Donati, Gagi*. Martyrolog. Bluman. pro Hermonis: *Hermogenis*. An *Militinæ, Arminiæ*, secundò repetitæ, sint nomina Martyrum, vel ejusdem Urbis, aut Regionis, Florentinius vir eruditus stat pro utroque. Martyrolog. Patrician. in Schedis Antonii Caraccioli Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Militina Civitate Hermogenis, Gaii, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatæ, & Fortunati una die coronatorum*. Ms. Treviren. *In Militana Armenia Hermogenis cum aliis duobus*. Ms. Divionen. *Militina Hermogenis cum aliis quinque*. Ms. Vatican. S. Petri: *In Armenia Hermogenis, Gagi, Expediti, Rufi*. Ms. Cassinen. pervetust non præsignata palestra: *Natal. SS. Martyrum Hermogenis, Gaii, Expediti, Aristonici, & Rufi.*

In via testimoniorum delectatus sum. Psalm. 118.

(c) *Caucoliberi in Hispania Tarraconensi Vincentii Martyris*. Cardinal. Baron. in not. *Caucoliberis Urbs est in Catalonia Provincia Tarraconensi juxta Perpinianum, & Helenam*. Ferrar. tamen, Oppidum Hispaniæ citerioris Maritimæ *in Gallia Narbonensi*, inter Helenam, illi in Episcopali Sede substitutam, & Gerundam: ex quo Florentinius arguit, Baronium id potiùs ex Martyrologiis hausisse, quàm ex Geographicis; Salazar. quidem suo Hispan. Martyrologio Legendarium profert, cujus initio: *Incipit Legenda S. Vincentii Martyris, qui in Urbe Hispaniæ Tarraconensis Caucoliberitana ad radices Pirenæi Martyrio Coronatus est XIII. Kalend. Maias ann. 303.* Ipsum Legendarium consulendum.

(e) *Jerosolymis Paphnutii Martyris*. Græci in Menologio: *Hieromartyris*. Iidem Græci in Synaxario apud Combefisium, alium Paphnutium Egyptium hac ipsa die colunt, sub Diocletiano, & Aniano Præside crucifixum: Item & alium die 20. April. Eremitam, & Monachum.

(f) *Cantuariæ Elphegi Episcopi, & Martyris*. Alibi: *Elpheagi*. Martyrol. Ms. Ultrajectinen. Ecclesiæ S. Mariæ: *In Cantia passio S. Elfegi Archiepiscopi, & Martyris, qui à Paganis captus, & necatus, in Lundonia sepultus est*. Osbern. in vit. *A Principibus Danis morti lapidibus adjudicati*. Chinius Natalibus SS. Canonicorum eum adjudicat. Vvio Dorgan. Menard. & alii Benedictini Scrip-

tores

tores ipsi Ordini Benedictino adscribunt; Trithem denique lib. 3. c. 237. de vir. illustr. ejusdem Ordin. asserit, Monachum & Abbatem fuisse Monasterii in Anglia, *Balneo dicti*.

(h) *Leonis Papæ*. Raban. *Eodem die apud Ecclesiam S. Petri depositio S. Domni Leonis Papæ Noni, qui Ecclesiam Beati Remigii dedicavit*. Mss. Leodien. Cœnobii S. Laurentii, & Bruxellen. S. Gudilæ: *Eodem die S. Leonis Papæ, & Confessoris, qui primùm Episcopus Tullensis, ab Imperatore Henrico ad Papatum promotus, ex hoc conscientiam habens resignavit, & denuo ritè electus, post laudabilem vitam, in Ecclesia S. Petri tumulatur, clarus miraculis*. Ms. Lætien. *& depositio Beatæ memoriæ Leonis Papæ, qui Bruno dictus est nomine*. Res hujus Pontificis præclarè gestas, præter quos Baron. in notis citat, Sermond. etiam eas edidit apud Holsten.

(i) *In Cœnobio Laubiensi Ursmari Episcopi*. De Peregrin. *Cœnobio Laubiis Sancti Ursmarii Episcopi, & Confessoris*.

(k) *Florentiæ Crescentii Confessoris, Discipuli B. Zenobii Episcopi*. Martyrol. Florentiæ cusum an. 1486. *Florentiæ in partibus Tusciæ S. Crescentii, Subdiaconi Sancti Zenobii ejusdem Urbis Episcopi*.

Cardinal. Baron. in notis vitam ejusdem indicat apud Sur. to. 3. die 25. Maii; Verùm hæc vita expressè tradit: *Vitam penès Eremiticam ducens, & duobus Eugenio Archidiacono, & Crescentio Subdiacono comitibus in Christo solabatur*. Adstipulaturque Breviarium Florentinum: *Præsul Zenobius Crescentium ad Clericatum promovit, & statuto tempore Cathedralis Ecclesiæ suæ, suorum Canonicorum assensu, Canonicatus, & Subdiaconatus diademate coronavit*. Quamobrem tò *Confessoris* correpto, saniùs legeretur: *Florentiæ S. Crescentii, Discipuli Beati Zenobii Episcopi*.

ix. E Duodecimo Kalendas Maii. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

* *Hodie Sol ingreditur in signo Tauri, & in eo ad 20. Maii inclusivè.*

ROmæ sanctòrum màrtyrum Sulpìcii & Serviliàni, qui prædicatiòne & miràculis beàtæ Domitillæ vìrginis ad Christi fidem convèrsi, cùm nollent idòlis immolàre, in persecutiòne Trajàni à Præfècto Urbis Aniàno càpite cæsi sunt. (*a*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Victòris, Zòtici, Zenònis, Acìndyni, Cæsàrii, Severiàni, Chrysòphori, Theònæ, & Antonìni, qui sub Diocletiàno vàriè tentàti, martyrium complevèrunt. (*b*) Tomis in Scythia sancti Theotìmi Epìscopi, quem ob insìgnem ejus sanctitàtem atque miràcula ètiam infìdeles bàrbari veneràti sunt. (*c*) Ebredùni in Gàlliis sancti Marcellìni primi ejùsdem urbis Epìscopi, qui Dei mònitu cum sanctis sòciis Vincèntio & Domnìno ex Africa vèniens, màximam partem Alpium maritimàrum verbo & signis admirandis, quibus usque hòdie refùlget, ad fidem Christi convèrtit. (*d*) Antissiodòri sancti Marciàni presbyteri. (*e*) Eòdem die sancti Theodòri confessòris, ab aspera cilicii veste, qua tegebàtur, cognomènto Trìchinas, qui multis virtùtibus præsèrtim advèrsùs dæmones, clàruit: ex cujus còrpore unguèntum scatùriens, ægròtis sanitàtem impèrtit. (*f*) In monte Politiàno beàtæ Agnètis vìrginis, Ordinis sancti Domìnici, miràculis claræ. (*g*)

(b) *Victoris, Zotici*. Martyres an. 305. Baron. eo an. nu. 17. An. 306. Pagi ad an. 303. n. 6. Die præced. Menolog. Basil. Imperat. & Menæa.

(d) *Marcellini Episc.* Die 13. April. Galesin. & Ferrar. Die 21. Ms. Centullen.

(a) *Baron. an.* 100. *n.* 12. *& Sur. t.* 3. *prior. edit. die* 12. *Maii in Act. SS. Nerei, & Achillei*. (b) *Baron. an.* 305. *n.* 17. *& Græci in Menolog. Sirleti*. (c) *Baron. an.* 400. *n.* 73. *& an.* 402. *n.* 8. *& sequ. Græci, Sozomen. lib.* 7. *c.* 25. *& lib.* 8. *c.* 14. *& Socrat. lib.* 6. *c.* 11. (d) *Baron. in not. Mombrit. t.* 2. *S. Gregor. Turonen.*

nen. de glor. Confessor. c. 69. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 69. (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 129. Maurolyc. & Molan. Addit. ad Usuard.* (f) *Baron. in not. item Graci in Monologio hac ipsa die.* (g) *Baron. ibidem Henschen. & Papebroch. Acta.*

Loquere, & proba. S. August. super. Psal. 141.

(a) *Sulpicii, & Serviliani.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Cameterio Militario via montana natalis SS. Silviani, Ajarici.* Martyrolog. Blumanii: *In Cimit. Miliario.* Martyrolog. de Peregrin. *Item SS. Martyrum Simplicii, & Serviliani.*

Cardinal. Baron. in not. *sub Trajano* hos Martyres adjudicat. Acta tamen apud Sur. *sub Nerva.*

(b) *Eodem die Victoris, Zotici, Zenonis, Acindyni, Casarii, Severini, Chrysophori, Theonę, & Antonini.* Martyrolog. Epternacen. *Romę Victoris Episcopi, Felicis, Alexandri, Papię: Item Romę Silvani, Afaiaci, Donatę.* Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Romę S. Victoris Episcopi, Felices, Alexandri, Papię.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Eodem die depositio Victoris Episcopi, & passio Donati Martyris.* Ms. S. Cyriaci: *Depositio Victoris Episcopi, & Serviani.* Ms. Divionen. *Romę deposicio Victoris Episcopi, & Martyris, Sulpitii, & Serviliani.* Ms. Vatican. *Romę depositio S. Victoris Episcopi, Felices, Alexandri, & in Cęmeterio juxta viam Numentanam Salviani, Aragaci.* Ms. Barberinian. profert: *Silviani, Aiaraci,* & addit: *Donatę.* Ms. Reginæ Seciæ: *Depositio Victoris Episcopi.* At hic Victor Episcopus videtur ille, qui in Roman. Martyrol. ad 28. Jul. veneratur. Galesin. hac die: *In Gręcia Victoris, Zotici, Zenonis, Acindyni, Cęsarii, Severiani, Christophori, Theonę, & Antonini.* Adstipulanturque Græcor. Menæa.

Authoritatis pondere, & utilitatis ubertate. S. August. lib. 1. de Orat.

(d) *Ebreduni Marcellini Episc.* Ebredunum, *Ambrum*: Urbs Gall. Narbonensis in Allobrogibus, intra Alpes Maritimas ad Durantium flumen, super saxo in valle, montibus altis cincta, inter Vapineum, & Segesteronem. Usuard. & de Peregrinis: *Et Confessoris.* Vuandelbertus:

Marcellinus, Domninus, Vincentius, ęquè
Nomina bissena radiant festoque fideque.

(e) *Antisiodori Marciani Presbyteri.* Maurolyc. *Et Mamerti.* Hagialog. Franco-Gallic. Labbei: *Marini.* De Peregrin. & Petr. de Natal. *Martiani.* Ms. Reginæ Seciæ: *Mariani.* Quæ Apographa omnia sine addito *Presbyteri.*

(f) *Theodori, cognomento Trichinas.* Menolog. Basilii Porphyrogeniti Imperat. *Cognomento Trichinas, seu Pilosus.* Chronic. Pseudo-Dextri ad an. 300. num. 91. alium Theodorum hac ipsa die in Eremo Metellinensi exhibet, virum admirabilem.

viii. E Undecimo Kalendas Maii. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

(a) *Anselmi Episc.* Die 18. Martii. Calend. & Missale antiq. Mediolanen. & Brev. Melden. Die 5. Jul Maurolyc. Galesin. Canis. Vuio, aliique.

CAntuàriæ in Anglia sancti Ansèlmi Epìscopi, sanctitàte & doctrìna conspìcui. (a) In Pèrside natàlis sancti Simeònis Epìscopi Seleuciæ, & Ctesiphòntis: qui, jubènte Sàpore Persàrum Rege, comprehènsus, ferròque onùstus, inìquis tribunàlibus exhìbitus, cùm Solem ipsum adoràre nollet, & de JESU Christo voce lìbera & constantìssima testarètur; primùm carceràli ergàstulo cum àliis centum (ex quibus àlii Epìscopi, àlii erant Presbyteri, àlii diversòrum òrdinum Clerici) longo tèmpore maceràtus est: deinde cùm Usthazànes Regis nutrìtius, qui antè jam lapsus à fide, sed per eum ad pœnitèntiam fùerat revocàtus, martyrium constànter subìisset; postrìdie, qui erat ànnuus Domìnicæ passiònis dies, òmnibus ante Simeònis òculos, qui unumquèmque eòrum strènuè exhortabàtur, glàdio jugulàtis, novìssimè & ipse decollàtus est. Passi sunt ètiam cum eo claríssimi viri Abedèchalas, & Ananìas ejus presbyteri: Pusìcius quoque præfèctus Regis artìficum, eò quòd Ananìam titubàntem cor-

(b) *Simeonis Episcop. & Ctesiphont.* Martyres ann. 343. Baron. eo anno n. 11. & seq. An. 349. Pagi t. 1. ad an. 343. n. 3. Die 15. Maii Græci in Menol. Basil. Imperator.

(d) *Apollinis, & Soc.* Martyres ann. 305. Baron. eo ann. n. 16 Ann. 302. Hensch. & Papebroch. Anno 306. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6.

roboraſſet, collò circa tèndinem perforàto, & lingua exìnde extràcta, crudèli morte occùbuit; post quem & filia ejus, quæ erat ſacra virgo, necàta eſt. (*b*) Alexandriæ ſanctòrum màrtyrum Aratòris presbyteri, Fortunàti, Felicis, Silvii, & Vitàlis, qui in càrcere quievèrunt. (*c*) Item ſanctòrum Apòllinis, Isàcii, & Crotàtis, qui ſub Diocletiàno paſſi ſunt. (*d*) Antiochìæ ſancti Anaſtàſii Sinaìtæ Epiſcopi. (*e*)

(e) *Anastasii.* Die præced. Menolog. Basil.

(a) *Baron. an. 1097. n. 2. An. 1098. n. 1. & an. 1109. n. 3. Sur. t. 2. prior. edit. Sigebert. in Chronic. Trithem. de Vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 2. c. 101. lib. 3. c. 327. & lib. 4. c. 122. Henſchen. & Papebroch. Act.* (b) *Baron. an. 343. n. 11. & ſequ. Sozomen. hist. lib. 2. c. 8. & Caſſiodor. lib. 3. c. 2. & Nicephor. lib. 8. c. 36.* (c) *Baron. an. 527. n. 45. & an. 544. n. 2. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 72.* (d) *Baron. an. 305. n. 16. & an. 310. n. 23. item Græci in Menolog.* (e) *Baron. an. 598. n. 11. & ſequ. aliique.*

Occulta exquirit ſapiens. Eccleſiaſt. 39.

(b) *In Perſide Simeonis Episc. Cteſiphontis, cum aliis centum, Abedechalas, & Ananias ejus Presbyteri, Fuſicius quoque Præfectus.* Perſis, *Perſia* Europæis, *Farſi* incolis, Regio Aſiæ Magnæ, inter Orientales memoratiſſima, cujus olim Reges Orbis Monarchiam diu post Aſſyrios, & Medos tenuere, quoad Alexander Macedonum Rex, deleto ſimul cum Dario Rege Perſico Imperio, eoque brevi potitus, illud Græcis diſpertiendum reliquit; inter Suſianam, & Carmaniam, Bagrada amne terminante, ſita. Die 17. April. Menæa cuſa: *Certamen Sacroſancti Martyris Simeonis Archiepiſcopi Perſidos, & Sociorum ejus Abdela Presbytero, Chuſtaſac, & Phuſic, & aliorum centum quadraginta.* Menolog. Cardinal. Sirleti: *S. Simeonis apud Perſidem Episcopi, & ſociorum Abidella Presbyteri, & aliorum mille centum quinquaginta.* Ms. Divionen. *Perſide S. Simeonis Episcopi, cum aliis centum.* Bellin. Maurolyc. & Molan. *Sanct. Simeon Archiepiſcopus apud Perſidem.*

(c) *Alexandria Aratoris Presbyteri, Fortunati, Felicis, Silvii, & Vitalis.* Aliis, pro Aratoris, Fortunati, Silvii, *Oratoris, Fortuni, Salvi.* Martyrol Epternacen. *Alexandria Civitate Fortunata, Aratoris Presbyteri, Felicis, Salvi, Vitalis in Cæſarea quieſcentis.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Fortunati, Aratoris Presbyteri, Felicis, Fili, Vitalis in carcere quieſcentis*: rectiùs, pro Cæſarea, *in carcere*. Ms. Barberinian. Rom. & Notker. *In Alexandria SS. Fortunati, Aratoris Presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis, in carcere quieſcentium.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Fortunati, Joannis, Oratoris, Presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis.* Martyrol. Bluman. pro Fortunati, Oratoris: *Fortunata, Aratoris.* Varia Mss. Uſuardi: *Alexandria Aratoris Presbyteri, Fortuni, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Alexandria natale S. Victoris Episcopi, & Vitalis.* Ms. Lætien S. Lamberti, pro Victoris, *Auratoris*. Mss. Auguſtan. S. Udalrici, & Pariſien. Labbei: *Alexandria Fortunati, Aratoris, Vitalis.* Martyrol. Caſſinen. antiqu. ſine paleſtra: *Natalis SS. Martyrum Aratoris, Felicis, Fortuni, Silvii, & Vitalis.*

Trahitur Sapientia de occultis. Job. 28.

(d) *Apollinis, Iſacii, & Crotatis.* Menæa Græcor. & Maxim. Cithereus: *Apollo Iſaacii, & Coirati, qui fame, & ferro vitam finiverunt.* Pſeudo-Chronic. Dextri ad ann. 300. *Albæ prope Avim in Hiſpania Bætica Sancti Christi Martyres Apello, Iſacius, Crotatonque eorum ſocius glorioſus.* An fabuletur, ſummi Viri Henſchen. & Papebroch. affirmant.

(e) *Antiochiæ Anaſtaſii Sinaitæ Episcopi.*

Diſceptatio Chronologica.

Menologium Cardinal. Sirleti, & Baſilii Porphyrogeniti, item Magna Græcor. Menæa tum cuſa, tum Mss. apud Maximum Cithereum, nulla mentione facta, neque *Antiochiæ*, neque *Episcopatus*, promunt: *Eodem die S. Patris noſtri Anaſtaſii Montis Sinai.*

Eminentiſſimus Baron. in elucubratis notis: *Hic Sanctus Anaſtaſius, antequam Antiochenæ præficeretur Eccleſiæ, in Sina Monte monaſticam exercuit diſciplinam, ut tradit Niceph. lib. 17. c 29. prope finem.* Quamobrem aliquando, ut in præadductis Menæis, tantùm legitur: *Anaſtaſius Sinaita*, ſine addito: *Episcopus*.

Verùm Henſchen. & Papebroch. in Act. SS. hac ipſa die, & Pagi t. 2. ad an. 599. n. 2. & 4. proſtant, *Anaſtaſium Sinaitam* in Monte Sinai Monachorum Aſceteriis circumquaque obſito, eſſe alium ab *Anaſtaſio Patriarcha Antiocheno*, hujus nominis primo; unde Glicas ducentis annis ante Nicephor. nullatenus *Anaſtaſium* in Annalibus *Episcopum*, aut *Patriarcham Antiochenum* appellat, ſed ſæpiùs: *Anaſtaſius Sinaita, vir divinus, & eximius.*

Baron. item in Annalibus, & in not. duos ejuſdem nominis *Anaſtaſii* ſucceſſivè perpendit temporibus Mauritii, & Phocæ ejus ſucceſſoris Imp. Eccleſiæ Antiochenæ præfuiſſe, alterum *Sinaita* dictum, ad quem S. Gregor. Papa plures ſcripſit Epiſtolas, ut lib. 1. 4. 6. & 7. Epiſtolar. de quo Nicephor.

cephor. Episc. in Chronic. ac Niceph. Callist. lib. 18. c. 94. anno 598. defuncto; alterum verò Martyrem à Judæis excarnificatum circ. an. 608. & die 21. Decembr. in Roman. Martyrologio inscriptum.

Sed præter hos duos, ad quos prælibatæ Epistolæ S. Gregorii Papæ directæ videntur, absque addito: *Sinaita*, sed: *Anastasio Antiocheno*, de quibus uterque Nicephor. laudatis locis, Græcor. Menæa alium Anastasium Presbyterum Monachum in Arabia memorant, inter 650. & 690. demortuum, à quibusdam Græcis hac ipsa die, ab aliis pridie cultum, claruitque sub Joanne Climaco Montis Sinai Abbate, ut Acta Danielis Monachi penès Bolland. & Henschen. die 3. Martii, quo Joannes ipse colitur; & alia Acta cujusdam Monachi, in quibus hunc S. Anastasium Sinaitam suum Præsidem, & Abbatem tradit. Item de hoc Sinaita Joannes Moschus, tunc temporis florens, in Prato Spirituali c. 48. & 49. ubi inter varia hujus Sancti, hæc: *Anastasius Presbyter, ornamentorum Sanctæ Resurrectionis Dei, & Domini Nostri Jesu Christi Custos*. Dein c. 50. *Anastasius Abbas Scythopoleos in Secunda Palæstina Metropolis*, ubi Monasterium inter Palæstinam, & Ægyptum constitutum. Hinc ex duobus Antiochenis Patriarchis nomine *Anastasii*, à plerisque perperam primus quoque *Sinaita* dicitur.

Urget Baron. in not. cùm asserat, quàmplures libros ab Anastasio Antiocheno inscriptos, nempè ab illo Anastasio Episcopo, olim Monacho in Sina, testibus Nicephoro, Evagrio, aliisque Historicis.

Nihilominùs ex libris editis, alii videntur Anastasii Sinaitæ Presbyteri & Monachi, & alii Anastasii Antiocheni; ex quo Historici prælaudati in errorem lapsi, *Sinaitam Monachum*, & *Anastasium Antiochenum*, unum eumdemque credidere, & duos *Anastasios Scriptores* in unum compinxere. Quinam libri ab *Anastasio Presbytero Monacho Sinaita*, & quinam ab *Anastasio Patriarcha Antiocheno* exarati, videndum in Actis SS. penès Hensch. & Papebroch. ubi menda Nicephori, aliorumque Scriptorum deteguntur. Nec dubium, quin Græci in Menologio *Anastasii Sinaitæ* meminerint, sine addito *Antiochiæ Episcopi*; quod idem in Synodo Nicæna II. & passim in librorum ejusdem *Anastasii Sinaitæ* titulis, præsertim in Exhamerone ad Theophilum, in Orationibus de Passione, & Resurrectione Christi, in Comment. ad 6. Psalmor. aliisque plurimis: Nihilominùs nostræ mentis nequaquam est Apologias texere, nec in tot eximios Scriptores Criticas scribere; undè consilio sapientiorum præstito, quoties Rom. Martyrologium non exprimeret de quonam Anastasio pronunciet, pro utroque recipi poterit, & procul dubio sedulò proferret: *Antiochiæ S. Anastasii Episcopi*.

vii. G Decimo Kalendas Maii. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

Romæ via Appia natàlis sancti Sotèris Papæ & màrtyris. (*a*) Ibìdem sancti Caii Papæ, qui sub Diocletiàno Principe martyrio coronàtus est. (*b*) Smyrnæ sanctòrum Apèllis & Lùcii ex primis Christi discìpulis. (*c*) Eòdem die sanctòrum plurimòrum Màrtyrum, qui sequènti anno post òbitum Simeònis, ànnuo item die, quo passiònis Domìnicæ memòria celebrabàtur, per totam Pèrsidis regiònem pro Christi nòmine sub Rege Sàpore glàdio cædi jussi sunt. In quo fidei certàmine passus est Azades eunùchus Regi charìssimus: Milles Epìscopus, sanctitàte & miraculòrum glòria insignis: Acèpsimas Epìscopus, cum presbytero suo Jacòbo, item Aithala & Josèpho presbyteris, Azadane & Abdièso diàconis, & complùribus àliis clèricis: Marèas quoque & Bicor Epìscopi, cum àliis vigìnti Epìscopis, & clèricis fere ducèntis quinquagìnta; monachis ètiam & sacris virgìnibus plùrimis; inter quas & sancti Simeònis Epìscopi soror nòmine Tàrbula, cum pedìssequa sua, quæ stipìtibus alligàtæ, ser-

(a) *Soteris Pap. Martyr* an. 179. Baron. eo an. n. 50. An. 171. Henschen. & Papebroch. An. 170. Pagi t. 1. ad 177. n. 11. Die præcedent. Notker. & Molan.

(b) *Caii Pap. Martyr* ann. 296. Baron. eo ann. nu. 1. An. 283. Henschen. & Papebroch. Die præcedenti Wandelbertus. Die 20. Februar. Ms. Richenovien. Die 23. Maji. Ms. Divionen. Die 1. Jul. Mss. Vatican. & S. Cyriaci.

(f) *Leonidis.* Martyr an. 202. Baron. eo an. n. 8. Ann. 208. Chronolog. Origeniana apud Eusebium. Die 1 Martii Canis. & Felic.

ràque scissæ, crudelissimè necàtæ sunt. (*d*) Item in Pèrsia sanctòrum Parmènii, Helimènæ & Chrysòteli presbyteròrum, Lucæ & Mucii diaconòrum: quorum triùmphus martyrii in passiòne sanctòrum Abdon & Sennen habètur. (*e*) Alexandriæ natàlis sancti Leonidis màrtyris, qui sub Sevèro passus est. (*f*) Lugdùni sancti Epipòdii, qui in persecutiòne Antonini Veri cum Alexàndro collèga tentus, post dira tormènta martyrium càpitis abscissiòne complèvit. (*g*) Apud Sènonas sancti Leònis Epìscopi & Confessòris. (*h*) Anastasiòpoli sancti Theodòri Epìscopi, miràculis clari. (*i*)

(g) *Epipodii.* Die præcedenti Ferrar. Die 24. Beda genuin.
(h) *Leonis Episc.* Die 23. Bellin. & Canis.
(i) *Theodori Episc.* Obiit an. 613. Baron. eo an. n. 4. An. 612. Pagi to. 2. ad an. 613. n. 3.

(a) *Baron. an. 179. n. 50. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 4. c. 22. Optat. lib. 2. contra Parmen. S. Augustin. Epist. 165. & alii.* (b) *Baron. an. 294. an. 295. & an. 296. n. 1. & seq. Euseb. in Chron. & hist. lib. 7. c. ultim. Optat. lib. 2. S. Augustin. Epistol. 165. Niceph. in Chronic. & alii.* (c) *Baron. an. 58. n. 35. & 57. Græci in Menolog. hac die, & Hippolyt. libell. de 72. discip.* (d) *Baron. an. 344. n. 14. & 21. Sozomen. hist. lib. 2. c. 12. & 13. Lippom. t. 5. & Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. an. 254. n. 27. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Laurent. die 10. August. Usuard. Ado, & cæteri.* (f) *Baron. an. 204. n. 8. & sequ. Euseb. lib. 6. c. 11. & Nicephor. hist. lib. 5. c. 2.* (g) *Baron. an. 179. n. 1. & 36. Sur. t. 2. prior. edit. S. Gregor. Turonen. de glor. Confess. c. 64. Usuard. Ado, & alii.* (h) *Baron. in not. Tabul. Demochar. Henschen. & Papebroch. Acta.* (i) *Baron. an. 590. n. 56. An. 598. n. 24. & an. 613. nu. 4. item Græci in Menolog. Lippom. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit. hac die.*

Condire mentes delemus. S. Gregorius Papa Homil. 10.

(b) *Caji Papæ*. Aliis: *Gaji*, *Cagi*, *Cagii*. Martyrol. Epternacen. *Romæ depositio Gai Episcopi*. Martyrol. Corbejen. *Romæ in Cæmeterio Calesti via Appia depositio Gai Papa, Primoli, Tinediani.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ in Cæmeterio Calestini via Appia depositio S. Gagi, Papia, Primoli, Turdiani.* An nomen proprium τò *Papia*, vel luxatè pro *Papæ*, ambiguum. Ms. Divionen. Die 23. Maji: *S. Caji Papa Romæ, & CCL.* Martyrol. de Peregrin. tribuit Cajo: *Sub Diocletiano Principe annis undecim, mensibus quatuor, diebus duodecim, martyrio coronatus est.* Catal. Romanor. Pontific. apud Bucher. *Cajus Pontifex ex die XVI. Kal. Januar. Consulibus Caro II. & Carino usque in Kal. Maji, Dioclet. III. & Constant. II Coss.* Kalendar. Ecclesiæ Lucen. penès Florentin. *Cajus natione Dalmatinus, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex Patre Cajo sedit an. IX. menses IV. dies XII. a Die XVI. Kal. Januar. à Consulatu Cari II. & Carini usque in diem X. Kalendas Maji, Diocletiano IIII. & Constantio II.* Ms. Reginæ Sueciæ in Holstenii Animadversis: *Romæ passio S. Caji Papæ, qui cùm Ecclesiam IX. annis, menses IV. dies XII. rexisset, martyrio coronatur sub Diocletiano Principe, Gabino fratre.* Adstipulaturque Baron. ad an. 296. n. 1. ex Chronic. Damasi. Henschen. verò & Papebroch. suadent: *vel hic erratum à Librario est detractione unitatis, vel ejus additione in numero dierum VII. præter annos XII. & menses quatuor, sedi Caji attributorum.* At pagi t. 1. ad an. 167. n. 2. opponit, & favet Baronio.

(c) *Apellis, & Lucii*. Græcorum Menolog. Cardinal. Sirleti, quo usus Baronius: *Apellis, Lucæ, & Clementis*. Martyrol. Roman. & alia Apographa: *Lucii*, pro *Lucæ*, forsan ad Lucæ Evangelistæ discrimen.

Vt ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quę non novit. S Greg. Pap. Homil. 10.

(e) *In Persia Parmeni, Helimenæ, & Chrysoteli presbyterorum, Lucæ, & Mucii Diaconorum*. Alii pro Helmenæ: *Egymæ, Helimæ, Elimontæ*; pro Chrisoteli: *Chrisotoli, Chrisoli*; pro Lucæ: *Luci*; & pro Musii: *Musi, Mutii, Muci*. Apographum Epternacen. *Parmeni, Climar, & Criscoli Presbyterorum, & Diaconorum Luci, & Muci, Primuli, Turdiani*. Henschen. & Papebroch. ac Florentinius. Apographum Reginæ Sueciæ Ms. *Parmenii, Elimæ, & Chrisoteli Presbyterorum, & Luci, & Musi Diaconorum*. Martyrol. de Peregrin. *Parmenii, Elimonia, & Chrisoteli Presbyterorum, Lucæ, & Mutii Diaconorum.*

(f) *Alexandriæ Leonidis*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Et alibi Leonidis, Quiriaci, Basillæ*. Martyrol. Epternacen. pro Quiriaci, *Cyriaci*. & Martyrol. Bluman. *Quiriciaci.*

Cardinal. Baron. in not. *Fuit hic* (scilicet Leonides) *pater Origenis*. Ambigendum an Leonides pater Origenis sit alius ab hoc. Suydas hist. verb. Origenes: *Origenes Leonidem habuit patrem Episcopum, & Martyrem, floruit sub Severo Imperatore*: aliunde de S. Leonide patre Origenis ad 11. April. Witford. Ad. 1. Martii Canis. & Felic. Item in Chronographia de Imperio Severi Syncellus: *Leonides Origenis Pater, orta Alexandria persecutione, Martyrio vitam finivit*. Galesin. ferè eadem: Ex quo con-

confusæ res gestæ hujus, alteriusque Leonidis videntur; ac proinde alii definiant.

(g) *Epipodii*. Martyrol. Epternacen. *Epipodi*. Corbejen. *Eppolidi*. Valesius in Eusebio lib. 6. c. 120. *Epimachi*. Ado: *Epipodii, & passi sunt cum eo alii numero trigintaquatuor*. Florus Addit. ad Mss. Atrebaten. Tornacen. & Laetien. *Gallia Lugduno Civitate passio SS. Alexandri, & Epipodi cum aliis triginta quatuor*.

(h) *Apud Senonas Leonis Episcopi & Confessoris*. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei, Martyrol. Corbejen. Epternacen. & Lucen. *In Senonis Civitate depositio Leonis Episcopi*, non addunt: *Confessoris*, adstipulanturque Martyrol. de Peregrin. aliique Codices.

(i) *Anastasiopoli Theodori Ep.* Anastasiopolis Urbs Galatiæ, Ancyræ Urbi Metropolitanæ finitima, ab ea in meridiem recedens, sic in Anastasii Constantinopolitani Imp honorem dicta. Incompertum, an aliquid hujus nunc extet. Salazar. Martyrol. Hispan. *Theodori Siceotæ*. Menolog. Basil. Imper. *agnominatae Thaumaturgus*, ob innumera miracula ab eo edita. Constantinopoli celebrata fuit olim festivitas ejus sollemnis in Æde Magni Martyris Georgii, quam ædificarat. Pagi t. 2. ad an. 613. n. 3.

Disceptatio Chronologica.

(d) *Eodem die sanctorum plurimorum Martyrum, qui sequenti anno post obitum Simeonis, annuo item die, quo Passionis Dominicæ memoria celebrabatur &c.* Martyrol. secundùm morem Sacrosanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ per Alexandrum de Peregrin. Accolytum Apostolic. & Cappellanum Julii Papæ III. cusum an. 1553. *Apud Persidem Sanctorum Martyrum plurimorum, qui pro Christi nomine gladio jugulati sunt sub Rege Sapore, in quo fidei certamine passus est Melisius acceptissimus Episcopus cum presbytero Jacobo, Marcas, & Bicor, & nonnulli alii Episcopi cum Clericis ferè ducentis, ac quinquaginta Monachis, etiam Sacris Virginibus plurimis, inter quas & S. Simeonis Episcopi soror nomine Troboa, cum pedissequa sua serra scissa est*: Nulla designatione, neque de anno, neque de die hujus Martyrii.

Non parva quidem suboriri videtur difficultas, qua ratione sequenti anno potuit dies vigesima secunda Aprilis esse dies Parasceves, & Passionis Christi; si anno præterito die vigesima prima Aprilis incidit. Quamvis enim in Perside tunc temporis mos extitisset celebrandi Festum Paschæ non mobili, sed fixa die, ut apud Gallos olim fieri consuevisse alicubi testatur S. Gregor. Turonen. & apud Hispanos, & Britannicos die decima quarta Lunæ, testibus Beda, & Sigeberto apud Petavium in Epiphan. t. 2. pag. 86. Nihilominùs non erat dies anniversaria Paschæ die vigesima secunda April. statuenda, sed vigesima prima, sub qua die anno præterito in Perside celebratum; ut Romanum Martyrologium promit.

Eminentiss. Baron. in hujus diei elucubratis not. animadvertit, Roman. Martyrolog. certamina gloriosa horum Martyrum è Sozomeno hist. lib. 2. c. 11. 12. & 13. hausisse, ex quo Cassiodor. hist. trip. lib. 3. c. 2. & Nicephor. lib. 8. c. 37. & 38. consentiuntque Usuard. Ado, & alii.

Sed Sozomenus, hos sanctos neque interemptos die anniversaria Passionis Christi, neque eo anno die vigesima secunda Aprilis Parasceven accidisse, scriptum reliquit; cujus verba: *sequenti itaque anno ipso die, quo memoria Passionis Christi recoli solet, cùm jam celebris dies festus Resurrectionis expectaretur, exiit Edictum Saporis crudelissimum in universam Persidem, quod jubebat, ut omnes, qui se confiterentur Christianos, morti addicerentur*. Edictum itaque exiit die Parasceve; cædes verò Christianorum non ea die, sed postero tempore per universam Persidem facta, ex eodem Sozomeno c. 10 & sequ. quamobrem licet quædam Martyrologia Romano adstipulentur, Sozomenis tamen dictis aptanda erunt, ex quo Acta martyrii omnes descripsere; ac proinde, si alii pro eorum sapientia definierint, sedula erit Martyrologii Romani lectio, si concinnetur: *Eodem die SS. plurimorum Martyrum, qui post obitum Simeonis annuo die Passionis Dominicæ, quo Edictum in Christianos sævissimum prodiit per totam Persidis Regionem, pro Christi nomine sub Rege Sapore cæsi sunt*.

(e) *Item in Persia SS. Parmeni, Helimenæ, & soc.*

Disceptatio Topographica.

Usuard. Ado, Raban. Notker. aliique Martyrologi, & Ms. Patrician. Neapoli penès Cleric. Regular. *Cordulæ in Persia SS. Parmeni, Helimenæ, &c.*

Cardinal. Baron. in notis suadet, si additum *Persiæ* reponendum, potiùs *Corduena*, vel *Cordubenna*, quàm *Cordulæ* restituendum; nil quippe commune habet Cordula, sivè Cordyla cum Perside; neque antiqua Geographia in Persidis descriptione Cordulam sivè Cordylam topographizat.

Ast si tot antiqua Martyrol *Cordulam* constanter panditant, hoc nonnisi aliqua ratione, eaque forsan ex ipsomet Baron. deprompta, qui sicut duas concedit *Cordubas*, alteram *in Hispania*, alteram *in Perside*, quamquàm unam tantùm, eamque *in Hispania* Geographi ponant; ita inferre licet, duas dari *Cordulas*, alteram *Cappadociæ* apud Ptolom. tab. 1. Asiæ, & Plin. lib. 6. c. 3. ab eomet Baron. in not accites; alteram verò *Persidis*; compertum namque penès Geographos Urbium, Locorumque, variatis temporum circumstantiis, variari etiam vocabula; ita Paul. Diacon. hist. Miscel. lib. 19. interiorem Persiam tradit, *Cerasam* vocatam, quando id vocabulum neque

que apud Ptolom. legitur, neque apud alios antiquos Geographos, unde *Persidi* non erit neganda *Cordula*; ex eo quòd antiqua Geographia in *Persidis* descriptione *Cordulam* non describit. Aliunde Acta Martyrii penès summos Viros Henschen. & Papebroch. ex iis S. Laurentii excerpta, *Cordulam Civitatem* pluries indicant, ibidem hoc Martyrium referendo.

Verùm Beda genuinus, aliique Codices proferunt; *In Cordula Civitate SS. Permenii &c.* sine *in Persia* addito; quemadmodum pleraque alia Martyrolog. uti illud Reginæ Sueciæ Ms. & de Peregrinis, licèt proferant: *Corduba Civitate*, fllent tamen additum: *In Persia*, aut *in Hispania*.

Cæterùm haud dubium, quin Romanum Martyrologium à sua primæva lectione, nempe *Corduba in Persia* recesserit, nam in ora ejusdem *Corduena* scriptum est, ut in Martyrol. de an. 1605. à Baronio edito; dein in altero 1630. cuso, simpliciter: *Item in Persia SS. Parmenii, Helimena &c.* ita si Sapientioribus placebit, ut ab hac quoque abscedat, silendo *in Perside*, Topographica nutatione immune erit, auspicando: *Eodem die SS. Parmenii, Helimena, &c.*

vi. A Nono Kalendas Maii. Luna. 23
a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
A B C D E F *F* G H M N P
15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

(a) *S. Georgii*. Die 7. Maii Mss. Augustan. & Labbean.
(b) *Felicis Presbyteri*. Die 22. Maii Addit. Carthusian. Bruxellen. ad Greven.
(c) *Adalberti*. Martyr ann. 997. Baron. in not. Ann. 996. Hensch. & Papebroch. Ann. 994. Sigebert. in Chronic. An. 995. Trithem.

(d) *Maroli Episc.* Die 22. April. Galesin.
(e) *Gerardi Episc.* Obiit an. 1053. Baron. eo an. n. 4. An. 994. Hensch. & Papebroch. item Pagi t. 4. eo an. n. 2.

NAtàlis ſancti Geòrgii màrtyris, cujus illùstre martyrium inter corònas màrtyrum Ecclèsia Dei veneràtur. (*a*) Valèntiæ in Gàllia pàssio ſanctòrum màrtyrum Felìcis presbyteri, Fortunàti & Achìllei diaconòrum: qui à beàto Irenæo Lugdunènsi Epìscopo ad prædicàndum verbum Dei missi, cùm màximam partem illius civitàtis ad fidem Chrìsti convertìssent, à Cornèlio duce in càrcerem trusi ſunt, deìnde diutìssimè verberàti, cruribùsque cònfràctis, circa rotàrum vertìginem strìcti, fumum quoque in equùlei suspensiòne perpèssi, ad extrèmum glàdio consummàti ſunt. (*b*) In Prùssia natalis ſancti Adalbèrti Pragènsis Epìscopi & màrtyris, qui Polònis & Hùngaris Evangèlium prædicàvit. (*c*) Mediolànì ſancti Màroli Epìscopi & confessòris. (*d*) Tulli in Gàllia ſancti Geràrdi ejùsdem cìvitàtis Epìscopi. (*e*)

(a) *Baron. an. 290. n. 35. An. 604. n. 87. & an. 703. n. 4. Græci in Menologio Sur. t. 2. & Petr. de Natal. lib. 4. c. 82. Beda genuinus, & alii.* (b) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edition. & Hagiolog. Franco-Gallic.* (c) *Baron. an. 980. n. 1. & sequ. An. 983. n. 16. & sequ. Sur. t. 2. relat. aliique.* (d) *Baron. in not. Pannin. ad an. 415. & Tabul. Eccles. Mediolan.* (e) *Baron. an. 1053. n. 4. & Sigebert. in Chronic. an. 1052.*

Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Proverb. 19.

Amanti doctrinam multa concedetur doctrina. S. Ephr. Syr. apud Gerard. Voss.

(a) *Georgii Martyris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Carulini, Saturnini, Chori, Felicis, Theona, Theodori, S. Georgii, Victorini, Venusti, Victuri, Navori, Soluti, Pleni, Silerii, Felicis, Vitalis, Theodone, Faustini, Saluni, Valeri, Ursi*. Martyrolog Bluman. *Commemoratio Georgii, & Pulsonis*. Martyrolog. Antuerpien. die 25. April. *VII. Kal. Maii In Persia S. Georgii Martyris*. Rosuueyd. Notker. de Peregrin. Usuard. Ado, Mss. Reginæ Sueciæ apud Hollsten. & Patrician. Neapol. penès Clericos Regular. SS. Apostolor. in Schedis Antonii Caraccioli: *In Perside Civitate Diospoli S. Georgii Martyris, &c.* Videtur quidem decère, tàm celebrem ubique Terrarum Divum, non adeo breviter, & jejunè in Roman. fastis recenseri. Acta apud Sur. *sub Diocletiano* agonem hujus Sancti referunt. Notker. sub *Datiano* Rege potentissimo, cum ipsius Regis uxore Alexandra.

Cardinal. Baron. in not. suadet, diversa scripta nomine hujus Sancti Georgii, in ejusdem vita *Gelasium* inter Apocrypha rejecisse: Petr. verò de Natal. hanc censuram non *Gelasio*, sed *Concilio Niceno* tribuit.

(b) *Valentia in Gallia Felicis Presbyteri, Fortunati, & Achillei Diaconorum*. Valentia, *Valence*, Urbs Galliæ Narbonensis in finibus

finibus Allobrogum, ad Rhodanum fluvium in Delfinatu apud Hisaræ flumen cum Rhodano confluentiam, inter Viennam Metropolim, & Avenionem, Diæ, & Vivario finitima, duorum Cæsaris filiorum sepultura. Martyrolog. Epternacen. pro Achillei, *Cellei*. Martyrol. de Peregrin. *Achilei*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Valentina Civitate in Gallia*. Martyrol. Corbejen. *Valentina Civitate in Gallia*. Ms. Richenovien. *Valentia Civitate in Gallia Felicis Presbyteri, Fortunati Diaconi*, silet *Achillei*. Saussayus: *Valentia Segalaunorum, Felicis Presbyteri, Fortunati, & Achillei Diaconorum*. Est Valentia Segalaunorum sub Metropoli Viennensi.

(e) *Tulli in Gallia Gerardi Episcopi*. Tullum Urbs antiqua Leucorum ad Mosellam fluvium in Belgica prima sub Metropoli Augusta Trevirorum. Leo Papa-habita Synodo de Sanctitate vitæ mirabili hujus Gerardi Episcopi, ordine sexti, per auctoritatem Apostolicam in numero Sanctorum Confessorum in Ecclesia solemniter habendum decrevit.

Disceptatio Topographica.

(b) *Valentia in Gallia passio Felicis Presbyteri, Fortunati, & Achillei Diaconorum.*

Petrus de Natal. Catal. SS. lib. 4. c. 83. panditat: *Valentia Civitate Hispania passio SS. Martyrum Felicis Presbyteri, Fortunati, &c.*

Ast Henschen & Papebroch. in Actis SS. animadvertunt, Petrum forsan nescisse in Galliis aliam Urbem extare, *Valentiam* dictam; Sed videtur merè præsumi, quòd ignorasset Petrus hanc Urbem Valentiam in Galliis; etenim Salazar. Bivarius, Charus, aliique, nedum *Valentia Civitate*, sed signate Vesunsionensem Urbem in Hispania Tarraconensi, Regni Valentini Metropoli, promunt. Adstruit Chronic. sub nomine Flav. Dextri ad an. 255. n. 5. *In Lusitanea Urbe Vectonum Valentia passi sunt Sancti Christi Martyres Felix, Fortunatus, & Achilleus, à S. Ireneo missi ad prædicandum contra Hæreticos Gnosticos 23. Aprilis*: Et quamvis Raynaudus in Sanctorum Lugdunensium Indiculo id ægrè ferat, apud Valentinos in Gallia hos Martyres efferendo, non idcircò procul est à dubio.

Eminentissim. Baron. in not. pro Rom. Martyrol. assertione Bedam, Usuard. Adonem, & Acta apud Surium advocat: Consentiuntque profectò antiqua Martyrol. quæ *Valentia in Gallia* hos Martyres adscripsere.

Verùm hi Scriptores ex præconcepta Valentia in Galliis, ibi hos inclytos Martyres produxere, maximopere quòd non modica eorum corporum portio Arelatæ Franciæ extat, ubi die sequenti agitur festum, ut in Martyrologio Gallicano Saussay, & in Kalendar. atque Officio Arelatensi.

Cæterùm S. Davila Episcop. Giennen. lib. 3. de Venerat. Sacrar. Reliquiar. c. 8. *In Ecclesia Majore Valentina asservari corpus S. Ludovici Episcopi Tolosani, & S. Felicis Presbyteri, ejusque Diaconorum Sanctorum Fortunati, & Aquislogi*, aliàs *Achillei Martyris*: Et quùm Acta Martyrii Authore coævo ex Ms. Treviren. S. Maximini collato cum editione Sur. penes Hensch. & Papebroch. *Valentiam Urbem* tantùm recenseant, sine ullo addito *in Galliis*, aut *in Hispania*, idcircò, ut Roman. Martyrolog. expers sit dubii, & alii pro eorum sapientia decernerent, sedulò pariformiter proferret: *Valentia passio Sanctorum Martyrum Felicis Presbyteri, Fortunati, & Achillei Diaconorum*.

v. B Octavo Kalendas Maii. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	q	q	r	ſ	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

(b) Alexandri Martyr. Die 22. April. Acta apud Sur.

ROmæ sancti Sabæ ductòris mìlitum, qui accusàtus quòd Christiànos in càrcere detèntos visitàret, coram Jùdice Christum liberè confèssus est: à quo facibus adùstus, & in lebètem picis fervèntis injèctus, cùm evasìsset illæsus, eo miràculo septuagìnta viros ad Christum convèrtit; qui omnes in confessiòne fìdei constànter permanèntes, glàdio cæsi sunt: postrèmò ipse demèrsus in flumen martyrium consummàvit. (*a*) Lugdùni in Gàllia natàlis sancti Alexàndri màrtyris, qui in persecutiòne Antonìni Veri post càrceris custòdiam primò ita laniàtus est crudelitàte verberàntium, ut crate solùta costàrum, patefactis

tefàctis viscèribus, interiòra còrporis panderèntur: deìnde crucis affixus patìbulo, beàtum spìritum exanimàtus emìsit. Passi sunt cum eo & àlii nùmero trigintaquàtuor, quorum memòria àliis dièbus àgitur. (*b*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Eusèbii, Neònis, Leòntii, Longìni, & aliòrum quàtuor, qui in persecutiòne Diocletiàni post diros cruciàtus glàdio percùssi sunt. (*c*) In Anglia deposìtio sancti Mellìti Epìscopi, qui à sancto Gregòrio in Angliam missus, Orientàles Sàxones & Regem ipsòrum ad fidem convèrtit. (*d*) Illìberi in Hispània sancti Gregòrii Epìscopi & confessòris. (*e*) Brìxiæ sancti Honòrii Epìscopi. (*f*) In Hibèrnia sancti Egbèrti presbyteri & mònachi, admiràndæ humilitàtis & continèntiæ viri. (*g*) Rhemis sanctàrum vìrginum Bonæ, & Dodæ. (*h*)

(c) *Eusebii, Neonis, & Soc.* Martyres anno 305. Baron. eo ann. nu. 17. An. 306. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(c) *Gregorii Episc.* Die 25. Martii Ms. Coloniense apud Carmelit. Die 17. Novembr. Petr. in Catal. lib. 10. c. 72.

(g) *Egberti Presbyteri, & Monachi.* Die 5. Januar. Kalend. Ms. Sanctorum Ordin. Benedict. Die 18. Septembris Greven. & Canis. Die 16. Decembr. Acta.

(a) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Henschen. & Papebroch. Acta.* (b) *Baron. in not. Sur. t. 2. prior. edit. Usuard. Ado, & cæteri.* (c) *Baron. an. 305. n. 17. & an. 308. n. 27. item Græci hac die in Menolog.* (d) *Baron. an. 624. n. 4. Mabillon. t. 2. Act. Benedict. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 371. n. 122. & an. 388. n. 98. S. Hieronym. de Scrip. Ecclesiast. Isidor. de vir. illustr. c. 1. in Osio, & Honorius Augustud. c. 105.* (f) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. Hensch. & Papebroch. Acta.* (g) *Baron. an. 690. n. 2. & Beda de gest. Anglor. lib. 3. c. 4. & 27. & lib. 5. c. 10. & 23.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 7.*

Non aliam putes Sapientiam, nisi veritatem. S. August. de liber. arbitr.

(a) *Saba, & septuaginta vir.* Martyrol. Arabum Ægyptiac. latinè apud Simonium: *Certamen S. Sabæ Pastoris*. Kalendar. Copticum penès Seldenum: *Festum Sociorum*, scilicet *S. Sabæ*.

(b) *Lugduni in Gallia Alexandri Martyris, & alii numero triginta quatuor*. Martyrologium Hieronymian. Lucen. *In Lugduno Civitate Galliæ Alexandri cum aliis numero xxiv. & dedicatio Cryptæ, ubi eorum corpora requiescunt*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Et alii num. xxxxIIII.* hic quoque numerus in Hagiologio Franco-Gallico. Scriptores Gallici hunc *Alexandrum* vocant *Secundum*, ad discrimen alterius *Alexandri*, professione *Medici*, passi sub eadem Antonini persequutione die 2. Junii cum S. Potino.

(c) *Eodem die Eusebii, Neonis, Leontii, Longini, & aliorum quatuor*. Martyrolog. Epternacen. *In Alexandria item Donati, Floriani, Theonis Presbyteri, & aliorum xxIIII.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria: Item Donati, Floriani, Teoni Presbyteri, Saluni, Theonæ, Valeriæ, Fortuni, Publi, Martiæ, Sabauciæ, Theudestiæ, Valeriani, Urbani, Horni, Luci, Victoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Coronatæ Virginis, Victori, Zoticæ, Fortuni, Donati, Felicis, Secundi, Saturnini, Silvani. Item Silvani, Rofinæ, Liberalis, Mecuri, Coniti, Firiani, Barachi, Nabori, Fusci, Maventi, Serati, Fortuni, Donati, Floriani, Theonis Presbyteri*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Alexandria Theonis Presbyteri*.

Qui falsæ scientiæ fiducia decipiuntur, ad veram sapientiam non perveniunt. S. August. lib. 1. de Chatechizand. c. 3.

At *Theon* videtur alius à *Neone*, nullo loco cum Sociis in hoc Romano Martyrologio signato. Synaxarium Parisien. Collegii Claromontani Societ. Jesu penès Henschen. & Papebroch. *Eodem die certamen SS. Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii, Longini, Christophori, Demetrii, Donabi, Donati, Therini, Nestami, Nites cum Sociis suis.* Chronicon nomine Julian. Petri ad ann. 290. n. 130. *Die 24. Aprilis Civitate Lanissa, quæ nunc Docana, vel Tocana dicitur à tempore Gallorum, propè Carthaginem Spartariam, & Eliocrotam memoria SS. Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii, & Longini, & aliorum quadraginta, qui in dicta Diocletiani, & Maximiani persecutione, post diros cruciatus fortiter toleratos, gladio tandem consummati sunt*. An hi Martyres Hispaniæ tribuendi, Henschen. & Papebroch. contendunt.

(d) *In Anglia depositio Mellici Episcopi.* Anglia vulgò *Inghilterra*. Albionis, sivè magnæ Britanniæ Insula magna, pars Galliæ Celticæ, hoc est Normandiæ, Britanniæ minori, ac Belgicæ, seu Picardiæ adjacens. Divisa in duo Regna, Scoticum quo ad Septentrionem, & Anglicum, quod vergit in Austrum. De Peregrinis sine loci nota: *Eodem die depositio Meliti Episcopi, & Confessoris*. Beda genuin. & Raban. *Depositio Melliti Episcopi in Britannia*. Usuard. *Melliti Archiepiscopi*. Ado addit: *Qui tertius post Augustinum Dorovernensem Ecclesiam suscepit*. Dorgan. & Menard. Martyrologio Ordin. Benedict. *Item Mellitus Episcopus*

ſcopus, & Confeſſor. S. Gregor. Papa : *Confeſſor, & Abbas*. Mabillon. t. 2. Actor Ordin. Benedictin. nutat, an Abbas Monaſterii S. Andreæ, aut Patriarchal. Lateranenſis, hoc Patriarchatu Monachis Caſſinatibus tunc attributo, vel tantùm Abbas, aut Prælatus eorum, quos Gregor. laudatus ſubſidiarios Auguſtino delegabat.

(e) *Illiberi S. Gregorii Epiſcopi*. Illiberis *Eliberis*, & *Elibers*. Urbs olim Hiſpaniæ Bæticæ; cujus adhuc veſtigia apud Granatam Urbem clariſſimam, Regiam, & Metropolim, ex illius reliquiis conſtructam. Uſuard. *In Civitate Eliberi*. De Peregrin. *Item Civitate Hiberi*.

(g) *In Hibernia Egberti Presbyteri, & Monachi*. Ferrar. General. Catal. SS. *In Inſula Huventi S. Egberti Presbyteri, & Abbatis*. Martyrol. Scoticum Dempſten. *Dorni in Suthelandia S. Egberti*, nullo addito *Presbyteri*, vel *Monachi*, ſive *Abbatis*. Alii videant, an idem.

Diſceptatio Topographico-Chronologica.

(a) *Romæ S. Sabæ Ductoris militum; qui poſtremò demerſus in flumen, Martyrium conſummavit*. Ambiguum, an hic *Saba* in flumen demerſus mortem oppetiiſſet, alio reperto *Saba Gotho*, die 12. Aprilis apud Latinos, die 18. apud Græcos, qui in Muſæum flumen ſubmerſus, Martyrium complevit.

Eminentiſſim. Baron. in not. *Agunt de eodem hac die Græci in Menologio, Romæque paſſum tradunt temporibus Aurelii Imperat.*

At licèt hoc habeat Menologium Cardinal. Sirleti, quo ſæpè Baron. in not. uſus, ex Menæis collectum : attamen Menolog. Baſil. Porphyrogeniti Imperat. decimo ſæculo Chriſti exaratum, de hoc *Saba*, aliiſque ſeptuaginta militibus hac ipſa die hæc in calce effert : *Eductus iterùm è carcere, & juſſus Chriſtum abnegare, & idola adorare, cùm nollet id facere, gladio ejus ſacrum caput eſt abſciſſum.*

Nec officit, fieri potuiſſe, ut uterque eodem genere Martyrii, in fluvium ſcilicet, vitam conſummaverit, alter *in Gothia ſub Valente*, die 18. Aprilis Conſtantinopoli, & Cappadociæ cultus : alter *Romæ* hac die *ſub Valentino*, ut Menæa.

Nam id obtigiſſe non legitur; quinimmò oppoſitum in ipſo Baſilii Menologio, apertè capite plexum ferente; quò ad alia Menæa, hæc ſatis oſcitanter ſæpe collecta fuere; undè mortem per aquam uni *Sabæ* illatam, alteri tribuere, & alterum cum altero confudere; ea forſan conjectura factum, quòd huic *Sabæ* reciſo capite, dein corpus *in flumen dejectum fuit*, ut quoddam Ephemericum Hexametrum :

Ingredere flumina corruptionis Saba,
Bibas incorrupte ut flumina voluptatis.

Ex Menæis laudatis Cardinal. Sirletus, Maxim. Cythetæus, Galeſin. & Martyrol. Germanic. hunc *Sabam in fluvium demerſum* reſcripſere.

Cæterùm ut Roman. Martyrol. hoc dubio careat, & ne unum cum altero *Saba* confundat, præmiſſo Sapientiorum judicio, ſedulò reſcriberet : *Romæ Sancti Sabæ Ductoris militum : qui &c. Poſtremò quoque ipſe glorioſè Martyrium conſummavit.*

iv. C Septimo Kalendas Maii. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

* *Initium Artemiſii Octavi Syro-Macedonum, & Deſii Octavi Macedonum menſis*. Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardinal. Noris.

ALexandriæ natàlis beati Marci Evangeliſtæ. Hic diſcìpulus & intèrpres Apòſtoli Petri, rogàtus Romæ à fràtribus, ſcripſit Evangèlium, quo aſsùmpto, perrèxit in Ægyptum, primùſque Alexandriæ Chriſtum annùntians, conſtituit Ecclèſiam : ac pòſteà pro fide Chriſti tentus, fùnibus vinctus, & per ſaxa raptàtus, gràviter afflìctus eſt; deìnde reclùſus ìn càrcere, primò Angèlica viſitatiòne confortàtus, & demum ipſo Dòmino ſibi apparènte, ad cœlèſtia regna vocàtus eſt octàvo Nerònis anno. (*a*) Romæ Litaniæ majòres ad ſanctum Petrum. (*b*) Syracùſis ſanctòrum màrtyrum Evòdii, Hermògenis, & Calliſti. (*c*) Antiochìæ ſancti Stèphani Epìſcopi, & màrtyris, qui ab hærèticis Synodum Chalcedonènſem impugnàntibus multa paſſus, in Oròntem

(a) *Marci Evangeliſtæ*. Obiit an. 64. Baronio an. n. 1. Circ. 68. Henſchen. et Papebroch. Die 11. Januar. Græci in Menæis. Die 23. Septembris Florentin.

(c) *Evodii*. Die 1. Septembris Græci in magnis Menæis.

(f) *Aniani Episc.* Ann. 87. Baron. eo ann. num. 1. An. 86. Hensch. & Papebroch. Ann. 85. Chinius.

fluvium præcipitàtus est, tèmpore Zenònis Imperatòris. (*d*) Ibidem sanctòrum Philònis & Agathèpedis diacoròrum. (*e*) Alexandriæ sancti Aniàni Episcopi, qui beàti Marci discipulus, ejùsque in Episcopàtu succèssor, clarus virtùtibus, quièvit in Dòmino. (*f*) Làubiis natàlis sancti Ermìni Episcopi & confessòris. (*g*)

(a) *Baron. an. 33. n. 13. An. 45. n. 15. An. 64. n. 1. & sequ. n. 29. & sequ. & an. 414. n. 20. Græci in Menolog. Euseb. hist. lib. 2. c. 14. & 15. & lib. 3. c. ultim. Nicephor. hist. lib. 2. c. 5. S. Hieronym. de Scriptor. Eccles. S. Isidor. de Vit. & obit. SS. Lippom. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (b) *Baron. an. 58. n. 112 Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 9. n. 129. Usuard. Maurolyc. aliique recentiores, Henschen. & Papebroch. Acta.* (d) *Baron. an. 479. n. 1. Evagr. histor. lib. 3. c. 10. & Nicephor. lib. 15. c. 28.* (e) *Baron. an. 109. n. 8.* (f) *Baron. ann. 87. n. 1. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 2. c. 23. & lib. 3. c. 12. Nicephor. hist. lib. 3. c. 2. S. Hieronym. de Scriptor. Eccles. in Marco, & Petr. in Catal. lib. 9. c. 19.* (g) *Baron. an. 737. n. 3. Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belgii.*

Erudivit eum scientia. Isai. 4.

(a) *Marci Evangelistæ*. Cardinal. Sirlet. in Menolog. *Marci Apostoli*. Lithurgia Æthyopica: *Marcus Evangelista, & Martyr*. Sacrament. S. Gregor. in Præfat. *Ut per Sacerdotalem infulam pervenerit ad Martyrii palmam*. S. Gregor. Turonen. lib. 1. cap. 24. *Marcum Evangelistam pro Christi nomine martyrio coronatum*. Adstipulantur Acta antiqua S. Petri Alexandrini, græcè, latinèque edita à Combefitio, ex quibus Raban. & Notker. quinimmò S. Gelas. decret. de libr. Apocryph. affirmat: *in Ægypto Martyrium complevisse*. Sequuntur Metaphrast. & Nicephor. lib. 2. c. 43. Author Chronic. Alexandrin. dictat, Marcum in Ægyptum profectum ad prædicandum *anno tertio Caii Caligulæ*. Eusebius in Chronic. *anno secundo Claudii*; quo anno suadet etiam adventum S. Petri Romam. Eutichius Patriarcha Alexandrin. *anno Claudii nono*. Item incertum sub quo vita functus. S. Hieronym. Beda genuin. & Roman. Martyrolog. *anno octavo Neronis*. Acta penès Sur. *anno decimo octavo, imperante Cajo*.

(b) *Romæ Litania Maiores ad S. Petrum*. Mss. Vatican. & Lætien. S. Lamberti: *Eodem die Letania Major*, nil aliud.

(c) *Syracusis Evodii, Hermogenis, & Callisti*. Alibi: *Callistæ, & Calestæ*. Martyrolog. Epternacen. *Syracusa Civitate Evodi, Hermogenis, Calisti*. Martyrol. Corbejen. *In Syracusa Civitate Siciliæ, Evodii, Hermogenis, & passio S. Georgii, Calestæ*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Syracusa Civitate Siciliæ, Evodi, Hermogenis, & Calistæ*. Ms. Barberinian. pro Evodi, *Evadi*. Cajetan. Martyrol. Siculo: *Syracusis Sanctorum fratrum Martyrum Evodii, Hermogenis, & Sororis Callistes*. Petr. de Natal. ex veter. Martyrol. *Dunadius, & Hermogenes in Civitate Syracusana Martyres coronantur VII. Kal. Maii*. Martyrol. de Peregrin. *Civitate Syracusis Evodii, & Hermogenis* Martyrol. Roman. Ms. Monaster. S. Cyriaci, quo sæpè Baron. in not. usus: *Cæsareæ S. Evodus, & Calista*; Sed aut alii, aut luxatè *Cæsarea*. Ad 1. Septembr. Magna Græcorum Menæa, nulla loci nota: *Eodem die 1. Septembris Sanctorum Martyrum & germanorum Evodi, Callistæ, & Hermogenis*. Maxim. Cythetæus: *Memoria SS. Martyrum Agathocles, Callistæ, Hermogenis, & Evodii*.

Quærite judicium. Isai. 1.

(d) *Antiochiæ Stephani Episcopi*. Cardinal. Baron. ad annum 479. num. 1. & sequ. & in not. huic Stephano tribuit, quæ antiqui de Stephano *Juniore* Episcopo Antiocheno scripsere, anno 482. acutis calamis, veluti cuspidibus jugulato, adstipulanturque Hensch. & Papebroch. Pagi verò t. 2. ad an. 479. n. 2. & an. 482. n. 6. suadet Stephanum Antiochenum Episcopum, de quo hac die, fuisse *Seniorem*, nec martyrio in morte coronatum.

(e) *Ibidem Philonis, & Agathopedis Diaconorum*. Salazar. Martyrol. Hispan. *Antiochiæ S. Agatopæ Martyris*. Brautius Episcop. Sarsinæ suo poetico Martyrolog. canit:

Officio Levita sacro perfunctus, uterque
In fluvium mersus, Martyr uterque migrat.

(g) *Laubiis Ermini Episc.* Laubiis, & Laubiæ, *Launes*. Urbs Belgii in Hannonia, cum Monasterio insigni apud Binchium ejusdem tractus Oppidum præclarum, ubi Monasterium quondam numero, ac sanctitate Monachorum insigne, nunc pagus semidirutus jacens, corporibus SS. apud Binchium translatis, inter quæ illud *Ermini* putandum.

* Initium noni mensis Ægyptiaci Pachon, seu Baschnes. Pagi t. 1. in calce ex Cardinal. Noris Epoch.

iii. D Sexto Kalendas Maii. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27					

(a) *Cleti Papæ.* Martyr an. 93. Baron. eo an. nu. 1. & sequ. Ann. 84. Hensch. & Papebroch. An. 83. Pagi t. 1. ad eum an. nu. 5. Die 13. Julii Ado, Notker. Die 29. April. Raban. & Beda cusus.

ROmæ natàlis beàti Cleti Papæ, qui secùndus post Apòstolum Petrum rexit Ecclèsiam, & in persecutiòne Domitiani martyrio coronàtus est. (*a*) Ibìdem sancti Marcellini Papæ & màrtyris, qui sub Maximiàno pro fide Christi unà cum Clàudio, Cyrìno, & Antonìno càpite truncàtus est: quo tèmpore magna fuit persecùtio, ita ut intra mensem, decem & septem millia Christianòrum martyrio coronarèntur. (*b*) Amasèæ in Ponto sancti Basilèi Epìscopi & màrtyris, qui sub Licinio Imperatòre illùstre martyrium consummàvit, cujus corpus in mare projèctum, & ab Elpidìphoro Angeli mònitu repèrtum honorìficè tumulatum fuit. (*c*) Bràcari in Lusitània sancti Petri màrtyris, primi ejùsdem civitàtis Epìscopi. (*d*) Viènnæ sancti Clarèntii Epìscopi & confessòris. (*e*) Verònæ sancti Lucìdii Epìscopi. (*f*) In monastèrio Cèntula sancti Richàrii presbyteri & confessòris. (*g*) Trecis sanctæ Exuperàntiæ vìrginis. (*h*)

(c) *Basilei Episc.* Martyr an. 316. Baron. eo ann. nu. 17. Ann. 322. Henschen. & Papebroch. Anno 319. Pagi t. 1. ad an. 316. n. 7.

(e) *Clarentii Episc.* Die præced. Greven. Auctar. ad Usuard.

(g) *Richarii.* Pridie hujus Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(a) *Baron. an. 93. n. 1. & sequ. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 3. c. 12. Nicephor. lib. 3. c. 2. Beda, Usuard. Ado, aliique.* (b) *Baron. an. 302. n. 88. An. 303. nu. 88. & sequ. An. 304. n. 23. & sequ. Nicephor. Callist. hist. lib. 6. c. 34. Nicephor. Episcopus in Chronic. Optat. lib. 2. contra Parmen. & S. Augustin. Epist. 165.* (c) *Baron. an. 313. n. 2. An. 316. n. 17. & an. 314. n. 78. item Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edition.* (d) *Baron. in not. Vasæus in Chronic. Hispan. Flos SS. Hispan. & Thesaur. concion. t. 2. hac die.* (e) *Baron. in not. Tabul. Demochar. Henschen. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. an. 347. n. 11. & Tabul. Eccles. Veronen.* (g) *Baron. an. 631. n. 14. Sur. t. 2. prior. edit. Petr. de Natal. lib. 4. c. 90. & Trithem. de Vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 98. & 295.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Henschen. & Papebroch. Acta.*

Auris zeli audit omnia. Sapien. 1.

(a) *Cleti Papæ, qui secundus post Apostolum Petrum, in persecutione Domitiani martyrio coronatus.* Florus: *Qui tertius post Petrum annis duodecim præfuit Ecclesiæ, passus est tempore Vespasiani, & Titi.* Catal. Summor. Pontific. in Membran. Palatin. antiquiss. Bibliothec. Vatican. *Clet. sedit an. XII. mensem I. dies XI.* Ex his Codicibus controversum liquet, quo tempore ordinatus, & martyrizatus. Vuandelbert. suo poetico Martyrologio:

Sextaque Pontificis recolit certamina Cleti.

Breviarium Romanum panditat: *Primus in literis usus est verbis: Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* Mabillon. Oper. de re Diplomatic. asserit, Joann. V. & Sergium I. illis verbis usos fuisse.

(b) *Marcellini Papæ & Martyris, cum Claudio, Cyrino, & Antonino.* De Peregrin. pro Antonino, *Antonio.* Kalendar. Aventin. hac ipsa die: *Anacleti Papæ & Martyris, Marcellini Papæ.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Ipso die depositio S. Marcellini Papæ, qui, cùm Ecclesiam IX. annos, menses IV. rexisset temporibus Diocletiani, & Maximiani, ab eodem Diocletiano pro fide Christi unà cum Claudio, Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & post dies XXV. sepultus via Salaria in cubiculo à Marcello Presbytero, & Diaconibus cum hymnis.*

Ut possit exprobanti respondere. Proverb. 26.

Nicephor. Callist. lib. 6. hist. cap. 13. & Nicephor. Episcop. in Chronic. non discriminant Marcellinum à Marcello; Latini tamen, inter quos Optat. Milevitan. & S.

Augustin. unum ab alio sejungunt.

(c) *Basilei Episcopi, & Martyris*. Valesius in not. ad Eusebium ambigit, an Martyr obierit; sed perperam suadet Pagi to. 1. ad an. 316. n. 7. Ipsi consulendi.

(e) *Viennæ Clarentii Episc.* Saussayus Martyrol. Gallicano die præcedenti: *Viennæ Allobrogum S. Clarentii Episcopi*.

Cardinal. Baron. in not. *Ponitur hic trigesimus ejus Sedis Episcopus sub Vitaliano Papa, in Tabul. Demochar.* Divio: *S. Clarentii Confessoris trigesimi primi Archiepiscopi Viennensis, sedente Romæ Sancto Martino Papa*. Saussayus: *Tempore Dagoberti Regis*. Divio item: *Tempore Constantini Magni, pii Imparatoris*.

(g) *In Monasterio Centula S. Richarii Presbyteri, & Confessoris*. Centula, *S. Richier*, vel *Riquier*. Pagus cum Monasterio Galliæ Belgicæ in Picardiæ finibus, in Pontinia regione juxta Artesiæ fines, Tarvanensis olim, nunc Bononiensis Diœcesis. Usuard. Notker. & Petr. de Natal. *Ticharis*. Maurolyc. *Riarii*. Martyrol. Hieronymian. sine loci nota: *vi. Kal. Maii Richarii Confessoris*. Mss. Attreban. & Tornacen. adhuc subducto loco: *Depositio S. Richarii*. Martyrolog. Corbejen. *Centulo Monasterio in Gallia depositio S. Richarii*, Ms. Bruxellen. S. Gudilæ: *S. Richarius Presbyter in Pago Pontino*. Saussayus: *In Ambianis S. Richarii Centula Monasterii Abbatis*. Martyrol. Centullen. *In Pago Pontino Cœnobio Centula S. Richarii Episcopi, & Confessoris*; facilè τὸ *Episcopi* pro *Abbatis*. Alb. Flaccus apud Sur. è villa Centula Provinciæ Pontinæ oriundum scribit, & hac die obiisse, ac non multò pòst ad Centulam Monasterium corpus translatum.

(h) *Trecis Exuperantiæ Virginis*. Martyrol. antiqu. Monasterii Cellen. *Trecas apud Monasterium S. Frodoberti natalis S. Exuperantiæ Virginis*. Artur. in Gynecco sacro hac ipsa die: *Auximi in Piceno S. Exuperantiæ Virginis, & Martyris*. Sed videtur alia.

(b) *Ibidem S. Martelli Papæ, & Martyris sub Maximiano*. Ferrarius quidem hæsitat, an mortem sub Maximiano oppetiisset. *Disceptatio Chronologica.*

Eminentissimus Baronius ad annum 304. n. 23. id affirmat ex Tabul. Ecclesiasticis, quæ indicant Marcellinum Pontificem unà cum Claudio, Cyrino, & Antonino sub *Maximiano* sexto Kalend. Maii capite truncatum; adstipulaturque Liber de Rom. Pontific. exhibendo, Marcellinum pervenisse usque ad annum Consulatus Diocletiani nonum, & Maximiani octavum.

Ast si hoc Martyrium obtigerit an. 304. & hac die 26. Aprilis, liquet, nullatenus sub *Diocletiano, ac Maximiano*, qui eodem anno 304. die 19. Februarii Imperium abdicavere, ut Baron. contra Panvinium ad eum an. nu. 1. Adstruunt Zosimus lib. 2. Eusebius hist. Idacius in fastis, & Author Chronic. Alexandrin.

Quòd si quis obtruderet, Pagi virum eruditum suæ Criticæ Historico-Chronologicæ t. 1. ad eum annum 304. ex Lactantio lib. de Mort. Persecut. c. 17. tradere, Diocletianum, & Maximianum anno 305. Imperii purpuram deposuisse, proindè Marcellini agonem contingere potuisse sub Diocletiano, aut Maximiano.

Baron. ejusque Asseclæ Pagi refragantur, unde hoc sub trica videtur, quæ inter ipsos summos viros remaneat; interim ex hoc Romano Martyrol. in præsentiarum abeat, & præstita Sapientiorum definitione, utroque Cæsare expuncto, sivè *Maximiano*, sivè *Diocletiano*, enuncietur: *Ibidem S. Marcellini Papæ & Martyris, qui pro fide Christi unà cum Claudio, &c.*

ii. E Quinto Kalendas Maii. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

(a) *Anthimi Episcopi*. Martyr an. 302. Baron. eo an. num. 30. Hensch. & Papebroch. Ann. 303. Pagi to. 1. ad an. 293. n. 3. Die 3. Septemb. Cardinal. Sirlet. in Menol. Græc.

NIcomediæ natàlis sancti Anthimi Epìscopi & màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni ob confessiònem Christi martyrii glòriam càpitis obtruncatiòne suscèpit. Secùta est quoque illum univèrsa penè gregis sui multitùdo; quorum àlios Judex glàdio obtruncàri, aliòs ignibus conflagràri, àlios navìculis impòsitos pèlago immèrgi fecit. (a) Tarsi in Cilìcia sanctòrum Càstoris & Stèphani màrtyrum. (b) Romæ depositio beàti Anastàsii Papæ, viri ditìssimæ paupertàtis & Apostòlicæ solicitùdinis: quem (ut ait sanctus Hierònymus) diu Roma habère

non

(c) *Anastasii Papæ*. Obiit an. 402. Baron. eo an. num. 42. Hensch. & Papebroch. Ann. 401. Pagi to. 1. ad an. 398. n. 5. Die 18. April. Greven. Auctar. ad Usuard. Die 28. Calend. Capuan. Die 14. Decembr. Pagi loc. cit. & Florentin.

non mèruit, ne Orbis caput sub tali Episcopo truncarètur: nam haud multò post ejus òbitum Roma à Gothis capta atque dirèpta fuit. (*c*) Bonòniæ sancti Tertulliàni Episcopi & confessòris. (*d*) Brixiæ sancti Theòphili Episcopi. (*e*) Constantinòpoli sancti Joànnis abbàtis, qui pro cultu sacràrum Imàginum sub Leòne Isàurico plùrimùm decertàvit. (*f*) Tarracònæ beàti Petri Armengàudii, Ordinis beàtæ MARIÆ de Mercède Redemptiònis Captivòrum, qui pro fidèlibus redimèndis in Africa multa passus, tandem in convèntu sanctæ MARIÆ Pratòrum beàto fine quièvit. (*g*) Limæ in Regno Peruàno beàti Turibii Archiepìscopi, de cujus natàli àgitur dècimo Kalèndas Aprilis. (*h*)

(g) *Petri Armengaudii*. Die 1 Septemb. in Oppido de la Guardia Diœcess. Tarraconen.

(h) *Turibii*. Die sequ. Ferrar. Catal. Sanctor.

(a) *Baron. an. 293. n. 2. An. 301. n. 24. & an. 302. n. 30. & 42. Euseb. Hist. lib. 8. c. 6. Nicephor. hist. c. 6. & 16. Lippom. t. 6. & Sur. t. 6. prior. edition.* (b) *Baron. an. 385. n. 9. Maurolyc. & alii.* (c) *Baron. an. 400. n. 33. & sequen. item Usuardus, Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Iidem ibidem.* (f) *Baron. an. 734. n. 2. An. 766. n. 27. & an. 821. n. 72. & sequent. & Græci hac die in Menologio.* (g) *Henschen. & Papebroch. in Actis SS.* (h) *Ibidem.*

Putavi sine affirmatione tractanda. S. Augustin. quæstione 2. de Diversis.

(a) *Nicomediæ Anthimi Episcopi & Martyris*. Aliis: *Anchimi*, *Anchini*, *Anthemii*. Martyrol. Epternacen. *Nicomediæ Anthimi, Stephani Episcopi, & Antoni Presbyteri, Libandis, Zenori Episcopi, Genori, Maurini, Sodali, Eutici, Zotici, Hilpidi*. Martyrolog. Corbejen. *In Nicomedia Anchimi Episcopi, Stephani Episcopi, Antonini Presbyteri*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Anchini Episcopi, Stephani Episcopi, Antonini Presbyteri*. Martyrol. Bluman. pro Anchini, *Ancimi*. Mss. Cassinen. Monasterii S. Benedicti, Rom. Bibliothec. Altempsian. Vatican. S. Petri, & Reginæ Sueciæ Holstenii: *Nicomediæ Anthimi, & Stephani Episcoporum*. Ms. Augustan. S. Udalrici: *Anthimi Episcopi, Anchimi, Stephani, Antonini*. Ms. Parisien. Labbei pro Anchimi, *Anessimi*. Ms. Treviren. S. Martini: *In Nicomedia Anthemi Episcopi, & Martyris, & aliorum XI*. Ms. Divionen. *Nicomediæ S. Anthimi Episcopi cum innumera multitudine Martyrum*.

Ferrar. Catal. General. SS. alium Anthimum Episcopum Interamnen. & Spoletanum refert in Umbria die 21. Februar.

(b) *Tarsi in Cilicia Castoris, & Stephani Martyrum*. Martyrol. Epternacen. *In Tarso Ciliciæ Castoris: & in Castol. Ajoviæ, Capri, Mauri, & Capti Diaconi, Esandi, Priami*. Martyrol. Corbejen. *In Civitate Tarso Ciliciæ Castoris, Germani, & alibi Mauri, & Capti Diaconi, Husandi, Priani, Cypri*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Tarso Ciliciæ S. Castori. In Capia Mauri, & Capti Diaconi Husanni, Panni, Priami*. Florar. Ms. *Tarsi Ciliciæ S. Castoris, & S. Stephani Episcopi, Antonii Presbyteri, & Vitalis Martyrum*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Eodem die in Civitate Tarso Ciliciæ S. Castoris*. Ms. Vatican. S. Petri: *Castorii*, silent tamen Stephani. Ms. Lætien. S. Lamberti sine loci nota: *Casteris, & Stephani Episcopi*. Galesin. *Tarsi in Cilicia Castoris, Stephani, Hermetis, & Victoris*.

Relinquam doctrinam quærentibus. Ecclesiast. 24.

(c) *Anastasii Papæ*. Cardinal. Baron. ex Marcellino Comite arbitratur sedisse annos quatuor, mensem unum, & dies tredecim; Ado annos tredecim, dies decem; Chronic. Ms. Bibliothec. Colbertinæ dies viginti duos; Liber Pontific. annos duos, dies viginti quatuor.

(e) *Brixiæ Teophili Episc.* Galesin. *Brixiæ in Italia S. Theophili Episcopi, & Confessoris*.

(f) *Constantinopoli Joannis Abbatis*. Menolog. Græcor. *Eodem die S. Patris nostri Joannis Confessoris, Abbatis Monasterii Catharorum*. Menæa: *Joannis Confessoris, & Archimandritæ*.

Disceptatio Chronologica.

(f) *Constantinopoli Joan. Abbat. qui pro cultu Sanctarum Imaginum sub Leone Isaurico plurimùm decertavit*.

Menæa, ex quibus Acta excerpta fuere, *sub Leone Armeno, & Theophilo Imperatoribus* illustrem hujus Sancti Confessionem apertè consignant, ut apud summos Viros Henschen. & Papebroch. hac ipsa die.

Eminentissim. Baron. ad Christi annum 734. num. 2. & sequ. tradit sub *Leone Isaurico* contra Sacrarum Imaginum cultores vulgato edicto, statim impietatem desævisse; aliis capite, aliis exilio mulctatis, inter quos hic Joannes.

Ast licet Iconomachia cœpta fuerit sub Leone Isaurico; videtur tamen protracta à Constantino Copronimo filio, & velut hæreditaria impietate à Leone Porphyrogenito nepote, indeque à Leone Armeno, anno Christi 813. Imperium auspicato, usque ad vigesimum ejusdem Sæculi, Leone interempto, Michael Balbus successit, & inde Theophilus

philus ejus filius, ſub quo ab anno 819. imperante, iterum S. Joannes in exilium actus, ubi annis duobus cum dimidio peractis, confeſſor ex hac vita circ. 832. vel proximè ſequenti ad Deum migravit.

Baron. in not. Græcorum Menologium advocat, ex quo ipſe hoc nactus. Sed Menologium profert: *Eodem die S. Patris noſtri Joannis Abbatis Monaſterii Catharorum; hic ſub impio Imperatore Leone pro Sacrarum Imaginum, &c.* nulla nota ſub quo Leone, *Iſaurico*, vel *Armeno*. Cæterùm quùm de Sancto Machario die 1. Aprilis hæc trica adhuc mota fuerit, modò ut ea Romanum Martyrologium vacet, dummodo ſumma ſaniorum ſapientia dijudicaverit, ſanius erit, neutiquam expreſſo ſub quo Imperatore Iconomacho ærumnas pro Sacris Imaginibus ſuſtulerit, concinnetur: *Conſtantinopoli S. Joannis Abbatis, qui pro cultu Sacrarum Imaginum tempore Iconomachorum Imperatorum plurimùm decertavit.*

i. F Quarto Kalendas Maii. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

Ravènnæ natàlis ſancti Vitàlis màrtyris, patris ſanctòrum Gervàſii & Protàſii: qui cùm beàti Urſicìni corpus ſublàtum honeſtàte dèbita ſepeliſſet, tentus à Paulìno Conſulàri, poſt equùlei tormènta juſſus eſt depòni in profùndam fòveam, & terra ac lapìdibus òbrui; talìque martyrio migràvit ad Chriſtum. (*a*) Mediolàni ſanctæ Valèriæ màrtyris, cònjugis ſancti Vitàlis. (*b*) Atìnæ ſancti Marci, qui à beàto Petro Apòſtolo Epìſcopus ordinàtus, Æquìcolis primus Evangèlium prædicàvit, & in perſecutiòne Domitiàni ſub Màximo Præſide martyrii coròna accèpit. (*c*) Alexandrìæ pàſſio ſanctæ Theodòræ vìrginis, quæ idòlis ſacrificàre contèmnens, cùm eſſet in lupànar tradita, repèntè quidam ex fràtribus nòmine Dìdymus miro Dei favòre commutatis vèſtibus illam erìpuit; qui pòſteà in perſecutiòne Diocletiàni ſub Euſtràtio Præſide ſimul coronàtus eſt. (*d*) Eòdem die ſanctòrum Aphrodìſii, Caralìppi, Agàpii, & Eusèbii màrtyrum. (*e*) In Pannònia ſancti Polliònis màrtyris ſub Diocletiàno Imperatòre. (*f*) Pruſæ in Bithynia ſanctòrum màrtyrum Patrìtii Epìſcopi, Acàtii, Menàndri, & Polyæni. (*g*) Turiasòne in Hiſpània ſancti Prudèntii Epìſcopi & confeſſòris. (*h*) Corfìnii in Pelìgnis ſancti Pàmphili Valvènſis Epìſcopi, charitàte in pàuperes & gràtia miraculòrum illùſtris cujus corpus Sulmònæ cònditum eſt. (*i*)

(c) *Marci.* Martyr an. 44. Baron. eo ann. n. 28. Anno 82. Henſch. & Papebroch. Die 27. April. Caniſ. in Menologio Græcor.

(d) *Theodoræ.* Martyr ann. 309. Baron. eo an. nu. 26. Ann. 303. Henſchen. & Papebroch. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 2. Die 5. April. Græci in Menęis, & Menologio. Die 22. Decembr. Florentinius.

(f) *Pollionis.* Die 27. April. Petr. de Natal. Die 29 Ms. Vatican. S. Petri, & aliud in Sched. Antonii Caraccioli C. R.

(g) *Patritii, & Soc.* Die 19. Maii Græci iterùm in Menæis, & Menologio.

(a) *Baron. in not. Surius t. 3. prior. edit. in Act. SS. Gervaſii, & Protaſii die 19. Jun. & Mombrit. t. 2.* (b) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta, Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 44. n. 28. & alii.* (d) *Baron. an. 309. n. 26. & ſequ. Lipoman. t. 7. & Sur. t. 2. prior. edit.* (e) *Baron. in not. Uſuard. Ado, Henſch. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 94.* (g) *Baron. in not. Græci in Menologio hac ipſa die, Henſchen. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. in not. Vaſæus in Chronic. Hiſpan. & Theſaur. Concion. t. 2.* (i) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Sermo absque mendacio vera scientia probatur. Job 36.

(a) *Ravennæ Vitalis Martyris*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *IV. Kal. Romæ Natal. S. Vitalis* Breviar. Vuanien. cusum anno 1516. addit: *Martyris tempore Neronis*. Alia verò Apographa: *Sub Paulino Consulari*. Breviar. Roman. aliam ab hoc Romano Martyrologio causam affert, ob quam peremptus. Ipsum inspiciendum.

(c) *Atinæ S. Marci*. Canisius in Menologio Græcorum die præcedenti: *Eodem die sanctorum Aristarchi, Marci, & Zenobii*.

(d) *Alexandriæ S. Theodoræ Virginis, & Didymi*. Martyrol. Epternacen. & Hieronymian. Lucen. die sequenti: *III. Kal Maji in Alexandria Pudenti, Marciani, Filocusi, Theodoræ Virginis, Padis, cum aliis duobus*. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Pudenti, Martiani, Filocusæ, Theodosiæ Virginis, Padis cum aliis duobus*: at *Theodosia* est alia à *Theodora*; Virgo enim est. Nihilominùs eadem Apographa apud Florentinium die 22. Decembr. efferunt: *XI. Kal. Januar. & alibi passio Sanctæ Theodosiæ, & Didimi*. Sed omnia Hagiologia hac ipsa die 28. April. *Theodoram* proferunt unà cum *Didymo*; alia *Alexandriæ*, alia *Antiochiæ*, forsan idcircò ad 22. Decembris signant: *Alibi*.

(e) *Eodem die Aphrodisii, Caralippi, Agapii, & Eusebii Martyrum*. De Peregrin. pro Agapii, *Agapeti*. Ms Sancti Maximini addit: *In carcere quiescentium*. Martyrolog. Epternacen. *In Tarso Ciliciæ Afrodisii cum aliis CLXX. Malinæ, Calippi Presbyteri, Agapi Lectoris in carme requiescentis, Eusebi, Enuchi*; vitium *in carme*, pro *in carcere*. Martyrol. Corbejen. *In Tarso Ciliciæ Malinæ cum aliis centum septuaginta, Afrosi, Carilippi Presbyteri, Agapi Lectoris, Eusebi, Eunuci*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Afrosi, Eusebi, *Afrodisi, Eusevi*.

Manifesto veritatem, non abscondam sermonem. Job 12.

(f) *In Pannonia Pollionis*. Pannonia, *Hungaria* Cisdanubiana dumtaxat; Regio Europæ, intra Danubium ad Septentriones, & Saum ad Austrum contenta, Draoque divisa, in duas distincta, superiorem, & inferiorem. Martyrol. de Peregrin *Apollinis*. Martyrol. Epternacen. & Notker. *Pannoniæ Eusebi Episcopi, Pollionis, Tiballi*. Martyrol. Corbejen. *In Pannonia Eusebii Episcopi, Vitalis, Pollionis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. addit: *Tyballi*. Ms Barberinian, & Reginæ Sueciæ: *In Pannonia Eusebii Episcopi*, nil aliud.

Cardinal Baron. in not. suadet, ex mendoso Codice Petrum in catal. lib. 11. nu. 132. rescripsisse pro Pollione, *Pulionem*, pro Tiballi, *Crosiem*, & pro Sirmio, *Firmium*: at laudatus Petrus lib. 2. n. 132. ex antiquis Martyrologiis *Pullionem* exhibet, ut alium à *Pollione*, ita ut *Pullioni* addit *Lectori*.

(i) *Pamphili Episcopi*. Martyrol. vetustissim. Ultrajectinen. & Florar. Ms. *Et Confessoris*.

*	G	Tertio Kalendas Maii.	Luna,	29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

MEdiolàni sancti Petri màrtyris, Ordinis Prædicatòrum, ab hærèticis ob fidem Cathòlicam interèmpti, (*a*) Apud Paphum in Cypro sancti Tychici discìpuli beàti Pauli Apòstoli, quem idem Apòstolus in suis epistolis charissimum fratrem, minìstrum fidèlem, & consèrvum suum in Dòmino appèllat. (*b*) Cirthæ in Numìdia natàlis sanctòrum màrtyrum Agàpii & Secundìni Episcopòrum, qui post longum apud præfàtam urbem exìlium, in persecutiòne Valeriàni, in qua tunc maximè Gentìlium ràbies ad tentàndam justòrum fidem inhiàbat, ex illùstri sacerdòtio effècti sunt màrtyres gloriòsi. Passi sunt in eòrum collègio Æmiliànus miles, Tertùlla & Antònia sacræ vìrgines, & quædam mùlier cum suis gèminis. (*c*) Eòdem die sanctòrum septem Latrònum, qui à sancto Jasòne ad Christum convèrsi, martyrio vitam adèpti sunt sempitèrnam. (*d*) Brixiæ sancti Paulìni Epìscopi & confessòris. (*e*) In cœnòbio Cluniacènsi sancti Hugònis abbàtis. (*f*) In monastèrio Molismènsi sancti Robèrti primi abbàtis Cistèrtii. (*g*)

(a) *Petri Martyr*. Pridie Ms. Centulen. S. Richar.

(b) *Tychici*. Die 9. Decemb. Græci.

(c) *Agapii, & Secundini*. Martyres ann. 262. Baron. eo an. n. 34. Ann. 559. Henschen. & Papebroch. Die 30 Martii Beda apud Baron. in not.

(g) *Roberti Abbat*. Obiit ann. 1098. Baron. eo an. nu. ultimo. Ann. 1109. Pagi. t. 4. eo an. Die 12. April. Vita apud Henschen. & Papebroch. eo die.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta, ac Scriptor. Ordin. Prædicator.* (b) *Baron. an. 58. n. 62. Petr. de Natal. lib. 4. c. 99. Dorotheus in Synop. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 262. n. 34. & seq. Sur. t. 2. & 3. prior. edit.* (d) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. Henschen. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. an. 1055. n. 19. An. 1074. n. 47. & an. 1109. nu. 4. Sur. t. 2. prior. edition. Sigebert. in Chronic. an. 1109. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 328. & alii plerique. Scriptor.* (g) *Baron. an. 1098. n. ultim. Sur. t. 2. prior. edition. & Sigebert. in Chronic. ad an. 1098.*

Mea doctrina non est mea. Jo. c. 7.

(b) *Tychici discipuli Beati Pauli Apostoli.* Fasta Græca: *Sancti Tychici Episcopi Colophonis.* Petrus de Natal. *Colophonis.* Ms. Divionen. *Pathmi Tychici Apostolorum discipuli.* Usuard. Bellin. Maurolyc. de Peregrin. aliique: *S. Tychici Diaconi Discipuli S. Pauli.*

(c) *Cirthæ in Numidia Agapii, & Secundini Episcoporum.* De Peregrin. *In Numidia apud Circensem Coloniam Agapii, & Secundini Episcoporum.*

(d) *Septem Latronum.* Græci in Fastis indicant nomina, scilicet: *Saturnini, Inscischoli, Faustiani, Januarii, Marsalii, Euphrasii, & Mammii.*

(e) *Paulini.* Acta apud Henschen. & Papebroch. *Pauli.* Fainus in Ara marmorea Sacelli hos versus inscriptos legit:

Paulinus Empyreas Antistitis ivit in arces
Spiritus, hic Divi Brixia corpus habet.

(f) *Hugonis Abbatis.* Ex hujus schola plures viri illustres, inter quos Urbanus II. & Gregorius VII. PP.

Testimonium prohibeo illis, qui æmulationem habent. ad Rom. 10.

xxix. A Pridie Kalendas Maii. Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

Romæ sanctæ Catharìnæ vìrginis Senènsis, Ordinis sancti Domìnici, vita & miràculis claræ; quam Pius Secùndus sanctàrum Vìrginum nùmero adscripsit. (a) Lambèsæ in Numìdia natàlis sanctòrum màrtyrum Mariàni lectòris, & Jacòbi diàconi; quorum prior, cùm jampridem infestatiònes Decianæ persecutiònis in confessiòne Christi vicisset, iterùm cum clarìssimo collèga tentus est, & ambo mirabìliter post dira & exquisìta supplicia divìnis revelatiònibus secùndò confortàti, novìssimè cum multis aliis glàdio consummati sunt. (b) Apud Sàntonas beàti Eutròpii Epìscopi & màrtyris, quem sanctus Clemens Pontificàlis òrdinis gràtia consecràtum dirèxit in Galliam, peractàque diu prædicatiòne, ob Christi testimònium collìso càpite, victor occùbuit. (c) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Amatòris presbyteri, Petri mònachi, & Ludovìci. (d) Novàriæ sancti Laurèntii presbyteri, & pueròrum màrtyrum, quos ille suscèperat educàndos. (e) Alexandriæ sanctòrum martyrum Aphrodìsii presbyteri, & aliòrum triginta. (f) Ephesi sancti Màximi màrtyris, qui in persecutiòne Dècii coronàtus est. (g) Firmi in Picèno sanctæ Sophìæ vìrginis & màrtyris. (h) Neàpoli in Campània sancti Sevèri Epìscopi, qui inter àlia admirànda, mòrtuum de sepùlchro excitàvit ad tempus; ut mendàcem creditòrem vìduæ, & pupillòrum falsitàtis argùeret. (i) Evòreæ in Epìro sancti Donàti Epìscopi, qui tèmpore Theodòsii Imperatòris exìmia sanctitàte refùlsit. (k) Londìnii in Anglia sancti Erconvàldi Epìscopi, qui multis miràculis clàruit. (l)

(a) *Catharinæ.* Die 3. Maji Molan. Canis. & alii.

(b) *Mariani Lectoris.* Die 6. Maji Raban.

(c) *Eutropii Episc.* Die 23. Maji Florar. Ms.

(g) *Maximi.* Martyr ann. 254. Baron. eo an. n. 24. Ann. 250. Henschen & Papebroch. Die 14. Maji Græci. Die 25. April. Raban.

(i) *Severi Episc.* Die 16. Martii Monaster. San. Potiti Neapol. ab eo constructum.

(l) *Erconvaldi Episcopi.* Obiit ann. 676. Baron. eo an. n. 13. Ann. 665. Martyrol. Anglican. Ann. 693. Henschen. & Papebroch. An. 692. sub fine Pagi t. 3. ad an. 693. n. 1. Die 29. Januar. Kalendar. Ms. SS. Ordin. Bened.

(a) Ba-

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta, & quamplur. Scriptores Ordin. Prædicator.* (b) *Baron. an. 262. n. 34. Petr. in Catal. lib. 4. c. 104. & Sur. to. 2. prior. edit.* (c) *Baron. an. 46. n. 2. An. 95. n. 7. & an. 98. n. 11. Petr. in Catal. lib. 4. c. 105. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. & alii.* (d) *Baron. an. 855. n. 64. & Eulogius in Memorial. SS. lib. 3. c. 13.* (e) *Baron. an. 397. n. 52. Mombrit. t. 1. vit. Sanctor. & Tabul. Eccles. Novarien.* (f) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta.* (g) *Baron. an. 254. n. 24. & sequ. Sur. t. 2. prior. edit. Usuard. Ado, & alii.* (h) *Baron. in not. item Henschen. & Papebroch. Acta.* (i) *Baron. ibidem Paul. Regius de SS. Regni Neapolit. & Anton. Caracciol. Cleric. Regul. de Sacr. Eccles. Neapolitan. Monument.* (k) *Baron. an. 324. nu. 101. & an. 394. n. 99. Grati in Menolog. Sozomen. hist. lib. 7. c. 25. Nicephor. lib. 12. c. 45. & Mombrit. t. 1. Vit. SS.* (l) *Baron. an. 676. nu. 13. Beda de gest. Anglor. lib. 4. c. 6. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 4. c. 163.*

Principium sapientiæ possi de Sapientiam. S. Hieronym. Epist. ad Nepotianum.

(b) *Lambesæ in Numidia Mariani Lectoris, & Jacobi Diaconi.* Lambesa, *Lambesca* Urbs olim Africæ propriæ dictæ, Mediterranea ad Ampsagam fluvium apud Montis Audi radices in Regno Tunetano. Usuard. die præced. *Mariani Lectoris, Jacobi Diaconi, & Secundini.*

(f) *Alexandriæ Aphrodisii Presbyteri, & aliorum triginta.* Aliis: *Afrodisii, Frodisii, Effrodisii, Afrodi, Affrodi.* Raban. & Notker. *Afrodisii.* Auctor Martyrolog. sub nomine Bedæ: *Ephrodisii.* Greven. Canis. & Ms. Aquisgranen. *Effrodisii.* Mss. Richenovien. & Rhinovien. *Frodisi.* Martyrolog. Epternacen. *In Alexandria Dorothei Presbyteri, Nodaciani Diaconi, Victoris, Terenti, Martini, Majoricæ, Victuri, Claudi, Silvani, Ormenti, Honorati, Victorini, Reducti. Item Honorati, Talesfori, Primusi, Rogati, Felicis, Luciani, Colisi, Revocati, Severi, Cotia, Fortuni, Spinici, Jucundi, Juli, Eremiti, Honori, Silvani, Saturnini, Emelliani, Saturninæ, Afrodi, Clugli, Pastoris Episcopi.* Martyrolog. Corbejen. *In Alexandria Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Victoris, Terenti, Martini, Majorica. Item Victoris, Claudi, Silvani, Demetrii, Julii, Secundini Episcopi, Meriti, Honori: Item Silvani, Saturnini, Affrodi, Dugdi, Pastoris Episcopi, Secundiani, Concordia, Mariani, Jacobi, Floriani, Gabri, Gajani, Posthumi, Mommini, Quintiani, Cassi, Farili, Florenti, Demetri, Gududi, Crispini: Item Crispini, Donati, Zenonis, Demodiani Diaconi, cum aliis viginti quatuor, Secundiani Episcopi, Alexandri Diaconi, Bubati, Saturi, Diotri, Ropodiani, Nomensis.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Victoris, Therenti, Martini, Majoricæ, Victoris, Claudi, Silvani, Clementis, Honorati. Item Victoris, Reducti, item Honorati, Thelesphori, Primosi, Rogati, Felicis, Luciani, Colosi, item Rogati, Severi, Spica, Cotidiæ, Fortuni, Jocundi, Juli, Secundi Episcopi, Meriti, Henori, item Silvani, Saturnini, Emiliani, item Saturnini, Afferodi, Dugdi, Pastoris Episcopi, Secundiani, Concordi, Mariani, Jacobi, Floria, Gabri, Gajani, Postumi, Mommini, Quintiani, Gassi, Fasili, Florenti, Demetri, Gududi, Crispini, Donati, Zenonis, Pomodiani Diaconi cum aliis XXIIII. Secundiani Episcopi, Alexandri Diaconi, Bubuti, Saturi, Diodori, Ropodiani, & Nomesis.* Martyrol. Bluman. pro Afferodi, Marciani, *Florenti, Donati*, & ponit *Starili.* Defili, *Florenti, Donati*, & ponit *Starili.* Demum post *Crispini* addit: *Item Crispini.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Alexandria Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Terentii, Martini cum aliis III.* nulla *Aphrodisii* memoria, forsan inter Anonymos perinducta.

Et in omni possessione tua posside intelligentiam. S. Hieronym. Epist. ad Nepotian.

(g) *Ephesi Maximi Martyris.* Fasta Græca cusa, & Mss. apud Maximum Cytheræum, & Cardinal. Sirletum sine palæstra: *Sancte Maxime ense per ventrem infixi.* Alius putandus. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. item Florus, Greven. Auctar. ad Usuard. & Martyrolog. Germanic. *Apud Asiam passio Maximi Martyris, qui tempore Decii Imperatoris.* Mosandius, & Rosuveydus: *Apud Asiam S. Maximi Martyris, cujus gesta habentur.*

(h) *Sophiæ Virginis & Martyris.* Cardinal. Baron. in not. *De qua etiam Tabula Firmana Ecclesiæ, ubi & sacra ejusdem pignora condita debito honore coluntur.* Ferrar. tamen Catal. SS. Italiæ animadvertit: *Acta illius injuria temporum exciderunt.* Additque in not. *Hanc Sanctam Virginem Sophiam Ravennæ, & alibi in veneratione esse.*

(i) *Neapoli Severi Episcopi.* Kalendar. vet. Ecclesiæ Neapolitanæ, & aliud Ms. cuidam Psalterio Capuano præfixum apud Anton. Caracciol. Cleric. Regular. lib. de Sacr. Eccles. Neapol. Monum. cap. 24. addunt: *Et Confessoris.*

(K) *Evorea in Epiro S. Donati Episcopi.* Menæa Græcorum: *S. Patris nostri Donati Episcopi Eurea.*

(l) *Londinii in Anglia S. Erconvaldi Episcopi.* Missale Anglican. Cœnobii Gemmeticen. anterioribus sæculis exaratum. *Apud Lundoniam depositio Erconvaldi Episcopi & Confessoris.* Londinium, Augusto Trinobantum priiis, *Londra* Italis, *Londen* Anglis, & Gallis, *Caerlud* Britannis. Urbs Albionis, Angliæ Regia nobilissima, ac amplissima, ad Thamesim fluvium interfluentem, ponteque

lapideo ſuburbia Urbi jungentem Emporium celeberrimum.

Diſceptatio Chronologica.

(a) *Apud Santonas Beati Eutropii Epiſcopi & Martyris, quem Sanctus Clemens direxit in Gallias.*

Sulpicius Severus lib. 2. Hiſt. Sacr. & S. Gregor. Turonen. lib. 5. Hiſtor. Francor. temporibus Marci Antonini primùm intra Gallias martyria viſa tradidere, ſeriùs poſteà trans Alpes, Dei Religione ſuſcepta; quamobrem non videtur *Eutropius* in *Gallia* paſſus, illùcque à Clemente miſſus

Eminentiſſimus Baronius in Annalibus inter Sanctos, qui anno Chriſti 98. Dei Eccleſiam martyrio illuſtrarunt, recenſet S. Eutropium enituiſſe Epiſcopum Santonen. in Gallia anno VII. Clementis currente, à quo illuc miſſis, ut eo anno num. 11.

Aſt hæc Cronologia liquet luxata, ex S. Gregorio Turonenſi lib. 1. Hiſtor. Francor. inſcribente, viros Apoſtolicos in Gallias non perveniſſe, niſi Decio Auguſto Imperante, hoc eſt poſt Chriſti ann. 250. cui authoritati Petavius innixus lib. 1. Rationar. Tempor. cap. 13. S. Dionyſium protrahit una cum Saturnino, & Daciano ad ejuſdem Decii tempora; Rursùs in Catal. SS. Epiſcoporum Sanctonen. uſque ad an. 509. nonniſi quatuor leguntur Epiſcopi, quorum primus *Eutropius*, ſecundus *S. Bibianus*, tertius *S. Ambroſius*, quartus *Petrus I.* Concilio Aurelianen. I. ſubſcriptus, unde ſi à Clemente uſque ad ann. 509. quatuor tantùm ſedere Epiſcopi, patet incongruum à Clemente in Gallias Eutropium miſſum, & apud Santonas Chriſti anno 98. martirizatum, ſed potiùs ſeculo tertio, quo pacto verificari poterunt, quæ de numero, & ordine Epiſcoporum Sanctonen. Annales, & Catalogi ſtatuere. Aliundè adhuc veriſimilius hunc S. Eutropium cum S. Dionyſio Pariſienſi in Gallias non perrexiſſe, ex S. Gregorio Turonenſi lib. 1. recenſente ſocios, qui cum S. Dionyſio in Gallias venere, nulla mentione habita de hoc Sancto Eutropio.

Baronius in not. pro Martyrologii Romani aſſertione Uſuardum advocat, Sanctum ipſum Gregorium Turonen. de Glor. Martyr. & Confeſſor. cap. 56. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 105.

Verùm Gregorio loco adducto ſanè inſpecto, comperitur nil ibi ex ſuo, & certè definire, ſed ſolùm miſſionem à Clemente, ſparſo rumore, ſcribere, occaſionem præbendo Adoni, Uſuardo, aliiſque, ut certò Eutropium à Clemente miſſum traderent.

Et quamvis Acta hujus S. Epiſcopi & Martyris panditent, vitam à S. Dionyſio conſcriptam, ad Clementem ab eodem miſſam.

Attamen quot mendis ſcateant hæc Acta, præter Gallos Scriptores, ſummi viri Henſchen. & Papebroch. in Actis SS. hac ipſa die videndi num. 5. ubi hæc miſſio, & laudata vita ex collectis, ut fabuloſæ liquent; ſed quùm denuò hæc trica ad 9. Octobris pro Sancto Dionyſio movenda, in præſentiarum, ne Romanum Martyrologium eam patiatur, ſi majori ſapientia præſtantes decreverint, concinnetur: *Apud Santonas Beati Eutropii Epiſcopi, & Martyris, ubi peracta diù prædicatione, ob Chriſti, teſtimonium colliſo capite victor occubit.*

M A J U S.

* Græcis *Artemiſius.*

xxviij. B Kalendis Maii. Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

A B C D E F F G H M N P

23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

(a) *Philippi, & Jacobi. Philippus* Martyr ann. 54. Baron. eo an: n. 3. An. 87. Henſch. & Papebroch. Die 22. April. Florentin. Die 15. Decembris Græci in Menologio. *Jacobus*, die 19. Junii Græci.

NAtàlis beatòrum Apoſtolòrum Philìppi, & Jacòbi: ex quibus Philippus pòſtquàm omnem penè Scythiam ad fidem Chriſti convertìſſet, apud Hieràpolim Aſiæ civitàtem cruci affixus, & lapìdibus òbrutus, gloriòſo fine quièvit: Jacòbus verò, qui & frater Dòmini lègitur, & primus Jeroſolymòrum Epìſcopus, è pinna templi præcipitàtus, confràctis crùribus, ac fullònis fuſte in cèrebro percùſſus intèriit, ibique non longè à templo ſepùltus eſt. (a) In Ægypto ſancti Jeremìæ Prophètæ, qui à pòpulo lapidibus òbrutus, apud Taphnas òccùbuit, ibique ſepùltus eſt: ad cujus ſepùlchrum fidèles (ut

refert

(c) *Andeoli.* Die 2 Maii Ms. Ultrajectinen. Cartlus.

(d) *Orentii, & Patientiæ* Die 4. Maii Ferrar. Catal. General. SS.

(e) *Sigismundi Regis.* Obiit ann. 526. Baron. eo ann. n.46. Ann.525. Pagi t.2. ad an. 524. nu.4. Anno 492. Ado in Chronic. Anno 515. Sigeber. in Chronic. Die 30 April. S Monachus in Sanctuar. Capuan. Die 2. Maii Bellin. Maurolyc. Molan. & alii.

refert sanctus Epiphànius) supplicàre consuevèrunt, indèque sumpto pùlvere, aspidum mòrsibus medèntur. (*b*) In Gàlliis, territòrio Vivarièns, beati Andèoli subdiàconi, quem sanctus Polycàrpus una cum àliis ab Oriènte misit in Gàlliam ad prædicàndum verbum Dei. Hic sub Sevèro Imperatòre spinòsis fùstibus cæsus, demum ense ligneo càpite in quàtuor partes in modum crucis conscìsso, martyrium consummàvit. (*c*) Oscæ in Hispània sanctòrum martyrum Orèntii & Patièntiæ. (*d*) Sedùni in Gàllia pàssio sancti Sigismùndi Regis Burgundiònum, qui in pùteum demèrsus occùbuit, ac pòsteà miràculis clàruit. (*e*) Antisiodòri sancti Amatòris Epìscopi & confessòris. (*f*) Aùscii sancti Orièntii Epìscopi. (*g*) In Anglia sanctòrum Asaphi Epìscopi, & Vvalbùrgæ virginis. (*h*) Bèrgomi sanctæ Gratæ vìduæ. (*i*) Forolìvii beàti Peregrìni, Ordinis Servòrum beàtæ Mariæ Virginis. (*K*)

(f) *Amatoris Episc.* Obiit an.421. Baron. in not. An.427. Florentin. An. 418. Pagi t.2. eo an. n.74.

(g) *Orientii Episc.* Die 15. Mart. Salazar. Martyrol. Hispan. Die 5. Maii Usuard Die 14. Grevenius Auctar.

(i) *Gratæ Viduæ.* Die 25. August. Ecclef. Bergomen.

(K) *Peregrini.* Die 30. Apr. Ordo Servor. B. Virgin.

(a) *Baron. an. 44. n. 32 An. 58. n. 113. & an. 63. n. 1. & sequ. Isidor. de vit. & obitu SS. c. 75. S. Joan. Chrysost. homil. in duodecim Apostol. Euseb. Hist. lib. 2. c. 25. & lib. 3. c. 33. Nicephor. hist. lib. 2. c. 39. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 3. prior. edit.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac ipsa die, Henschen. & Papebroch. Acta.* (c) *Baron. an. 205. n. 27. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. Flos SS. Hispan. aliique.* (e) *Baron. an. 494 n. 68. Gregor. Turonen. Hist. Francor. lib. 3. c. 5. Sigebert. aliique.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. hac die, Mombrit. t. 2. vit. SS. pag. 70. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 113.* (g) *Baron. in not. Usuard. Ado, Henschen. & Papebroch. Acta.* (h) *Baron. an. 725. n. 14. & Trithem. de vir. illustr. ordin. S. Fr. edictis lib. 3. c. 250.* (i) *Baron. in not. Tabul. Ecclef. Bergomen. Benal. & Marius de SS. ejusd. Ecclef.* (K) *Chronic. Ordin. Servor. Henschen. & Papebroch. Acta die præcedenti.*

Nihil innovetur præter id, quod traditum est. S. Stephan. Pap.

(a) *Beatorum Apostolorum Philippi, & Jacobi.* Martyrol. Corbejen. *In Asia Hierapoli Philippi, & Jacobi, Quintiani, Heleotheri, Gai, Alexandri, Saturnini.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Asia, *Africa*, pro Gai, *Gagi*. Martyrolog. Bluman. *In Africa Philippi Apostoli, Jacobi, Quintiani.* Sphalma forsan amanuensis: *In Africa.*

(b) *Jeremiæ Propheta.* Simonius Mayonita: *Primo die Maii Memoria Jeremiæ Prophetæ sanctificatur.* Ecclef. Patriarchal. & Diœcef. Veneta: *S. Jeremias Propheta & Martyr.*

(c) *In Galliis, territorio Vivariensi, B. Andeoli Subdiaconi.* De Peregrin. *In territorio Galliæ Vivaciensi Beati Andreoli Diaconi &c.* Ado: *SS. Benigni, Andochii Presbyteri, Thyrsi Diaconi, & Andeoli Subdiaconi.* Acta quidem antiqua: *Andreoli*, addunt *Benigni, Andochii, & Thyrsi.* Petr. de Natal. & Maurolyc. pro territorio Vivariensi, proferunt: *Nivariensi*; at Henschen. & Papebroch. perperam putant.

Cardinal. Baron. ad an. 205. n. 27. refert, ut in Romano Martyrologio, hunc S. Andeolum in Galliam à Sancto Policarpo missum. Bosquet. tamen Histor. Gallican. par. 2. pag. 91. refragatur, quia S. Polycarpus ad ann. 207. non pervenit, quo anno Andeolus mortem oppetiit. Sed hoc viri eruditi inter se conferant.

Sicut tradidi vobis tenete. 1. ad Corinth. 11.

(d) *Osca in Hispania Orentii, & Patientia.* Oscha, & *Osca* sine aspiratione, *Huesca* Hispanis. Urbs Hispan. Tarracon. antiqua, in Aragonio Regno, inter Ilerdam, & Jaccam.

Cardinal. Baronius in notis: *In Flore SS. Hispaniæ ex vet. Monument. Oscensis Ecclesiæ leguntur hi parentes fuisse S. Laurentii Martyris.* Henschen. verò, & Papebroch. animadvertunt: *Non habentur Martyres, quales fuere, qui Chronic. Fl. Dextri nuper conflavit, cùm plures hic sint difficultates enodandæ.*

(e) *Seduni in Gallia Sigismundi Regis Burgundionum.* Antiqua Martyrol. S. Hieronymi Apographa, & alia fasta Mss. *Agauno passio S. Sigismundi Regis.* Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei: *Civitate Senonensi.* Notker. *Agau o Monasterio in Galliis territorio Sedunensi S. Sigismundi Martyris, filii Gundebaldi Regis Burgundiorum.* Bellin. & de Peregrin. die sequenti: *Civitate Sedunis passio S. Sigismundi Martyris, Regis Burgundionum.*

(f) *Antisiodori Amatoris Episcopi, & Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. ac Ms. Roman. Barberinian. *In Gallia Civitate Antisiodoro depositio Sancti Amatoris Episcopi*, silent *Confessoris.*

Breviar. Trecen. hac ipsa die alium Amatorem refert Episcopum Trecen.

(g) *Ausci Orientii Episcopi*. Ausciium,& *Ausci*. Ptolom. *Augusta Ausciorum* dicitur. *Aux*, Urbs antiqua Galliæ Aquitaniæ apud Hersam amnem,apud Pyrenei Colles, Vasconum primaria, inter Tolosam,& Atytam. Aliis: *Serienti*, *Orienti*, *Sorentis*, *Orientis*, *Oriensis*. Martyrol. Epternacen. *Ausi Civitate in Gallia Sorentis Episcopi*. Martyrolog. Corbejen. *In Tolosa Oriensii Episcopi*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Sirienti*. Martyrol. Bluman. & Ms. Barberinian. *Orienti*. Martyrol. de Peregrin. *Apud Civitatem Ausium Oriensis Episcopi*. Saussayus: *Orientii Archiepiscopi, & Confessoris*. Salazar. Martyrolog. Hispan. ad 15. Martii *S. Orentii Ausciorum in Novempopulonia Episcopi, & Confessoris*. Auctar. Greven. & Florar. Ms. nulla loci nota ad 14. Maii: *S. Orientius Episcopus*.

(h) *In Anglia Asaphi Episcopi, & Walburgæ Virginis*. Addit. ad Usuard. *In Scotia Asaphi Episcopi, de cujus nomine nunc vocatur Episcopus S. Asaphi*. Martyrol. de Peregrinis nulla loci nota: *Ipsa die S. Walburgæ Virginis*, silet *Asaphi*.

(i) *Bergomi Grata Vidua*. Martyrol. de Peregrin. *Item Pergami Galliæ Cisalpinæ S. Gratæ Virginis*. An alia, verendum. Roman. Martyrologium sua primæva lectione de anno 1605. *Gratæ Virginis* promebat: Aliunde Acta, & Lectionarium Bergomen. probatum habent: *Grata Vidua*. Mutius de SS. Eccles. Bergomen. consulendus.

Disceptatio Historico-Chronologica.

(a) *Jacobus vero, qui & Frater Domini legitur*.

Quamvis Eminentiss. Baron. ad Christi annum 44. num. 36. duos tantùm Jacobos asserat, pro uno, eodemque Jacobum fratrem Domini, & Jacobum Apostolum Alphæi filium habendo.

Erasmus tamen in peregrinat. Petr. & Paul. & in annotat. Testamenti, Glicas in Annal. par. 3. Genebrard. Hensch. & Papebroch. Acta hac ipsa die §. 4. & alii plures, tres Jacobos statuunt, nempe Jacobum Zebedeum majorem, & Apostolum, Jacobum Alphæum minorem, & Apostolum, & Jacobum cognomento justum, Hierosolymorum Episcopum, authoritatibus innixi tum S. Hieronymi in Isaiæ c. 10. promentis: *Jacobum fratrem Domini*, sine addito *Apostoli*, tum S. Epiphanii cap. 7. adversùs Collyridianos, & aliorum Codic. Mss. apud Hegesippum, teste Ruffino lib. 2. Hist. Eccles. in quibus omnibus sine mentione Alphei Patris, aut electionis in duodecim Apostolorum numerum legitur.

Baronius item ad eum annum 44. num. 37. suam fulcit opinionem S. Hieronymo in ejusdem Isaiæ cap. 47. ubi recitando sententiam recensentium quatuordecim Apostolos, & post duodenarium numerum Jacobum fratrem Domini, & Paulum; agens Hieronymus contra Helvidium, duos tantùm fuisse Jacobos, alterum Zebedei, alterum Alphei, eosdemque majorem, & minorem dictos, aliisque differentiis inter se distinctos affirmat, & probat.

Ast hoc aliud non indicat, nisi quòd Hieronymus sensit duos fuisse Jacobos Apostolos, unde quùm Jacobus frater Domini, & Hierosolymorum Episcopus inter Apostolos non recenseatur; idcircò Hieronymus ipse cap 11. hunc Jacobum non vocat Apostolum.

Rursùs Baronius obtrudit, nimis sanè Paulum Apostolum, scribendo ad Galatas, ostendisse, Jacobum fratrem Domini unum ex duodecim Apostolis fuisse, cùm ait: *Alium Apostolum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini*.

Sed Joannes Chrysostomus locum Pauli enucleat, quatenus Paulus existimando Apostolorum titulos esse proprios honoris, & non electionis, veluti se ipsum honorat, ita & illum veneratur: *Sane ipse S. Paulus, quamvis non fuerit ex duodenario numero Apostolorum, se ipsum tamen Apostoli titulo honorat, dum ita suas Epistolas auspicatur: Paulus Apostolus Jesu Christi, Paulus vocatus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum*. Proinde quemadmodum Paulus juxta Chrysostomum Apostoli titulo se ipsum honorat, ita & Jacobum fratrem Domini, quamvis non ex duodenario Apostolorum numero. Quinimmo hic Jacobus valdè modestè Epistolam suam Canonicam exorditur: *Jacobus Dei, & Domini Nostri Jesu Christi servus, duodecim Tribubus, quæ sunt in dispersionem, salutem*.

Adstipulaturque Epiphan. lib. 3. c. 74. adversùs Collyridianos: *Apostolos duodecim cum Paulo, & Barnaba destinatos ad sacram functionem prædicandam, & cum Jacobo fratre Domini, habuisse Pontificiam potestatem administrandi Sacramenta, ac sacros ritus ordinandi*. En quomodo Jacobus frater Domini vocitatur Apostolus. Quod ipse Baron. adstruit die 6. Januarii pro Sancto Philippo Diacono, animadvertendo: *Hunc ad Apostolicum munus susceptum nonnulli Apostolum appellarunt, undè non modica exorta est ambiguitas ex confusione gestorum, dum quod est huius, Philippo Apostolo tribuitur*.

Nihilominùs Suarez t. 2. par. 2. disput. 5. sect. 4. & Ferrus ex Cleric. Regular. t. 1. Lucis Evangelic. decad. 4. discur. 23. Baronium tutantur, eo quia Ecclesia sentit, Jacobum minorem, filium Alphæi, fuisse fratrem Domini, & Apostolum, & de hoc uno Apostolo celebrat festum.

Sed hoc licèt verum, sumpta Ecclesia in particulari, secus in universali; apud quam Sancti Patres ex nuper collectis non unanimiter sentiunt; Græci namque, Syri, Ægyptii,

tii, & Orientales festum S. Jacobi fratris Domini sejunctum ab illo Jacobi Alphei die 23. Octobris venerantur. Item ex Latinis alii die 15. Martii, ut in pervetusto Ms. Monasterii S. Cyriaci, sæpe à Baronio in notis commendato: alii die 25. illustri memoriæ Passionis Christi Domini Nostri dicato, ut in Apographis Augustano S. Ulderici, Treviren. S. Maximini, Colonien. S. Mariæ ad Gradus, Leodien. S. Lamberti, aliisque penès summos viros Henschen. & Papebroch. Si igitur in tot diversarum Ecclesiarum fastis memoria Jacobi fratris Domini discriminata recolitur à Jacobo Alphei, videntur & ipsi Jacobi ad invicem sejuncti.

Attamen estò quòd Baronii, ejusque Asseclarum opinio foret probabilior, non idcirco lis non est sub Judice, itaut sentientes oppositum non adversentur, cùm Ecclesia, quò ad res Chronologicas, permittat credere quod libet, ut Anton. Cappella c. 2. in Cœna Domini.

Hinc sicut Martyrologii S. Hieronymi Apographa, & complura alia hanc præcipuam festivitatem notant, sine ullo indicio addito de quonam Jacobo intelligenda, ita, si majori sapientia divites definierint, ex omni trica Romanum Martyrologium expungeretur, si percursis verbis: *Jacobus vero, qui & frater Domini legitur*, efferret: *Natalis beatorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, ex quibus Philippus, &c.*

xxvii. A Sexto Nonas Maii. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

(a) *Athanasii Episc.* Obiit ann. 372. Baron. eo ann. nu. 63. Ann. 371. Hensch. & Papebroch. Anno 373. Pagi. to. 1. ad an. 372. n. 9. Die 18. Januar. Menolog. Basil. Die 13. Octobr. Florentin.

ALexandriæ nàtalis sancti Athanàsii ejùsdem urbis Epìscopi, sanctitàte & doctrìna clarìssimi, in cujus persecutiònem univèrsus penè Orbis conjuràverat: ipse tamen Cathòlicam fidem à tèmpore Constantìni usque ad Valèntem advèrsùs Imperatòres, Præsides, & innùmeros Epìscopos Ariànos strènuè propugnàvit; à quibus plùrimas perpèssus insìdias, pròfugus toto Orbe actus est, nec ullus ei tutus ad latèndum supèrerat locus: tandem ad suam Ecclèsiam revèrsus, post multos agònes, multàsque patièntiæ corònas, quadragèsimo sexto sui sacerdòtii anno migràvit ad Dòminum, tèmpore Valentiniàni & Valèntis Imperatòrum. (*a*) Romæ sanctòrum màrtyrum Saturnìni, Neòpoli, Germàni & Cœlestìni, qui multa passi, in càrcerem demum conjècti, ibi in Dòmino quievèrunt. (*b*) Item sanctòrum màrtyrum Exupèrii & Zoes uxòris ejus, Cyrìaci, & Theodùli filiòrum, qui sub Hadriàno Imperatòre passi sunt. (*c*) Hìspali sancti Felicis diàconi & màrtyris. (*d*) Eòdem die sancti Vindemiàlis Epìscopi & màrtyris, qui unà cum sanctis Epìscopis Eugènio, & Longìno, doctrìna & miràculis advèrsùs Ariànos decèrtans, ab Hunnerico Rege càpite obtruncàri jubètur. (*e*) Abulæ in Hispània sancti Secùndi Epìscopi, de quo ètiam infrà Idibus Maii cum àliis àgitur. (*f*) Florèntiæ sancti Antonìni Epìscopi, Ordinis Prædicatòrum, sanctitàte ac doctrìna cèlebris, cujus festus dies àgitur sexto Idus Maii. (*g*)

(a) *Baron. an. 311. n. 61. An. 326. n. 1. & sequ. & an. 372. n. 63. S. Gregor. Nazianzen. Orat. ad Episcop. Ægypti, S. Basil. Epistol. 47. usque ad 52. Socrat. Theodoret. Sozomen. & Metaphrast. aliique plures.* (b) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii recentiores.* (c) *Baron. an. 140. n. 4. Græci in Menologio, & Procop. lib. 1. de ædif. Justinian. Imperat.* (d) *Baron. in not. & Breviar. Toletan.* (e) *Baron. an. 484.*

484. n. 71. & sequ. S. Gregor. Turonen. Hist. Franc. lib. 2. c. 3. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 116. (f) *Baron. an. 46. n. 2. Chronic. Hispan. aliique Scriptor.* (g) *Baron. in not. Castel. de vir. illustr. Ordin. Prædicator. Henschen. & Papebroch. Acta.*

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis? S. Ormida c. 22.

(a) *Alexandriæ Athanasii Episcopi.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætiense prosequitur: *Orthodoxi, qui pro Christi fide multa perpessus est.* Ms. Vatican. *Et Ordinatio VI. Kalendas Januarii creditur.*

Cardinal. Baronius in notis suadet, diem 18. Januarii à Græcis Translationi dicatum: At quidem nec in Menologio Sirleti, nec in illo Canisii hac die hic Sanctus colitur, sed solùm ea die Græcorum Kalendarium dictat: *Athanasius, & Cyrillus Alexandrini Episcopi.* Et Menologium Basilii ea quoque die non Translationem, sed vitæ commemorationem, & obitum utriusque Sancti Episcopi promit.

(b) *Romæ Saturnini, Neopoli, Germani, Cælestini.* Martyrol. Epternacen. *VI. Nonas Maii Germani, Cælestini, Felicis, Cetini, Urbani, Bellici, Privata. In Alexandria Saturnini. Item in Alexandria Germani, Cælestini, Scansinæ.* Martyrol. Corbejen. *Germani, Cœlestini, Felicis, Cetini, Urbani, Hellaci, Privati. In Alexandria Saturnini cum Eopoli socio suo. In Alexandria Germani, Cælestini, Sanctini.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Cœlestini, Felicis, Cetici, Urbani, Bellaci, Privata. In Alexandria Saturnini cum Neopoli socio suo, Alexandriæ, Germani, Celestini, Sanctinæ.* Martyrol. Bluman. *Germani, Cælestini, Felicis, Coetici, Urbani, Bellapi*; reliquum ut Lucen. Mss. Cassinen. Altempsian. Vatican. Centullen. Ultrajectinen. Treviren. S. Maximini, & S. Martini: *Alexandriæ S. Saturnini in carcere quiescentis, cum Neopoli socio suo.* Ms. Barberinian. Roman. *Cum Neapoli socio, & natale SS. Cælestini, Urbani, Privata.* Mss. Augustan. S. Udalrici, & Parisien. Labbei, nullo præsignato loco: *Natalis S. Saturnini.* Ms. Tamlacten. *Saturninus, Hyppolitus, & Alexander.* Addubitandum, an quis inscitè pro *Alexandri* nomine, habuit *Aleudriæ* loco, ex quo cæteri descripsere; alii consulant.

(e) *Eodem die Vindemialis Episcopi, cum Eugenio, & Longino Episcopis.* Maurolyc. Felic. Galesin. & Vuitford. *Item Florentii, & Vindemialis Episcoporum, ex Africa in Corsicam transfretantes, miraculis illustres, ibi defuncti a Titiano Episcopo Tarvisium translati sunt.* Ferrar. Catal. SS. *In Corsica Insula SS. Episcoporum Florentii, & Vindemilialis, sub Wandalis vexatorum.* At hic *Vindemialis* videtur alius. Hensch. & Papebroch. suadent, hos SS. Episcopos Vindemialem, Eugenium, & Longinum mortem sub Hunnerico non oppetiisse, & quòd alius Vindemialis Episcopus, & Martyr in Africa hac ipsa die colitur, confusus cum Vindemiali Episcopo & sociis, nullibi signatis.

Cardinal. Baron. in not ex Victore Uticensi in appendice ad tertium librum: *Fuit (ut ait) Episcopus Capsensis Civitatis.* Adstipulaturque Holstenius Indic. Episcoporum Africæ à Sirmondo edito, undè constat, Longinum socium, fuisse Pamariensem Episcopum, *Provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.*

Antiquitas non obest veritati. ex S. Jo Chrysost. 1. Matth.

(b) *Romæ Sanctorum Martyrum Saturnini, Neopoli &c.* Plerique Codices, ut nuper relati, hos Martyres Alexandriæ referunt, uti Exuperium, Zoem, Cyriacum, & Theodolum, alii Attaliæ, alii in Pamphilia.

Disceptatio Topographica.

Eminentissimus Baronius in elucubratis notis hujus diei pro Romanis Martyribus Saturnino, Neopoli, Cœlestino, advocat Bedam, Usuardum, & Adonem.

Florentinius vir eruditus suadet, in Martyrologis relatis se tantummodò Saturninum, & Neopolum legisse, & nulla loci nota: *Eodem die Sanctorum Saturnini, & Neopoli, qui in carcere quieverunt*, fatendo, nil aliud se legisse apud Maurolyc. & Bellin. recentiores.

Solus Galesinius unus ex recentioribus Anonymis à Baronio in prælibatis notis accitis, ex quo forsan ipse Baronius excerpsit, videtur primus, qui hos Martyres Saturninum, Neopolum Germanum, & Cœlestinum Romæ adscripsit, & hoc, ut in notationibus testatur, ex Codice Ms. verùm non addit, unde sciverit Romæ fuisse passos.

Cæterùm antiqua Martyrologii S. Hieronymi Apographa panditant: *In Alexandria Saturnini, & Neopoli. Item in Alexandria Germani, Cælestini, Sanctina.* Ms. Vatican. S. Petri, & Notker. *Alexandriæ Saturnini, & Neopoli.* Demum Usuard. Bellin. Maurolyc. & Petr. de Natal. sine loci nota: *Natalis Saturnini, & Neopoli, qui in carcere quieverunt.*

Baronius item pro *Exuperio, & Zoe* in iisdem notis Græcos in Menologio indigitat.

Sed hoc Menologium, quo Baronius usus, est illud Cardinal. Sirleti, aliquando ex luxatis Menæis contractum; cæterum Acta Martyrii ex Ms. Vaticano Græco latinè reddita penès summos viros Henschen. & Papebroch. indicant, palæstram fuisse Attaliam in Pamphilia, & quòd hi Sancti ex Italia genus duxere; hoc idem in Menologio Basilii, & in Synaxario Claromontano Societatis Jesu, & pro Exuperio, *Experto* proferunt: Modò ut Romanum Martyrologium sedulò promat, & majori sapientia prædıti putaverint, ad instar Bellin. Maurolyc. Petr. de Natal. & cæterorum, concinnetur: *Eodem die SS. Martyrum Saturnini, Neopoli, Germani, & Cælestini, qui &c. Item Sanctorum Exuperii, Zoes uxoris ejus, &c.*

xxvi.

xxvi. D Quinto Nonas Maii. Luna. 3
a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

(a) *Inventio S. Crucis*. Ann. 233. Florentin. Ann. 335. Holſten.

(b) *Alexandri Papæ*. Martyr. anno 132. Baron. eo an. n. 1. & ſequ. An. 117. Henſchen. & Papebroch. An. 116. Pagi t. 1. ad an. 130. n. 2. Die 7. Maji acta apud Sur. Die 5. Breviar. antiq. Roman.

JErosòlymis Invèntio ſacroſanctæ Crucis Domìnicæ, ſub Conſtantìno Imperatòre. (*a*) Romæ via Nomèntana pàſſio ſanctòrum màrtyrum Alexàndri Papæ, Evèntii, & Theodùli presbyteròrum: ex quibus Alexander ſub Hadriàno Principe, & Aureliàno Jùdice poſt vìncula, càrceres, equùleum, ùngulas, & ignes, punctis creberrimis per tota membra confòſſus, ac perèmptus eſt: Evèntius verò, & Theodùlus poſt longos càrceres ignibus examinàti, ad ùltimum decollati ſunt. (*b*) Nàrniæ ſancti Juvenàlis Epiſcopi & confeſsòris. (*c*) Conſtantinòpoli ſanctòrum màrtyrum Alexàndri mìlitis, & Antonìnæ vìrginis, quæ in perſecutiòne Maximiàni ſub Præſide Feſto ad lupànar damnata, & ab Alexàndro, qui pro ea ibi remànſerat, mutàto hàbitu, clam edùcta, cum eo pòſtmodum juſſa eſt torquèri: & ambo ſimul præciſis manibus in ignem pro Chriſti injècti, egrègio peràcto certamine, coronàtur. (*d*) In Thebàide ſanctòrum martyrum Timòthei, & Mauræ cònjugis, quos Arianus Præfèctus poſt multa tormènta cruci juſſit affigi, in qua novem dièbus vivi pendèntes, ac ſeipſos in fide roborantes, martyrium conſummàrunt. (*e*) Aphrodiſiæ in Caria ſanctòrum màrtyrum Diodòri, & Rodopiàni, qui in perſecutiòne Diocletiàni à civibus ſuis lapidati ſunt. (*f*)

(d) *Alexandri, & Antoninæ*. Martyr. an. 309. Baron. eo an. n. 26. An. 310. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 8. Jun. Menolog. Cardinal. Sirleti.

(e) *Thimothei, & Mauræ*. Martyres an. 253. Baron. eo ann. n. 110. An. 268. Henſchen. & Papabroch.

(a) *Baron. an. 311. nu. 41. Ann. 326. nu. 42. & ann. 397. nu. 11. Nicephor. lib. 13. c. 37. Beda, & cæteri Latinor.* (b) *Baron. an. 132. nu. 1. Euſeb. in Chronic. & hiſt. lib. 4. c. 4. Epiphan. in Panar. hæreſi 27. S. Auguſtin. Epiſt 165. & Sur. t. 7. prior. edit. aliique.* (c) *Baron. in not. Sur. tom. 7. prior. edit. hac die, Uſuard. Ado, Heſchen. & Papebroch. Acta* (d) *Baron. ann. 309. nu. 26. Nicephor. hiſtor. lib. 7. c. 13. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edit.* (e) *Baron. ann. 253. nu. 110. & Græci hac ipſa die in Menologio Sirleti.* (f) *Baron. an. 305. nu. 16. & Græci in Menologio relato.*

In antiquis eſt ſapientia. Job 12.

(a) *Inventio S. Crucis Dominicæ, ſub Conſtantino Imperatore*. Martyrol. de Peregrin. *Ab Helena Regina ſub Conſtantino Principe*. Florus Addit. ad Mss. Tornacen. Atrebaten. & Lætien. *Inventio S. Crucis ab Helena poſt paſſionem Domini tricenteſimo trigeſimo tertio anno, regnante Conſtantino Imperatore*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holſtenium: *Anno CCCXXXV*. Euſeb. in Chronic. *Anno CCCXXIV*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Corbejen. item Raban. & Notker. ac varia Mss. apud Dufreſnium. *Anno CCXXXIII*. Hanc numeralem notam expreſſis nominibus annorum Dacherius, & Launoyus edidere

Cardinal. Baron. in not. admonet, hanc celebritatem, apud Græcos inter mobilia feſta habitam, antiquiſſimam fuiſſe inter Latinos; Fronto tamen ſuo Calendario antiquo non niſi poſt annum 720. exhibet in Eccleſia Latina indictam. Pamel. è contra vetuſtam feſtivitatem cenſet ex Microlog. verbis c. 55. *Euſebius Papa, à Beato Petro vigeſimus ſecundus, conſtituit, ut omnes Chriſtiani Inventionem S. Crucis celebrarent*: conſimilia Luitprand. de vit. Pontific. in Euſeb. ſed videndi Florentin. Henſchen. & Papebroch.

(b) *Alexandri Papæ, Eventii, & Theoduli presbyterorum*. Martyrol. Epternacen. *Romæ Eventii, Alexandri, Theoduli*. Martyrol. Corbejen. *Roma Eventii, Alexandri, Theodoli, Fortunati*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Eventii, *Hventi*. Damaſ. hiſt. Pontific. *Theoduli Diaconi*. Apographa

qui-

Iaveſtiga Patrum memoriam, ipſi docebunt te, loquentur tibi Job 8.

quidem Martyrologii S. Hieronymi ad 17. Martii promunt: *Romæ Alexandri Episcopi, Theoduli (seù Theoduli) Diaconi.*

(c) *Narniæ Juvenalis Episcopi & Confessoris.* Martyrol. de Peregrin. effert sine loci nota. Baron. in not. duos signat Juvenales alterum Episcopum hac die, alterum Episcopum, & Martyrem ad 7. Maji; sed perperàm Henschen. & Papebroch. autumant. Ipsi consulendi.

(d) *Constantinopoli Alexandri, & Antoninæ* Calendar. Capuan. *Antoniam* dictat, & sejunctam ab *Alexandro*.

(f) *Aphrodisiæ in Caria Diodori, & Rodopiani, a Civibus suis lapidati.* Aphrodisia, *Apodisia*: Urbs quondam Cariæ, haud longè ab ulteriori ripa Meandri fluminis agitur; Nyssæ, Trallibus, Magnetiæ, & Antiochiæ, aliisque Urbibus Cariæ, & Lydiæ finitima. Baron. in not. Græcorum Menologium indigitat; sed illud Sirleti, quo ipse utitur, habet: *à carnificibus lapidati*,

Disceptatio Chronologica.

(b) *Romæ passio SS. Martyrum Alexandri Papæ, Eventii, & Theoduli Presbyterorum; ex quibus Alexander sub Hadriano Principe, & Aureliano Judice, &c.*

Acta penes Surium t. 3. primævæ edit. ferunt *sub Trajano*.

Eminentissim. Baron. in notis hujus diei animadvertit; *Mendum, ut loco Hadriani, Trajanus positus haberetur.*

Ast si in Actis prælibatis vitio Librariorum id obtigisset, non profectò legeretur in Beda genuino, Rabano, Notkero, & Adone; neque in tot antiquis Breviariis, tum Mss. tum cusis; præcipuè in illo Romano jussu S. Pii V. edito, ubi, *Alexandrum, Trajano Imperatore, Ecclesiam rexisse*, legitur.

Baronius supputat in Annalibus Martyrium Alexandri Papæ anno Domini 132. *Catulino, & Apro Coss. Hadriani Imperatoris anno decimo tertio.*

Verùm hoc refragatur Chronico Damasi referenti: *Alexander fuit temporibus Trajani, à Consulatu Palmæ, & Tulli, usque Eliano, & Vetere*, Consulibus anno 116. quo hic sanctus Pontifex martyrizatus, ut in Chronico Auctor. veter. Pontific. apud Luitprand & Anastas. & in Gest. Mss. Pontific. observat Pagi vir doctissimus to. 1. suæ Criticæ Historico-Chronologicæ ad an. 130. num. 2.

Quòd si in Breviario Romano traditur, Alexandrum Ecclesiam Hadriano Imperatore rexisse; id factum, quia Baron. Clement. VIII. authoritate Breviarium Romanum eo tempore emendans, vitas, & lectiones antiquorum Pontificum ad novam suam Chronologiam accomodavit, ut idem Pagi loco adducto.

Cèterùm, quùm id quoque de S. Theodora ad 1. Aprilis dissertum, & aliunde in præsentiarum non intendimus definire, sed solùm nutationem ostendere, ut ex quàmpluribus Codicibus elicitur; Beda enim: *Sub Aureliano Judice, tempore Trajani.* Ado: *Sub Trajano Principe.* Ms. perantiquum Martyrol. Anglican. ex Beda: *Sub Aureliano Principe*: ut modò hoc dubium abdicetur, & summa aliorum sapientia dijudicaverit, expuncto, sub quo Cæsare pro Christi fide vitam consummaverit, enuncietur: *Ex quibus Alexander post vincula, carceres, ungulas & ignes, punctis creberrimis per tota membra confossus, ac peremptus est.*

(d) *Constantinopoli Alexandri Militis, & Antoninæ Virginis, quæ in persecutione Maximiani, sub Præside Festo ad Lupanar damnata.* Verendum quoque an hoc Martyrium sub persequutione Maximiani, quæ nusquam alibi, ubi de his Martyribus, comperitur scripta.

Disceptatio Chronologica.

Eminentissim. Baron. in notis admonet, de his Græci in Menologio ad VI. Idus Junii, ubi historia rei gestæ fusiùs enarratur: Acta quidem latine reddita penès Surium to 3. prior. edit. expræsse tradunt hos Martyres sub Præside Festo, cujus nomen in Maximiana persequutione famosum penès Acta Græcorum Martyrum.

Sed incerta Festi Præsidis ætas, quæ potuit esse, & sub Maximiano, & sub Maximino, paulò post Maximiani obitum eamdem tempestatem in Christianos moventis.

Nec facit Baronio, ferre hoc martyrium anno Christi 309. ut eo an. nu. 26 quo Maximinus Herculeus Diocletiani Collega in Oriente in Christianos persequutionem exercuit, dein à Galerio Maximiano successore ibidem crudelissime protracta, sub cujus fine saltem hic S. Pontifex Martyrii palmam adeptus.

Nam referunt Acta: *Martyrium compleverunt Alexander, & Antonina V. vel VI. Nonas Maii, quodque septimo pòst die obierit Festus, & cessavit persecutio*: Galerii igitur persequutionis fine imposito antequam ipse è vita discederet, anno scilicèt 311. quando initium mensis Maji incidebat in Fer. II. elicitur modò hos sanctos neque sub fine Maximianæ persequutionis, neque anno Christi 309. sed 313. mortem oppetiisse. Nihilominùs hoc Chronographiæ dubium ipsi Chronographi disceptent; in præsentiarum ut è Romano Martyrologio abeat, dummodo sapientioribus placuerit, abdicato Cæsare, sub quo passi, signetur: *Constantinopoli Sanctorum Martyrum Alexandri Militis, & Antoninæ Virginis, quæ sub Præside Festo, &c.*

XXV. 25 E Quarto Nonas Maii. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

(a) *Monicæ.* Obiit an. 389. Baron. eo an. n. 1. An. 388. Henſchen. & Papebroch. An. 387. Menſe incerto Pagi t. 1. ad an. 389. n. 2.

(b) *Silvani Gazæ Epiſcopi.* Martyr an. 309. Baron. eo an. n. 19. An. 310. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6. Ann. 311 Henſchen. & Papebroch. Die 2. Maii Menæa Mss. Mediolanen. Die 14. Octobr. Maxim. Cytheræus.

APud Oſtia Tiberinà natàlis ſanctæ Mònicæ matris beàti Auguſtìni, cujus ille præclàram vitam in libro nono Confeſsiònum teſtàtam reliquit. (*a*) In metallo Phennènſi Palæſtìnæ natàlis beàti Silvàni Gazæ Epiſcopi, qui in Diocletiàni perſecutiòne Galèrii Maximiàni Cæſaris mandàto, cum plùrimis ſuis clèricis martyrio coronàtus eſt. (*b*) Item ſanctòrum trigintanòvem Màrtyrum, qui ibìdem ad metàlla damnàti, poſt ferri candèntis aduſtiònem, & àlia tormènta, ſimul capite cæſi ſunt. (*c*) Jeroſòlymis ſancti Cyrìaci Epiſcopi, qui cùm loca ſancta viſitàret, ſub Juliàno Apòſtata cæſus eſt. (*d*) In Umbria ſancti Porphyrii màrtyris. (*e*) Nicomedìæ natàlis ſanctæ Antòniæ màrtyris, quæ nimiùm torta, & vàriis afflicta cruciàtibus, àltero bràchio tribus dièbus ſuſpènſa, & in càrcere biènnio detènta, ad ùltimum à Priſcilliàno Præſide in confeſsiòne Dòmini flammis exùſta eſt. (*f*) Lauriàci in Nòrico Ripènſi ſancti Floriàni màrtyris, qui ſub Diocletiàno Imperatòre, Aquilìni Præſidis juſſu, ligàto ad collum ſaxo in flumen Aniſum præcipitàtus eſt. (*g*) Tarſi ſanctæ Pelàgiæ vìrginis, quæ ſub Diocletiàno in bovem æneum candèntem inclùſa, martyrium complèvit. (*h*) Colòniæ ſancti Paulìni màrtyris. (*i*) Mediolàni ſancti Venèrii Epiſcopi, cujus virtùtes ſanctus Joànnes Chryſòſtomus in epìſtola ad eum ſcripta teſtàtas relìquit. (*k*) In Territòrio Petragoricènſi ſancti Sacerdòtis Epiſcopi Lemovicènſis. (*l*) Antiſiodòri ſancti Curcòdomi diàconi. (*m*)

(c) *Trigintanovem Martyrum.* An. 309. Baron. eo an. n. 21. An. 310. Pagi to. 1. ad ann. 303. n. 6. Die 4. Februar. Martyrol. Gallic. an. 1624. Leodii edit.

(d) *Cyriaci Epiſc.* Martyr an. 363. Baron eo an. n. 20. An 133. Henſchen & Papebroch. Die 1. Maii Florentin. & Holſten. Die 22. Ms. Arabo-Ægypt. apud Maronitas Romæ.

(f) *Antoniæ Martyris.* Die 12. Junii Greci in Menologio.

(a) *Baron. an. 377. n. 8. & an. 389. n. 1. S. Auguſtinus filius lib. 4. c. 25. lib. 5 c. 8. lib. 6. c. 12. & lib. 9. de Confeſſ. c. 8. uſque ad 13.* (b) *Baron. an. 309. n. 19. Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 17. 22. & 25. Nicephor. lib. 7. c. 16. & 27. & alii.* (c) *Baron. an. 309. n. 21. Euſeb. lib. 8. c. 22. Nicephor. lib. 7. Uſuard. Ado, aliique.* (d) *Baron. an. 363. n. 20. Uſuard. Ado, Petr. de Natal. lib. 4. c. 117. & Acta Eccleſ. Anconitan.* (e) *Baron. in not. Henſchen. & Papebroch. Acta.* (f) *Baron. in not. Græci in Menologio die 12. Jun. Uſuard. & Ado.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 1. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 21.* (h) *Baron. an. 305. n. 15. Græci in Menologio. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edit.* (i) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. Galeſin. ex Tabul. Eccleſ. Colonien. Henſchen. & Papebroch. Acta.* (k) *Baron. an. 397. n. 41. An. 400. n. 3. & an. 405. n. 17.* (l) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Tabul. Dervenchar.* (m) *Baron. ibid. Uſuard. Henſchen. & Papebroch. Acta.*

Quantùm poteſtis inſpicite. S. Auguſt. Homil. Lucæ 7.

(b) *In metallo Phennenſi Palæſtinæ Silvani Gazæ Epiſcopi.* Metallum Phanenſe locus erat Palæſtinæ, in Territ. Gazæorum, à Dodan oppido IV. mille paſſus in Auſtrum recedens; in quem locum relegati ducebantur ad metalla damnati. Euſebius lib. 8. Silvanum ſcribit cum multis Clericis paſſum Gazæ, alios verò XL. in Phanenſi Metallo. Martyrol. Epternacen. *In Cæſaria Silvini, Urbiani.* Martyrolog. Corbejen. *In Cæſarea Sylvani, Alexandri, & aliorum XL.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Ms. Barberinianum: *In Cæſarea Sylvani,* Ms. Divionen. *Civitate Gaza Silvani Epiſcopi cum pluribus Clericorum ſuorum coronati.* Galesin. *Joannem martyrem* addit.

(c) *Item ſanctorum trigintanovem martyrum.* Martyrol. Corbejen. Ms. Barberinian. & Menolog. Baſilii Porphyrogeniti:

Copioſiùs quàm loquimur cogitate. S. Auguſt. Homil. Lucæ 7.

Et aliorum XL. Martyrol. de Peregrin. *Civitate Mellafarienſi ſanctorum martyrum quadraginta, qui ſimul capite cæſi ſunt.*

(d) *Cyriaci Epiſc.* Apographa Epternacen. Corbejen. Lucen. & Ms. Reginæ Sueciæ ad 1. Maii: *Natalis S. Judæ Epiſcopi, qui cognominatus eſt Quiriacus* Conſentit Notker. ſcribens: *Quiriaci Epiſcopi, cognomento Judæ.*

Cardinal. Baronius in not. ſuadet, hunc S. Epiſcopum *ſub Juliano Apoſtata* Martyrio coronatum; Henſchen. tamen & Papebroch. *A Barchochebа factionis Judæorum duce.*

Idem Baronius rurſus adnotat, Epiſcopum Hieroſolymitan. non fuiſſe, ſed Anconitanum: Galeſinius conſentit. At Raban. Ferrar. Catal. SS. Ital. & Petr. de Natal. affirmant, Epiſcopum Hieroſolymorum fuiſſe; verùm Ferrar. addit in Actis S. Cyriaci, corpus in Eccleſia Anconitana retineri. An modò *Cyriacus, ſivè Quiriacus* ad Kalendas Maii ſit idem, ac qui hac die colitur, & Anconæ. Florentin. Henſchen. & Papebroch. ad eas Kalendas inſpiciendi.

(f) *Nicomedia Antoniæ Martyris.* Martyrol. Epternacen. ſeu Antuerpien. *Nicia Civitate Natalis Antoninæ.* Sed aut alia, quam Græci pridie, ut Baron. in not. aut depravatè. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia S. Seneſii, Antonii;* in aliis verò codicibus *Antonia* legitur. Romanum Martyrolog. proſequitur: *Ad ultimum in confeſſione Domini flammis exuſta.* Apographum Ms. Arabo-Ægyptiacum Romæ apud Maronitas: *Demum gladio percuſſa, martyrio coronata.*

(g) *Lauriaci in Norico Ripenſi Floriani Martyris, ſub Diocletiano, Aquilini Præſidis juſſu.* De Peregrin. *In Norico Ripenſi S. Floriani, qui Præſidis juſſu ligato ad collum ſaxo, in flumine Anniſo præcipitatus eſt.*

Baron. in not. inter alios accit Adonem; At hic nulla nota, neque Cæſaris, neque Præſidis, ſed: *juſſu Præſidis ligatus, in flumen Anni præcipitatus eſt, & mox omnibus circumſtantibus videntibus, oculi præcipitatoris ejus crepuerunt.*

(i) *Coloniæ Paulini Martyris.* Martyrologia antiqua Coloniæ, & Lubecæ an. 1410. cuſa: *Colonia Agrippina B. Paulini Diaconi, & Martyris, cujus caput per ferreum malleum pro Chriſto contritum dignoſcitur, & cerebrum ſuum unà cum pro ſuo ſanguine patienter effudiſſe.*

(m) *Antiſiodori Curcodomi Diaconi.* Aliis: *Corcodemi, Corcodimi, Corcodini, Corrobomi.* De Peregrin. *Curcodini Diaconi:* Martyrol. Epternacen. *Antiſiodoro Translatio, & depoſitio Sancti Corcodemi Diaconi.* Martyrol. Corbejen. *Corcodemi Diaconi, & Confeſſoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Codomi.* Martyrol. Bluman. *Corcedomi.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Antiſsiodori Corcodini Confeſſoris* Ms. Barberinian. Roman. *Antiſsiodoro depoſitio S. Concordini Diaconi.* Galeſin. *Curcodomi Diaconi, Antonii, Cæleſtini, & aliorum.* Sauſſayus. Martyrol. Gallicano: *Curcodomi Diaconi, & aliorum Clericorum, & martyrum.* Hiſtor. Epiſcopor. Antiſiodoren. *Corcodomi Archidiaconi & Levitę, cum S. Peregrino Presbytero, & Joviniano Subdiacono, & alio Joviniano Lectore à Sixto Papa miſſis.*

(h) *In metallo Phennenſi Palæſtinæ Silvani Gazæ Epiſcopi, qui Galerii Maximiani mandato, &c.* *Diſceptatio Chronologica.*

Romanum Martyrolog. juſſu Gregorii XIII. Papæ anno 1605 editum *Maximini Cæſaris mandato* pandiṭabat. Dein verò per Baronium in poſteriori editione de anno 1630. Urbani VIII. authoritate à primæva lectione receſsit, & reſcripsit: *Galerii Maximiani Cæſaris mandato.* Id ex Euſebio hiſt. lib. 8. c. 17. & 25. quem in notis Baronius advocat.

Aſt probe Euſebio inſpecto in tractatu de Martyrib. Palæſtin ſubnexo, ubi de ſingulis, quæ ad Silvanum Gazæ Urbis Epiſcopum, & Socios Martyres in Metallo Phennenſi. c. 7. accuratiùs agente, tradit expreſsè: *Silvanus, & undequadraginta Martyres juſſu ſceleratiſsimi Maximini uno eodemque die capite truncati ſunt.* Qui igitur ſub *Maximiano* recenſent, ex aliquo Græco luxato codice, *Maximiani* pro *Maximini* ſcribente, hauſere.

Baronius hos Martyres refert anno Chriſti 309. ut eo an. n. 19. ſcilicet ſub Maximianæ perſequutionis fine, à Maximino dein ſuſcitatæ, ab Euſebio ſub nomine Maximini comprehenſæ.

Sed etiam dato Martyrio eo anno 309. à quampluribus abnegato, adhuc ſub fine perſequutionis Maximianæ obtigiſſe repugnat ex Euſebio c. 7. *Cum quintus jam annus perſequutionis volveretur;* an. ſcilicet 308. poſt Martyrium S. Theodoſiæ virginis enarratum, die ſecunda Aprilis cultę; unde ſi hic Martyr anno 309. martyrizatus, liquet longè tardiùs, quàm ſub fine perſequutionis Maximianæ; Quinimmò Baronius indigitat Euſebium aſſerere, agonem hujus Martyris obtigiſſe anno octavo perſequutionis, ſequutæ anno Chriſti 311. quando adhuc Maximini perſequutio ſæviebat, hinc potiùs ſub fine Maximinæ perſequutionis, quàm Maximianæ.

Verùm quùm de S. Theodoſia die ſecunda Aprilis ſatis de hoc actum, in præſentiarum quemadmodum Roman. Martyrolog. à ſuo primævo ſenſu receſsit, ita, premiſſa ſapientiorum definitione, ſanius erit, ut quoque ex hoc abeat, neutiquam indicando ſub quo, ſed, ut Menologium Baſilii Imperatoris, & inter latinos Ruffinus Presbyter

sbyter lib. 8. Hist. Eccles. c. 14. scribit: *In Palæstina primus Silvanus Episcopus apud Gazam cum plerisque Clericorum, in Metallo autem Fanensi quadraginta simul capite cæsi*, & editiones ejus de an. 1479. & 1526. ita & Romanum Martyrologium accuratius referret: *In Metallo Phennensi Palæstinæ Natalis Beati Silvani Gazæ Episcopi, qui cum plurimis suis Clericis Martyrio coronatus est.*

xxiv. F Tertio Nonas Maii. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
A B C D E *F* F G H M N P
27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

(b) *Euthymii Diaconi*. Die præcedenti Apographum Blumanii.
(c) *Irenæi*. Die præcedenti Maurolyc.
(f) *Maximi Episc.* Martyr an. 351. Baron. eo an. nu. 24. Ann. 355. Hensch. & Papebroch. Ann. 335. Pagi to. 1. ad an. 351. n. 8. Die 8. Martii Vit. S. Cyrilli. Die 30. April. Florar. Ms.

ROmæ sanctæ Crescentiànæ màrtyris, Ibidem sancti Silvàni màrtyris. (*a*) Alexandriæ sancti Euthymii diàconi ob Christum in càrcere quiescèntis. (*b*) Thessalonìcæ natàlis sanctòrum màrtyrum Irenæi, Peregrìni & Irènes, ìgnibus combustorum. (*c*) Antisiodòri pàssio sancti Joviniàni lectòris. (*d*) Locàtæ in Sicìlia sancti Angeli presbyteri, Ordinis Carmelitàrum, qui ab hærèticis ob defensiònem Cathòlicæ fidei trucidàtus est. (*e*) Jerosòlymis sancti Màximi Epìscopi & confessòris, quem Maximiànus Galèrius Cæsar post effòssum òculum, pedèmque ignìto ferro adùstum, ad metàlla damnàvit. (*f*) Edèssæ in Syria sancti Eulògii Epìscopi & confessòris. (*g*) Arelàtæ in Gàllia sancti Hilàrii Epìscopi, doctrìna & sanctitàte conspìcui. (*h*) Viènnæ sancti Nicèti Epìscopi, veneràbilis sanctitàtis viri. (*i*) Bonòniæ sancti Theodòri Epìscopi, mèritis clari. (*k*) Eòdem die sancti Sacerdòtis Epìscopi Saguntìni. (*l*) Mediolàni sancti Gerùntii Epìscopi. (*m*) Ibìdem convèrsio sancti Augustìni Epìscopi & Ecclèsiæ Doctòris, quem beàtus Ambròsius Epìscopus fidei Cathòlicæ veritàtem dòcuit, & hac die baptizàvit. (*n*)

(h) *Hilarii Episc.* Obiit an. 445. Baron. eo an. n. 9. An. 449. Hensch. & Papebroch. Die 7. Martyrolog. Ms. Attrebaten. Eccles. Cathedral. Tornacen. Monaster. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti.

(a) *Baron. in not. Henschen. & Papebroch. Acta*. (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 4. c. 132. Usuard. Ado, & alii*. (c) *Baron. an. 304. n. 50. Græci in Menologio de Irenæo, Usuard. Ado, & alii*. (d) *Baron. in not. Henshen. & Papebroch. Acta*. (e) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Thesaur. Concion. t. 2.* (f) *Baron. an. 351. n. 24. Græci in Menolog. Sozomen. hist. lib. 2. c. 19. & lib. 3. c. 20. & 21. Theodoret. lib. 2. c. 27. & Nicephor. lib. 11. c. 26.* (g) *Baron. an. 371. n. 113 & an. 378. n. 48. Theodoret. hist. lib. 4. c. 16. Henschen. & Papebroch. Acta*. (h) *Baron. an. 412. n. 34. & an. 445. n. 9. Usuard. Ado, & cæteri*. (i) *Baron. in not. & Tabul. Demochar.* (k) *Baron. in not. & Tabulæ Eccles. Bononien.* (l) *Baron. in not. Tabulæ Eccles. Saguntin. Flos SS. Hispan. Henschen. & Papebroch. Acta*. (m) *Baron. an. 400. n. 12. & Tabulæ Eccles. Mediolanen.* (n) *Baron. an. 384. n. 30. & seq.*

De intelligendis nulla temeritate affirmamus. S. August. lib. 9. c. 1.

(a) *Roma Silvani Martyris*. Cardinal. Baron. in not. *Legitur in libro de Roman. Pontific. Bonifacium Papam I. ornasse sepulchrum Sancti Silvani Martyris*. At pro Silvano, legitur *Levanus* in Actis S. Bonifacii; quamobrem Ferrar. Catal. SS. Italiæ asserit: *Patriam, Acta, Tempus, & Genus Martyrii ignorari*.

(b) *Alexandria Euthymii Diaconi*. Aliis: *Eutimi, Anthimi*. Apographum Corbejen. nulla loci nota: *Eutimi Diaconi, & Martyris*. Epternacen. *Alexandria Civitate Petri Diaconi*. Lucen. *Petivi*. Ms. Patricianum Neapoli in Schedis Antonii Caraccioli penès Cleric. Regulares SS. Apostolor. *Apud Alexandream Anthimi Diaconi in carcere quiescentis*. Ms. Divionen. & Ado: *In Alexandria Euthymii Diaconi in carcere quiescentie*. Galesin. in notis subnectit: *Anno à Christo nato cccv. Constantio v. & Maximiano v. Consulibus*.

In his veritas exquirenda. S. August. lib. 9. c. 1.

(c) *Thes-*

(c) *Thessalonica Irenai, Peregrini, & Irenes*. Aliis: *Erina, Herenna, Herenæ, Hirenes* cum aspiratione. De Peregrin. *Irenis*. Ms. Tamlacten. *Herenna*. Codices S. Hieronymi penes Florentinium: *In Tessalonica Herenei, Peregrini, & Herena*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Thessalonica Irenai, Peregrini, & Irenes, Erenea, & Peregrini ignibus adustorum*. Ms. Barberinianum Roman. *In Thessalonica Herenei, & Herena Peregrinorum*. Mss. Atrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *Qui ignibus sunt adusti*. Ms. Patrician. Neapoli apud Clericos Regulares: *In Civitate Macedoniæ...... S. Herinæ Virginis, & Martyris*. Canis. in Menologio Græcorum: *Die v. Maii S. Martyris Hirena*. Græci in Menologio Basilii, & in Anthologio Arcudi aliam *Irenem* Constantinopoli venerantur.

(d) *Antisiodori Joviniani Lectoris*. Aliis: *Juviniani, Juveniani, Joviani, Viviniani, Viviani*. Raban. *Juriani*. Martyrol. Epternacen. *Juliani*. Martyrol. Corbejen. *Juviniani*. Martyrolog. Lucen. Agiologium Labbei, & Petr. de Natal. *Antisiodoro passio S. Juveniani Lectoris, & Martyris*, nomine sejuncto tò *Martyris*. Notkerus: *Antisiodoro passio Joviniani Confessoris*. Inquirendum an pro Joviano Lectore, intelligatur Jovianus Subdiaconus. De Peregrin. *Antisidori passio S. Joviniani Episcopi*. Si sphalma tò *Episcopi*, Antisiodorenses definiant.

(f) *Maximi Episcopi*. Baron. in not. *De eo Græci iidem*. Henschen. & Papebroch. fatentur, nihil in Menæis, Synaxariis, & Menologiis invenisse, neque hac, neque ulla alia die.

(h) *Arelata Hilarii Episcopi*. Arelate, sivè Arelatum, *Arles* Gallis. Urbs antiqua, & præclara Galliæ Narbonensis, ad Rhodani citeriorem ripam, Massiliæ, & Avenioni finitima: In qua multa vetustatis monimenta, & magnitudinis inditia cernuntur, inter quæ Amphitheatrum, & columnæ marmoreæ ingentes duæ, Herculeæ autumatæ.

Baron. in not. autumat, hunc Hilarium Episcopum adversùs S. Augustinum Semipelagianos revera aliquando fovisse, eisdemque favisse; Sed dein ita resipuisse, ut in electione Ravennii successoris, nota Sanctæ, & Beatæ memoriæ Episcopus nuncuparetur, & à pluribus Scriptoribus illi laudes tributæ. Adstruit in suis ad hoc Roman. Martyrolog. animadvers. Holsten. antiquo Authore Eccles. Britann. pag. 345.

At Cardinal. Bellarmin. lib. de Scriptor. Eccles. & Raynaud. in Apolog. pro S. Valeriano Cemelensi c. 4. num. 2. duos recensent Hilarios, alterum Laicum, alterum Episcopum pro Semipelagianis, & Massiliensibus adversùs S. Augustinum; alios ab Hilario Arelatensi. Profectò ille, qui dicitur Episcopus, & admonetur de Pelagiano errore ab Augustino Epist. 94. est Hilarius Episcopus Narbonensis *Primæ*, qui tunc florebat, non Arelatensis, ut ex computo annorum Florentinius Vir doctissimus observat; Ipsi Historici Viri sapientissimi hoc consulant.

(i) *Viennæ Niceti Episcopi*. Alibi: *Nicetii, Niceta, Nocetii*. Fasta vetusta Hieronymiana, & Mss. Tornacen. Monasterii Sancti Martini, Cassinen. Roman. Altempsian. & Vatican. S. Petri: *In Vienna depositio Nectarii, & Nicees Episcopi*. Ms. Treviren. S. Martini: *Vienna depositio S. Niceta Episcopi, & Confessoris*. Notker. *Viennæ Nectarii, & Nicetii Episcoporum*. Greven. Auctar. ad Usuard. & Canis. Martyrolog. Germanico: *Vienna S. Nicetii Episcopi venerabilis sanctitatis Viri, Nectarii Episcopi Viennensis, & Confessoris*. Hagiologium pervetustum Franco-Gallic. Labbei: *Item Viennæ S. Nocetii Episcopi, venerabilis sanctitatis Viri*.

(m) *Mediolani Geruntii Episcopi*. Martyrologium Ms. vet. S. Sabini de Levitan. 111. *Nonas Maii In Gallia Vico Julii depositio S. Nerontii Confessoris*. Saussayus: *Gerontii Confessoris*. Sed alius, de quo S. Leo Papa Epistol. 51. & 52. & die sequ. Auctar. Adonis, & S. Hieronymi Apographa. Quinimmo item ea die, eodemque modo idem Saussayus: *Pridie nonas Maii in Galliis Vico Julii SS. Gerontii Confessoris, & Eventii*.

(n) *Conversio S. Augustini Episc.* Baptizatus ætatis 33. completæ an. 388. Baron. eo an. nu. 71. & sequ. Nondum ann. ætatis 33. egressus, & an. 387. die 24. April. Pagi t. 1. ad annum 388. n. 9. Hoc ipsi Viri eruditi disceptent.

xxiij. G Pridie Nonas Maii. Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

ROmæ sancti Joànnis ante portam Latìnam, qui ab Ephesо jussu Domitiàni vinctus Romam perdùctus, & judicànte Senàtu, ante

te eàmdem portam in òlei fervèntis dòlium missus, pùrior & vegètior inde èxiit, quàm intràvit. (*a*) Antiochiæ sancti Evòdii, qui [ut beàtus Ignàtius ad Antiochènses scribit] primus ibìdem à sancto Petro Apòstolo ordinàtus Epìscopus, glorioso martyrio vitam finìvit. (*b*) Cyrène sancti Lùcii Epìscopi, quem in Actibus Apostolòrum sanctus Lucas commèmorat. (*c*) In Africa sanctòrum màrtyrum Heliodòri & Venùsti, cum àliis septuagintaquìnque. (*d*) In Cypro sancti Theòdoti Epìscopi Cyriniæ, qui sub Licìnio Imperatòre gravìssima passus, in pace tandem Ecclèsiæ spìritum Deo rèddidit. (*e*) Damàsci natàlis beàti Joànnis Damascèni, sanctitàte & doctrìna cèlebris, qui pro cultu sanctàrum Imàginum verbo & scriptis advèrsùs Leònem Isàuricum strènuè decertàvit: cujus jussu cùm ei dèxtera manus amputàta fuisset, imàgini beàtæ MARIÆ Vìrginis, quam defènderat, seìpsum commèndans, pròtinus dèxteram ìntegram sanàmque recèpit. (*f*) Carrhis in Mesopotàmia sancti Protògenis Epìscopi. (*g*) In Anglia sancti Eadbèrti Epìscopi Lindisfarnènsis, doctrìna & pietàte insignis. (*h*) Romæ sanctæ Benedictæ vìrginis. (*i*) Salèrni translàtio sancti Matthæi Apòstoli, cujus sacrum corpus olim ex Æthiòpia divèrsas regiònes, & demum ad eam urbem delàtum, ibìdem in Ecclèsia ejus nòmine dedicàta summo honòre cònditum fuit. (*k*)

(b) *Evodii*. Die 29. April. & 7. Septembris Greci in Menologio.

(c) *Theodoti Episc*. Die 17. Januar. Martyrol. Gallobelc. & Greci iterum in Menologio. Die 19. Menæa Mss. Bibliothecæ Mediolanen. & Synaxar. Ms. Claramontan. Societatis Jesu Parif. Die 2. Martii Molan.

(f) *Joannis Damascens*. Die 9. Novembr. & 4. Decembris Græci.

(h) *Eadberti Episc*. Obiit an. 699. Baron. in not. Anno 698. Pagi to. 3. ad an. 687. n. 6.

(a) *Baron. an. 92. n. 1. & sequ. & an. 101. n. 10. Tertullian. de præscript. advers. hæret. S. Hieronym. lib. 1. contra Jovinian. & in Matth. c. 20. Euseb. de Demonstrat. Evangel. lib. 3. c. 7. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 39. n. 18. & sequ. An. 45. n. 23. & an. 71. n. 11. & sequ. Nicephor. lib. 2. c. 3. S. Ignat. Epist. 12. ad Antiochen. & Epistol. 9. ad Philadelph. aliique.* (c) *Baron. an. 44. n. 74. Petrus de Natal. lib. 4. Catal. c. 136. Usuard. Ado, ac cæteri.* (d) *Baron. in not. item Usuard. hac die, Henschen. & Papebroch. Acta.* (e) *Baron. ibidem, & Acta relata.* (f) *Baron. in not. Lippoman. t. 5. Sur. t. 3. prior. edit. & Miscell. lib. 12.* (g) *Baron. an. 371. n. 113. & sequ. Theodoret. lib. 4. c. 5. & Nicephor. lib. 11. c. 23. & lib. 12. c. 5.* (h) *Baron. an. 687. n. 9. aliique.* (i) *Baron. an. 504. n. 62. ac S. Gregor. Papa lib. 4. Dialeg. c. 13.* (k) *Baron. an. 954. n. 2. & sequ. Ostiensis in Chronic. Cassinen. lib. 3. c. 44. & Columna Archiepisc. Salernitan.*

Loquere, & Proba. S. August. Psal. 122.

(b) *Antiochiæ Evodii*. De Peregrinis: *Enodis*. Fasta Græca: *Evodii*, & *Onesiphori*. Latini de *Onesiphoro* die 6. Septembris.

(c) *Lucii Episcopi*. Petr. de Natal. *Quievit in pace pridie nonas Maii, ut dicit Hieronymus in Martyrologio suo*. At neque in Apographis Hieronymian. penès Florentinium, neque apud Henschen. & Papebroch. comperitur *Lucius*. Ado tamen, & Usuard. ipsius meminere; facile ex aliquo horum Codice, perperam Hieronymo adscripto, Petrus id hausit.

Dorotheus in Synopsi lxx. Discipulorum tradit: *Lucius Episcopus Leodiceæ Syriæ*. Hippolit. suæ adhuc Synopsi: *Lucius Episcopus Olimpiadis*, sivè *Olympiæ*. An hic Lucius fuerit Episcopus Cyrenensis, vel Cyrenæ, aut Cyremnatem. alii decernant.

(d) *In Africa Heliodori, & Venusti cum aliis septuagintaquinque*. Martyrol. Epternacen. *In Africa Secundiani Episcopi, & aliorum xl. Jacobi, Mariani, Concordi, Marinæ, Eleodori, Saturnini; In Africa Secundiani Episcopi, Jacobi, Mariani, Concordiæ, & Marinæ, Heliodori, Saturnini, Silvani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. omittit *Saturnini*. Martyrol. Bluman. percurso *Saturninæ*, pro Helidori, *Hiliodori*. Ms. Reginæ Succiæ penès Papebroch. & Janning. *Eodem die Heliodori, Venusti, Postumi, Maximi, Niceti cum aliis 72.*

(k) *Salerni Translatio S. Matthæi Apostoli*. Salernum Urbs Picentinorum maritima, Principatus Citerioris ex XII. Regni Neapolitani regionibus caput, olim elegantissima, & adhuc Academia celeberrima. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Pridie Nonas Maii in Persida Matthæi Apostoli, & primi initiorum Martyrum*. Roman. Martyrol. hac die Translationem S. Matthæi Salernum

Proba per Authoritates, quæ Authoritates suscipiunt. S. Thomas 1. p. q. 32. art. 1.

num recolit ; de qua videndus Baron. in not. quemadmodum quæ ad primitias Martyrum ſpectant, videnda apud Florentinium virum eruditum in notationibus.

(a) *Romæ S. Joannis, qui in olei ferventis dolium miſſus.*

Diſceptatio Hiſtorico-Litteralis.

Hic vereri licet, an pro *Dolio*, reponendum *Solium*; *Dolium* enim ex ligno erat, ac ineptum ad maximè feruens oleum continendum; aut vas vitreum, non balneariùm: & *Solium* vas lapideum, ex Athenæo Navem Geronis Siracuſani Regis lib. 5. deſcribente. Adſtruit ad rem, quod in Breviario Romano die 10. Julii de Martyribus *Secunda*, & *Rufina* legitur: *In ardenti Balnei ſolio includuntur*. Porrò *Solium* vas balnearium erat, Caton. Celſ. Martial. & Anton. idque ferè lapideum, licet figulinum.

Et quamvis S. Hieronym, in Matth. cap. 20. ſcribat: *Si legamus Eccleſiaſticas hiſtorias, in quibus fertur, quòd & ipſe propter Martyrium ſit miſſus in ferventis olei dolium, & inde ad ſuſcipiendam coronam Chriſti Athleta proceſſerit, ſtatimque in Patmos inſulam relegatus,*

Nihilominùs ſphalma putandum alicujus inſcitè ſcribentis *Dolium*, pro *Solium*; elicitur ex eodem Sancto Doctore lib. 1. adversus Jovinianum, ſcribente *Solium*, approbando Tertullianum ita ſentientem c. 36. de præſcript. teſte Baronio ipſo ad annum 42. num. 2. quamobrem eruditè Pamel. locum Epiſtolæ Cypriani Carthaginenſis Epiſcopi ad Mag. (quæ eſt ſeptuageſima ſexta Pamelianæ editionis) ubi ita legebatur: *In lavacro ſæculari, & carnali ſordes cutis, & corporis abluuntur, ut ex ſapone & nitro, & cæteris quoque adjumentis, & dolio, & piſcina, quibus ablui, & mundari corpuſculum poſſit*, ex veteri Rombaldi editione, repoſuit, & *Solio*, & *Piſcina*. Igitur præſtito Eruditorum judicio, ut ſine hac nutatione ſit Roman. Martyrol. neque *Dolium*, neque *Solium* habeat, ut Tertullianus loco laudato: *Apoſtolus Joannes poſteaquàm in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt*. Et Hieronymus quoque: *Sanctum Joannem in oleum igneum conjectum fuiſſe anno Chriſti* 14. proinde promat: *Romæ S. Joannis, &c. ante eandem portam in oleum fervens miſſus, purior, & vegetior inde exiit, quàm intravit.*

xxij. A Nonis Maii. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

CRacòviæ in Polònia natàlis ſancti Stanislài Epiſcopi & màrtyris; qui à Boleslào impio Rege necàtus eſt. (a) Tarracìnæ in Campània natàlis beàtæ Flàviæ Domitìllæ virginis & màrtyris; quæ cùm eſſet Flàvii Clemèntis Cònſulis foròris filia, & à ſancto Clemènte ſacro velàmine conſecràta, in perſecutiòne Domitiàni ob teſtimònium Chriſti cum àliis plùrimis in inſulam Pòntiam exilio deportata, longum ibi martyrium duxit: noviſſimè verò Tarracìnam dedùcta, cùm doctrìna & miràculis plùrimos ad fidem Chriſti convertiſſet, juſſu Jùdicis incènſo cubìculo, in quo ſimul cum ſuis virgìnibus Euphròſyna & Theodòra morabàtur, curſum glorióſi martyrii conſummàvit. Celebràtur ètiam una cum ſanctis martyribus Nèreo & Achìlleo die duodècima Maii. (b) Eòdem die ſancti Juvenàlis màrtyris. (c) Nicomedìæ ſanctòrum màrtyrum Flàvii, Augùſti & Augùſtini fratrum. (d) Ibìdem ſancti Quadràti martyris, qui in perſecutiòne Dècii ſæpiùs ad tormènta repetìtus, demum càpite truncàtus eſt. (e) Romæ ſancti Benedìcti Papæ & confeſsòris. (f) Eboràci in Anglia ſancti Joànnis Epìſcopi, vita & miràculis clarior. (g) Papìæ ſancti Petri Epìſcopi. (h) Romæ Translàtio còrporis ſancti Stèphani Protomàrtyris, quod

Pe-

(a) *Stanislai Epiſc.* Die ſequenti Polonia.

(b) *Flaviæ Domitillæ* Martyres ann. 98. Baron. eo an. n. 97. Pagi to. 1. ad an. 95. nu. 2. Die 11. Maii Acta.

(c) *Juvenalis Martyris*. Die 2. Maii Benevent. Vipera. Die 3. Auctar. Greven.

(e) *Quadrati Martyris.* Die 9. Maii Menolog Baſilii Imp. & Menæa cuſa.

(f) *Benedicti Papæ*. Obiit an. 684. Baron. eo ann. nu. 2. & ſequ. Ann. 685. Papebroch. & Janning. Die 24. April. Holſten. Die 6. Maii Greven. Auctar. ad Uſuard. Die 23. Septembr. Florentinius.

(g) *Joann. Epiſc.* Obiit an. 721. Baron. in not. Ann. 758. Pagi t. 3. ad an. 721. num. 5.

Pelàgio Summo Pontifice è Conſtantinòpoli ad Urbem allàtum, atque in ſepùlchro ſancti Laurèntii màrtyris in agro Veràno pòſitum, ibidem magna piòrum religiòne còlitur. *(i)*

(a) *Baron. an. 1079. n. 36. & ſequ. Sur. t. 2. prior. edit. aliique Hiſtorici.* (b) *Baron. an. 93. n. 6. An. 100. n. 12. & an. 270. n. 9. Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 14. & Nicephor. lib. 3. c. 9.* (c) *Baron. in not. Papebroch. & Janning. Acta, Uſuard. & Ado.* (d) *Baron. an. 250. n. 26.* (e) *Baron. in not. Papebroch. & Janning. Acta ad 9. Maii.* (f) *Baron. an. 684. n. 2. 3. & 4. Ado, aliique.* (g) *Baron. in not. Beda Hiſt. de geſt. Anglor. lib. 5. c. 2. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedicti lib. 4. c. 68.* (h) *Baron. an. 712. n. 12. & an. 725. n. 4. item Paulus Diacon. lib. 6. c. 18.* (i) *Baron. an. 439. n. 1. & ſequ. & Petr. Diacon. Caſſin. c. 35.*

Teſtimonia, & judicia nec vera, nec falſa vendenda. S. Auguſt. Epiſtol. 54.

(b) *Flavia Domitilla, Flavii Clementis Conſulis Sororis filia.* De Peregrin. *Domicilla, quæ cùm eſſet Flavii Conſulis ex ſorore Neptis.*

(c) *Eodem die Juvenalis Martyris*, Cardinal. Baron. in notis opinatur: *Hujus meminiſſe S. Gregorium homil. 37. in Evangel.* Ferrar. tamen Catal. SS. Ital. ſuadet, Juvenalem, de quo S. Gregorius loco adducto, Eccleſiæ Narniæ præfuiſſe, ubi nulla Juvenalis Martyris memoria: quamobrem autumat eſſe alium Juvenalem, ſcilicet Diaconum S. Alexandri Papæ, de quo Galeſin. ex antiquis Mss. die 3. Maii ſuo Martyrologio. Cæterùm Juvenalis Epiſcopus Interamnenſis, Juvenalis Epiſcopus, & Confeſſor Narnienſis, & Juvenalis Martyr Diaconus S. Alexandri Papæ à variis Codicibus hac ipſa die coluntur.

(d) *Nicomedia Flavii Auguſti, & Auguſtini fratrum.* Martyrolog. Corbejen. *In Nicomedia Flavii Epiſcopi, Auguſtini Epiſcopi. Item Auguſtini, trium fratrum, Marcellini, Macrobii, Euthicii.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Euthicii, *Eutheri.* Martyrol. Epternacen. ſeu Antuerpien. *In Nicomedia Flavii Epiſcopi, Auguſtini.* Ms. Vatican. S. Petri *In Nicomedia Flavi Epiſcopi, Auguſtini, Marcellini, Maximi.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Natale S. Auguſtini, Nicomedia Pontificis.* Mss. Richenovien. & Rhinovien. *In Nicomedia Flavii Epiſcopi, Auguſtini, Macrobii.* Ms. Aquiſgranen. *In Nicomedia Franii* (aliàs Flavii) *Epiſcopi, Afrodiſii, Macrobii, Auguſti, Auguſtiani, & trium fratrum.* Ms. Tamlacten. *Flavii, Macrobii, Auguſtini, Marcellini, item Auguſtini, & trium fratrum.* Mss. Auguſtan. Sancti Udlarici, & Pariſien. Labbei: *Flavii, Auguſtini, Marcellini, Macrobii, & Euthychii.* Raban. *In Nicomedia Flavii Epiſcopi, & Frodiſii, Macrobii, Auguſtini Epiſcopi.* Notker. *Apud Nicomediam Flavii, & Auguſtini, & trium fratrum Marcellini, Macrobii, & Eutichii.* En quot modis hæc lectio compellatur. Sedulus lector conſulat, & ſeligat.

(e) *Ibidem Quadrati Martyris.* Faſta Græca: *Codrati*, & ad 9. Maii: *Sancti Martyris Codrati, & Sociorum ejus.* Galeſin. *Codratum Martyrem vocat.*

Quæ falſa venduntur, ſcelerate à volentibus dantur. S. Auguſt. Epiſtol. 54.

(f) *Benedicti Papæ.* Holſten. die 24. Aprilis in Animadverſis: *Vetus Kalendarium Romæ Clauſtro Prioratus Melitenſis in Monte Aventino in pariete depictum Liberii Papæ, Benedicti Papæ VIII. Kalendas Maii.* Adſtipulaturque eadem die Ms. Bibliothecæ Barberinianæ: *Romæ S. Liberii Papæ, qui eſt lxxxi.* Papebroch. tamen, & Janning. vitium cenſent in numero, quia Liberius ordine fuit XXXVII. & Benedictus LXXXIII. Alii tamen horum Pontificum Chronologiam definiant.

(g) *Joannis Epiſcopi*, Baronius in not. docet, hunc Joannem fuiſſe Epiſcopum: Mabillon. Sæcul. 3. Benedictin. par. 1. Papebroch. & Janning. in Act. SS. annuunt; Pagi tamen id perperam putat, ut diſſerte to. 3. ſuæ Chriticæ Hiſtorico-Chronologicæ ad an. 721. num. 7. Ipſi ſummi Viri inter ſe conferant.

Diſceptatio Chronologica.

(i) *Romæ Translatio Corporis S. Stephani Protomartyris, ſub Pelagio Summo Pontifice.*

Ambiguum quidem an hæc Translatio *ſub Pelagio* I. id namque in antiquis monumentis non legitur.

Eminentiſſimus Baronius in notis eam producit ex veteribus monumentis à Lucio Archidiacono editis, item ex Ms. Monaſterii S. Cæciliæ trans Tyberim, & ex Petro Diacono Caſſinenſi lib. de vir. illuſtr. Monaſterii Caſſinenſ. c. 35.

Aſt cenſendum Lucium, & alios ex corrupto Codice nactos hæc Translationis Acta *ſub Pelagio*; Inveriſimile enim, qua via ſibi, & Auguſtæ Urbi paſſus ſit Juſtinianus Imperator tantum theſaurum extorqueri, qui inter omnes Orientales Auguſtos (quidquid ſcelerum, & turpitudinum, quæ Procopii arcana hiſtoria narrat, clam foverit, aut commiſerit) publicè in Sanctorum cultu ſanè excelluit. Pelagius profectò, Juſtiniano Imperante, Pontificatum geſſit, qui magnificentiſſimis templis, & SS. Reliquiis undique collectis Conſtantinopolim ornavit, proindè incredibile eum permiſiſſe, ut Protomartyris Corpus, quod tanto cum

apparatu,

apparatu, & honore piissimus Theodosius advectum exceperat, aliò transferretur.

Quòd si quis retunderet, postquàm apud Constantinum Copronimum, aliosque subsequentes Imperatores Agiomachos Sanctorum Reliquię vilescere cœperunt, fuisse S. Stephani Corpus Romam translatum, unde forsan pro *Pelagio Primo*, reponendum: *Pelagio Secundo*.

Adhùc difficultates, quæ de Justiniano, urgerent de piissimo Tiberio, sub quo Pelagius Secundus Ecclesiæ Universali præfuit. Itaque quonam tempore facta sit hæc translatio facile nequit statui; quamobrem aliqua vetera Martyrologia, ut Pleschian. & Beneventan. in Schedis Antonii Caraccioli apud Cleric. Regulares SS. Apostolorum Neapoli, & Vatican. S. Petri penès Papebroch. & Janningum hanc Translationem his verbis memorat: *Sancti Stephani Protomartyris transitus Romam*, nullo signato tempore; hoc pacto, si sapientiores Censores judicaverint, in præsentiarum, percurso Pelagio Summo Pontifice, lectio Romani Martyrologii concinnetur: *Roma translatio Corporis S. Stephani Protomartyris, quod de Constantinopoli ad Urbem, &c.*

xxj. B Octavo Idus Maii. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

IN monte Gargàno Apparìtio sancti Michaèlis Archàngeli. (*a*) Mediolàni natalis sancti Victòris màrtyris, qui natiòne Màurus, & à primæva ætàte Christiànus, cùm esset in castris Imperiàlibus miles, compellènte Maximiàno, ut idòlis sacrificàret, in confessiòne Dòmini fortissimè persevèrans, primò gràviter fùstibus cęsus, sed Deo protegènte dolòris expers, deìnde liquènti plumbo perfùsus, sed nihil pènitùs læsus, novìssimè gloriòsi martyrii cursum càpitis abscissiòne complèvit. (*b*) Constantinòpoli sancti Acàthii centuriònis, qui in persecutiòne Diocletiàni & Maximiàni à Firmo tribùno delàtus quòd Christiànus esset, & à Bibiàno Jùdice Perinthi sævìssimè tortus, Byzàntii demum à Flaccìno Procònsule càpitis damnàtus est: cujus corpus ad Scyllàcium littus divìnitus pòsteà delàtum, ibi honorificè asservàtur. (*c*) Viènnæ sancti Dionysìi Epìscopi & confessòris. (*d*) Antisiodòri sancti Hellàdii Epìscopi. (*e*) In territòrio Bisuntìno Sancti Petri Epìscopi. (*f*) In Scòtia sancti Vvirònis Epìscopi. (*g*)

(a) *Apparitio S. Michaelis Archangeli*. Die præcedenti de Peregrin.

(b) *Victoris Martyr.* anno 303. Baron. eo an. n. 122. Anno 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præceden. Holsten.

(c) *Acathii*. Die præcedenti Græci in Menæis, & Menologio, & Raban.

(d) *Dionysii Episc.* Die præced. Saussayus.

(e) *Helladii Episcopi*. Die 6. Maii Martyrol. Monasterii Sancti Savini Tarbien. Diœces. & Saussayus.

(f) *Petri Episcop.* Obiit anno 1171. Baron. in not. Ann. 1170. Papebroch. & Janning.

(g) *Wironis Episc.* Circ. 950. Baron. in not. circ. 752. Florar. Ms. penès Papebroch. & Janning. Die 10. Apr. Eccles. & Diœces. Rudemondens.

(a) *Baron. an. 60. n. 20. & an. 493. n. 42. Lippoman. t. 8. Sur. t. 5. prior. edit. Sigebert. in Chronic. ad an. 488. Sozomen. hist. lib. 2. c. 2. Nicephor. lib. 8. c. 32. Petr. in Catal. lib. 9. c. 71. & alis.* (b) *Baron. an. 303. n. 122. & an. 307. n. 13. Sur. t. 3. prior. edit. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 4. c. 113.* (c) *Baron. an. 311. n. 19. an. 396. n. 7. & an. 407. n. 31. Lippoman. t. 7, & Sur. t. 3.* (d) *Baron. in not. Tabul. Demochar. Ado, Papebroch. & Janning. Acta,* (e) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Tabul. Demochar. Acta relata, & Petr. de Natal. lib. 11. n. 128.* (f) *Baron. in not. & Sur. t. 3. prior. edit.* (g) *Baron. an. 631. n. 10. Sur. t. 3. relat. hac ipsa die, & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 263.*

Intellige quod audis. S. August. Serm. 42. de Sanct. circa medium.

(a) *Mediolani Victoris Martyris*. Martyrolog. Corbejen. *Mediolano Victoris Eutici......atiæ Fortunati, Saturnini*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. post *Eutici*, habet *Mariæ*. Martyrol. Bluman. profert: *Marcia*; reliquùm verò ut Corbejen. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. ad 6. Maii: *Pridie Nonas Mediolani Victoris, Felicis cum aliis cxxx111.* Et die sequ. *Nonis Maii Mediolani Natalis Victoris Martyris, cujus passio ibidem celebratur*. Apographa Martyrolog. Sancti Hieronymi ad 21. Septembr, *x1. Ka-*

Non secundùm sensum, sed secundùm veritatem judicabis. S. August. lib. 1. de Catechizan. c. 3.

XI. *Kalend. Octobris in Mediolano S. Victoris Martyris*. Forsan alius, aut aliqua Translatio. Item hac ipsa die Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Epternacen. & Ms. Reginæ Sueciæ: *Octavo Idus in Ægypto Victoris, Stephanæ*. Martyrolog. Corbejen. *In Ægypto Victoris, Stephani, Januarii*. Galesin. *Belladii*. De Peregrin. *Claudii Episcopi*. Verùm hic Victor Ægyptiacus cum additis sociis videtur alius à Victore Mediolanensi.

(c) *Constantinopoli Acathii Centurionis*. Aliis. *Acacii, Achai, Agati*. Martyrol. Epternacen. *Constantinopoli Agati Militis, Maximi Presbyteri, Anthes. Diaconi*, cum aliis plurimis signatis. Martyrol. Corbejen. & vetus Lucen. *Militis, Maximi Presbyteri, Antis Diaconi*, reliquisque sociis. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holsten. *Octavo Idus Constantinopoli Maximi Presbyteri, Antos Diaconi, & aliorum valdè multorum*, relicto *Acathii*, forsan inter Anonymos. Notker. *Constantinopoli S. Agathi militis, & aliorum valdè multorum. Eodem die Agathius, & Maximus*. Raban. die precedenti: *S. Achaicus Martyr Constantinopoli*.

(e) *Antisiodori Helladii Episcopi*. Martyrolog. Corbejen. *Heladii*. Martyrolog. vet. Lucen. *Eladii*. Martyrol. Epternacen. *Pelladi*. Hagiolog. Franco-Gallic. Lebbei: VIII. *Idus Autissiodoro depositio Pelagii Episcopi*. Mss. Attrebaten. Tornacense, & Lætiense, nullo prænotato loco: *Eodem die natale S. Elladii Episcopi*. Die 6. Maii Ms. Reginæ Sueciæ: *Antisiodoro Stavii Episcopi*. Martyrolog. Monaster. S. Savini Tarbien. Diœcesi. & Saussayus: *S. Pallachius Episcopus*. Papebroch tamen, & Janning viri eruditi: *Helladii Episcopi Autissiodorensis* scribendum putant. Petr. de Natal. VIII. *Idus Maii in Ægypto Sanctorum Martyrum Elladii, Stephani, & Victoris Episcoporum*. At quemadmodum est alius Victor Ægyptius, ita & alius Helladius; Alium quoq; Helladium hac ipsa die Episcopum Nivernensem Florar. Ms. offert.

Cardinal. Baron. in notis prostat, hunc Helladium Episcopum Antisiodorensem successisse Sancto Valeriano temporibus Constantini Imperatoris, & ordine quintum in Tabul. Demochar. Bibliotheca verò Labbei hist. Episcopor. Antisiodorensium recenset Claudium Episcopum ordine quintum, & hac ipsa die sepultum secus prædecessores s. in Monte Autrico, in vivis sub Constantio, & Constantino filiis Constantini Imperatoris.

(f) *In territorio Bisuntino Petri Episcopi*. Molan. Auctar. ad Usuard. Martyrol. Coloniæ cusum, & Lubecæ an. 1490. & Greven. *In territorio Bisuntino Monasterio Belle-Vallis natalis S. Petri Episcopi Tarentatiensis Ecclesiæ, & Confessoris, Ordinis Cisterciensis, qui multis miraculis, & virtutibus clarus quievit in pace*.

(g) *In Scotia Wironis Episcopi*. Plerique Codices: *Et Confessoris*. Ms. Treviren. S. Martini, & alia: *Trajecto Wironis Episcopi & Confessoris*. Carthusian. Addit. ad Usuard. & Greven. *In Trajecto inferiori Beati Vironis Episcopi Dejorum, & Confessoris*. Martyrol. cusum Lubecæ an. 1490. nulla loci nota: *Eodem die Beati Wironis Episcopi, & Confessoris*. Ms. Ecclesiæ S. Mariæ Ultrajecti: *Trajecti Wironis Confessoris*. Forsan alius.

Baron. ad an. 631. n. 10. Vvironem refert sub Pipino Laudensi; Pagi verò to. 2. eodemque anno n. 7. sub Pipino Heristallo, longè posteriori.

XX. C Septimo Idus Maii. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

NAziànzi natàlis beàti Gregòrii Epìscopi, ob singulàrem divinàrum rerum doctrìnam cognomènto Theòlogi: qui collàpsam Constantinòpoli Cathòlicam fidem restìtuit, hæresèsque insurgèntes comprèssit. (a) Romæ sancti Hermæ, cuius Apòstolus Paulus in epìstola ad Romànos mèminit. Hic dignè semetìpsum sacrìficans, acceptabilìsque Deo hòstia factus, virtùtibus clarus cœlèstia regna petìvit. (b) In Pèrside sanctòrum Martyrum trecentòrum & decem. (c) Càllii via Flaminia sancti Geròntii Epìscopi Ficodènsis. (d) In castro Vindecìno depositio sancti Beàti confessòris. (e) Constantinòpoli Trans-

(a) *Gregorii Episc.* Die 19. Januar. Græci in Menolog. Sirleti. Die 25. in Menologio Basil. Die 13. Petr. de Natal. & Maurolyc.

(b) *Herma.* Die 8. Martii Menol. Sirleti. Die 4. Novembris Menolog. Basilii Imperat. & Menæa.

(f) *Translatio Andreæ, & Lucæ.* Die 3. Septembr. Florentin.

(h) *Translatio Nicolai Episcopi* Die 7. Maii Ms Tornacen. S. Martini.

làtio ſanctòrum Andrèæ Apòſtoli, & Lucæ Evangeliſtæ de Achàja, & Timòthei diſcipuli beàti Pauli Apòſtoli ab Epheſo: corpus autem ſancti Andrèæ longo pòſt tèmpore Amàlphim delàtum, ibi pio fidèlium concùrſu honoràtur: ex cujus ſepùlchro liquor ad languòres curàndos jùgiter manat. (*f*) Romæ item Translàtio ſancti Hierònymi presbyteri & Ecclèſiæ Doctòris ex Bèthlehem Judæ ad Baſilicam ſanctæ MARIÆ ad Præsèpe. (*g*) Bàrii quoque in Apùlia Translatio ſancti Nicolài Epiſcopi ex Myra civitàte Lyciæ. (*h*)

(a) *Baron. an. 354. n. 27. & an. 363. n. 84. Petr. de Natal. lib. 2. c. 69. Uſuard. Ado, Maurolyc. & alii.* (b) *Baron. an. 109. n. 50. & an. 159. n. 4. item Uſuard. Ado, & cæteri Latinorum.* (c) *Baron. in not. Papebroch. & Janning. Acta.* (d) *Baron. in not. & Acta relata.* (e) *Baron. ibidem Monument. Eccleſ. Conſtantien. & Acta relata.* (f) *Baron. an. 336. n. 70. Uſuard. & Ado.* (g) *Baron. in not. & Petrus in Catal. lib. 4. c. 145.* (h) *Baron. an. 1087. n. 19. & an. 1089. n. 5. & ſeq. Sur. t. 7. prior. edit. Sigebert. in Chronic. ad an. 1087. & Molan.*

Teſtimonia credibilia facta ſunt. Pſalm. 92.

(a) *Nazianzi Gregorii Episc.* Nazianzum Urbs fuit Cappadociæ parva, apud Piſidiæ, Lycaoniæque fines, inter Seleuciam Piſidiæ, & Cæſariam Cappadociæ Metropolim, ob hunc S. Grægorium Theologum illius Epiſcopum memorata, cujus hodie nulla memoria. Mss. Divionen. Tornacen. & Lætien. *Nazianzi oppido Beati Gregorii Episcopi, qui Theologus dicitur.* Martyrolog. de Peregrin. *Nazanti oppido.* Salazar. ſuo Martyrol. Hiſpan. hac ipſa die alium refert Gregorium Epiſcopum Oſtienſem, & Græci in Menæis alium die 1. Januar. Patrem hujus Gregorii Magni.

(b) *Romæ Hermæ.* Menolog. Cardinal. Sirleti die 8. Martii, & Menolog. Baſilii Imperat. die 4. Novembr. *Hermæ Episcopi Philippoleos, seu Philippenſium, & Patrobæ.*

Cardinal. Baron. in not. unum Hermam recenſet, quem Auctorem autumat illius voluminis, titulo Paſtoris inſcripti, juxta S. Hieronym. de Scriptorib. Eccleſ. in Herma. Labbeus verò de iiſdem Scriptoribus Eccleſiaſtic. duos Hermas agnoſcit, agnominatos Paſtores, viros doctos; alterum ſeniorem, Pudentis condiſcipulum ſub Pauli Diſciplina, alterum juniorem, S. Pii Pontific. fratrem. At hæc diſſertatio inſpicienda.

(c) *In Perside SS. Martyrum cccx.* Ms. Tamlacten. *Et aliorum ccx*III. Alibi: *Et aliorum xx*III. Martyrolog. nomine Bedæ cuſum: *In Perside Sanctor. quadrigentorum.* Vvandelbertus:

Tercentum radiant ſeptenis idibus, uno
Martyrio denique ſimul decorante Beato.

Quando, & quomodo mortem oppetiiſſent, nullus prodit, neque Baronius. In perſequutione Saporis Regis Perſarum Florentinius hæret, quam in Chriſtianos movit, teſte Hieronymo in Chronic. anno Chriſti 347. Conſtantii II.

(d) *Callii via Flaminia.* Calium, *Caglio.* Urbs Umbriæ ad Montis Apennini radices, Candiano amne irrigata, inter Eugubium, & Forum Sempronii, ad Urbinatem Ducatum ſpectans. Caile olim vicus dicebatur, & Callis. *Gerontii Episcopi.* Martyrolog. Ms. S. Sabini de Levitania ad 5. Maii: *In Gallia Vico Julii depoſitio S. Neronis Confeſſoris, & Eventii.* Die 6. Maii Apographa Lucen. & Corbejen. *In Gallia Civitate Natalis Geronti, ſeu Gerontis Confeſſoris.* Epternacen. *Presbyteri.* Si tò *Confeſſoris*, aut *Presbyteri* uſurpatum pro *Episcopi*, ſive alius *Gerontius*, haud definimus. Breviar. Burgen. in Saxonia inferiori cuſum anno 1505. & aliud Convent. Aſſiſien. S. Franciſci hac ipſa die: *Veneratio Gerontii Episcopi, & Martyris.* De pluribus Gerontiis alibi, aliiſque diebus cultis, Baronius erudite in not. indicat.

Niſi perhibeant teſtimonium, quis leget? S. Auguſt. Serm. 19. de Diverſ.

(e) *In Caſtro Vindocino Beati Confeſſoris.* Vindocinum, *Vandoſme.* Urbs Galliæ Celticæ ad Lirium flumen, Belſiæ Vindocinen. caput, inter Carnutes, & Turones. Ms. Reginæ Sueciæ penes Holitenium, ac Bellin. Maurolyc. & Sauſſayus: *In territorio Carnotino Civitatis Caſtro Vindocino natalis Sancti Beati Confeſſoris.* Ms. Treviren. *Beatus Presbyter.* Mss. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini: *Romæ natalis SS. Beati Confeſſoris, & S. Primoli.* Ms. Vatican. S. Petri: *Romæ natale Confeſſorum Gordiani, & Primoli.* Ms. Lætien. *Romæ via Latina paſſio S. Primoli.* Apographum Epternacen. *Romæ Gordiani, Primoli, & alibi Beati Confeſſoris.* Corbejen. *Romæ via Latina Gordiani, Primus. Natalis Sancti Beati Confeſſoris.* Hieronymian. Lucen. *Promoli.* Bluman *Primoli.* Ex tot variis lectionibus Lector ſeligat quem maluerit.

(f) *Conſtantinopoli Translatio SS. Andreæ, Lucæ, & Timothei.* Apographa Martyrol. S. Hieronymi: *Conſtantinopoli natalis Sancti Timothei.* Die verò 3. Septembr Apographa Hieronym. Lucen. & Corbejen. III.

Nonas

Nonas Septembris in Aquileja ingressio Reliquiarum SS. Andreæ Apostoli, Lucæ, Joannis Evangelistarum.

Disceptatio Cronologica.

(f) *Constantinopoli Translatio Sanctorum Andreæ Apostoli, & Lucæ Evangelistæ de Achaja, & Timothei ab Epheso.*

Non quidem expers dubio, an omnes hę Translationes una, eademque die contigerint. Eusebius quidem suo Chronologio Translationem Timothei supputat Olympiade ducentesima octogesimatertia anno tertio, & illam Lucæ, & Andreæ Olympiade ducentesima octogesima quinta anno primo. Idacius adhue diversè in Chronologio: *Translatus est Timotheus Constantinopolim Constantio v i i i. & Juliano Coss. Kalendis Julii. Andreas verò, & Lucas anno sequenti die 3. Maii*. S. Paulinus etiam fragmento x i. Natal. S. Felic. apud Dungal. *Lucæ* non meminit, sed *Andreæ, & Thimothei*, qui Lypsanam à Constantino Magno translati fuere, apertissimè his versibus canendo:

Nam Constantinus proprii dum conderet Urbem
Nominis, & primus Romano in nomine Regum
Christicola gereret —
— Tunc Andream devexit Achivis,
Timotheum Asia —

Verùm si definiri posset, Paulinum ex Lucæ prætéritione sentiisse, Andream, & Timotheum à Constantino translatos fuisse, Lucam verò à Constantio ejus filio:

Facilè conciliaretur dissonantia veterum Scriptorum, aliis *Constantino*, aliis *Constantio* id factum tribuentibus; sed compertum, sub Constantio contingere nequisse, utpotè Ariano omnibus noto; quamobrem ab ipso Baronio id in notis refellitur, suadente, in re adeo ambigua definire controversiam, certamque de ea ferre sententiam, non præsumendum: Undè putandum, has omnes Translationes una, eademque die consignatas fuisse, non quatenus una eademque die contigissent, sed prout ad eamdem Urbem Augustam eorum corpora translata, & in eodem Templo, dicto Apostolorum, honorificè tumulata; quapropter æquissimum videtur eorum Translationis memoriam eadem die celebrari, uti hac ipsa die in Apographis Lucen. & Corbejen. *Mediolano Apostolorum Joannis, Andreæ, & Thomæ ad Portam Romanam*. Si igitur Saniores dijudicaverint, sine hæsitatione Romanum Martyrologium proferret: *Constantinopoli memoria Translationis Sanctorum Andreæ, & Lucæ Evangelistæ de Achaja, & Timothei ab Epheso, &c.*

xix. D Sexto Idus Maii. Luna. 10.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
13	14	25	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

SAncti Antonini confessòris & Archiepìscopi Florentìni, cujus natàlis dies sexto Nonas Maii recensètur. Romæ via Latìna natalis sanctòrum màrtyrum Gordiàni & Epìmachi; quorum prior pro confessiòne nòminis Christi tèmpore Juliàni Apòstatæ diù plumbatis cæsus, & ad ùltimum càpite truncàtus, noctu à Christiànis sepùltus fuit eàdem via in crypta, in quam beàti Epìmachi màrtyris reliquiæ paulò antè translàtæ fùerant ab Alexandrìa, ubi ille pro Christi fide martyrium complèverat. (*a*) In terra Hus sancti Job Prophètæ, admirandæ patièntiæ viri. (*b*) Romæ beàti Calepòdii presbyteri & màrtyris, quem Alexànder Imperàtor glàdio fecit occìdi, & corpus ejus per civitatem trahi, atque in Tìberim jactàri; quod invèntum Callistus Papa sepelìvit. Decollàtus est ètiam Palmàtius Consul cum uxòre & filiis, & àliis promìscui sexus quadragintaduòbus de domo sua: Simplicius quoque Senàtor cum uxòre, & sexagintaòcto de famìlia sua: item & Felix cum uxòre sua Blanda: quorum càpita suspènsa sunt per divèrsas portas Urbis ad exèmplum Christianòrum. (*c*) Item Romæ via Latìna ad Centum aulas natàlis sanctòrum màrtyrum Quarti & Quinti, quorum còrpora

(a) *Gordiani, & Soc.* Die præced. Græci in Menologio. Die 4. Greven. Auctar. ad Usuard.

(b) *Job Prophetæ*. Die 8. Maii Sirlet. in Menolog. Die 6. Canis. in Menolog. & Menæis, ac Genebrard. in Calendar.

(c) *Calepodius, & Soc.* Martyres ann. 226. Baron. eo an. nu. 2. Ann. 222. Papebroch. & Janning. Die 1. Maii Greven. & Canis.

(d) *Quarti.* Die præcedenti Calendar. & Breviar. antiq. Capuan. apud Monachum.

(f) *Dioscoridis.* Die sequ. Græci.
(g) *Cataldi.* Die 8. Petr. de Natal. Die 11. Calendar. Capuan. Die 8. Martii Ferrar. utroq. Catal.

pora Capuam translàta sunt. (*d*) Apud Leontìnos in Sicìlia sanctòrum màrtyrum Alphi, Philadèlphi, & Cyrìni. (*e*) Smyrnæ sancti Dioscòridis màrtyris. (*f*) Apud Tarèntum sancti Catàldi Episcopi, miraculis clari. (*g*) Mediolàni Invèntio sanctòrum màrtyrum Nàzarii & Celsi, quando beàtus Ambròsius Epìscopus sancti Nazàrii corpus recènti adhuc sànguine conspèrsum rèperit, atque ad Basìlicam Apostolòrum trànstulit unà cum còrpore beàti Celsi pùeri, quem idem ipse nutrìerat, & Anolìnus in Nerònis persecutiòne simul cum eo glàdio ferìri jùsserat quarto Kalèndas Augùsti, quo die festìvitas eòrum martyrii celebràtur. (*h*) Matrìti sancti Isidòri Agrìcolæ, quem miràculis clarum Gregòrius Decimusquintus unà cum sanctis Ignàtio, Francìsco, Terèsia, & Philippo in Sanctòrum nùmerum rètulit. (*i*)

(i) *Isidori.* Die 15. Hispani Die 4. April. Marietta.

(a) *Baron. an. 253. n. 105. & an. 362. n. 274. Sur. t. 3. prior. edit. & Mombrit. t. 1.* (b) *Baron. in not. Usuard. Ado, Papebroch. & Janning. Acta.* (c) *Baron. an. 226. n. 2 & sequ. Sur. t. 5. prior. edit. in Act. S. Callisti Papæ, ac Papebroch. & Janning. Acta.* (d) *Baron. in not. Panuin. lib. de Cœmet. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. Sirleti, & Acta relata.* (f) *Iidem ibidem.* (g) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 4. c. 143. die 8. hujus, & Ferrar. in utroque Catalogo die 8. Martii.* (h) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Mediolanen.* (i) *Papebrochii, & Janning. Acta die 15. Maii.*

Sapientibus credere est tutissimum. Sanctus August. de util. creden.

(a) *Gordiani, & Epimachi.* Martyrolog. Epternacen. *Roma passio Gordiani, Roma Epimacis, & Minodis Confessoris.* Martyrolog. Corbejen. *Roma via Latina in Cimiterio ejusdem natalis Gordiani, Julii: in Cimiterio Prætextati, Roma Natalis S. Epimachi, & Majoris Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. silet *Julii*, & pro Epimachi, & Majoris Confessoris, *Effimaci, & Majoris.* Martyrol. Bluman. *Epimaci.* Ado: *Roma via Latina in Cometerio ejusdem natalis S. Gordiani, & in Cæmeterio Prætextati: Romæ natalis S. Epimaci.* Notker. *Roma Gordiani, & Epimachi, quem ferunt unum de septuaginta Discipulis Domini Jesu Christi fuisse.*

(b) *in terra Hus Job Propheta.* Hus, Regio Palæstinæ in Arabiæ Confinio, inter locum Genesareth, & Damascenorum Regionem, in Cœlesiria, ubi Cœpitolias Urbs olim præcipua, quæ nunc *Suetha* dicta. Martyrolog. Epternacen. & Ms. Vatican. *Alibi depositio Job Propheta.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Depositio, sivè Natalis.* Martyrol. Corbejen. *& alibi depositio Juvenalis, & Job Propheta.* Maurolyc. *In terra Hus in finibus Idumea, & Arabiæ S. Job Prophetæ.* Inter Martyres à Chrysostomo recensitur homil. de Job. *Quis enim & Martyr, cui hic non potuit æquari? Immo & Martyres innumeros hic unus æquat:* Forsan idcircò aliqui *Depositionem* habent, alii *Natalem.* Terra Hus vox Hebraica, sivè *Nuz, Us, & Uz* apud septuaginta Interpretes, Græcè quasi *Husitis.*

(c) *Calepodii Presbyteri.* Martyrol Reginæ Sueciæ Ms. & Beda genuinus: *Calepodii senis Presbyteri.*

Qui spiritum suum sequitur, superbi spiritus est. S. August. sup. Psalm. 141.

(d) *Item Roma via Latina ad Centum aulas Quarti, & Quinti.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma Coni, Quarti, Quinti, Probati, Mœta, Petri, Dativi, Januarii, Fortunionis, Tecla, Lucella, Maxima, Matrona.* Martyrol. Bluman. pro Probati, Lucellæ, *Probata, Bucella.* Martyrol. Corbejen. præter hos, alios plures Romæ signat; Sed Apographum Lucen. *Axiopoli*, & Epternacen. *in Africa* eos pandunt. Vespucius Martyrolog. Florentin. *Item Roma via Latina ad centum caulas Quarti, & Quinti.* Breviar. Capuan. de anno 1489. *Quarti, & Quinti Episcoporum Capuanorum.* Michael Monachus Sanctuar. Capuan. *SS. Confessorum Quarti, & Quinti:* dein pag. 213. *Sanctus Quartus Episcopus, & Martyr, & Sanctus Quintus Episcopus, & Martyr.* An iidem, & qui Romæ passi via Latina fuerint Capuani, ipsi Capuani definiant.

(e) *Apud Leontinos in Sicilia Alphii, Philadelphi, & Cyrini* Leontini, & Leontium apud Diodorum, & alios, *Lentini.* Urbs Siciliæ olim in ora ad Orientem Solem inter Pelorum, & Pachynum, quasi medium tenens apud Lacum, Gorgiæ famosissimi Rhetoris patria. Menolog. Basilii Porphirogeniti Imper. subnectit: *Onesimi, Erasmi, & aliorum virorum quatuordecim in Siciliam amandatorum, ibidem interfecti.* Menæa cusa, & Græci pro Cyrini, *Cyprini.* Topographia Cabilonen. an. 1450. ad nomen Leontinum, refert hos Martyres *Tertullo Præside.* Græci, & Menæa: *Tertylo.*

(f) *Dioscoridis.* Ms. Chiffletianum Divionen. die sequenti: *Dioscorus Junior gladio*

con-

consummatus. Idem videtur ac Dioscorides, ex Actis penes Papebroch. & Janningum. In Menologio quidem Sirleti, hic Dioscorides, Dioscorus dicitur.

xviij, E Quinto Idus Maii. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

ROmæ via Salària natàlis beàtis Anthìmi presbyteri, qui poſt virtùtum & prædicatiònis insignia, in prefecutiòne Diocletiàni in Tìberim præcipitàtus, & ab Angelo exinde erèptus, oratòrio proprio reſtitùtus eſt: deinde càpite punìtus, victor migràvit ad cœlos. (*a*) Eòdem die ſancti Evèlli màrtyris, qui cùm eſſet de familia Nerònis, ad paſſiònem ſancti Torpètis in Chriſtum crèdidit, pro quo & decollàtus eſt. (*b*) Item Romæ ſanctòrum màrtyrum Màximi, Baſſi & Fàbii, qui ſub Diocletiàno via Salària cæſi ſunt. (*c*) Camerìni ſanctòrum màrtyrum Anaſtàſii, & ſociòrum, qui in perſecutiòne Dècii ſub Antioco Præſide cæſi ſunt. (*d*) Auxìmi in Picèno ſanctòrum màrtyrum Sisìnii diàconi, Dioclètii, & Florèntii diſcipulorum ſancti Anthìmi presbyteri, qui ſub Diocletiàno lapìdibus òbruti, martyrium complevèrunt. (*e*) Varènnis ſancti Gangùlphi màrtyris. (*f*) Viènnæ ſancti Mamèrti Epìſcopi, qui ob imminèntem cladem ſolèmnes ante Aſcenſiònem Dòmini triduànas Litanìas in ea urbe inſtituit: quem ritum pòſteà univerſàlis Ecclèſia recipiens comprobàvit. (*g*) Apud Silviniàcum depoſìtio Sancti Majòli abbàtis Cluniacènſis, cujus vita ſanctis mèritis fuit præclara. (*h*) In Picèno apud Septempedànos ſancti Illuminàti confeſſòris. (*i*)

(d) *Anaſtaſii, & Soc.* Martyres ann. 254. Baron. eo anno n. 29. Ann. 225. Papebroch. & Janning. Die præced. Camerini. Ferrar. ad novam Topograph. in calce.

(e) *Siſinii Diaconi, & Soc.* Martyres ann. 302. Baron. eo an. n. 113. Anno 303. Pagi to. 1. eo an. nu. 6. Die 16. Maii Florentin.

(f) *Gangulphi Martyr.* Circa 680. Genebrard. Circ. 756. Polonus Chronic. Circ. 760. Papebroch. & Janning. Die 13. Martii Greven. Addit. ad Uſuard.

(h) *Majoli.* Obiit ann. 993. Baron. eo anno nu. 7. & in not. Ann 994. Pagi t. 3. ad ann. 993. n. 8. Die 4. Greven. Auctar. ad Uſuard.

(a) *Baron. an. 302. n. 113. Sur. t. 3. prior. edit. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 69. n. 44. Mombris. t. 2. Petr. in Catal. lib. 5. c. 8. Greven. & Caniſ.* (c) *Baron. an. 302. n. 113. & Sur. t. relato.* (d) *Baron. an. 254. n. 29. & Acta S. Venant. Eccleſ. Camerinen.* (e) *Baron. an. 302. n. 113. & Sur. t. 3. relat.* (f) *Baron. in not. Sur t. 3. relat. Erford. c. 67. Vincent. lib. 3. c. 159. Polonus in Chronic. ad an. 756. aliique plures.* (g) *Baron. an. 475. n. 12. & an. 490. n. 37. S. Gregor. Turon. hiſt. Franc. lib. 2. c. 36. Sigebert. in Chronic. an. 468. & Sur. t. 3. prior. edit. hac die.* (h) *Baron. an. 993. n. 7. item Sigebert. in Chronic. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedicti.* (i) *Baron. in not. & Acta Papebroch. & Janning.*

Cuſtodi, ut ſemper leteris veritate vocabuli. Caſſiod. lib. 8. Epiſt. 10.

(a) *Romæ via Salaria Anthimi Presbyteri.* Apographa Hieronymiana Lucen. & Corbejen. & Ms. Reginæ Succiæ: *Roma via Salaria miliario vigeſimo ſecundo natalis S. Anthimi.* Ms. Vatican. S. Petri: *Miliario duodecimo.* Martyrolog. Patrician. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. *Anthimi Diaconi.* Videnda ſunt Acta. Martyrol. Epternacen. *Roma S. Anthimi, Infirmi, Montani.*

Bollandus ad 21. Februar. errorem notat quorundam, qui Anthimum Presbyterum cum Anthimo Interamnenſi Epiſcopo confundunt.

(b) *Evelli Martyris de familia Neronis.* Rabanus: *Qui antea Conſiliarius Neronis.*

(c) *Item Romæ Maximi, Baſſi & Fabii via Salaria.* Ms. Tornacen. & Lætien. *Eodem die Romæ via Salaria paſſio SS. Achillis, Serapionis, Januaris.*

(d) *Anaſtaſii, & Sociorum.* Acta: *Anaſtaſius cubicularius cum ſuis*, ſcilicet, *Theopiſta Uxor, Eſodes, Aradius, Caliſtus, Felix filii, ac Euphemia, & Primitiva filia.* Ferrar. Catal. SS. Italiæ hac ipſa die: *Anaſtaſius Cornicularius.*

Hoc nomen erat officii in Prætorio: *Cornicularius*

Qui à veritate auditum avertent, ad fabulas convertentur. 2. Timoth. 2.

nicularius enim ſententiis damnatorum exequendis præibat: An Martyr ſub Decio an. 254. ut Baron. anceps, tum ex imperio ejuſdem Decii ab anno 249. uſque ad finem 251. tum ex eomet Baronio in notis candidè fatente, Acta, unde hoc exceptum, cenſura aliqua caſtiganda.

(e) *Auximi in Piceno Siſinii Diaconi, Diocletii, & Florentii*. Auximum *Oſmo*. Urbs antiqua Piceni, & primaria, apud Muſonem ſubterfluentem, à Scriptoribus antiquis frequenter memorata, in colle ſublimi, media inter Macerata, & Anconem. Auctor Indic. Topographici putat idem eſſe Auximum, quod Oxymum, cùm hoc Oppidum ſit Galliæ Normandia. Notker. *In Civitate Piceno Florentii, & Diocletiani*. Raban. pro Florentii, *Florentini*. Acta, & antiquiorà Martyrologia pro Diocleti, *Diocletiani*. Die 16. Maii Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Civitate Piceno Natale S. Florentii*. Ms. Vatican. S. Petri: *In Civitate Piceni Auximo Florentii, Diocletiani*. Apographa Martyrolog. S. Hieronymi addunt: *Mamini, Juſti*.

(f) *Varennis Gangulphi Martyris*. Varennæ, *Varennes*. Oppidum Galliæ Lugdunenſis minimè obſcurum, in Ducatu Barbonienſi, apud Elevarim flumen. De Peregrinis: *Lanigulphi*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. ſine paleſtra: *S. Gengulſi Martyris*. Ms. Leodien. S. Lamberti: *Burgundia Civitate Lingonis Gengulphi Martyris*. Mss. Pragen. Albergen. Ultrajectinen. aliaque, & Acta ſubcollant: *Longè latèque miraculis glorioſi*.

(g) *Vienna Mamerti Epiſcopi, qui ante Aſcenſionem Domini triduanas Litanias in ea Urbe inſtituit*. Faſta S. Hieronymi, & Mss. Treviren. S. Maximini, Auguſtan. S. Udalrici, Pariſien. Labbei, & Notker. *Vienna depoſitio Mamerti, & Martini Epiſcoporum*. Apographum Corbejen. *Mamertini*, Sphalma quidem, pro *Martini*. Brovven. not. ad Venant. Fortunat. lib. 7. & Sirmond. in Synod. validis argumentis evincere intendunt, alium extitiſſe, quàm Mamertum, qui has Litanias ante Aſcenſionem recitandas inſtituit; proindè tò *inſtituit* videtur in *reſtituit* mutandum.

(h) *Apud Silviniacum Majoli Abbatis*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. nullo loco: *Eodem die depoſitio S. Maioli Abbatis*. Alia Martyrologia Florentiæ impreſſa, & Mss. ad 17. Aprilis: *S. Majolis Abbatis, Patris multorum Monachorum, qui requieſcit in loco Silviniaco*. Monaſterium Ciſtertien. familiæ, Varennis, & Rodumnæ finitimum, Galliæ Celticæ.

xvij. F Quarto Idus Maii. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

Romæ via Ardeatìna ſanctòrum màrtyrum Nèrei & Achìllei fratrum: qui primò cum Flavia Domitìlla, cujus erant eunùchi, in ìnſula Pòntia longum pro Chriſto duxèrunt exìlium, pòſtmodum graviſſimis verbèribus attrectàti ſunt: deinde, cùm à Minùtio Rufo Conſulàri equùleo & flammis ad immolàndum compellerèntur, dicerèntque ſe à beàto Petro Apòſtolo baptizàtos, nulla ratiòne poſſe idòlis immolàre, càpite cæſi ſunt. Horum ſacræ reliquię, ſimùlque Flàviæ Domitìllæ, ex diaconìa ſancti Hadriàni in antìquum eòrum Tìtulum, ubi olim recònditæ aſſervabàntur, nunc reſtauràtum, juſſu Clemèntis Papæ Octàvi ſolèmniter translàtæ ſunt prìdie hujus dièi. (*a*) Ibìdem via Aurèlia ſancti Pancràtii màrtyris, qui cùm eſſet annòrum quatuòrdecim ſub Diocletiàno martyrium càpitis obtruncatiòne complèvit. (*b*) Item Romæ ſancti Dionyſii pàtrui ejùſdem beàti Pancràtii. (*c*) In Sicilia ſancti Philippi Argyriònis, qui à Romàno Pontìfice ad eam inſulam miſſus, magnam illius partem ad Chriſtum convèrtit: cujus sànctitas in liberàndis energùmenis maximè declaratur. (*d*) Salamìnæ in Cypro ſancti Epiphànii Epìſcopi, qui multìplici eruditiòne & ſacràrum litteràrum

(b) *Pancratii*. Martyr an. 303. Baron. eo an. n. 117. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præcedenti Eccleſ. Brugen.

(e) *Epiphanii Epiſc.* Obiit an. 402. Baron. eo ann. nu. 419. An. 403. menſe Januar. Pagi to. 2. Die 15. Maii Auctar. primæ edit. ad Uſuard. & Canil.

ſciëntia

(f) *Germani Episcopi*. Die 12. Januar. Flotar. Ms.

(g) *Modoaldi Episc.* Obiit ann. 640. Papebroch. & Janning. Ann. 645. Pagi t. 2. eo an. n. 4.

(h) *Dominici Confessoris.* Obiit an. 1060. Baron. in not. An. 1109. Salazar. in vit.

sciëntia excèllens, vitæ quoque sanctitàte, zelo Cathòlicæ fidei, munificèntia in pàuperes, & virtùte miraculòrum èxtitit admiràndus. (*e*) Constantinòpoli sancti Germàni Epìscopi, virtùtibus & doctrina insignis, qui Leònem Isàuricum advèrsùs sacras Imagines edictum promulgàntem, magna fiducia redàrguit. (*f*) Trèviris sancti Modoaldi Epìscopi. (*g*) In civitate Calciatènsi sancti Dominici confessoris. (*h*)

(a) *Baron. an.* 100. *n.* 12. *& an.* 270. *n.* 9. *Sur. t.* 3. *prior. edit. Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. an.* 303. *n.* 117. *& an.* 412. *n.* 31. *Sur. t.* 3. *relat. & S. Greger. Turonen. de glor. Martyr*. (c) *Baron. in not. Papebroch. & Janning. Acta, Usuard. & Ado*. (d) *Baron. in not. Acta relata, & Fazel. de reb. Siculis decad.* 1. *lib.* 10. (e) *Baron. an.* 372. *n.* 108. *& sequ. & an.* 402. *n.* 419. *Græci in Menologio, Sozomen. lib.* 7. *c.* 26. *& Nicephor. lib.* 12. *c.* 46. (f) *Baron. an.* 407. *n* 15. *An.* 714. *n.* 4. *& an.* 754. *n.* 16. *Græci in Menologio, Nicephor. Episc. in Chronic. Zonaras in Leon. Isauric. & Cedren. compend. hist. Miscell.* (g) *Baron. an.* 631. *n.* 6. *&* 7. *Sur. t.* 3. *prior. edit. & Mabillon. Sæcul.* 3. *Benedictin. p.* 2. (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Flos SS. Hispan. Thesaur. Concion. t.* 2. *Papebroch. & Janning. Acta*.

Sapiens est, cui res sapiunt prout sunt. S. Bernard. Serm. 50. super Cantic.

(a) *Romæ Nerei, & Achillei fratrum, à Minutio Rufo Consulari equuleo &c.* Aliis: *Archilles*, ut Baron. in not. Martyrologium de Peregrinis: *Archilei &c. à quodam verberibus gravissimis attriti, deinde cùm in equuleo &c.* percurrit: *à Minutio Ruffo*.

(b) *Ibidem via Aurelia Sancti Pancratii Martyris*. Martyrologium Epternacen. *Romæ & Natale S. Pancrati Martyris, Cyriaci, Maximi, Gnati, Roteris Virginis, Sotheris, Joannis, Achilis, Moirei, Afroti, & aliorum DIIII. Alexandri, & Moysis*. Martyrolog. Corbejen. *Et alibi natalis S. Pancratii, Giradi, et Sotheris Virginis, Joannis, Achillis, Moisei, Afroditi cum aliis numero quingentis, quorum nomina Deus scit, Alexandri, Moysis, Julii*. Martyrolog. vet. Lucen. *Roma et Sancti Pancratii, Gradi, et Rotheris Virginis, Sotheris, Joannis, Achillis, Morei, Affroditi cum aliis DIIII. quorum nomina Deus scit, Alexandri, Moysis*. Martyrolog. Bluman. pro Pancratii, *Panradi*, at luxate. Notker. *Pancratii, et aliorum quatuor*.

(d) *In Sicilia Philippi Argyrionis*. Sicilia Insula Italiæ notissima Maris mediterranei, inter Mare Superum, & Inferum sita, angustissimo freto, in quo scopuli Scylla, & Charybdis adeò memorati, & nautis infesti, à continenti separata. Maurolyc. suo Martyrologio: *Argyra in Sicilia Philippi Presbyteri, &c.* Cajetan. Martyrologio Siculo: *Agyra Sanctorum Confessorum Philippi Presbyteri, & Eusebii Monachi*.

(e) *Salamina in Cypro Epiphanii Episcopi.* Salamis, quæ & Constantia. Urbs olim Cypri, litoralis, in ora Orientali, ad Ostia Pediæi fluminis, Hamicosto proxima, nunc vix oppidum. Ms. Reginæ Sueciæ penes Hollstenium: *IV. Idus Sancti Patris nostri Epiphanii*. Beda genuinus ex octo Mss. addit: *Episcopi Cypri*. Usuard. *Apud Cyprum S. P. N. Epiphanii*. Ado subnectit: *Salaminæ Episcopi*. Reperitur quidem alibi *Salamine*, alibi *Constantiæ Episcopus*; verùm etiam *Salamina* dicta est *Constantia*, teste Hieronymo Epist. 27. in Epitaphio S. Paulæ ad Eustochium, ut Baronius in notis. Obiit ætatis 115. mensibus tribus, ut Græci in Menologio.

Sapientia est contemplatio veritatis. S. August. Serm. in Mon. c. 3.

(f) *Germani Episcopi*. Acta SS penès Papebroch. & Janningum alium S. Germanum hac ipsa die exhibent, Fundatorem Monasterii Cosinitres, Confiniis Traciæ, & Macedoniæ; ea videnda.

(a) *Romæ via Ardeatina SS. Martyrum Nerei, & Achillei fratrum*.

Dissertatio Topographica.

Beda, quem Eminentissimus Baronius in notis pro his Sanctis Fratribus advocat, in Cœmeterio Prætextati conditos affirmat. Sed Acta apud Sur. & Fragmenta Mss penès Aringhium lib. 3. Rom. subt. c. 18. ferunt sepultos Romæ via Ardeatina in Crypta Arenaria juxta Sepulchrum Petronillæ filiæ Petri Apostoli, à quo baptizati. Astruit Notkerus, qui eorumdem Acta strictim retexens, docet, Sanctorum Corpora Terracina per cymbam Romam deducta, in prædio S. Domitillæ sepulta fuisse.

At contingere potuit, translata fuisse in Cœmeterio Prætextati, ut ex eodem Notkero, qui promit, celebrem fuisse Romæ in Cœmeterio Prætextati horum Sanctorum festivitatem: Ex quo hi Sancti Martyres via Ardeatina Cœmeterium habuere, restauratum à Joanne I. juxta Anastasium Bibliothecar. Item compertum, titulum vetustum fuisse Romæ, ut apud eumdem Aringhium, in quo eorum natale celebrari consuevit, uti labentibus annis in Diaconia Sancti Hadriani, ubi eorum corpora jacuerant; quamobrem non difficile, diverso tempore, secundùm varias Translationes eorum, diem festum in Cœmeterio Prætextati fuisse

cele-

celebrem, uti & via Ardeatina; Idcirco pro ſecuriori lectione, & quatenus ſaniores cenſuerint, quemadmodum Martyrologii S. Hieronymi Apographa non indicant locum ſepulturæ, ſed: *Romæ natalis SS. Nerei, Achillei, &c.* Ita in Rom. Martyrologio: *Romæ Sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei fratrum &c.*

xvj. G Tertio Idus Maii. Luna. 13
a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
A B C D E F *F* G H M N P
5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

(b) *Mucii Martyr.* Anno 311. Baron. eo ann. n. 19. Ann. 312. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 10. Maii Græci in Menol. Sirleti. Die 11. in aliis Faſtis. Die 9. Martyrol. Baſileen. Die 4. Calend. antiquum Sancti Maximini.

(c) *Glyceria.* Die 10. Metaphraſt.

(f) *Joannis Silentiarii.* Obiit ætatis ſuæ 104. Cyrillus in vita. Ætatis ſuę 105. Menolog. Baſilii. Die 8. Decembr. idem Menolog.

ROmæ Dedicàtio Ecclèſiæ ſanctæ MARIÆ ad Màrtyres, quam beàtus Bonifàcius Papa Quartus expurgàto deòrum òmnium vèteri fano, quod Pàntheon vocabàtur, in honòrem beatæ ſemper Virginis MARIÆ & òmnium Martyrum dedicàvit, tèmpore Phocæ Imperatòris. (*a*) Conſtantinòpoli beàti Mùcii presbyteri & màrtyris, qui ſub Diocletiàno Imperatòre & Laodìcio Procònſule, primò Amphìpoli multis pœnis atque cruciàtibus ob Chriſti confeſſiònem afflìctus, pòſteà Byzàntium uſque perdùctus, capitàli ſentèntia occùbit. (*b*) Heraclèæ ſanctæ Glycèriæ màrtyris Romànæ, quæ ſub Antonìnò Imperatòre & Sabìno Præſide paſſa eſt. (*c*) Alexandrìæ commemoràtio plurimòrum ſanctòrum martyrum, qui ob fidem Cathòlicam ab Ariànis in Ecclèſia Theònæ occìſi ſunt. (*d*) Apud Trajèctum ſancti Servàtii Tungrènſis Ecclèſiæ Epìſcopi; ad cujus mèritum òmnibus demonſtràndum, cùm tèmpore hyemis òmnia in circùitu nix replèret, ſepùlchrum ejus nunquam opèruit, donec induſtria civium Baſilica ſuper illud ædificàta eſt. (*e*) In Palæſtina ſancti Joànnis Silentiàrii. (*f*)

(a) *Baron. an. 607. n. 1. & an. 614. n. 2. Beda de geſt. Angl. lib. 2. c. 4. & de ſex ætatib. in Phoca. Paul. Diacon. de geſt. Longob. lib. 4. c. 11. Marian. Scot. in Chron. an. 610. Sigebert. an. 609. & alii.* (b) *Baron. an. 311. n. 19. & an. 431. n. 112. Procop. lib. 1. ædific. Juſtinian. Imperat. Cedren. in Baſil. Imper. & Acta Concil. Epheſ. edit. Pelsan. t. 3. c. 19. & 20.* (c) *Baron. an. 175. n. 7. & an. 593. n. 98. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edit.* (d) *Baron. an. 372. n. 69. & ſequ. & n. 106. & ſequ. & Theodoret. hiſt. lib. 4. c. 20.* (e) *Baron. an. 347. n. 11. & an. 451. n. 36. Sulpic. Sever. lib. 2. hiſt. Sacr. & S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſor. c. 72. & lib. 2. c. 5. de geſt. Franc.* (f) *Baron. an. 558. n. 16. Cyrill. Monach. in vit. Lippom. t. 6. & Sur. t. 3. hac die.*

Diſcant homines, & ſervi ſint ſapientiæ. S. Clem. Alexandrin. lib. 6. Strom.

(b) *Mucii Presbyteri, & Martyris ſub Diocletiano Imperatore, & Laodicio Proconſule.* Alibi: Faſta Græca: *Moci*. De Peregrin. *Mucii*. Ms. Tornacen. *Ipſo die paſſio S. Mucii Presbyteri, qui paſſus in Amphipoli Civitate ſub Ledicio, & Maximo Proconſulibus.*

(c) *Heraclea Glyceria.* Heraclea, quæ & Perinthus. Urbs Thraciæ ad Propontidem, media ferè inter Byzantium, & Callipolim, apud Arzi fluminis Oſtium, olim ex Thraciæ poſt Byzantium præcipuis; nunc ſine mænibus inſtar pagi. Aliis: *Glicerii.* Quædam Menæa Græca: *Heraclea SS. Martyrum Glyceriæ Virginis, & Laodicii Cuſtodis ſub Antonino.*

(d) *Alexandriæ commemoratio plurimorum SS. Martyrum.* Martyrol. Epternacen. *In Alexandria Aprodiſi, Agrippæ, Sabini, Griſi, Oriculæ, & aliorum trium.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Afrodiſii, Agrippa, Savini, Griſi, Lucii, Cyrillæ, Cridulæ, cum aliis duobus, Juvini.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Afrodiſi, Agriſſa, Savini, Grippi, Luci, Gridulæ cum aliis.* Martyrolog. Bluman. præterito: *In Alexandria*, pro Agriffæ, & Grippi, *Agrippi, & Griſi.* Ms. Richenovien. *Alexandria Agrippæ,*

Sapientiæ eſt ſenſum verbis aperire, vera, ut ſunt, diligere. S. Gregor. lib. 11. c. 15.

pa & *Griſſi.* Ms. Richenovien. *Alexandriæ Agrippa, Sabini, Luci, Cyrillæ.* Ms. Rhinovien. *Alexandriæ Agrippa.* Ms. Tamlacten. nulla Paleſtra: *Affrodiſii, Sabinæ, Agriſæ, Luci, Credulæ, Quirillæ, Greſſæ, item Lucii.* Notker. *In Alexandria Aphrodiſii, Agrippę, & multorum martyrum.* An alii ab iis, qui hac die ab Arianis occisi, ut Romanum Martyrolog. haud definimus.

(e) *Apud Trajectum Servatii Tungrenſis Epiſcopi.* Trajectum, urbs olim Germaniæ Inferioris, ſeù Belgii in Brabantia, Mora fluvio diviſa, inter Tungros ad occidentem, & Aquiſgranum. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Trejecto depoſitio S. Servatia Presbyteri, & Confeſſoris. Et Translatio, & Dedicatio Baſilica.* Nimis luxatè *Trejecto, & Servatiæ,* pro *Trajecto, & Servatii,* ex fide Rabani, aliorumque Codic. Martyrol. Bluman. *In Trajecto depoſitio Sanctiſſimi Servatii Epiſcopi & Confeſſoris.* Hagiologium Franco-Gallic. *III. Idus ipſo die S. Servatii Tungrenſis Epiſcopi.* De Peregrin. etiam prætermiſſo loco: *Ipſo die ſancti Servatii Epiſcopi, & Confeſſoris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Trajecto portu natale S. Servatii Epiſcopi.* Auctor libri SS. Regni Neapolitani S. Servatium Trajecto Oppido memorati Regni attribuit ex ignorantia. Cardinal. Baron. in not. unum Servatium recenſet, adſtipulanturque Papebroch. & Janning. Duos Servatios ex Valeſio ſuadet Pagi t. 2. ad an. 407. nu. 20. & 21. alterum ſæculo 400, de quo intelligenda, quæ Baronius in not. animadvertit, & quòd Eccleſiam Tungrenſem rexit non ordine decimus, ut Baron. Papebroch. & Janningus, ſed ſeptimus, vel octavus, ignoto tamen anno obitus; alterum ſæculo 501. inter Tungrenſes Epiſcopos undecimum, ut ad an. 451. nu. 12.

(f) *In Palæſtina Joannis Silentiarii.* Menolog. Baſilii Imper. ad 5. Decembr. *Joannis Epiſcopi, qui poſteà in monaſterio Sabæ ſe recepit.* Molanus: *Joannis Epiſcopi, poſteà Silentiarii in Laura.*

xv. A Pridie Idus Maii. Luna. 14.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

NAtàlis ſancti Bonifàcii màrtyris, qui ſub Diocletiàno & Maximiàno apud Tarſum Cilìciæ paſſus, Romam deìnde translàtus, via Latìna ſepùltus eſt. (*a*) In Gàllia ſancti Pòntii màrtyris, cujus prædicatiòne & indùſtria poſtquàm duo Philippi Cæſares ad fidem Chriſti convèrſi ſunt, ipſe ſub Valeriàno & Gallièno princìpibus martyrii palmam adèptus eſt. (*b*) In Syria ſanctòrum màrtyrum Victòris & Corònæ ſub Antonìno Imperatòre: ex quibus Victor à Sebaſtiàno Jùdice vàriis & horrèndis affèctus eſt cruciàtibus: quem Coròna uxor cujuſdam mìlitis cùm cœpiſſet beàtum prædicàre ob màrtyrii conſtàntiam, vidit duas corònas de cœlo lapſas, unam Victòri, & àlteram ſibi miſſam: cùmque hoc audièntibus cunctis teſtarètur, ipſa quidem inter àrbores ſciſſa, Victor verò decollàtus eſt. (*c*) In Sardìnia ſanctàrum màrtyrum Juſtæ, Juſtìnæ, & Henedìnæ. (*d*) Romæ ſancti Paſchàlis Papæ, qui plurima ſanctòrum màrtyrum còrpora è cryptis levàvit, & in divèrſis Ecclèſiis honorìficè collocavit. (*e*) Ferènti in Tùſcia ſancti Ponifàcii Epìſcopi, qui (ut refert beàtus Gregòrius Papa) à pueritia ſanctitàte & miràculis clàruit. (*f*) Neàpoli in Campània ſancti Pompònii Epìſcopi. (*g*) In Ægypto ſancti Pachòmii abbàtis, qui plùrima in ea regiòne monaſtèria erèxit, & règulam Monachòrum ſcripſit, quam Angelo dictànte didìcerat. (*h*)

(a) *Boniſacii.* Martyr an. 305. Baron. eo an. n. 11. Ann. 290. Papebroc. & Janning. An. 306. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 19. Decembris Græci in Menolog. & Metaphraſt. Die 5. Jun. Ado.

(b) *Pontii.* Martyr anno 246. Baron. eo an. num. 9. An. 257. Papebroc. & Janning. An. 256. Florar. Ms. Die 6. Maii Kalendar. antiqu. Ms. Treviren. S. Martini. Die 11. Florar. Ms.

(c) *Victoris, & Soc.* Die 11. Novembr. Grę-ci.

(d) *Juſtæ, & Soc.* Die 6. Maii Ferrar. General. Catal. SS. & Artur. Sacr. Gynæc.

(e) *Paſchalis Pap.* Obiit. ann. 817. Baron. eo an. n. 1. An. incerto Pagi t. 2. ad an. 824. n. 10.

(g) *Pomponii.* Die 30. April. Ms. Patrician.

(h) *Pachomii.* Die 9. Maii Acta Græca. Die 6. Menolog. Baſilii.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. an. 305. n. 11. & an. 1004. n. 8. Lippom. t. 5. & Sur. t. 3. prior. edit. die 5. Jun.* (b) *Baron. an. 246. n. 9. & an. 262. n. 58. Sur. t. 7. prior. edit. hac die, & Mombrit. t. 2.* (c) *Baron. an. 151. n. 3. Lippoman. t. 3. & Mombrit. t. 2.* (d) *Baron. in not. Fara de reb. Sard. Papebroch. & Jannig. Acta.* (e) *Baron. an. 817. & Acta relata.* (f) *Baron. ann. 537. n. 10. & S. Gregor. Papa lib. 1. Dialogor.* (g) *Baron. in not. Anton. Caracciol. Cleric. Regular. de Sacr. Eccles. monoment. c. 28. Papebroch. & Jann g. Acta.* (h) *Baron. an. 316. n. 27 An. 318. n. 101. & an. 328. n. 3. Lippoman. t. 6. Sur. t. 3. prior. edit. & Sozomen. lib. 3. c. 13.*

Si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum. Sapien. 8.

(a) *Bonifacii Martyris.* Martyrol. antiqu. Bibliothecæ Vaticanæ servatum nu. 59491. *XIV. Maii Beneventi S. Bonifacii Martyris in S. Sophia passus est, & Romæ sepultus.* Aliud Ms. Vaticanum apud Florum: *Eodem die S. Bonifacii in Apennino.* Acta Martyrii penes Papebroch. & Janning. *Temporibus Diocletiani quater, & Maximiani ter*, martyrizatus scilicet an. 290. quo Maximianus Herculeus dedit quinquennalia Imperii Augustei

At suspicatur Pagi t. 1. suæ Criticæ Historico-Chronologicæ ad an. 305. n. 2. errorem cubare in numero; quia tunc in Christianos sævisse aliundè non constat. Greven. Maurolyc. Galesin. aliique hac ipsa die Tharsi in Sicilia alium Bonifacium pandunt.

(b) *In Gallia Pontii Martyris.* Usuard. & de Peregrin. *In Gallia Civitate Cimella.* Florar. Ms. ad 11. Maii: *Romæ Pontii Senatoris & Martyris anno salutis CCLVI.*

(c) *In Syria Victoris, & Coronæ, à Sebastiano Judice.* Syria, *Soria.* Asiæ Regio Maxima, multis Provinciis constans, cujus longitudo ab Anthedone in confinio Ægypti ad Samosata in Armeniæ minoris confinio supra quingen. mille passus continet, latitudo inter Mare Syrium, & solitudines Palmirenes supra CCC. Fasta Græca: *Victoris militis, & Coronæ in Ægypto, Sebastiano Duce.* Apographa Martyrologii S. Hieronym. Corbejen. & Lucen. *Victoris Militis*, Ms. Reginę Sueciæ penès Holstenium: *Erat autem Victor Miles à Cilicia.* Canis. in Menolog. ad 11. Novembr. *In Italia passio S. Victoris sub Antonino, & Sebastiano.* In Calendar. addit; *Stephanæ.* Menolog. Basilii: *Natale Sanctorum Martyrum Victoris, & Coronæ, Sebastiano Italię Duce.* Kalendar. Græcorum pro Coronæ, *Stephanidis.* An hic Victor sub Sebastiano Italiæ Duce, & cum Corona, seù Stephanide, sit idem, ac Victor Syrus cum Corona, sub Sebastiano Judice, alii definiant.

Alium Victorem cum sociis varia Apographa hac ipsa die Mediolani panditant. Martyrol. Corbejen. *Mediolano Victoris, Timoris, Rustici & sanctorum trecentorum quatuor Martyrum, qui cum Sancto Cyriaco passi sunt.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Mediolano Victoris, Namoris, Felicis, Rustici, & Sanctorum CCCIIII. Martyrum, qui cum sancto Cyriaco passi sunt.* Martyrol. Bluman. pro CCCIIII. cum Cyriaco, recenset *CCCIIII. cum Cyrico.* Martyrol. Epternacen. *Mediolano Victoris, Nemonis, Felicis, Rustici.* Alibi: *Sanctorum CCCIIII. cum Sancto Cyriaco.* Ms. Barberinian. Roman. *In Mediolano Victoris, Felicis, Rustici, & aliorum sanctorum quadraginta quatuor Martyrum, qui cum Sancto Cyrio passi sunt.*

Sapientiæ est vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare. S. Gregor. l. u. c. 15.

(e) *Romæ Paschalis Papæ.* Cardinal. Baron. in not. *Extant Acta ejus in veteri codice manuscripto monasterii S. Cæcilię Transtiberim descripta per lectiones, sicut in Ecclesia legi consueverant.* Papebroch. & Janning. testantur: *Curavimus diligenter inquiri, ut hęc Acta nancisceremur, sed semper responsum tulimus, illa ibidem non ampliùs extare.* Undè Baron. id sciverit, & cur Papebroch. & Janningh. nesciverint, alii definiant.

(f) *Ponifacii Episc.* Baron. in not. *Claruit circ. tempora Justini Imp.* Ferrar. *Ferè S. Gregorii Papæ tempestate vixisse, is enim se gesta Bonifacii à Gaudentio Presbytero illius nutritore audivisse* scribit.

(h) *Pachomii Abbatis; regulam Monachorum scripsit, quam Angelo dictante didicerat.* Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium subnectit: *Simul & de tempore Paschali.* Menolog. Sirleti, quo Baronius in notis usus, & ab eo hac die in iidem not accitum, die sequenti: *S. P. N. Pachomii Tabennesiotæ.*

(b) *In Gallia S. Pontii Martyris, cujus prædicatione & industria, postquàm duo Philippi Cæsares ad fidem Christi conversi sunt.*

Disceptatio Historico-Chronologica.

Ambigua hæc asserta Conversio duorum Cæsarum Philipporum prædicatione & industria S. Pontii, asserentibus aliis, Philippum eo ævo Christianum fuisse, ut Baron. ad an. 246. n. 2. Aliis verò Philippum Juniorem nunquam Ghristianum fuisse, ut Pagi t. 1. ad an. 244. n. 4. & sequ. & ad an. 237. n. 5. de Philippo Juniore.

Eminentissimus Baron. ad eum annum 246. n. 5. suadet, quàmplures de Philippo Imperatore deceptos, ac nominis similitudine allucinatos, ut quæ de Philippo Augustali in Ægypto Præfecto, existimaverint de Philippo Augusto.

Ast Eusebius lib. 6. c. 27. expresse de ingressu Phillippi Augusti in Imperium habet: *Ubi Gordianus sex annis continuis Romanorum obierat Imperium, Philippus unà cum Philippo Filio succedit,*

fama est istius (Christianus namque erat) cùm precationum in die postremæ Vigiliæ Paschatis unà cum multitudine in Ecclesia particeps fieri vellet , *& c.* Celsus item apud Origenem lib. 8. propè fin. *Fideles, si contingeret Christianos summa rerum potiri , rectè , atque tutò , Dei ope , ipsum Rom. Imperium fore dispositurot.*

Baron. adhùc eodem anno n. 7. Acta indigitat S. Pontii , quæ ferunt , Pontium , postquàm utrumque Imperatorem Christianum fecisset , ad Fabium Urbis Romæ Episcopum advolasse , & quæ à segesta essent, narrasse.

Sed in his Actis , post S. Pontii Martyrium scriptis, & coætaneo scriptori adscriptis , multa addita fuere , ipsomet Baronio candidè fatente , se id putare ; quod summi viri Henschen. & Papebroch. Baronii Asseclæ his verbis adstruunt : *Et si ea* (scilicèt Acta) *quò ad substantiam historiæ recipi possent; estò numero 9. & alibi grandior aliqua auxesis inveniatur, ubi de Templorum destructione , & Populi Romani conversione sub Philippis Christianis Imperatoribus fit mentio* ; quamobrem ex iis nil certi , & tuti eruendum .

Baronius suam opinionem vindicat n. 7. Eusebio lib. 6. c. 36. de libris ab Origene compositis mentionem faciente: *Extat ejus Epistola ad Imperatorem ipsum Philippum, & altera ad conjugem ejus Severam* , ex quibus elicit , facilè Eusebium intellexisse Philippum Imperatorem Christianum.

Verùm non tradidit Eusebius, se eas Epistolas legisse, & quid continebant nosse. Sed esto Philippus ejusque conjux illas accepissent, & legissent , non inde sequitur, eos magis Christianos fuisse, quàm Antoninum Imperatorem Evangelio credidisse , quùm ad eum quoque Justinus Martyr scipserit.

Baron. tandem n. 8. ex adverso advocat Orosium lib. 7. c. 13. asserentem, nullum Authorem recensere, in ludis sæcularibus Philippum ascendisse in Capitolium, & ex more hostias immolasse. Adstruunt Eusebius, qui narrat pœnitentiam Philippi Christiani Imperator. & S. Hieronym qui satis loquitur de conversione ejusdem Philippi Imperat.

Nihilominùs Pagi vir eruditus suæ Criticæ Historico-Chronologicæ to. 1. ad ann. 247. confutat , Philippum in ludis sæcularibus non ascendisse in Capitolium , hostiasque ex more non immolasse. Quo ad Eusebium : non major fides ei adhibenda , qui asserit Philippum Imperatorem Christianum , quàm eidem Eusebio lib. 1. hist. c. 13. affirmanti, Abgarum Edessinorum Regem, auditis Christi miraculis, ad ipsum litteras dedisse , & Christum ad eum rescripsisse, quibus missurum ad ipsum unum ex Apostolis suis pollicitus est : missumque narrat à Thoma Apostolo unum ex septuaginta Discipulis , nempe Taddæum , qui Salvatoris promissa impleret. Nec minùs supposititia videtur Philippi Imperatoris pœnitentia ab Eusebio narrata , quàm sint assertæ duæ Epistolæ Abgari ad Jesum, & Jesu ad Abgarum , quasi inter libros Apocryphos Gelasius Papa non recensisset. Neque tandem major fides præstanda Hieronymo de conversione Philippi Imperatoris loquenti, quàm in libris de scriptoribus Eccles. de Seneca asserenti : *Quem non ponerem in catalogo sanctorum , nisi me illæ Epistolæ provocarent , quæ leguntur à pluribus , Pauli ad Senecam , & Senecæ ad Paulum* . Priores enim Christiani Fidei nostræ promovendæ toti addicti , & summo animi candore præditi, sæpæ nimis facilè, quæ Religioni favebant , tradidere, ut multis exemplis demonstrat Pagi t. 1. ad an. 244. n. 6. undè ut hæc triea in præsentiarum expungatur , & majori sapientia ditati ita censucrint , lectio Romani Martyrologii concinnetur. *In Gallia S. Pontii Martyris, cujus prædicatione & industria , postquàm multi ad fidem Christi conversi sunt, ipse sub Valeriano & Gallieno Principibus Martyrii palmam adeptus est.*

xiv. B Idibus Maii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

IN Hispània sanctòrum Torquàti, Ctesiphòntis, Secùndi , Indalètii , Cæcilii, Hesychii & Euphràsii, qui Romæ à sanctis Apòstolis Episcopi ordinàti, & ad prædicàndum verbum Dei in Hispànias dirècti sunt; cùmque vàriis ùrbibus evangelizàssent , & innumeras multitùdines Christi fidei subjugàssent, in ea provìncia divèrsis locis quievèrunt,

 Tor-

(a) *Torquati, Ctesiphontis, & Soc.* Die 1. Maii Missal. & Breviar. Mozarabic, item Breviar. antiq. Burgen. & Toletan.
(b) *Mancii.* Die 21. Eboræ. Die 20. Junii Molan.
(c) *Isidori.* Martyr anno 253. Baron. eo ann. n. 139. Anno 251. Papebroch. & Janning. Die 14. Græci in Menolog. Die 13. in Menæis.

Torquàtus Acci, Ctèsiphon Vèrgii, Secùndus Abulæ, Indalètius Urci, Cæcilius Illiberi, Hesychius Cartèjæ, & Euphràsius Illitùrgi. (*a*) Eboræ in Lusitània sancti Màncii màrtyris. (*b*) In ìnsula Chio natàlis beàti Isidòri màrtyris, in cujus Basilica extat pùteus, in quem fertur fuisse injectus, de cujus aqua infirmi sæpiùs potàti sanàntur. (*c*) Làmpsaci in Hellespònto pàssio sanctòrum Petri, Andrèæ, Pauli, & Dionysiæ. (*d*) Fausìnæ in Sardìnia sancti Simplìcii Epìscopi & màrtyris, qui Diocletiàni tèmpore sub Bàrbaro Præside persòssus lància martyrium consummàvit. (*e*) Arvèrnis sanctòrum màrtyrum Càssii, Victorìni, Màximi, & sociòrum. (*f*) In Barbàntia sanctæ Dympnæ vìrginis, & màrtyris, filiæ Regis Hibèrniæ, quæ pro fide Christi & virginitàte servànda, à patre jussa est decollari. (*g*)

(d) *Petri, Andreæ, & Soc.* Die 15. 16. & 18. Maii Græci in Menolog.
(e) *Simplicii Episc.* Die sequen. Beda, & Galesin.
(f) *Cassii, Victorini, et Soc.* Martyres ann. 262. Baron. eo an. n. 58. Anno circ. 264. Papebroch. & Janning. Die sequ. Martyrol. Carmelit. Coloniæ. Die 5. Martyrol. Camberien. Ms. in Sabaud. Monaster. Conventual.

(a) *Baron. an. 46. n. 2. Thesaur. Concion. t. 2. & Flos SS. Hispan.* (b) *Baron. in not. Breviar. Eboren. & Burgen.* Flos SS. *Hispan. Thesaur. Concion. t. 2. hac die, & Vasæus in Chronic. ad an. 100.* (c) *Baron. an. 253. n. 139. Petr. in Catal. lib. 5. c. 2. Usuard. Ado, aliique.* (d) *Baron. in not. Ferrar. Papebroch. & Janning. Acta, & Petr. de Natal. lib. 5. c. 4.* (e) *Baron. ibidem, Acta citata, & Fara de reb. Sard.* (f) *Baron. an. 262. n. 58. S. Gregor. Turonen. Hist. Francor. lib. 1. c. 33. & Molan. Addit. ad Usuard.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior. edit. Molan. Indic. SS. Belg. & Addit. ad Usuard. Papebroch. & Janning. Acta.*

Auditu auris audivi, nunc oculus videt. Job. 44.

(a) *In Hispania Torquati, Cresiphontis, Secundi, Indaletii, Cæcilii, Hesichii, & Euphrasii.* Ms. Divionen. *Natale Sanctorum Confessorum Torquati, Cresiphontis, Secundi, Indaletii, Cecilii, Esicii, Euphrasii,* nullo præsignato loco. Bivarius adventum Reliquiarum in Hispaniam hac die recolit, & singuli horum Martyrum suas dies proprias habent. *Torquatus* hac die colitur, *Ctesiphon* die 1. Aprilis, *Secundus* die 11. Maii, *Indaletius* alibi die 3. Maii, & alibi die 30. Aprilis, *Cæcilius* die 1. Februarii, *Hesichius* die 1. Martii, & *Euphrasius* die 16. aut 18. Maii. Vuandelbertus:

Pontifices VII. Hesperiam simul idibus ornant.

(d) *Lampsaci in Hellesponto Petri, Andreæ, Pauli, & Dionysiæ.* Alibi: *Lamosacum.* Lampsacus, *Lapsico.* Urbs maritima Asiæ propriæ dictæ, in Mysia ad Hellespontum, contra Callipolim Europæ Civitatem, apud Granici fluvii ostia, inter *Parium*, & Abydum; quondam celebris, hodie sub Turcis obscurior. Martyrol. Epternacen. *Lampsa Civitate Petri, Pauli, Andreæ.* Martyrolog. Corbejen. *Lapsaco passio SS. Petri, & Andreæ, Pauli, & Dionysii, Julii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Lamosacum passio Petri, & Anduci, Pauli, & Diunisiæ.* Martyrolog. Bluman. pro Anduci, & Diunisiæ, *Andreæ, Diunisa.* Rectiùs quidem *Andreæ.* Græci in Menologio nulla loci nota: *Sanctorum Martyrum Petri, Dionysii, Christinæ Virginis, Andreæ, & Pauli. Petrus ex Urbe Lampsaco, Paulus verò, & Andreas ex Mesopotamia.* Fasta Græca *Dionysium* constanter retinent; Latina verò *Dionysiam.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Apud Lampsacum passio Sanctorum Petri, Pauli, Andreæ, & Dionysiæ Virginis, quorum Petrus post diversa tormenta gladio percussus est, Andreas, & Paulus lapidibus obruti, Dionysia gladio amputata.* Petr. de Natal. pro Dionysia, *Christina Virgo.* Beda pro Lampsaci, *Damasci.* At depravato textu *Damasci*, ut Baronius in not. Nil certi in præsentiarum affirmamus.

(e) *Fausina in Sardinia Simplicii Episcopi, & Martyris. Fausina*, seu *Phausania* apud S. Gregorium Papam in Regest. Sardis *Terra nova.* Urbs Sardiniæ litoralis, in ora Septentrionali, quæ Liguriam, & Hetruriam respicit, non procul à Bucina Insula, vulgo dicta *Tholara.* Martyrolog. Corbejen. & vet. Lucen. *In Sardinia Simplicii.* Greven. Auctar ad Usuard. addit: *Presbyteri*; ambiguum an idem. Martyrol. Epternacen. *Et alibi Alexandri, Digni, Chostia, Insardi, Simplicii Presbyteri.* Galesin. die sequenti: *In Sardinia S. Simplicii Presbyteri, Diocletiani, Florentii, & Rosula.* Raban. *In Sardinia Simplicii Presbyteri, & in Civitate Filasia Rosula.*

Cardinal. Baron. in not. pro hoc Simplicio Episcopo, & Martyre advocat Faram lib. 1. de reb. Sardois. Ferrar. Catal. SS. Italiæ hac ipsa die refert, Simplicium Episcopum, & Martyrem, non Fausinæ, sed Phausaniæ animam Deo reddidisse. Phausania Urbs est in Provincia Gallurensi.

(f) *Arvernis Cassii, Victorini, Maximini & Sociorum.* Saussayus: *Claromonte Arvernorum Natalis Sanctorum Cassii, & Victorini,*

Nihil per nostram facilitatem derogatur, cùm illa sint rata, quæ visa. S. Felix 3. Epist. 7.

ni, quorumcum Maximus, & Austremonius, aliique sexmille duceni sexaginta tres. Eadem ferè Kalendar. veter. & Martyrolog. Claromontan.

Disceptatio Historico-Topographica.

(c) *In Insula Chio Natalis Beati Isidori Martyris, in cujus Basilica extat puteus, in quem fertur fuisse injectus.*

Acta quidem sivè Græca, sivè Latina penès summos viros Papebroch. & Janning. nil habent de hac projectione in puteum.

Et quamvis verisimile, Sacrum Corpus post intentam aliquot dierum custodiam, ab excubitoribus, officii pertęsis, in eum revera injectum fuisse.

Nihilominùs hujusmodi assertio refragaretur quibusdam veteribus Actis à Lippomano editis, quæ ferunt: *Quidam autem Ammonius, qui erat ejus amicus, fodit in eo loco, & clanculo in eo posuit venerandum & Sanctum ejus Corpus, cùm nemo auderet eum sepelire; sic enim jusserat iniquus Numerianus eum non sepeliri, sed projici comedendum à volucribus Cœli*. Dein: *Per aliquot autem dies cum venisset ex Epheso veneranda, & pia Myropes propter imminentem Christianorum persecutionem, & accepisset de S. Martyre Isidoro, quærebat locum, in quo projectæ fuerant veneranda, & sancta ejus reliquiæ, quem cùm cognovisset, noctu ad locum accedens, & manus suas orando ad Cœlum extendens, fuit voti sui compos, & cùm invenisset venerandum & Sanctum Corpus Martyris custoditum ab Angelis, & resplendens instar luminis, cum magno gaudio, & lætitia apprehendens Reliquias, eas unxit unguento, & cùm eas syndone munda involvisset, generosa, & præclara hæc mulier cum suis ancillis eas asportavit, & tulit in domum suam, Deum laudans, & glorificans.*

Eminentissimus Baron. in notis: *De eo item hac die Beda, Usuardus, Ado, et alii Latinorum.*

Sed Beda genuin. & Florus id suis Martyrologiis silent; Ado tamen, & Usuard. ex Gregor. Turonen. lib, 1. Miraculor. nacti fuere; qui Gregorius sanè interposuit tò *Fertur*, penès Scriptorem, ex quo hoc hausit, totam fidem referendo, quùm aliunde Acta nil de hoc promant, & ea à Petro de Natal. relata, Papebroch. & Janning. autumant parùm sincera; quamobrem, præmisso saniorum judicio, iis verbis expunctis, solers erit Romani Martyrologii lectio, si rescribat: *In insula Chio natalis Beati Isidori Martyris, in cujus Basilica extat puteus, de cujus aqua infirmi sapiùs potati sanantur.*

xiii. C Decimoseptimo Kalendas Junii. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

EUgùbii sancti Ubàldi Epìscopi, miràculis clari. (*a*) In Isàuria natàlis sanctòrum màrtyrum Aquilìni & Victoriàni. (*b*) Antissiodòri pàssio sancti Peregrìni primi ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui à beàto Xysto Papa in Gàllias cum àliis clèricis missus, Evangèlicæ prædicatiònis mùnere explèto, capitàli sentèntia damnàtus, corònam mèruit sempitèrnam. (*c*) Uzàli in Africa sanctòrum màrtyrum Felìcis, & Gennàdii. (*d*) In Palęstina pàssio Sanctòrum Monachòrum à Saracènis in Laura sancti Sabbæ interfectòrum. (*e*) In Pèrside sanctòrum màrtyrum Audæ Epìscopi, septem Presbyteròrum, novem Diaconòrum, & septem Vìrginum, qui sub Isdegèrde Rege vàriis tormentòrum genèribus cruciàti, gloriòsum martyrium complevèrunt. (*f*) Ambiàni in Gàllia sancti Honoràti Epìscopi. (*g*) Apud Cenomànos sancti Dòmnoli Epìscopi. (*h*) Mirantulæ in Æmìlia sancti Possìdii Epìscopi Calamènsis, discìpuli sancti Augustìni, ejùsque præclàræ vitæ scriptòris. (*i*) Trecis sancti Fìdoli confessòris. (*K*) In Scòtia sancti Brandàni abbàtis. (*l*) Apud Forum Jùlii sanctæ Màximæ vìrginis, quæ multis clara virtùtibus in pace quièvit. (*m*) (*a*) Ba-

(b) *Aquilini, et Victoriani.* Die 16. Martii Florar. Ms. Die 25. Jun. Kalendar. antiqu. in Lib. S. Isidor. de Offic. Ecclesf.

(c) *SS. Monachor.* Die 22. April. Ferrar. Catal. Sanctorum, qui non sunt in Martyrologio.

(e) *Audæ Episc. & Soc.* Martyres anno 420. Baron. eo an. An. 350. Papebroch. et Janning. Menolog. Basilii Imper. & Synaxar.

(g) *Honorati.* Die 16. Januar. Carthusian. Addit. ad Usuard. Molan. primæ edition. Galesin. & Martyrol. Germanic. Die 21. Maji Ms. Lætien.

(h) *Domnoli.* Die 1. Decembr. Saussayus. Martyrol. Gallican. Mabillon. t. 3. ver. Analect & Act.

(i) *Possidii Episcopi.* Die 11. Maii Papebroch. & Janning.

(l) *Brandani Abbat.* Die 14. Jun. Greven. Maurolyc. aliique. Die 24. Calend. quoddam Benedictin.

(a) *Baron. an. 1142. n. 1. Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 6.* (b) *Baron. in not. Papebroch. et Janning. Acta, Usuard. Ado, Petr. de Natal. lib. 11. n. 141. & alii.* (c) *Baron. an. 142. n. 12. et Petr. in Catal. lib. 3. c. 5.* (d) *Baron. in not. Evodius Uzalensis Episc. lib. 1. c. 2. Papebroch. et Janning. Acta.* (e) *Baron. an. 614. n. 32. Græci in Menologio Sirleti, et Prat. Spiritual. c. 4. 22. et 99.* (f) *Baron. an. 420. Græci in Menologio Sirleti, et alii.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 87.* (h) *Baron. an. 584. n. 13. Molan. Addit. ad Usuard. S. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib. 6. c. 9. & Sur. t. 1. prior. edit.* (i) *Papebroch. & Janning. Acta ad 11. Maii.* (K) *Baron. in not. Tabul. Demochar. & Ado.* (l) *Baron. in not. Sigebert. Chronic. an. 562. Sur. t. 6. prior. edit. in Act. S. Maclovii die 15. Novembr. Petr. in Catal. lib. 3. c. 107. & Trithem. lib. 3. c. 131. de Vir. illustr. Ordini S. Benedict.* (m) *Baron. in not. relat. Petr. in Catal. lib. 5. c. 7. Papebroch. & Janning. Acta.*

Adhuc quærimus, & talia quærentem nemo juste reprehendit. S. August. li. 9. de Trinit.

(a) *Eugubii Ubaldi Episcopi*. Eugubium, Eguvium, Iguvium, & Inginium Plinio. Urbs Umbriæ antiqua ad montis Apennini radices, Lanificio clara; ubi multa vetustatis, & antiquæ nobilitatis monumenta. Media inter Tiphernum Tiberinum, & Camerinum Urbem. Greven. & Florar. Ms. *S. Theobaldus Episcopus Eugubinus*. Ms. Carthusian. Leodien. & Ms. Ultrajectinen. S. Salvatoris: *Theibaldus*. An alius, Eugubinates definiant.

(b) *In Isauria Aquilini, & Victoriani*. Isauria Asiæ minoris Regio. Aliis: *Esaurea, Cæsarea, Syria*, & pro Victoriani, *Victorini, Victurini*. Usuard. *In Isauria Provincia*. Bellin. & de Peregrin. *In Isauria Civitate Provincia*. Petr. de Natal. *In Syria Provincia*. Martyrol. Epternacen. *In Isuaria Provincia Aquilini, Victurini*. Lapsum amanuensis *Isuaria*. Martyrolog. Corbejen. *In Isauria SS. Aquilini, Victoriani, Heraclii, Paulini, Minermi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Esauria Aquilini, Victuriani, Heracri, Paulini, Manerini*. Martyrol. Bluman. *In Cæsarea Aquilini, Victuriani, Heracli, Paulini, Manereni*. Ms Reginæ Sueciæ penès Holstenium sine palestra 117. *Kalend. Junii Aquilina, & Victurina, quorum gesta habentur*. Ms. Roman. Barberinian. *In Cæsarea Civitate natale SS. Aquilini, Victoriani, Paulini*.

(c) *Aneisiodori Peregrini Episc.* Martyrolog. Corbejen. *In Antiodoro vico Bajaco passio S. Peregrini Episcopi primi Civitatis ipsius*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *Vico Bajoco*. Sammarthani: *Vico Baugiaco*. Acta vetustiora apud Labbeum t. 1. Bibliothecæ pag. 526. habent profectò: *Baugiaco, ubi tunc temporis custodia habebatur, S. Peregrini à Proconsule in carcere retrusi*.

Duos alios *Peregrinos* hac ipsa die Ferrar. Catal. General. SS. refert, alterum: *Ancone Peregrini, Herculani, & Flaviani Martyrum*; alterum: *Interamnæ S. Peregrini Episcopi, & Martyris*. Acta penès Papebroch. & Janningum videnda.

(e) *In Palæstina Sanctorum Monachorum*. Quaresmius lib. 6. Terræ Sanctæ c. 9. peregrin. 3. *Sexcentorum Monachorum*. Galesin. *Eodem die triginta mille Martyres*. Ferrar. Catal. SS. qui non sunt in Martyrolog. ad 22. April. *Hierosolymis Sanctorum triginta Monachorum Martyrum, sub Chosroa Rege*. In not. Menologium Græcorum aecit.

Quæritur, ut inveniatur dulciùs, invenitur, ut quæratur avidiùs. S. August. lib. 15. de Trinit.

(f) *In Perside Audæ Episcopi, septem Presbyterorum, novem Diaconorum, & septem Virginum*. Græci: *Abda, & Abdas*. Menolog. Basil. Porphirogeniti Imper. *Viginti octo cum Abda Episcopo in carcerem intrusi, atque à Sancto Abdiesu Episcopo instructi*. Sozomen. histor. Eccles. lib. 2. c. 10. n. 5. *Abdas, & Abdiesus cum infinita multitudine Presbyterorum, Diaconorum, Monachorum, & Sanctarum Virginum*.

Cardinal. Baron. *Agunt de his hac item die Græci in Menologio*. At Menologium Sirleti, quo ipse utitur: *Sanctorum Martyrum Audesii (imo Abdiesu) Episcopi, Presbyterorum sexdecim, Diaconorum novem, Virginum septem ex patria Charcar*. Presbyteri quidem sexdecim, Diaconi novem, Monachi sex, Virgines septem, socii fuere Sancti *Abdiesu* Episcopi, seù *Auda*, aut potiùs *Abda*. An hic *Abda*, aut *Auda* sub Isdegerde in Perside passus idem sit ac *Abdiesus*, Baron. affirmat; Papebroch tamen, & Janning. negant. Alii hoc definiant.

(h) *Domnoli Episcopi*. Saussayus Martyrologio Gallicano: *Genomanis depositio S. Domnoli Episcopi illius Urbis, & Confessoris*.

(k) *Trecis Fidoli Confessoris*. Ms. Barberinian. Roman. nullo prænotato loco: *Depositio Fidoli Presbyteri*. Martyrologium Epternacen. *Civitate Trecas Fiduli Presbyteri, & Confessoris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Tricasine depositio Fidoli Presbyteri & Confessoris*. Martyrol. Corbejen. *Tricassino passio S. Fidoli Presbyteri, & Confessoris*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Fedoli*. Notker. *Apud Castrum Tricassinum Findulii*. De Peregrin. *Trecis Sidoli Episcopi, & Confessoris*. Nimis luxatè *Sidoli*, pro *Fidoli*, aut *Fedoli*, & sphalma tò *Episcopi*, nisi pro *Abbatis*. Presbyter, & Abbas in Actis apud Papebroch. & Janning. *Tricassinum* vetustius nomen Urbis Lugdunensis Galliæ, & Tricassini Populi, Trecas recentiùs. Saussayus videndus.

(l) *In Scotia Brandani Abbatis*. Acta: *Erindani*

Brendani Abbatis Cluaninfertensis in Hibernia.

(m) *Apud Forum Julii Maximæ Virginis.* Usuard. Notker. & de Peregrin. *In pago Forojuliensi.* Petr. de Natal. *Maxima Virgo in pago Forliviensi (imo Foro-Juliensi) Vico Callidiano Virginatis Lilio Florescens, & insignibus clara virtutibus in pace quievit.* Ado item: *In Pago foro Juliensi, vico, qui vocatur Caludianus.*

xvj. D Sextodecimo Kalendas Junii. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

(a) *Torpetis.* Die 29. Martii Raban. Die 2. April. Pisis. Die 27. Saussayus. Die 29. Acta auctiora.

(c) *Heradii, Pauli, & Soc.* Martyres circ. an. 303. Baron. in not. ad oram marginal. Ann. 304. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Martyrol. Cassinen. antiqu. Longobard. exarat.

(d) *Solochani, & Soc.* Martyres an. 311. Baron. eo anno n. 18. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. num. 6. Die 16. Januar. Florar. Ms. & Greven. Auctar. ad Usuard.

Pisis in Tùscia sancti Torpètis màrtyris, qui magnus in officio Neronis primùm fuit, unùsque ex his, de quibus Paulus Apòstolus ab urbe Roma ad Philippènses scribit: Salùtant vos omnes sancti, màximè autem qui de Cæsaris domo sunt: sed pòsteà pro fide Christi, jubènte Satèllico, àlapis cæditur, verbèribus durissimè afficitur, ac bèstiis devoràndus tràditur, sed minimè læditur: tandem martyrium suum decollatiòne complèvit tèrtio Kalèndas Maii: ejus tamen festivitas hac die recòlitur ob sui còrporis translatiònem. (*a*) Eòdem die sanctæ Restitùtæ vìrginis & màrtyris; quæ, Valeriàno imperànte, à Pròculo Jùdice in Africa vàriè torta, & in navicula pice & stupa refèrta, ut in mari comburerètur, impòsita, immisso igne, cùm in incensòres flamma converterètur, ipsa in oratiòne spìritum Deo rèddidit: cujus corpus cum eàdem navìcula Dei nutu ad Ænàriam ìnsulam prope Neàpolim devèctum, à Christiànis magna veneratiòne suscèptum est, ac pòstmodum in ejus honòrem Constantìnus Magnus Basìlicam Neàpoli erigèndam curàvit. (*b*) Noviodùni sanctòrum màrtyrum Heràdii, Pauli, & Aquilìni, cum duòbus àliis. (*c*) Chalcèdone sanctòrum màrtyrum Solochàni & sociòrum mìlitum sub Maximiàno Imperatòre. (*d*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Adriònis, Victòris, & Basillæ. (*e*) Herbìpoli sancti Brunònis Epìscopi & confessòris. (*f*) Apud Villam Regàlem in regno Valentìno sancti Paschàlis, Ordinis Minòrum, miræ innocèntiæ & pœnitèntiæ viri.

(a) *Baron. an. 59. n. 9. & an. 69. n. 44. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 8.* (b) *Baron. an. 397. n. 55. Anton. Caracciol. ex Cleric. Regularib. de Sacr. Eccles. Neapolitan. Monument. Janning. & Baertii Acta.* (c) *Baron. in not. Usuard. aliique.* (d) *Baron. an. 311. n. 18. Græci in Menolog. & Acta relata.* (e) *Baron. in not. Beda, & Acta relata.* (f) *Janning. & Baertii Acta.*

Hoc quod tibi creditum, hoc à te tradatur. S. Vincent. Lirinen. Commentar. 17.

(a) *Pisis in Tuscia Torpetis Martyris in Officio Neronis jubente Satellico.* Pisæ, *Pisa.* Urbs Heturiæ antiquissima Colonia, Arno fluvio divisa, media fere inter Lunam, & Populonium. Hic nob. Equitum S. Stephani Conventus, à Cosmo Magno Hetruriæ Duce adversùs Piratas institutus. Usuard. & de Peregrin. *In Officio Neronis Cæsaris.* Divio: *In Tuscia Torpetis Martyris sub Nerone Principe.* Raban. die 29. Martii: *In Civitate Pisana natale S. Torpetis Martyris, quem Nero Imperator.* Ado, Notker. aliique: *Jubente Silvino, seu Silvio filio Satellici.*

(b) *Restitutæ.* Cardinal. Baron. in not. *Carthagine in Africa, ubi passa est, censetur illa Basilica, Restituta dicta, in qua nonnulla Concilia celebrata habentur.* Antonius

Custodi quod accepisti, non quod excogitasti. S. Vincent. Lirinen. Comment. 17.

tamen

tamen Caracciolus ex Cleric. Regular. Libello de Ecclef. Neapolitan. Monument. c. 15. sect. 3. differtè opponit. Ipse consulendus.

(c) *Noviodum Heradii, Pauli, & Aquilini, cum duobus aliis*. Alibi: *In Veduno, Neviduno, Nividuno, Nimuiduno, Leviduno*. Et pro Heradii, *Heracli, Heraclii, Eradi*. Martyrol. Epternacen. *In Veduno Eraeli, Pauli, Mineri, Aquilini, Victoris*. Martyrolog. Corbejen. *Neveduno Heraclii, Pauli, Minerii, Aquilini, Victoris, Arthemii, Calcori*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Nimuiduno Heracli, Pauli, Minerei, Aquilini, Victoris, Artemi, Calcori*. Martyrolog. Bluman. Roman. *Mineris*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holsten. *Noviodum Heradii, Pauli, Aquilini, Victoris, Arthemi, Calori*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Nividuno natale Eracli, & Paulini*. Ms. Barberinian. *Eracli, Pauli, Minerii, Aquilini, Arthemii*. Notker. *Leviduno Heracli, Pauli, & aliorum*. Galesin. *Niveduni, Heradii, Pauli, Aquilini, Victoris, Primi, Liberii, & Peregrini*.

Baron. in not. *Græci etiam in Menologio hac die, ubi pluribus ipsorum Martyrii Acta ferunt*. Florentinius tamen vir eruditus suadet, Menologium Sirleti, quo usus Baronius, pro Heradii, Pauli, & Aquilini, *Heraclii, Paulini, Benedmi*; nec alios ibi Martyres invenisset præter *Solochanum, Pamphamem, & Pamphalum Commilitones*, de quibus item hac ipsa die Janning. & Baertius admonent in Actis SS. Græcos de aliis Martyribus agere, inter quos quidam *Heraclius*, non *Heradius* legitur.

An Noviodunum, Urbs Galliæ, legendum, vel Novidunum, Urbs Ammianæ circa Danubium, sive Noviodunum, Mysiæ inferioris, ubi Danubius in Ostia effunditur, Ptolomæo; sivè aliud Noviodunum, Antonino in Pannonia, accipiendum, haud definimus.

(d) *Chalcedone Solochani, & Sociorum Militum*. Fasta Græca: *Chalcedone SS. Martyrum Ægyptiorum Soloobonis, Pamphamenis, & Pamphalonis Militum*. Menologium Sirleti: *Solochani, Pamphamenis, & Pamphali*. Greven. Auctar. ad Usuard. *Sulcani, & Sociorum Martyrum*. Maurolyc. & Felic. *Sanctus Sultanus Martyr*.

(e) *Alexandriæ Adrionis, Victoris, & Basillæ*. Mss. Richenovien. & Rhinovien. *In Alexandria Victoris, Basilæ*. Alii Codices: *Basiliæ*. Mss. Treviren. S. Maximini, Colonien. Carmelitar. Attrebaten. Tornacen. Lætien. S. Laurentii, & Roman. Barberinian. item Notker. & Greven. *In Alexandria Victoris, & Basilii*.

Disceptatio Chronologica. (b) *Sanctæ Restitutæ, Valeriano Imperante*.

Acta Mss. Lectionar. vetus, & Officium Ecclesiasticum penès Antonium Caracciolum Clericum Regularem suo erudito, & singulari libello de Sac. Ecclef. Neapolitan. Monumentis cap. 15. *Sub Numeriano Imperatore* hanc Sanctam Martyrem panditant.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, errore librariorum factum, ut dicatur passa sub *Numeriano Imperatore*, pro *Valeriano*.

Ast Caracciolus integram verborum seriem ex veteri Codice exhibet, quæ profectò alium quemvis Augustum prohibet intelligere, quàm Numerianum: *Cùm Romani Imperii Cæsar, Carus nomine, moderaretur habenas, & Persarum gentes victor exuperasset, in superbiæ fascibus elatus, dum super Tygridem fluvium castra poneret, divino judicio fulmineo ictu percussus interiit. Hujus itaque filii Numerianus, & Carinus in Regno succedentes, atque iniqui Patris vestigia sequentes, divinam & ipsi experti sunt ultionem: Nam Carinus prælio victus apud Argium occiditur. Numerianus oculorum dolore percussus, dum in lectica portaretur, ab Apro socio suo peremptus est; Sed Diocletianus Cæsar, cùm successisset in Regnum, statim prædictum Aprum interemit, jurans, non sine suo scelere Numerianum fuisse percussum. Iste igitur Numerianus, dum adhuc regnaret, atque suam Tyrannidem in sublime elevare cuperet, à Christi Ecclesia inchoans, per omnes Provincias suæ Ditionis subjectas Judices, & Præfectos, destinare studuit; præcipiendo crudeliter, ut ubicumq; Christi cultores invenire valerent, igne, ferro, fame, cæterisq; pœnarum generibus ipsos lamiando trucidarent, & Dæmonum simulacris studerent flectere colla. Eo itaque tempore, quo hæc gerebantur, & Romanam Ecclesiam Cajus Dei Pontifex, & Martyr optimè gubernaret, erat quædam Virgo in Provincia Africæ in loco, qui dicitur Ponizarius, nobili genere orta, & Sacræ Scripturæ studiis optimè erudita, nomine Restituta, &c.* Quibus verbis *Valeriani* tempora significari nequeunt.

David Romæus tamen, ex quo Paulus Regius, Ferrarius, aliique, habet, hanc Sanctam fuisse Sancti Cypriani discipulam, & cum eo Martyrizatam sub *Valeriano*, sub quo Cyprianus palmam Martyrii adeptus.

Verùm hæc Sancta Virgo adhuc puella Martyrium consummavit, undè modò dici poterit discipula Cypriani, nescitur: quùm Cyprianus triginta integris annis antè, Decianam persequutionem fugiens, Carthagine excelsit, annisque XXII. antè capite plexus. Rursùs Acta vetusta disertè habent, Cajo Pontifice Martyrium subiisse, *Valeriano* diù ante Cajum demortuo, undè cùm Cajus, vertente ann. 283. Pontifex ordinatus, & mortem oppetierit anno 296. videtur sub ipso hæc Sancta Mar-

Martyrio coronata: ita in gestis Sanctorum Martyrum duodecim Fratrum Adrumentinorum ab Alphano Salerni Episcopo factum, sivè potiùs confictum, ut admonet Caracciolus, arguit idem Baronius ad 1. Septembris in notis, eumdem videlicet Cyprianum per immanem Metachronismum ab Alphano fuisse adductum ad animandos ad Martyrium Beatos illos Juvenes, qui Maximiano Herculeo Imperatore, hoc est multo post Cyprianum tempore, Martyrium consummaverunt. Hinc ut expungatur omnis ambiguitas, & sapientia præstantiores annuerint, rescribendum videtur: *Neapoli in Campania Sanctæ Restitutæ Virginis, & Martyris, quæ in Africa variè torta &c.*

xj. E Quintodecimo Kalendas Junii. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

(a) *Venantii.* Martyr sub Decio an. 254. Baron. eo anno n. 29. Ann. 251. Dec. interemptus Pagi tom. 1. ad an. 254. n. 2.

(b) *Dioscori Lectoris.* Die 18. Jun. Salazar. Martyrol. Hispan.

(c) *Felicis Episcopi.* Martyr an. 308. Baron. eo ann. nu. 27. An. 309. Pagi to. 1. ad ann. 303. n. 6.

Camerìni sancti Venàntii màrtyris, qui annos quìndecim natus: sub Dècio Imperatòre & Antiocho Præside, una cum àliis decem gloriòsi certàminis cursum cervìcibus abscìssis implèvit. *(a)* In Ægypto sancti Diòscori lectòris, in quem Præses multa & vària tormènta exèrcuit, ita ut ungues ejus effòderet, & lampàdibus làtera inflammàret; sed cœlèstis lùminis fulgòre pertèrriti cecidèrunt minìstri: novìssimè làminis ardèntibus adùstus, martyrium consummàvit. *(b)* Spolèti sancti Felicis Epìscopi, qui sub Maximiàno Imperatòre martyrii palmam adèptus est. *(c)* In Ægypto sancti Potamiònis Epìscopi, qui primò sub Maximiàno Galèrio confèssor, deinde sub Constàntio Imperatòre & Philàgrio Præside Ariàno martyrio coronàtus est. *(d)* Ancyræ in Galàtia sancti Theòdoti màrtyris, & sanctàrum Thecùsæ ejus àmitæ Alexàndræ, Clàudiæ, Fainæ, Euphràsiæ, Matrònæ, & Julittæ vìrginum, quæ à Præsidæ primùm prostitùtæ, sed Dei virtùte servàtæ, lapìdibus ad colla ligàtis in palùdem mersæ sunt: quarum relìquias collèctas, cùm Theòdotus honorìficè sepelìsset, comprehènsus à Præsidæ sævìssimæ dilaniàtus est, ac demum ense percùssus, martyrii corònam accèpit. *(e)* Upsali in Svècia sancti Erìci Regis & màrtyris. *(f)* Romæ Sancti Felicis confessòris, Ordinis Minòrum Capuccinòrum sancti Francìsci, qui apud eàndem Urbem mira humilitàte, & màxima totius pòpuli ædificatione quadraginta annos ostiàtim pro alèndis Fràtribus mendicàvit: tandem virtùtibus & miràculis clarus, ibìdem obdormìvit in Dòmino.

(a) *Baron. an. 254. n. 29. Tabul. Eccles. Camerinen. Janning. & Baert. Acta.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 5. c. 13. Beda, Usuard. & alii.* (c) *Baron. an. 308. n. 27. & an. 680. n. 3. Petr. in Catal. lib. 5. c. 13. & Usuard.* (d) *Baron. an. 325. n. 22. An. 335. n. 7. & an. 342. n. 22. item Beda.* (e) *Baron. in not. Græci in Menologio, Acta Baertii, & Janning.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Grammat. lib. 14. de reb. Danic. & Olaus de reb. Goth. lib. 19.*

Lætetur cor quærentium, & confirmamini. S. August. li. 15. de Trinit.

(a) *Camerini Venantii Martyris, qui annos quindecim.* Galesinius Episcopum facit. Sed si xv. erat annorum, quomodo Episcopus fuit?

(b) *In Ægypto Dioscori Lectoris.* Saussayus suo Martyrologio Gallicano: *Leodii commemoratio natalis S. Dioscori Lectoris hodie Martyrio laureati in Ægypto, ex antiqua obser-*

Contristabitur cor quærentium, si non potuerit invenire. S. Augustin. lib. 15. de Trinit.

observatione, ob pignora ejus pridem recepta. Vuandelbertus:

Quintam cum decima Martyr Dioscorus implet.

(c) *Spoleti Felicis Episcopi*. Galesin. in not. *Spoleti, aliàs Spellatensi, quæ Urbs non longè abest à Spoleto, S. Felicis Episcopi, &c.* Usuard. *Apud Spellatensem Urbem*, Petr. in Catal. *Apud Spalatensem Urbem*. Canis. in Martyrolog. Germanico: *In Urbe Spellata*. Cardinal. Baron. in not. vult prò *Spoletino* dicendum *Spalatensi Episcopo*; Ferrar. tamen sua nova Topographia ad Martyrolog. Roman. cusa Venet. an. 1609. fol. 62. XVIII. *Maii Felix Episcopus Hispellensis, non Spoletinus, qui tempore Marcellini Papæ, & Concilio Sinuessano interfuit*. Item Catal. SS. Italiæ: *Felix Episcopus Hispelli Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, &c.* In adnotatione: *Hispelli in Ecclesia majori sub illius imagine in pariete depicta subscriptio sic habet: S. Felix Episcopus Hispellas. Spoleti quoque in Ecclesia Cathedrali antiqua illius Imago cum hujusmodi inscriptione, S. Felix Episcopus de Hispello, visitur.* Salazar. Martyrolog. Hispan. ad 18. Junii: *Spali in Vasconibus Sancti Felicis &c.* An idem, ob aliquam Reliquiam, seù Reliquiæ Translationem alii decernant.

(d) *In Ægypto Potamionis Episcopi.* Ægyptus, *Egitto*, & Incolis *Sahid*. Africæ notissima, & nobilissima Regio, Nilo amplissimo fluvio divisa, inter dictum sinum, & Mediterraneum pelagus intercedente. Martyrol. Antuerpien. seù Epternacen. *Alexandriæ Potamonis Presbyteri, Ortasi, Syrapionis Presbyterorum, Pantheri, Dativi, Luci, & Maxima, Hermonis Lectoris, & aliorum IIII.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Potamonis Presbyteri, Hortasii, Serapionis, Panteri, Dioscori, Palmi, Pentecon Diaconi, Ceuron, Davici, Luci, Maxima, Hermon Lectoris, cum aliis quatuor Martyribus*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Pantomoni Presbyteri, Hortasi Presbyteri, Panthari, Dioscori, Palmi, Pentecon Diaconi, Cerron, Dativi, Luci, Maxima, Hermon Lectoris cum aliis IIII.* Martyrol. Bluman. pro Cerron, *Hermon, Cesson, Hermone*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *In Ægypto Hortasi, & Serapionis Presbyterorum cum aliis XIII.* Ms. Patrician. penès Cleric. Regular. SS. Apostolorum Neapoli: *Alexandria S. Potamionis Episcopi, Hortasis, & Sempronii Presbyterorum*. Notker. *In Alexandria, Potamonis, Hortasi, & Serapionis Presbyterorum*. Raban. *Hortasii, Serapionis Presbyteri, & Marci Papæ, & Potamionis, Hortasii, & Serapionis Presbyterorum*. Apud Anastasium, & Epiphanium *Potamon* vocatur. At hic *Potamon Alexandrinus* cum sociis videtur alius *ab Ægyptio* enunciato in Romano Martyrologio, licèt Baronius in not. afferat, hunc fuisse Episcopum Heracleæ in Ægypto; Solers tamen lector acta copulet, & definiat.

Baronius item in notis hunc Potamionem animadvertit in schismate aliquando adhæsisse Meletio; Baertius verò, & Janningus opponunt: ipsi summi viri consulendi.

(e) *Ancyræ Theodosi Martyris, Thecusæ amitæ, Alexandræ, Claudiæ, Faine, Euphrasiæ, Matronæ, & Julittæ Virginum*. Cardinal. Sirletus in Menolog. Græcor. quo Baronius usus: *Theodori*. Acta: *Theodoti*. Menolog. Basil. Imperat. *Theodoti*, & post *Julittæ*, aut *Juliæ* octavam Virginem addit, nempe *Theodotæ*. Divio ex Synaxario Ms. *Romæ S. Theodorus Papa* (idest Episcopus) *ungulis laniatus vitam finivit*. Verùm licèt hic *Theodorus* Episcopus ungulis laniatus fuerit, ut *Theodotus*, tamen videtur alius.

(a) *Camerini Sancti Venantii Martyris, qui annos quindecim natus, sub Decio Imperatore, & Antioco Præside, &c.* Camerinum, seu Camarinum Ptolom. lib. 3. Geograph. Camertes Plin. & Strab. Urbs Umbriæ in Apenn. Monte apud Piceni fines, penes Utentis amnis ortum: Nuceriæ, Septempedæque finitima. *Disceptatio Chronologica.*

Quamvis Eminentissim. Baronius in not. pro Romani Martyrologii assertione asserat, se tabulas vidisse Ecclesiæ Camerin. nec non ejus Acta, & Sociorum Martyrum; Nihilominus candidè fatetur, hæc ob nimiam temporis vetustatem superinductis mendis, censura indigere, & castigatione non modica; hinc licèt sub *Antiocho* Rege, seù Imperatore hos Martyres dictent, alii tamen Scriptores, inter quos Diatrius histor. Camerin. apud Rivium in Triumpho Christi Crucifixi, *tempore Alexandri Papæ sub Trajano*, referunt.

Nec officit obtrudere, hæc Acta quidem quò ad aliquas circumstantias castigatione aliqua indigere, secus quò ad integritatem, & ipsorum substantiam, ex qua Baronius nihil subtrahens, eadem agnovit antiquissima, & inscripsit, *S. Venantium sub Decio Rege, Antiocho Præfecto* palmam Martyrii adeptum: quod fortè ratione minus probabili hic Baronio visus sit Rex, & Imperator vocitatus, est magis veritati historiæ consonum.

Nam quicquid sit, an hæc Acta sint omnimodè Apocrypha, ex quibus Recentiores id retulere, quùm in hanc messem non sit nostrum falcem mittere; quò ad Tyrannum tamen, ut mendosa Petr. de Natal. in Catal. Sanctorum cuso ann. 1482. lib. 5. reiicit, ac proinde, *Antiocho Præside* prorsus expuncto, rescripsit, *qui à Præside tentus cùm Christum Dominum confiteretur*. Et placuit Baronio tamquam unicè expediens ad reducendum in ordinem, & classem Præsidum Urbanorum Antiochum.

Cæterùm nil officit, quin laudati viri ex iis Actis quò ad Antiochum non recesserint, & aliundè quùm Eminentissimus Annalista

nalitia hoc Martyrium consignet anno Christi 254. ut eo anno num. 29. quo anno adhuc, an sub Decio, ambiguum ex deductis 17. Febr. dum de S. Polychronio, nè modò eadem repetantur, & ut in præsentiarum ex hac molesta trica Romanum Martyrolog. abeat, si majori sapientia Censores putaverint, neutiquam explicet sub quo hic Sanctus Martyrizatus, sed: *Camerini S. Venantii Martyris, qui annos quindecim natus unà cum aliis decem gloriosi certaminis cursum cervicibus abscissis implevit.*

x.	F			Quartodecimo Kalendas Junii.				Luna.									19
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

(b) *Pudentianæ Virginis*. Die sequ. Kalendar. Eccles. Eboren. in Lusitania. Die 14. April. Græci in Mæneis, Synaxariis, Antolog. & Menologio.

NAtàlis sancti Petri de Moròno, qui ex anachorèta Summus Pòntifex creàtus, dictus est Cœlestinus Quintus: sed Pontificàtu se àbdicans, & in solitùdine religiòsam vitam agens, virtùtibus & miràculis clarus migràvit ad Dòminum. (*a*) Romæ sanctæ Pudentiànæ vìrginis, quæ post innùmeros agònes, post multòrum Màrtyrum venerabiliter exhìbitas sepulturas, post omnes facultàtes suas paupèribus pro Christo erogàtas, tandem de terris ad cœlos migràvit. (*b*) Ibìdem sancti Pudèntis Senatòris, patris supradictæ vìrginis, qui ab Apòstolis Christo in baptìsmo vestitus, innocèntem tùnicam usque ad vitæ corònam immaculàtè custodìvit. (*c*) Item Romæ via Appia natàlis sanctòrum Calòceri & Parthènii eunuchòrum; quorum prior cùm esset præpòsitus cubìculi uxòris Dècii Imperatòris, alter verò altèrius mùneris Primicèrius, nolèntes idòlis sacrificàre, ab eòdem occìsi sunt. (*d*) Nicomedìæ sancti Philòteri màrtyris, filii Paciàni Procònsulis, qui sub Diocletiàno Imperatòre multa passus, martyrii corònam accèpit. (*e*) Ibìdem sanctàrum sex Vìrginum & màrtyrum, quarum præcipua erat Cyrìaca, quæ cùm liberè Maximiànum impietàtis objurgàsset, dirìssimè cæsa & dilaniàta, ad ùltimum igne cremàta est. (*f*) Cantuàriæ sancti Dunstàni Epìscopi. (*g*) In Britànnia minòri sancti Ivònis presbyteri & confessòris, qui pro Christi amòre causas pupillòrum, viduàrum, ac pàuperum defendèbat. (*h*)

(d) *Caloceri, & Parthenii*. Martyres anno 253. Baron. eo an. n. 29. Anno 250. Baertius, & Janning. Die 11. Februar. Raban. Galesinius Usuard. & alii.

(e) *Philoteri*. Martyr anno 311. Baron. eo an. nu. 17. Ann. 312. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6.

(f) *Cyriaca* Die 7. Jul. Typicum Græcor.

(a) *Baron. in not. Sur. t. 3. hac die Baert. & Janning. Acta.* (b) *Baron. an. 162. n. 1. & 2. Mombrit. t. 2. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 44. n. 61. An. 59. n. 18. & an. 159. n. 8. item Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 253. n. 29. Beda, Usuard. aliique.* (e) *Baron. an. 311. n. 17.* (f) *Iidem ibidem, & Græci in Menologio.* (g) *Baron. an. 955. n. 8. & sequ. Sur. t. 3. prior. edit. & Tritehem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 221. & lib. 4. c. 100.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 3. relat. Petr. in Catal. lib. 4. c. 21. Baert. & Janning. Acta.*

Ea, quæ didicisti, ita doceas, ut cùm dicis novè, non dicas nova. S. Vincen. Lirinen. Commentar. 27.

(a) *Petri de Morono*. Bellin. ann. 1498. cusus, & de Peregrin. an. 1553. *Eodem die S. Petri Cælestini de Morono, qui, quoniam renunciavit Summo Pontificatui, canonizatus extitit ab Ecclesia tantùm pro simplici Confessore*. Martyrol. editum Coloniæ, & Lubecæ anno 1490. *S. Petri Cælestini Confessoris, à quo Ordo Cælestinorum dicitur*. Pelag. lib. 3. de Planct. Eccles. art. 2. *Petrus Cælestinus renunciavit Papatui, majus miraculum, & majus, veriusque humilitatis exemplum*. Martyrol. Gallicanum, & alia Apographa, Martyrem efferunt: An ita haud statuimus; alii definiant.

(b) *Pudentianæ Virginis*. Usuard. Holsten. & de Peregrin. *Potentianæ*. Alibi: *Pu-*

Quod accepisti, non Author, sed Custos, non Institutor, sed sectator, non docens, sed sequens. S. Vincent. Lirinen. Comment. 21.

densilla, *& Puda*. Alia hujusmodi nomina, uti & *Pudensis*, fuere in Africa, ut ex Apulei Apologiis.

(c) *Ibidem Pudentis Senatoris*. Ms. Divionen. *In Alexandria Natale Sancti Areni Diaconi*, *& Pudentis Discipuli Apostolorum*.

(d) *Item Romæ Caloceri*, *& Parthenii eunuchorum, quorum prior Præpositus cubiculi uxoris Decii Imperatoris*, *alter Primicerius*. Martyrolog. Epternacen. seù Antuerpien. *Romæ Calogeri*, *Partheni Eunuchorum Decii Imperatoris*, *& Uxoris ejus*. *Natalis Perenni Galli*, *Curi*, *Urbani Confessoris*, *Indici*, *Seleuci*, *Felicis*, *Donici*, *Crescenti*, *Colonia*, *Judicæ*: *Item Urbana*, *Alexandri*, *Areni Diaconi*. Martyrol. Corbejen. *Romæ natalis Sanctorum Calogeri*, *& Parthenii*, *Eunuchorum*, *& uxorum eorum*, *hi sub Decio Imperatore occisi*, *& requiescunt in Cimiterio juxta viam Appiam*. *In Cimiterio Calesti*, *via Appia*, *Paterni*, *Galicori*, *Indici*, *Seleuci*, *Felicis*, *Elonici*, *Christi*, *Colonica*, *Julia*. *Item Urbani*, *Ingenua*, *Saturni*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ Calogeri*, *Paterni Eunuchorum*, *& Uxorem ejus Decii Imperatoris*, *qui*, *cùm esset unus ex his Præpositus cubiculi*, *alter Primicerius*, *nolentes sacrificare Idolis*, *à Decio occisi sunt*, *& requiescunt in Cimiterio juxta viam Appiam*. *In Cimiterio Calesti via Appia natalis Patemi*, *Galigori*, *Orbanæ*, *Incidi*, *Seleuci*, *Felicis*, *Clonici*, *Crescenti*, *Colonica*, *Julia*. *Item Orbana*. Martyrolog. Bluman. pro Patemi, Galigori, Incidi, *Paterni*, *Galigori*, *Indici*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. addit Martyrolog. Romano: *Item in Cœmeterio Callisti via Appia natalis Sanctorum Paterni*, *Gallicoli cum aliis* VIIII. Martyrol. de Peregrinis percurrit tò *Uxoris Decii*. Martyrol. Gallican. *Romis Beatorum Martyrum Calogeri*, *& Parthenii*, *quorum post gloriosum certamen in causa fidei peractum*, *Sacra Lipsana ad Cœnobium S. Remigii allata*, *congruum cultum acceperunt*. Verùm subdit: *De hac Translatione silent nostri Auctores*. Bucher. in canon. Victor. pag. 268: XIII. *Kal. Junii Parthini*, *& Calogeri in Callisti*, *Diocletiano* IX. *& Maximiano* VIII. At hic *Calogerus*, & *Parthinus*, seù *Parthenus*, aut iidem, & ambiguum an Martyres *sub Decio*, aut alii, & solers lector consulat.

(e) *Nicomediæ Philoteri*. Acta Græca penès Baertium, & Janningum: *Phileteris*, *& Eubioti coram Diocletiano*, dein: *Galerio Maximiano*, & demum: *sub Maximino Martyrum*.

Cardinal. Baron. in not. *Agunt de eo Græci etiam in Menologiis*, *ibique ejus Acta narrantur*. At Menologium Cardinal. Sirleti, quo Baron. usus, neque *Nicomedia*, neque alibi signat, sed tormenta tantùm commemorat, non sub *Diocletiano*, ut Romanum Martyrologium, sed *sub Maximiano* ejus Genero, & Successore: neque nomine Philoteri, sed Philoteris, & malè, juxta Græcorum Acta, quæ *Phileteris* efferunt.

(f) *Cyriaca*. Typicum Græcorum die 7. Julii: *Sancta Cyriaca Megalo-Martyris*. Synaxar. Chiffletianum:

Cyriaca fugiens providè æternos rogos
Brevi ustulantes tempore hilariter tulit.

(h) *Jvonis*. Chinius alium exhibet Jvonem, Episcopum Carnutensem.

(c) *Ibidem S. Pudentis Senatoris*, *Patris supradictæ Virginis*, *&c.*

Disceptatio Historico-Cronologica.

Eminentissimus Baronius in hujus diei elucubratis notis pro Romani Martyrologii assertione animadvertit: *Putatur hic ille*, *cujus meminit S. Paulus Epist.* 2. *ad Timotheum c.* 4. *in fine*; *quæ quidem Epistola* (*ut constat*) *scripta est Romæ*, *ubi aderat Pudens Senator*. *Maiorum firma traditione præscriptum est*, *Domum Pudentis Romæ fuisse primum Hospitium S. Petri Principis Apostolorum*, *illicque primùm Christianos convenisse ad Synaxim*, *conctam Ecclesiam*, *vetustissimumque omnium Titulum Pudentis nomine appellatum*, *qui item & Pastoris nomine dictus reperitur*, *hodiè vulgò Ecclesia Sancta Pudentiana nuncupatur*: *De Pudentis Domo*, *& Titulo in Actis Novati*, *Pudentianæ*, *& Praxedis pluribus agitur*, *mentioque de eo habetur in Romanis Conciliis*, *atque in his præsertim*, *quæ Romæ sub Simmacho Papa sunt Acta*.

Ast ex hac animadversione videtur Baronium à Pudente illo, de quo Paulus loco laudato ad alterum Pudentem abiisse, Patrem Pudentianæ, & Hospitem Petri. Duo namque extitere uno propemodum tempore Pudentes Sacris fastis adscribendi, prior, & antiquior Pudens, ut etiam Ferrar. animadvertit, à Græcis in Anthologio, & Menolog. die 14. Aprilis colitur, sub Nerone decollatus unà cum Aristarco, & Trophino; in Anthologio namque affirmant, omnes hos tres Christi fuisse Discipulos. Si unus igitur ex septuaginta Discipulis Pudens fuit, utique non Senator Romanus, & hospes Petri: constat enim quòd omnes Christi Discipuli fuere Judæi; & si quis fortè ex his Græcus, nullus tamen* Latinus legitur extitisse.

Si verò aliquis subderet, esto quòd Græci asserant hunc Pudentem fuisse Christi Discipulum; erit tamen negandum authoritate Martyrologii antiqui Romani, post Baronii obitum cusi, ubi fuisse Pauli Discipulum legitur: *Pudentis Discipuli Pauli*.

Nil juvaret; nam hoc dato, adhuc hic *Pudens* alius esset *à Pudente*, *Petri hospite*, *& Romano Senatore*, ut evincit illud à Græcis traditum, quòd *Apostolum Paulum quòcumque sequutus fuerit*. Quamobrem in antiquissimo brevissimoque Clementis I. Martyrolo-

gio

gio hi duo *Pudentes* locum habuere. Cæterùm quæ de *Pudente*, *Pauli Discipulo* essent modò in medium adducenda, videndus Mongeo, & Joannes Mariana. In præsentiarum ex his Historicis tricis ea videtur evadendi via in Romano Martyrologio, quatenus Sanioribus placuerit, si aut cum de Peregrinis: *Eodem die S. Pudentis, Patris supradictæ Virginis*, aut cum Martyrologio Romano veteri, nulla mentione facta de *Pudentiana filia*, panditetur: *Ibidem S. Pudentis Senatoris, qui ab Apostolis, &c.*

ix. G Tertiodecimo Kalendas Junii. Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
A B C D E *F* F G H M N P
12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

* Hodie Sol ingreditur in signo Geminum, & in eo usque ad 20. Junii.

AQuilæ in Vestinis sancti Bernardini Senènsis, Ordinis Minòrum, qui verbo & exèmplo Itàliam illustràvit. (*a*) Romæ via Salària natàlis sanctæ Basillæ vìrginis, quæ cùm esset ex règio gènere, & illustrissimum sponsum habèret, illùmque dimisisset, accusàta ab eo quòd esset Christiàna, decrètum est à Galliène Augùsto; ut aut sponsum recìperet, aut glàdio interìret: quæ convènta de hoc, cùm respondisset Regem regum se habère sponsum, glàdio transverberàta est. (*b*) Nemàusi in Gàlliis sancti Baudèlii màrtyris, qui comprehènsus, cùm sacrificàre nollet, & in fide Christi immòbilis inter vèrbera & tormènta persìsteret, martyrii palmam pretiòsa morte suscèpit. (*c*) Edèssæ in Syria sanctò rum màrtyrum Thalalæi, Astèrii, Alexàndri & sociòrum, qui sub Numeriàno Imperatòre passi sunt. (*d*) In Thebàide sancti Aquilæ màrtyris, qui pectìnibus pro Christo dilaniàtus fuit. (*e*) Apud Bitùricas in Gàllia sancti Austregìsili Epìscopi & confessòris. (*f*) Brìxiæ sancti Anastàsii Epìscopi. (*g*) Papìæ sancti Theodòri Epìscopi. (*h*) Romæ sanctę Plautìllę fèminę Consulàris, matris beàtę Flàvię Domitìllę, quę à sancto Petro Apòstolo baptizàta, òmnium virtùtum laude refùlgens quièvit in pace. (*i*)

(b) *Basillæ*. Martyr sub Gallieno, & Augusto anno 262 Baron. eo an. n. 56. Anno 263. Pagi t. 1. ad an. 261. n. 1. Die 11. Maii Florentin. Die 22. Septembr. Bucher. ad Canon. Victor. pagina 266. Die 12. Januar. Florar. Ms.

(d) *Thalalæi, & Soc.* Die 23. Augusti Fasti Græca.

(f) *Austregisili Episc.* Obiit an. 611. Baron. eo an. n. 2. Ann. 627. Sigebert. in Chronic. An. 624. Pagi t. 2. ad an. 611. n. 5. Die 15. Febr. Mss. Tornacen. & Leodien. Sancti Lamberti, & S. Laurentii.

(h) *Theodori Episc.* Die 20. Martii Kalend. & Missal. Ambrosian. antiqu.

(i) *Plautillæ.* Obiit an. 69. Baron. eo ann. nu. 10. Ann. 66. Baert. & Janning.

(a) *Baron. in not. Sur. t. 3. & 7. prior. edit. Chronic. Ordin. Minor. lib. 2. par. 3. c. 19. Baert. & Janning. Acta.* (b) *Baron. an. 262. n. 56. Lippoman. t. 2. Sur. t. 6. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 23.* (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 5. c. 24. & S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 78.* (d) *Baron. an. 284. n. 10. Procop. lib. 5. in fin. de ædific. Justinian. Imperat. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 1. in Act. S. Auxentii die 14. Februar.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (f) *Baron. an. 611. n. 2. Sur. t. 3. prior. edit. & t. 6. posterioris, Sigebert. in Chronic. ad an. 627. Tabul. Demochar. & Duchesn. t. 2. hist. Gall.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. Baert. & Janning. Acta.* (h) *Iidem ibid. & Tabul. Eccles. Papien.* (i) *Baron. an. 69. n. 10. Sur. t. 3. prior. edit. Die 12. Maii in Act. Nerei, & Achillei, Baertii & Janning. Acta.*

(b) *Romæ Basilæ*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *Romæ via Salaria, Basilissæ, Aurei, Nuscæ*, seù *Nustiæ*. Martyrolog. Bluman. pro via Salaria, & Nuscæ, *Via Salutaria, Nustæ*. Florentinius censet loco Aurei, Nustiæ, seù Nusciæ, aut Nustæ sanè scribendum: *Romæ Basillæ, in Ostia Aureæ*. Martyrol. Epternacen. *Romæ Basilæ*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. nulla loci nota: 13. *Kalend. Basilissæ cum aliis tribus*. Verùm Basilissa, seù Basila, aut Basilea, ut de Peregrin. est alia à Basilla; de Basilissa Martyre Romana die 25. Aprilis Roman. Martyrolog. Quinimmo Canis. Martyrol. Germanic. & Molan. Addit. ad Usuard. hac die: *In Nonasterio Horreensi apud Treviros S. Basilissæ Abbatissæ, & S. Maximi primi Trevirorum Episcopi*: Quæ Basilissa adhuc est alia à Basilissa Romana. Ms. Augustan. S. Uldarici, & Parisien. Labbei: *Basilla*

Nemo acquirit scientiam, nisi qui aut studiosus ad legendum, aut assiduus ad audiendum. S. Jo. Chrysost. c. 7. Matth. Homil. 18.

Legendo, & studendo invenit quis scientiam, & per solum studium lectionum factus est sciens. Chrysost. n. 11. Matth. Homilia 18.

filla, Victoriæ, & Basilissæ. Dacher. ad 22. Septembr. *x. Kal. Octobris Basille Salaria vetere Diocletiano ix. & Maximiano viii. Coss.*

(c) *Nemausi in Galliis Baudelii Martyris*. Nemausus, *Nymes*. Urbs Galliæ Narbonensis antiqua apud Ledum amnem, inter illum, & Vardonem, media inter Arelatum, & Montem Pesulanum: Urbs quondam clarissima, ubi Amphiteatrum, adhuc aquæductus, arcus, & statuæ marmoreæ cernuntur. Alibi: *Nemavi*, & pro Baudelii: *Baudilii, Bandoli, Blandii, Bausilsi, Bauddi. Bautici, Saudeli, Baudeli, Baldelii*. Martyrolog. Corbejen. & Bluman. *Nemani Baudeli Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Saudeli*. Martyrol. Epternacen. *Nemauso Biudeli Martyris*. Ms. Attrebaten. *In Gallia Nemauso Civitate Blaudis Martyris cum Sociis suis*. Ms. Tornacen. *Blausti*. Ms. Lætien. *Bautii*. Ms. Barberinian. Roman. *In Nustia Nemani Bauddi Martyris cum Sociis suis*. Acta apud Baertium, & Janningum num. 7. *Baudelii Martyris cum Sociis suis*. Notkerus: *Baldelii*. De Peregrin. *Baudeli*.

Nausum Urbs est Narbonensis Galliæ in Occitana Regione:

(d) *Edessæ in Syria Thalalei, Asterii, Alexandri, & Sociorum*. Fasta Græca die 25. Augusti: *Thallelai Mecalo-Martyris sub Consulatu Numeriani ante diem nonum Kalendarum Septembris*.... *Ægeorum, ubi Præsidente Theodoro sedens Proconsul ad judicium.* An idem eadem Monumenta consulenda. Synaxaria Mss. Basilianum, Chifflettianum, & Claromontanum Colleg. Societat. Jesu Parisiis: *Thallilai, Asterii, Alexandri Spiculatorum*. Acta recensiora penes Baertium, & Janningum: *Thalleleum in Arte medica præceptorem, Asteronem, Philagrium, Timotheum, Theodulam, atque Macariam*.

Cardinal. Baron. in notis: *De his item hac die Græci in Menologio, ubi & eorum Martyrii Acta paucis narrantur*. Sed hoc Menologium si erit illud Sirleti, quo Baron. usus in notis, neque *Edessa in Syria*, neque *& Sociorum* indefinitè, ut Roman. Martyrologium, sed: *In Ædessa Civitate Ægeorum Thallelai, Asterii, Alexandri*. Est namque Ædessa ægeorum Urbs sub Metropoli Ciliciæ, Anazarbo ad Mare, inter Mallum, & Issum.

(f) *Austregisili Episcopi, & Confessoris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Augstregisseli Episcopi*. Martyrolog. Bluman. *Austregiseli Abbatis*. De Peregrin. *Ristregilli Episcopi, & Martyris*. An unus, & idem alii consulant.

Baron. in not. admonet, ex Tabul. Demochar. trigesimum ejus Sedis Episcopum fuisse; Sammarthani verò t. 1. Galliæ Christian. ex Aimone, aliisque, vigesimum septimum.

viij. A Duodecimo Kalendas Junii. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

IN Mauritània Cæsariènsi natàlis sanctòrum màrtyrum Timòthei, Pòlii & Eutychii diaconòrum, qui in eàdem regiòne verbum Dei disseminàntes, pàriter coronàri meruèrunt. (*a*) Cæsarèæ in Cappadòcia nàtalis sanctòrum màrtyrum Polyèucti, Victòrii, & Donàti. (*b*) Còrdubæ sancti Secundini màrtyris. (*c*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Synèsii & Theopòmpi. (*d*) Cæsarèæ Philippi natàlis sanctòrum màrtyrum Nicòstrati & Antiochi tribunòrum, cum àliis milìtibus. (*e*) Eòdem die sancti Valèntis Epìscopi, qui cum tribus pueris necàtus est. (*f*) Alexandrìæ commemoràtio sanctòrum màrtyrum Secùndi presbyteri & aliòrum, quos sacris dièbus Pentecòstes sub Constàntio Imperatòre Geòrgius Epìscopus Ariànus sævìssimè occìdi præcèpit. (*g*) Item sanctòrum Episcopòrum & Presbyteròrum, qui ab Ariànis exìlio relegàti, sanctis confessòribus sociàri meruèrunt. (*h*) Nìciæ in Gàllia sancti Hospìtii confessòris, virtùte abstinèntiæ & prophetìæ spìritu insignis. (*i*)

(a) *Timothei, & Soc.* Martyres anno 302. Baron. eo an. n. 125. Ann. 303. Pagi to. 2. ad an. 302. n. 6.

(b) *Polyeucti, & Soc.* Martyres ann. 311. Baron. eo anno n. 21. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die sequen. Florent. aliique.

(c) *Secundini Martyris*. Die 29. Maii Eccl. Conchens.

(d) *Synesii, & Soc.* Die 4. Maii Florentin. Die 23. Maurolyc. Grev. Canis.

(e) *Nicostrati, & Soc.* Die 8. Julii Acta apud Metaphr. ea die.

(f) *Valentis Episc.* Die sequ. Florar. Ms.

(i) *Hospitii*. Die 15. Octobr. Eccl. Niciensis.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. an. 302. n. 125. Petr. in Catal. lib. 5. c. 28. Usuard. & Ado.* (b) *Baron. an. 311. n. 21. aliique.* (c) *Baron. in not. Vaſæus Chronic. an. 306. Flos Sanctor. Hiſpan. Baertii, & Janning. Acta.* (d) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 33.* (e) *Baron. an. 308. n. 20. & Metaphraſt. die 8. Julii.* (f) *Baron. in not. Beda, Ado, & alii.* (g) *Baron. in not. Baert. & Janning. Acta.* (h) *Iidem ibidem.* (i) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. hiſt. Franc. lib. 6. c. 6. & 7. & lib. de glor. Confeſſor. c. 97. Paul. Diacon. de geſt. Longobardor. lib. 3. c. 1. Sigebert. Chronic. an. 581. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 27.*

Si unus univerſa dixiſſet, ſuperfluus jam fuiſſet numerus cæterorum. Chryſoſt. Homil. 1. Matth.

(a) *In Mauritania Cæſarienſi Timothei, Polii, & Euneychu Diaconorum* Mauritania Cæſarienſis, Regio Africæ, inter Atlantem montem ab Auſtro, & Mare Mediterraneum à Septentrionibus contenta, ab ortu Ampſaca fluvio, ab Africa propriè dicta diviſa, ab occidente Malva amne, à Tingitana Mauritania diſcreta. Martyrolog. Corbejen. & Bluman. *In Mauritania Timothei, Poli, Eutici Diaconi.* Martyrolog. Lucen. pro Poli, *Polis*, & Martyrol. Epternacen. *Polieutici Diac.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Mauritania natale Sanctorum Polii, Eutici Diaconi, Timothei, & Victi, qui in una die meruerunt coronari.* Ms. Divionen. *Mauritania Timothei Presbyteri, & Euticii Diaconi.* De Peregrin. *In Mauritania Cæſarienſi, Timothei, Hippoliti, & Eutichii Diaconi.* Ms. Reginæ Sueciæ penès Holſtenium, & Notkerus: *In Britannia Natalis S. Timothei Diaconi.* At hic videtur alius.

(b) *Cæſarea in Cappadocia, Polyeucti, Victorii, & Donati.* Breviar. antiquiſſimum Capuan. & pluraque Martyrologia cuſa: *Polioti, & Polycuti*, item pro Victorii, *Victoris*. De Peregrin. *Polioti, Victoris.* Martyrol. Epternacen. *In Cæſarea Cappadociæ Polieucti, Victori, Donati, Quinti Locuſtæ.* Martyrol. Corbejen. ſilet *Locuſta*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Cæſarea Cappadocia Policuti, Victori, Donati, Lucuſa, Primi, Euti.* Martyrol. Bluman. pro Victorini *Victuriæ*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Cæſarea Cappadocia, Donati, Primi cum aliis* 1111. facilè inter hos Anonymos *Polyeuctus, & Victorius*. Ms. Aquiſgranen. *Euti, Victoris, Donati.* Ms. Auguſtan. S. Udalrici: *Inchoati, Veturi, Donati.* Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *Victorii, Donati.* Ms. Pariſien. Labbei: *Victuri, Donati.* En quot variæ Lectiones.

(c) *Corduba Secundini Martyris.* Vaſæus ad an. 306. à Baron. in notis accitus: *Corduba S. Secundini, & Sociorum ultra quadraginta occiſorum.*

Diſſonantia in rebus exiguis clarè ſcribentium exiſtimationem tuetur. Chryſoſt. Homil. 1. Matth.

(d) *Eodem die Syneſii, & Theopompi.* Alibi: *Geneſii, Seneſii, Zeneſii.* Ms. Strozzian. Florentiæ: *Geneſii, & Theoponti.* Ms. Treviren. *Zeneſii, & Theopontis.* De Peregrin. *Geneſii, Theopentii, & S. Elenæ.* Hiſpani: *Nortobrigæ, Sineſii, & Theopompi Martyrum.* Baertius, & Janning. in Sanctis prætermiſſis cenſent eoſdem eſſe. Ipſi definiant. Apographum Lucen. die 4. Maii: *In Nicomedia natalis S. Seneſii, & Antonii.* Addubitandum an hic Seneſius, ſeu Syneſius Nicomedienſis ſit idem ac qui in Romano Martyrologio nullo ſignatur loco.

(f) *Eodem die Valentis Epiſcopi cum tribus pueris.* Ms. Rhinaugien. *Alibi Valentis.* Ms. Augiæ Divitis addit: *Martyris, & Epiſcopi.* Ms. Ultrajectinen. S. Marinæ: *In Augia Valentis Martyris.* Ms. Treviren. Sancti Martini: *Nugia Valentis Epiſcopi, & Martyris.* Ms. S. Cyriaci: *In Cœnobio Augunenſi S. Valentis Martyris*, Roſuveyd. *Antiſſiodori depoſitio Beati Valis Presbyteri, & Confeſſoris, & Beati Valentis Martyris.* Sauſſayus: *Autiſſiodori Sanctorum Martyrum Valentis Prætoris, & ejus Socii Anonymi.* Raban. Notker. & alii: *Antiſſiodori in Gallia Beati Valentis Epiſcopi, & Confeſſoris.* Chronicon. Pſeudo-Dextri ad an. 300. *Pampelona S. Valerius Epiſcopus, & Martyr, quo paſſi ſunt tres pueri Comites Coronæ.* Salazar. ferè eadem. An unus, & idem *Valerius* in tot variis lectionibus, cordatus lector conſulat; Romanum quidem Martyrologium non definit locum.

(i) *Nicia in Gallia S. Hoſpitii.* Maurolyc. *Nuceria propè Neapolim S. Hoſpitii &c.*

At aut perperàm, ut Baertius, & Janningus hac die, aut alius.

vij. B Undecimo Kalendas Junii. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

Romæ ſanctòrum màrtyrum Fauſtìni, Timòthei, & Venùſti. (a) In Africa ſanctòrum màrtyrum Caſti & Æmìlii, qui per ignem paſ-

passiònis màrtyrium consummàrunt. Hos [ut beàtus Cypriànus scribit] in prima congressiòne devìctos, Dòminus victòres in secùndo prælio rèddidit; ut fortiòres ìgnibus fierent, qui ìgnibus antè cessìssent. (*b*) In Còrsica sanctæ Jùliæ vìrginis, quæ crucis supplicio coronàta est. (*c*) Comànæ in Ponto sancti Basilìsci màrtyris, qui sub Maximiàno Imperatòre & Agrìppa Præside, fèrreas crèpidas ignìtis clavis confixas calceàtus, mùltaque àlia passus, demum càpite obtruncàtus, & in flumen projèctus, martyrii glòriam consecùtus est. (*d*) In Hispània sanctæ Quitèriæ vìrginis & màrtyris. (*e*) Ravènnæ sancti Marciàni Epìscopi & confessòris. (*f*) In pago Antisiodorènsi beàti Romàni abbàtis, qui sancto Benedìcto ministràvit in specu: inde in Gàllias proficìscens, ædificàto monastèrio, relictìsque multis sanctitàtis alùmnis, quièvit in Dòmino. (*g*) Apud Aquìnum sancti Fulci confessòris. (*h*) Pistòrii in Tùscia beàti Attònis, Ordinis Vallisumbròsæ. (*i*) Antisiodòri sanctæ Hèlenæ vìrginis. (*k*) Càssiæ in Umbria beàtæ Ritæ vìduæ moniàlis Ordinis Eremitàrum sancti Augustìni, quæ post sæculi nùptias ætèrnum sponsum Christum ùnicè dilèxit. (*l*)

(b) *Casti, & Soc.* Martyres an. 253. Baron. eo an. n. 97. An. 250. Baert. & & Janning. Die præcedent. Beda.

(c) *Juliæ.* Martyr an. 440. Baron. eo anno n. 15. Ann. 439. Idem in not. An. 616. Baert. & Janning. Anno incerto Pagi t. 2. ad an. 410. n. 7.

(d) *Basilisci.* Martyr ann. 304. Baron. eo an. nu. 58. Ann. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n 6. Die 3. Martii Hensch. & Papebroch.

(e) *Quiteriæ.* Martyr circa 100. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 477 Acta Mss. Carthus. in Rubea Valle, atqu. Bodecæ.

(a) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii recentiores.* (b) *Baron. an.* 253. *n.* 97. *S. Cyprian. in Libr. de Lapsis. S. Augustin. apud Possidium in Indiculo, Usuard., & Ado.* (c) *Baron. an.* 440. *n.* 15. *Petr. in catal. lib.* 5. *c.* 29. *Beda, Usuard & Ado.* (d) *Baron. an.* 304. *n.* 58. *& an.* 407. *n.* 9. *Theodoret. lib.* 5. *histor. c.* 34. *& Nicephor. lib.* 13. *c.* 37. (e) *Baron. in not. Flos sanctor. hispan. Thesaur. concion. t.* 2. *hac die Baert. & Jannig. Acta.* (f) *Baron. in not. & Rub. hist. Raven. lib.* 1. *secunda edit.* (g) *Baron. in not. S. Gregor. Pap. lib.* 2. *Dialogor. c.* 1. *& Sur. die* 15. *Januar. in Act. S. Mauri.* (h) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Aquinat. Baertii & Jannig. Acta.* (i) *Acta relata.* (k) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 11. *Usuard. & Ado.* (l) *Baertii, & Jannig. Acta.*

Si variè de temporibus & locis varia dixerunt, nihil quidem dictorum obest veritati. Chrysost. Homil. 1. Matth

(a) *Roma Faustini, Timothei, & Venusti.* Martyrol. Corbejen. præsignat. *In Africa.* Sed aut alii, aut Sphalma. Martyrol. Reginæ Sueciæ, penes Holsten. *Roma Faustini, Timothei, Venusti cum aliis* XIII. Notker. *Cum Sociis eorum.* Appendix ad Adonem: *Romæ Faustini, & Timothei, & aliorum.* Bellin. Maurolic. & de Peregrin. *Roma Faustini, & Timothei.*

Cardinal. Baron. in not. *De his hac die Beda, Usuardus, Ado, & alii recentiores.* Baertius tamen & Janningus: *Nil de his Sanctis Beda, Usuard. & Ado in suis genuinis Martyrologiis.* Adstipulaturque Florentinius, suadens: *Non Usuardus, neque Ado, sed Molanus ad Usuardum, & Auctarium Adonis Faustinum, & Timotheum habent.*

(b) *In Africa Casti, & Æmilii.* de Peregrin. pro Æmilii, *Æmiliani.* Martyrol. Epternacen, seu Antuerpien. *In Africa, Casti, Emilii, Cotti, Rogati, Albini, Rogatiani, Maxenti, & Felicis. Item Casti, Item Emeli, Plassi.* Martyrol. Borbejen. *Romæ Casti, Dmeli, Cotti, Rogati, Maxenti, Felicis, Januarii, Concessi, Albini, Rogatiani. Item Casti, Item Classi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma Casti, Emilii, Glassi.* Martyrol. Bluman. *Romæ Casti, Emilii, Blassi, Cotti, Rogati, Maxentii, Januarii, Concessi, Albini, Rogatiani. Item Casti, Item Emeli.*

Florentinius vir eruditus suadet: *Erroris fortasse caussa fuit, quod Castut, & Emilius Africani eodem die recolerentur,* (scilicet Romæ) *quos sejunctim à Romanis martyribus* (nempe Faustino, Timotheo, & Venusto) *ita recenset Rabanus.* Et quidem ex eo totidem verbis Nother. *In Africa Casti, & Emilii, qui per ignem passionis martyrium consumaverunt scribit B. Cyprianus in libro de Lapsis.*

Calendar. Capuan. Monachi hac ipsa dio: *Sancti Martyres Castus, & Cassius,* addit: *Episcopi creduntur a Soranis.* Sed hic Castus videtur alius. Acta penes Baert. & Jannig. consulenda.

(c) *In Corsica Juliæ Virginis &c.* Corsica olim *Cirnus* dicta, nunc *Corsica.* Insula maris Ligustici ingens, quæ & Tyrrheno pelago adscribitur. Martyrol. Epternacen, & Lucen. ac Ms. Barberinianum: *in Corsica passio S. Juliæ.* Silent tò *Virginis.*

(f) *Ravennæ Marciani Episc.* Beda: *Ravennæ S. Martyna.* Doctissimus verò Ba-

Si idipsum dicunt, & verum dicunt, à cujus veri magisterio non recedunt, offendunt non cùm illius multa dicunt, sed addunt sua. S. August. de Retract.

Baron. in notis: *Nec in Tabulis Ecclesiæ Ravennatis, neque in historiis Ravennæ aliqua prorsus est mentio de Martyria, sed puta esse mendum in Codice.*

(g) *In Pago Antisiodorensi Romani Abbatis*. Ms. Monaster. Luxovien. *In pago Senonico Valiliacensi Monasterii Translatio corporis Beatissimi Romani Confessoris.*

(h) *Apud Aquinum Fulgi Confessoris*. Baron. in not. *De eo veter. Monumenta Ecclesiæ Aquinatis, ubi de eo natalis dies agitur*. Sed testatur Ferrar. Catal. General. SS. se illa monumenta sibi communicari ab Episcopo Aquinate petiisse, eaque habere nequisse: Ipsi Aquinates consulendi.

(i) *Atthonis*. Alibi: *Attus*, *Actus*, *Attius*. Acta Baert. & Jannig. inspicienda.

(k) *Antisiodori Helenæ Virginis*. Apographa Epternacen. & Lucen. *Civitate Antisiodoro depositio, & Translatio Corporis S. Elenæ Virginis*. Saussayus ad 21. Maii contrahit translationem. De Peregrinis pridie aliam Helenam nulla loci nota, et sine addito *Virginis* retulit cum Senesio, & Theopontio, promendo iterum hac die: *Antisiodori S. Elenæ Virginis*, ut aliam.

vj. C Decimo Kalendas Junii. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25							

(a) *Desiderii Episc.* Martyr. an. 346. Baron. in not. ad oram Marginal. An. 411. Sigebert. Chronic. An. 264. Baert. & Jannig. Die 13. Maii Greven. Die 19. Galesin. & Ferrar.

(c) *Lugduni Desiderii Episc.* Martyr an. 613. Baron. eo an. n. 18. An. 612. Sigebert. Chronic. An. 607. Aimon. lib. 3. c. 9. Die 21. Jun. Saussayus. Die 4. August. Galesin. & Ferrar. Die 20. Eccles. Lugdun. Die 12. Februar. Chinius.

(h) *Euphebii Episc.* Obiit an. 713. Baron. in not. An. 500. Baertius, & Ianning. Anno & tempore incerto Anton. Caracciol. ex Cl. Regularib. de Sac. Eccles. Neapolit. monument. c. 14.

Apud Lingònas in Gàllia pàssio sancti Desidèrii Epìscopi, qui cùm plebem suam ab exèrcitu Vvandalòrum vexàri cèrneret, ad Regem eòrum pro ea supplicatùrus accèssit: a quo statim jugulàri jussus, pro òvibus sibi crèditis cervìcem libènter extèndit, & percùssus glàdio migràvit ad Christum. Passi sunt autem cum eo & àlii plures de nùmero gregis sui, qui apud eàndem urbem cònditi sunt. (*a*) In Hispània sanctòrum màrtyrum Epitàcii Epìscopi, & Basilèi. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Quinctiàni, Lùcii & Juliàni, qui in persecutiòne Vvandàlica passi, ætèrnas corònas meruèrunt. (*c*) In Cappadòcia commemoràtio sanctòrum Màrtyrum, qui in persecutiòne Maximiàni Galèrii confràctis crùribus necàti sunt: item eòrum, qui eòdem tèmpore in Mesopotàmia appènsi pèdibus in sublìme, càpite verso deòrsum, suffocàti fumo, & lento igne consùmpti, martyrium complevèrunt. (*d*) In territòrio Lugdunènsi sancti Desidèrii Epìscopi Viennènsis, qui Theodorìci Regis jussu lapìdibus òbrutus, martyrio coronàtur. (*e*) Synnadæ in Phrygia sancti Michaèlis Epìscopi. (*f*) Ipso die sancti Mercuriàlis Epìscopi. (*g*) Neàpoli in Campània sancti Euphèbii Epìscopi. (*h*) Apud Nùrsiam sanctòrum Eutychi & Florèntii monachòrum, quorum mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*i*)

(a) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 5. c. 31. Sigebert. in Chronic. Usuard. & alii*. (b) *Baron. in not. Flos Sanctor. Hispan. Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. nu. 148. Jannig. & Baert. Acta* (c) *Baron. in not. & Victor de persecut. Wandalic. lib. 2.* (d) *Baron. an. 309. n. 25. Euseb. hist. lib. 8. c. 24. & Nicephor.* (e) *Baron. an. 613. n. 18. Beda, Ado, & alii*. (f) *Baron. an. 733. n. 9. & Græci in Menolog. hac die*. (g) *Baron. an. 359. n. 46. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 107.* (h) *Baron. in not. Paul. Regius de Sanctis Neapolit. & Anton. Caracciol. de Sac. Eccl. Neapolitan. Monument. c. 14.* (i) *Baron. ibidem, Petr. in Catal. lib. 2. c. 11. Baert. & Jannig. Acta.*

Occulta exquirit sapiens. Ecclesiast. 39.

(b) *In Hispania Epitacii Episcopi, & Basilei.* Martyrol. Epternacen. *Spanis Epicti, & Aptoni, Basili Episcopi, Item Aptonii, Jocundi.* Martyrol. Corbejen. *Spanis Epicliti, Aptonii, Basilii Episcopi, Jocundi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Spanis Epicliti, Aptoni, Basili*

Trahitur sapientia de occultis. Job 28.

Episcopi. Item Aptoni. Martyrol. Bluman. *In Spaniis Epi'iti, Optoni, Baseli Episcopi. Item Optoni.* Ms. Reginæ Succiæ: *In Spaniis Civitate Valentia Basili Episcopi cum aliis tribus.* Ms. Barberinian. Roman. *In Hispaniis nat. SS. Epictiti, Aptoni, Basilii Episcopi.* Ms. Pragen. Eccleſ. Cathedral. *In Hispaniis Epicltci, Basilei Episcopi, Aptoti.* Ms. Leodien. S. Lamberti: *Aptoni.* Ms. Treviren. S. Maximini: *In Spaniis Epictiti, Basilii Episcopi.* Petr. de Natal. *Epiticus, & Basileus Episcopus in Hispania*: Notker. *In Hispaniis Epictitii, & S. Basilii.* De Peregrin. *In Hispaniis Epitalis Episcopi, & Basilei.* Mss. Monaſterii Caſſinen. & Roman. Bibliothecæ Altempſian. *In Hispaniis S. Basilii Episc.*

(c) *In Africa Quinctiani, Lucii, & Juliani.* Apographum Epternacen. *In Africa Quinti, Luci, Juliani, Montanæ, Ianuariæ, Emiliæ, Nonnæ, Almeridæ, Asti, Basilei Episcopi, Victori, Firmi, Montani, Juliani, Victurici, Fideli, Donati.* Apographum Corbejen. *In Africa Quinti, Luci, Juliani, Felicis, Montanæ, Januariæ, Emeliæ, Nonnæ, Alemeridi, Asti, Basilei Episcopi, Victuri, Firmi, Montani, Juliani, Victurici, Fideli, Donati.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Africa Quinti, Luci, Juliani, Felicis, Montanæ, Januariæ, Emiliæ, Nonnæ, Alimeridæ, Asti, Basilei Episcopi, Victori, Firmi, Montani, Juliani, Victorici, Fideli, Donati.* Martyrol. Bluman. pro Emiliæ, Almeridæ, *Emeliæ.* Ms. Parisien. Labbei: *In Africa Quinti, Lucii, Juliani, Firmi, Fausti.* Ms. Barberinian. Roman. *In Africa Quinti, Lucii.* Notker. addit: *Et aliorum multorum.* Auctar. ad Usuard. *Luci, Quinti, Montani, & aliorum.* Canis. Martyrolog. Germanico tertiæ editionis, & Galesin. *In Africa Quintii, Lucii, & Juliani.*

Cardinalis Baronius in notis: *Fuit Quinctianus Siccensis Episcopus in Africa tempore Hunnerici Wandalic. Reg. de quo Victor de persecut. Wandal. lib. 2.* Holſten. in Animadverſis ex codice Reginæ Sueciæ Ms. præponit: *In Cæsarea Lucii, Juliani, Felicis, cum aliis decem.*

(e) *In territorio Lugdunen. Desiderii Episcopi Viennensis.* Martyrol. Epternacen. *Vienna Civitate Desiderii Episcopi, Basili Episcopi. Item Aptoni.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Viennæ passio S. Desiderii Episcopi cum aliis VII.* Ms. Vatican. S. Petri: *Bienna passio S. Desiderii Martyris, Quinti, Lucii, Januarii.* Ms. Barberinian. Roman. *Vienna passio S. Desiderii Episcopi, & Martyris.* Martyrol. Corbejen. & Lucen. ſine paleſtra: *Passio S. Desiderii Episcopi, & Martyris.* Notker: *In territorio Lugdunensi Vico Prisciniaco S. Desiderii Episcopi, qui jussu Theodorici Regis, & Brunechildis Reginæ primò est lapidatus, & cùm jam vitam exhalaret, fuste in collum percussus, & sic interemptus est.* Florus Subdiaconus Lugdunenſis: *In Vienna depositio S. Desiderii Episcopi*: reliquum ut Notkerus.

(g) *Ipso Die Mercurialis Episcopi.* De Peregrinis: *Et Confessoris.*

Cardinal. Baronius in notis ſuadet corpus in Eccleſia Forolivienſi repertum, & in marmoreo loculo conditum cum hac Inſcriptione: *Hic requiescit Corpus Beati Mercurialis Episcopi Liviensis: obiit anno CLVI. Pridie Kalen. Maij*: Qgamobrem ea die 31. Aprilis, & non hac die ejus Memoria celebranda: neque affirmandum hac die Translationem coli, quùm id per ſcripturam non liquet.

(h) *Euphebii Episcopi.* Alibi: *Euphimi, Euphevii, Euphrami, Euphebii.* In quodam veter. Lectionar. *Euphremus.* In alio Ms. Calendario: *Ephremus.* Videndus Antonius Caracciol. ex Cleric. Regularibus de S. Eccles. Neapolitan. Monument. c. 14.

Martyrol. Patrician. Ms. Neapoli penès Cleric. Regulares SS. Apoſtolorum, hac ipſa die: *Neapoli S. Eusebii Episcopi*: an idem ac Euphebius, veriſimile; nomen enim *Eusebii* non multùm diſcrepat ab *Euphebio*. Sacra ipſa Neapolitana faſta conſulenda.

v. D Nono Kalendas Junii. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26							

(a) *Manahen.* Die 22. Kalendar. Ms. Carmelit. Mechliniæ.

ANtiochiæ natàlis ſancti Mànahen, Heròdis Tetràrchæ collactànei, Doctòris & Prophètæ ſub gràtia novi Teſtamènti, in eàdem urbe quieſcèntis. (*a*) Item beàtæ Joànnæ uxòris Chuzæ procuratòris Heròdis, quam Lucas Evangeliſta commèmorat. (*b*) In Portu Romàno natà-

(d) *Afræ* Martyr. ann. 122. Baron. eo an. nu. 2. An. 133. Jannig. & Baert.

(e) *Donatiani & Rogatiani Fratrum.* Martyres an. 303. Baron. eo ann. n. 130. An. 304. Pagi. t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die 20. Maii Galesin.

natàlis ſancti Vincèntii màrtyris. (*c*) Brixiæ ſanctæ Afræ màrtyris, quæ ſub Hadriàno Imperatòre paſſa eſt (*d*) Nannète in Britànnia minòri beatòrum màrtyrum Donatiàni & Rogatiàni fratrum, qui ſub Diocletiàno Imperatòre pro conſtantia fidei in càrcerem miſſi, & in equùleo ſuſpènſi ac laniàti, deinde làncea militàri confòſſi, noviſſimè càpita eòrum præciſa ſunt. (*e*) In Iſtria ſanctòrum màrtyrum Zoelli, Servìlii, Felicis, Silvàni, & Dìoclis. (*f*) Eòdem die ſanctòrum martyrum Melètii ducis exèrcitus, ac ſociòrum ejus ducentòrum & quinquagintaduòrum, qui divèrſo mortis gènere martyrium complevèrunt. (*g*) Item ſanctarum màrtyrum Susànnæ, Marciànæ & Pallàdiæ prædictòrum militum cònjugum, quæ unà cum pàrvulis ſuis confràctæ ſunt. (*h*) Mediolàni ſancti Robuſtiani màrtyris. (*i*) In monaſtèrio Lirinènſi ſancti Vincèntii presbyteri, doctrina & ſanctitàte conſpìcui. (*k*) Bonòniæ Translàtio ſancti Dominici confeſsòris, tèmpore Gregòrii Papæ Noni. (*l*)

(f) *Zoelli & Soc.* Die 5. Junii iterùm Florentinius. *Felcis, & Silvani.* Die 26. Ms. antiq. Caſsinen.

(k) *Vincentii Presbyter.* Die 17. Maii Florar. Ms.

(a) *Baron. an. 44. n. 74. Petr. in Catal. lib. 5. c. 34. Beda, Uſuard. Ado.* (b) *Baron. an. 32. n. 31. Petr. de Natal. lib. 5. c. 35. & alii hac die.* (c) *Baron. an. 270. n. 15.* (d) *Baron. an. 122. n. 2. & Tabul. Eccleſ. Brixian.* (e) *Baron. an. 303. n. 130. Petr. in Catal. lib. 5. c. 37. Sur. t. 3. prier. edit. & S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 60.* (f) *Baron. in not. Beda, Uſuard. Ado, aliique recentior.* (g) *Baron. in not. & Græci in Menolog. Cardinal. Sirleti hac die.* (h) *Iidem ibidem.* (i) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Mediolanen & Galeſin. in ſuo Martyrologio.* (k) *Baron. an. 428. n. 38. an. 431. n. 185. & an. 434. n. 19. Molan. Addit. ad Uſuard. & Gennadius de vir. illuſtr. c. 64.* (l) *Baron. in not.*

Si non omnes omnia dixerunt, ſed hic quidem illa, alter verò alia, nihil te omnino conturbet. Chryſoſt. Homil. 1. Matth.

(b) *Item Beata Joanna, quam Lucas Evangeliſta commemorat.* Beda, Uſuard. Ado à Baron. acciti, & de Peregrin. *Quam commemorant Evangeliſtæ.* Notker. *Quæ in Evangelio commemoratur.*

(c) *In Portu Romano Vincentii Martyris.* Portus Romanus, *Porto* vulgò, Urbs Hetruriæ Epiſcopalis apud Tiberis oſtium occidentale. Ex adverſo Oſtiæ urbs, Jacra inſula intercedente: Cujus ea fuit magnitudo ut ad XXII. mille ædium contineret; quarum nec una quidèm hodie ſuperſtes, niſi quod ruinæ ad II. mille paſſus ſparſæ cernuntur. Epiſcopium manet ſæpius refectum, in quo parvula Eccleſia; cujus Epiſcopus, ut Oſtienſis, Cardinalis eſt. Apud Epiſcopium ſtagnum ovalis formæ, ædificiis ſeptum, in quo per foſſam Triremes, ut videtur, & Navigia deducebantur; hujus Urbis eſt ad præſens Epiſcopus Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis, ejuſdem S. Martyris nomine, Frater Vincentius Maria Urſinus Ordin. Prædicatorum, Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ Archiepiſcopus, vir ſingulari eruditione, & vitæ integritate ſpectatiſſimus; qui ſicut ſuæ Eccleſiæ Beneventanæ in dies Sacra Monimenta ſcrutatur, & ſervat, ita hæc ferè omnium Eccleſiarum Faſta, à me privatim collecta, benignotibus literis mihi non ſemel ſuaſit, ut in lucem ederem, ac veluti magno authoramento coegit: tanti igitur Viri dignitate, ejuſdemque in me beneficiorum magnitudine, & humanitate ſumma, qua benigne apud ipſum hoſpitio teneor, ſuaſus, demiſsè obtemperavi.

Magiſtros plures tunc fieri, cum diverſa, ac inter ſe adverſa ſentiunt. S. Auguſt. de Retract.

Apographa Epternacen. Antuerpien. Lucen. & Bluman. item Mss. Romana Barberinianum, & Vaticanum S. Petri: *In Portu Romano Vincenti.* De Peregrinis. *Nocentii Martyris.* Ms. Reginæ Sueciæ penès Holſtenium: *In Portu Romano Vincentii cum aliis XII.* Florentinius vir eruditus hæret, an hi XII. Anonymi ſint Syri, & Syriæ tribuendi. Aringhius t. 1. Rom. ſubt. lib. 2. cap. 383. in Cœmeterio Pontiani Vincentium habitu Sacerdotali pictum animadvertit una cum Sennen. Abdon, & Mile. Vuillelmus Malmesburienſis, de geſtis Anglor. libr. 4. capit. 2. inter Martyres extra urbem Romæ via Portuenſi quieſcentes Sanctum Vincentium memorat: An modò idem, & unus Vincentius alii decernant.

(e) *Nannete in Britannia minori, Donatiani, & Rogatiani fratrum* Nannete *Nantes.* urbs Galliæ Celticæ in Armoricis, ſeù Britannia minori ad alteram Ligeris fluminis ripam, haud procul ab oſtiis. Apographa Hieronymiana, & Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Gallia civitate Namnetis, & Donatiani, & Rogatiani germanorum Martyrum.* Ms. Reginæ Sueciæ nulla

loci nota : *Rogatiani , & Donatiani germanorum Martyrum* . De Peregrinis : *In Galliis civitate Mammelis Beatorum Martyrum , Donadini , & Rogatiani fratrum* . Galesin. ad 20. Maii ex Breviario Carnuten : *Sancti Donatianus , & Rogatianus , Carnuti , sub Diocletiano passi* . Baertius verò , & Janning. animadvertunt , illud cusum anno 1633. referre : *Apud Nannetem passi* .

(f) *In Istria Zoelli , Servilii , Felicis , Silvani , & Dioclis* . Istria , sivè *Histria* cum aspiratione . Italiæ Regio extrema , quasi Peninsula in Hadriaticum mare excurrens , inter sinus Tergestiuum , & Flanaticum intercepta . Martyrol. de Peregrin. pro Zoelli , *Zoili* . Martyrolog. Epternacen: *In Istria Zoili , Servuli . In Syria Zoeli , Saturi , Timini , Saturnina , Servili , Felicis , Silvani , Fortuni . Item Zoili , Siria , & Dioclis* . Martyrol. Corbejen. *In Histria Zebelli , Servuli , Secundini . In Syria Zoeli , Saturi , Timini , Saturnini , Servili , Felicis , Silvani , Fortuni ; Item Zoeli , Stria , & Diocli , Maximini* . Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Istria Zebelli , Serveli , In Syria Zeoli , Saturi , Timisfi , Servili , Saturnini , Felicis , Silvani , Fortuni ; Item Zoeli , Stria , & Diocli* . Martyrol. Bluman. *In Stria Zebelli , Serveli ; In Syria Zoeli , Saturi , Timini , Servili , Saturnini , Felicis , Silvani , Fortuni , item Zoeli , Strita , & Diocli* . Mss. Romana , Barberinian. & Vatican. S. Petri : *In Syria Zoili , Saturi* . Mss. Cassinen. & Altempsian. Roman. *In Asia SS. Zebelli , Servuli* . Mss. Richenovien. & Rhinovien. *In Istria Servuli* . Mss. Treviren. S. Maximini , Augustan. S. Udalrici , & Parisien. Labbei sine Agonis loco: *Natalis SS. Zebelli , Servuli , & Vincentii* . Galesin. ex Tabul. Eccles. Tergestinæ , & Codicib: Mss. *Tergesti S. Servuli Martyris* .

(f) *Mediolani S. Robustiani Martyris* . Cardinal. Baron. in notis tabulas Ecclesiæ indigitat . At in his nil de Robustiano habetur , Ferrarius animadvertit in calce ad novam Topographiam .

Disceptatio Chronologica .

(e) *Nannete in Britannia minori , Donatiani , & Rogatiani fratrum , qui sub Diocletiano Imperatore* .

Lactantius de Mort. Persecut. cap. 15. cùm de persequutione Diocletiani , & de Constantii ditione , sub qua erant Galliæ , hæc in medium : *Constantius , nè dissentire à majorum preceptis videretur , conventicula , ideft parietes , qui restitui poterant , dirui passus est* , & cap. 16. *Vexabatur ergo universa Terra , præter Gallias , ab Oriente usque ad occasum tres acerbissimæ bestiæ sæviebant* . Item Euseb. lib. 8. cap. 18. postquàm de morte Constantii , subnectit : *Denique tum aliis in rebus humanissimum se , ac beneficentissimum erga omnes præstitit , tum concitati adversùs nos Belli nullatenus particeps fuit , sed cùm veri Dei cultores , qui sub Imperio suo degebant , immunes ab omni noxa , & calumnia servasset , nec aut Ecclesiarum ædes subvertisset , quicquam adversùs nostros esse molitus , tandem felicissimum , ac beatissimum vitæ exitum consequutus &c.* Ex quibus elicitur Gallias sanguine Martyrum Diocletiani persequutione non exundasse , proindè neque Nannetes , Populos Galliæ antiquæ : Emporium , nunc Nannete celebre , & amplum ad Lygerim fluvium quindecim ab ea leucis se in Oceanum exonerantem .

Nec valet obtrudere , Lactantium potuisse hoc ignorare ; & quòd Eusebius sibi contradixisset in fine Libri de Martyribus Palæstinæ , recensendo Galliam inter Provincias belli furorem expertas .

Nam Lactantius Crispum Cæsarem Constant. Magni filium in Gallia jam senex latinis litteris imbuit , undè id ignorare nequiverit , ut sanè admonet Pagi vir eruditus suæ Criticæ Historico-Chronologicæ t. 1. ad an. 303. nu. 7. Adstruit idemet Lactantius cap. 24. de Constantino jam Augusto : *Suscepto Imperio Constantinus Augustus nihil egit prius , quam Christianos cultui , ac Deo suo reddere . Hæc fuit prima ejus Sanctio Sanctæ Religioni restituta* . Quamobrem Doduvellus dissert. 11. Cyprianica de paucitat. Martyrum num. 7. animadvertit : *Nihil habuisset agendum Constantinus , si nihil fuisset à Patre ejus Constantio in Christianorum causam innovatum* .

Quò ad Eusebium , non videtur laudato capite sibi discrepasse ; tantùm ibi indicat persequutionem in Provinciis Occidentalibus post triennium cessasse , non in Galliis , in quibus nulli Martyres ; & Templa à furore Populi immunia fuere .

Quamvis plures Martyres in Provinciis , & Diocletiani persequutione proclament historiæ ; alioquin si nihil adversùs Christianos molitum à Populo , vel Præfectis , immeritò Eusebius scripsisset : *Galliam cum vix duobus primis persequutionis annis integris , furorem belli experta esset , pacem brevi consecuturam esse* , ut in fin. lib. de Martyrib. Palestin.

Nihilominùs Galliæ quidèm , ex Balutio , initio non prorsùs immunes fuere à Persequutione , occupato Constantio contra Barbaros , juxta Bosquetum lib. 4. Histor. Eccles. Gallican. cap. 11. non persequutione Diocletiani , sed consuetudine , solitoque Gentilium furore , quo in Galliis multi Christiani cæsi fuere , ex ipso Eusebio prælaudato loco scribente : *Nam quæ ulterius sita sunt Regiones , Italia videlicet tota , & Sicilia , Gallia quoque , & quæcumque ad occasum Solis porriguntur , Hispania , Mauritania , & Africa cum vix duobus primis persecutionis annis integris belli furorem experta essent , Divini Numinis præsentissimum auxilium , & pacem brevi sunt consecutæ* .

Eminentiss. Baron. ad annum 303. num. 130. & in notis , ex Sur. to. 3. prior. edit. Acta exhibet ex antiquis Mss. quæ Diocle-

tiani

tiani, & Maximiani perſequutionem tradunt in Gallias excitatam, ſub qua Donatianus, & Rogatianus fratres martyrizati; Adſtipulanturque Baertius, & Janningus in Actis SS. hac ipſa die.

Aſt hi Martyres, Diocletiano, & Maximiano ſævientibus, morte in Galliis affecti initio Imperii Diocletiani, quando Herculeum adhuc Cæſarem adversùs Bagaudas miſit; non ferendo antiqua Martyrum Acta Conſtantio Cæſare Imperante, perſequutionem in Gallia viguiſſe. Hinc exiſtimandum Scriptores cum perſequutione generali ſequuta circ.an.303. quo Donatianus, & Rogatianus fratres mortem oppetiere, ut Baron. eo anno num. 150. perſequutiones quoque peculiares in quibuſdam Provinciis, & Urbibus primis Diocletiani, & Maximiani annis excitatas confudiſſe. Cæterùm videtur patere Lactantium cap. 24. de Conſtantio jam Auguſto ſcripſiſſe: *Conſtantium ne diſſentire à majorum præceptis videretur conventicula, ideſt parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt: Verum autem Dei templum incolume ſervavit.* Adſtruit Baluzius in not. ad c. 16. Libello precum Conſtantino Magno à Donatiſtis oblato, apud Optat. Milevitan. lib. 1. *Rogamus tè ò Conſtantine optime Imperator, quoniam de genere juſto es, cujus Pater inter cæteros Imperatores perſequutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis eſt Gallia nobis Judices dari præcipiat pietas tua.* Quin & Eutropius initio lib. 10. Conſtantinum his laudibus commendat: *Hic non modò amabilis, ſed etiam Venerabilis Galliis fuit, præcipuè, quòd Diocletiani ſuſpectam prudentiam, & Maximiani ſanguinariam temeritatem imperio ejus evaſerant.* Ex quibus Hiſtoriis liquet Gallias ab hac Diocletiani perſequutione immunes fuiſſe. Verùm ut hæc Trica penès ipſos Hiſtoricos remaneat, & à Romano Martyrolog. expungatur, præſtito ſummæ aliorum ſapientiæ judicio, nullo expreſſo Cæſare, ut Raban. Ado, & Uſuard. efferatur: *Nannete in Britannia minori Beatorum Martyrum Donatiani, & Rogatiani fratrum, qui pro conſtantia fidei in carcerem miſſi, &c.*

* *Initium Deſii noni Syro-Macedonum, & Panemi noni Macedonum Menſis.* Pagi to. 1. in calce ex Epoch. Cardinal. Nor.

iv. E Octavo Kalendas Junii. * Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27					

FLòrentiæ ſanctæ Mariæ Magdalènæ vìrginis, Ordinis Carmelitàrum, vita & ſanctitàte illùſtris. (*a*) Romæ via Nomentàna natàlis beàti Urbàni Papæ & màrtyris, cujus exhortatiòne & doctrìna multi (in quibus fuère Tibùrtius & Valeriànus) Chriſti fidem ſuſcepèrunt, & pro ea martyrium ſubièrunt: ipſe quoque in perſecutiòne Alexandri Sevèri pro Ecclèſia Dei multa paſſus, tandem cervìcibus abſcìſſis, màrtyrio coronàtus eſt. (*b*) Doròſtori in Myſia natàlis ſanctòrum màrtyrum Paſicratis, Valentiònis, & aliòrum duòrum ſimul coronatòrum. (*c*) Mediolàni ſancti Dionyſii Epìſcopi, qui ab Imperatòre Conſtàntio Ariàno in Cappadòciam pro fide Cathòlica relegatus, ibìdem propiòre martyribus tìtulo ſpìritum Deo rèddidit. Ejus ſacrum corpus ab Aurèlio Epìſcopo Mediolànum tranſmìſſum eſt ad beàtum Ambròſium Epìſcopum: cui piæ actiòni officium quoque ſancti Baſìlii Magni acceſsìſſe tràditur. (*d*) Romæ ſancti Bonifàcii Papæ Quarti qui Pàntheon in honòrem beatæ MARIÆ ad Màrtyres dedicàvit. (*e*) Salèrni depoſitio beàti Gregòrii Papæ Sèptimi, Eccleſiàſticæ libertàtis propugnatòris ac defensòris acèrrimi. (*f*) Florèntiæ natàlis ſancti Zenòbii ejùſdem civitàtis Epìſcopi, vitæ ſanctitàte ac miraculòrum glòria conſpicui. (*g*) In Britànnia ſancti Aldèlmi Epìſcopi Schireburgènſis. (*h*) In territòrio Tricaſsìno ſancti Leònis confeſsòris. (*i*) Aſsìſii in Umbria Translàtio ſancti Fran-

(b) *Urbani Pap.* Martyr an. 233. Baron. eo an. n. 1. An. 236. Euſeb. in Chronic. Ann. 230. Baert. & Janning. Ann. 241. Marian. Scot. An. 231. Pagi t. 1. eo ann nu. 2. Die 20. Maii Mss. Richenovien. & Rhinovien.

(c) *Paſicratis, & Soc.* Die 24. April. Græci in Menol. Baſilii Imperat. & Cardinal. Sirlet.

(e) *Bonifacii Pap.* Martyr an. 614. Baron. eo an. n. 1. Ann. 615. Baert. & Janning. in Act. SS. & Pagi t. 2. eo an. nu. 2. Die 25. Martii Kalendar. SS. Ordin. Benedict. An. 1500. Script. Ordin. Benedict. Die 7. Maii idem Pagi loc. cit.

(f) *Depoſitio Gregorii Papæ:* Die 22. Februar. Kalend. Ms. S. Salvator. Acta Bolland. ea die.

(h) *Aldelmi Epiſc.* Obiit an. 719. Baron. in not. An. 709. Pagi t. 2. ad an. 705. nu. 15. Die 30. Januar. Menol. Bucellin.

Francifci confefsòris, tèmpore Gregòrii Papæ Noni. (*k*) Vèrulis in Hèrnicis Traslàtio fanctæ Mariæ Jacòbi, cujus facrum corpus plùrimis miràculis illuftratur. (*l*)

(a) *Acta SS. penès Baert. & Janning. Vincent. Puccic. Virgil. Cepàrius, aliique.* (b) *Baron. an. 233. n. 1. & fequ. Eufeb. in Chronic. & hift. lib. 6. c. 15. & 22. Optat. lib. 2. contra Parm. S. Auguftin. Epift. 165. Nicephor. in Chronic. & alii.* (c) *Baron. an. 228. n. 2. Ufuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an 356. n. 104. & an. 382. n. 30. S. Athanaf. Epift. ad Solitar. & lib. de Synodis. S. Hilar. ad Conftant. S. Ambrof. Serm. 25. de SS. edit. Rom. Sever. Hift. Sacr. lib. 2. Socrat. hift. lib. 2. c. 29. Mombrit. t. 1. Vit. SS. & Galefin.* (e) *Baron. an. 607. & fequ. & an. 614. n. 1.* (f) *Baron. an. 1073. n. 13. & feq. & an. 1085. n. 12. & fequ. Bucellin. in Menolog. aliique.* (g) *Baron. an. 370. n. 35. & an. 397. n. 44. Paulin. in Vit. S. Ambrof. S. Antonin. 2. par. tit. 10. c. 12. Petr. in Catal. lib. 5. c. 41. & alii recentiores.* (h) *Baron. an. 705. n. 11. Sur. t. 3. prior. edit. & Mabillon. facul. 3. Benedict. vit. par. 1. & Secul. 4. par. 1. in Appendic.* (i) *Baron. in not.* (f) *Camuzat. Promptuar. Sac. Antiquit. Diœcef. Tricaffin. aliique.* (K) *S. Bonavent. Vit. c. 15. Marc. Ulyppon. Minorit. in Chronic. lib. 2. c. 75. aliique.* (l) *Baron. in appar. ad Annal. n. 64. & 65.*

Largire doctrinam amanti doctrinam. S. Ephr. Syr. apud Vofs.

(b) *Urbani Papæ, & Martyris.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Urbani Epifcopi.* Calend. Fronti: *Urbani Confefforis atque Pontificis.* Beda genuinus, & Rabanus: *Cujus doctrina multi Martyrio coronati funt.* Ufuardus, & de Peregrinis: *In perfecutione Alexandri.* Acta: *Item Romæ S. Mamiliani Presbyteri, & Martyris, qui poft varia fupplicia, cum eodem S. Urbano capite minutus.*

(c) *Doroftori in Myfia Pofictratis, Valentionis, & aliorum duorum fimul coronatorum:* Aliis: *Duroftolon, Rhodoftocon, Deroften.* Item pro Myfia: *Mœfia, Mafia, & Meffia.* & pro Pofictatis, *Policrati, Polecrati, Pafficrati, Pafecratis, Polegrati.* Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Corbejen: *In Cimiterio Prætextati Doroftori.* Martyrolog. Antuerpien. *In Civitate Prætextata Doroftoli.* At in his Codicibus *Doroftori*, feù *Doroftoli* infcribitur pro Martyre diftincto: *Doroftorum*, feù *Doroftolon*, aut *Doroftolus*. Urbs olim Myfiæ inferioris apud Geographos, nunc Pagus Bulgariæ. Florentinius: *Doroftoli, Policrati, feù Pafficrati, cum aliis quatuor.* Beda editus; *Apud Meffiam Civitatem Doroftore Pafficratis, Valentionis, & aliorum fimul coronatorum.* De Peregrinis: *Apud Meffanam Civitate Deroftenfi, Fafecratis, Valentionis, &c.* Die 27. Maii Ado, & Notker: *VI. Kalend. Jun. In Cœmeterio Prætextati, Urbani, Doroftori, Pafficratis, & Valentionis.*

(d) *Mediolani Dionyfii Epifcopi.* Martyrol. Epternacen. *& Confefforis.* Ms. Barberinian. Rom. *Mediolano Depofitio Dionyfii Epifcopi. Polegrati, & aliorum quatuor coronatorum.* Martyrol. Corbejen. ultra: *Vincentii, Joannis, Marii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen: *Mediolano depofitio Dionyfii Epifcopi, Polecrati, & aliorum IIII. Coronati, Vincentii Joannis.*

(h) *In Britannia Aldelmi Epifc.* Aliis: *Adelelmus.* Britannia Major; quæ & Anglia. *Ingleterra*, & *Inghilterra*. Infula maxima Oceani Occidentalis. Antiquis Albion, dicta. Baertius, & Janning. hac ipfa die alium *Aldelmum* efferunt, *Abbatem Malmesburienfem.* Pagi verò tom. 3. ad an. 699. num. 2. fuadet, Acta à Baertio, & Janningo exhibita confundere hunc *Aldelmum* cum *Adamnano Abbate Hienfi.* At hoc alii definiant.

Amanti doctrinam multa concedetur doctrina. S. Ephr. Syr. apud. Voff.

(i) *In Territorio Tricaffino Leonis Confefforis.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Et Abbatis.* Ms. Roman. Barberinian. *Trecas Leonis Martyris.*

(b) *Romæ via Nomentana natalis Urbani Pap. & Martyris.*

Difceptatio Topographica.

Plures Codices hac die *via Appia* hunc Sanctum Pontificem recolunt. Ita vetuftum Calendar. Roman. Fronti: *Natalis S. Urbani Confefforis, atque Pontificis via Appia.* Pari modo, Liber Pontifical. & Abbo Floriacen: *Via Appia.*

Eminentiffim. Baron. in notis teftatur. Via Nomentana hunc Sanctum Pontificem, vel fepultum, vel cultum, ex Beda, Ufuardo, Adone, aliifque fe haufiffe.

Aft hi Martyrologi needum refragantur Libro Pontifical. & Floriacenf. Sed & Actis ejufdem S. Urbani ex tribus Mss. Codicibus Bibliothecæ Vaticanæ apud Bofium Romæ editis anno 1600. in paffionis hiftoria Beatæ Cæciliæ, in quibus fertur, Chriftianos Milites, & Tribunos, Flavianum, Calliftum, & Ammonium cum Sociis (inter quos *Urbanus*) fepeliffe *in Cœmeterio Prætextati via Appia VIII. Kal. Junii.* Ex quo elicitur Adonem, & Notketum tradendo: *Beatum Urbanum via Nomentana in Cœmeterio Prætextati*, fibi ipfis diffentire: Cœmeterium Prætextati via Appia extitit, & pars fuit Cœmeterii Callifti, undè modò via Nomentana Appiæ oppofita, potuerit effe in Cœmeterio Prætextati, vel eum attingere prorsùs latet, & aliundè compertum, Urbanum Pontificem fepultum, & veneratum in Cœmeterio Prætextati, ut indè aliquando mutatò nomine, Cœmeterium Ur-

bani

bani dictum fuerit, teste Aringhio lib. 3. num. 10. apud Florentinium virum eruditum. Hinc ut sine hac Topographa Romana trica sit Romanum Martyrologium, & sapientiores annuerent, via non indicata, ut Raban. proferat: *Romæ natalis Beati Urbani Papæ, &c.*

* *Initium Decimi mensis Ægyptiaci Payni, seu Beuni.* Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardinal. Noris.

iij.	F				Septimo Kalendas Junnii.			*	Luna.									26
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P				
			18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28				

ROmæ sancti Philippi Nèrii, Congregatiònis Oratòrii fundatòris, virginitàtis, Prophætiæ dono, & miràculis insignis. (*a*) Item Romæ sancti Eleuthèrii Papæ & màrtyris, qui multos nòbiles Romanòrum ad fidem Christi perdùxit, & sanctos Damiànum & Fugàtium in Britànniam misit, qui Lùcium Regem unà cum uxòre ac toto ferè pòpulo baptizàrunt. (*b*) Ibìdem sanctòrum màrtyrum Simìtrii presbyteri & aliòrum vigintiduòrum, qui sub Antonìno Pio passi sunt. (*c*) Athènis natàle beàti Quadràti Apostolòrum discìpuli, qui in persecutiòne Hadriàni, Ecclèsiam gràndi terròre dispèrsam, fide & indùstria sua còngregans, librum pro Christiànæ religiònis defensiòne valdè ùtilem, & Apostòlica doctrìna dignum, eìdem porrèxit. (*d*) Viènnæ sancti Zacharìæ Epìscopi & màrtyris, qui sub Trajàno passus est. (*e*) In Africa sancti Quadràti màrtyris, in cujus solemnitàte sanctus Augustìnus sermònem hàbuit. (*f*) Tudèrti natàlis sanctòrum màrtyrum Felicissimi, Heraclìi, & Paulìni. (*g*) In territòrio Antisidorènsi pàssio sancti Prisci màrtyris, cum ingènti multitùdine Christifidèlium. (*h*) Cantuàriæ in Anglia sancti Augustìni Epìscopi, qui illuc unà cum àliis à beàto Gregòrio Papa missus, genti Anglòrum Christi Evangèlium prædicàvit, ibìque virtùtibus & miràculis gloriòsus, obdormìvit in Dòmino. (*i*)

(b) *Eleutherii Pap.* Martyr an. 194. Baron. eo an. n. 1. An. 185. Baert. & Janning. item Pagi t. 1. ad an. 192. n. 4. Die 24. Maji Maurolyc. & Felic. Die 6. Septemb. Florentin. & Holsten. Die 20. Februar. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(c) *Simitrii Presbyteri, & Soc.* Martyres an. 164. Baron. eo an. n. 24. An. 159. Baert. & Janning. Die 9. Maii Ferrar. in Catal. General.

(d) *Quadrati.* Martyr ann. 125. Baron. eo an. n. 1. & 3. An. 120. Baert. & Janning.

(i) *Augustini Episc.* Obiit an. 614. Baron. eo an. nu. 77. & sequ. Ann. 609. Sigebert. Chronic. Ann. 608. Hensch. & Papebroch. Ann. 607. Pagi to. 2. ad an. 604. n. 16.

(a) *Baron. t. 8. in principio, Acta SS. penès Baertium, & Janning. item Marcian. hist. Congregat.* (b) *Baron. an. 183. n. 3. & sequ. & an. 194. n. 1. & 2. S. Irenæus lib. 3. c. 3. Optat. Milevit. lib. 2. S. Augustin. Epist. 165. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 5. c. 21. Nicephor. Episc. in Chronic. Beda de gest. Anglor. lib. 1. c. 4. aliique.* (c) *Baron. an. 164. n. 24. Petr. in Catal. lib. 5. c. 58. Acta apud Baert. & Janning. Usuard. Ado, Brovver. & Galesin. in fastis Coloniens.* (d) *Baron. an. 109. n. 50. an. 125. n. 1. & 3. & an. 128. n. 1. S. Hieronym. de Scriptorib. Eccles. & in Epist. 84. ad Magnum, Euseb. hist. lib. 3. c. 34. & lib. 4. c. 3. & Niceph. hist. lib. 3. c. 21. & alii.* (e) *Baron. an. 118. n. 7. Ado in Chronic. an. 101. & Demochar. lib. de Sacrif. Missæ.* (f) *Baron. an. 98. n. 23. S. Augustin. Serm. de Natal. & Possid. in Indicul.* (g) *Baron. an. 303. n. 121. & Tabul. Eccles. Tudertin.* (h) *Baron. an. 275. n. 6. Petrus in Catal. lib. 5. c. 50. & Breviar. Antisiodoren.* (i) *Baron. an. 396. n. 10. & sequ. an. 597. n. 21. & an. 614. n. 77. & sequ. S. Gregor. in registr. lib. 5. Epist. 53. usqu. ad 59. lib. 7. Epist. 112. lib. 9. Epist. 48. usq. ad 60. & Epist. 71. & lib. 12. in fin. Beda de gest. Anglor. lib. 1. c. 23. & 24. & lib. 2. c. 2. & 3. in Epitom. & de sex ætatib. Marian. Scot. in Chronic. an. 600. Trithem. in Catal. Script. Britan. & alii.*

(b) *Romæ Eleutherii Papæ, & Martyris.* Apographa Martyrolog. S. Hieronym. penès Florentinium, & illud Reginæ Sueciæ apud Holstenium die 6. Septembr. 8. *Idus Septembr. Romæ via salaria, milliario ab Urbe natalis S. Eleutherii Episcopi.* Florar. Ms. *S. Eleutherii Episcopi, & Confessoris.* Sed num hic Sanctus Pontifex, & Confessor, haud scitur. (c) *Ibi-*

Condire mentes debemus. S. Gregor. Papa Homil. 10.

(c) *Ibidem Simitrii Presbyteri, & aliorum viginti duorum*. Acta apud Baert. & Janning. *Symmetrii*. Mss. Attrebaten Tornacen. Lętien. & Divionen. *Symmitrii*. Martyrolog. de Peregrin. *Romæ S. Martyris Ministri Presbyteri, & aliorum viginti duorum Martyrum: Eodem die Sancti Martyris Simmetri Presbyteri*.

(d) *Athenis Quadrati Apostolor. Discipuli*. Athenæ *Sethines*, urbs Atticæ notissima, olim totius Græciæ clarissima literis, & armis. Cardinal. Baron. in not. *Græci autem XI. Kalend. Octobris in Menologio*. At videtur alius, tum ex Actis Martyrii in antiquo Menologio Basilii Porphirogen. Imperat. ea die 21. Septembris ferentibus: *Certamen S. Hiero-Martyris, & Apostoli Quadrati Episcopi Magnesia, & Sociorum ejus*; tum ex ipsomet Quadrato Atheniensi, Apostolorum discipulo, absque ulla mentione martyrii penès Historicos reperto. Ipsi tamen Græci, & Latini hoc apud Baert. & Janningum videant.

(e) *Viennæ Zacharia Episcopi*. Alium Zachariam Episcopum Lugdunensem hac ipsa die indicant Saussayus, & Chinius Natal. SS. Canonicorum. Item alium in Britanniis Episcopum, & Confessorem Martyrologia Coloniæ, & Lubecæ an. 1490. cusa, Greven. Auctar. ad Usuard. & Florar. Ms.

(f) *In Africa Quadrati Martyris*. Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. & Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Pauli, & Anteonis, Quadrati, Rufini, Valeria*. Martyrolog. Blumanii profert: *Antemi, Quadrati*. Martyrol. Corbejen. addit: *Magni*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Pauli, Quadrati cum aliis tribus*. Ms. Patrician. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. sæpè à Papebroch. laudatum: *In Africa Pauli, Quarti, cum aliis tribus*. Mss. Cassinen. & Altempsianum Roman. *In Africa, Pauli, Rufini, & Valeriæ*. Mss. Treviren. S. Maximini, & Divionen. *In Africa Rufini, & Valeria*. Ms. Parisien. Labbei, sine palestra: *Ruffini*. Auctar. ad Usuard. *Et Valeri*.

Cardinal. Baron. in not. *De Sermone, quem in die natalis ipsius habuit S. Augustinus, mentionem facit Possidius in Indiculo*. Baertius tamen, & Janningus animadvertunt: *Utinam hic prodeat aliquando, sicut prodiit sermo de SS. Perpetua, & Felicitate, datus ad 7. Martii*. At ipsi viri eruditi consulendi.

(g) *Tuderti Felicissimi, Heraclii, & Paulini*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Tutuaratina Tusciæ Felicissimi, Eracli, Paulini, Menedina, Saturi, Victori, Saturnini, Mauri, Saturi, Fortunati, & Themedi*. Martyrolog. Bluman. *In Tuturtina Felicissima, Eracli, Paulini, Menedinæ, Saturi, Victori, Saturni, Maurini; Item Saturi, Victuri, Fortunati, & Themedi*. Martyrolog. Epternacen. *In Tuder Tuscia Felicissimæ, Eracli, Paulini, Meridia, Saturi, Victuri, Saturnini, Masini. Item Saturnini, Fortunati, & Theemedi*. Martyrolog. Corbejen. *In Civitate Tuscia Felicissimi, Eracli, Paulini, Minedina, Saturi, Victuri, Saturnini, Maurini: Item Saturi, Fortunati, Themedi*. De Peregrin. *Tuder Tuscia Felicissimi, Eradii, & Paulini*. Usuard. *Eraclii*. Mss. Rhinovien. & Richenovien. *In Tuder, seù Tuderto Felicissimi, & Mindinia*. Mss. Augustan. & Parisien. Labbei, prætermisso agonis loco: *Felicissima, Pauli, Victuri, Saturi*. Græven. Auctar. ad Usuard. *Victoris*. Ado: *In Tudertina Civitate*. Notker. *Tuderto Tusciæ*. Verùm in libr. Conciliorum: *Tuder*, vel *Tudertum*, urbs Umbriæ, vulgò *Todi*, non *Tuscia*.

Ut ex his, quę animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit. S. Gregor. Papa Homil. 10.

(h) *In territorio Antisiodorensi Prisci Martyris cum ingenti multitudine*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In territorio Antisiodorensi loco Quociaco*. Martyrol. Bluman. *Loco Quotiaco passio S. Prisci Martyris cum Sociis suis innumera multitudine*. Martyrolog. Corbejen. *Antisiodoro civitate Passio Prisci*, nil de sociis Anonymis. Acta penès Petr. in Catal. exhibent passos *Sub Aureliano in Villa Tornaja Aurelianen. Diœcesis*.

(i) *Cantuariæ Augustini Episcopi*. Martyrol. Antuerpien. *In Africa Heracli, Paulini, Mundini, Augustini Episcopi*. Sed hic Augustinus Episcopus videtur alius.

(b) *Romæ S. Eleutherii Papæ & Martyris*.

Disceptatio Historico-Chronologica.

Romanum Martyrologium videtur contradicere Breviario, asserenti, tempore Pontificatus Eleutherii, magnam ubique terrarum fuisse pacem.

Eminentiss. Baron. ad Christi annum 194. n. 1. suadet, Eleutherium Martyrem appellatum, quia in Christi excolenda vinea valdè laboravit, non autem quia occisus, aut sanguine pro Christo fuso.

Sed quis illorum tempore Pontifex non valdè, atque assiduè laboraverit, & pro Fidei Confessione cruciatum aliquem non subierit?

Baronius ad ann. 192. num. 1. & sequ. Imperium tunc temporis in Christianos sæviebat; & illud Commodi non fuit adeò erga Christianos benevolum, quin aliquot è medio non sustulerit; testes sunt Julius Senator, aliique Christi Cultores, Commodi jussu necati, ut Acta apud Surium 25. Augusti; & Lampridius cum memorat, agnomine *Juli Proculi*. Compertum quidem, Commodum, postquàm se etiam à Christianis derideri animadverterit, quia cum Pelle, & Clava Hercules haberi vellet, paulò pòst (nempe anno sequenti postquàm celeberrimam munerum editionem faciens, Herculeam induit personam) in Eleutherium, quem sciret caput, & ducem Christianorum,

rum sibi irrisorum desævisse.

At Martyres eo tempore recensiti, Eusebius, Pontianus, aliique fuere; inter quos non describitur *Eleutherius*, ut apud Baronium eo anno n.2. Rursùs quamvis hæc Commodi insania recitetur à Baronio sub anno 192. obitu Eleutherii anno 194. sequuto, ut ad eum ann. n. 1. nihilominùs Chronicon Damasi anno 185. obitum inscribit: *Fuit temporibus Antonini, & Commodi, à Consulatu Veri, & Eremniani usq; Materno, & Bradua*. Pagi vir eruditus t.1. ad an. 192. quo quidem anno Commodus non ita insaniebat; neque legitur in Christianos desævisse: Adstruitur animadversione, quòd de hoc martyrio nulla mentio fit apud Antiquos; quinimmò in lectione Breviarii Romani, tempore Eleutherii summa pace, & quiete fruebatur Ecclesia Dei, & per totum Orbem terrarum, maximè Romæ fides propagabatur.

Verùm Bellin. Maurolyc. Molan. Galesin. aliique id asserunt.

Sed ex Petro de Natal. lib.5, c.45. in quo habetur: *Tempore Commodi Imperatoris martyrizatum*, laudati Martyrologi hoc hausere; ceterùm ante ipsum nemini forsan venit in mentem id promere, ut Baertius, & Janningus adnotant.

Igitur hæc contentio penès ipsos Chronographos versetur; Idcircò tutiùs Martyrol. S. Hieronymi inscripsit: *Romæ via salaria Natale S. Eleutherii Episcopi*. Hoc pacto intelligi poterit num quoq; Martyr: quemadmodum si Martyr expressè pronuncietur, nequit concipi non fuisse Martyrem: Liquet in S. Callisto Pontifice, de quo in Calendario à Frontone edito die 14. Octobris legitur pari modo: *Natalis S. Callisti Pontificis*, & tamen constat Martyrio affectum, apud Bucher. lib. de Doctrin. Tempor. mense Octobr. ut Pagi t.1. ad an. 224. n.2. Ita ad hanc tricam expungendam, si saniori judicio pollentes adstruxerint, Romanum Martyrol. enunciet: *Romæ natale S. Eleutherii Papæ, qui multos Nobiles Romanorum ad fidem Christi perduxit, &c.*

ij. G Sexto Kalendas Junii. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

(a) *Joannis Papæ*. Die 28. Ado. Die 18. Pagi t. 2. ad an. 526. n. 2.

(b) *Julii*. Die sequent. Viola SS. Hagenoæ cuso an. 1508. Die 14. Jun. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(c) *Eutropii Epis*. Circ. 386. Baron. in not. ad oram marginal. Post 455. Baert. & Janning.

Natàlis sancti Joànnis Papæ & màrtyris, qui à Theodorìco Itàliæ Rege Ariàno Ravènnam evocàtus: ibìque propter Orthodòxam fidem in càrcere diu maceràtus, vitam finìvit. (*a*) Doròstori in Mysia pàssio beàti Jùlii, qui tèmpore Alexàndri Imperatòris, cùm esset veterànus & emèritæ milìtiæ, comprehènsus ab officiàlibus, Màximo Præsidi offèrtur: quo præsènte cum idòla execrarètur, & Christi nomen constantìssimè confiterètur, capitàli sentèntia punitus est. (*b*) Apud Soram sanctæ Restitùtæ vìrginis & màrtyris, quæ sub Aureliàno Imperatòre, & Agàthio Procònsule, fidei certàmine suscepto, dæmonum ìmpetus, parèntum blandìtias, & tortòrum sævìtiam superàvit: demum cum àliis Christiànis càpite truncàta, martyrio decoràta est. (*c*) In pago Attrebatènsi sancti Ranùlphi màrtyris. (*d*) Arausicæ in Gàlliis sancti Eutròpii Epìscopi, virtùtibus atque miràculis illùstris. (*e*) Eòdem die depositio veneràbilis Bedæ presbyteri, sanctitàte & eruditiòne celebèrrimi. (*f*)

(f) *Bedæ Presbyt*. Obiit an. 731. Sigebert. Chronic. An. 734. Auctor Catal. Scriptor. ejus post præfat. lib. de Tēporib. An. 735. Baertius, & Janning. item Pagi. t.3. ad an. 731. n.4. Ætatis 59. Turgoto vit. Ætatis 105. Baron. ad an. 731. n. 19. Non centenario major Pagi. loc. citat.

(a) *Baron. an. 525. & an. 526. n. 7. & sequ. Usuard. & Ado die seq.* (b) *Baron. an. 228. n. 2. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 56.* (c) *Baron. an. 275. n. 5. Acta Eccles. Soran. Petr. Diacon. Cassinen. in lib. De vir. illustr. Monaster. Cassin. c. 32. & Tullius lib. 2. de legib.* (d) *Baron. in not. & Usuard.* (e) *Baron. ibidem, Sigebert. de Script. Eccles. c. 73. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 17.* (f) *Baron. an. 731. n. 20. Marian. Scot. lib. de sex ætatib. ad an. 673. Sur. t. 7 prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 55.*

Non fumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis. 2. ad Corint.

(a) *Joan. Papæ*. In Claustro Prioratus Melitensis Romæ in Monte Aventino vet. Kalendar. in pariete depictum visitur, ubi mense Majo legitur: *VI. Kal. Joannes Papa: V. Kal. Reportatio Joannis PP.* Holstenius suadet.

(b) *Dorostori in Mysia Julii, tempore Alexandri Imperator*. Theodoret. lib. 3. c. 6. hist. *Dorostori in Tracia*. Florus Addit. ad Mss. Atrebaten. Tornacen. & Lætien. *Passio S. Julii, qui sub Maximo Præside capitis amputatione complevit martyrium*. Usuard. & de Peregrin. *Tempore persecutionis ab Officialibus Judici oblatus*. Ms. Divionen. *Mesia Civitate Dorosterensi Julii Martyris*. Videtur rectius, quùm dubium, an Alexander Imperator Christianos fuerit persequutus, ut ad 1. Januar. Martyrol. Epternacen. *In Africa Juli, Dami, Carpiæ, & aliorum cccc*. Martyrol. Corbejen *In Africa Sani, Julii, Vaamæ, Carpiæ*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Sacci, Juli, Daamæ, Carpiæ*. Ms. Regina Sueciæ: *In Africa Sacci, Julii, Damiæ, Carpiæ*. An hic Julius sit idem, alii definiant. Ferrar. in utroque Catal. alium Julium hac ipsa die colit., & adolescens creditur occisus; cujus corpus in Abbatia Fesulana.

(c) *Apud Soram Restitutæ*. Sora urbs Samnii, à veteribus Latio adscripta, à recentioribus Campaniæ; Colonia Romana antiqua, apud Lirim fluvium ex Appennino monte, haud longè Gemino fonte profluentem. Saussayus Martyrol. Gallicano: *Apud Soram S. Restitutæ Virginis, & Martyris Soranæ: Solemnitas celebratur Suessione, ob corpus eò translatum*. Galesinius: *Romæ Aquilini, Eliæ, Quinti, & Restituti*. Ms. Labbei: *Romæ Restituti*. In fragamento Ms. Vaticani. apud Aringhium lib. 4. c. 24. *Restitutus Martyr*, sepultus quidèm fuerit hac ipsa die. An pro *Restituti*, scribendum *Restitutæ*, valde difficile. Romanum Martyrol. legit: *Apud Soram Restitutæ*. Et Codex laudatus: *Romæ Restituti*: undè videntur diversi; maximè, quòd Romanum Martyrol. ad 29. Maji habet: *Romæ Restituti Martyris*.

Commendamus magis, quæ subtracta desiderantur ardentiùs, ut inveniantur desiderata jucúdiùs. Augustin. contr. mendaci. c. 10.

(d) *In Pago Attrebatensi Ranulphi Martyris*. Ms. Attrebacen. & Usuard. *Ragnulfi*. De Peregrinis: *Ranulfi*. Florar. Ms. *Ragnulfi Episcopi, & Martyris*. At aut alius, aut perperàm τὸ *Episcopi*, Molanus in notationib. SS. Belgii: *Ragnulfus* dicendus; verùm in Breviario Bellovacen. de anno 1554. *Ranulphus* legitur; ita apud Bellinum, & Greven.

(e) *Arausicæ in Galliis Eutropii Episcopi*. Martyrol. Antuerpien. *In Sardinia Salustiani, Eutropi Episcopi*. At hic Eutropius Sardus est alius ab Arausicano in Galliis. *Arausio* Ptolom. Strabon. Plin. aliisq; antiquis. *Arausica Civitas*. In Conciliis. De Peregrin. *In Galliis Civitate Arausica*. Sinod. Apollinar. lib. 6. Epist. 12. *Arausionensis Urbs*.

(b) *Bedæ presbyteri*. Ms. Patrician. Neapoli apud Cleric. Regular. die præcedenti: *In Britannia S. Augustini primi Anglorum Episcopi, & Bedæ presbyteri, viri in Divinis scripturis eruditissimi.*

j. A Quinto Kalendas Junii. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

(f) *Germani Episc.* Obiit an 579. Baron. eo an. n. 21. & Sigebert. Chronic. An. 576. Baert. & Janning. item Pagi t. 2. ad an. 579. nu. 8. & Sammarthani.

IN Sardìnia sanctòrum màrtyrum Æmìlii, Felicis, Priami, & Lucià-ni, qui pro Christo certàntes, coronàti sunt. (a) Carnùti in Gàllia sancti Caràuni màrtyris, qui sub Domitiàno Imperatòre càpite amputàto, martyrium sumpsit. (b) Corìnthi sanctæ Helcònidis màrtyris, quæ primùm Gordiàno Imperatòre sub Perènnio Præside multis tormentis afflicta, deìnde sub Justino ejus successòre iterùm cruciàta, sed ab Angelo liberàta, demum dissèctis mammis, ferìsque objècta, atque igne probàta, càpitis obtruncatiòne martyrium complèvit. (c) Item pàssio sanctòrum Crescèntis, Dioscòridis, Pauli, & Hellàdii. (d) Thècuæ in Palæstìna sanctòrum Monachòrum màrtyrum, qui tèmpore Theodòsii Juniòris à Sarracènis occìsi sunt: quorum sacras reliquias àccolæ colligèntes, summa veneratiòne illas habuèrunt. (e) Lutètiæ

(g) *Senatoris Episc.* Obiit anno 470. Ex Panvin. Baron in not. ad oram margin. An. 480. Baert. & Janning. Acta.

Pari-

Pariſiòrum ſancti Germàni Epìſcopi & confeſsòris, qui quantæ ſanctitàtis, quantìque mèriti fùerit, quibus ètiam miràculis clarùerit, Fortunàtus Epìſcopus literàrum monimèntis conſignàvit. (*f*) Mediolàni ſancti Senatòris Epiſcopi, virtùtibus & eruditiòne clariſſimi. (*g*) Urgèllæ in Hiſpània Tarraconènſi ſancti Juſti Epìſcopi. (*h*) Florèntiæ ſancti Pòdii Epìſcopi & confeſsòris. (*i*)

(a) *Baron. in not. Fara de reb. Sardois, Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 98. n. 11. Mombrit. t. 1. vit. SS. Petr. in Catal. lib. 5. c. 60. & Benad. lib. 2. monud. 81.* (c) *Baron. an. 243. n. 4. & Græci in Menolog. Sirleti hac die.* (d) *Baron. an. 326. n. 88. Græci in Menolog. relat. & Vit. S. Nicolai Epiſc.* (e) *Baron. an. 410. n. 57. & Joan. Caſſian. in collat. ſext. de nece SS. c. 1. 2. & ſequ.* (f) *Baron. an. 579. n. 21. & an. 845. n. 22. & ſeq. Sur. t. 3. prior. edic. hac die, S. Gregor. Turonen. hiſt. Francor. lib. 4. c. 51. & lib. 5. c. 8. & de glor. Confeſs. c. 92. & Mabillon. ſæcul. 1. Benedictin.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Mediolanen. & Panvin.* (h) *Baron. an. 531. n. 16. Flos SS. Hiſpan. S. Iſidor. de vir. illuſt. c. 21. Villeg. de SS. extravagant. Hiſpan. ſub fin. Marietta lib. 5. de SS. Catalan. hac die, aliique plures.* (i) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior edit. in Act. S. Zenobii, & Ferrar. Catal. SS. Italiæ an. 1613. Mediolani cuſo.*

In honeſtum eſt Eccleſiaſticus vir per ignorantiam conticeſcat. S. Petr. Damian. 2. contr. Judeos.

(a) *In Sardinia Æmilii, Felicis, Priami, & Luciani.* Sardinia, olim *Sandaliotis.* Inſula nota Maris Africi, Italiæ adjacens, proxima Cirno. Martyrol. Hieronymian. Lucen. profert: *Piriani.* Martyrolog. Bluman. *Priani.* Martyrolog. Corbejen. *In Sardinia Emili, Felicis, Primiani, Luciani, Jocundiani, Lucii.* Ms. Labbei: *Zatoli, Primoli, Æmili*; at decurratè. De Peregrin. *Primi*, pro *Priami.* Ms. Pariſien. S. Germani: *Felicii*, pro *Felicis.* Maurolyc. Felicius, & Arturus Ginecæo Sacr. *Sanctæ Felicis*, pro fæmina, non viro, & Ferrar. Catal. SS. Italiæ addit: *Calari ut antiqua habet traditio, Martyrio affectos, & eorum ſepulcrum miraculis claruiſse.*

Cardinal. Baron. in not. Faram de reb. Sardois in teſtem accit: Nihilominùs hic Auctor apud Maurolyc. hos Sanctos, non Martyres, ſed Confeſſores indicat: *Sanctitate excelluiſſe, & v. Kalendas Junii claros migraſſe in Cœlum.* Et primum non *Emilium*, ſed *Æmilianum* effert.

(b) *Carnuti in Gallia Caraunì.* Aliis: *Carnotum* urbs Galliæ antiquæ, & hodiernæ Belgiæ caput, apud Auduram fluvium, media inter Lutetiam Pariſiorum, & Vindocinum. De Peregrinis: *Apud Carnotum Civitatem: Caurani* lapſum amanuenſis putandum *Caurani.* Bellinus, Maurolyc. Felic. Galeſin. aliique omnes, conſtanter, *Caraunum*, habent.

Reddere rationem neſciens, victus, & confuſus abſcedit. Ibidem.

(d) *Item Creſcentis, Dioſcoridis, Pauli, & Helladii.*

Baronius in not. *De his Græci in Menologio hac ipſa die.* At præter Menologium Sirleti, quo Baron. in notis uſus, & ex quo hauſit, Menæa pridie de S. Helladio Epiſcopo & Martyre agunt, ut in Anthologio Arcudii, & ſeorſim hac die in Menologio Baſilii Imperatoris, & in Typico S. Sabbæ.

(f) *Lutetiæ Pariſiorum Germani Epiſcopi, & Confeſſoris.* Aliis indeclinabiliter *Pariſius.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Civitate Pariſius S. Germani Epiſcopi, & Confeſſoris.* Martyrol. Antuerpien. & Corbejen. corripiunt *& Confeſſoris.*

(h) *Urgellæ in Hiſpania Juſti Epiſc.* Ferrar. Catal. General. SS. Salazar. Martyrol. Hiſpan. & Acta penès Baert. & Janning. alium *Juſtum* laicum hac ipſa die *Vincenſi in Hiſpania* promunt.

* B Quarto Kalendas Junii. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

A B C D E F F G H M N* P

21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

ROmæ via Aurèlia natàlis ſancti Reſtitùti màrtyris. (*a*) Apud Icònium Iſàuriæ civitàtem pàſſio ſanctòrum Conònis, & filii ejus

(c) *Sisinii, & Soc.* Martyres an. 400 Baron. eo an. nu. 2. & 4. item Mombrit. An. 403. Sigebert. Chronic. Ann. 447. Baert. & Janning. Ann. 397. Pagi t. 2. ad an. 400. n. 2.

(d) *Theodosia, & Soc.* Martyres an. 308. Baron. eo an. n. 20. An. 309. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6.

annòrum duòdecim; qui ſub Aureliàno Imperatòre craticulę prunis ſuppòſitis, & òleo ſuperinfùſo, ſuſpenſiònis in equùleo, atque ignis pœnam conſtànter paſſi, màlleo ad extrèmum lìgneo mànibus eòrum contrìtis, ſpìritum emisèrunt. (*b*) Eòdem die natalis ſanctòrum màrtyrum Sisìnii, Martyrii, & Alexàndri, qui tèmpore Honòrii Imperatòris in Anàuniæ pàrtibus [ut ſcribit in vita ſancti Ambròſii Paulìnus] perſequèntibus Gentìlibus, martyrii corònam adèpti ſunt. (*c*) Cæſarèæ Philippi ſanctòrum màrtyrum Theodòſiæ matris ſancti Procòpii màrtyris, & aliàrum duòdecim nobilium Matronàrum, quæ in perſecutiòne Diocletiàni càpitis obtruncatiòne conſummàtæ ſunt. (*d*) In Umbria paſſiò ſanctòrum mille quingentòrum & vigintiquìnque martyrum. (*e*) Trèviris beàti Maximìni Epìſcopi & confeſsòris, à quo ſanctus Athanàſius Epìſcopus, perſecutiòne Arianòrum èxulans, honorificè ſuſcèptus fuit. (*f*) Verònæ ſancti Màximi Epìſcopi. (*g*) Arcàni in Làtio ſancti Eleuthèrii confeſsòris. (*h*)

(e) *Mille quingentorum vigintiquinque Martyrum.* An. 253. ſub Decio. Baron. in not. ad oram marginal. Ann. 251. Decius interemptus Pagi to. 1. eo an. nu. 29. & 30. item Bolland. ad 17. Februar.

(a) *Baron. an. 301. n. 19. Petr. de Natal. lib. 11. n. 157. Baert. & Janning. Acta, Uſuard. Ado, Notker. aliique.* (b) *Baron. an. 275. n. 9. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 162.* (c) *Baron. an. 400. n. 2. & 4. S. Vigilius Epiſc. Tridentin. ad S. Simplician. Epiſcop. Mediolanenſ. Lippoman. t. 2. Sur. t. 3. prior. edit. & Mombrit. t. 2. Vit. SS.* (d) *Baron. an. 308. n. 20. Lippoman. t. 6. Sur. t. 4. prior. edit. & Græci in Menæis, & Menologiis.* (e) *Baron in not. & Ferrar. in Catal. SS. Italiæ.* (f) *Baron. an. 336. n. n. 19. & an. 347. n. 11. Sur. t. 3. prior. edit. hac die, Uſuard. Ado, & cæteri.* (g) *Baron. in not. & Tabul. Eccleſ. Veronen.* (h) *Baron. ibidem, & Monument. Eccleſ. Aquinat.*

Verba ſunt plurima, multa in diſputando habentia. Eccl. 6.

(a) *Romæ via Aurelia Reſtituti Martyris.* Martyrolog. Hieronymiau. Lucen. & Martyrolog. Bluman. *Romæ via Aurelia Reſtituti: Via Tiburtina ſeptem coronatorum.* Martyrolog. Antuerpien. ſeu Epternacen. profert: *Septem Germanorum.* Ms. Reginæ Sueciæ: *VII. Germanorum.* Martyrol. Corbejen. *Romæ via Aurelia Reſtituti Martyris.* Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini: *Romæ natalis S. Reſtituti.* Ms. Barberinian-Roman. *Et natale ſeptem Germanorum.* Ms. Vatican. S. Petri: *Romæ via Aurelia Reſtitutæ: ſeptem Germanorum: & dedicatio S. Clementis.* Galeſin. *Romæ via Aurelia Reſtituti, Aquilini, Elii, & Quinti.*

(b) *Cononis, & Soc. ſub Aureliano Imperatore.* Aliis: *Cono, Conio.* De Peregrin. *Canonis Martyris ſub Aurelio Imperatore.* Acta ex antiqu. Mss. Græcis, & Latinis penès Baertium, & Janningum: *Sub Demitiano Comite.* An ſub Aureliano, videnda trica, quæ de S. Patroclo ad 21. Januar. eodem anno 275. Martyrizato.

(c) *Eodem die Siſinnii, Martyrii, & Alexandri.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Anaunia Siſinni, Alexandri Martyris.* De Peregrinis: *Eodem die Siſinii Martyris, atque Alexandri.* Error quidem pro *Martyrii* nomine, Martyris titulus. Martyrol. Bluman. *In Anaunia Siſinnii, Alexandri, & Martyri.* Anaunia Regio Tridentinæ Urbi proxima, apud Raban. & Adonen. Petr. de Natal. lib. 5. c. 43. *Vallem Anneniam* vocat. Ferrar. novæ Topographiæ ad Roman. Martyrol. *Intra Alpes Rheticas.* Vulgò *Val d' Anagna.*

(d) *Cæſareæ Philippi Theodoſia.* Græci in Menologiis, in Synaxariis, & in Martyrolog. Arabo-Ægyptio Romæ apud Maronitas ad 11. April. aliam Theodoſiam proferunt: *S. Theodoſia Virgo, & Martyr, Cæſarea in Palæſtina ſub Maximino Cæſare, & Urbano Præſide tortuariis tormentis in mari merſa.*

Facultas eloquii valet plurimùm, ut militet veritati. S. Auguſt. de Doctrin. Chriſt. lib. 4.

(f) *Treviris Maximini Epiſcopi.* Bellin. & Maurolycus: *Maximi.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Treveris depoſitio Maximi Epiſcopi de Antiquis.* An hic *Maximus*, ſivè *Maximinus* de Antiquis, ſit idem ac *Maximinus*, de quo Romanum Martyrolog. Florentinius inſpiciendus, penès quem plures nomine, *Maximini*, Epiſcopi Trevirenſes produntur.

(h) *Arcani in Latio Eleutherii Confeſſoris.* Arcanum, vulgò *Arce*, Oppidum antiquum Latii, ſupra collem, propè Melſem fluvium, inter Arpinum, & Aquinum, ab illo quatuor, ab hoc ſeptem milliaribus diſſitum.

Cardinal. Baron. in not. *De quo* (ſcilicèt Eleutherio) *Vetera Monumenta Eccleſiæ Aquinatis.* Ferrar. in hujus diei adnotatione ſuadet: *Acta propria S. Eleutherii ſe*

non

non vidisse, licèt ea ab Episcopo Aquinate non semel, per alios tamen, flagitaverit. Baertius quidèm, & Janningus, eximii SS. Actuum inquisitores, testantur: *Ea non potuisse hactenus obtinere.* Ipsi Aquinates consulendi.

Disceptatio Topographica.

(a) *Roma via Aurelia Restituti Martyris.* Aringhius præbet ansam nutandi, an hoc Martyrium via Aureliana sequutum. Exhibet lib. 4. cap. 24. Fragmentum Codicis Vaticani, tradentis: *Postquàm hic Sanctus extra Capitolium capite truncato martyrium compleverit, à Justa Matrona sepultus, fuit via Nomentana milliario XVI. sub die VI. Kal. Junii, & indè sub Hadriano Papa translatus juxta Ecclesiam S. Andreæ in Anresaurio, propè Basilicam S. Mariæ Majoris.* Adstipulanturque pro *via Nomentana* Acta ex alio veteri Romano Ms. Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris, ab ipsomet Baronio in notis laudata, & à summis viris Baertio, & Janningo in Actis Sanctorum producta.

Usuardus tamen. Notker. Petr. de Natal. aliique recentiores, ac Martyrol Corbejen. apud Florentin. & Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium, cum Romano Martyrologio, *via Aurelia*, hunc Sanctum promunt.

Ast Codex Vaticanus præadductis Martyrologis præferendus, qui forsan ex aliquo corrupto Codice, scribente, *via Aurelia*, pro, *Nomentana*, hauserunt. Acta namque passim non extabant, unde facile ea Apographa ex aliquo luxato Codice decepta fuere.

Nec dubitare licet, an sit idem Restitutus; quia via Nomentana plurimùm distat ab Aureliana; illa enim ex porta Viminali, hodiè S. Agnetis, versùs Septentrionem, ista ex porta Aurelia propè Adriani molem, nunc Castellum S. Angeli, versùs Occidentem.

Nam Eminentissim. Baronius in not. censet, hunc S. Restitutum, de quo Romanum Martyrolog. hac ipsa die, esse illum, de quo extant Acta Martyrii apud Sanctam Mariam Majorem de Præsepe dictam; proindè videtur ille, quem Aringhius ex prælaudato Codice, *via Nomentana*, sepultum asserit. Ut igitur è Romano Martyrolog. hoc dubium abdicetur, & à Sanioribus definiatur, nulla addita via: *Romæ natalis S. Restituti Martyris.*

XXIX. C Tertio Kalendas Junii. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2

(a) *Felicis Papæ.* Martyr an. 275. Baron. eo an. n. 1. Ann. 274. Pagi t. 1. ad eû an. n. 2. item Baert. & Janning. Die 22. Decembr. Pagi ibid. Die 31. Martii Bellin. Maurolyc. Felic. Die 27. Febr. Mss. Tornacen. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti.

ROmæ via Aurèlia natàlis sancti Felìcis Papæ & màrtyris, qui sub Aureliàno Prìncipe martyrio coronàtus est. (*a*) Tùrribus in Sardìnia sanctòrum màrtyrum Gabìni, & Crìspuli. (*b*) Antiochìæ sanctòrum Syci & Palatìni, qui pro Chisti nòmine multa tormènta passi sunt. (*c*) Ravènnæ sancti Exuperàntii Epìscopi & confessòris. (*d*) Papìæ sancti Anastàsii Epìscopi. (*e*) Cæsarèæ in Cappadòcia sanctòrum Basìlii & Emmèliæ cònjugis ejus, parèntum sancti Basìlii Magni: qui tèmpore Galèrii Maximiani extòrres facti, Pònticas solitùdines incoluère, & post persecutiònem, filiis suàrum virtùtum relictis hærèdibus, in pace quievèrunt. (*f*) Hìspali in Hispània beàti Ferdinàndi Tèrtii, Castèllæ & Legiònis Regis, ob virtùtum præstàntiam cognomènto Sancti, qui fidei propagàndæ zelo clarus, devictis Mauris, terrèno relicto regno, ad ætèrnum feliciter evolàvit.

(b) *Gabini, & Soc.* Die 25. Octobr. Sardi; quem Mentem Gabinum appellant.

(d) *Exuperantii Episc.* Circa ann. 460. Baron. in not. ad oram marginal. An. 418. Baert. & Janning.

(e) *Anastasii Episc.* Die 28. Maii Ferrar. Catal. SS. Italiæ.

(a) *Baron. an. 275. n. 1. Euseb. in Chron. & hist. lib. 7. c. 24. Optat. lib. 2. contra Parmen. & S. Augustin. Epistol. 165.* (b) *Baron. in not. S. Gregor. Pap. in registr. lib. 7. Epist. 7. Fara de reb. Sard. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.* (c) *Baron. in not. Beda, Usuard. & alii.* (d) *Baron. ibidem, Tabul. Eccles. Raven. & Rubeus hist. Raven. lib. 2.* (e) *Baron. an. 680. n. 3. & Paul. Diacon. hist. Longobard. lib. 4. c. 25.* (f) *Baron. an. 304. n. 51. An. 363. n. 90. & an. 369. n. 64. S. Gregor. Nazianzen. in funere S. Ba-*

Sit homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Epist. Jacob. c. 5.

(b) *Turribus in Sardinia Gabini, & Crispuli*. Turris vetusta Sardorum Civitas fuit. Turris Lybissonis, vel Bissonis Ptolomæo, & Antonino nuncupata, ad oram Sardiniæ Occidentalis, nunc ferè diruta, in cujus locum successerit Sassaris.

Ferrar. de SS. Italiæ redarguit Baronium, quòd *S. Gavinum*, pro *Gabino* acceperit. Cardinal. Baron. in notis: *Extant prædictorum Acta, quæ in Ecclesia ipsorum leguntur*. Joannes tamen Arca ad calcem lib. 2. de SS. Sardiniæ dolet, Acta fuisse deperdita, sicuti S. Gavini Turritani, à Gabino diversi, gesta, latè descripsit initio ejusdem, ut Florentinius vir eruditus.

(c) *Antiochia Syci & Palatini*. Aliis: *Isychii*, *Hesichii*, *Sici*. Apographum Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Antiochia Sici, Palatini*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Sitii*. Ms. Leodien. S. Lamberti: *Isitii*. Florar. Ms. *Ysichii*. Ms. Rhichenovien. *Esicia*. Ms. Rhinovien. *Esitia*. Apographum Epternacen. pro *Sici, Palatini*, Corruptè, *Scipalatini*. Mss. Tornacen. & Rom. Barberinian. *In Antiochia passio SS. Sici, Palatini, & Eusymii*. Ms. Rom. Vatican. S. Petri *Antiochiæ Palatini, qui multa tormenta passus est, Gavisii, Scrispuli*. Bellin. *In Antiochia Fici, & Palatini*. Maurolyc. *Hesichii, & Phalerini*. De Peregrin. *Tici, & Palermi*. En quot variæ lectiones; quænam sanior, haud definimus.

(d) *Ravenna Exuperantii Episc.* Baronius in notis suadet, fuisse ejusdem nominis *Exuperantium*, aliàs *Superantium Episcopum in Lucania*, sanctitate insignem. Adstruit Salazar. suo Martyrologio Hispan. asserendo, ex Chronicis Flav. Dextri, & Julian. Petri se id hausisse. Ferrar. tamen in not. ad Elogium S. Exuperantii testatur, se intellixisse nullum Episcopum *Exuperantium in Lucania* pro Sancto haberi; cui ex his Scriptoribus præstanda fides, soleis Lector ipsos viros eruditos consulere adeat.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Romæ via Aurelia S. Felicis Papæ, & Martyris, sub Aureliano Principe*.

Ado, Notker. Maurolyc. Bellin. de Peregrin. & Mss. Treviren. S. Martini, & Pulsanen. SS. Apostolorum Neapoli penès Cleric. Regular. *Romæ via Aurelia in Cœmeterio natalis S. Felicis Papæ, qui cùm annis quinque rexisset Ecclesiam, sub Claudio Principe Martyrio coronatus est*.

Quòd hic Pontifex passus sit sub Aureliano, & non sub Claudio, liquet, ex eo quòd Claudio Imperium regente, nulli fuere in Ecclesia Martyres, neque ab eo, neque ab ejus Præfectis Ecclesia Vexata, ut Pagi tom. 1. ad an. 269. n. 2.

Item Eminentissim. Baronius ad ann. 269. refert Acta Martyrii Marii, & Marthæ ejus conjugis sub Claudio, quæ ex variis Mss. ad 19. Januar. Bollandus exhibet: item Surius in Act. S. Laurentii ad 10. Augusti narrat Martyrium S. Cyrillæ filiæ Tripharia sub Claudio: Ex quo apud Chronographos in dubium, an Martyres sub Claudio extiterint.

Authoritatis pondere, & utilitatis ubertate. S. August. Psalm. 121.

Aliunde. Martyrolog. differre debent à Kalendariis, quæ differentia non aliundè, nisi quòd Kalendaria nomen dumtaxat exhibent Martyrum, dies, & locum in quo fit Statio; Martyrologia verò singularium Urbium nomina, & Oppidorum, genus passionis, & tempus, loca, & Judices, sub quibus passi sunt Martyres; & hoc quia Kalendarium est pro Ecclesia particulari, Martyrologium pro universali, undè ex pluribus diversarum Urbium Kalendariis unum Martyrologium componitur; ut Valesius dissertation. de Romano Martyrologio à Rosuveydo edito.

Verùm Martyrol. tenentur quidem nomina Urbium adnotare, & Oppidorum, Judicum, temporumque &c. quando de aliquo ex iis non habetur hæsitatio, quùm debeant certò ea indicare. Liquet in ipsomet Romano Martyrologio, idcircò prædicta non semper inscribente, ut ex notis ejusdem Baronii ad Martyrologium Romanum: Et aliis plerisque exemplis omissis, constat apertè in Martyrio S. Restituti die præcedenti, quem quamvis Baronius in notis putet *passum sub Diocletiano Imperatore, damnatum ab Hermogeniano Præfecto Prætorio*; hoc tamen Martyrol. non exprimit, sed: *Romæ via Aurelia S. Restituti Martyris*. Item in Martyrio mille quingentorum Martyrum in Umbria, eadem præcedenti die, adhuc Baronius in notis autumat: *In persecutione Decii Imperatoris sub Antioco Præfecto*; Nihilominùs in Romano Martyrologio solùm profertur: *In Umbria passio Sanctorum mille quingentorum, & vigintiquinque Martyrum*: Et hoc non nisi quia de hujusmodi conditionibus tutò signari nequit.

Quòd si quis subderet, ex hoc sequi, quòd neque Lectiones Breviarii deberent prædicta exprimere, proindè omnes essent corripiendæ, inter quas ea, quæ recenset hunc Sanctum Martyrem sub Aureliano.

Obtruderetur, quia Lectiones Breviarii sunt Sanctorum historiæ, adeoque ex partibus opposita asserentibus unam historiam tradere debent, & eam quidèm, quæ dum recensetur, populari usui accomodatur: quamobrem Ecclesia Romana eam recipit sententiam, quæ illo ævo à pluribus inscribitur; ex quo multa, quæ hactenus abolita non sunt, aliquando abolenda erunt, quùm inter omnes convenerit de eorum falsitate; Exemplo perspicuo in eadem Ecclesia Romana, quæ & in Martyrologio, & in Breviario Romano multa ante octingentos

gentos, & plures annos ita publicè lecta reperit, quamvis sibi valdè molesta, haud adeo vanè, leviterque, ista hactenus legenda reliquisset, ut idem Baron. in Appendic. ad an. 311. post x. tomum: Comperitur in acerrimo judicio Pontificis Urbani VIII. qui tum Sulpicium Severum ex ipso Romano Martyrologio, tum prodigiosam S. Brunonis Conversionem ex Breviarii Lectionibus expunxit: Pari modo tempus adveniet, quo aliquis S. Pontifex iterum Martyrologium, & Breviarium emendari, ac locupletari mandabit, ut pluriès olim emendatum, ac locupletatum à Summis Pontificibus, sacrisque Oecumenicis Conciliis.

Martyrologia verò non sunt Historiæ, sed Indices Sanctorum, unde non opus habent recensere, quæ sub dubium cadunt; ut igitur modò hoc dubium abeat, saniorum placito interposito, videtur rescribendum: *Romæ via Aurelia Sancti Felicis Papæ, & Martyris*

xxviij. D Pridie Kalendas Junii Luna. 31

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

A B C D E F F G Ii M N P

23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

(a) *Petronillæ*. Die 29. Maii Dacher. in Martyrolog. Corbejen. Die 22. Ms. S. Cyriaci Romæ.

(b) *Cantii, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo an. nu. 123. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Ann. 290. Baert. & Janning. Die 14. Junii Mediolani. Feriar. suæ Topographiæ in calce.

(c) *Crescentiani*. Die 19. Maii Ms. Rom. Altempsian. et Bellin.

Romæ sanctæ Petronillæ vìrginis, filiæ beàti Petri Apòstoli, quæ Flacci nòbilis viri conjùgium spernens, accèptis triduànis ad deliberàndum indùciis, ìnterim jejùniis & oratiònibus vàcans, tèrtia die mox ut Christi sacramèntum accèpit, emìsit spìritum. (*a*) Aquilèjæ sanctòrum màrtyrum Càntii, Cantiàni & Cantianìllæ fratrum, qui cùm essent ex illùstri Aniciòrum progènie, sub Diocletiàno & Maximiàno Imperatòribus ob Christiànæ fidei constàntiam unà cum pædagògo suo Proto càpite plexi sunt. (*b*) Tùrribus in Sardìnia sancti Crescentiàni màrtyris. (*c*) Apud Comànos in Ponto sancti Hèrmiæ mìlitis, qui sub Antonìno Imperatòre ab innùmeris & sævìssimis tormèntis ope divìna liberàtus, carnìficem ad Christum convèrtit, & ejùsdem martyrii corònæ partìcipem fecit, quam tamen ipse primus glàdio obtruncàtus accèpit. (*d*) Verònæ sancti Lupicini Epìscopi. (*e*) Romæ sancti Paschàsii diàconi & confessòris, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*f*)

(a) *Baron. an. 69. n. 32. & 33. Usuard. Ado, Vuandelbert. & alii.* (b) *Baron. an. 303. n. 123. Alia apud S. Ambrosium, Petr. in Catal. lib. 5. c. 70. Mombrit. t. 1. Ferrar. Catal. SS. Italiæ, Notker. Bellin. & alii.* (c) *Baron. in not. Fara de reb. Sardois, Vital. Addit. ad Annal. Sardin. an. 139. Usuard. & Ado.* (d) *Baron. an. 175. n. 7. item Græci in Menolog.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Veronen. & Cardinal. Valer. in commentar. de antiq. monument. Eccles. Veronen. pag. 9. & 39.* (f) *Baron. an. 496. n. 50. & sequ. & an. 498. n. 6. & sequ. S. Gregor. Papa lib. 4. Dialogor. c. 40. & 41. Chiesius in Catal. Canonicor. aliique.*

Disputatio de quæstionibus ad fidem minimè spectantibus rectè quidem si finem veritatis assequatur. S. Ephrem. apud Petav. Prologom. c. 7. n. 2.

(a) *Roma Petronillæ Virginis, filia B. Petri.* Martyrolog. Epternacen. *Antiochiæ Paulini, Isici, & Petronilla.* Martyrolog. Hironymian. Lucen. *In Aquileia S. Petronilla.* Martyrol. Corbejen. *Roma S. Petronilla, Alexandri.* Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ: *Roma via Aurelia Petronilla, Processi, Martiniani.* De Processo, & Martiniano ad 2. Julii Roman. Martyrol. De Petronilla Antiochiæ, & Aquilejæ; aut aliæ, aut perperàm ibi productæ; Omnia Martyrologia Petronillam Virginem Romæ hac die venerantur.

(b) *Aquileja Cantii, Cantiani, & Cantianillæ fratrum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Corbejen. *In Aquileja Canti, Cantiani, Proti, Grisogoni, & Cantianella.* Martyrol. Epternacen. *Cantinelia*, & silet *Canti*. Corruptè *Cantinella*, pro Cantianellæ, aut Cantianillæ. De Peregrinis: *Apud Urbem Aquilejam Cancii, Canciani, & Cancianilla fratrum, &c.*

(c) *Turribus Sardinia Crescentiani.* Apographa Martyrolog. S. Hieronymi: *Crescentiani.* Bellinus auctus Paris. ann. 1521. *Crestianus.*

Si quæstiones ad fidem minimè spectantes à fine veritatis excidant, non in exitium animæ vergitur. Ibidem.

ſtianus. Alii Codices conſtanter: *Creſcentiani*. Martyrolog. Corbejen. *In Turribus Sardiniæ Creſcentiani, Memmii*. Vital. Addit. ad Annal. Sardin. *Criſpulus, Creſcentianus, & Sabinius, ſub Nerone coronam acceperunt*. Baron. in not. ad oram marginalem: *Sub Adriano*. Adſtipulaturque Serpia. Monumenta Sard. conſulenda.

(d) *Hermiæ militis ſub Antonino Imperatore*. Aliis: *Hermæi*. Cardinal. Baron. ad an. 175. n. 7. hunc Martyrem refert; at eo anno decimus tertius M. Aurel. Jmper. currebat, demortuo Antonino anno 163. ut idem Baron. ad eum annum n. 1.

(f) *Romæ Paſchaſii Diaconi*. Hagiologium Luſitanum Cardoſi alium Paſchaſium Diaconum S. Martini Dumienſis, hac ipſa die exhibet.

Diſceptatio Hiſtorico-Chronologica.

(a) *Romæ S. Petronillæ Virginis, filiæ B. Petri Apoſtoli, quæ Flacci nobilis viri conjugium ſpernens*.

Ex hac lectione venit in mentem ambigere, an hæc Sancta, quæ Flacci nobilis viri conjugium ſprevit, ſit illa Petronilla filia B. Petri Apoſtoli ex uxore, ut Romanum Martyrologium; quùm Petri filia ante ejus Apoſtolatum nata fuerit, teſtibus Tertulliano, & S. Hieronymo in Chronic. an. 69. n. 22. proindè jam provectioris ætatis, & non tunc cenſenda ita excellentis venuſtatis, ut ea homines deperirent, & à Flacco Comite pulchritudinis cauſa in conjugium expeteretur.

Extat tamen Marcelli Presbyteri Epiſtola, tradens, hanc Petronillam fuiſſe Petri filiam, qui in Sepulchrali lapide ſcripſit: *A. Petronillæ. F. Dulciſſimæ*. Ex quibus verbis videtur hæc Petronilla adeò formoſa, ut à Flacco Comite ardentiſſimè dilecta fuerit.

Nihilominùs huic Epiſtolæ nonnihil fidei minuitur ex Actis S. Feliculæ collactaneæ, & Nicomedis Presbyteri, utriſq; paulò poſt Petronillæ mortem, ſub Domitiano Martyrio affectis, ut Uſuardus; Quod tempus improbabile reddit, Petri filiam ita venuſtam, ut tunc temporis ſexagenaria à Flacco Comite pulchritudinis cauſa in uxorem peteretur.

Nec videtur quomodò poſt Petri obitum, in ejus ſepulchrali inſcriptione ipsemet Petrus ea verba ſcribere potuiſſet: *A. Petronillæ. F. Dulciſſimæ*; quæ verba ad aliam modò Petronillam liquent directa: quamobrem neque in Apographis Martyrologii S. Hieronymi, neque in Mss. Richenovien. Reginæ Sueciæ, Altempſiano Romano, duplici Vaticano, duplici Caſſinenſi, neque in Beda gemino, Petronilla dicitur Filia S. Petri; & Ms. Monaſterii S. Cyriaci, ſepè à Baron. accitum in notis ad 22. Maji: *Romæ S. Petronillæ Virginis, quam cùm quidam Romanorum in conjugium accipere vellet, ipſa acceptis triduis induciis, orando impollutum Domino reddidit ſpiritum*.

Florentinius vir eruditus obtrudit, hanc Petronillam dici Petri filiam, non naturà, ſed ſpirituali adoptione, ob præcipuam in Principem ipſum Apoſtolorum devotionem, quam Petronilla habuit; aut ob aliquam ad ejus ſepulchrum, vel Oratorium jugem venerationem præſtitam; quemadmodum S. Marcus fuit dictus S. Petri filius, & Pelagia filia Thomæ Apoſtoli.

Aſt utique eſſet hoc pacto hæc Petronilla Petri filia vocanda, ſi aliundè idemet Petrus filiam non habuiſſet, ex quo non ambigeretur, uti ambigitur, quin fuerit filia Petri naturà; undè apud omnes intelligeretur adoptione tantùm, ut in exemplis adductis.

Hìnc ut expungatur omnis dubietas, & ſaniori judicio præſtantiores adjudicaverint, ſecurius erit, ut cum Rabano, & Notkero proferatur: *Romæ nativitas S. Petronillæ*; Cæteris omiſſis; aut *Filiæ Beati Petri Apoſtoli*, ſubducto: *Romæ S. Petronillæ Virginis, quæ Flacci nobilis viri conjugium ſpernens, &c.*

JUNIUS

xxvij. E Kalendis Junii. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	*F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

(a) *Juventii Martyr.* Die 11. Septembr. Salazar. Martyrol. Hispan.

(b) *Pamphili.* Die 5. Novembr. Græci in Menologio Sirleti. Die 16. Februar. in Meneis, & in Antolog. Metaphrast. Galesin. & Canis.

(c) *Reveriani Episc. & Soc.* Martyres anno 273. Baron. eo ann. n. 10. Ann. 272. Baert. & Janning. Anno 266. Florar. Ms.

ROmæ sancti Juvèntii màrtyris. (*a*) Cæsarèæ in Palæstìna beàti Pamphili presbyteri, viri admirandæ sanctitàtis & doctrìnæ, atque in pàuperes munìfici, qui ob Christi fidem in persecutiòne Galèrii Maximiàni, primò sub Urbàno Præside cruciàtus, & in càrcerem trusus, deinde sub Firmiliàno iterùm revocàtus ad pœnas, unà cum àliis martyrium consummàvit. Passi sunt ètiam tunc Valens diàconus & Paulus, aliìque novem, quorum memòria àliis dièbus celebràtur. (*b*) Augustodùni sanctòrum Reveriàni Epìscopi, & Pauli presbyteri, cum àliis decem, qui sub Aureliàno Prìncipe martyrio coronàti sunt. (*c*) In Cappadòcia sancti Thespèsii màrtyris, qui sub Alexàndro Imperatòre & Simplicio Præfècto, post àlia tormènta decollàtus est. (*d*) In Ægypto sanctòrum màrtyrum Ischyriònis ductòris milit um, & aliòrum quinque militum, qui sub Diocletiàno Imperatòre pro fide Christi divèrso mortis gènere perèmpti sunt. (*e*) Item sancti Firmi màrtyris, qui in persecutiòne Maximiàni acerbìssimis plagis affèctus, lapìdibus percùssus, ac demum càpite cæsus est. (*f*) Perùsiæ sanctòrum màrtyrum Felini & Gratiniàni militum, qui sub Dècio vàriis tormèntis cruciàti, martyrii palmam gloriòsa morte percepèrunt. (*g*) Bonòniæ sancti Pròculi màrtyris, qui sub Maximiàno Imperatòre passus est. (*h*) Amèriæ sancti Secùndi màrtyris, qui sub Diocletiàno in Tìberim projèctus, martyrium consummàvit. (*i*) Apud Tiphèrnum in Umbria sancti Crescentiàni mìlitis Romàni, sub eòdem Imperatòre martyrio coronàti. (*k*) In Umbria sancti Fortunàti presbyteri, virtùtibus & miràculis clari. (*l*) In monastèrio Lirinènsi sancti Capràsii abbàtis. (*m*) Trèviris sancti Simeònis mònachi, qui à Benedicto Papa Nono in Sanctòrum nùmerum relàtus est. (*n*)

(g) *Felini, & Soc.* Martyres sub Decio ann. 254. Baron. eo an. n. 29. Nisi an. 251. sub Decio. Pagi to. 1. ad eum ann. n. 29. & 30.

(m) *Caprasii.* Circ. 390. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 430. Baert. & Janning.

(n) *Simeonis Monachi.* Obiit an. 1037. Baron. eo anno n. 3. Ann. 1015. Sigebert. Chronic. Ann. 1034. Pagi t. 3. ad an. 1037. n. 3.

(a) *Baron. in not. & Molan. hac die.* (b) *Baron. an. 306. n. 3. & 4. & an. 308. n. 2. & sequ. S. Hieronym. ad Marcellam epist. 191. de Script. Eccles. epist. 65. ad Pammachium contra Rufin. & Epist. 83. ad Magnum, Euseb. hist. lib. 8. c. 17. & Sur. t. 3. prior. edit.* (c) *Baron. an. 273. n. 10. Petr. in Catal. lib. 5. c. 73. Usuard. & alii.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. an. 310. n. 23.* (f) *Baron. in not. Galesin. & alii.* (g) *Baron. an. 254. n. 29. Ferrar. in utroque Catalogo, Baert. & Janning. Acta.* (h) *Baron. an. 303. n. 122. Sur. t. 7. prior. edit. Ferrar. in Catal. SS. Italiæ, & Tabul. Eccles. Bononien.* (i) *Baron. an. 303. n. 121. & Tabula Eccles. Amerina.* (k) *Baron. an. 303. n. 121. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.* (l) *Baron. in not. & Acta penès Baert. & Janning.* (m) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. Trithem. lib. 3. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. c. 179. & Petr. in Catal. lib. 11 c. 162.* (n) *Baron. an. 1037. n. 3. Sur. t. 3. Sigebert. in Chronic. ad an. 1015. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 238. Vuio, Dorgan Menard. Bucellin. aliique Scriptor. Benedictini.*

Si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit versutias sermonum & dissolutiones argumentorum. Sap. 8.

(a) *Roma Juventii*. Galesin. ex vet. Mss. pro Juventii, *Viventii*, *Vincentii*. Greven. Auctar. ad Usuard. & Martyrologia Coloniæ, & Lubecæ an 1490. cusa: item nonnulla Mss. Usuard. Belgicar. Ecclesiar. *Viventii*. Florar. Ms. *Vincentii*. Acta penes Baert. & Janning. ferunt: *Hunc Sanctum fuisse sectum per medium serra lignea*. Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. *Roma Joventi, Cirici, & Superanti, Heraclia*. Martyrol. Corbejen. *Roma Juvenci, Cyriaci, Nicomedis Martyris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *Romæ Joventi, Cyriaci, Exuperanti, Eracliæ*. Ms. Barberinian. Roman. *In Africa Crispini, Joventi, Cyriaci*. Alius hic Joventus, sivè Joventius, aut Juventius videtur.

(b) *Cæsarea in Palæstina Pamphili, Valentis Diaconi, Pauli Presbyteri, & aliorum novem*. Die sequenti Martyrologii S. Hieronym. Apographa, nempe Antuerpien. *In Civitate Cesar. Thamati, Honorati, Saleuci, Porfiri, Pasili, Estivi, Rogate*. Martyrolog. Corbejen. *In Civitate Cæsaria Thamati, Honorati, Seleuci, Porfiri, Phamfili, Palestini, Rogata*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *In Civitate Cæsarea Thomati, Honoraci, Seleuci, Porfiri, Paphili*. Martyrol. de Peregrin. hac die: *Apud Cæsaream Palæstinæ sub persecutione Maximiani beati Pamphili Presbyteri & Martyris, cujus vitam Eusebius Cæsariensis Episcopus tribus libris comprehendit*. Acta quidem apud Baert. & Janningum de Pamphilo tantùm agunt hac die. Græci ad 16. Febr. in Meneis: *Cæsarea in Palæstina S. Pamphili Presbyteri, Valentis Diaconi, Pauli, Eliæ & Jeremiæ*.

(c) *Augustoduni Reveriani Episcopi, & Pauli Presbyteri cum aliis decem, sub Aureliano Principe*. De Peregrin. *Reverentiani*. Florar. Ms. *Sub Valeriano Principe coronati sunt anno salutis 266. persecutionis verò anno 8*. Verùm cum Actis penès Baertium, & Janningum non cohærent. Petrus de Natal. *Reverianus Episcopus, & Paulus Diaconus, &c*. Ms Tornacen. *Roma Reveriani Martyris*.

(e) *Ischyrionis, & Soc*. Cardinal. Baron. in not. *De iisdem apud Græcos*. At in Græcor. Menologio Cardinal. Sirleti à Baron. in notis accito nullus comparet *Ischyrion*. Fasta Græca consulenda.

(f) *Item S. Firmi Martyris*. Galesin. *In Gracia item S. Firmi . . . . . Martyris, qui &c*. Chronicon Flavii Dexteri apud Bivarium adjudicat Martyrii agonem: *Mellana Urbi Hispania Betica*; & quòd, *Corpus decursu temporis Romam delatum, prima die Julii maximè colitur*. Carus: *prima die Januarii*. Quæ fides huic assertioni adhibenda, saltem quòd Corpus Romam delatum, Romani indicabunt, an fictitiè adjectum.

(g) *Perusia Feimi, & Gratiniani militum*. Bellinus, Molanus, & de Peregrinis sine loci nota: *Item Sancti Viridiani Martyris*; an idem ac *Gratinianus*, addubitandum. Ferrar. tamen hac ipsa die: *In Gallia Sancti Viridiani Presbyteri, & Martyris*. Ex quo videtur alius à *Gratiniano*.

Nihil sciens circa quæstiones, & pugnas verborum, non acquiescit sanis sermonibus 1. ad Timoth. 6.

(k) *Apud Tiphernum in Umbria Crescentiani Militis Romani*. Tifernum Metaurense: *S. Angelo in Vado*. Urbs olim Umbriæ ad Metaurum amnem profluentem, inter Tifernum Tiberinum, & Urbinum Metropolim. Jacobillus de SS. Umbriæ hac die. *SS. Crescentiani, Justini, & aliorum Martyrum*. Apud Urbinates, penès quos *Crescentiani* corpus fuit depositum. *Crescentinus* vocatur. Ferrarius quidem Catal. SS. Italiæ: *Sancto Crescentino Martyre Tiferni Patrono Urbinate*; allegat Monumenta Ecclesiæ, Collecta ad missam, & Divin. Officium: *SS. Crescentiani, Justini, Griccimiani, Curiani, Caphiti, Exuperantii, Benedicti, Eutropii, atque Fortunati*. Urbinum urbs Umbriæ in finibus Senonum in Marchia Anconitana in Monte; Urbs ampla, nobilis, & elegans, Ducatus Urbinatis caput, & Metropolis, apud Metaurum flumen præterfluentem, sub ditione Pontificia.

Disceptatio Chronologica.

(h) *Bononiæ S. Proculi Martyris, sub Maximiano Imperatore*.

Acta apud Sur. t. 7. prior editionis referunt hunc Martyrem temporibus Theodorici Arianorum Regis vitam pro Christo protulisse, zelo fidei in Arianum Præfectum Catholicis infestissimum, qui eum insiliens occidisset.

Eminentissimus Baronius in notis: *Hæc omnia redduntur irrita ex his, quæ scribit S. Paulinus Nolanus Episcopus, qui longè præcessit tempora Theodorici Regis: agensque in Natali nono Sancti Felicis de nonnullis Italiæ Martyribus, ac de his etiam, qui Bononiæ in persecutione Diocletiani, & Maximiani passi sunt, hos scribit versus:*

Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia condit;
Quos jurata fides pietatis in arma vocavit.

Ex quo Cardinal. Paleottus Archiepiscopus Bononiæ pristinas ejus Ecclesiæ Tabulas emendavit.

Ast non officit, quin hic Sanctus *Proculus* sit alius; ex prælaudatis versibus elicitur: ille enim *Proculus*, de quo Paulinus, jungitur cum Vitale, & Agricola, de quibus ad 4. Novembris; hic, de quo hac die, sine sociis colitur. Quemadmodum alius Proculus hac ipsa die in Tessalonica cum plurimis Sociis in Apographo Epternacen. seù Antuerpien. S. Hieronymi apud Florentinium; & alius Episcopus & Martyr Interamnensis hac eadem die in Catal. SS. Italiæ penès Ferrar. & in Mss. altero Monaster. Cassinens. & altero Roman. Bibliothec. Alptempsianæ, ac die 1. Januar. Galesin. *Interamnæ S. Proculi Episcopi, & Martyris*.

Baronius in prælibatis notis: *De natali die S. Proculi solemniter celebrari solito scribit*

jus S. Gregor. lib. 1. Dialogor. c. 9. in Bonifacio circa medium: De illo etenim, & non alio, ut de Martyre celeberrimo notissimo, ibi ago persuademur.

Nihilominùs hoc erit divinare: adhuc hic alius Proculus fuit Martyr. Quinimmò Maurolycus: *Narniæ, sivè Bononiæ S. Proculi Episcopi, & Martyris, sub Totila Rege Gothorum.* Et aliunde de S. Proculo unà cum Vitale, & Agricola ad 4. Novembris agitur.

Viso modò, quòd Acta apud Surium ferunt, hunc Martyrem sub Theodorico Rege Ariano, & Maurolyc. panditat Proculum Episcopum & Martyrem sub Totila Rege Gotho: item ambigitur quot sint Proculi; hinc solers erit Romani Martyrolog. lectio, si majori sapientia præditi annuerint, ut tantùm proferat: *Bononiæ S. Proculi Martyris.*

xxvj. F Quarto Nonas Junii. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

Romæ natàlis sanctòrum màrtyrum Marcellini presbyteri, & Petri exorcìstæ, qui multos in càrcere ad fidem erudièntes, sub Diocletiàno post dira vìncula & plùrima tormènta à Serèno Jùdice decollàti sunt in loco, qui dicebàtur Silva Nigra, quæ pòsteà in honòrem sanctòrum commutàto nòmine Silva Càndida appellàta est. Horum còrpora in crypta juxta sanctum Tibùrtium sepùlta sunt, eorùmque sepùlchrum sanctus Dàmasus Papa vèrsibus pòsteà exornàvit. (*a*) In Campània sancti Eràsmi Epìscopi & màrtyris, qui sub Diocletiàno Augusto primùm plumbàtis cæsus, deìnde fùstibus gràviter mactàtus, post resìna, sùlphure, plumbo, pyce, cera, oleòque perfùsus, illæsus appàruit: deìnde Fòrmiis sub Maximiàno divèrsis atque immanìssimis supplìciis ìterùm cruciàtus, sed ad confirmàndum cèteros à Deo servàtus: tandem vocànte Dòmino, martyrio clarus, sancto fine quièvit: cujus corpus Cajètam pòsteà translatum est. (*b*) Lugdùni sanctòrum màrtyrum Photini Epìscopi, Sancti Diàconi, Vètii, Epàgathi, Matùri, Pòntici, Bìblidis, Attali, Alexàndri & Blandìnæ, cum àliis multis, quorum fòrtia & iteràta certàmina tèmpore Marci Aurèli Antonìni, & Lùcii Veri, Ecclèsiæ Lugdunènsis epìstola ad Ecclèsias Asiæ, & Phrygiæ scripta recènset. In his sancta Blandìna sexu infirmior, còrpore imbecìllior, conditiòne dejèctior, diuturniòra & acerbiòra certàmina sùbiens, & fortis adhuc pèrmanens, glàdio jugulàta, cèteros secùta est, quos hortabàtur ad palmam. (*c*) Romæ sancti Eugènii Papæ & confessòris. (*d*)

(a) *Marcellini, & Petri.* Die 28. Augusti Ado. Die 26. April. Luitprand.

(b) *Erasmi Episc.* Die præced. Ms. Cassinen.

(c) *Photini Episc. & Soc.* Martyres ann. 179. Baron. eo an. n. 5. & sequ. An. 177. Baert. & Janning.

(d) *Eugenii Papæ.* Obiit an. 655. nu. 1. & sequ. Ann. 657. Baert. & Janning. An. 656. Pagi t. 3. ad an. 655. n. 2.

(a) *Baron. an. 302. n. 105. An. 286. n. 8. & an. 827. n. 5. & sequ. S. Gregor. homil. 6. in Evangel. & in Registro lib. 4. c. 88. Marian. Scot. in Chron. ad an. 828. Sigebert. in Chron. ad an. 826. Molan. Indic. SS. Belgii, Aimon. de gest. Franc. lib. 4. c. 115. Sur. t. 3. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 74.* (b) *Baron. an. 303. n. 119. S. Gregor. in Registro lib. 1. Epist. 8. & 23. Petr. Diaconus de vir. illustr. Monaster. Cassinen. c. 46. & Membrit. t. 1. Vit. SS.* (c) *Baron. an. 179. n. 5. & sequ. Euseb. hist. lib. 5. c. 2. & 3. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. cap. 49. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 654. n. 7. & an. 655. n. 1. Acta Baert. & Janning.*

(a) *Romæ Marcellini Presbyteri, & Petri Exorcistæ.* Martyrolog. Epternacen. & Corbejen. *Romæ Petri Exorcistæ, & Marcellini Presbyteri, Thomati, Rogati, cum aliis xlii.* Martyrol Hieronymian. Lucen. *iv. Nonas Junii Marcellini Presbyteri, & Petri Exorcistæ, Thomoci.* Martytol. Blumanii præsignat: *Romæ.* Ms. Treviren. S. Martini: *Romæ Marcelli Episcopi cum aliis quadraginta.* Amanuensis vitium *Marcelli.* Alii Codices: *Marcellini.*

(b) *In Campania Erasmi Episcopi, & Martyris.* Campania Italiæ Regio inter Latium, & Picentes, ac inter Samnium, & Mare Tyrrhenum contenta, à Latio novo Liri fluvio, à Picentibus Sarno amne divisa. *Terra di Lavoro*, vulgo. Martyrol. Corbejen. *In Campania Herasmi.* Martyrol. Antuerpien. *In Campania Erasmi Episcopi.* Martyrol. Hieronymianum Lucen. *In Campania Erasmi Martyris, Rogati, cum aliis xlii. Secundi, Maximi, Martiniani.* Rabanus asserit, hunc Erasmum Episcopum, fuisse anteà in Libano Eremitam. Baronius multa de hoc Sancto in notis ex ejus Actis cumulat, & suadet: *Hujus Acta reperimus in nonnullis veter. Mss. habemusque eadem charactere Longobardo conscripta.* Ferrar. Catal. SS.Italiç admonet, Acta Erasmi Episcopi Antiocheni in Campania repositi, cum ijs Formiani confusa fuisse.

(c) *Lugduni Photini Episcopi, Sancti Diaconi, Vetii, Epagathi, & Soc.* Martyrol. Corbejen. *Lugduno Galliæ quadraginta, & sex Martyrum.* Quos omnes nominat, inter quos *Potinus*, seù *Photinus*. Martyrol. Hieronym.Lucen.& Epternacen. *Lugduno Galliæ xlviii. Martyrum, hoc est Potini Episcopi* (seu *Photini*) *Zacharia Presbyteri.* Et reliqui nominatim. Martyrol. Bluman. seù Veisseburgense *Lugduno Galliæ xlvii. Martyrum*: nil aliud Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ apud Holsten. ut Romanum. Mss. Augustan. Labbeanum, & Cellonen. S. Galli: *Photinus, & quadraginta octo Martyres.* Usuard. *Potinus Episcopus, Zacharia Presbyter, Sanctus Diaconus, Epagathus, Maturus, Attalus, Albana, Grata, cum aliis quadraginta.*

In his Sancta Blandina cum aliis multis. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. & Beda genuin. *Blandina cum aliis xlvii.* De Peregrinis: *Lugduni Sanctæ Blandinæ cum quadraginta septem Martyribus, temporibus Marci Aurelii, & Antonini Veri, atque Lucii filiorum ejus.* Maurolyc. *Blandina cum xlvii. Martyribus.* Nulla memoria de Photino. *Vetii, Epaghati*: ut duo in Martyrologio Romano; sed unus, ex Epistol. Ecclesf. Lugdunen. ab Eusebio lib. 1. cap. 1. relata.

xxvxxiv. G Tertio Nonas Junnii. Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

(a) *Pergentini, & Laurentini.* Martyres an.254. sub Decio Baron. eo an.n.29. Anno 251. Decius interemptus Pagi t.1.eo an.n.29. & 30 Item Bolland. ad 10. Februar.

(g) *Davini Confes.* Obiit an 1050. Baron eo an. n. 17. Anno 1051. Baertius & Jannig.

(h) *Crotildis Reginæ.* Obiit an 553. Baron. eo an.n.257. Ann. 640. Baert. & Janning. Anno 545. Pagi to. 2. ad ann. 553.nu. 31. Die 1. Septembr. Greven. & Canis.

ARètii in Tùscia sanctòrum màrtyrum Pergentìni & Laurentìni fratrum, qui in persecutiòne Dècii, sub Tibùrtio Præside, cùm essent pùeri, post dira supplicia toleràta, & magna miràcula ostènsa, glàdio cæsi sunt. (*a*) Constantinòpoli sanctòrum màrtyrum Lucilliàni, & quàtuor pueròrum, Clàudii, Hypàtii, Pauli, & Dionysii: cum quibus Lucilliànus, ex sacerdòte idolòrum Christiànus factus, post varia tormènta in fornàcem injèctus est; sed flamma imbre extincta, omnes illæsi evasèrunt: dènique ipse cruci affixus, pùeri autem glàdio obtruncàti, sub Silvano Præside consummàti sunt. (*b*) Ibìdem sanctæ Paulæ virginis & màrtyris, quæ cùm prædictòrum Màrtyrum sànguinem collìgeret, comprehènsa, virgis cæsa, & in ignem conjècta, sed liberàta, demum & ipsa eòdem loco, ubi sanctus Lucilliànus crucifixus fùerat, decollàta est. (*c*) Còrdubæ in Hispània beàti Isaac mònachi, qui pro fide Christi glàdio necàtus est. (*d*) Carthàgine sancti Cæcìlii presbyteri, qui sanctum Cypriànum ad Christi fidem perdùxit. (*e*) In territòrio Aurelianèsi sancti Liphàrdi presbyteri & confessòris.

(*f*) Lu-

(*f*) Lucæ in Tùſcia ſancti Davini confeſsòris. (*g*) Pariſiis ſanctæ Crotildis Regìnæ, cujus prècibus vir ejus Clodovèus Rex fidem Chriſti ſuſcèpit. (*h*) Anàgniæ ſanctæ Olivæ vìrginis. (*i*)

(a) *Baron. an.* 254. *n.* 29. *Sur. t.* 3. *prior. edit. Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 80. *Beda, Uſuard., Ado, ac recentiores.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. Baert. & Janning. Acta.* (c) *Baron. in not. Græci itidem in Menologio, & Acta citat.* (d) *Baron. an.* 851. *n.* 4. *S. Eulog. lib.* 2. *memor. Sanctor. c.* 2. *Marietta lib.* 3. *hiſt. Eccl. de SS. Hiſpan. c.* 10. *Moral. lib.* 14. *Chronic. Hiſpan. c.* 7. *& Roa de SS. Cordubenſib. fol.* 87. (e) *Baron. an.* 211. *n.* 2. *& an.* 250. *n.* 6. *&* 10. *S. Hieronym. de Scriptorib. Eccleſ. in Cypriano, & Pontius Diacon. in vit. S. Cypriani.* (f) *Baron. in not. Sur. t.* 3. *prior. edit. Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 58. *& Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib.* 3. *c.* 164. (g) *Baron. an.* 1050. *n.* 17. *Baert. & Janning. Acta.* (h) *Baron. an.* 553. *n.* 257. *Sigebert. in Chronic. ad an.* 553. *&* 554. *Mabillon. in Act. SS. Ordin. S. Benedict. Tepes t.* 1. *Chronic. Benedict. Vuio, Dorchar. Menard. & Bucelin.* (i) *Baron. in not. & Brautius Epiſcopus Sarzana.*

Sapientiam omnium antiquorum exquirit ſapiens. Eccleſiaſtic. 39.

(a) *Aretii in Tuſcia Pergentini, & Laurentini fratrum.* Aliis: *Arretium.* Urbs antiquiſſima Hetruriæ, & una ex primis antiquioribus Hetruſcorum Coloniis haud longè à Glanæ fluvio. Martyrol. Corbejen. *Laurentii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Laurenti*, ſine Pergentino. Martyrolog. Antuerpien. & Bluman. *Apud Aretium Tuſcæ Laurenti, & aliorum cccc.* Vitium *Aretium*, pro Aretio. Ms. Divionen. *Aretio Tuſcia SS. Martyrum Pergentini, & Laurentini.* Silet *fratrum.* Notker. *Apud Aritium Civitatem Tuſciæ Pergentini, & Laurentini fratrum .... & aliorum plurimorum quadragintorum.* Raban. *In Tuſcia Laurentii, & aliorum quadringentorum.* Bellinus, & alii pro Pergentini, *Valentini.* Galeſin. hos reiicit. Acta penes Petrum de Natal. ferunt, Pergentinum, & Laurentinum Martyres, ac ducentos ſemivivos à Paganorum furore relictos.

(d) *Corduba Iſaac Monachi* Morales: *Iſaaci.* Corduba *Cordova* urbs antiqua Hiſpaniæ Bæticæ ad citeriorem Bætis ripam, media inter Hiſpalem, & Granatam, Urbes Bæticæ primarias; Avicenna, Averroe, Seneca, & Lucano Poeta ipſius Senecæ Nepote, & aliis doctiſſimis viris clara: *Iſaac.* Uſuard. *Civitate Corduba Beatus Iſaac Monachus, qui cùm eſſet annorum viginti, & ſeptem, pro fide Chriſti gladio necatus eſt.* Maurolyc. hac die alium exhibet Iſaac Abbatem Spoleti.

(e) *Carthagine Cæcilii Presbyteri.* Mabillon. t. 3. veter. Analect. edit. an. 1682. ad 14. Maii ex antiquo Kalendario Eccleſ. Carthaginenſ. 11. *Idus Majus Felicis, Cæcilii, & Comitum.* An hic Cæcilius ſit ille Cæcilius Presbyter Cypriani inſtructor, de quo Romanum Martyrologium, ambiguum.

In antiquis eſt ſapientia. Job. 12.

Cardinal. Baronius in not. *Ab eo S. Cyprianus Cæcilii cognomentum accepit, ut teſtatur S. Hieronymus de Script. Eccleſiaſt.* Pamel. tamen in vit. S. Cyprian. ex ipſius ſcriptis collecta: *Catechiſtam habuit, qui & illum ad agnitionem veræ fidei traduxit Cæcilium Presbyterum, à quo & Cæcilii prænomen ſortitus eſt, cujus ipſe quoque meminit Cyprianus ad Florentinum Epiſtola* (eſt hæc Epiſtol. lxix.) *in qua ſe Cæcilium Cyprianum Epiſcopum Chriſtianorum appellat.*

(f) *Liphardi Presbyteri.* Rabanus: *Leofardi.* Notker. *Leifardi.* Uſuard. *Liſardi.* Sauſſayus: *Liephardi.* Martyrologia Antuerpien. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Aureliani Civitate depoſitio Leifardi Presbyteri.* Martyrolog. Corbejen. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holſtenium, & Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Aurelianenſi vico Maiduno* (ſeu Magduno) *Depoſitio S. Liſardi* (aut Liphardi) *Epiſcopi, & Confeſſoris.*

(h) *Crotildis.* Vvio: *Chlotildis.* Greven. & Caniſ. *Rhotildis.*

xxiij. A Pridie Nonas Junii. Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
A B C D E F F G H M N P
27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

Romæ ſanctòrum màrtyrum Arètii & Daciàni. (*a*) Sìſciæ in Illyrico ſancti Quìrini Epìſcopi, qui ſub Galèrio Præſide pro fide Chriſti

(ut

(b) *Quirini Episc.* Martyr an. 303. Baron. eo an. nu. 27. An. 309. Pagi t. 1. ad ann. 303. nu 6. Anno 310. Euseb. edit. Scaliger. Die præceden. Ms. Treviren. S. Martini.

[ut Prudèntius scribit] molàri saxo ad collum ligàto, in flumen præcipitàtus est; sed làpide supernatante, cùm circumstàntes Christiànos, ne ejus terrerèntur supplicio, neve titubàrent in fide, diu fuisset hortàtus, ipse ut martyrii glòriam assequerètur, prècibus à Deo ut mergerètur, obtìnuit. (*b*) Brìxiæ sancti Clatèi Epìscopi & màrtyris sub Neròne Imperatòre. (*c*) In Pannònia sanctòrum màrtyrum Rùtili & sociòrum. (*d*) Attrebàti sanctæ Saturnìnæ Vìrginis & martyris. (*e*) Tìbure sancti Quirìni martyris. (*f*) Constantinòpoli sancti Metròphanis Epìscopi & confessòris insìgnis. (*g*) Milèvi in Numìdia sancti Optàti Epìscopi, doctrìna & sanctitàte conspìcui. (*h*) Veronæ sancti Alexàndri Epìscopi. (*i*)

(f) *Quirini Martyris*. Die sequent. Ferrar. Catal. SS. Italiæ.

(g) *Metrophanis*. Die 3. Maii Florentinius, & Hollstenius.

(a) *Baron. in not. S. Gregor. lib. 3. Epist. 3. Tamayus, Cardosus, aliique.* (b) *Baron. an. 308. n. 27. Mombrit. t. 2. Inchofert. t. 1. Annal. Eccles. Ungar. ad an. 302. in Chronic. prævio, Usuard. & Ado.* (c) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.* (d) *Baron. in not. Addit. ad Usuard. prior. edit. Notker. Greven. & alii.* (e) *Baron. in not. Chronic. Cameracen. & Attrebaten. Secul. 12. lib. 2. c. 12. & Molan. Indicul. SS. Belgii cusum an. 1583. lib. 2. c. 12.* (f) *Baron. in not. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ die sequ.* (g) *Baron. an. 314. n. 94. & an. 439. n. 3. Græci in Menolog. Nicephor. hist. lib. 8. c. 6. Nicephor. Episcop. Constantinopolit. in Chronic. & Lippoman. t. 6.* (h) *Baron. an. 306. n. 28. & an. 378. n. 14. S. Hieronym lib. de Script. Eccles. & Petr. in Catal. lib. 7. c. ult.* (i) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. libello de Sede Veronen.*

Ut audiat sapientiam auris tua, inclina ad cognoscendam eam. Prov. 2.

(a) *Romæ Aretii, & Daciani*. Aliis pro Aretii: *Arecii, Areci, Aregii*: & pro Daciani: *Datiani*. Martyrolog. de Peregrin. *Dacioni*. Martyrologia S. Hieronymi, Antuerpien. Corbejen. & Lucen. *Romæ Pieti, Arecii, & Daciani*. Martyrol. Bluman. pro Pieti, *Picti*. Mss. Cellonen. S. Galli, Parisien. Labbei, & Augustanen. *Pictus, & Dacianus Martyres Romæ*. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ: *Romæ via Appia Recti, Arethii, & Daciani*. Ms. Casinen. *Romæ via Appia Pieti, Arecii, Daciani*. Mss. Tornacen. & Lætien. *Romæ in Cœmeterio ad Catacumbas via Appia*. Ms. Vatican. S. Petri: *Quarto milliario ab Urbe*. S. Gregor. Papa: *Secundo milliario ab Urbe*. Ms. Patrician. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apost. *Romæ SS. Pichi, Arecii, & Daciani*. Maurolyc. *Plauti, Anetii, & Daciani*. Galesin. *Arecii, Daciani, Camarii*, & admonet *Arecii* scribendum. Tamayus, Cardosus, aliique Hispani Scriptores: *Emerita Daciani*. An rectè, Baertius, & Janningus negant, ipsi consulendi.

(b) *Siscia in Illyrico Quirini Episcopi*. Siscia *Siffech*; & Sclavonicè *Sictis*. Urbs olim antiqua Pannoniæ Superioris, ad Colapis cum Sao confluentiam contra Sisopam nunc Zagabriam, Segestica Insula intercedente. Ms. Treviren. die præcedenti: *Cyrini*. Apographa Hieronymian. Lucen. Bluman. & Corbejen. *In Saba Civitate Pannonia Quirini*. Ms. Reginæ Sueciæ: *Siscia in Pannonia Quirini*. De Paregrin. *Apud Illyricum Civitate Issia Quirini Episcopi*. Notker, *Episcopi Fisciani*. Euseb. in Chronic. *Episcopi Sectiani*. Ortel. *Episcopi Sciffiani*.

Cardinal. Baron. in not. animadvertit, corpus fuisse Romam translatum, & ad Sancti Sebastiani Catacumbas repositum. Holstenius suadet, Brovverum de antiquitat. Fuldensib. lib. 3. pagin. 239. in vit. Rabbani Abbatis referre, Ossa S. Quirini Sisciensis. Romæ allata, in Fuldensi Monasterio ab eodem Rabano recondita, ut ibidem ipsius versus testantur; & quòd habetur pag. 240. compendium Actorum ejus.

(c) *Brixia Clatei Episcopi*. Galesin. *Mediolani S. Clatei Episcopi, & Martyris. Hic Brixia Episcopus Secundus, Anolini Judicis Mandato, ab Idolorum cultoribus, Nerone Imperatore, fustibus percussus, demum neci objectus coronatur.*

(d) *In Pannonia Rutuli, & Sociorum*. Quatuor Martyrolog. S. Hieronymi Apographa, ut Lucen. Bluman. Epternacen. & Corbejen. *In Sabaria Civitate Rutuli*, seù Rustuli, *cum aliis duobus*. Notker. & Greven. eadem. Ms. Barberinianum Romanum: *In Salaria Civitate*. Forsan vitium *Salaria*, pro Sabaria. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Pannonia Rutuli cum aliis duobus*. Sabaria urbs est Pannoniæ Superioris, in Hungariæ, Austriæ, Syriæque confinibus; idcircò Rutulus cum Sociis Anonymis ab aliquibus in Sabaria, ab aliis in Pannonia panditatur.

(e) *Attrebati Saturnina Virginis, & Martyris*. Officia Eccles. Attrebaten. an. 1632. impressa, ut Virginem dumtaxat præscribunt hac die in Officio: *Sanctæ Saturninæ Virginis*. Balderic. adstruit Chronic. Cameracen.

Si susceperis Sermones intelliges, & scientiam invenies. Prov. 2.

raceu. atque Attrebaten. *In Attrebatensi Calendario Breviarii legitur, Saturnina Virginis, non Martyris memoria, quod putarem de hac intelligendum, nisi adderetur non Martyris.*

Baronius in notis; *De ea agere vetera manuscripta, ex quibus recentiores accepere.* Baertius tamen, & Jaminguş testantur, aliam se non invenisse, nisi eam, quæ in dicto Kalendario; & in Balderico alia Saturnina Attrebaten. non legitur, nisi Saturnina virgo, sine *Martyris* nota.

(f) *Tibure S. Quirini*. Baron. in not. *Hujus Corpus (ut accepimus ex veteribus monumentis Ecclesiæ Tiburtinæ) ibi reconditum habetur in Basilica S. Laurentii sub Altari Salvatoris.* Ferrar. Catal. SS. Italiæ adnotat: *In Indice seu Tabula SS. qui Tibure coluntur ad nos indè transmissa, Quirinus non Martyr, sed Confessor adnotatur ad diem v. Junii, cujus Corpus aliundè asportatum (non enim Tiburtinus fuit) in Cathedrali Ecclesia sub titulo Salvatoris conditum est.* At hæc inter se non videntur convenisse. An hic Quirinus sit idem, & cui ex his Scriptoribus assentiendum, alii definiant.

(g) *Metrophanis*. Græci docent, fuisse filium Domitii, fratris Probi Imperat. baptizatum, & cum Tito Episcopo Byzantino conversatum, ac in eadem Cathedra suffectum.

Baron. in not. autumat, magnæ Synodo Nicenæ interfuisse. Sed iidem Græci præbent senio, ac morbo gravatum Alexandrum Vicarium misisse, & sub Constantino Magno obiisse.

Disceptatio Topographica. (b) *Sisciæ in Illyrico S. Quirini Episcopi.*

Acta apud Surium præbent ansam nutandi, an Sisciæ in Illyrico hic S. Episcopus tribuendus: Docent in Sabbaro flumine triumphasse, & in Scarabatensi Urbe sepultum extra portam.

Nec refragatur ex laudatis Actis deduci solùm fuisse in ipsum flumen præcipitem actum; secus quòd Sisciæ in Illyrico non præfuisset.

Nam utique id locum haberet, si Codices non extarent, qui promunt: *Siscia in Pannonia, non in Illyrico*. Sabarium profectò flumen, in quod hic Martyr appensa mola præcipitatus, Martyrium complevit, in Pannonia superiori est; ex quo Martyrol. Corbejen. & vetus Hieronymian. Lucen. *In Sabaria Civitate*. Et Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Siscia in Pannonia Sancti Quirini Episcopi.*

Eminentissim. Baron. in not. *De eodem hac die Beda, Usuard. Ado, ac cæteri omnis: meminit ejusdem Venantius Fortunatus lib. 7. cum ait: Africa Cyprianum dat, Siscia clara Quirinum.*

Verum hi Martyrologi aliud non enunciant, nisi *Siscia in Illyrico* memoriam agi; uti alibi etiam ob varias dein Translationes factas, penès ipsum Baronium videndas: Quod sane quidem Fortunatus suo versu *Siscia* tantùm canit. Cæterùm Siscia in Pannonia superiori recensetur; aut in Sabbaria, à Plinio Norico Austriæ adnumerata, nonnullis Oppidum, vel Civitas, quam præterlambit Sabbarium flumen; undè ut Romanum Martyrologium immune sit ab hac Topographica hæsitatione, & Saniorum judicium adjudicaverit, ut ipse Venantius Fortunatus, sine addito *Illyrico*, proferat: *Sisciæ S. Quirini Episcopi, qui, &c.*

xx'j. B Nonis Junii. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

(a) *Marciani, Nicandri, & Soc.* Martyres an. 310. Baron. eo an. n. 23. An. 311. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6

(b) *Florentii & Soc.* Die 1. Jun. Ferrar. in utroq. Catal.

IN Ægypto natàlis sanctòrum màrtyrum Marciàni, Nicànoris Apollònii, & aliòrum, qui in persecutiòne Galèrii Maximiàni illùstre martyrium consummàrunt. (*a*) Perùsiæ sanctòrum màrtyrum Florèntii, Juliàni, Cyrìaci, Marcellìni, & Faustìni, qui in persecutiòne Dècii càpite cæsi sunt. (*b*) Cæsarèæ in Palæstìna pàssio sanctàrum Zenaìdis, Cyriæ, Valèriæ, & Màrciæ, quæ per multa tormènta gaudèntes ad martyrium pervenèrunt. (*c*) Tyri sancti Doròthei presbyteri, qui sub Diocletiàno multa passus, & usque ad Juliàni tèmpora supèrstes, sub eo annum agens sèptimum supra centèsimum, veneràndam senèctam martyrio honestàvit. (*d*) Eòdem die sancti Bonifàcii Epìscopi Moguntìni, qui de Anglia Romam vèniens, à Gregòrio Secùndo in

(c) *Zenaidis, & Soc.* Die sequenti Fasta Græca apud Baert. & Janning.

(d) *Dorothei.* Die 9. Octobris iterùm Græci in Menologio.

Germa-

(e) Bonifacii Episc. Martyr an. 755. Baron. eodem an. nu. 51. An. 754. Pagi t. 3. ad eum an. n. 6. Ætatis 74 Sevalius vit. Ætat. 80. Mabillon. secul. 3. Benedict.

(f) Sancii Die 15. Maii Cordubæ. Ferrar. suæ Topographiç in calce.

Germaniam missus, ut fidem Christi illis gèntibus evangelizàret; cùm màximam multitùdinem, præsèrtim Frisonum, Christiànæ religiòni subjugàsset, Germanòrum Apòstolus mèruit appellàri: novìssimè in Frisia à furèntibus Gentilibus glàdio perèmptus, martyrium consummàvit cum Eòbano & quibùsdam àliis servis Dei. (e) Còrdubæ in Hispània beàti Sàncii adolescèntis, qui etsi in aula règia educàtus, pro Christi tamen fide in persecutiòne Aràbica martyrium subire non dubitàvit. (f)

(a) *Baron. an. 310. n. 23. Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. an. 254. n. 29. Ferrar. in utroque Catal. & Act. Baert. & Janning.* (c) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die*. (d) *Baron. an. 33. n. 40. An. 283. n. 9. & an. 363. n. 39. Græci in Menologio, Euseb. lib. 7. c 26. & Nicephor. lib. 6. c. 37.* (e) *Baron. an. 755. n. 51. Vicellius in Hagiologio, Beda Epitom. ad an. 754. Sigebert. in Chronic. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 24. & Sur. t. 3. prior. edit.* (f) *Baron. an. 851. n. 4. & S. Eulog. lib. 2. memor. SS. c. 3.*

Oportet habere testimonium. 1. ad Timoth. 2.

(a) *In Egypto Marciani, Nicanoris, Apollonii, & aliorum*. Quamplures Codices subducunt Socios Anonymos. Martyrol. Epternacen. *In Ægypto Marciani, Nicandri, & Appolloni*. Ms. Barberinian. Roman. *In Ægypto Marciani. Nigandri, & Appollini*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Ægypto Marciani Nigrandi, & Apolloni, quorum gesta habentur*. Martyrol. Corbeien. *In Ægypto Martiani, Nigrandi, & Apollonia, Felicolæ, Joss*. De Peregr: *Apud Ægyptum SS. Martyrum Nicanoris, & Apollonii, quorum gesta habentur*. Silet *Marciani & aliorum*. Cardinal. Sirlet. in Menologio: *Sanctorum Martyrum Martiani, Nicandri, Apollonii, Leonidis, Arii, Gorgii, Hyperochii. Hi omnes Sancti In Ægypto, Præside &c.*

Cardinal. Baron. in notis: *De his Usuardus, & Ado hac die, & ad Nonas Aprilis. Græci etiam in Menologio hac die*. Bellinus: *Nicanorem* promit. Usuard. Ado, & alii: *Nicandri*. Item ad 5. Aprilis pro Marciani, Nicanoris, & Apollonii, *Marcianæ, Nicandri, & Apollinis*. At non iidem. Maurolyc. hac die: *In Agro Venefrano prope Atinum Nicandri, & Martiniani Martyrum sub Maximiano*. Alii censendi.

(b) *Perusiæ Florenti, Juliani, & Soc. in persecutione Decii*. De horum martyrio an sub Decio, eadem trica, quæ de S. Fusca die 13. & de S. Policronio die 11. Februarii eodem anno 254. Martyrizati, ut Baronius.

(d) *Tyri Dorothei*. Tyrus. *Sur.* Urbs olim Phœnicis clarissima, priùs Insula; sed ab Alexandro Magno Continenti juncta, nunc penè jacens, ruderibus adhuc magnis extantibus, cum ædiculis aliquot. Baron. in not. ex Euseb. lib. 7. cap. 26. & Nicephoro lib. 6. cap. 37. affirmat, fuisse hunc Dorotheum presbyterum tantùm, & patria Tyrium, contra nonnullos, qui autumant Tyri Episcopum fuisse: Valesius in notis Eusebianis lib. 7. c. 31. tres Dorotheos definit, Dorotheum Cubicularium servilis conditionis, utpote Eunuchus; & hic Martyr; Dorotheum presbyterum Tyrium, qui antequàm presbyter, Nobilis, & Magistratum gessit; & Dorotheum Presbyterum Antiocheum, qui non fuit Martyr; ex quo elicitur, primum, & ultimum Baronium confudisse.

Testimonium fidele sapientiam præstat. Psalm. 18.

(d) *Bonifacii Episcopi Moguntini cum Eobano & quibusdam aliis*. Aliis: *Eobanco, & Eobancho, Cobano* Martyrol. Corbejen. *In Illria Depositio S. Bonifacii Archiepiscopi*. Martyrologium Lucen. & Bluman. *In Austria S. Bonifacii Episcopi, & Martyris*. Hagiologium Franco. Gallic. Labbei: *In Frisia Germaniæ passio S. Bonifacii Archiepiscopi & Cobani, ejus Episcopi cum aliis servis Dei*. Ms. Romanum Barberian. *In Frisonis passio SS. Bonifacii Archiepiscopi, & Eobanchi presbyteri ejus cum aliis servis Dei Duodecim* Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ; *Fulda monasterio S. Bonifacii Archiepiscopi, qui Fresonibus verbum Dei annuncians Martyrio coronatus est*. Ms Tornacen., omisso loco, prosequitur: *Eodem Die Eobanci Episcopi cum aliis servis Dei* Ms. Letien. S. Lamberti *In Fresoniis, natale S. Bonifacii Archiepiscopi, qui Frisonibus verbum Dei annuntians, Martyrio coronatus est. Eodem die passio Eobanci ejus, Coepiscopi cum aliis servis Dei sociis eorum* Raban. *Nonis Junii Bonifacii Archiepiscopi cujus in Fresonis Martyrii passio peracta est, Eobani Coepiscopi ejus cum Servis Dei Winstrunge, & Walthere, Scirbalde & Bosan, Hamunde, & Æthelelere, Wancare, & Guandacare, Villebere, & Hadovolfe*.

Florentinius censet pro Austria potius legendum in Austrasia in qua & Palatinatus continetur; & hic S. Bonifacius

in

in vasta superioris Germaniæ Regione prædicavit, & paſſus eſt.

xxj. C Octavo Idus Junii. Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

A B C D E *F* F G H M N P

29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

(a) *Norberti*. Die 2. Maii Sauſſayus. Martyrol. Hiſpan. Crucerius memor. Sacr. Boæmiæ, & Hiſpani ejuſdem Ordinis. Die 1. Januar. Mss. Leodien. S. Lamberti, & S. Laurentii.
(b) *Philippi*. *Die* 11. Octobris Græci in Menologio
(c) *Arthemii*. Die 2. Jun. Auctar. ad Uſuar.

SAncti Norbèrti Epiſcopi Magdeburgènſis, fundatòris Ordinis Præmonſtratènſis. (*a*) Cæſarèæ in Palæſtina natàlis beàti Philippi, qui fuit unus de ſeptem primis Diàconis. Hic ſignis & prodìgiis clarus, Samarìam ad fidem Chriſti convèrtit, & Candàcis Æthìopum Regìnæ eunùchum baptizàvit, ac demum apud Cæſarèam requièvit: juxta quem tres vìrgines ejus fìliæ prophetìſſæ tumulàtæ jacent: nam quarta fìlia ejus plena Spìritu ſancto Epheſi occùbuit. (*b*) Romæ ſancti Arthèmii, cum uxòre ſua Càndida, & filia Paulìna: qui Arthèmius ad prædicatiònem & miràcula ſancti Petri exorcìſtæ in Chriſtum credens, & cum omni domo ſua à ſancto Marcellìno presbytero baptizàtus, juſſu Serèni Jùdicis plumbàtis cæſus, & glàdio percùſſus eſt: uxor verò ejus & fìlia in criptam impùlſæ, lapìdibus ruderibùſque ſunt òbrutæ. (*c*) Tarſi in Cilìcia ſanctòrum Màrtyrum vigìnti, qui tempòribus Diocletiàni & Maximiàni ſub Simplìcio Jùdice per divèrſa tormènta glorificavèrunt Deum in corpòribus ſuis. (*d*) Noviodùni in Gàlliis ſanctòrum màrtyrum Amàntii, Alexàndri & ſociòrum. (*e*) Fèſulis in Tùſcià ſancti Alexàndri Epiſcopi & màrtyris. (*f*) Mediolàni depoſìtio ſancti Euſtòrgii ſecùndi, Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) Verònæ ſancti Joànnis Epìſcopi. (*h*) Veſontiòne in Gàllis ſancti Clàudii Epìſcopi. (*i*)

(d) *Martyrū Viginti*. Anno 305. Baron. eo an. n. 13. An. 306. Pagi t. 1. eod. ann. n. 6. An. 290 Baert. & Jannig.
(e) *Amantii, & Soc.* Martyr. An. 305. Baron. & an. nu. 13. An. 306. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(i) *Claudii Episc.* Obiit an. 509. Baron. eo an. n. 13. An. 581. Baert. & Jannig. Die seq Galesin. & Canis.

(a) *Baron. an.* 1126. *nu.* 16. *An.* 1131. *num.* 2. *Sur. t.* 3. *prior. edit. & Sigebert. in Chron. ad an.* 1134. (b) *Baron. an.* 58. *n.* 113. *& an.* 193. *nu.* 8. *Item. Græci in Menolog. die* 11. *Octobr.* (c) *Baron. an.* 302. *n.* 107. *& Sur. t.* 3. *prior edit. in Act. S. Marcellin. & Petr. die* 2. *Jun.* (d) *Baron. an.* 305. *n.* 13. *Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 93. *Maurolyc. Galesin. & alii* (e) *Baron. in not. & Uſuard.* (f) *Baron. in not. Cattano Episc. Feſulan. de SS. ejuſdem Eccleſ. Baert. & Jannig. Acta* (g) *Baron. an.* 357. *n.* 4. *Caſſiodor. variar. lib.* 1. *Epiſt.* 9. *& lib.* 2. *Epiſt.* 29. *Tabul. Eccleſ. Mediolanen.* (h) *Baron. in not. Ferrar. Tabul. Eccleſ. Veronen. & Cardinal. Valerius.* (i) *Baron. an.* 490. *n.* 23. *& an.* 509. *nu.* 13. *& Sur. t.* 4. *prior. edit.*

Sapientiam omnium antiquorū exquirit Sapiens. Eccleſiaſtic. 39.

(b) *Cæſareæ in Palæſtina Philippi*. Mss. Leodien. S. Lamberti & S. Laurenti ad 1. Januar. *S. Philippus* Presbyter apud Cæſaream Paleſtinæ. Ms. Divionen. ſine præſignatione Loci: *VIII. Idus Philippi Diaconi, de Septem*; dein: *Apud Cæſaream Cappadociæ Liciniani*. Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini: *In Alexandria paſſio Philippi*. Ms. Lætien. *Paſſio Philippi Alexandrini Epiſcopi*. At hic Philippus Alexandrinus videtur alius.

(e) *Novioduni in Galliis Amantii, Alexandri, & Sociorum*. Aliis: *Novedunum, Novedunum*. Noviodunum urbs Galliæ, quæ & Nevidunum; ſunt tres hujus nominis urbes in Gallia apud Cæſarem in Comment. Una in Belgis, quę & Noviomus. Altera in Celtis, in finibus Biturigum, quæ *Nevoy*, ſivè *Neuſuy*. Oppidum inter Bituriges, & Genabum. Tertia Heduorum ad Ligerim, quæ & Nivernum; de quanam Martyrolog. Roman. intelligendum, conſulenda ſunt Acta Martyrii. Martyrol. Epternacen, Ms. Richenovien. & Rhinovien. *In Africa Amanti, Luci, Alexandri, Andreæ, Donati, Peregrini*. Martyrol. Corbe-

Narrationem virorū nominatorum conſervabit. Eccleſiaſtic. 39.

bejen. *Neveduno Amanti*, *Lucii*, *Alexandri*, *Alexandriæ*, *Donatæ*, *Peregrinæ*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Nividuno Amanti*, *Luci*, *Alexandri*, *Donati*, *Peregrini*. Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense post Alexandri, addit: *Alexandriæ*. Martyrol. Ms. Reginæ Suecicæ: *Noviduni in Galliis Amantii*, *Alexandri*, *Lucii cum aliis tribus*. Ms. Aquisgranen. hos tres Anymos exprimit, scilicet: *Andreæ*, *Donatæ*, *& Peregrini*. Mss. Attrebaten. Tornacen., & Letien. *Nividuno natale SS. Amantii*, *Lucii*, *Alexandri*. Ms. Barberinian. Roman. *Nividuno Amantii*, *Lucii*, *Gratianopoli*, *Alexandri*. Ms. Augustan. & Parisien. Labbei: *Nivendo Amanti*, sivè *Amasi*, *Lucii*, *Andreæ*. Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus, prætermisso Agonis loco: *SS. Mantii*, *Luci*, *Donati*. Nother. *Noviduno Amantii*, *Lucii*, *& Beati Alexandri*, *Alexandriæ*, *Donati*, *& Peregrini*. Bellinus, & de Peregrinis: *Civitate Lugduno Amantii*, *& Alexandri*. Bellinus prosequitur: *In Africa S. Amantii*, *Lucii*, *In Alexandria Andreæ*, *Donati*, *& Peregrini*. Raban. *In Africa S. Amantii*, *Lucii*, *In Alexandria Andreæ*, *Donati*, *& Peregrini*. Saussayus: *Novioduni*, *seù Nivernis in Heduis*, *Amantii*, *Alexandri*, *Lucii*, *& Peregrini*. Ferrarius tandem Catal. SS. Italiæ: *In Oppido Cornelii Ditionis Parmensis*, *Amantii*, *& Lucii hoc die VIII. Idus Junii*. Solers Lector ex his tot variis Lectionibus definiat eam, quam autumat definiendam.

(i) *Vesontione in Galliis Claudii Episcopi*. Martyrologii S. Hieronymi Apographa: *Et Alibi depositio Beati Claudii Episcopi*. Ms. Tornacen. *In Alexandria Philippi*, *& depositio Claudii Episcopi*. Ambiguum, an to *Et* referendum *Alexandriæ*, aut loco incerto. Molan. die sequent. *Beati Claudii Bisuntinensis Episcopi*, *& Confessoris*, forsan idem.

Cardinal. Baron. in notis: *Reperitur hic interfuisse Concilio Epaunensi*, *cui & subscripsit*; *Migravit ex hac vita anno quarto Childeberti Tertii Regis Francorum* scilicet an. 509. Pagi exhibet t. 3. ad an. 698. Sanctum Claudium hac die cultum, esse alium ab illo; hic fuit Abbas Jurensis, & Episcopus Vesontiensis, obiitque an. 698.

Disceptatio Historico-Topographica.

(e) *Cæsareæ in Palæstina natale B. Philippi*; *qui apud Cæsaream requievit*, *juxta quem tres virgines ejus filiæ Profetissæ tumulatæ jacent*.

Non adeò certum, Filias Beati Philippi Diaconi tumulatas fuisse Cæsareæ Palæstinæ, ut sine ambage in Romano Martyrologio queit signari. Sanctus Hieronymus de Scriptor. Eccles. tradit. tres filias Philippi, non Cæsareæ, sed Hierapoli obdormisse; quod idem Maurolyc. aliique vetusti Codices, uti Treviren. S. Martini, Ultrajectinen. Eccles. S. Salvator. & Cusan. Hospital S. Nicolai.

Henschen. verò & Papebroc. in Actis Sanctorum ad 1 Maii: Item Florentinius in Martyrol. Hieronymiano Lucensi ad Indic. Apostolor. ferunt, Virgines, quæ Hierapoli obdormiere, ex Polycrate apud Hieronym. loco laudato, filias Apostoli *Philippi* fuisse: hoc idem Dorotheus Abbas in Synopsi.

Ast perspicuum, Hieronymum, aut Dorotheum Abbatem de Philippo *Diacono*, & non de *Apostolo* loqui apud Eusebium hist. lib. 3. c. 15. ubi textus Polycratis diversæ Lectionis reperitur, scribens illum Philippum ex septem Diaconis fuisse. Item idem Eusebius adducit Cajum antiquum Theologum; qui cùm de Proclo, filias Philippi Diaconi Hierapoli in Domino quievisse, asserit. Quò ad Dorothei auctoritatem, hic ex incerto teste hoc excerpsit: ingenuè Hieronymo profitente adversùs Jovinianum lib. 1. nullam haberi certitudinem, preter Petrum, aliquem alium Apostolorum conjugio obligatum fuisse. Ex quo Greci in Menæis Philippum Apostolum tota vita Virginem fuisse, pro certo habent. Sed quicquid de hac veritate, quam non intendimus definire, & cujusnam partis sint potiora jura: permixta quippe (ut Baronius sanè ad annum 58. n. 9. & in notis animadvertit) sunt utriusque Philippi Acta, scilicet Apostoli, & Diaconi, adeò ut multa, quæ *Diacono* tribui debent, Apostolo referantur. De Filiabus Philippi legendus Lorinus in act. c. 8. pag. 395. vers 4. Illud intereà observandum, quòd S. Hieronymus neque lib. 1. in Jovinian. neque Paulæ Epist. 1. in Epiphan. neque alibi uspiam scripsit, filias Philippi Diaconi Cæsareæ tumulatas; sed in ea urbe cubicula quædam habuisse, quæ B. Paulæ illuc transiens invisit; undè Saniorum consilio præmisso, sanius erit in tot. ambiguis, ut solummodo efferatur: *In Palæstina Natal.* &c., *ac demùm apud Cæsaream requievit*, aliis correptis.

XX.

xx. D Septimo Idus Junii. Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

A B C D E *F* F G H M N P

1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

(a) *Pauli Epiſc.* Martyr an. 351. Baron. eo ann. n. 47. An. 350. Baert. & Jannig. An. 345. S. Hieronym. in Chronic. Die 6. Septemb. Græci in Menolog. Sirleti. Die 6. Novembr. in Menæis.

COnſtantinòpoli natàlis ſancti Pauli ejuſdem civitàtis Epìſcopi, qui ſæpè ab Arianis ob fidem Cathòlicam pulſus, & à ſancto Jùlio Romàno Pontifice reſtitùtus, demum à Conſtàntio Imperatòre Ariàno ad Cùcuſum oppìdulum Cappadòciæ relegàtus, ibìdem Arianòrum insìdiis crudèliter ſtrangulàtus, ad cœlèſtia regna migràvit: cujus corpus Theodòſio Imperatòre Conſtantinopòlim ſummo honòre translàtum fuit. (*a*) In Ægypto ſancti Lycariònis màrtyris, qui laniàtus, virgis fèrreis ignitis cæſus, alìaque ſævìſſima paſſus, glàdio demum percùſſus, martyrium conſummàvit. (*b*) Còrdubæ ſanctòrum màrtyrum Petri presbyteri, Vvalabònſi diàconi, Sabiniàni, Vviſtremùndi, Habèntii, & Jeremìæ monachòrum. (*c*) In Anglia ſancti Robèrti abbàtis, Ordinis Ciſtertiènſis. (*d*)

(d) *Roberti.* Obiit an. 1159. Baron. eo ann. num. ult. & in not. An. 1139. Baert. & Janning.

(a) *Baron. an. 351. n. 47. An. 381. n. 79. & an. 405. n. 3. S. Athanas. Epiſt. ad Solitar. Theodoret. hiſt. lib. 2. c. 5. Socrat. lib. 2. c. 3. 9. 10. & 12. Sozomen. lib. 3. c. 3. & 8. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 3. prior. edit.* (b) *Baron. in not. Græci in Menologio hac die.* (c) *Baron. an. 851. n. 4. & ſequ. & S. Eulog. in memor. SS. lib. 2. c. 4.* (d) *Baron. an. 1159. n. ult. Sur. t. 3. prior. edit. Molan. Addit. ad Uſuard. Baert. & Jannig. Acta.*

Da Sapientiam Sapientibus, da Scientiam intelligentibus. *Daniel.* 2.

(a) *Conſtantinopoli Pauli Epiſcopi.* Martyrol. Antuerpien. ſeu Epternacen. *In Africa Pauli, Fortunati, Macari, Primoſi, Accadi, Mochi.* Mss. Richenovien. in Suevia, & Rhinovien. in Helvetia: *In Africa Pauli, Fortunati; Et in Bizantio, id eſt Conſtantinopoli, Macarii.* Martyrol. Corbejen. *In Biſantio Civitate Pauli, Fortunati, Majori, Primoſi, Acaci, Monachi.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Gratianopoli depoſitio Gerardi Epiſcopi, Pauli, Fortunati, Macri, Primoſi, Achaci Monachi.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Conſtantinopoli Sanctorum Fortunati Epiſcopi cum aliis IV.* Martyrolog. Bluman. ſeù Veiſſemburgenſe *In Begarecio Pauli, Fortunati, Macri, Primoſi, Cathari Monachi.* Ms. Vatican. S. Petri: *In Bizantio, quæ eſt Conſtantinopolis, Pauli, Fortunati, & Luciani.* Mss. Lætien. S. Lamberti, Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini pro Luciani, habent *Primoſi*, & addunt: *Achaici Monachi.* Ms. Barberinianum Roman. *Et alibi Pauli, Fortunati, & Macharii Monachi.* Ms. Aquigranen. *Natalis, Fortunati, Pauli, Macarii, Primoſi, Magni, & Aroſi.* Ms. Pariſien. Labbei adhuc ſine paleſtra: *Pauli, Fortunati, Macri,* ſeù *Magni, & Primoſi,* ſeù *Primaſi.* At hic Paulus cum ſociis, etiamſi Conſtantinopoli, videtur alius. Nother. *In Biſantio nativitas S. Primoſi, Fortunati, Macri, & Macaris Monachi;* & inter hos non recenſet *Paulum.*

Audiens Sapiens Sapientior erit ad ſuſcipiendam eruditionem. Proverb. 1.

xix. E Sexto Idus Junii. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1

A B C D E *F* F G H M N P

2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

AQuis in Gàllia ſancti Maximìni, primi ejùſdem civitàtis Epìſcopi, quem Dòmini diſcìpulum fuiſſe tradunt. (*a*) Eòdem die

(c) *Medardi Episc.* Obiit an. 564. Baron. eo an. n. 31. An. 556. Sigebert. in Chron. An. 545. Pagi t. 2. ad an. 564. n. 4.

(d) *Gildardi Episc.* Obiit an. 507. Baron. eo an. n. 27. Post an. 508. Baert. & Janning. Anno 535. Sigebert. in Chronic. An. 529. Pagi t. 2. ad an. 564. n. 4.

sanctæ Calliopæ màrtyris, quæ ob Christi fidem mammis abscìssis, atque adùstis càrnibus, super tèstulas volutàta, càpite demum truncàta, martyrii palmam accèpit. (*b*) Apud Suessiones in Gàlliis natàlis sancti Medàrdi Epìscopi Noviomènsis, cujus vita & mors pretiòsa gloriòsis miràculis commendàtur. (*c*) Rhotòmagi sancti Gildàrdi Epìscopi, fratris ejùsdem sancti Medàrdi, qui eòdem die nati, eodèmque die Epìscopi consecràti, uno quoque die de hac vita subtràcti, simul in cœlum migràrunt. (*d*) Apud Sènonas sancti Heraclìi Epìscopi. (*e*) Metis sancti Clodùlphi Epìscopi. (*f*) In Picèno sancti Severìni Epìscopi Septempedàni. (*g*) In Sardìnia sancti Salustiàni confessòris. (*h*) Camerìni sancti Victorìni confessòris. (*i*)

(e) *Heraclii Episc.* Obiit an. 507. Baron. in not. An. 522. Baert. & Janning. Die 9. Julii Martyrol. Attrebaten.

(f) *Clodulphi Episc.* Circ. 640. Baron. in notis ad oram marginal. Circ. 642. Baert. & Janning. Die præcedent. Galesin. & Ferrar. Die 8. Maii Saussayus.

(a) *Baron. an. 35. n. 5. Petr. in Catal. lib. 5. c. 101. Chenu. hist. Chronologic. Episc. Galliæ, Robert. Gallia Christiana, aliique.* (b) *Baron. in not. item Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 515. n. 89. & an. 564. n. 31. S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. c. 95. & de gest. Francor. lib. 4. c. 19. Sur. t. 3. prior. edit. Petr. de Natal. lib. 5. c. 97. & Molan. Indic. SS. Belgii.* (d) *Baron. an. 507. n. 27. Sur. t. 3. prior. edit. Petr. in Catal. lib. 5. c. 97. & 98. & Sigebert. in Chronic. ad an. 535. aliique.* (e) *Baron. in in not. Usuard. Tabul. Episcopor. Senonens. Demochar. lib. de Sacrific. Missæ, Chinius, Maurolyc. Felic. Galesin. Canis. aliique plures.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edit. in vit. S. Trudon. die 23. Novembr. Sigebert. in Chronic. ad an. 640. & Vuarnefrid. de Episcop. Metensib.* (g) *Baron. in not.* (h) *Baron. in not.* (h) *Baron. ibidem, Fara de reb. Sardois, Ferrar. Catal. SS. Italiæ, Vital. Addit. ad Annal. Sardiniæ pag. 46. Arca lib. 3. de SS. Sardin. Dimas, aliique.* (i) *Baron. in not.*

Sapientis oculi in capite ejus. Eccles. 2.

(a) *Aquis in Gallia Maximini.* Aquæ Sextiæ urbs Provinciæ ad Arcum fluvium, inter Massiliam, & Rhodanum sita. Chenu, Ferrar. Saussayus, Demochar. aliique: *Maximi.* Molan. Addit. ad Usuard. edit. ann. 1583. *In Gallia Civitate Aquensi B. Maximini primi Civitat. Episcopi, & Confessoris.* Roman. Martyrol. addit: *Quem Domini Discipulum fuisse tradunt.* At præter Petr. in Catal. ex quo Demochar. in Tabulis, Gallici Scriptores id non afferunt. Duos tamen Sanctos Maximinos Gallia novit, alterum Trevirensem Episcopum, alterum Miciacensem Abbatem; Utrumque variarum Ecclesiarum per Gallias Patronum.

(b) *Eodem die Galliopæ Martyris.* Fasta Græca in Menologio Sirleti: *Calliopes.* Salazar. Martyrol. Hispan. *Agunt de ea Græcorum Menologia: III. Idus Junii anno XII. Imperii Neronis.* Sed Græcorum Menæa, & Menologia ferunt: *Passam temporibus Decii Imperatoris.* Baert. & Janning. Acta videnda.

(c) *Apud Suessiones in Galliis Medardi Episcopi Noviomensis.* Martyrol Epternacen. & Hieronym. Lucen. *In Gallia Sessionis Civitate depositio S. Medardi Episcopi.* Martyrolog. Blumanseù Veisseburgense *Et Confessoris.* Beda genuinus: *VI. Idus Suessionis S. Medardi Confessoris.* Flor. Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Et Episcopi, de cujus ore visa est Columba exisse nive candidior, cùm præsentem terminaret vitam.* Ms. Barberinian. Roman. *Et Licinii Episcopi, & Confessoris.*

Cardinal Baron. in notis inter alios ad vocat pro hoc S. Episcopo S. Gregorium Turonensem de gest. Franc. lib. 4. c. 19. At hic refert apud Suessionem Urbem sepultum; & Sammarthani in Gallia Christiana S. Medardum pro Suessionen. Episcopo non agnoscunt; sed pro Noviomensi, & Tornacensi.

Ad intelligenda verba, & eruditionem Doctrinæ. Prov. 1.

(d) *Rhotomagi Gildardi Episcopi.* Aliis: *Gildart.* Martyrol. Corbejen. *Rotomago Civitate depositio S. Geldardi Episcopi, & Confessoris.* Ms. Tornacen *Eodem die S. Gildardi Episcopi, & Confessoris.* Ms. Lætien. prosequitur: *Et S. Gildardi Rothomagensis Archiepiscopi.*

Baron. in not. ex Sigeberto suadet, Medardum, & Ghildardum eadem die natos, consecratos, & ex hac vita subtractos. Pagi verò tom. 2. ad an. 564. n. 4. quæ de horum fratrum ordinatione in Episcopos, sive de eorum obitu una eademque die narrata, diversis temporibus contigisse tradit, nempe *Medardum* an. 545. defunctum & *Gildardum* an. 529.

Martyrol. Hieronymian. Lucen & Hagiologium Franco-Gallic. Labbei die 24. Augusti alium Gildardum pandunt Episcopum, & Confessorem in Gallia Civitate Neverno, aut Nivernis.

(e) *Apud Senonas Heraclii Episcopi.* Saussayus Martyrol. Gallicano: *Et Confessoris.* De Peregrin. *Apud Senones Eraclii Episcopi, & Confessoris.* Ms. Attrebaten. die 9. Julii:

Julii : *Sennis S. Eraclii Episcopi, & Confessoris*. Si pro Sennis *Senonas*; aut alius, haud decernimus.

(f) *Metis Clodulphi Episcopi*. De Peregrinis: *Codulfi*. Florar. Ms. *Metis depositio Beati Chlodulfi ejusdem Urbis Episcopi, & Confessoris*. Saussayus ad 8. Maii *Clodulphi, & Godinæ*.

(h) *In Sardinia Salustiani Confessoris*. Martyrologia Corbejen. & Hieronymian. Lucen. De Peregrin. Ms. Reginæ Sueciæ, Ms. Barberinian. pleraque alia Apographa: *In Sardinia Salustiani*, silent *Confessoris*. Martyrol. Corbejen. *In Sardinia natalis S. Salustiani, Silvanini*. Martyrol. Bluman. *In Sardinia Salustiani, & Silvani*. Mss. Gellonen. & Sangallen. sine palestra: *Eodem die Salustiani*. Ms. Augustan. *Salustini*. Ms. Labbean. *Sedustini*. Maurolyc. *Justiniani*. Alii: *Sallustiniani*. At *Salustiani* omnes ferè Scriptores. An hic Justinianus erit alius à Salustiano, haud statuimus.

(i) *Camerini Victorini Confessoris*. Baronius in notis duos Victorinos recenset, alterum hac die, fratrem S. Severini Septempedani Episcopi in Piceno, de quo adhuc hac ipsa die, alterum verò Martyrem, & S. Severini Episcopi Neapolitaui germanum. Ast hic alter Victorinus Martyr fuit Amiterninus Episcopus, & nullum habuit Severinum fratrem; Error videtur, hos Sanctos Episcopos Severinum, & Victorinum, quos Romanum Martyrologium hac die promit, iterùm die 8. Januarii repositos fuisse à Baronio, quùm de Sancto Severino Neapolitano, ut in notis laudatis; & forsan erroris occasio extitit notationum harum maxima similitudo, videlicet: *VI. Idus Jun. & VI. Id. Jan.* ut ex notis Ducæi ad Gregorii Nazianzeni opera depromitur.

xviij. F Quinto Idus Junii. Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2

A B C D E F F G H M N P

3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

ROmæ in monte Cœlio natàlis ſanctòrum màrtyrum Primi & Feliciàni, ſub Diocletiàno & Maximiàno Imperatòribus. Hi gloriòſi màrtyres longævam in Dòmino vitàm ducèntes, & nunc ſimul pària, nunc ſingillàtim divèrſa & exquisìta perferèntes tormènta, tandem felicis pugnæ curſum, à Promòto Præſide Nomentàno glàdio animadvèrſi, conſummavèrunt. (a) Agènni in Gàllia paſſio ſàncti Vincèntii Levitæ & màrtyris. (b) Apud Antiochiam ſanctæ Pelàgiæ virginis & màrtyris, quam ſancti Ambròſius & Joànnes Chrysòſtomus magnis èfferunt làudibus. (c) Syracùſis ſancti Maximiàni Epiſcopi, cujus ſanctus Gregòrius Papa ſæpiùs mèminit. (d) Andriæ in Apùlia ſancti Richàrdi, primi ejùſdem civitàtis Epiſcopi, miràculis clari. (e) In Scòtia ſancti Colùmbi presbyteri & confeſsòris. (f) Edèſſæ in Syria ſancti Juliàni mònachi, cujus præclàra geſta ſanctus Ephræm diàconus ſcripſit. (g)

(a) *Primi, & Feliciani*. Die 2 Jun. Saussayus Martyrol. Gallicano.

(b) *Vincentii Levitæ*. Die 2. Januar. Saussayus Martyrolog. Gallican. Die 6. Junii Ms. Sanct. Sabini de Levitania apud ipsum Saussayum.

(c) *Pelagiæ Virgin*. Martyr an. 309. Baron. eo an. n. 12. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die sequent. Græci in Menologio Sirleti. Die præcedent. Maurolyc. & Felic. Die 21. Martii Cynecæum.

(d) *Maximiani Episc*. Die 15. Martii Ms. Kalend. Benedictin.

(f) *Columbi*. Obiit ann. 597. Baron. in notis. An. 598. Mabillon. Sæcul. Benedict. not. ad vit. An. 599. Pagi t. 2. ad ann. 565. nu. 14. Die 19. April. aut aliqua Dominica Maii Ibid.

(g) *Juliani*. Circ. ann. 350. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 370. Baert. & Janning. Die 17. Januar. Græci.

(a) *Baron. an. 303. n. 115. Sur. t. 3. prior. edit. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 99.* (b) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. lib. de glor. Martyr. c. 105. & hist. de gest. Francor. lib. 7. c. 35. Sammarthani, Saussayus, & alii*. (c) *Baron. an. 309. n. 12. & sequ. S. Ambros. lib. 3. de Virginib. & ad Simplician. S. Joan. Chrysostom. in Orationib. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edition.* (d) *Baron. an. 581. n. 8. An. 583. n. 14. an. 584. n. 17. & 18. & an. 594. n. 33. S. Gregor. homil. 34. in Evangel. & lib. 3. Dialog. c. 36. Joan. Diacon. in vit. S. Gregor. lib. 1. c. 6. & 33.* (e) *Baron. in not. & Paulus Regius*. (f) *Baron. an. 565. n. 30. & an. 690. n. 4. Beda de gest. Anglor. lib. 3. c. 4. & 25. & Sigebert. in Chronic. ad ann. 596. & 598* (g) *Baron. in not. Sozomen. hist. lib. 3. c. 13. Nicephor. hist. lib. 9. c. 15. & Acta Baert. & Janning.*

Impleamini agnitione in omni sapientia. Ecclesiast. 2.

(a) *Romæ in Monte Cœlio Primi, & Feliciani*. Ms. Divionen. *In Cilinio Monte*. Ms. Barberinian. Rom. *Romæ passio SS. Militum numero xv.* Martyrol. Antuerpien. seù Epternacen. *Romæ militum tredecim*. *Nomentana Civitate Primi, & Feliciani Martyrum.* Notker. *Item Romæ Militum quindecim, & Milites* XIII. In Apographo Holstenii: *Via Nomentana*. Apographa Antuerpien. & Corbejen. *Nomentana Civitate*. Acta quidem adstipulantur. An Nomentum sit Oppidum, aut Civitas in Sabinis, cujus iter via Nomentana dicatur, Epitomatores tabulæ Geographicæ consulendi. Saussayus Martyrol. Gallicano die 2. Jun. *Sancti Vincentius, Primus, & Felicianus Martyres Agenni*. Verùm Primus, & Felicianus passi sunt Romæ, Vincentius Agenni.

Cardinal. Baron. in not. *Theodorus Papa prædictorum Martyrum corpora, quæ erant in Arenaria via Nomentana, elevavit, & in Urbem transtulit, recondiditque in Basilica S. Stephani Protomartyris*. Holstenius tamen allegat Castillionæum lib. de antiqu. Insubrium sedibus pag. 373. recensentem, Sergium Papa juniorem Corpus S. Primi in Insubriam transferendum concessisse Eremberto illustri viro anno Christi 996. indiction. 9. quod requiescit in Ecclesia Oppidi Lavini ad ripam sinistram Lacus Verbani, ut ex veteri Inscriptione ibi sculpta.

(b) *Agenni in Gallia Vincentii Levitæ, & Martyris*. Agennum, Aagen. Urbs Aquitaniæ ad Gerumnam fluvium, inter Tolosam, & Burdegalam sita; in Vasconiæ, & Guienniæ confiniis, Regionis, quæ de illius nomine Agenois dicitur Caput. Martyrolog. Corbejen. *In Gallia Pompejaci Vincentii Martyris*; Silet *Levitæ*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *In Galliis Civitate Ageuno loco Pompejaco, Vincentii Levitæ & Martyris*. Notker. *In Galliis Civitate Agenno loco Pompejaco*. Martyrolog. Ms. S. Sabini de Levitania, apud Saussayum: *Agiuno Pompejaco*. De Peregrinis: *In Galliis Civitate Agiuno, Vincentii Levitæ, & Martyris*. Saussayus: *Nitiobrogo in Aquitania Secunda S. Vincentii Agenni Episcopi*. Sammarthani quidèm in S. Caprasii Elogio inter Episcopos Aginnenses plura de S. Vincentio cumulant: At alius videtur; omnia namque Apographa Vincentium, Levitam affirmant, non Episcopum.

Baron. in not. pro hoc Levita Vincentio elegans Carmen indigitat Fortunati lib. 1. Ast videndæ Brovveri observationes, quò ad illorum errores, qui hunc Agennensem Vincentium quandoque cum Cæsaraugustano conpingunt, ut Holstenius in animadversis.

(c) *Apud Antiochiam Pelagiæ Virginis, & Martyris*. Græcor. Menæa apud Sirmundum Venet. impressa: *Sanctæ Pelagia, quæ ut nè violaretur, è sublimi præceps ruit in terram, cujus & S. Joannes Chrysostomus laudator extitit*.

Ad suscipiendum judicium, ut detur scientia, & intellectus. Prov. 1.

Baronius in notis ultra hanc Pelagiam Virginem, & Martyrem, & illam famosam peccatricem, vulgò *Pœnitentem*, de qua Græci in Menæis, & Latini in hoc Rom. Martyrologio die 8. Octobris, aliam ponit, nempe tertiam, quæ Virgo Tarsensis dicitur, & 4. Maii colitur. Baertius, & Janningus hac ipsa die, hanc posteriorem unam eamdemque esse cum Antiochena autumant. Solers lector ipsos summos viros consulere adeat.

(f) *In Scotia Columbi Presbyteri*. Scotia, olim Britannia II. *Scotia*. Pars Albionis borea, ab Anglia, quæ Britannia 1. dicta in Austrum recedens. Cheviota Monte, & duobus fluminibus Tueda in ortum, & Solveo in occasum fluente, divisa. Aliis: *Columbani*, vel *Columbæ*. Sigebert. in Chronic. ad an. 596. & 598. *Columbanum* effert. Auctores Anglici, & ferè alii: *Columbam*. Usuardus: *In Scotia Columbæ Presbyteri, & Confessoris, magnæ, & admirandæ virtutis viri*. Retinendum videtur *Columbæ*, ad discrimen *S. Columbani*, qui etiam ex Hibernia in Britanniam, indeque in Galliam, & in Italiam profectus, ut Pagi tom. 2. ad ann. 565. n. 12. Mabillon. quidem Sæcul. 1. Benedict. edidit vitam *Sancti Columbæ Abbatis Hyensis in Anglia*.

Disceptatio Topographica.

(a) *Romæ in Monte Cœlio Natalis Primi, & Feliciani*. Apographum Corbejen. & Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Nomentana Civitate passio SS. Primi, & Feliciani*. Acta quidem ferunt: *Jussu Imperatoris traditos Promoto Præsidi Civitatis Nomentanæ*.

Beda tamen, Usuardus, aliique recentiores afferunt ex Urbe Roma hos Martyres in viam Nomentanam milliario tertio ad passionem ductos; & ad Arcus Nomentanos intra Arenarium v. Idus Junii ab Urbe Romana milliario decimo tertio sepultos.

Ast in suo Geographico Lexico Ferrarius: *Nomentanum*, vulgò *Lamentana*, discriminat *à Nomento Urbe*; quòm Nomentanum sit Pagus ille Sabinorum, ab Urbe Roma duodecim millia passuum dissitus; Nomentum verò Urbs illa excisa supra Tybur ad decem milliaria, & ab Urbe Roma distans milliaribus 26. Verùm plures veteres Scriptores apud Cluverium lib. 2. Italiæ antiquæ cap. 9. & Tabulæ Itinerariæ non nisi XIV. millia passuum ex Urbe ad Nomentum via Nomentana signant. Stephanus Epitomator oppidum Nomentanum non longè ab Urbe Roma statuit. Plinius lib. 14. cap. 4. agrum Nomentanum decimo ab Urbe lapide pingit. Regino inter Romam, & Nomentum non nisi duodecim milliaria constituit. Cluverius tredecim. Et Strabo tandem lib. 5. Nomentum Oppidulum vocat, Ado scribit, Promotum Præsidem

Civi-

Civitatis Nomentanæ sub Diocletiano fuisse, & in ea Amphiteatrum ad munera bestiarum. Florentinius vir eruditus legendus.

Nihilominùs Eminentissim. Baronius in notis librum advocat de Roman. Pontific. in Theodoro Pontifice, qui dictorum Martyrum corpora in Arenario posita via Nomentana amovit, & in Urbem transtulit, & in Basilica S. Stephani Proromartyris recondidit, multaque dona obtulit: in qua veteri S. Stephani memoria in Monte Cælio adhuc extant vetustissimæ ipsorum Sanctorum Sacræ Imagines, Musivo opere intextæ, ubi eorum Corpora recondita.

Sed hoc nil Rom. Martyrol. suffragatur, quùm ex hoc videtur natalis non fuisse in Monte Cælio, sed translatio, & memoria. Cæterùm Acta nonnihil diffusiora apud Surium tom. 6. habent Nomentanam Urbem millia passuum XIII. distare Romam; & quòd Amphiteatrum ad forum Urbis Nomentanæ extiterit, & ex finitimis Urbibus ad Spectaculum plures confluxisse: Ex quo asserendum, Promoto Præside, Sancti Martyres Romam missi ad Bestias, & iterùm in Urbis Nomentanæ carceres trusi, gladio perempti, Agonem compleverint: quamobrem adhuc ibi Cœmeterium SS. Primi, & Feliciani extructum legitur XIV. milliario, teste Aringhio lib. 4. Rom. subt. c. 23. ex variis Mss. Codicibus, & vetusto Hagiologio apud Florentinium laudatum. Et quùm moris fuerit Martyres in Romanis locis per plura milliaria ab Urbe distantibus coronatos, Romæ tribuere, idcircò, sapientiorum tamen judicio petito, ut Romanum Martyrologium ex hac ambiguitate immune sit, correpto *in Monte Cælio*, ut Martyrologium Antuerpiense, seù Epternacense, proferat: *Romæ natalis SS. Martyrum Primi, & Feliciani, &c.*

(b) *Agenni in Gallia Vincentii Levitæ, & Martyris.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi Lucen. & Corbejen. *In Gallia Pompejaco S. Vincentii, &c.*

Disceptatio Topographica.

Eminentissim. Baron. in not. pro hoc Vincentio levita & Martyre Agenni in Gallia, accit Bedam, Usuardum, Adonem, & alios Anonymos, de cujus Actis, atque miraculis ad ejus Sepulchrum editis apud Gregor. Turonensem lib. de glor. Martyr. cap. 105. & histor. de gest. Francor. lib. 7. c. 35.

At hi Scriptores duos Vincentios in unum conpinxere: nam Saussayus Episcopum Agenni Nitiobrogum in Aquitania secunda S. Vincentium post S. Caprasium illius Sedis Antistitem ponit, & agonem ejus paucis describit, & S. Vincentius in Gallia Pompejaco, Levita tantùm reperitur, ut Romanum Martyrol. cum cæteris Latinis; nec non & Ms. Sancti Sabini de Levitania ab eodem Saussayo in fine producto; sicque Saniorum placito præmisso, pro tutiori lectione inscribendum erit: *In Galliis S. Vincentii Levitæ, & Martyris.*

xvij. G Quarto Idus Junii. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

(a) *Margarita.* Obiit ann. 1097. Baron. eo an. n. 134. Ann. 1093. Pagi t. 4. eodem an. n. 8. & 9.

(b) *Getulii, et Soc.* Martyres an. 138. Baron. eo an. n. 4. Ann. 124. Baert. & Janning.

IN Scòtia sanctæ Margaritæ Regìnæ, amòre in pàuperes & voluntària paupertàte cèlebris. (*a*) Romæ via Salària passio beàti Getùlii clarissimi & doctissimi viri, sociorùmque ejus Cæreàlis, Amàntii, & Primitivi: qui jussu Hadriàni Imperatòris à Licìnio Consulàri tenti, primò cæsi, deinde in càrcerem trusi, postrèmò incèndio tràditi, cùm nullo modo ab igne læsi fuissent, fustibus illìso càpite martyrium complevèrunt; quorum còrpora Symphoròsa beàti Getùlii uxor collègit, & in arenàrio prædii sui honorificè sepelìvit. (*b*) Item Romæ via Aurèlia natàlis sanctòrum Basìlidis, Trìpodis, Màndalis, & aliòrum vigìnti Màrtyrum, sub Aureliàno Imperatòre, & Platòne Urbis Præfècto. (*c*) Nicomedìæ sancti Zacharìæ màrtyris. (*d*) Prusìade in Bithynia sancti Timòthei Epìscopi & màrtyris sub Juliàno Apòstata. (*e*) In Hispània sanctòrum màrtyrum Crìspuli, & Restitùti. (*f*) In Africa sanctòrum màrtyrum

(f) *Crispuli & Restituti.* Die 11. April. Salazar. Martyrol. Hispan.

(K) *Censurii Episc.* Circ. 435. Baron. eo an. nu. 22 Circ. 500. Baert. & Janning.

rum

rum Arèsii, Rogàti, & aliòrum quìndecim. (*g*) Colòniæ sancti Maurìni abbàtis & màrtyris. (*h*) Petræ in Aràbia sancti Astèrii Epìscopi, qui ob fidem Cathòlicam ab Ariànis multa passus, & à Constàntio Imperatòre in Africam relegàtus, conféssor gloriòsus occùbuit. (*i*) Antisiodòri sancti Censùrii Epìscopi. (*k*)

(a) *Baron. an.* 1097. *n.* 134. *Deidonat. lib.* 12. *Hist. Scoter. Sur. t.* 3. *prior. edit. Baert. & Janning. Acta.* (b) *Baron. an.* 138. *n.* 4. *Sur. t.* 3. *prior. edit. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an.* 275. *n.* 4. *Mombrit. t.* 1. *& Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 130. (d) *Baron. in not. Usuard. Raban. Notker. aliique recentiores.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. ibidem, & Salazar. Martyrolog. Hispan.* (g) *Baron. in not. item Baert. & Janning. Acta.* (h) *Baron. in not. Sur. t.* 3. *prior. edit. Molanus, Greven. Maurolyc. Canis. & Bucellin.* (i) *Baron. an.* 348. *n.* 3. *& S. Athanas. in Epist. ad Solitar. col.* 459. (*k*) *Baron. an.* 429. *n.* 9. *& an.* 435. *n.* 22. *Raban. Notker. Usuard. aliique.*

Dies Diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam. Psalm. 18.

(b) *Romæ Getulii, & Soc. jussu Hadriani Licinio consulari.* Cardinal. Baron. in notis in horum Actis: *Getulius item, & Zoticus dictus reperitur, de quo die* 12. *Januar.* At hic Zoticus videtur potiùs ille, qui die 10. Februarii colitur unà cum Sociis Irenæo, Hyacintho, & Amantio, Martyrio coronatus: *Romæ sub Hadriano Imperatore, & Licinio Consule*, ut Baronius ea die in notis; quàm Zoticus die 12. Januarii Tybure Martyrizatus inscio sub quo. Acta sunt copulanda, & consulenda.

(c) *Romæ Basilidis, Tripodis, Mandalis, & aliorum viginti sub Aureliano Imper.* Martyrol. Epternacen. *Romæ Basilidis, Arasi, Rogati, Januari, Cassiani, Victuri, Martini, Davalli, & aliorum xx.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Basilidis, Auris, Rogati, Januarii, Cassiani, Victuri, Martini, & aliorum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ Mil. .... Basilidis, Aurisi, Rogati, Januarii, Cassiani, Victori, Martini, & aliorum xx.* Martyrol. Bluman. seù Veisseburgense: *Romæ mil. Basilidis, Ausiri, Rogati, Victori, Martini, & aliorum xx.* Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ: *Romæ via Aurelia milliario* XII. *Basilidis cum aliis* XXVIII. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapol. apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Romæ via Aurelia* XV. *milliario Basilidis, Aurisii, Rogati cum Sociis duodecim.* Mss. Richenovien. & Rhinovien. *Romæ Basilidis, Aurisi, Rogati, Martiani, & aliorum xx.* Ms. Rom. Barberinian. *Romæ Militum Basilidis, Rogati, Martiani, & aliorum viginti.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Romæ via Aurelia passio SS. Rogati, Januarii cum Sociis tredecim.* Ms. Vaticanum S. Petri: *Romæ via Aurelia milliario decimo tertio Basilii, Aurisii, Rogati, Januarii.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *Romæ natale Basilidis, Rogati, & Victoris.* Ms. Divionen. *Romæ via Aurelia Basilidis, Tripodis, & aliorum.*

Pro *Tripodis*, *& Mandalis*, in aliquibus Codicibus: *In Tripolo Magdaleris.* Notker. An Martyres sub Aureliano, eadem trica, quæ de S. Patroclo ad 21. Januarii, eodem anno 275. martyrizato.

(d) *Nicomediæ Zachariæ Martyris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Mss. Tornacen. & Barberinian. Romanum: *In Nicomedia natale S. Zacharia*, sine addito *Martyris.* Martyrolog. Bluman. & Ms. Leodien. S. Lamberti: *Macharia*, pro Zachariæ. Verùm in aliis Codicibus constanter *Zacharia.*

Ad illuminationem scientiæ in manifestatione veritatis. 2. ad Corinth. 4.

(f) *In Hispania Crispuli, & Restituti.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *In Hispaniis S. Crispoli.*

Baronius in not. *De his Ado die sequenti.* Verùm non Ado, sed Auctar. Adonis, & videntur alii; effert namque: *Romæ SS. Crispoli, & Restituti.* Eosdem promunt Martyrologia Corbejen. Antuerpien. Hieronymian. Lucen. & Ms. Reginæ Sueciæ die sequenti, & sunt illi Martyres, quos Raban. hac die: *Romæ Crispuli, & Restituti.* An forsan alii, Saniores visis Actis definiant.

(g) *In Africa Aresii, Rogati, & aliorum quindecim.* Aliis: *Aurisus, Ausirus, & Arasus.* Raban. *In Africa Arelii, Rogati, & aliorum* XII.

Baron. in notis: *De his etiam hac die Beda; adstipulanturque vetera manuscript.* Baertius verò, & Janningus testantur, se vetera manuscripta accuratè animadvertisse, & *Romæ* legisse, non *In Africa*, & quòd Beda genuinus hac die vacat. An modò hi Martyres Romæ in Codicibus Hieronymianis quoque addicti sint Afri, ut Romanum Martyrol. ambiguum videtur.

(h) *Coloniæ Maurini Abbatis, & Martyris.*

Baron. in notis autumat, de hoc agi à Trithemio lib. 3. de vir. illustr. Ordin. Sancti Benedict. c. 34. Addubitandum an idem. Iste *Maurinus*, aut *Marinus*, seù potiùs *Amarinus Abbas* fuit in Armenia, ut Acta SS. penès Baertium, & Janningum. At præclari Scriptores Benedictini conferant, & decernant.

(K) *Censurii Episcopi.* Codices S. Hieronymi:

nymi: *Consuri*. Sidon. lib. 6. Epist. 10. *Censorii*. Et Maurolyc. *Cæsarii*. Raban. Usuard. Notker. Bellin. de Peregrin. aliique recentiores: *Antisiodori depositio S. Censurii Episcopi, & Confessoris*.

Disceptatio Topographica.

(c) *Romæ via Aurelia natalis Sanctorum Basilidis, Tripodis, Mandalis*.

Eminentissimus Baron. in not. indigitat Acta, quæ recitat Mombrit. to. 1. & Petr. in Catal. lib. 1. cap. 103. in quibus effertur: *Basilidem, Tripodem, & Mandalem* ex Oriente in Italiam transfretasse, atque divina ope implorata, ad Portum Civitatis Aureliæ in finibus Italiæ appulsos, ibique Aureliana persequutione vigente, orantes in litore Animam efflavisse.

Nec subdere proficit, Viam, quæ de Roma ad Civitatem Aureliam ducit, *Aureliam* dici, undè sanè in Romano Martyrologio hi Sancti: *Romæ via Aurelia* recensentur.

Nam nedum illa Via, quæ ad Aureliam Civitatem non longè à centum Cellis, seù Veteri Civitate, *via Aurelia* dicitur, sed in Territorio quoque Romano in Etruria, via Aurelia Oppidum fuisse, *Aureliæ* nomine, testatur Ferrarius; Item Paulus Diacon. 2. hist. Long. 16. partem Tusciæ versùs Circium *Aureliam* nuncupat. Rutilius agri Aurelii meminit, ubi Josephus Castalio maluit legere *Aurelium Aggerem*. Et Vopiscus in Aureliano, *Forum Aurelii*, ab eodem Aureliano fundatum; posteà Prætorium publicum constitutum. Hæc igitur *Urbs Aurelia*, sivè *Forum Aurelii* ubicumque fuerit, in Territorio Romano denominat sui viam: *Romæ via Aurelia*. At via ad Portum Civitatis Aureliæ, quæ ex laudatis Actis in finibus Italiæ fuit, haud dubium nequit dici: *Romæ via Aurelia*.

Notkerus tamen, Ado, Usuard. aliique Martyrologi pandittant: *Romæ via Aurelia milliario XIII. natalis SS. Basilidis, Tripodis, & Mandalis sub Aureliano Imperatore, Præside Platone, & aliorum viginti Martyrum*.

Nihilominùs videtur, hos Martyrologos confudisse *Basilidem* Martyrem cum Sociis Tripode, & Mandale in Civitate Aurelia in finibus Italiæ, cum alio *Basilide* hac ipsa die Romæ forsan *via Aurelia* martirizato, ut Apographa Corbejen. Pulsanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. & Reginæ Sueciæ; Basilidis verò, de quo hac die Petr. in Catal. cum Tripode, & Mandale conjungitur, nulla facta Anonymorum Martyrum memoria in eorum Actis; proindè Tripodes, & Mandales Martyres, sub Duce Basilide, sunt alii à Basilide cum XX. Anonymis ratione tum diversorum sociorum, tum loci; hinc perperàm hi XX. Martyres Anonymi juncti videntur in Choro Martyrum Basilidis, Tripodis, & Mandalis; quamobrem quàmplures Martyrologi diversa Acta in unum conpinxere, & Martyres via Aurelia Romæ cum Basilide, copularunt cum Martyribus sub alio Basilide Antesignano, Civitate Aureliæ in finibus Italiæ. Nè igitur Romanum Martyrologium hac fluctuatione laboret, & Sapientia prædìti annuerint, pronunciandum erit, aut: *Romæ via Aurelia Basilidis, & Sociorum*; aut: *Civitate Aureliæ natalis Sanctorum Basilidis, Tripodis, Mandalis*.

xvj. A Tertio Idus Junii. Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4
A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

(a) *Barnabæ, cujus corpus inventum*. Ann. 477. Contract. Ann. 483. Marian. Scot. Ann. 485. Baron. eo an. n. 4. & sequ. An. 488. Victor Tumunensis in Chronic. Anno 486. Sigebert. in Chronic. Inter ann. 485. & 488. Pagi t. 2. ad an. 485. n. 2.

NAtàlis sancti Bàrnabæ Apòstoli, qui natiòne Cyprius, à discìpulis cum Paulo Gèntium Apòstolus ordinàtus, multas regiònes cum eo peragràvit, Evangèlicæ prædicatiònis injùnctum sibi opus exèrcens: postrèmò Cyprum profèctus, ibi Apostolàtum suum gloriòso martyrio decoràvit: cujus corpus tèmpore Zenònis Imperatòris, ipso revelànte, repèrtum est, unà cum còdice Evangèlii sancti Matthæi sua manu descripto. (a) Aquilèjæ pàssio sanctòrum Felìcis & Fortunàti fratrum, qui in persecutiòne Diocletiàni & Maximiàni, equùleo suspènsi, atque ardèntibus lampàdibus circa eòrum làtera appòsitis, & mox divìna virtùte extìnctis; per ventrem fervènti òleo sunt perfùsi, & ad ùltimum, cùm in confessiòne Christi persìsterent, càpite truncàti. (b) Bonòniæ

(b) *Felicis, & Fortunati*. Martyres anno 303. Baron. eo an. n. 123. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. An. 296. Baert. & Janning. Die 13. Maii de *Felice* Greven. & Molan. Die 19. Kalendar. Capuan. Monachi. Die 24. August. de utroq; Florent.

(c) *Parisii*. Obiit an. 1260. Ætatis suæ 116. Acta apud Sur.

nòniæ ſancti Pariſii confeſsòris, mònachi Ordinis Camaldulènſis. (*c*) Romæ translàtio ſancti Gregòrii Nazianzèni: cujus ſacrum corpus è Conſtantinòpoli ad Urbem àntea delàtum, atque in Ecclèſia Dei Genitrìcis ad Campum Màrtium diu aſſervàtum, Gregòrius Decimustèrtius Pòntifex Màximus in Cappèllam à ſe in Basilica ſancti Petri magnificentìſſimè exornàtam, ſumma celebritàte trànſtulit, ac poſtrìdie ſub altàri digno honòre còndidit. (*d*)

(a) *Baron. an. 34. n. 267. & sequ. An. 44. n. 74. & sequ. an. 51. n. 51. & sequ. & an. 485. n. 4. item Graec, Epiphan. in Panar. lib. 1. Euseb. lib. 2. c. 1. S. Hippolyt. Martyr. Libel. de 72. Discipul. Doroth. in Synopsi, Nicephor. lib. 16. c. 37. Euseb. lib. 2. c. 2. Sur. t. 3. prior. edit. hac die, aliique plures.* (b) *Baron. an. 303. n. 123. Mombrit. t. 2. Petr. in Catal. lib. 5. c. 167. & Venant. Fortunat. lib. 7.* (c) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. hac die, & Tabul. Eccleſ. Bononien.* (d) *Baron. in not.*

Scrutamini Scripturas. Job 5.

(a) *Barnabæ Apoſtoli*. Græci addunt: *Et Bartholomæi Apoſtoli*. Adſtipulaturque Galeſinius. Ms. Divionen. *Barnabæ Apoſtoli, & Soſthenis Diſcipuli Pauli*. Corpus Barnabæ inventum Zenone Imperante, ex Cedreno Baron. in Annalibus, & in Martyrologio. Petro Fullone tyrannicè Eccleſ. Antiochenam adminiſtrante, Lupus in Schol. ad Concil. Epheſin. pag. 265.

(b) *Aquilejæ Felicis, & Fortunati*. In nonnullis Codicibus: *Fortunatæ*; fortè amanuenſis vitium, pro Fortunati. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Romæ Translatio Corporis Fortunati Epiſcopi. In Aquileja Emeriti, Aereti, Victoriani, Victoris, & Sanctorum Naboris, & Felicis*. Martyrol. Corbejen. *Et alibi Translatio Corporis Fortunati Epiſcopi. In Aquileja Emerita, Aereti, Victoriani, Victoris*. Martyrol. Antuerpien. *Translatio in Aquileja Fortunati Epiſcopi. Item in Aquileja Emeriti, Ereti, Victuriani, Victoris, & alibi Naboris, & Felicis*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Aquileja Emerita cum aliis tribus*. Ferrar. Catal. General. SS. die 14. Auguſti: *Felix, & Fortunatus Aquileja Agonem compleverunt; apud Vicentiam coluntur*. Petrus in Catal. *Corpus S. Felicis apud Aquilejenſes; Corpus S. Fortunati ad Vicentinos delatum*. Adſtruuntque Fortunati Carmina à Baronio in not. accita:

Felicem meritis Vincentia læta refundit,
Et Fortunatum fert Aquileja ſuum.

Ado: *Caput Beati Felicis Aquilejæ, caput Fortunati Vicentiæ*. Barbarian. in hiſt. Vicentinæ Eccleſiæ lib. 1. bina proſtat Diplomata Henrici I Imperatoris, quæ affirmant, Felicis, & Fortunati corpora *Vicentiæ* quieſcere: Vetus tamen Monumentum ſub anno 976 apud eumdem Barbarian. in fragmento, *Corpus S. Felicis in Monaſterio S. Viti ſervari*, docet. Ex his modò ambagibus, ut hæc pia contentio quieſcat, alterum ex his dicendum; aut Sacris Lipſanis diviſis utrique Urbi, itaut aliorum exemplo utraque Civitas affirmare poſſet penès ſe hos Martyres requieſcere, aut quòd *Vicentini* cælites ſint alii ab *Aquilejenſibus*, ut Florentin. vir eruditus ad 14. Auguſt.

(c) *Bononiæ Pariſii Confeſſoris*. Cardinal. Baron. in not. advocat Surium; Verùm ex Actis à Surio ſummatim expreſſis, *Tarviſio* potiùs, quàm *Bononiæ* adſcribendus hic Sanctus: nè igitur Bononienſes indignentur, Acta penès Baertium, & Janningum conſulenda.

Errant neſcientes Scripturas. Matth. 22.

xv. B Pridie Idus Junnii. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

(a) *Naboris, & Nazarii*. Die 8. Jun. Holſten. & Florentin.

ROmæ via Aurèlia natàlis ſanctòrum màrtyrum Basìlidis, Cyrìni, Nàboris & Nazàrii militium, qui in perſecutiòne Diocletiàni & Maximiàni ſub Aurèlio Præfècto ob Chriſtiàni nòminis confeſſiònem detrùſi in càrcerem, & ſcorpiònibus laceràti, càpite truncàti ſunt. (*a*) Nicææ in Bithynia ſanctæ Antonìnæ màrtyris, quæ in eàdem perſecutiòne

(b) *Antonina*. Martyr circ. an. 303. Baron. in not. ad oram marginal. Anno 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu 6.

ne à Priscilliàno Præside jussa est fùstibus cædi, suspèndi in equùleo, latèribus laniàri, & flammis incèndi, ac demum glàdio necàri. (*b*) In Thràcia sancti Olympii Epìscopi, qui ab Ariànis sede pulsus, conféssor òccùbuit. (*c*) Romæ in Basìlica Vaticàna sancti Leònis Papæ Tèrtii, cui èrutos ab ìmpiis òculos, & præcìsam linguam Deus mirabìliter restituit. In Cilìcia sancti Amphìonis Epìscopi, qui tèmpore Galèrii Maximiàni conféssor fuit egrègius. (*d*) In Ægypto sancti Onùphrii anachorètæ, qui in vasta erèmo sexaginta annis vitam religiòsè perègit, & magnis virtùtibus ac mèritis clarus, migràvit in cœlum: cujus insìgnia gesta Paphnùtius abbas conscrìpsit. (*e*) Salmànticæ in Hispània beàti Joànnis à sancto Faciùndo confessòris, Ordinis Eremitàrum sancti Augustini, fidei zelo, vitæ sanctimònia, & miràculis clari.

(a) *Baron. an. 303. n. 115. Sigebert. Chronic. ad an. 764. Purricellus differt. Nazarian. c. 58. Petr. de Natal. c. 109. Mombrit. t. 1. & Ferrar.* (b) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 348. n. 3. & S. Athanas. in Epistol. ad Solitar. & in Apolog. de fuga sua col. 334. & 335.* (d) *Baron. an. 314. n. 18. An. 325. n. 34. & an. 387. n. 15. item Græci, S. Athanas. in Apolog. 2. col. 397. Theodoret. hist. lib. 5. c. 20. in fin. & Sozomen. lib. 1. c. 10.* (e) *Baron. in not. Vit. Patrum c. 52. Sur. t. 3. prior. edit. in Vit. Paphnut. die 12. Jun. ac Baert. & Janning. Acta.*

Audite, & intelligite, discite, & præbete aures. Sap. 6.

(a) *Romæ Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Roma Aureli, Baseledis, Tripodi, Macidaletis, Zabini, Aurili, Donatella, Secunda.* Martyrol. Antuerpien. *Romæ Basilidis, Distri, Polimatici, Zebuli, Aureli, Luci, Militum v. Cirini, Naboris, & Nazarii.* Martyrol. Bluman. seu Vcissemburgense: *Roma Aurelii, Mil. v. Basolidis*; & alio antiquo charactere: *Cirini, Naboris, & Nazarii.* Mss. Augustan. S. Udalrici, & Parisien. Labbei: *Roma Basilidis, Cyrini, Tripoli, Naboris, Nazarii.* Ms. Rhinovien. in Helvetia: *Roma Basilidis, Cyrini, & Naboris.* Mss. Divionen. Attrebaten. Lætien. Aquisgranen. Casinen. & Vatican. S. Petri corripiunt *Romæ*.

(b) *Nicææ Antoninæ Martyris.* Cardinal. Baron. in not. hanc Antoninam Martyrem refert ut aliam ab ea, de qua ad 1 Martii, & Græcorum fasta pro utraque advocat. Baertius tamen, & Janningus unam eamdemque esse addubitant, nam illa Antonina Kalendis Martii culta, ut ex iisdem fastis, eodem loco, & tempore passa. Acta ad dictum diem consulenda.

(e) *Onuphrius.* Aliis temporibus, quibus Gentilium in Christianos persequutio sæviebat, apud Lippoman. tom. 5. & Metaphrastem ad 5. Novembr.

Disceptatio Topographica.

(a) *Romæ via Aurelia natalis Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii.*

Mediolanenses Naborem, & Nazarium sibi hac die vendicant. Adstruuntque Ms. Parisien. S. Genovephæ, Usuard. Paris. an. 1536. edit. Notker. & de Peregrin.

Eminentissim. Baron. in not. suadet Naborem, & Nazarium, hac die Romæ, esse alios à Nabore, & Nazario Mediolanensibus. Nabor enim Mediolanensis unà cum Felice Mediolani passus: Nazarius verò alio tempore, & cum Celso: at Nabor, & Nazarius Romani, cum Basilide, & Cyrino Martyrium consummarunt.

Sunt hi sermones, ut non excidatis. Sap. 6.

Sed Nazarius, & Celsus non Mediolani, sed Ebreduni, de quibus quoque hac ipsa die Ado: Sicque diversi à Nazario, & Nabore Mediolanensibus; quemadmodum alter Nabor, Martyr fuit in Africa, de quo una cum Sociis die 10. Jun. Quinimmo Nazarius Mediolani cultus, Romanus fuit, unde non mirum, si Romæ unà cum Basilide, & Cyrino reperiatur confusus, quamobrem cautè Pamelii Antiphonarius: *Natalis Sancti Basilidis Martyris: Et eodem die natalis Sanctorum Cyrini, Naboris, & Nazarii.* Item Sacramentar. Gregor. editionis Menardi pag. 106. *Pridie Idus Junii natalis SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii*, nullo præsignato loco, sive *Mediolani*, sive *Roma*.

Cæterùm Notkerus, Maurolyc. & Petr. de Natal. aliique constanter hos Martyres Romæ pandunt. Interim nè Mediolanenses, & Romani indignentur in nos, ob suos Naborem, & Nazarium raptos; ad instar Pamelii, & Menardi, præmissa Saniorum definitione, neutiquam: *Roma*, aut *Mediolani* expresso, efferatur: *Roma via Aurelia Basilidis, & Cyrini: eodem die Naboris, & Nazarii militum, qui omnes in persecutione, &c.*

xiv. C Idibus Junii. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

(b) *Felicula.* Die fequ. Calendar. Fronti.
(d) *Aquilina.* Martyr an. 308. Baron. eo an. n. 17. An. 309. Pagi tom. 1. ad an. 303. nu. 6. Ann. 293. Baert. & Janning.
(e) *Peregrini Episc.* Circ. 590. Baron. in not. ad otam marginal. Circ. 609. Baert. & Janning.

PAtàvii fancti Antònii Lufitàni confefsòris, Ordinis Minòrum, vita & miràculis, ac prædicatiòne illùftris. (*a*) Romæ via Ardeatina natàlis fanctæ Feliculæ virginis & màrtyris, quæ Flacco nolens nùbere, nec idòlis immolàre, tràdita eft cuidam Jùdici, qui eam in confeffiòne Chrifti perfeveràntem, poft tenebricòfam cuftòdiam, & famis inèdiam, tamdiu fecit in equùleo torquèri, donec emìtteret fpìritum, & fic demum depòni, & in cloàcam præcipitàri: quam fanctus Nicomèdes eadem via fepelìvit. (*b*) In Africa fanctòrum màrtyrum Fortunati, & Luciàni. (*c*) Bybli in Palæftina fanctæ Aquilinæ virginis & màrtyris, quæ annos duòdecim nata, fub Diocletiàno Imperatòre, & Volufiàno Jùdice, ob fidei confeffiònem còlaphis & verbèribus cæfa, & sùbulis candèntibus perforàta, demum percùffa glàdio, virginitàtem martyrio confecràvit. (*d*) In Pelignis fancti Peregrìni Epifcopi & màrtyris, qui à Longobàrdis pro fide Cathòlica in Atèrnum flumen demèrfus eft. (*e*) Còrdubæ fancti Fàndilæ presbyteri & mònachi, qui in perfecutiòne Aràbica amputàto càpite, pro fide Chrifti martyrium sùbiit. (*f*) In Cypro fancti Triphyllii Epifcopi. (*g*)

(f) *Fandila.* Die 16. Jun. Ferrar.
(g) *Triphyllii Episc.* Claruit circ. 325. Baron. eo ann. nu. 48. Circ. 347. S. Athanaf. in Apolog. Die præceden. Menæa cufa.

(a) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior. edit. & Chronic. item Scriptor. Ordin.* (b) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. Nerei, & Achillei die 12. Maii, Petr. in Catal. lib. 5. c. 112.* (c) *Baron in not. Janning. & Baert. Acta.* (d) *Baron. an. 308. n. 17. Graeci in Menologio Lippoman. t. 7. Sur. t. 3. prior. edit. hac die, Galefin. Genebrard. Molan. Canif. Artur. aliique.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal lib. 5. c. 113. Molan. & Greven. Addit. ad Ufuard.* (f) *Baron. an. 853. n. 66. Petr. in Catal. lib. 5. c. 114. S. Eulog. memor. Sanctor. lib. 3. c. 7. Ferrar. Moral. hift. Hifpan. lib. 14. c. 19. Marieta de SS. Hifpan. lib. c. 8. & Ria de SS. Cordubenf.* (g) *Baron. an 325. n. 48. S. Hieronym. de Script. Ecclef. S. Athanaf. in Apolog. 2. Sozomen. hift. lib. 5. c. 10. & Nicephor. lib. 8. cap. 42.*

Nil ultra innovetur præter id, quod traditum eft. S. Steph. Pap.

(b) *Feliculæ*. Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Romæ Feliculi*. Martyrol. Corbejen. *Romæ milliario feptimo Feliculi, Jannarii, Silvani*. Aft omnia Apographa conftanter, & aptius: *Felicula*. Ado, & Raban. *Romæ via Ardeatina milliario VII. S. Felicula, fepulta à Nicomede Presbytero*.

(c) *In Africa Fortunati, & Luciani*. Martyrol. Hieronymiana Lucen. & Antuerpien. item Mss. Attrebaten. Ecclefiæ S. Mariæ, Tornacen. Monafterii S. Martini, Lætien. S. Lamberti, Colonien. S. Mariæ ad Gradus, & Reginæ Sueciæ: *In Africa Luciani, Fortunati, Crefcentiani, & Tecla*. Martyrol. Corbejen. *Tecla Virginis*. Ms. Richenovien. *In Africa Felicis, Secundi, Luciani, Jocundi*. Bellin. Maurolyc. Greven. & Molanus: *In Africa Fortunati, Luciani, & Crefcentiani*.

(d) *In Pelignis Aquilinæ*. Peligni, *Valvenfi*, Populi Italiæ in Aprutio, Regni Neapolitani XII. Regio, inter Sarum flumen, & Aternum. Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis, pag. 123. *Martyrium Sancti Aquilini*. At errore Typographico; eft enim Aquilina.

(e) *Peregrini Epifcopi*. Alii: *Epifcopi Aternenfium*; & alii: *Epifcopi Amiternenfium*. Acta: *Paffio Sancti Cethei Epifcopi, & Martyris, vocati Peregrini XIII. Junii*. Molanus Addit. ad Ufuard. cufus ann. 1573. *Item Sancti Peregrini, five Cethei Athernenfis Epifcopi, & Martyris in Hadrienfi Civitate*

Tradidi quod & accepi, quod & accepiftis, in quo & ftatis. Corinth. 11.

vitate, in fluvium Pisaria mersi. Greven. Addit. ad Usuard. *Civitate Aternensi Beati Cerbei Episcopi, cognomento Peregrini*

(f) *Fundilæ Presbyteri, & Monachi*. De Peregrinis; *Fundilæ Presbyteri*. Aut luxatè *Fundila*, aut alius, quàm fine addito *Monachi*.

Cardinal. Baronius in notis Usuardum indigitat. At hic non addit *Monachi*. Verùm ex Actis apud S. Eulogium, S. Fandila Monachus fuit in Tabanacensi Cœnobio, & indè Presbyter.

(g) *Triphyllii Episc.* Menæa cusa: *Tryphelii*.

Cardinal. Baron. in not. *Fuit hic Episcopus Ledrensis in Cypro, ex Sozomeno Hist. lib. 5. cap.* 10. Ex Actis tamen Sanctorum penès Baertium, & Janning. depromitur duos in Cypro Episcopos floruisse sub nomine *Triphyllii*, alterum Leucadiæ, virum dissertissimum, & ob studium Legum Romanorum diù in Urbe commoratum, de quo Sozomenus; Undè, nil habendo *Ledris* cum *Leucadia*, hæc adnotatio ambigua videtur, de quonam Triphyllo intelligat; & aliunde supponit unum Triphyllum in Cypro Episcopum.

xxiij. D Decimooctavo Kalendas Julii. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

(a) *Ordinatio S. Basilii*. Sequuta hac die ann. 369. Baron. eo an. n. 44. Dominica aliqua Junii. Ann. 370. Pagi t. 1. ad eum an. n. 20. Die 29. August. Florent. & Holsten.
(b) *Elisei Prophetæ*. Circ. 853. ante Christum natum. Die præcedent. Ms. Divionen. Die 29. August. Florentin. & Holst.

Cæsarèæ in Cappadòcia ordinàtio sancti Basìlii Epìscopi, qui tèmpore Valèntis Imperatòris doctrìna & sapièntia insignis, omnibùsque virtùtibus ornàtus, mirabìliter effùlsit, & Ecclèsiam advèrsùs Ariànos, & Macedoniànos mira constàntia defèndit. (*a*) Samarìæ in Palæstìna sancti Elisèi Prophètæ, cujus sepùlchrum dæmones perhorrèscere sanctus Hierònymus scribit: ubi & Abdìas Prophèta quièscit. (*b*) Syracùsis sancti Marciàni Epìscopi, qui à beàto Petro ordinàtus Epìscopus, post Evangèlii prædicatiònem, à Judæis occìsus est. (*c*) Apud Suessiones sanctàrum màrtyrum Valèrii & Rùfini, qui in persecutiòne Diocletiàni à Præside Rictiovàro post multa tormènta jussi sunt decollàri. (*d*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Anastàsii presbyteri, Felicis mònachi, & Dignæ vìrginis. (*e*) Constantinòpoli sancti Methòdii Epìscopi. (*f*) Viènnæ sancti Æthèrii Epìscopi. (*g*) Apud Ruthènos sancti Quinctiàni Epìscopi. (*h*)

(c) *Martiani*. Die 30. Octobris Græci in Menolog.
(d) *Valerii, & Rufini*. Die 12. Februar. Galesin.
(f) *Methodii*. Obiit anno 847. Baron. eo an. nu. 60. Anno 846. Pagi ad an. 84. n. 17.

(a) *Baron. an.* 354. *n.* 27. *& seq. An.* 362. *n.* 84. *& seq. An.* 370. *&* 371. *& an.* 378. *n.* 2. (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. S. Hieronym. Epist.* 27. *in Epitaph. Paulæ ad Eustochium, & in Abdiam Prophet. c.* 5. *S. Epiphan. de vit. & interitu Prophet. Nicephor. lib.* 10. *c.* 13. *& Metaphrast. in Artemio die* 20. *Octobr.* (c) *Baron. an.* 46. *n.* 2. *Maurolyc. Molan. & Galesin.* (d) *Baron. in not. Mombrit. t.* 2. *Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 116. *Flodoard. lib.* 4. *hist. Eccles. Remens. c.* 52. *&* 53. *& Marlot. lib.* 1. *hist. Metropolitan. Remens. c.* 20. *aliiq.* (e) *Baron. an.* 353. *n.* 68. *S. Eulog. memor. SS. lib.* 3. *c.* 8. *Marietta de SS. Hispan. lib.* 3. *c.* 1. *&* 2. *& lib.* 4. *c.* 19. *Roa de SS. Cordubens. fol.* 49. *& Flos SS.* (f) *Baron. an.* 109. *n.* 53. *&* 54. *An.* 834. *n.* 13. *& sequ. An.* 829. *n.* 13. *An.* 842. *n.* 15. *An.* 843. *n.* 3. *& an.* 847. *n.* 60. *Græci in Menologio, Lippoman. t.* 5. *& Sur. t.* 6. *prior. edit.* (g) *Baron. an.* 205. *n.* 30. *Ado in Chron. ad an.* 604. *Galesin. Canis. Greven. & Molan. Auctar. ad Usuard.* (h) *Baron. an.* 506. *n.* 3. *An.* 507. *n.* 11. *& an.* 514. *n.* 37. *S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib.* 2. *c.* 36. *& lib.* 3. *c.* 2. *& Sigebert. in Chronic. ad an.* 506.

(a) *Ordinatio S. Basilii Episc.* Ado: *Apud Cæsaream Cappadociæ S. Basilii Episcopi fratris Gregorii, & Petri*. Florar. Ms. *Apud Cæsaream Cappadociæ Translatio S. Basilii Episcopi, & Confessoris, fratris Gregorii, & Petri*. Usuard. & de Peregrin. *Apud Cæsaream Cappa-*

Dedi cor meum, ut ſcirem doctrinam, erroreſque. Eccl. 1.

Cappadociæ natalis S. Baſilii Epiſcopi, qui &c. Nil de hac Ordinatione habent.

(b) *Eliſei Prophetæ*. Ejus Reliquiæ in Alexandriam translatæ apud Cedren. ad 29. Auguſt. Martyrol. Corbejen. IV. *Kal. Septembr. Pauſatio S. Heliſei Prophetæ*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. addit: *Diſcipuli S. Eliæ*. Martyrol. Antuerpien. & Ms. Reginæ Succiæ: IV. *Kal.* ſcilicet Septembr. *Et depoſitio Eliſei Prophetæ*.

(d) *Apud Sueſſiones Valerii, & Rufini*. Martyrolog. Epternacen. & Hieronym. Lucen. *Seſſionis Civitate*. Martyrolog. Corbejen. *Sueſſionis Civitate*. Legendum quidem *Sueſſionis*. Florus Auctar. ad Bedam: *In pago Sueſſionis*. Uſuard. & de Peregrin. *In territorio Sueſſionis*. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei: *In Territorio Sueſſionis Civitatis*. Martinæus lib. 4. de veter. Monachor. ritib. c. 6. *Rufi* ponit; conſentitque de Peregrinis: *In territorio Sueſſionis Civitatis Rufi, & Valerii*.

Cardinal. Baron. in notis ad oram marginalem hos Martyres ſuadet ſub Rictiovaro: *Circ. an.* 303. *Rictiovarus ſæviebat in Gallia eo anno n.* 124. Pagi ad eumdem ann. 303. vindicat, hanc perſequutionem in Gallia non cæpiſſe, niſi an. 304. Ipſi viri eruditi hoc inter ſe diſceptent.

(f) *Conſtantinopoli Methodii Epiſc.* Acta Græca in Bibliotheca Vaticana à Leone Allatio latinè reddita: *Commemoratio Deo placitæ converſationis S. P. N. Methodii Archiepiſcopi Conſtantinopoleos*.

(g) *Viennæ Ætherii Epiſc.* Acta Mss. S. Gudilæ Bruxellen. & Martyrolog. Coloniæ, & Lubecæ cuſa ann. 1490. *Eucherii*. Sauſſayus Martyrolog. Gallicano: *Viennæ Allobrogum S. Ætherii Epiſcopi, & Confeſſoris*. Baron. in not. *Numeratur hic vigeſimus ejus Sedis Epiſcopus*. Duo Mss. Eccleſ. Viennenſ. penès Baert. & Janning. *Ætherei Confeſſoris, trigeſimi Archiepiſcopi Viennenſis*.

(h) *Apud Ruthenos Quinctiani Epiſc.* Galeſinius: *Et Confeſſoris*. Martyrol. Coloniæ, & Lubecæ cuſa: *Eodem die SS. Quintiani Presbyteri, & Sicii Confeſſorum*. Maurolyc. *& Titi Confeſſoris*. Alius Codex Colonienſis apud Carmelit. *Stici Confeſſoris*. At hic Quinctianus Presbyter cum ſocio videtur alius.

Mens contemplata eſt multa, & didicit. Eccl. 1.

xij. E Decimoſeptimo Kalendas Julii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

(a) *Viti, & Soc.* Die 15. Maii Caniſ. Martyrol. Germanic.

IN Lucània apud Silarum flumen natàlis ſanctòrum màrtyrum Viti, Modèſti, atque Creſcèntiæ, qui ſub Diocletiàno Imperatòre è Sicìlia illuc delàti, ibìdem poſt ollam fervèntis plumbi, poſt bèſtias & catàſtas divìna virtùte ſuperàtas, curſum glorióſi certàminis peregèrunt. (*a*) Doròſtori in Myſia ſancti Heſychii mìlitis, qui cum beàto Julio comprehènſus, ſub Màximo Præſide poſt eum martyrio coronàtus eſt. (*b*) Còrdubæ in Hiſpània ſanctæ Benìldis màrtyris. (*c*) Zephyrii in Cilìcia ſancti Dulæ màrtyris, qui ſub Præſide Màximo ob Chriſti nomen virgis cæſus, in cratìcula pòſitus, fervènti òleo incènſus, alìaque paſſus, màrtyrii palmam victor accèpit. (*d*) Palmyræ in Syria ſanctàrum màrtyrum Libyæ & Leonìdis ſoròrum, & Eutròpiæ puèllæ annòrum duòdecim, quæ per divèrſa tormènta ad corònam martòrii pervenèrunt. (*e*) Apud Valencènas deposìtio ſancti Landelìni abbàtis, (*f*) Arvèrnis ſancti Abrahæ confeſsòris, ſanctitàte ac miràculis illùſtris. (*g*) Valèſiæ in monte Jovis ſancti Bernàrdi à Montone confeſſoris.

(f) *Landelini Abb.* Claruit circ. 650. Baron. eo an. nu. a Circ. 651. Sigebert. Chronic. Circ. 660. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Bened. Obiit anno 696. Mabillon. Sæcul. 2. Bened. & Pagi t. 3. ad an. 650. num. 2. Die 19. Martii Martyrol. Anglican. Vuitford.

(a) *Baron. an.* 303. *n.* 120. *Mombrit. t.* 2. *Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 118. *Sur. t.* 3. *prior. edit. & Ferrar. Catal. SS. Ital.* (b) *Baron. an.* 228. *n.* 2. *Petr. in Catal. lib.* 5. *c.* 96. *&* 119 *Uſuard. & alii*. (c) *Baron. an.* 853. *n.* 71. *S. Eulog. memor. SS. lib.* 3. *c.* 9. *Morales lib.* 14. *c.* 20. *Marietta de SS. Hiſpan. lib. c.* 28. *& Roa de SS. Cordubenſib.* (d) *Baron. in not. Lippoman. t.* 7. *Sur. t.* 7. *prior. edit. Galeſin. & Molan.*

lan. (e) *Baron. in not. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 7. relat.* (f) *Baron. an. 650. nu. 2. Sur. t. 3. prior. edition. Molan. Indic. SS. Belgii, Trithem. de vir. Illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 100. Mabillon. Secul. 2. Benedict. & Miraus in Fast. Belgic.* (g) *Baron. an. 480. n. 13. & S. Gregor. Turonen. lib. SS. Patrum c. 3. & in hist. de gest. Franc. lib. 2. c. 21.*

Fiat aures tuę auſculantes. Eſdræ 1

(a) *In Lucania Viti, Modeſti, atque Creſcentia*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Hoſtenium: *In Sicilia*, & de Peregrin. pro Creſcentiæ, *Creſcenti*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Creſcentiani*. Martyrol. Bluman. ſeù Veiſſeburgenſe: *In Sicilia Modeſti, & Creſcentis*. Martyrol. Antuerpien. *In Lucania Viti, Candidi, Cantiani, Cantianella, Proti, Griſogoni, Arteonis, Quintiani, Theodoli. In Sicilia Viti, Modeſti, & Creſcenti*. Martyrol. Corbejen. pro Creſcenti, *Creſcentiæ*. Ms. Barberinian. Roman. *In Lucania Candidi, Proti, Griſogoni*. Ferrar. Catal. SS. Ital. *In Sicilia Artheonis, Niniviti, Candidi, Quintiliani, & Theodoli cum aliis, ſub Diocletiano.* Lapſum forſan *Niniviti*, pro *Viti*. Martyrol. Germanic. Caniſii ad 15. Maii: *Eluvange SS. Vitus, & alii Martyres*.

(b) *Doroſtori in Myſia Heſychii militis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Doroſtori Iſici*. Martyrol. Epternacen. *Doroſtoro Civitate Uſici*. Martyrol. Corbejen. *In Doroſtoro S. Yſici, Felicis, Lupi*. Beda: *Eſicii*. Uſuard. *Eſychii ſub Præſide Maximo*. Ado: *Sub Præſide Maximiano*. De Peregrinis: *Apud Meſſinam Civitate Doroſtoro Exilii militaris, qui cum Beato Julio comprehenſus, ſub Præſide Maximiano martyrio coronatus*. Vitium Typographi *Exilii*, pro *Heſychii*. Et Acta S. Julii ſocii ferunt: *Maximo*.

(c) *Sancta Benildis Martyris*. Galeſin. *Sanctæ Matronæ Benildis Martyris*.

(f) *Apud Valencenas Landelini Abbatis*. Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Apud Criſpinum natale S. Landolini Confeſſoris, & Sacerdotis*. Alia Belgic. Ecclesiar. Mss. nomine Uſuardi: *Eodem die in Territorio Valentinenſi, Canobio Criſpini, depoſitio S. Landelini Abbatis, & Confeſſoris, qui ab Autberto Cameracenſi Epiſcopo de ſacro fonte levatus*.

Diſceptatio Topographica.

(a) *In Lucania apud Silarum flumen natalis Sanctorum Martyrum Viti, Modeſti, atque Creſcentia*.

Silarus quidem Lucanos à Picentibus diſterminat; & aliundè Apographa Epternacen. ſeu Antuerpien. Corbejen. Lucen. & Reginæ Sueciæ Ms. item Beda, Uſuard. & Ado ab Eminentiſſimo Baronio in notis acciti hos Sanctos Martyres uno calamo Siciliæ inſcribunt.

Si attendere facies ſapientiæ aurem tuam, intelligentiæ dabis vocem tuam. Proverb. 2.

Si quis verò aſſereret, Sanctum Vitum nobilibus parentibus ortum, puerum iram impii Patris fugientem, cum Modeſto, & Creſcentia nutritoribus ſuis in Lucaniam abiiſſe, ibique plurima tormenta paſſum, & cum Sociis martyrem occubuiſſe.

Petro de Natal. refragaretur, referenti, Vitum origine nobilem, Lucanum in Sicilia cum Modeſto, & Creſcentia nutritoribus glorioſè in Sicilia Agonem conſummaſſe.

Nec infringeret hos Martyres, ex Patria per naviculam ad amnem Silarum perductos, ex Sicilia potiùs in Lucaniam tranſfretaſſe in finibus Lari fluvii ab occidente erumpentis ſitam, ut ex Martyrii actis, ferentibus primùm ad territorium Conogritanum perveniſſe, ſeù aptiùs, ut Ado, Tanagritanum territorium Lucaniæ, ex Alburno fonte Fluvium haud procul à Potentia decurrens: Quinimmò Lucania antiquitùs latiùs porrigebatur, continens quicquid Silarum fluvium, & Laum continebant, cujus pars in præſentiarum Baſilicata eſt.

Nam hæc Acta aut ſunt, quæ diffuſiora penès Surium, aut, quæ contractiora apud Petrum de Natal. utraque inter ſe quodammodo pugnantia; quamobrem Ferrar. Catal. SS. Italiæ hac ipſa die in Sicilia hos Martyres ſub Diocletiano buccinat, & ignoto loco, uti & Maurolyc. Siculus: imo hic nèdum hos Sanctos Siciliæ tribuit, ſed ut eos omninò è Lucania abſtrahat, ipſum Silarum amnem in Salinuntem convertit: Igitur ut ſine hac Topographica nutatione ſit Romanum Martyrologium, & peritiores adſtipulentur, ſine loco, ut Calendarium Canonicorum Lucenſium apud Florentinium, auſpicetur: *Natalis Sanctorum Martyrum Viti, Modeſti, atque Creſcentia, qui ſub Diocletiano Imperatore, poſt ollam ferventis plumbi, poſt beſtias, & cataſtas divina virtute ſuperatas, curſum glorioſi certaminis peregerunt.*

xj. F Sextodecimo Kalendas Julii. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

(a) *Ferreoli, & Ferrutionis.* Die 5. Septemb. Holsten. & Florentin.

(b) *Quirici, & Julittæ.* Martyres ann. 305. Baron. eo an. n. 15. Ann. 306. Pagi t. 1. ad ann. 303. num. 6. Die 15. Julii Græci in Menolog.

(c) *Aurei, & Justinæ.* Martyres an. 524. Baron. ex Ferrar. ad oram marginal. An. 451. Baert. & Janning.

VEsontiòne in Gàlliis sanctòrum màrtyrum Ferrèoli presbyteri, & Ferrutiònis diàconi, qui à beàto Irenæo Epìscopo ad prædicandum verbum Dei mìssi, pòsteà sub Clàudio Jùdice divèrsis pœnis excruciàti, gladio feriùntur. (*a*) Tarsi in Cilìcia sanctòrum màrtyrum Quìrici, & Julittæ matris ejus sub Diocletiàno Imperatòre: quorum Quìricus triènnis puèllus, cùm matrem, quæ ante Alexàndrum Præsidem nervis dirissimè cædebàtur, implacàbili luctu lugèret, ad gradus tribunàlis illìsus intèriit: Julitta verò, post dira vèrbera & gràvia tormenta, martyrii sui cursum obtruncatiòne càpitis implèvit. (*b*) Mogùntiæ pàssio sanctòrum Aurei & Justinæ soròris ejus, & ceteròrum màrtyrum, qui sỳnaxim in Ecclèsia agèntes, ab Hunnis Germàniam diripièntibus trucidàti sunt. (*c*) Amathùnte in Cypro sancti Tychònis Epìscopi, tèmpore Theodòsii Juniòris. (*d*) Lugdùni depositio beàti Aureliàni Epìscopi Arelatènsis. (*e*) Nannète in Britànnia minòri sancti Similiàni Epìscopi & confessòris. (*f*) Misnæ in Germània sancti Bennònis Epìscopi. (*g*) In Brabàntia sanctæ Lutgàrdis vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. & S. Gregor. Turonen. lib. de glor. Martyr. c. 17.* (b) *Baron. an. 305. n. 15. Græci in Menolog. Idibus Julii, Lippoman. t. 6. Sur. t. 2. prior. edit. & Mombrit. t. 2.* (c) *Baron. in not. Molan. in annot. ad Usuard. Baert & Janning. Acta.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 550. n. 12. Usuard. & Ado.* (f) *Baron. ibid. Usuard. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. & Sammarthan.* (g) *Baron. an. 1117. n. 6. Sur. t. 7. prior. edit. & Trithem. Abbas Epist. 64. ad Jul. Papam.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. & Molan. tum in Indic. SS. Belg. tum in Addit. ad Usuard. hac die.*

Cunctis sermonibus nè accomodes cor tuum. Eccl. 7.

(a) *Vesontione in Galliis Ferreoli Presbyteri, & Ferrutionis Diaconi.* Beda genuinus non præsignat locum. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. prænotant: *In Civitate Visionensi.* Ms. Monasterii S. Cyriaci: *Ubisonensi.* Ms. Roman. Barberinian. *Vindocinensi.* Item alii pro Ferrutionis, *Ferrutii, & Ferrucii.* De Peregrinis: *In Galliis apud Urbem Vescentionensem Ferreoli Presbyteri, & Fenitionis Diaconi.* Ad 5. Septembris Martyrol. Epternacen. *Nonas Septembris: In Gallia Civitate Vesontione natalis Ferrioli, & Ferrucionis.* Martyrolog. Corbejen. & Hieronymianum Lucen. addunt: *Cum Sociis eorum.* Vesontio in Provincia Lugdunensi quinta Metropolis, Civitas Crispolinorum; Scaliger notitia Galliæ. Beda cusus, Galesinius, Ferrar. & Martyrol. Germanic. ad 4. Januar. alium Ferrutium referunt Romæ passum.

(b) *Tarsi in Cilicia Quirici, & Julittæ matris ejus.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. & Martyrolog. Bluman. *Antiochiæ Cyrici Martyris, & Julitæ matris ejus cum aliis ccccIIII.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. profert: *Quirici, Julittę.* Ado, Maurolyc. & Galesin. *Ciriaci, Julittæ.* Martyrolog. Antuerpien. *Cirici.* Martyrol. Corbejen. *In Antiochia Cyrici, Julitte matris ejus, & cum eis quadrigentorum Martyrum.* Ms. Attrebaten. *Natale Cyrici, & Julittę matris ejus, cum quadrigentis quatuor martyribus.* Ms. Vatican. S. Petri simpliciter: *Quirici, & Julittæ matris ejus.* Mss. Lætien. & Barberinian. Roman. *In Antiochia* prænotant.

Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem. Eccl. 6.

Cardinal. Baron. in not. *Plerique Latinorum sunt corrigendi, qui eos Antiochiæ passos referunt, quum Acta Tarsi in Cilicia tradant.* At Dio lib. 7. apud Hortelium, Tarsus *Antiochia* vocatur. An Quiricus, sivè

sive Cyricus, & Julitta Idibus Julii sint iidem, ac qui Antiocheni, aut Tarsenses, suspicandum. Florentinius vir eruditus inspiciendus.

(c) *Moguntiæ.* Moguntia, quæ & Magontia, & Mocontiacum, *Magonza* Italis, *Mentz* seù *Maentz* Germanis, *Mayence* Gallis; Urbs Germaniæ superioris, ad Rheni ripam citeriorem, contra Mæni flum. ostium, cujus Archiepiscopus cæteros Imperii Electores præcedit: *Aurei, & Justinæ*. Baron. in not. allegat Bedam, & Adonem; Baertius verò, & Janningus testantur, in horum genuinis Martyrologiis, hoc se non invenisse: Cui ex his viris eruditis præstanda fides, sapientiores definiant.

(e) *Aureliani Episcopi Arelatensis*. S. Gregor. Papa ad Vigilium Episc. Arelatensem Epist. 115. lib. 7. registror. Indict. 2. *Aurelium* nuncupat, & ita nonnulli. Acta tamen v. Synodi Arelatensis, cui interfuit, *Aurelianum* promunt.

(f) *Naunete in Britannia Similiani Episcopi, & Confessoris*. Martyrol. Hieronym. Lucen. & Ms. Barberinian. Roman. *In Civitate Namnetis S. Similini*. Martyrol. Corbejen. & Bluman. *Similiani*. Martyrol. Antuerpien. *Natalis Namnesis, Similiani*. Sammarthani inter Nannetenses Episcopos in Armorica tertium recensent.

x. G Quartodecimo Kalendas Julii. Luna. 17
a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A B C D E *F* F G H M N P
11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

(c) *Nicandri, & Marciani.* Martyres an. 303. Baron. eo ann. 120. Anno 304. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. An. 183. Baert. & Janning. Die 8. Junii Græci. Die 5. Petr. de Natal.

(f) *Himerii Episc.* Die sequ. Greven. & Molan.

ROmæ natàlis sanctòrum ducentòrum & sexagintaduòrum Màrtyrum, qui in persecutiòne Diocletiàni pro fide Christi necàti, pòsiti sunt via Salària vèteri ad Clivum Cucùmeris. (*a*) Tarracìnæ sancti Montàni mìlitis, qui sub Hadriàno Imperatòre & Leòntio Consulàri, post multa tormènta, martyrii corònam accèpit. (*b*) Apud Venàfrum sanctòrum màrtyrum Nicandri & Marciàni, qui in persecutiòne Maximiàni càpite cæsi sunt. (*c*) Chalcèdone sanctòrum màrtyrum Manuèlis, Sabèlis, & Ismaèlis, qui pacis causa apud Juliànum Apòstatam pro Rege Persàrum legatiòne fungèntes, cùm Imperatòris jussu idòla veneràri compellerèntur, idque constànti ànimo recusàrent, glàdio feriùntur. (*d*) Apollòniæ in Macedònia sanctòrum màrtyrum Isàuri diàconi, Innocèntii, Felìcis, Jeremìæ, & Peregrìni Atheniènsium, qui à Tripòntio Tribùno vàriè torti, càpite obtruncàti sunt. (*e*) Amèriæ in Umbria sancti Himèrii Epìscopi, cujus corpus Cremònam translatum est. (*f*) In pago Bituricènsi sancti Gundùlphi Epìscopi. (*g*) Aureliànis sancti Avìti presbyteri & confessòris. (*h*) In Phrygia sancti Hypàtii confessòris. (*i*) Item sancti Bessariònis anachorètæ. (*k*) Pisis in Tùscia sancti Rainèrii confessòris. (*l*)

(g) *Gundulphi* Dic 17. Januar. Bolland.

(h) *Aviti Presbyt.* Obiit an. 542. Baron. eo an. n. 7. An. circ. 527. Baert. & Janning. An. 495. Sigebert. in Chronic.

(l) *Rayneri*. Obiit anno 1161. Baron. in not. ad oram marginal. Ann. 1160. Baert. & Janning. Die sequent. Bucellinus,

(a) *Baron. an. 303. n. 115.* (b) *Baron. in not. Baert. & Janning. Acta, & Ferrar. Catal. SS.* (c) *Baron. an. 303. n. 120. Græci in Menologio ad 8. Junii, & Petrus de Natal. lib. 5. c. 90.* (d) *Baron. an. 362. n. 47. & sequ. Græci in Menolog. hac die, Lippeman. t. 6. & Sur. t. 3. prior. edit.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. Baert. & Janning. Acta.* (f) *Baron. an. 965. Petr. in Catal. lib. 15. c. 122. Molan. Addit. ad Usuard. & Greven.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Galesin. & Bellin.* (h) *Baron. an. 542. n. 7. S. Gregor. Turonen. hist. Franc. lib. 3. c. 6. Sigebert. in Chronic. ad an. 495. Sur. t. 3. prior. edit. & Mabillon. Sæcul. 1. Benedict.* (i) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (K) *Baron. an. 820. n. 9. Græci in Menolog. & vit. Patrum par. 2.* (l) *Baron. in not Molan. Addit. ad Usuard. edit. 3. & Fr. Benincasa in Vita.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Eccles. 4.

(a) *Romæ ducentorum sexaginta duorum Martyrum*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Romæ via Salaria veteri S. Quirici cum aliis* VIII. Holstenius.

(c) *Apud Venafrum Nicandri, & Marciani*. Venafrum, *Venafro* Italis; Urbs antiqua Samnii, nunc Campaniæ, in colle apud Apenn. Montis, ex quo non longè Vulturnus amnis pronus profluit, radices sita; Media quasi inter Montem Casinum, seu Germanopolim, & Eseniam. Martyrolog. Ms. Pulsanen. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolorum, ad oram marginalem litteris antiquis: *In Civitate Glusanensi SS. Martyrum Nicandri, & Marciani*. Verùm Glusanen. *Oppidum est*, non autem *Civitas*. Ms. Treviren. S. Martini: *Romæ Quiriaci, Nicandri, Cuse, Dorostoli, Blasii, Diogenis*. Ms. Barberinian. Roman. *Romæ natale SS. Nicandri, & Alexandri, Dorostoli, Alexandri, Dioscori, & Marini Martyrum*. At hic *Nicander* inspicitur alius.

(f) *Ameriæ in Umbria Himerii Epis.* Ameria, *Amelia* vulgò; urbs Umbriæ, in finibus Sabinorum, aut procul à Tiberi. Urbs modica, sed pervetus, Roma, si Catoni creditur, multò antiquior. Petr. de Natal. *Emiliæ in Tuscia Hymerius Episcopus*. Greven. & Molan *Cremonæ Hymerii Episcopi, & Confessoris*.

(g) *Gundulphi Episc.* Aliis: *Genulphi*, *Gundolphi*, *Gondulphi*, *Gondolphi*. Bolland. ad 17. Januar. *Gendulphi*. Bellinus auctus, Parisi. edit an. 1521. *In Pago Biturreo Sancti Gunduifi* Molan. secundæ editionis: *Episcopi, & Confessoris*.

(h) *Aurelianis Aviti Presbyteri, & Confessoris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Aurelia Civitate Aviti Presbyteri*. Vita apud Surium addit: *Abbatis Micilianensis*, sivè *Dunensis*; scribitur *Aurelia*, apud Glaber. libr. 2. hist. c. 6. *Civitas Aurelianorum*: In Notitiis Provinciarum, *Aureliana Civitas*. In aliis Codicibus. *Aurelianis*: In Latinis recentioribus. Alium *Avitum in Oriente Monachum* Suidas effert. Mabillonius Sæcul. 1. Benedict. pag. 613. plusquàm probabile autumat, duos *Avitos* eodem tempore *in Micianensi Cœnobio* floruisse.

(c) *Apud Venafrum SS. Martyrum Nicandri, Marciani, qui in persecutione Maximiani*.

De mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccles. 4.

Petrus Diaconus Cassinensis ponit hos Martyres in persequutione Domitiani, Idque confirmare videtur pervetus Chronologicum Atinensis Ecclesiæ, ubi legitur, S. Flugentium Episcopum Atinensem, qui Sancto Marco Petri Apostoli Discipulo in Episcopatu successit, hos Martyres sepelisse, & quòd Salomo, sextus Atinæ Episcopus ab Eleutherio Pontifice ordinatus, sub Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo Acta passionis horum Martyrum scripsisset: Hæc in Libello Sanctorum Atinensium Romæ edito an. 199. Authore Florio Urbinate, qui Atinensis Ecclesiæ antiquitates scrutator diligenter cusit. Ex quibus hos Beatos Martyres sub Domitiano occubuisse elicitur.

Disceptatio Chronologica.

Eminentissimus Baron. suis eximiis Annalibus recenset hos Martyres anno 303. ut eo anno n. 120. quo Maximiana persequutio vigebat.

Ast idem Baron. in not. hos Martyres: *Sub Præside Maximo* adnotat, qui Præfecturam gessit Alexandro Imperatore an. 228. ut idem Annalista ad eum ann. nu. 5. dein Imperio potitus: proinde hos Martyres neque tempore Maximiani, neque anno 303. mortem oppetierint.

Addit tamen Baronius in prælibatis not. Acta ex Mss. Romæ in Bibliotheca Congregationis Oratorii haberi, quæ tempore *Maximiani* hoc Martyrium ferunt.

Nihilominùs in his Actis, utpote ex Mss. aliquod mendum inciderit, ex amanuensis vitio, scribente *Maximiano*, pro *Domitiano*, ut ex deductis depromitur.

Verùm ut hæc ambigultas explodatur, neque sub *Maximiano*, neque sub *Domitiano* reponendum, quemadmodum ad 5. Julii de SS. Hesichio, & Julio sub Maximo Præside, non exprimitur in persequutione Alexandri, ut Baron. ad ann. 228. num. 5. ita sapientiorum judicatu præmisso, pronuncietur: *Apud Venafrum Sanctorum Martyrum Nicandri, & Marciani, qui capite cæsi sunt*.

ix. A Quartodecimo Kalendas Julii. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

ROmæ via Ardeatina natàlis sanctòrum màrtyrum Marci & Marcelliàni fratrum, qui in persecutiòne Diocletiàni à Judice Fabiàno tenti, & ad stìpitem alligàti, in pèdibus clavos acutòs accepèrunt: cùmque non cessàrent laudàre Christum, lànceis per làtera transfixi, cum glo-

(a) *Marci, & Marcelliani.* Martyres ann. 286. Baron. eo. an. nu. 23. Ann. 287. Baert. & Janning.

(c) *Marinæ.* Die 11. Februarii Græci in Menæis. Die 8. Molan. Addit. ad Usuard. Metaphrast. apud Sur. & Ferrar.

glòria martyrii ad sidèrea regna migràrunt. (*a*) Màlacæ in Hispània sanctòrum màrtyrum Cyrìaci & Paulæ vìrginis, qui lapidibus òbruti, inter saxa ànimas cœlo reddidèrunt. (*b*) Trìpoli in Phœnìcia sancti Leòntii mìlitis, qui sub Hadriàno Præside, unà cum Hypàtio Tribùno, & Theòdùlo quos convèrtit àd Christum, per acèrba tormènta pervènit ad corònam martyrii. (*c*) Eòdem die sancti Æthèrii màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni, post ignes, & àlios cruciàtus, glàdio cæsus est. (*d*) Alexandrìæ pàssio sanctæ Marìnæ vìrginis. (*e*) Burdìgalæ sancti Amàndi Epìscopi & confessòris. (*f*) Apud Saccam in Sicìlia sancti Calògeri eremìtæ, cujus sànctitas in energùmenis liberàndis màximè effùlget. (*g*) Sçonàugiæ sanctæ Elìsabeth vìrginis, monàsticæ vitæ obsèrvàntia cèlebris. (*h*)

(h) *Elisabeth Virginis.* Obiit ann. 1165. Ætatis suæ 36. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti.

(a) *Baron. an. 284. n. 11. & sequ. & an. 286. n. 23. Sur. t. 1. in Act. S. Sebastian. die 20. Januar. Petr. de Natal. lib. 8. c. 74. Beda, Usuard. Ado, ac cæteri omnes.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 5. c. 126. Vasaus in Chronic. Flos Sanctorum Hispan. Thesaur. concion. t. 2. Bellin. Greven. Maurolyc. Galesin. Canis. aliique.* (c) *Baron. an. 80. n. 3. Græci in Menologio, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edit.* (d) *Baron. in not. Græci in Menologio, Baert. & Janning. Acta.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 108. & vit. Patr. par. 1. c. 44.* (f) *Baron. an. 431. n. 195. S. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib. 1. c. 19. & de glor. Confessor. c. 45. & Molan. Addit. ad Usuard.* (g) *Baron. an. 526. n. 28. S. Gregor. Papa lib. 4. Dialogor. Fazel. de reb. Sicul. lib. 6. decad. 1. c. 3. & Breviar. Gallican.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 120. & lib. 3. c. 315.*

Qui scrutantur testimonia, in toto corde exquirunt ea. Psalm. 118.

(a) *Romæ Marci, & Marcelliani fratrum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. Corbejen. Antuerpien. & Beda genuin. non addunt, *Fratrum*. Apographum verò Antuerpien. pro Marcelliani, *Marcellini*, & Corbejen. *Romæ Marci, & Marcelliani* ..... *Pauli, Cyriaci.*

(b) *Malacæ in Hispania Cyriaci, & Paulæ.* Malaca, *Malaga* urbs Hispaniæ Bæticæ antiqua in ora maritima, ad Saldubæ amnis ostium; Emporium Regionis finitimæ. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Martyrolog. Bluman. & Bellinus: *Thomi Pauli, Cyriaci.* At Paulus, & Cyriacus Thomitani sunt alii, à Paula, & Cyriaco Hispanis. De Thomitanis adhuc Roman. Martyrolog. ad 20. Junii. Petr. in Catal. *Malicam*, non *Malacam* scripsit, & ut inquit, *habetur in Martyrologio Adonis, ex Datario Hieronymi.* Maurolyc. Galesin. & de Peregrin. *In Hispania Bethica Civitate Malaca Synaci, & Paulæ Virginis.*

(c) *Alexandriæ Marinæ Virginis.* Martyrol. Hieronymi. Lucen. *Maris*, pro *Marinæ*; At depravatè. Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense, & Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus: *Mariæ*. Ms. Richenovien. *Marini*. Martyrol. Antuerpien. & Ms. Barberinian. Rom. *Alexandria Civitate Marina*, sine addito Virginis. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria S. Marinæ, Theoni.*

Declaratio Sermonum illuminat. Psalm. 118.

Cardinal. Baron. in not. *De ea & Ado hac die, qui Martyrem eam dicit, cui tamen vet. manuscript. contradicunt. Hæc etenim illa est, quæ virili habitu monasticam exercuit disciplinam.* At Usuardus, & non Ado, ejus passionis meminit: quinimmo Appendix ad Adonem promit *Mariæ*, scilicet: *XIIII. Cal. Julii: In Alexandria S. Mariæ Virginis, & Martyris, & Balbinæ.* Raban. & Notker. certamen Sanctæ Marinæ Antiochiæ panditant, & Molan. ad oram Usuardi, qui effert: *Alexandriæ passio S. Marinæ Virginis*, addit; *hanc nos Margaritam nominamus*. Ex quibus videtur, duas fortasse recensendas esse Marinas, alteram Virginem tantùm, alteram Virginem, & Martyrem.

(g) *Apud Saccam in Sicilia Calogeri Eremitæ.* Sacca priùs Thermæ, *Xacca*; urbs Siciliæ maritima, in ora, quæ in meridiem Africæ obvertitur, inter Liliboeum, & Agrigentum. Hic Calogerus eremita signatur. At prout ex ejus vita, non Saccæ, sed in Liparitana Insula vitam duxit, & obiit.

viij. B. Duodecimo Kalendas Julii. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

(a) *Gervaſii & Protaſii*. Die 14. Octob Græci in Menologiis. De 20. Maii Holſten. in Animadverſ. Et Mss. Richenov. E. Auguſtanum, Caſſinen. Altempſian. Labbean. & alia.

(b) *Urſicini*. Die 30. Maii Molan. primæ edition. Canis. & Martyrol. Germanic. Die 28. April. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

MEdiolàni ſanctòrum màrtyrum Gervàſii & Protàſii fratrum: ex quibus priòrem tàmdiu juſſit Aſtàſius Judex plumbàtis cædi, quoùſque ſpiritum exhalàret; ſequèntem verò fùſtibus cæſum, càpite truncàri. Horum còrpora, Dòmino revelànte, beàtus Ambròſius sànguine conſpèrſa, & ita incorrùpta rèperit, ac ſi eo die fuiſſent interèmpti: in quorum translatiòne cœcus fèretri tactu lumen recèpit, & plùrimi vexàti a dæmonibus liberàti ſunt. (*a*) Ravènnæ ſancti Urſicini màrtyris, qui ſub Paulìno Judice poſt plùrima tormènta in confeſſiòne Dòmini immòbilis pèrmanens, càpitis abſciſſiòne martyrium complèvit. (*b*) Sozòpoli ſancti Zòſimi màrtyris, qui in perſecutiòne Trajàni ſub Domitiàno Præſide, poſt acèrbos cruciàtus, càpite amputàto victor migravit ad Dòminum. (*c*) Arètii in Tùſcia ſanctòrum màrtyrum Gaudèntii Epiſcopi, & Culmàtii diàconi, qui tèmpore Valentiniàni furòre Gentìlium cæſi ſunt. (*d*) Eòdem die ſancti Bonifàcii màrtyris, diſcìpuli beàti Romuàldi, qui à Romano Pontìfice ad prædicàndum Evangèlium in Rùſſiam miſſus, cùm per ignem transiſſet illæſus, Regèmque ac pòpulum baptizàſſet, à furènte Regis fratre necàtus, optàtam martyrii corònam accèpit. (*e*) Ravènnæ ſancti Romuàldi anachorètæ, monachòrum Camaldulènſium Patris, qui collàpſam in Itàlia eremìticam diſciplìnam reſtituit, ac mirificè propagavit, de quo ètiam sèptimo Idus Februàrii. (*f*)

(c) *Zoſimi.* Martyr an. 109 Baron. eo ann. n. 37. Circ. an. 90. Baert. & Jannig. Non ante ann. 112. Perſequtio Trajani Pagi t. 1. ad an. 106. n. 3

(e) *Bonifacii martyr*. Die 5. Maurolic. & Witford.

(a) *Baron. an. 171. n. 4. & an. 387. n. 37. Acta nomine S. Ambroſii, Mombrit. t. 1. Lippoman. t. 1. & Sur. t. 3. prior. edit.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 4. c. 95. & lib. 5. c. 127. Sur. t. 4. prior. edit. Acta apud Ferrar. & Rub. hiſt. Raven. lib. 1.* (c) *Baron. an. 109. Græci in Menologio hac die, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 3. prior. edition. hac die.* (d) *Baron. in not. Acta Baert. & Janning.* (e) *Baron. an. 997. n. 3. & ſeq. & an. 1008. n. 6. & ſeq. S. Petr. Damian. in vit. S. Romualdi, Lippoman. t. 8. & Sur. t. 3. prior. edit. hac die.* (f) *Baron. an. 974. n. 2. & an. 1027. n. 14. Petr. Damian. in vit. Baert. & Janning. Acta.*

Audite eruditionem, & ſapiētes eritis. Translat. S. Pagnin. Prov. 8.

(a) *Mediolani Gervaſii & Protaſii*. Beda genuinus. *XIII. Kal. Sanctorum Gervaſii, & Protaſii in Mediolano*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Quos Nero Imperator poſt varia tormenta, Auxilium Præſidum interficere juſſit*. Mss. Vatican. S. Petri, & S. Cyriaci addunt: *Sanctorum Nazarii, & Celſi pueri*. Apographa Martyrolog. S. Hieronymi Epternacen. ſeù Antuerpien. Corbejen. Lucen. & Bluman. *In Mediolano natalis Sanctorum Gervaſii, & Protaſii, & Celſi pueri*. Notker. *Mediolan. Sanctorum Gervaſii & Protaſii. Ibidem, juxta Martyrologium S. Hieronymi, nativitas Sancti Nazarii, & Celſi pueri*. Ad 20. Maii apud Florentin. Martyrolog. Corbejen. & Lucen. *Et alibi natalis Sanctorum Gervaſi, Protaſii: Et depoſitio Velleſi, & Fauſti Epiſcoporum*. Martyrol. Epternacen. ſeù Antuerpien. ſilet *Velleſi*. Ms. Richenovien. Auguſtanum, Caſſinen. Altempſian. Labbeanum, & alia ad 20. Maij. *Germani, & Protaſii, Germani fratrum*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holſtenium corripit *Germani*. An jidem Gervaſius & Protaſius, in tanta ubique Martyrum ubertate, difficillimum eſt decernere. Videndus Puricellus Diſſertat. Nazariana anno 1656. edita; præſertim c. 22. nu. 7. Item Menard. ad Sacramentar. Gregorii pag. 166. & Miſſa Ambroſiana præponit *Protaſium*, con-

Qui eruditionem inveniet, hauriet. Prov. 8.

contra recentiorem usum.

S. Gregor. Magnus Introitum Missæ hujus festi composuit, qui est: *Loquetur Dominus pacem.* Quia hac die per ipsum Pontificẽ, inter Imperatorem Romanum, & Longobardorum Regem pax conciliata fuit. Duran. lib. 7. c. 13.

(b) *Ravennæ Ursicini.* Aliis: *Ursini.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Bluman. & Corbejen. *Valeria, Marcelli, Vitalis, Ursicini.* Ambigendum, an tò *Valeria* sit nomen Martyris, vel Loci; Si Loci, hi Martyres Marcellus, Vitalis, & Ursicinus erunt alii; Vitalis enim & Ursicinus Cælites, quidem Ravennates sunt: quanquam dies natalis non idem apud omnes. Et aliunde penès Surium Sancti Vitalis, & Valeria gloriosissimi genitores Sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii fuere.

(c) *Sozopoli Zosimi Martyris.* Sozopolis urbs Pisidiæ, in Pamphyliæ confinio, intra Montes Apolloniæ, & Conanæ Urbibus proxima, quæ & Soropolis dicta legitur. Galesinius: *Apolloniæ S. Zosimi Martyris.* Molan. Addit. ad Usuard. *In Urbe Connanensium S. Zosimi Martyris*, Aliis *Conna Comana*, sed perperam. *Comana* urbs est *Cappadociæ*, At *Conna* in Geographia Ptolomæi urbs *Pisidiæ*, versùs Pergam, in Phamphyliæ & Pisidiæ tractu.

vij. C Duodecimo Kalendas Julii. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

* Hodie Sol pervenit ad punctum Solstitii æstivi, & in eo usque ad 20. Julii. Incipit æstas; Et dies longiores.

(a) *Silverii Papæ.* Martyr an. 540 Baron. eo an. nu. 2. & seq. An. 539. Baert. & Janning. An 538. Pagi t. 2. ad an. 540. n. 2. Pridie Notker. Die 10. April. Mss. Addit. Carthusian. Bruxellensium ad Greven.

NAtàlis sancti Silvèrii Papæ & màrtyris, qui cùm Anthimum Epìscopum hærèticum ab Agapito prædecessòre suo depòsitum restitùere noluisset, agènte ìmpia Theodòra Augùsta, à Bellisàrio in exìlium pulsus ad ìnsulam Pòntiam, ibìdem pro fide Cathòlica multis ærùmnis confectùs defècit. (*a*) Romæ deposìtio sancti Novàti, filii beàti Pudèntis Senatòris, & fratris sancti Timòthei presbyteri, & sanctàrum Christi virginum Pudentiànæ & Praxèdis, qui ab Apòstolis eruditi sunt in fide. Horum domus in Ecclèsiam commutàta, Pastòris Titulus appellàtur. (*b*) Tomis in Ponto sanctòrum màrtyrum Pauli & Cyriaci. (*c*) Petræ in Palæstina sancti Macàrii Epìscopi, qui ab Ariànis multa passus, in Africam relegatus quièvit in Dòmino. (*d*) Hìspali in Hispània sanctæ Florèntiæ virginis, soròris sanctòrum Leàndri & Isidòri Episcopòrum. (*e*)

(e) *Florentiæ.* Claruit circ. 600. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 700. Baert. & Jannig. Die 12. Martii kalendar. Gallic. Gazeti. Die 14. Diœcesis Placentina.

(a) *Baron. an. 536. n. 122. & 540. n. 2. & seq. Baert. & Janning. Acta* (b) *Baron. an. 109. n. 56. An. 159. n. 8. & an. 162. per totum, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. Usuard. & alii.* (d) *Baron. an. 343. n. 3. S. Athanas. Epistol. ad solitar. & in Apolog. 2. & t. 1. Concilior.* (e) *Baron. in not. Breviar. Toletan. Flos. Sanctor. Hispan. S. Ildefonsus lib. de vir. illustr. in Isidoro, Thesaur. Concion. t. 2. die 14. Maii, Roa, Salazar. Consalvus, & Davila Theatr. Eccles. Mercien.*

Veritas te non deserat, circumda eam gutturi tuo, & describe in tabulis. Prov. 3.

(b) *Romæ Depositio Novati, filii Pudentis Senatoris, & fratris Thimothei presbyteri.* Martylol. Beneventan. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Novati Martyris.* Verùm nil alibi de hujus Novati Martyrio. Ms. Divionen. *Romæ Novati, fratris Thimothei Presbyteri, qui ab Apostolis eruditi sunt.* Theodoretus, & alii ex Græcis putarunt *Novatum* eumdem, ac *Novatianum* fuisse, & plurimi *Novatianum* vocant, quia *Novatus* hęresiarca fuit. At quidem *Novatianus* etiam Schisma primùm adversùs Cornel. Pontificem, in Ecclesia Dei, & Romana intulit, atque hæresiarca evasit. Nil namque vetat in tanta Romanorum Martyrum, atque Confessorum segete aliquos *Novatiani*, & *Novati* nomine fuisse: Et sicut *Novatiani* nomen satis Romanis usitatum, ita & *Novati* frequens esse poterat; ita ut non sit necesse, *Novatianum*, & *Novatum* in Sacris Dypticis memoratos esse illos schismaticos, *Novatorum, ac Novatianorum* Antesignanos.

Cardinal. Baron. in not. *Non ignobile, vel obscurum erat Romæ Novati nomen temporibus Neronis: ad Novatum enim extant tres libri Senecæ de ira conscripti.* Baertius verò & Janningus autumant, hunc *Novatum* esse alium à *Pude* vel *Pudente, Sanctorum*

Ut possis exhortari in Doctrina sana, & eos redarguere, qui contendunt. Translat. Syriac.

Apo-

Apostolorum Discipulo; aliàs: *Pudas*, & *Pudes* dicto.

(c) *Tomis in Ponto Pauli*, *& Cyriaci*. Stephano: *Tomeus*. Straboni, & Ptolomæo: *Tomis*, Plinio: *Tomos*. Urbs in Ponto, & Ovidii Poetæ exilio clara. Martyrolog. Epternacen. *XII. Kal. Pauli Cyriaci*, *Paulæ*, *Felicianæ*, *Thomæ*, *Felicis*, *Emili*; locum certaminis silet. Martyrol. Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Notker. *In Thomis Civitate Pauli, Cyriaci, Paulæ, Feliciani, Thomæ, Felicis, Emeli, Vitalis, Crispini*, seu *Crispinæ*, *Martyriæ*. Martyrol. Bluman. seu Veissemburgense pro Cyriaci, *Cariaci*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Tomis Cyriaci*, *& aliorum V. & alibi Vitalis*, *Crispini*. Mss Bruxellen. & Romanum Barberinian. *In Civitate Tomis Pauli*, *Cyriaci*, *Felicianæ*, *Felicis*, *Æmilii*. Mss. Augustanum S. Udalrici, & Parisien. Labbei: *In Tomis Civitate Pauli*, *Cyriaci*, *Feliciani*, *Thomæ*, *Felicis*, *Emelii*, sive *Æmili*. Ms. Rhinovien. *In Tomis Pauli*, *& Cyriaci*, *Felicis*, *& Thomæ*, *Emilii*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Civitate Thomis passio S. Crispini Martyris*, *Emilii*, *& S. Felicis*. Ms. Lætien. *In Civitate Tomis Cyriaci*, *Feliciani*, *Emili*, *& Felicis*. Mss Cassinense, & Vatican. S. Petri: *In Tomis Civitate Pauli*, *Cyriaci*, *Paulæ*, *Felicianæ*, *Vitalis*, *Crispini*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Altempsian. *In Tomis Civitate Pauli*, *Cyriaci*, *Paulæ*, *Feliciæ*. Petr. de Natal. *Paulinus*, *Cyprianus*, *Felix*, *& Feliciana Virgines & Martyres apud Civitatem Thomis*. Maurolyc. & Galesin. *Thomis Pauli*, *Cyriaci*, *Felicis*, *& Feliciani*.

Disceptatio Topographica.

(a) *Natalis S. Silverii Papæ*, *& Martyris*, *qui à Bellisario in exilium pulsus ad Insulam Pontiam*.

Liberatus Diaconus in Breviar. hæres. Nestorian. & Euthychian. c. 22. ac ipsemet Eminētissimus Baronius ad Christi an. 540. n. 2. in *Palmariam Insulam* hunc Sanctum Pontificem relegatum tradit.

Verùm hujusmodi Insulæ non procul inter se distant, undè hæc diversitas nequit esse magni momenti, quùm de altera in alteram insulam transferri perfacilè potuisset.

Nihilominùs Liberatus ipse de *Insula Pontia* nullam mentionem facit, & aliundè prælibato loco apertè testatur, Sanctum *Silverium* missum fuisse in exilium *Pataram Liciæ*: ubi Episcopo apud Justinianum agente, Romam reverti jussum, ab adversariis in *Palmaria insula* detentum; illicque custoditum, inedia defecisse, ut Eminentissimus Baronius quoque in hujus diei elucubratis notis; quamobrem in Annalibus ad an. 540. n. 2. hæc exorditur: *Quo anno Sylverius Papa in Insula Palmaria relegatus*, *confectus ærumnis*, *consumtusque inedia*, *diem tandem clausit extremum*.

Nec officit, Anastasium in lib. de Roman. Pontific. ferre *Insulam Pontiam* fuisse locum exilii hujus Sancti Pontificis.

Nam Liberatus Diaconus, quùm iisdem temporibus, quo Silverius in exilium pulsus, ea scripsisset, videtur firmiorem sibi vendicare fidem, quam habeant Anastasius, & Liber Romanorum Pontificum; qua de causa Procopius cautè lib. 1. Bell. Goth. c. 2. nullo loco expresso, hæc sculpsit: *Cùm esset suspicio, Silverium Urbis Antistitem cum Gothis proditionem moliri*, *confestim in Græciam eum relegavit*.

At Nicolaus Alemannus not. ad arcanam Procopii historiam pagin. 4. observat; hunc Pontificem non inedia solùm, aut alia siccæ mortis ærumna mortuum, sed fuso pro Christo sanguine; quicquid autem de hoc, in præsentiarum sanior erit Romani Martyrologii lectio, prævia tamen sapientiorum definitione, si *ad insulam Pontiam* prætermisso, concinnentur: *Natal. Sancti Silverii Papæ & Martyris &c. à Bellisario in exilium pulsus, pro fide Catholica multis ærūnis confectus*, *certamen fidei gloriosè consummavit*.

vj. D Undecimo Kalendas Julii. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

(d) *Albani*. Martyr Circ. 280. Beda. Circ. 370. Petr. in Catal. & Galesin. Circ. 425. Sigebert. in chronic. Circ. 400. Baert. & Janning.

ROmæ sanctæ Demètriæ vìrginis, quæ sub Juliàno Apòstata martyrio coronàta est. (*a*) Syracùsis in Sicìlia natàlis sanctòrum màrtyrum Rufìni & Màrtiæ. (*b*) In Africa sanctòrum màrtyrum Cyrìaci, & Apollinàris. (*c*) Mogùntiæ sancti Albàni màrtyris, qui ob Christi fidem post longos labòres & dura certàmina, factus est dignus coròna vitæ. (*d*) Eòdem die sancti Eusèbii Epìscopi Samosatèni, qui tèmpore Con-

(h) *Martini Episcopi* Obiit an. 276. Baron. in not. ad orã marginal. An. 273. Florar. Ms. Die 27. April. Ms. Carthusianor. Bruxellen.

stantii

(i) *Leutfridi Abbatis*. Circ. 570. Baron in not. ad oram marginal. Circ. 738. Baert. & Jannig.

ſtàntii Imperatòris Ariàni ſub hàbitu militàri incògnitus Ecclèſias Dei viſitàbat, ut in fide Cathòlica illas confirmàret: deinde ſub Valènte in Theodòſii, ab exilio revocàtus, cùm iterùm Ecclèſias viſitàret, tègula ab Ariàna muliere dèſuper immiſſa, confràcto càpite, martyr tandem occùbùit. (*e*) Icònii in Lycaònia ſancti Terèntii Epìſcopi & màrtyris. (*f*) Papiæ ſancti Urciſcèni Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) Apud Tungrèntes ſancti Martìni Epìſcopi. (*h*) In pago Ebroicènſi ſancti Leutfrìdi abbàtis. (*i*) Romæ beàti Alòyſii Gonzàgæ, Societàtis JESU, Principàtus contèmptu, & innocèntia vitæ clariſſimi. (*k*)

(a) *Baron. an. 362. n. 273. Petr. in Catal. lib. 5. c. 135. Ado, Notker, Bellin. aliique*. (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 11. n. 125. & Ferrar. Catal. SS. Ital.* (c) *Baron. in not. Vſuard. Bellin. Maurolyc. aliique*. (d) *Baron. ibidem, Petr. in Catal. lib. 10. c. 97. Baert. & Jannig. Acta* (e) *Baron. an. 369. n. 49. An. 340. n. 4. & ſeq. an. 369. n. 54. & an. 370. n. 7.* (f) *Baron. in not. Græci in Menologio, & Gualla* (g) *Baron. in not. & Galeſin. hac die*. (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Vſuard. & Indicul. SS. Belgii, Tabul. Eccleſ. Tungrenſ. & Miræus in Faſt. Belgic.* (i) *Baron. ibidem, Petr. in Catal. lib. 5. c. 136. & Tritbem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 136.* (k) *Acta SS. Bollandi, & Scriptores Societat.*

Qui petit accipit, & qui quærit invenit. Matth. 7.

(b) *Syracuſis in Sicilia, Rufini, & Martiæ*. Aliis: *Marciæ*; & Florar. Ms. *Rufine*, pro *Rufini*. Lapſum verò Amanuenſis; *Rufini* omnes Martyrologi. Ms. Divonen. *Syracuſis Rufini*. Ms. Romanum Barberinianum: *In Sicilia Civitate Rufini, & Martia*. Mss. Romana Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Roma Rufini, & Marcia*. Faſta Romana conſulenda, an, & cur ſint iidem.

(c) *In Africa Cyriaci, & Apollinaris*. Aliis: *Quiriaci, Kiriaci* pro *Cyriaci*. De Peregrin. *Kiriaci*. Martyrolog Epternacen. *In Africa Cyriaci, Saturnina, Bellici, Perſei, Apollinaris, Creſini, Prima, Januarii*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. ſine loci notæ xi. *Kal. Julii Saturnini. Quiriaci, Apollenaris, Pelleci, Perſei, Criſimi, Primi, Januarii*. Martyrol. Bluman. ſeù Veiſſemburgenſem pro Pellici, *Bellici*. Martyrol. Corbejen. item prætermiſſa paleſtra xi. *Kal. Julii Saturnini, Quiriaci, Apollinaris, Bellici . . . . . . Criſoni, Primi, Januarii*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Saturnini, & Apollinaris cum aliis tribus*. Mss. Attrebaten. Eccleſ. S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini: *In Africa natale SS. Saturnini, & Quiriaci*. Ms. Treviren. Sancti Maximini, & Roman. Barberinian. *In Africa Saturnini. Item in Africa, Quiriaci, & Apollinaris*. Mss. Richenovien. & Rhinovien. *In Africa Cyriaci, Bellici, Briſinoti*.

(d) *Moguntia Albani Martyris*. Ms. Barberinianum Roman. *Ipſo die in Moguntia S. Albini Martyris*. Verùm in quodam Ms. Bibliothecæ Mediceæ Florentiæ penès Baert. & Janningum, *Albinus* cum aliis Sociis recenſetur in *Africa*. Et in Apographo Bluman. *Albanus in Cæſarea*.

(e) *Eodem die Sancti Euſebii Epiſcopi Samoſateni*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Cæſarea Palæſtina depoſitio Sancti Euſebii Confeſſoris qui Scripturis Divinis ſtudioſiſſimus, & Bibliotheca Divina cum Pamphilio Martyre diligentiſſimus inveſtigator fuit*. Ms. Barberinian. *In Cæſarea depoſitio Euſebii Epiſcopi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. ultra: *Hiperidi, Saturninæ, Stertia, Hieria*. Martyrolog. Epternacen. *Ceſarea Paleſtinæ Euſebi Epiſcopi, Hiſtographi. Item Hipereli, Saturnina, Stertii, Hieremia*. Martyrolog. Corbejen. *In Cæſarea Cappadocia depoſitio S. Euſebi Epiſcopi, Hipericli, Saturnina, Stueia, Ineria*.

Quæritur ut inveniatur dulcius, invenitur ut quæratur avidius. S. Auguſtin. lib. 15. de Trinit.

(f) *Iconii in Lycaonia Terentii Epiſcopi, & Martyris* Iconii, *Cogni*. Urbs Cappadociæ, Lycaoniæ Metropolis, apud Tauri Montem, qui Iſauriam, & Cappadociam à Cilicia diſcriminat, radices inter Larandam & Achatharam ſita. Menæa, & Menologium Græcorum: *Eodem die 21. Junii Sanctorum Martyrum Terentii Epiſcopi Iconii, Marci Epiſcopi, Apolloniadis fratris Conſobrini Barnabæ Apoſtoli, cognomento Juſti*.

(h) *Apud Tungrenſes S. Martini Epiſcopi*. Florar. Ms. proſequitur: *Et Confeſſoris, ac Brabantinorum versùs Auſtrum Apoſtoli; Hic Haſbanos ad fidem convertit. Obiit anno cclxxiii.*

Diſceptatio Hiſtorico-Chronologica.

(e) *Eodem die S. Euſebii Epiſcopi Samoſateni*.

Nonnulli Martyrologi hac die pro Euſebio Samoſatenſi, *Euſebium Cæſarienſem* ferunt; inter quos Notkerus, Appendix Adonis, Florus, de Peregrinis, aliique plures.

Eminentiſſim. Baron. in notis obtrudit, infelici nutatione poſitum fuiſſe, pro *Euſebio Samoſateno*, quem laudati Martyrologi ignorarunt, *Euſebium Cæſarienſem*, qui quantum omnibus ſtudiis Ario faviſſet, compertum ex Hieronymo, ſæpiùs eum Arianorum Anteſignanum appellante, quemadmodum apud Epiphanium, alioſque veteres Patres.

Sed

Sed Eusebius Samosatenus, non Cæsareæ sed Dolichæ, Urbi Syriæ apud Euphratem, martyrium subiit; teste Theodoreto hist. lib. 5. c. 4. Eusebius, qui hac die colitur, non est nisi Eusebius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Sancti Basilii immediatus decessor anno Domini 371. ut Pagi vir eruditus tom. 1. ad an. 370. n. 2. de quo in Martyrologii S Hieronymi Apographis, aliisque Codicibus effertur: *Cæsareæ Cappadociæ Eusebii Episcopi*; Qui in manibus Basilii suavissimam Animam exhalavit, ut Nazianzenus in orat. de Laudib. Basilii, & longe alius ab Arianorum Antesignano.

Valesius in not. ad Eusebium prostat, ab Usuardo *Eusebium Palæstinum* inter Sanctos numeratum, secus *Eusebium Cæsariensem*, uti & alia Martyrologia, quæ indigitat.

Ast videtur, Usuardum, aliosque, præter *Eusebium Palæstinum*, multiplicitate librorum, præsertim histor Eccles. celebrem, nullum alium Episcopum nomine *Eusebii* agnovisse, cujus Sanctitas diffusè à Florentinio viro clarissimo hac die in notis ad suum Hieronymianum Martyrologium enarratur; ubi ad omnia dubia, & conjecturas, quibus Baron. ad an. 362. nu. 68. hunc *Eusebium Cæsariensem* è Sanctorum cætu expungit, & ejus electionem quodammodo violentam damnat, solide respondet, & inter Sanctos esse recensendum, uti recensitus fuit, ostendit.

Verùm quùm non sit nostri juris censorem inducere, sed hæc aliis expendenda relinquere, attento sapientiorum judicio, pro expungenda modò hac Eusebiana contentione, erit tutius ita promere: *Eodem die S. Eusebii Episcopi*, sine alio addito.

v. E Decimo Kalendas Julii. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25							

APud Nolam Campàniæ urbem natàlis beàti Paulìni Epìscopi & confessòris, qui ex nobilissimo & opulentissimo factus est pro Christo pauper & hùmilis, & quod supèrerat, seipsum pro redimèndo vìduæ filio, quem Vvàndali Campània devastàta captivum in Africam abdùxerant, in servitùtem dedit. Clàruit autem non solùm eruditiòne & copiòsa vitæ sanctitàte, sed ètiam potèntia advèrsùs dæmones: cujus præclàras laudes sancti Ambròsius, Hierònymus, Augustìnus, & Gregòrius scriptis suis celebràrunt. Ejus corpus Romam translàtum, in Ecclèsia sancti Bartholomæi in Insula unà cum còrpore ejùsdem Apòstoli honorificè asservàtur. (*a*) In monte Ararath pàssio sanctòrum Màrtyrum decem millium crucifixòrum. (*b*) Verolàmii in Britànnia sancti Albàni màrtyris, qui tèmpore Diocletiàni pro clèrico hòspite, quem suscèperat, seipsum tradens, post vèrbera & acèrba tormènta, càpite plexus est. Passus est ètiam cum illo unus de milìtibus, qui eum ducèbat ad supplìciū, qui in via convèrsus ad Christum, pròprio sànguine mèruit baptizàri. (*c*) Samariæ sanctòrum mille quadringentòrum octogìnta Màrtyrum, sub Chòsroa Rege Persàrum. (*d*) Eòdem die sancti Nicææ Romitiànæ civitàtis Epìscopi, doctrìna sanctìsque mòribus clari. (*e*) Neàpoli in Campània sancti Joànnis Epìscopi, quem beàtus Paulìnus Epìscopus Nolànus ad cœlèstia regna vocàvit. (*f*) In monastèrio Cluniacènsi sanctæ Consòrtiæ vìrginis. (*g*)

(c) *Albani.* Martyr an. 303. Baron. eo anno n. 144. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. num. 6. Die præced. Viola Sanct. Die 16. April. Martyrol. Coloniæ, & Lubecæ anno 1490. cusum.

(f) *Joannis Episcop.* Die 1. April. Sabbato Sancto. Vranius in vit. apud Sur. t. 3.

(a) *Baron. an. 394. n. 72. & an. 431. n. 189. S. Ambros. ad Sabinum Epist. 30. edit. Rom. S. Hieronym. Epist. 13. S. Augustin. Epistol. 13. S. Augustin. Epist. 32. 34. 65. & 260. item lib. 1. de Civit. Dei cap. 10. S. Gregor. lib. 3. Dialogor. c. 1. & 2. S. Prosper de vit. Contempl.*

Contempl. c. 9. & Sur. t. 3. prior. edit. (b) *Baron. an. 108. n. 2. Græci in Menolog. hac die, Petr. in Catal. lib. 5. c. 137. Mombrit. t. 1. Maurolyc. Galesin. aliique.* (c) *Baron. an. 213. n. 10. & an. 303. n. 144. & Beda de gest. Anglor.* (d) *Baron. in not. Baert. & Janning. Acta.* (e) *Baron. in not. Gennadius de vir. illustr. c. 22. & Honor. Augustod. c. 27.* (f) *Baron. ibid. Uran. in vita, & Sur. t. 3. prior. edit. hac die.* (g) *Baron. in not. Baert. & Janning. Acta.*

Qui audiunt verbum, custodiunt illud. Luc. 11.

(a) *Apud Nolam Campania natalis Paulini Episcopi, & Confessoris.* Kalendar. Corbejen. *In Gallia Pauli Hortulani Episcopi, & Confessoris.* Nimis luxatè pro Paulini Nolani. Martyrol. Bluman. *Nola natale S. Paulini*; Nil aliud. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen & Lætien. *Eodem die Nolano depositio S. Paulini Episcopi & Confessoris, qui &c.* Ms. Reginæ Succiæ penès Holsten. *depositio* signat. Ms. Barberinian. Rom. *In Civitate Nola natale S. Paulini Episcopi.*

(c) *Verolamii in Britannia Albani Martyris.* Verolamium, *Verlam.* Urbs olim Albionis eximia, nunc locus penè desertus in Regno Angliæ, apud Oppidum S. Albani, ex Verolamii ruinis constructum penès Thamesim in Comitatu Oxoniensi. Ado, & alii: *Albini.* Acta penès Baertium, & Janningum: *Verolamii, & vicinis locis Anglia Albani, & Amphibali Clerici, ac bis mille circiter sociorum.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *In Britannis Albini Martyris cum aliis Dccclxxxix.* Martyrol. Corbejen. *In Britannia Albani Martyris cum aliis nongentis septuaginta octo.* Florus Addit. ad Ms. Attrebaten. *In Britannia S. Albani Martyris cum aliis octigentis octoginta octo.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci in Thermis, & Vatican. S. Petri: *Et cum eo alii numero octingenti octoginta novem positi in Cathalac., quorum nomina scripta sunt in libro vita.* Beda: *Passi sunt ea tempestate* (scilicet, qua Albanus) *Aaron, Julius, Legionum Urbis Cives, aliique utriusque sexus diversis in locis perplures.*

(d) *Samaria mille quadringentorum octoginta Martyrum.* Martyrol. Epternacen. *In Antiochia Syria Gamgali, Juliani, & aliorum Dccclxxviiii.* Martyrol. Corbejen. *In Antiochia SS. Gandalici, Juliani, Grapi, & Sanctorum Martyrum nongentorum tredecim, quorum nomina habentur in libro vita.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Antiochia Gandalici, Juliani, Graphi, & Martyrum Dcccxiii.* Ms. Barberinian. Roman. *In Alexandria natale Sanctorum mille quadringenti octoginta.* Ms. Patricianum Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolorum: *Juliani Martyris, & aliorum mille quadringentorum nonaginta.* Notker. *Antiochia Sanctorum Martyrum Agathalica, Juliani, Graphi, & aliorum Dcccxiiii.*

Disceptatio Topographica.

(e) *Sancti Nicea Romatiana Civitatis Episcopi.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Depositio Nicei Episcopi.* Martyrologium Epternacen. *Alibi depositio Niceti.* Martyrolog. Corbejen. addit: *Episcopi.* Martyrolog. Bluman. seù Veissemburgense, & Gellonen. *Alibi depositio Nica Episcopi.*

Qui habet sermonem, narret sermonem. Jerem. 23.

Holstenius vir eruditus in posthumis ad Romanum Martyrologium animadversis ex Codice Gennadii ad S. Andream de Valle, hac ipsa die suadet *Nicetam* pro *Nicea* haberi. Adstipulanturque Martyrologium Antuerpien. seù Epternacen. & Notkerus, ex quo an hic *Nicaa Romatiana Civitatis Episcopus*, in dubium revocatur.

Nec obstat, antiquos Godices hunc Episcopum Romatianæ Civitatis, *Nicaam* appellavisse, ad discrimen *Niceta* Dagorum Episcopi, die septima Januarii in Romano Martyrologio.

Nam in præadductis animadversis Holstenius asserit, hunc *Nicaam* non esse alium à *Niceta* Dagorum Episcopo; adstruunt Baronius in notis, Pagi tom. 1. ad ann. *396.* nu. *5.* & *6.* & Bolland. ad *7.* Januar. quamobrem errore librariorum in Codicibus adductis *Nicaas* pro *Niceta* exaratum; quemadmodum in prælibato Codice Gennadii lib. *6.* de Scriptor. Eccles. non *Nicæas*, sed *Niceta* dicitur *Romatiana Civitatis Episcopus.*

Verùm Ms. vetus San-Germanen. Gennadii, loco *Romatiana*, habet *Romana*. Anonymus quidam Ravennaten. *Romestianæ*. Hierocles, & Constantinus Porphirogenit. lib. 2. Them. cap. *9.* *Remetiana*; & alii alio simili vocabulo. Sed omnes in *Niceta* conveniunt, dissentiendo solùm in modo enunciandi locum, quæ dissentio parui momenti res est, quùm ipse locus quomodolibet prolatus, in nova *Dacia*, ubi *Niceta* inscribitur *Episcopus*, collocetur: Urbs Mediterranea, sub Sardicensi Metropoli, inter Naissum, ipsamque Sardicam.

Eminentissimus Baronius in notis pro *Romatiana* Civitate, *Aquileiam* interpretatur; animadvertendo, hunc *Nicæam*, seù *Nicetam* non esse alium à *Nicea Aquilejensi Episcopo*, ad quem Leo Magnus scripsit ann. 458. & Sancto Chromatio successisse; cujus Commentar. de octo Beatitudinibus inscribitur titulo *Chromatius Episcopus Romanus*: ex eo quòd Aquileja fuisset nobilissima Romanorum Colonia, Romana, seù Romatiana dicta Civitas reperitur.

Ast Baronius forsan deceptus fuit à Leandro Geographo, qui duobus ferè sæculis ante divisionem Patriarchatus Aquilejensis à Romano floruit, & Aquilejam *Romatianam* appellavit, Librarii morem sui sæculi sequendo, undè posteris locum dedit Aquilejam Urbem cum Romatiana compingendi; quemadmodum Librarii Prosperum Aqui-

tanum Episcopum, Regiensem, Salvianum verò, & Gennadium Episcopos Massilienses fecere, ut rectè Quesnellus adnotat in notis ad Epistol. 129. alias 79. Sancti Leonis ad Nicetam Aquilejensem; hoc non nisi Librariorum oscitantia.

Nec officit, quòd si hic *Niceas* non esset alius à *Niceta*, frustrà in antiquis Martyrologiis memoraretur, & die 7. Januarii, & hac die 22. Junii.

Nam non videtur novum in Græcorum fastis, ac in Martyrologio Romano, ut idem Sanctus bis memoretur; exemplo perspicuo de S. Agnete Virgine, & Martyre, bis in Romano Martyrologio pandicata. Rursùs quùm dies obitus S. Nicetæ ignoretur, fas est credere illum electum fuisse, quo S. Paulinus ejus amicus, celeberrimus hospes, & Encomiastes obiit, nempe hac die 22. Junii.

Cæterùm, quùm etiam si hac die signaretur in sacris fastis Niceta, adhuc sub Judice, an fuisset idem, vel alius, & aliundè sub Niceæ nomine, vel Niceti, semper discrimnaretur; unde, ut hæc ambiguitas abeat, & majori sapientia præditi definirent, inscribendum videtur: *Eodem die S. Niceta Romatiana Civitatis Episcopi.*

iv. F Nono Kalendas Julii. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

Vigilia sancti Joànnis Baptistæ. (*a*) Romæ sancti Joànnis presbyteri, qui sub Juliàno Apòstata via Salària vèteri ante simulàcrum Solis decollàtus est, & corpus ejus à beàto Concòrdio presbytero juxta Màrtyrum Concilia sepùltum. (*b*) Item Romæ sanctæ Agrippìnæ vìrginis & màrtyris sub Valeriàno Imperatòre, cujus corpus in Siciliam translàtum, multis miràculis coruscat. (*c*) Sùtrii in Tùscia sancti Felìcis presbyteri, cujus os tàmdiu jussit Tùrcius Præfèctus làpide contùndi, donec emitteret spìritum. (*d*) Nicomedìæ commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, qui in mòntibus & spelùncis tèmpore Diocletiàni latèntes, pro Christi nòmine martyrium læto ànimo subièrunt. (*e*) Philadelphìæ in Aràbia sanctòrum martyrum Zenònis, & Zenæ servi ejus, qui catènas dòmini sui vincti exòsculans, eùmque rogans, ut se in tormèntis partìcipem dignarètur habère, à milìtibus tentus, parem cum dòmino martyrii corònam accèpit. (*f*) In Britànnia sanctæ Ediltrùdis Regìnæ & vìrginis, quæ sanctitàte & miràculis clara migràvit ad Dòminum; cujus corpus ùndecim pòst annis invèntum est incorrùptum. (*g*)

(c) *Agrippinæ*. Die 24. Maii Martyrol. Rom. olim.

(d) *Felicis Presbyteri*, Martyr ann. 275. Baron. eo an. nu. 5. An. 257. Baertius, et Janningus

(e) *Commemoratio plurimorum Martyrum*. Maryres anno 302. Baron. eo an. n. 13. & seq. An. 303. Pagi t. 1. eodem anno nu. 9. Die 6. Decembris Metaphrast.

(g) *Ediltrudis*. Circ. 680. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 679. Baertius, & Janning.

(a) *Baron. in not. & S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 10. c. 31. in Perpetuo Episcopo.* (b) *Baron. an. 362. n. 273. Nosker. Bellin. Maurolyc. Galesin. Molan. aliique.* (c) *Baron. an. 262. n. 57. Græci item in Menologiis, & Menæis, Cajetan. de SS. Sicul. & Breviar. Gallican.* (d) *Baron. an. 275. n. 5. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Mustiolæ ad 3. Julii, & Petr. in Catal. lib. 5. c. ult.* (e) *Baron. an. 302. n. 13.* (f) *Baron. in not. Græci in Menologio, & Acta Baert. & Janning.* (g) *Baron. in not. Beda de gest. Anglor. lib. 4. c. 19. & 20. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 22. Raban. Nosker, aliique recentiores.*

Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Roman. 15.

(b) *Romæ Joannis Presbyteri*, De Peregrinis: *Joannis Apostoli.*

(d) *Sutrii in Tuscia Felicis Presbyteri.* Sutrium *Sutri*; urbs Hetruriæ antiqua, via Cassia occurrens inter Nepitam, & Forum Cassii. De Peregrinis: *In Tuscia Civitate Urrina S. Felicis primi, cujus os, &c.*

(d) *Nicomediæ commemoratio plurimorum Martyrum*. Martyrol. Epternacen. *In Nicomedia Aviti, & Ginnami Lectoris, & aliorum Artonis, Emeriti, Alici, Cartonis, & aliorum lxviiii.* Martyrol Corbejen. *In Nicomedia Aviti, Cinzami Lectoris, Aritionis, Amicati,* Ca-

Omnis scriptura utilis est ad docendum, ad arguendum, & erudiendum. 2. ad Timoth. 3.

Capitonis, *& aliorum* --- xxvii. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *In Nicomedia Aviti, Aritionis, Emeriti, Alisi, Capitonis, & aliorum* lxxviii. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Nicomedia Aviti, Cinzami, & alibi Orionis Lectoris, & aliorum* lxxxi. Ms. Roman. Barberinian. *In Nicomedia passio Sanctarum Virginum Pistis, Helpii, & Agapæ, Matris eorum, Capitonis, & aliorum septuaginta & octo*. Notker. *Nicomedia Sanctarum Virginum Pistis, Elpis, & Agapis, cum Matre eorum Sophia, Fidei, Spei, & Charitatis*.

Cardinal. Baron. tum ad an. 302. num. 13. tum in notis asserit, hos Martyres agonem sub Diocletiano mense Junio egisse, ex Eusebio lib. 8. cap. 1. 2. 3. & 4. At vix ex hoc mense coronari potuere ex eodem Eusebio cap. 6. Valesianæ editionis ferente: *Hae quidem in ipso persecutionis exordio Nicomedia cæpta sunt*; Constituto hoc initio ab ipso Eusebio, à vulgato in Ecclesias Edicto, nempè mense Martio circa Paschæ sollemnia, ut Florentinius.

(g) *In Britannia Edilrudis Reginæ*. Aliis: *Etheldreda, Etheldrida, Ætheldrita*. Beda genuinus: *Edilruda*. Mss. Romana, scilicet Monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum Sancti Petri: *Elidrudæ*. De Peregrinis: *Getrudis*. Acta penès Baertium, & Janningum: *Æthedrytæ*. Filia Regis Britannici, duodecim annis vixit cum duobus viris, permanens virgo, demùm Monacha obiit.

Disceptatio Historico-Litteralis.

(b) *Romæ S. Joannis Presbyteri, &c. Et Corpus à Beato Concordio Presbytero juxta Martyrum concilia sepultum*.

Liber de Roman. Pontific. in Damaso *Conchylia* effert: *Hic multa corpora Sanctorum Martyrum requisivit, quorum etiam Conchylia, & Sepulchra versibus decoravit*.

Eminentissimus Baron. in notis admonet, Librum prælibatum corrigendum, & pro *Conchylia* restituendum *Concilia*, Molano interprete: *Concilii Martyrum* nomine, Locum illum, ubi multorum Martyrum corpora requiescunt. Quemadmodum & Ecclesiæ nomen, quæ suaptè natura importat Fidelium conventum, pro loco ipso, quò iidem conveniunt, accipi consuevit. Eamdem vocem usurpant Ambrosius advers. Simmacum, Sanctarum Virginum Collegium, appellando *Virginitatis Concilium*. Et Gaudentius Brixianus in Sermon. habito in Dedicatione. *Concilii Martyrum*.

Ast haud levibus conjecturis, ex illo vitæ Damasi loco videtur potiùs hic legendum non *Concilia*, sed *Conchylia*. Nam etsi verùm per Sanctos Patres præadductos, locum, ubi Martyres repositi simul, vocari *Concilium*, non indè sequitur per metaphoram nequire *Conchylia* nuncupari; exploratum in veteribus Patribus, qui solent, quùm de Martyribus loquantur, Purpuræ metaphoram, aut purpurantium florum usurpare: Cyprianus sanè pulchrè alludit ad hanc metaphoram sexaginta Christi Martyres: *Vernis floribus, sertisque purpureis compactis*. Epist. 9. & 16. adnotante Pamelio. Item Celerinus Diaconus & Martyr; Cypriano Synchronos, & ejusdem fidelissimus Legatus, Epistol. ad Lucianum, Matyres antonomasticè *Floridos* vocat: *Audivi te Floridorum ministeria suscepisse*, & ad finem Epistolæ: *Lætificentur de confessione tua Floridi*. Præterea sicut Martyrum quæque Ecclesia, sivè Confessio, olim *Martyrium* dicebatur, sic ab eadem mente vocata est *Conchylium* apud Anastasium, quando dixit: *Sanguine Martyrum purpuratam*. Denique si licuit Plinio lib. 9. c. 48. Juvenal. Sat. 3. Quintilian. lib. 1. cap. 2. *Conchilium* vocare, *vestem Conchilio tinctam*; quid modò inconveniens hac pulchra metaphora in Sanctorum Martyrum exprimendis Sepulchris, Arisque, libenter uti? hinc in Beati Damasi vita *Conchylia* potiùs, quàm *Concilia* restituendum, uti primò scriptum fuisse putandum, adstipulantibus maximè antiquis Codicibus; sed si Sapientiores annuerent, tutius erit, ut exaretur: *Romæ S. Joannis Presbyteri &c. & Corpus ejus à Beato Concordio Presbytero juxta Martyres sepultum*.

iij. G Octavo Kalendas Julii. Luna 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

NAtìvitas sancti Joànnis Baptìstæ præcursòris Dòmini, Zachariæ & Elìsabeth filii, qui Spìritu sancto replètus est adhuc in ùtero matris suæ. (*a*) Romæ commemoràtio sanctòrum plurimòrum Màrtyrum, qui sub Neròne Iperatòrem de Urbis incèndio per calùmniam accusàti, divèrso mortis gènere ab eòdem jussi sunt sævissimè intèrfici:

(a) *Nativitas Joan. Baptistæ.* Die 29. August. Ado in Libello de Festivit. Apostolor. Notker. & alii.

(b) *Commemoratio plurimorum Martyrum.* Martyres anno 66. Baron. eo an.n. 4.9. & 10. An.64. Baert.& Janning.

(d) *Orentii, & Soc.* Martyres an.311. Baron.eo ann. nu. 21.An. 312. Pagi to. 1. ad ann. 303.n.6.

quorùm àlii feràrnm tergis contècti, laniàtibus canum expòsiti sunt, àlii crùcibus affixi, aliìque incèndio tràditi, ut ibi defecìsset dies, in usum noctùrni lùminis deservìrent. Erant hi omnes Apostolòrum discipuli, & primitiæ Màrtyrum, quas Romàna Ecclèsia fertilis ager Màrtyrum, ante Apostolòrum necem transmìsit ad Dòminum. (*b*) Ibìdem sanctòrum màrtyrum Fausti, & aliòrum vigintitrium. (*c*) Sàtalis in Armènia sanctòrum màrtyrum septem fratrum Orèntii, Heròis, Pharnàcii, Firmìni, Firmi, Cyrìaci, & Longìni mìlitum, qui à Maximiàno Jmperatòre, eò quòd Christiàni essent, cìngulo militàri privàti sunt, & ab ìnvicem separàti, atque in diversa loca addùcti, in dolòribus & ærumnis pòsiti quievèrunt in Dòmino. (*d*) In territòrio Parisiènsi, in vico Christòlio pàssio sanctòrum màrtyrum Agoàrdi & Aglibèrti, cum àliis innumeris promìscui sexus. (*e*) Augustodùni depositio sancti Simplìcii Epìscopi & confèssòris. (*f*) Làubiis sancti Theodùlphi Epìscopi. (*g*) Apud Stylum in Calàbria sancti Joànnis cognomènto Therè, monasticæ vitæ laude, & sanctitàte insignis. (*h*)

(f) *Simplicii Episc.* Die sequ. Saussayus.

(g) *Theodulphi Episc.* Die 8. Jun. Auctar. Greven. ad Usuard. Die 12. Carthusian. Bruxellen. ad Greven.

(a) *Baron. t. 1. in Appar. n. 121. & an. 424. n. 17. & sequ. Græci hac die, Lippoman. t. 8. Sur. t. prior. edit. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 3. & Amalar.* (b) *Baron. an. 66. n. 4. 9. & 10. Baert. & Janning. Acta.* (c) *Baron. in not. Ado, & Acta relata.* (d) *Baron. an. 311. n. 21. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. in not. & Usuard.* (f) *Baron. an. 347. n. 11. S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. c. 74. 76. & 77. & Agiologium Franco-Gallic. Labbei.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Indicul. SS. Belgii, & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 296. & alii.* (h) *Baron. in not.*

Omnia quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Ad Ephes. 5.

(a) *Nativitas S. Joannis Baptistæ.* Martyrologium Epternacen. *In Palestina Sebasti natalis S. Joannis Baptistæ geminatus, & in Epheso receptio Joannis Evangelistæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Palestina Sebasti natalis S. Joannis Baptistæ, & Prophetæ. In Epheso S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Provincia Palestina Civitate Sebastia natalis S. Joannis Baptistæ, & in Epheso natalis S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ.* Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense percurrit: *Civitate Sebastia.* Beda genuinus: 8. *Kal. Nativitas Præcursoris Domini.*

Notkerus asserit Sanctum Joannem Baptistam natum in Hebron Civitate Inda, filiis Aaron, & Sacerdotibus ad asylum data: Verùm in Sabasta Nativitas Præcursoris celebris fuit: ex quo forsan Martyrologium Epternacen. seù Antuerpien. hunc natalem vocat geminatum. Apud Græcos hoc festum *Lampada* dicebatur, ex D. Ambrosio, Petro de Natal. & ex Homilia S. Joan. Chrysostom. tom. 2. edit. Paris. pag. 1001.

(c) *Romæ Fausti, & aliorum viginti trium.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *Romæ Fisti, Luceja, cum aliis xxii.* Martyrol. Antuerpien. *Romæ Festi, Lucia, cum aliis xxii.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Festi, Luceja cum aliis xxii.* Ms. Vatican. S. Petri: *Romæ SS. Sisti, Luceja.* Mss. Barberinian. Rom. & S. Cyriaci: *Cum aliis viginti duobus.* Rabanus: *Romæ Fusci, Lucea cum aliis xxii.* Beda: *Fisti*; At Legendum videtur: *Fausti.*

(d) *Satalis in Armenia Orentii, Herois, & Soc.* Acta Sanctorum penès Baert. & Janning. *Erotis* pro Herois. *Satala* urbs Episcopalis Armeniæ Minoris, apud Argæi Montis radices.

(e) *Agoardi, & Agliberti.* Aliis: *Agoaldi, Agloadi, Agloardi, Agradi.* Ita pro Agliberdi, *Gilberti, Agilberti.* De Peregrin. *Gilberti.*

(f) *Augustoduni Simplicii Episcopi, & Confessoris.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Civitate Augustiduno depositio S. Simplici.* Martyrol. Corbejen. profert: *Simplicii Episcopi.* Notker. *Augustoduno Simplicii Episcopi, Festi, & Luceeij.* Saussayus refert hac die Simplicium Antisiodorensem Episcopum; Die verò sequenti Augustodunensem: Verùm Labbeus Histor. Episcopor. Antisiodorensium hunc Simplicium Episcopum non memorat.

Cardinal. Baron. in not. inter Augustodunenses Episcopos, & Concilio Agrippinensi anno 346. ipsum interfuisse asserit: Sammarthani verò inter Æduenses Episcopos, & sextum, ac Sardicensi, Agrippinensique Conciliis interfuisse eo anno 346. tradunt.

(g) *Laubiis Theodulphi Episcopi.* Aliquibus:

Omne, quod manifestatur lumen est. Ad Ephes. 5.

bus: *Theoduini*. Molan. natal. SS. Belgii: *Lobiis Theodulphi Rhemensis Archiepiscopi, & Confessoris*. Addubitandum an Archiepiscopus Rhemensis fuerit; In Tabulis quidem Rhemensium Episcoporum penès Democharem de Theodulpho nulla prorsùs mentio.

* *Initium undecimi Mensis Ægyptiaci Epiphi, seu Aibib: Initium Panemi decimi Syro-Macedonum, & Loi decimi Macedonum Mensis*. Pagi t. 10. in Calce ex Cardinal. Noris de Epoch.

ij. A Septimo Kalendas Julii. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

Apud Berocæàm natàlis sancti Sosìpatris, discìpuli beàti Pauli Apostoli. (*a*) Romæ sanctæ Lùciæ virginis & màrtyris, cum àliis vigintiduòbus. (*b*) Alexandrìæ sancti Gallicàni màrtyris, viri Consulàris, qui triumphàlibus ìnsulis sublimàtus, & Constantìno Augùsto charus, à sanctis Joànne & Paulo ad fidem Christi convèrsus est: qua suscèpta, cum sancto Hilarìno ad Ostia Tiberìna secèdens, hospitalitàti & infirmòrum servìtio totum se dedit: cujus rei fama in toto orbe divulgàta, multi ùndique illuc venièntes vidèbant virum ex Patrìcio & Cònsule lavàntem pàuperum pedes, ponèntem mensam, aquam mànibus effundèntem, languèntibus sollicitè ministràntem, & cètera pietàtis officia exhibèntem. Qui pòstmodum sub Juliàno Apòstata inde expùlsus, Alexandrìam perrèxit: ubi cùm à Rauciàno Jùdice sacrificàre cogerètur, & contèmneret, percùssus glàdio, Christi martyr effèctus est. (*c*) Sibàpoli in Syria sanctæ Febròniæ vìrginis & màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiàno sub Lisìmacho Præside, ob fidem & pudicìtiam servàndam, primò virgis cæsa, & equùleo torta, deìnde pectìnibus laniàta, atque igne succènsa, demum excùssis dèntibus mammìsque abcìssis, càpitis damnàta, tot passiònum ornàta monìlibus migràvit ad sponsum. (*d*) Vesontiòne in Gàlliis sancti Antìdii Epìscopi & màrtyris, qui ob fidem Christi à Vvàndalis occìsus fuit. (*e*) Apud Rhègium sancti Pròsperi Aquitàni, ejùsdem urbis Epìscopi, eruditiòne ac pietàte insìgnis, qui advèrsùs Pelagiànos pro fide Cathòlica strènuè decertàvit. (*f*) Taurìni natàlis sancti Maximi Epìscopi & confessòris, doctrìna & sanctitàte celebèrrimi. (*g*) In Hollàndia sancti Adelbèrti confessòris, discìpuli sancti Vvillibròrdi Epìscopi. (*h*) In territòrio Gulèti prope Nuscum sancti Gulièlmi confessòris, Patris Eremitàrum Montis Vìrginis. (*i*)

(a) *Sosipatris*. Die 27. April. Menolog. Basil. Imper. Die 29. Menæa Græcor.

(c) *Luciæ, & Soc.* Martyres circ. 300. Baron. in not. ad oram marginal. Circa 301. Baert. & Janning. Pridie Florentin. aliiq;

(d) *Febronia*. Martyr. an. 311. Baron. eo ann. nu. 28. Ann. 312. Pagi t. 1 ad an. 303. n. 6. An. 304. Baert. & Janning. Die 5. Jun. Calendar. Aquilejen. Ms. Die 12. Act. Græca penès Lippom. Die 15. apud Sur.

(f) *Prosperi Episc.* Obiit ann. 466. Baron. eo ann. nu. 13. & in not. An. 465, Petr. de Natal. An. incerto Pagi to. 2. ad an. 466. nu. 4. Die 15. Novembr. Florent.

(a) *Baron. an. 58. n. 57. Origenes Epist. ad Roman. Doroth. in Synop. S. Hippolyt. Libel. de 72. Discipul. Iconii, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 4. Galesin. Maurolyc. Felicius, Ferrar. & alii.* (c) *Baron. an. 330. n. 50. & sequ. & an. 362. n. 270. Sur. t. 3. prior. edit. die sequ. in Act. SS. Joan. & Pauli, Ado, Notker. Usuard. Bellin. Galesin. aliique.* (d) *Baron. an. 311. n. 28. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 7. Sur. t. 3. prior. edit. die 15. Junii, & Mombr. t. 1.* (e) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 10. c. 31. Sigebert. in Chronic. ad an. 411. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 32.* (f) *Baron. an. 406. n. 53. Gennadius de vir. illustr. c. 84. Sur. t. 3. prior. edit. hac die, & Petr. de Natal. lib. 6. c. 7.* (g) *Baron. an. 439. n. 14. & an. 451. n. 14. item Gennadius de vir. illustr. c. 40. Baert. & Janning. Acta.* (h) *Baron. an. 697. n. 11. Trithem. Vuio, Menard. Bucelin.*

celin. Chinius , Canisius , Sauffayus , aliique . (i) *Baron. in not. Felix Renda in Act. Baerc. & Janning. Acta , & Sur. t. 3.*

Secundum scientiam novi, judicium labiorum attendite. Job. 13.

(a) *Apud Beroeam natalis Sosipatris*, Ms. Divionen. *Pyrrhiberoa Sosipatris, Discipuli Pauli Apostoli*. Notker. *Apud Pyrri-Beraam*. Galesin. *Baerea S. Sosipatris Episcopi*. De Peregrinis: *Apud Pymperoeam Sosipatris Discipuli &c.* Martyrolog. Roman. vet. & Ms. Beneventanam penès Cleric. Regul. SS. Apostol. Neap.: *Apud Pyrriboream*. Videndi Ortelius, & Stephanus de Urbibus Verùm Beroea *Veria* dicta, Urbs quidem Episcopalis Macedoniæ in Emathia regione inter Haliacmonem propè fluentem, & Lydium, Pellæ, & Ægeæ Urbibus finitima, à Thessalonica Urbe hoc tempore primaria in Africum ad L. mille passus recedens, olim clarior, in qua S. Paulus Apostolus prædicavit.

Berrhoea verò Urbs Episcopalis Syriæ, *Barin* vocitata, in Cyrrestica regione, Cyrro civitati finitima, & Hierapoli Urbi, à qua ad xxx. mille passus, plùs minùs abest, à Cyrrensi autem Civitate ad x. longè est.

Fasta Græca: *Memoria Sanctorum Apostolorum Sosipatris, & Jasonis*.

Cardinal. Baronius in notis hæret, an Sosipatres Episcopus Thessalonicensis fuerit, quia Doroth. in Synopsi eum sedisse Iconii asseverat; & Hippolytus Libell. de 52. Discipul. id etiam testatur; At ex ipsis Græcorum Synaxariis, & Menæis alius est Sosipatres Discipulus Apostoli Pauli, alius Sosipatres in Achaja genitus: & hic Episcopus Iconii fuit, qui colitur unà cum Jasone, Tharsi in Cilicia nato, ejusdem Urbis Episcopo; ex quo liquet unum Sosipatrem cum alio à quàmpluribus confundi.

(b) *Romæ Luciæ Virginis, & Martyris cum viginti duobus*. Martyrolog Centullen. *Romæ*, Subcollat: *Via Salaria*. Martyrol. Epternacen. *Thessalonica Salonica, Bigati, Lamtani, & Luceja Virginis*. Martyrolog. Corbejen. *Thessalonica Lanitani, Thesaulonica, Bagati germanorum, Luceja Virginis, & Auceja Regis*. Martyrol. Hieronymi. Lucen. *Thessalonica Lunitani, Thessalonicæ, Bigati, Lamtani fratris, & in eadem Civitate Lucelæ Virginis, & Aceja Virginis*. Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense: *Thessalonica Lamtani, Thessaulonica, & in eadem Civitate Luceja Virginis, & Aceja Regis*. Ms. Lætien. *Natale S. Luca Virginis, & Aucei Regis, cum aliis novem*. Rabanus: *Romæ Luciæ Virginis, & Aceiæ Regis*. Notker. prosequitur: *Qui cum aliis xxII. pariter martyrio coronati sunt*.

Cardinal. Baron. animadvertit in notis eamdem esse *Luciam*, cum *Luceja*, & cum ea, quæ à Beda, Usuardo, Adone, & Petro in Catal. memoratur. Verùm Lucela, sivè Luceja, & Aceja Virgo, sivè Auceja Rex, Thessalonicenses sunt, & alii à Lucia, seù Luceja Rom. cum sociis anonymis xxII.

(d) *Sibapoli in Syria Febroniæ Virginis, & Martyris*. Sibapolis urbs fuit Syriæ parva in Palmyrena regione, inter Palmyram Metropolim, & Euphratem fluvium, à Palmyra in Cæciam supra xxx. mille passus dissita, quæ an extet hodie incertum, apud novam Topographiam Ferrarii. Sauffayus supplement. ad Martyrolog. Gallican. *In Monasterio Fontis-Ebraldi natalis Sanctæ Febroniæ Virginis, & Martyris*.

Audite sermonem percipite auribus vestris. Job. 13.

(h) *In Hollandia Adelberti Confessoris*. Hollandia olim Batavia, *Holianda*; Regio Belgii intra Rheni fluvium, Brachia, & Oceanum Germanicum contenta, quam Batavorum Insulam Plinio dici volunt. In Officio Provinciæ Ultrajectinæ legitur: *Beatus Adelbertus Levita*.

(i) *Guleti Gulielmi Confessoris*. Guletum, *Goleto*, pagus, seù locus in ulteriori Principatu; ubi Monasterium in Irpinis, in territorio Nuscensi. *Gulielmi*. Aliis: *Guilielmi, Vuillelmi, Ullielmi*. Menard. Martyrologio Benedict. die 1. Januarii alium Ullielmum effert, Abbatem Fiscani in partibus Neustriæ, S. Majoli Discipulum.

(f) *Apud Rhegium S. Prosperi Aquitani, ejusdem Urbis Episcopi*.

Disceptatio Historico-Topographica.

Quamvis pro certo ante Sirmondum apud omnes ferebatur, Prosperum Aquitanum Rhegiensem Episcopum fuisse in secunda Narbonensi Provincia; undè Ludovicus Dovius Datichi Rhegiensis Episcopus, ad Episcopatum dein Augustodunensem translatus anno Domini 1715. nomen S. Prosperi, uti Episcopi Rhegiensis, in Officiis propriis suæ Ecclesiæ à se tunc editis hac die collocari voluit: Et Sammarthani primum Rhegiensem Episcopum sub Aquensi in Gallia Metropoli recensuere.

Verùm S. Prosper Aquitanus nunquam Rhegien fuit Episcopus, ex antiquis Scriptoribus, penès quos omnes: *Vir Divinus, Vir Religiosus*, & nullatenus *Episcopus* buccinatur.

Eminentissimus Baronius ad annum 466. num. 13. tradit, Ecclesiæ Rhegiensi, eo anno Sancto Prospero demortuo, præfuisse Sanctum Maximum Abbatem Monasterii Lirinensis, & post eum, Faustus Episcopus renunciatus, ejusdem quoque Cœnobii Abbas, ut Sidonius ad Faustum.

Ast Victorinus Aquitanus, uti Prosper Epistol. ad Hilarium urbis Romæ Archidiaconum præfixa canon. 100. Paschal. de Prospero patefacit: *Hæc quæ à Sancto, & Venerabili viro Prospero, &c.* Rursus: *Cujus tenorem vir Venerabilis Prosper sequutus est*. Undè jam anno 466. quo dicta Epistola exarata, Prosper non erat Episcopus, ut eruditè observat Pagi suæ Criticæ Historico-Chrono-

nologicæ tom. 2. ad ann. 466. num. 4. sed Faustus pluribus annis post 466. in vivis, successit Maximo Episcopo, qui an. 433. Rhegiensem Episcopatum inierat, & Sidonius quidem ad Faustum, nil memorat de Prospero Episcopo antecessore.

Baronius in notis pro hoc Prospero Episcopo Rhegiensi advocat Gennadium de vir. illustr. cap. 84. Honorium Augustod. Epist. Cœlestin. Papæ ad Episcopos Galliarum; Gelasium Papam ejus scripta comprobantem, commendantemque in cap. Sancta Roman. dist. 15. Adonem Viennensem, & alios plures, qui de hoc Prospero agunt; quos omnes in prælibatis notis cumulat.

Sed si sanè Codices, & adducti, & adducendi inspiciantur, videbitur omnes profectò his verbis de eo loquutos *Viro Divino*, *viro Religiosissimo*, & nusquam *Episcopo*. Adstruitur profectò, apud Adonem in Chronic. referentem, hunc S. Prosperum Notarium tantùm S. Leonis Papæ fuisse; *Prosper Notarius Beati Leonis*; hoc idem penès Codicem Ms. Bibliothecæ Colbertinæ: *Prosper Aquitaniæ Regionis Notarius Beati Leonis*. Adeò *ut mirum sit* (ait Anselmus in dissert. 5. de oper. S. Leonis, & Prosper.) *Christianum Lupum in dissert. 1. de Appellat. cap. 14. hoc negasse, ea ratione, quod tantum munus non videatur cecidisse in Laicum Monachum, quod referre, confutare est*. Quinimmò in Epistola Synodica Eusebii Mediolanensis Episcopi ad S. Leonem Papam sub anno 451. inter Episcoporum subscriptiones non legitur, *Prosper*, sed: *Faventius Episcopus Rhegiensis Ecclesiæ*, ut Pagi loco laudato observandus.

Nec mirum si quàmpluribus persuasum, hunc Prosperum Rhegiensi Ecclesiæ præfuisse, quùm idem Baronius in Annalibus loco adducto, tum in hujus diei elucubratis notis asserat, floruisse in Galliis alium Prosperum Episcopum, ad quem extat Epistol. 15. Sidonii Apollinaris lib. 6. ex quo facilè orta occasio errandi, & unum cum alio compingendi; ob quod forsan de Peregrinis hac die nullo præsignato loco, profert: *Eodem die S. Prosperi Episcopi*.

Cæterùm Pagi vir eruditus tom. 2. ad annum 466. num. 5. testatur, se vidisse Rhegii librum Choralem an. 1511. magnis caracteribus exaratum, cui titulus; *Vesperale Psalterii secundùm usum Ecclesiæ Rhegiensis*, cujus initium: *In nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Incipiunt Institutiones Rhegiensis Ecclesiæ Cathedralis, & totius Episcopatus ejusdem, compositæ anno MCClxxxx 1111. à Reverendissimo in Christo Patre D.P. Dei gratia Rhegiensi Episcopo, qualiter per totum annum divinum Officium dici debeat quibuscumque temporibus, atque horis*. In quibus Constitutionibus, à Petro de Millia Rhegiensi Episcopo conditis, nomen Prosperi non legitur: argumentum evidens, eo ævo Episcopum Rhegii Prosperum creditum non fuisse, neque in Officiis propriis illius Ecclesiæ locum habuisse, licèt Rhegii in Æmilia inter illius Civitatis Præsules in Officiis memoretur, ut Sammarthani: Nè igitur ultrà Romanum Martyrologium in hac trica volutetur, dummodò sapientiores adstipulentur, promat: *Apud Rhegium S. Prosperi Episcopi eruditione, ac pietate insignis*.

j. B Sexto Kalendas Julii. Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
A B C D E *F* F G H M N P
20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

ROmæ in monte Cœlio sanctòrum màrtyrum Joànnis & Pauli fratrum, quorum primus erat Præpòsitus domus, secùndus Primicèrius Constàntiæ vìrginis, filiæ Constantìni Imperatòris, qui pòsteà sub Juliàno Apòstata martyrii palmam glàdio cædènte percepèrunt. (*a*) Apud Tridèntum sancti Vigìlii Epìscopi, qui cùm relìquias idololatrìæ pènitùs extirpàre conarètur, à feris & bàrbaris homìnibus làpidum imbre percùssus, pro Christi nòmine martyrium implèvit. (*b*) Còrdubæ in Hispània natàlis sancti Pelàgii adolescèntuli, qui ob confessiònem fidei jussu Abdaramèni Sarracenòrum Regis forcìpibus fèrreis membràtim præcisus, martyrium suum gloriòsè consummàvit. (*c*) Apud Valencènas pàssio sanctòrum Sàlvii Epìscopi Engolismènsis, & Supèrii màrtyrum. (*d*) Item memòria sancti Anthèlmi Epìscopi Bellicènsis. (*e*) In pago Pi-

cta-

(b) *Vigilii Episcop.* Martyr ann. 400. Baron. eo an. n. 14. An. 405. Pagi t. 2. ad an. 400. n. 4. An. 400 vel 405. Baert. & Janning. Die 31. Januar. Notker. Maurolyc. Galesin. & alii. Die 15. Maii Viola SS. Agenuæ ann. 1508. cusum.

(d) *Salvii Episcop. & Soc.* Martyres anno 801. Baron. eo an. num. 26. An. 800. Baert. & Janning. Die 1. Julii Molan. primæ edit.

(e) *Anthelmi Episc.* Circa 1161. Baron. eo ann. Circ. 1177. Baert. & Janning.

(f) *Maxentii.* Circ. 507. Baron. eo ann. nu. 19. Circ. 506. Sigebert. Chronic. Circ. 515. Baert. & Janning.

ctaviensi sancti Maxentii presbyteri & confessoris, qui miraculis claruit. (*f*) Thessalonicæ sancti David eremitæ. (*g*) Eodem die sanctæ Perseverandæ virginis. (*h*)

(a) *Baron. an. 330. n. 52. an. 362. An. 271. & an. 398. nu. 18. Sur. t. 3. prior. edit. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 9.* (b) *Baron. an. 400. n. 2. 14. & sequ. S. Ambros. Epist. 24. lib. 3. edit. Roman. Lippoman. t. 2. Mombrit. t. 1. Sur. t. 3. prior. edit. Gennad. de vir. illustr. c. 33. & Bibliotheca Labbei.* (c) *Baron. an. 925. n. 1. & sequ. Morales Addit. ad S. Eulogium, Vasæus in Chronic. Hispan. Flos Sanctor. Hispan. & Thesaur. Concion. t. 2. hac die.* (d) *Baron. an. 801. n. 26. Sigebert. in Chronic. Vincent. lib. 24. c. 24. S. Antonin. par. 2. tit. 14. §. 11. & S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib. 5. c. 50. lib. 6. c. 29. & lib. 7. c. 1.* (e) *Baron. an. 1161. Sur. t. 3. prior. edit. Molan. Addit. ad Usuard. Greven. Saussayus, Canis. & alii.* (f) *Baron. an. 507. n. 19. S. Gregor. Turonen. Hist. Francor. lib. 2. c. 37. Sigeber. in Chron. ad an. 506. Petr. in Catal. lib. 6. c. 14. Vuio, Dorgan. Bucellin. Mabillon. cæterique Scriptores Benedictin.* (g) *Baron. in not. Græci in Menologio.* (h) *Baron. in not. Usuard. aliique recentiores.*

Dum sapio respondebo, & veritas testificatur. Esdr. 8.

(a) *Romæ Joannis, & Pauli fratrum, quorum primus Præpositus Domus, secundus Primicerius Constantiæ Virginis, filiæ Constantini. Sub Juliano Apostata martyrii palmam, gladio cadente, perceperunt.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium ultrà: *Per Terentium Campi Ductorem, qui deinde Christianus factus est.* Beda genuinus: *Terentianum.*

Item observandum, quò ad assertionem *Constantiæ Virginis, filiæ Constantini*, quomodo ex carmine antiquo apud Gruter. Inscript. Mlx1. *Constantina* dicitur:

Constantina Deum venerans, Christoque dicata,
Omnibus impensis devota mente parata,
Numine Divino multùm Christoque juvante,
Sacravit Templum victricis Virginis Agnes.

Hi autem versus Damaso Pontifici adscribuntur tom. 7. Bibliothecæ Patrum, sed fortasse antiquiora, & ipsius Constantinæ ætate composita, atque in Templo Agnes exarata, uti carmina ipsa declarant: Constantina quippe ipsa loquitur, cùm paulò pòst ait:

Dignum igitur munus Martyr devotaque Christo,
Ex opibus nostris per Sæcula longa tenebis
O' felix Virgo, memorandi nominis, Agne.

(b) *Apud Tridentum Vigilii Episcopi.* Tridentum, vulgò *Trento*, Germanicè *Triendt*; urbs Episcopalis olim Italiæ in Cœnomanorum (qui sunt Venetiæ Populi) finibus, in Rhetiæ confinio, intra Alpes Rheticas, nunc Urbs Germaniæ, in Italiæ confinibus ad Athesim ad Septentrionem irrigantem, muris ex vivo lapide cincta, Montibus nivosis, scopulisque septa, modica fruens planitie; urbs opulenta, mercimonio fulgens, cujus templa pulchra sunt, & exornata, Concilio Generali superior. Sæcul. ibi habito clara. Martyrol. Corbejen. pridie: *Eodem die natalis Vigilii Martyris, sociorum ejus.*

At videtur alius; Martyr tantùm enunciatur, loco incerto, & cum sociis Anonymis.

Ad illuminationem scientiæ in manifestatione veritatis. 2. ad Corinth. 4.

Usuardus Vigilium Episcopum Tridenti sub *Stilicone Consule* refert. Mirum modò, quòd Romanum Martyrologium hæc verba *sub Consulatu Stiliconis* percurrit; quæ in Actis penès Baert. & Janning. habentur, & Cardinalis Baronius in notis pro hoc Sancto Episcopo Usuardum advocat.

Saussayus Auctario ad Gallicanum Martyrol. Translationem Vigilii Episcopi, & Martyris Antissiodorensis hac die recolit. Agitur profectò de hoc S. Vigilio in histor. Antissiodorensi Episcopor. cap. 12. ut in Bibliotheca Labbei.

Baron. in notis, & in Annalibus hunc Vigilium Episcopum Tridentinum affirmat, *Consule Stilicone* passum. Rursùs ipsi Vigilio tribuit libros quinque adversùs Eutychen. Pagi tamen tom. 2. ad ann. 400. num. 3. Consulatum illum addititium autumat, & quòd laudati libri, licèt Vigilii Tridentini Episcopi & Martyris nomine inscripti aliquoties prodierint; nihilominùs Vigilio Africano Tapsensi in Proviucia Bizacena Episcopo restituendi, ex Chiffletio in Codice Jurensi optimæ notæ & pervetusto, Libris Vigilii adversùs Eutychen hunc titulum præfigente: *Incipit liber Vigilii Episcopi Tapsensis Ecclesiæ contra Eutychetem*. Videndus Labbeus dissert. de Scriptor. Eccles.

(d) *Apud Valencenas Salvii Episcopi Engolismensis, & Superii Martyrum.* At Valencenis tantùm de Salvio ad 1. Julii apud Molan. Addit. & Indic. SS. Belgii. De Superio nihil.

(f) *In pago Pictaviensi Maxentii Presbyteri, & Confessoris.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. apud Holstenium: *Pictavi Sancti Maxentii Confessoris.* De Peregrinis: *In pago Pictaviensi Maxentii Episcopi, & Confessoris.* Sphalma *Episcopi*, pro *Presbyteri*; nisi tò

Episcopi

Episcopi pro *Abbatis* accipiatur. Abbas enim dicitur in Martyrologio Ordin. Benedictin.

* C					Quinto Kalendas Julii.			Luna.										27
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1					

(a) *Creſcentis.* Martyr an. 118. Baron. eo ann. n. 7. Ann. 100. Baert. & Janning.

(c) *Anecti.* Martyr ann. 303. Baron. eo an. n. 85. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6.

IN Galàtia ſancti Creſcèntis diſcipuli beàti Pauli Apòſtoli, qui in Gàllias trànſitum fàciens, verbo prædicatiònis multos ad fidem Chriſti convèrtit: rèdiens verò ad gentem, cui ſpeciàliter datus erat Epìſcopus, cùm Gàlatas ipſos uſque ad finem vitæ ſuæ in òpere Dòmini confirmàſſet, demum ſub Trajàno martyrium conſummàvit. (*a*) Còrdubæ ſanctòrum màrtyrum Zòili, & aliòrum decem & novem. (*b*) Cæſarèæ in Palæſtina ſancti Anècti màrtyris, qui in perſecutiòne Diocletiàni ſub Urbàno Præſide, cùm àlios ad martyrium hortàtus eſſet, & oratiòne ſua idòla proſtràſſet, à decem milìtibus verberàri juſſus, mànibus pedibùſque præciſis, truncatus càpite, martyrii corònam accèpit. (*c*) Conſtantinòpoli ſancti Sampsònis presbyteri, pàuperum exceptòris. (*d*) In pago Turònico ſancti Joànnis presbyteri, & confeſsòris. (*e*) Varadini in Hungària ſancti Ladislài Regis, qui clarìſſimis miràculis uſque ad diem hodièrnum corùſcat. (*f*)

(a) *Baron. an. 59. n. 10. & an. 118. n. 7. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Sur. t. 7. prior. edit. S. Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 6. Vaſæus in Chron. Hiſpan. & Flos SS. Hiſpan.* (c) *Baron. an. 303. n. 85. & Græci in Menologio hac die.* (d) *Baron. an. 541. n. 22. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 3.* (e) *Baron. in not. & S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſ. c. 23.* (f) *Baron. in not. Breviar. Polonor. Bonfin. de reb. Hungaric. lib. 4. dec. 4. Baert. & Jannig. Acta.*

Ponam in lucem Scientiam, & non præteribo veritatem Sap. 6.

(a) *In Galatia Creſcentis Diſcipuli Pauli Apoſtoli, qui in Gallias &c. & cùm Galatas ipſos uſque ad finem vitæ &c. ſub Trajano martyrium conſummavit.* Ms. Divionen. *Apud Galatiam Beati Creſcentis Diſcipuli S. Pauli Apoſtoli*: nil aliud. Martyrol. de Peregrin. *Apud Galliciam Beati Creſcentis Diſcipuli Beati Apoſtoli &c. Gallicios uſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmavit.* De conſummatione Martyrii *ſub Trajano* omninò ſilet. At *Gallæcia* proferendum, vulgò *Gallitia*. Verùm *Gallæcia* Regio eſt Hiſpaniæ Tarraconen. & *Galatia* Regio Aſiæ Mediterranea, ab ortu Cappadocia, ab Auſtro Pamphilia, Iſauriave, ab occ. Phrigia, & Bithynia, à Septentrione Paphlagonia definita: Cujus pars ad ortum vergens *Chiangare*, ad occ. *Chiutaye*, de urbis primariæ nomine dicitur: Aut igitur ſphalma *Gallicia*, ſeù *Gallęcia*, aut alius Creſcens, aut tandem ambiguum an in *Galatia*, vel in *Gallæcia* hic Creſcens adſcribendus: Alii tamen ex ſequenti definiant. De Peregrin. hunc Creſcentem Diſcipulum Beati Pauli Apoſtoli facit, proindè putat eumdem.

(b) *Corduba Zoili, & aliorum decem & novem.* Martyrol. Hieronimian. Lucen. *In Hiſpania Creſcentis, Miliani, Nemeſi, Primitivi, Juſtini, Statbei, Eugeni, Novantiani, Clementis, Marcellini, Ziddini, Hinnuſtici, Zoili, Marcelli, Italicæ, Leli, Capitonis, Timni, Tuſci.* Martyrol. Veiſſemburgenſe pro Novantiani, Ziddini, Hinnuſtici, & Tuſci, *Novaciani, Zeddini, Felicis, Hinnuſtici, Tucci*. Martyrol. Epternacen. *Cordoba in Spanis Creſcentis, Juliani, Remiſi, Fratrię, Juſtinæ, Stattei, Novatiani, Clementis, Marcellini, Zeddini, Felicis, Venuſti, Zoili, Marcelli, Jtalicæ, Læli, Capitonis, Tinni, Timarei.* Martyrolog. Corbejen. *In Hiſpania Creſcentis, Juliani ..... meſi, Primitivi, Juſtini, Tacthei, Eugenii, Novatiani, Clementis, Marcellini, Zebdini, Felicis, Hinuſti, Zoeni, Marcelli, Italicæ, Lelii, Capitonis ..... ini, Tuechii, Silvani.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Cordubæ Zoili, Creſcentis, Juliani, Nemeſii, & aliorum XVIII.*

Accipite per ſermonem, & proderit vobis. Sap. 6.

Ms. Richenovien. *In Corduba Crescentis, Juliani, Nemesi, Primitivi, Eugenii*. Mss. Augustan. S. Udalrici, & Parisien. Labbei; *Spania Crescentis, Crispiniani, Justini, Felicis, Juliani, Primitivi, Clementis*. Ms. Colonien. S. Mariæ ad Grad. *In Hispania Sanctorum Zoeli, Juliani, & aliorum novemdecim*. Ms. Roman. Barberinian. *In Hispania Crescentis, Juliani, Eugenii, Novatiani*. De Peregrinis: *Cordubæ S. Zoili martyris*; Silet socios Anonymos, ut Roman. Martyrolog. sive expressos, ut Sacræ aliorum Tabulæ.

(c) *Cæsareæ in Palæstina Anecli Martyris*. Cardinal. Baronius in notis Græcorum Menologium indigitat, illud scilicet Sirleti, quo ipse Baronius usus. Maximus Cytherorum Episcopus in vit. SS. ex Synaxar. Mss. *Anicetum*, & non *Aneclum* promit *Cæsareæ Cappadociæ*, ac *sub Imperio Diocletiani, Urbano Præside*, uti Roman. Martyrolog. de *Anecto Cæsareæ in Palæstina*. An *Anectus* sit idem, ac *Anicetus*, Fasta Græca, & Acta SS. penès Baert. & Janningum consulenda.

(d) *Sampsonis presbyteri*. Baron. in not. Acta redarguit falsitatis apud Metaphrastem ex Procopio excerpta; quò ad incendium Xenodochii Sampsonis, tempore *Justiniani* Imperatoris: Pagi tamen hoc vindicat to. 2. ad an. 541. nu. 4. Baron. item ad oram marginal. suadet, floruisse tempore *Anastasii*. Acta verò apud Metaphrast. tempore Justiniani.

(f) *Varadini in Hungaria Ladislai Regis*. Varadinum, *Vardein* Germanis; & *Varadin* Italis. Urbs Hungariæ Episcopalis Transdanubianę, in Transilvanię confinio, ad Chrysium flumen intermeantem, & circunfluentem, media inter Albam Juliam Transilvaniæ Regiam, & Solnocum ad Tibiscum, ab Alba Julia in occidentem solem ad 8. mille passus Germ. quot penè à Claudiopoli in Africum recedit. Ungariæ igitur Rex fuit Ladislaus, à Cælestino Pap. III. in SS. numero adscriptus cir. an. 1192. ut Bonfin. lib. 4. Decis. 2. Reg. Hungar.

Disceptatio Topographica.

(b) *Cordubę Zoili, & aliorum decem & novem*. Prudentius ab Eminentissimo Baronio in notis accitus, in Hymno de Martyribus Cæsaraugustanis meminit Zoelli, sivè Zoili, & Ascischi Martyrum, cum aliis decem & octo, quos Cæsaraugustæ, & non Cordubæ collocat.

Nec facit pro Romano Martyrologio asserere, prælibatos Martyres Cæsaraugustanos esse alios ab his, qui Cordubæ tribuuntur, diversisque nominibus nuncupati.

Nàm Romanum Martyrologium sociorum Zoili nomina non exprimendo, sed solùm decem & novem Anonymos Martyres, modò divinare erit, dicere Martyres Cæsaraugustanos esse alios à Cordubensibus; maximè quòd Baronius pro his Cordubensibus Prudentium advocat.

Quamvis Usuard. Ado, Notker. Petrus de Natal. aliique hos Martyres Cordubæ ferant:

Nihilominùs quuùm facilè potuissent esse Cordubenses origine, hìnc adducti Martyrologi ex hoc decepti, Cordubæ Martyrium scripsere.

Cæterùm, nè Romanum Martyrologium ansam nutandi præbeat, an sint alii, & quòd utrobique, Cæsaraugustæ scilicet, & Cordubæ hac die colantur; & quatenus diversi, cur Cordubenses potiùs, & non Cæsaraugustani enuncientur; tutius erit, si sapientioribus videbitur, ut Martyrolog. Hieronimyan. Lucen. & Corbejen. locum singularem Hispaniæ pro Agone non signet, sed: *In Hispania Sanctorum Martyrum Zoili, & aliorum decem & novem*.

xxix. D Quarto Kalendas *Julii*. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2					

Vigìlia sanctòrum Apostolòrum Petri, & Pauli. (*a*) Romæ sancti Leònis Papæ Secùndi. (*b*) Lugdùni in Gàllia sancti Irenæi Epìscopi & màrtyris, qui [ut scribit sanctus Hieronymus] beàti Polycàrpi Smyrnènsis Epìscopi discìpulus fuit, & Apostolicòrum tèmporum vicìnus. Is cùm advèrsùs hærèticos verbis ac scriptis plurimùm decertàsset, in persecutiòne Sevèri cum omni ferè civitàtis suæ pòpulo coronàtus est gloriòso martyrio. (*c*) Alexandriæ in eàdem Sevèri persecutiòne sanctòrum màrtyrum Plutàrchi, Serèni, Heraclìdis catechùmeni, Herònis neò-

(b) *Leonis Pap.* Obiit an. 684. Baron. eo an. nu. 1. Ann. 683. Pagi t. 3. ad an. 684. n. 2. Die 30. Julii Idem ibidem.

(c) *Irenęi Episcopi*. Martyr an. 205. Baron. eo ann. n. 28. & seq. Ann. 202. vel 207. Baert. & Janningus. Die 23. Augusti Græci in Menologio Canisii. Die 6. April. Saussayus supplemẽt ad Martyrol. Gallican.

(c) *Rhaidis Cathecumena.* Die 5. Septembris Menolog. Græcor. Sirleti.

(h) *Pauli Papæ.* Die 27. Januar. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. Canisius, Felicius aliique. Die 28 Junii cum Baron. Pagi t. 3. ad an. 767.

neòphyti, & altèrius Serèni, Rhàidis catechùmenæ, Potamiœnæ, & Marcèllæ ejus matris: inter quos præcipuè enituit Potamiœna virgo, quæ primò immènsos innumeròsque agònes pro virginitàte desùdans, deinde ètiam exquisita, & inaudita tormènta pro fide perpèssa, ad ùltimum unà cum matre igne consùmpta est. (*d*) Eòdem die sancti Pàpii màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni flagris cæsus, & in lebètem òleo, & àdipe fervènti plenum injèctus, aliaque horrènda supplìcia perpèssus, demum datis cervìcibus coronàtur. (*e*) Trajècti sancti Benìgni Epìscopi, & màrtyris. (*f*) Còrdubæ sancti Argymiri mònachi, & màrtyris, qui in persecutiòne Aràbica pro fide Christi necàtus est. (*g*) Romæ sancti Pauli Papæ & confessòris. (*h*)

(a) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. hist. Franc. lib. 10. c. 31. Amal. de ord. antiphon. c. 50. Radulp. de Observ. can. c. 19. & 21. Usuard. Ado. & S. August. de Vigiliis.* (b) *Baron. an. 683. per totum, & an. 684. n. 1. Baert. & Janning. Acta.* (c) *Baron. an. 205. n. 28. & seq. & an. 381. n. 100. S. Hieronym. Epist. 84. ad Magnum, Epist. 29. ad Theodor. & de Scriptorib. Eccles. S. Epiphan. in Panar. heres. 24. & 31. Euseb. hist. lib. 5. c. 4. 7. & 8. S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib. 5. c. 29. Raynaud. Indicul. SS. Lugdunens. novissime edit. & Sammarthan. Gallię Christian.* (d) *Baron. an. 205. n. 4. & 7. Euseb. lib. 6. c. 4. & Nicephor. lib. 5. c. 4. & 5.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. baert. & Janning. Acta.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Galesin.* (g) *Baron. an. 856. n. 30. S. Eulog. lib. 3. memor. SS. Uvio, Menard. Dorgan. Bucellin. Marietta hist. Sanctor. hispan. & Ros de SS. Cordubens.* (h) *Baron. an. 257. n. 2. & seq. & Petr. de Natal. lib. 3. c. 30.*

Audi, disce; & in verbis attende. Eccl. 16.

Ut scias quomodo oporteat unicuique respondere. Ad Colossens 4.

(c) *Lugduni in Gallia Irenęi Episcopi, & Martyris.* Aliis: *Lugduno Gallię.* Gallice *Lyon.* Urbs Galliæ Celticæ, ad Ararim, & Rhodanum fluvios infra confluentes, Emporium ingens, & ex primis totius Europæ, cęteras Galliæ urbes, excepta Lutetia, Populi frequentia superans; media ferè inter Genuam, & Lutetiam. Aliis: *Erenei, Hieręi, Hirenei, Hyrenęi.* Martyrolog. Epternacen. *Lugduno Gallię Hirenei Episcopi, cum aliis VII. Leonidis, Plutarci, Sereni, Potamnię, Marcellę.* Martyrol. Corbeien. *Lugduno Gallię Herenei Episcopi cum aliis sex, Leonidis, Plutarci, Sereni, Potamninę, Marcelli, sivè Urenæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Lugduno Herenei Episcopi cum aliis VI. Leonidis, Plutarchi, Sereni, Potamienę, Marcellę.* Martyrolog. Bluman. *Lugduno Gallię Hereni Episcopi cum aliis sex, Potamiemę, Marcellæ.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Lugduno Galliæ S. Irenæi Episcopi.* Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. & Roman. Barberinian. *Lugduno Galliæ natale S. Erenæi cum aliis sex.* Notker. ex Adone: *Lugduno Herenæi Episcopi persecutione Severi cum omni ferè Civitatis suæ populo.*

(d) *Alexandriæ Plutarchi, Sereni, Heraclidis cathecumeni, Heronis neophyti, & alterius Sereni, Rhaidis catechumenæ, Potamienæ, & Marcelis ejus matris.* Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. *Alexandriæ civitate Sereni, Trardori, Postaphi, Tiri, Dosiniæ, Pasimi, Sici, Dislae, Ambeni, Ariusi, Diosconi, Orionis, Turbani, Capitulini. Item Orionis, Gimini, Plutarci, Hirenei, Heracli, Heroti, Potomini, Marcellæ, Basilidi, Leonodi, Panosi, Tilmi.* Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Sereni, Theodori, Pasiusi, Titiri, Domisiniæ, Passini, Plesici . . . Sta, Ambeniani, Discori, Orion, Treban, Capitulini, Orion, Seneri, Plutarchi, Herenei Episcopi, Heracli, Heroti, Potamini, Marcelli, Basilidi, Leonidi, Pamboni, Oriosi, Panuberi, Tilinæ, Nomicæ, Sinidi, Memnu, Juli.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Seneri, Theodori, Pastasi, Tytiri, Dionisiniæ, Passini, Phesci, Dilta, Ambeniani, Dioscori, Orion, Turbanni, Capitulini, Item Orion, Simiri, Plutarci, Herenei, Heracli, Herothi, Potamini, Marcellę, Baselidi, Leonidi, Pamboni, Oriosi, Panuberi, Tilinę, Nomnicia, Sinidi:* Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense pro Severi, Pastesi, Phesci, Ambeniani *Sereni, Pasiasi, Phesici, Ambemari.* Alios, scilicet *Dioscori*, & reliquos silet. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Alexandria Theodori cum aliis XXVII.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, Lætien. S. Lamberti, Treviren. S. Maximini, & Roman. Barberinian. *In Alexandria natale SS. Sereni, & Theodori.* Ms. Rhinovien. *Alexandrię Theodori.* Usuard. *In Alexandria Plutarci, Sereni, Heraclidis, Herois, Potamienę, Marcellę, Plutarci, Neronis, Demetrii.* De Peregrinis: *In Alexandria Plutarchi, Sereni, Heraclidis, Herois, Potamienę, Marcellę cum aliis tribus.*

Rhaidis Cathecumenę. Valesius in not. ad

Eusebium lib. 5. c. 3. legendum vult *Hiraydis*, ex fide Codicis Regii, & Fukeriani; sivè potiùs *Heraidis*. Menologium Sirleti ad 5. Septembris: *Natalis B. Martyris Rhaidis, quę igne cremata est.*

Potamienę, & Marcellę. Martyrologii S. Hieronymi Apographa, has cum Hereneo Lugduno legunt; an eædem, ea consulenda.

(e) *Papii Martyris*. Tamayus suo concinnato Martyrologio: *Arbucarę in Celtiberia Hispanię Tarraconensis S. Papii*. An hìc signandus, Topographi consulendi: Acta hujus Papii *Brucam* quidem nominant, Siciliæ oppidum litorale, inter Catanam, & Siracusam, ad præsens dictum *la Brucara*. An *Celtiberia* sit alia ab *Arbucara*. Hispan. Topographi definiant.

xxviij. E Tertio Kalendas Julii. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

(a) *Petri & Pauli*. Martyres ann. 70. Eusebius. Ann. 67. Baron. An. 65. Pagi, Baert. & Janning. Die 22 Febr. Silv. in Laterculo. Hac die Græci, & Latini.

(c) *Syri Episcop.* Die 17. Maii de Peregrin.

(e) *Mariæ*. Die 11. Jun. Sur. t. 3.

Romæ natàlis sanctòrum Apostolòrum Petri, & Pauli, qui eòdem anno, eodèmque die passi sunt sub Neròne Imperatòre: quorum prior in eàdem Urbe càpite ad terram verso cruci affixus, in Vaticàno juxta viam Triumphàlem sepùltus, totìus Orbis veneratiòne celebràtur: alter verò glàdio animadvèrsus, & via Ostiènsi sepùltus, pari habètur honòre. (*d*) In castro Argentòmacho sancti Marcèlli màrtyris, qui pro fide Christi unà cum Anastàsio viro militàri càpite plexus est. (*b*) Gènuæ natàlis sancti Syri Epìscopi. (*c*) Nàrniæ sancti Càssii ejùsdem civitàtis Epìscopi, de quo sanctus Gregòrius refert, quòd nullus penè dies vitæ ejus abscedèbat, quo omnipotènti Deo hòstias placatiònis non offèrret: cui & concordàbat vita, quia cuncta quæ habèbat, in eleemòsynis trìbuens, in hòra sacrificii totus in làcrymis diffluèbat: demum natalìtio Apostolòrum die, quo sìngulis annis Romam venìre consuèverat, cùm Missàrum solèmnia celebràsset, & corpus Domìnicum, pacèmque òmnibus dedìsset, migràvit ad Dòminum. (*d*) In Cypro sanctæ Marìæ matris Joànnis, qui cognominàtus est Marcus. (*e*) In territòrio Senonènsi sanctæ Benedìctæ vìrginis. (*f*)

(a) *Baron. an. 58. n. 95. an. 67. 68. per totum. An. 69. n. 1. & an. 398. num. 1. 13. S. Paulin. Epist. 13. ad Sever. & 16. ad Delphin. S. Gregor. ad Petr. Subdiacon. lib. 1. regest. Epist. 70. & lib. 7. regest. Epist. 22. & Hegesippus Junior de Excid. Hierosolymæ lib. 3. c. 2.* (b) *Baron. in not. Usuard. & Petr. in Catal. lib. 6. cap. 24.* (c) *Baron. in not. S. Gregor. lib. 4. Dialogor. c. 53. aliique.* (d) *Baron. an. 543. n. 2. & an. 598. n. 14. & 15. S. Gregor. in Evangel. & Dialog. lib. 3. c. 6. & lib. 4. c. 56. Baert. & Janning. Acta.* (e) *Baron. an. 34. n. 22. & 236. Act. Apostol. c. 12. & Sur. t. 3. die 1. Jun.* (f) *Baron. in not. Tritrem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 264. Carthusian. Colonienses, Molan. Galesin. & alii.*

Argue sapientem, & diliget te. Prov. 9.

(a) *Roma Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli*. Roma, urbs toto orbe Terrarum notissima, commune omnium Gentium domicilium, Tiberi fluvio divisa, pars in Hetruria, pars major in Latio, collibus VII. distincta, amplissimo mænium ambitu, omnes Urbes, non solùm Italicas, sed & totius Europæ superans, circa Tiberim maximè habitata; Clara quondam tot Imperatorum Sede, clarior nunc Sanctorum Pontificum auctoritate, & clarissima horum duorum Principum Apostolorum glorioso sanguine consecrata. Martyrol. Epternacen. *Roma Petri, & Pauli, & aliorum Dccclxxv IIII. Item Roma Novatiani*. Martyrolog. Corbejen. *Roma natalis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & aliorum Dccclxxxv II. & Dedicatio Baptisterii antiqui*. Martyrolog. Hieronym. Lu-

Noli arguere derisorem, nè oderit te. Prov. 9.

Lucen. *Romæ natalis Petri, & Pauli Apostolorum; Petri in Vaticano, Pauli verò via Ostiensi, Navatiani, & aliorum Dcccclxxx. Martyrum.* Martyrol. Veissemburgense: *Novatiani, & aliorum Dcccclxxvii.* Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Roma natalis Apostolorum Petri, & Pauli*; reliquum prosequendo, ut Rom. Martyrol. addit in calce: *Et in eadem Urbe natalis S. Novatiani, cum aliis Dcccclxxxviii. Martyrum.* Ms. Barberinian. Roman. *Romæ natalis Apostolorum Petri, & Pauli, qui jussu Neronis Imperatoris Petrus crucifixione, Paulus capitis plexione martyrio coronati sunt, & natale S. Novatiani Martyris cum aliis nongentis septuaginta octo Martyribus.* Ms Roman. S. Cyriaci in Thermis: *Et aliorum Dcccclxxviii. Martyrum.* Additio ad Adonem: *Romæ et S. Novatiani cum aliis Dcccclxxvii.* Notker. prætermittit: *Novatiani.* De Peregrin. *Petri, & Pauli sub Nerone Cæsare, Basso, & Fusco Coss.* Papebroch. *Siloo Nervo, & Julio Attico Vestino Coss.* Omnes tamen sub ultimo Imperii Neronis.

Eminentissimus Baronius plura in Annalibus, & in not. de his Apostolis cumulat, quæ non est nostri animi hùc retexere; si quis tamen ea cernere autumat, ipsum adeat.

(b) *Marcelli Martyris.* Alius à Marcello Martyre Cabillonensi, in Galliis claro, de quo S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. cap. 52.

(c) *Syri Episcopi.* S. Gregor. lib. 4. Dialogor. cap. 53. promit *Martyrem*; An verè Martyr, vel encomiasticè tantùm, & quatenùs Martyr, an idem; Ipse Gregorius consulendus. Monumenta hujus Sancti à Baronio in notis advocata Episcopum solùm asserunt. De Peregrin. ad 17. Maii nulla loci nota: *Eodem die S. Syri Episcopi, & Confessoris.*

(f) *Benedictæ.* Aliam refert Abbatissam ad 17. Decembris Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 264.

xxvij. F Pridie Kalendas Julii. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

COmmemoràtio sancti Pauli Apòstoli. (*a*) Lemòvicis in Gàllia sancti Martiàlis Epìscopi cum duobus presbyteris Alpiniàno, & Austricliniàno, quorum vita miraculòrum signis àdmodùm effùlsit. (*b*) Ipso die sanctòrum Caii presbyteri, & Leònis subdiàconi. (*c*) Alexandrìæ pàssio sancti Basilidis sub Sevèro Imperatòre: qui cùm sanctam Potamiœnam vìrginem, quam ad supplicium ducèbat, ab impudicòrum hòminum petulàntia tutàtus esset, religiòsi officii mercèdem ab ea rècèpit: nam ipsa post trìduum illi appàrens, & ejus càpiti coròнam impònens, non solùm eum convèrtit ad Christum, sed ètiam brevi agòne certàntem, suis prècibus màrtyrem gloriòsum effècit. (*d*) Romæ sanctæ Lucìnæ Apostolòrum discìpulæ, quæ de facultàtibus suis sanctòrum necessitàtibus commùnicans, Christiànos in càrcere detèntos visitàbat, ac Màrtyrum sepultùræ inservièbat, juxta quos & ipsa in crypta a se constrùcta sepùlta est. (*e*) Ibìdem sanctæ Æmiliànæ màrtyris. (*f*) In territòrio Vivariènsi sancti Ostiàni presbyteri & confessòris. (*g*)

(a) *Commemoratio Pauli Apostoli.* Die 19. Jun. Hagiologium Metric. Æthiop. Habessinorum.

(b) *Martialis Episc.* Die 18. Febr. Ms. Tornacen. S. Martini. Bolland. eo die.

(c) *Caji, & Leonis.* Martyres ann. 205. Baron. eo an. n. 8. & seq. An. 202. vel 207. Baert. & Janning. Die 28. cum Irenæo Episc.

(d) *Basilidis.* Die 28. Jun. Florent. eo die.

(e) *Lucinæ.* Die 17. Maii Addit. Carthusian. Bruxellen. ad Greven.

(a) *Baron. an. 68. & 69. Græci in Menologio, ex S. Gregor. Pap. Microlog. c. 42. & recentiores, qui de Divin. Officiis agunt.* (b) *Baron. an. 74. n. 15. S. Gregor. Turonen. lib. 1. hist. c. 30. & de glor. Confessor. c. 27. Petr. Cluniacen. lib. 1. Epist. 2. Petr. in Catal. lib. 6. c. 29. Bosquet. t. 1. hist. Eccles. Gallican. Launoiue, & Hagiolog. Franco-Galliæ. Labbei.* (c) *Baron. an. 205. n. 8. Usuard. Petr. de Natal. lib. 11. num. 183. Baert. & Janning. Acta.* (d) *Baron. an. 69. n. 13. & 45. Euseb. hist. lib. 6. c. 4. & Nicephor. lib. 5. c. 7.* (e) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ibidem, Molan. Addit. ad Usuard. Unio, Dorgan. Menard. Bucelin. Chrinus, aliique.*

(a) Com-

Qui vetera non tenent, nova credere non possunt. S. Joan. Chrysostom. 1. Matth.

(a) *Commemoratio S. Pauli Apostoli*. Notker. *Romæ, imò per totum Orbem Christi, Festivitas S. Pauli Apostoli*. Usuard. ex quo Roman. Martyrol. *Commemoratio S. Pauli Apostoli*. Ms. Rom. Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *Natale S. Pauli Apostoli, & natale SS. Timothei, Zotici Pamfili*.

(b) *Lemovicis in Gallia Martialis Episcopi, Alpiniani, & Austricliniani*. Martyrol. Epternacen. & Hieronymian. Lucen. *Lemedicas depositio S. Martialis Episcopi, & Confessoris*. Ms. Reginæ Sueciæ præsignat *Lemovicis*. Mss. Tornacen. Attrebaten. & Lætien. *In Urbe Lemovicina*. Ms. Barberinianum Roman. *Lemonicas*. Florus: *Lemovicas Civitate depositio Martialis Episcopi*. Ms. Attrebaten. Eccles. S. Mariæ: *Qui fuit unus de septuaginta duobus*. An fuerit Apostoli coævus, apud Galliæ Scriptores nondùm constat. De Peregrin. *Lemonica Civitate Martialis Episcopi, cum duobus Presbyteris Alpinione, & Austudiano*. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei: *Stratodiniano*. Verùm *Austricliniano* emendat; omnia tamen ferè Mss. *Lemodica* retinent. Cæterum *Lemovici*, qui, & *Lemovices*, apud Plin. *Limeges* gallicè, urbs Episcopalis antiqua Gall. Celt. sive Aquitanicæ, ad Vicenam fluvium, pars colli imposita, oblonga, & angusta, Lemovicensis caput, Pictonibus, Biturigibus, & Petragoriis finitima; media inter Aureliam, & Tolosam, à qua in Septentrionem ad L. mille passus Gallic. recedit, à Biturigibus Metropoli in Libonotum ad xl. à Lutetia ad LXXXVI.

Cardinal. Baron. in not. reprehendit falsitatis Gregor. Turonen. libr. 1. cap. 30. histor. & de glor. Confessor. ca. 27. tradentem, tempore Decii hunc Martialem floruisse; At plerique Sacræ Galliæ scriptores penès Florentinium hoc vindicant. Ipsi inspiciendi.

(c) *Ipso die Caii Presbyteri, & Leonis Subdiaconi*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Timothei, Zotici, Italicæ, Zoili, Gelati, Cursici Presbyteri, Leonis Subdiaconi*. Martyrol. Corbejen. *Romæ Timothei, Italiæ, Gelati, Zoili, Italicæ, Cursici Presbyteri, Leonis Subdiaconi*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Africa Timothei, Zotici, Italiæ, Cursici Presbyteri, Leonis Subdiaconi*. Martyrol. Veissemburgense: *In Africa Timothei, Zotici, Italiæ, Galeti, Gitta, Cursici*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Africa Timothei, Zotici, Italiæ, Galati*. Molan. Addit. ad Usuard. nulla loci nota: *Ipsa die S. Corsici Presbyteri, & Leonis Diaconi*. Maurolyc. *Ipsa die S. Disici, sivè Corsici Presbyteri, & Leonis Subdiaconi Martyrum*. Bellin. & de Peregrinis: *Ipso die Bisici Presbyteri, & Leonis Diaconi*. Galesin. *Romæ Corsici Presbyteri, & Leonis*. In notationib. ponit: *Subdiaconi*. Petr. de Natal. *Corsicus Presbyter, & Leo Subdiaconus passi sunt Martyrium pridie Kal. Julii* Galesin. *Corsicum* retinet, & Leonem *Subdiaconum* fide omnium Martyrologiorum dicendum monet.

Baron. in not. *De his Usuardus, & recèntiores omnes*. Verùm nullibi: *Cajus Presbyter* invenitur, & Molan. Addit. ad Usuardum: *Ipsa die S. Corsici Presbyteri, & Leonis Diaconi*. Saussayus, & Ferrar. ad 3. Martii: *Bajone in Gallia Sanctorum Martyrum Leonis Archiepiscopi Rothomagensis, Germani, Gervasii, & Philippi Confessoris*. Bolland. ea die. Sed hic *Leo* liquet alius.

Qui nova non habent, hi veteribus carent. Chrysost. ibid.

J U L I U S.

* Græcis *Panemus*.

xxvj. G Kalendis Julii. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

Octàva sancti Joànnis Baptìstæ. (a) In monte Hor deposìtio sancti Aaron primi sacerdòtis òrdinis Levìtici. (b) In Britànnia sanctòrum màrtyrum Jùlii, & Aaron, qui post sanctum Albànum in persecutiòne Diocletiàni passi sunt: quo tèmpore ibìdem quamplùrimi divèrsis cruciàtibus torti, & sevìssimè laceràti, ad supèrnæ civitatis gàudia consummàto agòne pervenèrunt. (c) Machlìniæ pàssio sancti Rumòldi màrtyris, Scotòrum Regis filii, & Epìscopi Dublinènsis. (d) Sinvèssæ sanctòrum màrtyrum Casti, & Secundini Episcopòrum. (e) Viènnæ sancti Martini Epìscopi, Apostolòrum discìpuli. (f) Arvèrnis sancti

(b) *Aaron*. Ann. 1470. ante Christ. natum.

(c) *Julii, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo ann. nu. 144. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. num. 6.

(f) *Martini Episcop.* Die 11. Maii Mss. Treviren. S. Maximini, Augustan. S. Udalrici, Parisien. Labbei, & Notker. ex Mss.

(g) *Galli Episc.* Obiit ann. 573. Baron. eo ann. n. 26. Ann. 570. Trithem. An. 554. Coint. Annal. Eccles. Francor. Anno incerto Pagi to. 2. ad ann. 573. nu. 5.

(K) *Eparchii Abb.* Obiit ann. 584. Baron. eo an. n. 13. An. 583. Greg. Turonen. de Gest. Francor.

(l) *Simeonis* Die 21. Julii. Græci in Menolog.

cti Galli Epìscopi. (*g*) In territòrio Lugdunènsi depositio sàncti Domitiàni abbàtis, qui primus illic eremiticam vitam exèrcuit, & cùm plùrimos ibi in Dei servìtio congregàsset, magnis virtùtibus & glòriosis miràculis valdè clarus, collèctus est ad patres in senectùte bona. (*h*) In territòrio Rhemènsi sancti Theodòrici presbyteri, discìpuli beàti Remìgii Epìscopi. (*i*) Engolìsmæ sancti Epàrchii abbàtis. (*k*) Apud Emèsam sancti Simeònis confessòris, cognomènto Sali, qui stultus propter Christum factus est: sed altam ejus sapièntiam Deus magnis miràculis declaràvit. (*l*)

(a) *Baron. in not. Rudulph. de observat. Canon. c. 19. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Josephus lib. 2 antiquit. c. 6. & sequ. & lib. 4. c. 4. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 303. n. 144. Gilda Sapiens lib. de excidio Britan. Beda lib. 1. c. 6. de gest. Anglor. in fine, & Petr. in Catal. lib. 6. c. 53.* (d) *Baron. an. 775. n. 15. Sigebert. de vir. illust. cap. penultim. Sur. t. 7. prior. edit. hac die, & Molan. Indic. SS. Belgii.* (e) *Baron. in not. & Petr. Diacon. Bibliothec. Monaster. Cassinen. lib. de vir. illustr. c. 19.* (f) *Baron. in not. & Ado in Chron. ad an. 101.* (g) *Baron. an. 541. nu. 30. & an. 573. n. 26. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 4. cap. 5. & 6. & in vit. SS. Patr. c. 6. ac Venant. Fortunat. lib. 4.* (h) *Baron. in not. Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 5. c. 166. Usuard. Ado, & alii.* (i) *Baron. in not. Sur. t. 4 prior. edit. hac die, & Usuard.* (k) *Baron. an. 584. n. 13. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 6. c. 9. & Sur. t. 4. relat. hac die.* (l) *Baron. an. 548. n. 15. Græci in Menolog. Evagrius hist. lib. 4. c. 33. Metaphrast. Lippoman. & Sur. hac die.*

Da mihi linguam eruditã, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Isaiæ 50.

(b) *In Monte Hor depositio Aaron primi Sacerdotis Ordinis Levitici.* Hor, Mons Arabiæ Petreæ, in Nabatheorum finibus, ultra Petream. Urbs, à qua Arabia hæc Petrea dicta fuit, in via, qua Israelitæ ex Ægypto in Palæstinam profecti sunt, obuium eis dèsertum. Aliquibus cum aspiratione, nempe: *Hor*. Aliis sine, scilicet *Or*. Aliisque: *Horeb*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Ms. Reginæ Succiæ penès Holstenium: *In Monte Hor depositio Aaron Sacerdotis*. Mss. Romana Barberinian. Vatican. & S. Cyriaci, ac Martyrol. de Peregrin. *In Monte Hor depositio Aaron Sacerdotis primi*. Martyrol. Corbejen. *In Monte Hor depositio Aaron Pontificis, & depositio Primi, Idoni, cum aliis.*

(d) *Machliniæ Rumoldi Martyris*. Machlinia, *Malines* Hispanis, Gallis, & Italis. *Machelen* Belgis, & Germanis. Urbs Belgij, in Brabantiæ Ducatu, ex primis, finitimarum urbium Metropolis, Dela fluvio divisa, inter Antuerpiam, & Lovanium. Ex Sur. tom. 7. prior. edit. *Rumoldus Episc. Dublinen. Martyr in Hasbania occisus anno Domini Dcclxxv.* An idem, haud definimus. Baron. quidem hunc Rumoldum Machliniæ Martyrem ad annum 774. num. 15. refert. Alius Rumoldus dictus Monachus corona Martyrii donatus apud Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. ad 7. Januar.

(e) *Sinuessæ Casti, & Secundi Episcoporum.* Sinuessa, alias *Sinope* vulgò *Rocca di Mondragone*. Urbs olim Episcopalis Campaniæ celebris, in ora litorali, inter Liris, & Vulturni fluminum ad Massiei Montis radices, cujus nunc vestigia vix indicantur. Acta horum Martyrum in Ecclesia Cajet.

(i) *In territorio Rhemensi Theodorici Presbyteri*. Ms. Lætien. *Ipso die Remis S. Theoderici Confessoris*. De Peregrin. *In territorio Remensi Theodori Presbyteri, & Confessoris.*

(K) *Engolismæ Eparchii Abbatis*. Engolisma *Inculisma*, & *Egolisma*: Gallicè *Angoulesque*. Urbs Galliæ Episcopalis Aquitanicæ, inter Santonas, & Petrogorios, apud Carantonum fluvium, pars rupi imposita, pars humi ad amnem prædictum. Martyrol. Hieronym. Lucen. & Martyrol. Corbejen. *Egolisma Civitate depositio Separci Episcopi*. Martyrol. Blumanii seù Veissemburgense: *Eparci*. Ms. Divionen. recenti manu: *Ecolesma Esparsi Presbyteri, & Confessoris*. Hagiologium Labbei: *Civitate Angolisma Eparchii Monachi, & Confessoris*. De Peregrinis. *Engolisima Civitate Epardi Monachi, & Confessoris*. Surius in vita, & Gregor. Turonen. nuncupant quidem Engolismam Monachum reclusum. An Eparcus, sive Separchus Engolismæ Episcopus, sit idem, ac Eparcus Abbas, Scriptores Galliæ sacræ definiant.

(l) *Simeonis Sali*. Cardinal. Baron. in notis suadet, Græcos in Menologio hac die de hoc agere; Verùm Menologium Sirleti, quo Baron. usus in notis, apud Canisium, & Acta, ad 21. Julii ejus memoriam attexuere.

Inclinate aurem, audite, testem dedi ducem, & præceptorem. Isaiæ. 55.

XXV. 25 A Sexto Nonas Julii. Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

(b) *Proceſſi, & Martiniani*. Die 30. Maii. Martyrolog. Attrebaten. Eccl Cathed. & Tornacen. Monaſterii S. Martini.
(d) *Ariſtonis, & Soc.* Martyres ann. 303. Baron. eo ann. nu. 120. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. nu. 6.

VIſitàtio beàtæ MARIÆ Vìrginis ad Eliſabeth. (*a*) Romæ via Aurèlia natàlis ſanctòrum màrtyrum Procèſſi, & Martiniàni, qui à beàto Petro Apòſtolo in cuſtòdia Mamertìni baptizàti, ſub Neròne oris contuſiònem, equùleum, nervos, fuſtes, flammas, ſcorpionèſque perpèſſi, noviſſimè glàdio cæſi, martyrio coronàti ſunt. (*b*) Item Romæ pàſſio ſanctòrum trium Mìlitum, qui in martyrio beàti Pauli Apòſtoli ad Chriſtum convèrſi, cum eo cœlèſtis glòriæ participes fieri meruèrunt. (*c*) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Ariſtonis, Creſcentiàni, Eutychiàni, Urbàni, Vitàlis, Juſti, Feliciſſimi, Felìcis, Màrciæ, & Symphoròſæ, qui omnes apud Campàniam, cùm Diocletiàni Imperatòris perſecùtio deſævìret, martyrio coronàti ſunt. (*d*) Vvintòniæ in Anglia ſancti Svvithùni Epìſcopi, cujus sànctitas gratia miraculòrum effùlſit. (*e*) Bambèrgæ ſancti Othònis Epìſcopi, qui Pomerànis Evangèliũ prædicans, eòſdem convèrtit ad fidem. (*f*) Turònis depositio ſanctæ Monegùndis religiòſæ fèminæ. (*g*)

(e) *Suvithuni Epiſc.* Obiit ann. 862. Baron. eo an. n. 69. An. 863. Pagi t. 3. ad an. 862. n. 12.
(f) *Othonis Epiſc.* Die 5. Julii Pagi t. 4. ad ann. 1528. n. 26
(g) *Monegundis.* Die præced. Notker.

(a) *Baron. t. 1. Annal. in apparat. n. 77. & ſeq.* (b) *Baron. an. 68. n. 23. & 24. & an. 69. n. 44. Mombrit. t. 2. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. an. 69. n. 11. Uſuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 284. n. 14. & an. 303. n. 120. Sur. t. 5. prior. edit. in Act. S. Sebaſtian. ad 20. Januar. Uſuard. Ado, aliique omnes.* (e) *Baron. an. 847. n. 59. an. 855. n. 37. & an. 862. nu. 69. Sur. t. 4. prior. edit. & Lanfrid. Monach. Catal. Script. Britan.* (f) *Baron. an. 1124. n. 1. & an. 1189. n. 13. Sur. t. 4. prior. edit. hac die, Grant. hiſt. Eccleſ. Saxon. lib. 6. c. 5. & Caniſ. lib. 2. antiq. Lection.* (g) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. vit. SS. Patr. cap. 19. & de glor. Confeſſor. c. 24. & Uſuard. hac die.*

Oportet eſſe amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem Sermonem. Ad Timoth. 3.

(a) *Viſitatio B. Mariæ Virginis ad Eliſabeth*. Ms. Lætien. S. Lamberti ſilet: *Ad Eliſabeth*.

(b) *Romæ via Aurelia Proceſſi, & Martiniani*. Martyrol. Epternacen. *Romæ Proceſſi, Martiniani. Item Romæ Eutici, Gradini, Ajaxi, Amidiani*. Martyrol. Corbejen. ſine loci præſignatione: *VI. Nonas Julias Damaſi, & militum duorum Proceſſi, & Martiniani, Calepi, & Natale Eutici, & depoſitio Miltiadis Papæ, Nyſci, Amidæ, Amigradinæ, Arixi, Jocundianillæ*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *Romæ Damaſi, Proceſſi, & Martiniani, Caleſti, & depoſitio Mileiadæ PP.* Martyrol. Veiſſemburgenſe ſeù Bluman. *Romæ Damaſi, & mil. II. Proceſſi, Marciani, Caleſti. Natal. Euti, & Dep. Mel. ade, Papæ, Heſicii, Amidæ, Amigradi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Romæ via Aurelia Proceſſi, & Martiniani, &c.* deindè: *Et in eadem Urbe via Appia S. Euticii*. Mss. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, Tornacen. Monaſterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Romæ natale SS. Damaſi, & militum Proceſſi, & Martiniani*. Calend. Fronti: *Die 2. Proceſſi, & Martiniani*.

(c) *Item Sanctorum trium militum*. Cardinal. Baron. in notis illam encomiaſticam orationem S Joannis Chryſoſtomi de Principibus Apoſtolorum, pro his Martyribus accit: Verùm laudata Chryſoſtomi oratio narrat triginta quinque Martyres cum milite percuſſore, ex prodigio lactis effluentis ex vulnere Chriſti, converſos fuiſſe.

(g) *Turonis Monegundis religioſæ feminæ*. Turones, & Turoni, *Tours* Gallicè. Urbs Galliæ Celticæ perantiqua, ad Ligerim fluvium, medio quaſi intervallo inter Aurelianos, & Andegavos diſſita. Apographum vetus Hieronymianum Lucen. *Turonis Sancta Monegunda*. Nil aliud; Apographum Corbejen. præſignat: *Turonis Civitate*. Ms. Rom. Barberinian. & de Peregnis: *Turonis depoſitio S. Monegundis Virginis*. Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. & Florus: *Turonis Monegundis*,

Ut ſciatis quomodo unicuique reſpondere. Ad Coloſſenſ. 4.

negundis, quæ duabus filiabus orbata, spreto viri consortio ad Christum convolavit.

Disceptatio Topographica.

(b) *Romæ via Aurelia Processi, & Martiniani.*

Adonis Apographum: *Romæ in Cœmeterio Damasi Processi, & Martiniani.* Quamobrem ansam nutandi præbet, an *via Aurelia* hoc Martyrium adscribendum: Damasi Cœmeterium *via Ardeatina* dignoscitur, de quo latè Aringhius tom. 1. Roman. Subt. lib. 3. cap. 2.

Verùm Acta Martyrii ferunt, hos Martyres à Lucina Matrona, *via Aurelia in Arenario* fuisse sepultos. Adstruit Ado in festivitatibus Martyrologio præfixis: *Gladio fuisse cæsos foras muros Urbis Romæ in via, quæ Aurelia nuncupatur, sepultaque à Lucina Matrona in prædio suo in Arenario, juxta locum, ubi decollati sunt.*

Ast licet ex hoc vereri, num aliqua translatio ex uno in alterum locum deductis sacris corporibus facta fuerit; in Cœmeterio namque Damasi, seù Sanctorum Marcelliani, & Marci, ad Catacumbas via Ardeatina, horum corpora antiquitus quievere, propriamque Ecclesiam habuere, ut Aringhius prælaudatus lib. 2. cap. 24.

Et quamvis hæc corpora via Aurelia in Arenario fuerint, non inde Romanum Martyrologium habet sanè: *Romæ via Aurelia.*

Adhuc ex via Aurelia, ea Ecclesia diruta, in Basilicam Vaticanam horum Sanctorum Corpora translata fuere, ubi hactenus asservantur, teste comet Baronio in hujus diei notis: quòcirca potiùs legendum: *Romæ in Basilica Vaticana.* Et nihilominùs habetur: *Romæ via Aurelia*; unde non videtur cur potiùs hi Sancti *via Aurelia* recolendi, & non *In Cœmeterio Damasi.* Igitur, Saniorum placito præmisso, nullo Romano loco expresso, ut Kalendarium Fronti, exaretur: *Romæ natale Sanctorum Martyrum Processi, & Martiniani, qui à Beato Petro, &c.*

xxiv. B Quinto Nonas Julii. Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

A B C D E F F G H M N P

27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

ALexandriæ ſanctòrum màrtyrum Tryphònis, & aliòrum duòdecim. (a) Conſtantinòpoli ſanctòrum Eulògii, & ſociòrum màrtyrum. (b) Cæsarèæ in Cappadòcia ſancti Hyacìnthi cubiculàrii Trajàni Imperatòris, qui accusàtus quòd Chriſtiànus eſſet, plagis vàriè afflìctus, & in càrcerem truſus, ibi consùmptus fame expiràvit. (c) Clùſii in Etrùria ſanctòrum màrtyrum Irenæi diàconi, & Muſtìolæ matrònæ, qui ſub Aureliàno Imperatòre divèrſis atrocibùſque ſupplìciis cruciàti, corònam martyrii meruèrunt. (d) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Marci, & Muciàni, qui pro Chriſto glàdio cæſi ſunt: quos cùm puer pàrvulus, ne immolàrent idòlis, alta voce monèret, verbèribus juſſus eſt cædi: cùmque vehemèntiùs Chriſtum confiterètur, unà cum quodam Paulo màrtyres exhortànte necàtus eſt. (e) Laodicèæ in Syria ſancti Anatòlii Epìſcopi, qui non ſolùm religiòſis viris, ſed & philòſophis admirànda ſcripta relìquit. (f) Altìni ſancti Heliodòri Epìſcopi, doctrìna, & ſanctitàte insignis. (g) Ravènnæ ſancti Dathi Epìſcopi, & confeſsòris. (h) Edèſſæ in Meſopotàmia Translàtio ſancti Thomæ Apòſtoli ex India: cujus relìquiæ Ortònam pòſteà translàtæ ſunt. (i)

(b) *Eulogii, & Soc.* Martyres circ. 370. sub Valente Imp. Græci in Menolog.

(f) *Anatolii.* Die 10. Martii Maurolyc. Felic. Galesin. & Ferrar.

(h) *Dathi Episc.* Circ. 182. sub Commodo Imper. Rubeus hist. Raven.

(a) *Baron. in not. item Usuard. hac die.* (b) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (c) *Baron. an. 108. n. 2. item Græci in Menolog. hac die, & Petr. de Natal. lib. 11. n. 189.* (d) *Baron. an. 225. n. 5. Sur. t. 4. prior. edit. hac die, Petr. in Catal. lib. 6. c. 48. & Usuard. hac die.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. an. 263. n. 8. & seq. & an. 283. Euseb. hist. lib. 7. c. 26. S. Hieronym. de Script. Eccles. & in Epist. ad Magnum orat. 84. Nicephor. hist. lib. 6. c. 36. Usuard. Ado, & alii.*

Q q

alii. (g) *Baron. an. 381. n. 83. & an. 398. n. 11. S. Hieronym. Epist. 1. & Epist. 2. ad Nepot. & Molan. Addit. ad Usuard. secundæ edit.* (h) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Ravennat. & Rub. hist. Raven. lib. 1.* (i) *Baron. an. 336. num. 5. Rufin. lib. 2. c. 5. S. Gregor. Turonen. de glor. martyr. c. 31. & Petr. in Casal. lib. 6. c. 44.*

Possside sapientiam, ne declines à verbis. Prov.4.

(b) *Constantinopoli Eulogii, & sociorum Martyrum*. Constantinopolis priùs Byzantium, *Costantinopoli* Italis, urbs Patriarchalis Thraciæ maritima, ad Bosphorum Thracium, ubi Europæ litora ab Asiæ litoribus vix quingentos passus dissident, in promontorio *Chrysoceras* Antiquis dicto, figuram quasi retinens triangularem, cujus majus latus Propontidi obvertitur, à Pera Urbe angustissimo maris freto, seù veriùs portu divisa. Hic multi Martyrii corona affecti. Martyrolog. Epternacen. *Constantinopoli Eufemia, Acaci, Ammoni, Tryphoni, Menelai, Eracli, Eulogi, Celialis, Cioniæ, Juliani, Demetri, Horestis, Heliodori, Strategi, Amedmi, Jocundi, Martyri, Ammi, Sustrati, Timothei, Cioni, Ciriaci*. Martyrolog. Corbejen. *Constantinopoli Eufemia, Acaci, Ammoni, Thoma, Tripon, Menelai, Cerialis, Baraclæ, Eologi, Cionia, Juliani, Demetri, Horestis, Heliodori, Strategi, Amindi, Jocundi, Martyri, Ammi, Sustrati, Timothei, Chionii, Cyriani*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Constantinopoli Eufemiæ, Acaci, Ammoni, Thomæ, Tryphoni, Menelai, Cerealis, Heracli, Eologi. Item Eologi, Cyonia, Juliana, Demetri, Horestis, Heliodori, Strategi, Amminiti, Jocundi, Martiniani, Sustrati, Timothei, Cyoni, Cyriani*. Martyrol. Bluman. seù Veissenburgense: *In Constantinopoli Rufina, Accaci, Ammoni, Thoma, Troponis, Menelai, Cerialis, Beracla, Eologi. Item Eologi, Cyonia, Juliani, Demetri, Horestis, Heliodori, Strategi, Aminiei, Jocundi, Martyri, Sustrati, Amachioni, Cyoni, Cyriani*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Constantipoli S. Euphemiæ; Acacii, & aliorum xxii*. Ms. Roman. Barberinian. *Constantinopoli Eufemia, Acaci, Demetria*. Petr. de Natal. *Eulogius, & Othaicus, & Demetrius Martyres Constantinopoli*. Maurolyc. *Constantinopoli Eulogii, Acarii, Demetrii, Euphemia*. De Peregrinis: *Item Constantinopoli S. Eulogii*. Socios Anonymos silet.

Galesin. tantùm Eulogium, & Demetrium protulit sub Valente Ariano passos, ex Annal. Eccles. Constantinopolitanæ, & Mss. Codicibus. Undè Eminentissim. Baron. fortasse accepit, cùm in notis addat: De Eulogio, & Sociis hac die Græcos agere in Menologio. Synaxar. quoddam Græcum pervetustum die 5. Martii alium Eulogium Martyrem in Palæstina promit, ut Bolland. ea die.

(d) *Clusii in Etruria Irenæi Diaconi, & Mustiola Matrona*. Clusium *Chiusi*; urbs Hetturiæ Episcopalis antiquissima, apud Glanim fluvium, arduo & excelso Monte imposita, antiqua Porsennæ Regis Hetruriæ Regia, olim *Comers* dicta, una ex xii. primis Tuscorum Coloniis, nunc parva, media quasi inter Aretium, & Oropitum. *Irenæi Diaconi, & Mustiola*. Diversus ab Irenæo Diacono Martyre Pentapoli cum Theodoro ad 26. Martii. Corpus Mustiolæ in propria Ecclesia servatur ex Sur. Item Mustiola ex Actis non Matrona, sed virgo colligitur, & pro Virgine ibidem colitur.

Sapientia in certamine loquelæ. Sap. 8.

(i) *Edessæ in Mesopotamia Translatio S. Thomæ Apostoli*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Qui passus est in India*. Martyrolog. S. Vvillibrordi: *Translatio Romæ Apostolorum*. Vitium librarii. *Translatio Thomæ Apostoli*, scribendum admonet Florentinius: dein idem Martyrolog. prosequitur: *In Edessa Miltiadis, Eutici, Porforis, Apricis, Chusti, Juliani, Eradi, item Trifonis, Norestis*. Beda genuinus: *Translatio S. Thomæ Apostoli in Edessa ex India*. Ms. Roman. Barberinian. *Qui fuit passus in India x 11. Kal. Januarii*. Raban. *Translatio S. Thomæ Apostoli in Edessam; Passus verò in India*.

Orosius Episcopus Silvensis Lusitanus lib. 3. de reb. Indiæ tradit, Indos affirmare penès ipsos Corpus Sanctæ Thomæ Apostoli esse, à quo olim Evangelium accepere. Baron. tamen in notis putat, facilè ibi aliquam Corporis partem translatam adservari.

Disceptatio Litteralis.

(a) *Alexandria SS. Martyrum Tryphonis, & aliorum duodecim*.

Quùm Sacræ Tabulæ in Tryphonis numero Sociorum non conveniant inter se, quo ad tò *aliorum duodecim*, vereri licet.

Eminentissimus Baronius in notis ex Usuardo, Librisque Mss. testatur se Triphonem cum aliis duodecim Anonymis hausisse.

At Usuardus, aliique Codices prælaudati à cæteris Codicibus discriminantur, & hi inter se non conveniunt. Martyrol. Hieronymian. Lucen. undecim Triphonis socios præbet: *In Alexandria Trifonis, Menelai, Cyrilli, Porforii, Apsici, Christi, Juliani, Eracli, Eologi, Emerionis, Cyrionis, Honestis*. Martyrolog. Corbejen. tredecim: *In Alexandria Trifonis, Menelai, Cyrionis, Cirilli .... Forferis, Aprici, Juli, Christi, Juliani, Geracli, Eologi, Emenonis, Herestis*. Martyrolog. Epternacen. seu Antuerpien. vel S. Vvillibrordi tres socios Triphonis tradit: *In Alexandria Trifonis, Menelai, Cirionis, Eulogi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Alexandria Triphonis, Menelai, & aliorum x*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Alexandria Menelai, Ammonii, & Cyrilli*. Ms. Lætien. S. Lamberti pro Ammonii, *Ammonis*. Ms. Roman. Barberinian. *In Alexandria Triponis, Menelai, Cyrilli, Juliani*. Galesin. *Alexandria Tryphonis, Severiani, Juliani, & Euphemia Virginis*. Petrus de Natal. *Tryphon, & alii ducenti Martyres*

tyres

tyres passi sunt. Ex tot igitur variis lectionibus solers erit illa, si sapientioribus placuerit, quæ, subducto numero, ut Roman. Martyrolog. pluries subducit, & hac die etiam cùm de S. Eulogio, proferendo: *Constantinopoli S. Eulogii, & sociorum Martyrum*, pariformiter promat: *Alexandriæ Sanctorum Martyrum Tryphonis, & aliorum*.

xxiij.	C					Quarto Nonas Julii.			Luna.									4
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8					

Osèe, & Aggæi Prophetàrum. (*a*) In Africa natàlis sancti Jucundiàni màrtyris, pro Christo in mare mersi. (*b*) In territòrio Bituricènsi sancti Lauriàni Epìscopi Hispalènsis, & màrtyris, cujus caput Hispàlim in Hispània delàtum est. (*c*) Sìrmii sanctòrum màrtyrum Innocèntii & Sebastiæ, cum àliis trigìnta. (*d*) Madàuri in Africa sancti Namphaniònis màrtyris, & sociòrum, quos ille roboràvit ad pugnam, & ad corònam provèxit. (*e*) Cyrène in Lìbya sancti Theodòri Epìscopi, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Digniàno Præside plumbàtis cæsus, & lingua abscissa, in pace tandem conféssor occùbuit. (*f*) Eòdem die natàlis sanctòrum Flaviàni secùndi Epìscopi Antiochèni, & Eliæ Epìscopi Jerosolymòrum; qui pro Synodo Chalcedonènsi ab Anastàsio Imperatòre in exilium acti, victòres migràrunt ad Dòminum. (*g*) Augùstæ in Rhætia sancti Uldarìci Epìscopi, miræ abstinèntiæ, largitatis, & vigilàntiæ, ac miraculòrum gràtia illùstris. (*h*) Ulyssipòne sanctæ Elìsabeth vìduæ, Reginæ Portugàlliæ: cujus celèbritas ex dispositiòne Innocèntii Duodècimi octàvo Idus Jùlii recòlitur. Turònis Translàtio sancti Martìni Epìscopi, & confessòris, & dedicàtio ejus Basìlicæ hoc ipso die, quo ètiam is ante àliquot annos in Epìscopum fùerat ordinàtus. (*i*)

(a) *Osee, & Aggæi*. Ante Christum natum circ. 730. *Osee*. Circ. 523. *Aggæi*. Die 16. Septembris *Osee*. Die 17. Decemb. *Aggæi*. Græci in Menolog.

(c) *Lauriani Episc.* Martyr ann 548. Baron. eo an. n. 8. Ann. 544. Vasæus. An. 518. Coint. num. 14.

(f) *Theodori Episcop.* Martyr ann. 310. Baron. eo an. n. 25. An. 311. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(h) *Uldarici Episc.* Obiit ann. 976. Sigebert. in Chronic. Anno 973. Trithem. & Pagi t. 3. ad an. 924. n. 4. Die 31. Januar. Menard.

(a) *Baron. in not. S. Epiphan. lib. de vit. & interit. Prophet. c. 11. S. Hieronym. in præfat. 121. S. Isidor. de vit. & mort. SS. c. 41. Doroth. in Synop. cap. 1. & 10. Ado, Usuard. & alii*. (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 54. & alii*. (c) *Baron. an. 548. num. 8. Vasæus Chron. Hispan. ad an. 544. Flos SS. hispan. Thesaur. Concion. t. 2. hac die, Coint. ad an. 518. n. 14. & Labbeus Bibliothec. ac vit. & Elog. SS. Bituricen.* (d) *Baron. in not. Beda, Usuard. Ado, & alii*. (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 310. n. 25. item Græci in Menolog. hac die*. (g) *Baron. an. 386. n. 56. An. 398. n. 80. & an. 512. n. 3. Nicephor. hist. lib. 16. c. 32. 34. 38. Hist. Miscel. lib. 15. & Lippoman. t. 5. in Act. S. Saba*. (h) *Baron. an. 924. n. 5. An. 940. n. 4. & an. 943. n. 1. & sequ. Sur. t. 4. prior. edit. Sigebert. in Chron. ad an. 976. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 223. & lib. 4. c. 222. & Mabillon. Secul. 5. Benedictin.* (i) *Baron. an. 853. n. 36. & S. Gregor. Turonen. hist. de gest. Francor. lib. 2. c. 24. & lib. 10. c. 31.*

Antequam loquaris, disce. Eccl. 18.

(b) *In Africa Jucundiani Martyris*. De Peregrinis: *Jocundiani*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. sine palestra auspicatur: IIII. *Non. Julii S. Jocundiani*. Martyrolog. Bluman. & Corbejen. *In Africa Jocundiani in altum missi, & Martyris*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa S. Jocundiani Martyris.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Jocundiani, Sereni, Sabbatiæ, & Innocentii*.

(c) *In territorio Bituricensi Lauriani*. Bituricum *Bourges*, urbs Galliæ Celticæ, Metropolis antiqua, quam Cæsar frequenter memorat, ad Aurum flumen interluentem, circa Regni Gallici umbilicum,

Ante judicium interroga. Eccl. 18.

media inter Molinum, & Aureliam, atque inter Lutetiam, & Lugdunum. Martyrol. Corbejen. *Besurino natal. S. Lauriani Episcopi, & Confessoris*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Bituricæ Civitate Laurtani Episcopi*. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei; *In territorio Bituricæ Civitatis Vico Vastino natalis S. Lauriani Episcopi, & Martyris, cujus caput H.spalim ad Hispanias deportatum est*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti eadem, at præsignant; *Bituricas Civitate*. Ms. Vatican. S. Petri sine palestra; *Natale S. Lauriani Martyris, cujus caput in Spanis portatum est*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci; *Hispalim*, Ms. Roman. Barberinian. *Bervtiero Civitate natale S. Laurtani Episcopi, & Martyris*. De Peregrin. *In territorio Biturcensi S. Luriani Martyris, cujus Corpus Hispalim ad Hispaniam Bethicam deportatum est*.

(d) *Sirmii Innocentii, & Sebastia cum aliis triginta*. Martyrol. Veissemburgense, & Ms. Barberinianum pro Sebastiæ, *Sabbatia*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Syria Sabbatiæ, Innocentii cum aliis xxv*.

(e) *Madauri in Africa Namphanionis, & Sociorum*. Madaurus, sive Madurus, *Madara*; urbs olim Episcopalis *Africæ* propriè dictæ, media inter Lipponam, & Lambæsam, Cirtæ, seù Constantinæ propior; cujus Episcopus fuit Maximianus, ad quem extat S. Augustini Episcopi Hipponen. Epist. 44. nunc vix pagus *Namphanionis, & Sociorum*. Nomina horum Anonymorum ex Epistol. 43. ipsius Maximiani Episcopi ad Augustin. fuere: *Migdon, Sanaen, Lucitas*. Cæterorum non meminit: *Namphanion* idem ac *bonus eventus*; & alia nomina indigitata sunt Punicæ voces.

(g) *Eliæ Episcopi*. Papebroch. hist. Chronolog. Patriarchar. Jerosolymit. prostat, hunc Sanctum Latinis, & Græcis fastis ignotum fuisse, Pagi tamen opponit tom. 2. ad ann. 513. num. 30. Ipsi summi viri inter se contendant.

(i) *Turonis Translatio S. Martini*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Gallia Turonis Civitate ordinatio Episcopatus, & Translatio Corporis S. Martini Episcopi, & Dedicatio Basilicæ ipsius*.

(d) *Sirmii Sanctorum Martyrum Innocentii, & Sebastiæ cum aliis triginta*.

Disceptatio Topographica Litteralis.

Tam locus, quàm numerus horum Martyrum in disceptationem cadunt ex aliis Codicibus.

Nam quamvis Eminentissimus Baronius in notis Bedam animadvertat, Usuardum, Adonem, & alios de his Martyribus egisse.

Nihilominùs præter hos, alii omnes non conveniunt: Nam ut Apographa relata, nempe Hieronymian. Lucen. *In Syria Sabbatiæ, Innocentii cum aliis xxv*. Antuerpien. *In Africa Jocundiani, Sereni, Sabbatiæ, & Innocentii*. Corbejen. *In Syrmia Sabbatia Innocentii cum aliis xcx*. Bellinus, & de Peregrinis: *Apud Smirnam Sanctorum Martyrum Innocentii, & Sebastiæ cum aliis triginta*. Galesinius: *Sebastiana*. Sicque tum quò ad locum, tum quò ad numerum, aliis signantibus *xxv*. aliis *xcx*. & aliis *xxx*. jam in unum non conveniunt, idcircò pro securiori lectione, dummodò sapientiores annuerint, videtur enunciandum: *Eodem die Sanctorum Martyrum Innocentii, & Sebastiæ, cum aliis*.

xxij. D Tertio Nonas Julii. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

ROmæ sanctæ Zoæ màrtyris, uxòris beàti Nicòstrati màrtyris, quæ dum ad confessiònem beàti Petri Apòstoli oràret, sub Diocletiàno Imperatòre à persecutòribus arctàta, & in custòdiam obscurissimam trusa, deìnde collo, & capillis in àrbore suspènsa, adhìbito subter horrìbili fumo, in confessiòne Dòmini emìsit spìritum. (a) In Syria natàlis sancti Domìtii màrtyris, qui virtùtibus suis multa ìncolis præstat beneficia. (b) Cyrène in Lìbya sanctæ Cyrillæ màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiàni ardèntes carbònes cum thure super manum pòsitos diu tènuit, ne prunas excutièndo thus obtulisse viderètur: deìnde sævissimè laniàta, pròprio sànguine decoràta migràvit ad Sponsum. (c) Jerosòlymis sancti Athanàsii diàconi, qui pro sancta Synodo Chalcedonènsi

(a) *Zoa*. Die præced. Florus Auctar. ad Bedam.

(c) *Cyrillæ*. Martyr an. 310. Baron. eo an. n. 25. An. 311. Pagi to. 1. ad ann. 303. n. 6.

(g) *Numeriani Episcop*. Circa 640. Molan. Addit. ad Usuard. primæ edit. Die 3. Jun. Usuard. Auctus, Canis. & Ferrar.

nènsi ab hærèticis comprehènsus, & òmnium cruciàtuum gènera expèrtus, ferro tandem necàtus est. (*d*) In Sicilia sanctòrum màrtyrum Agathònis, & Triphìnæ. (*e*) Tomis in Scythia sanctòrum màrtyrum Marini, Theòdoti, & Sèdophæ. (*f*) Trèviris sancti Numeriàni Episcopi & confessòris. (*g*) Apud Septempedànos in Picèno sanctæ Philomènæ vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. an. 284. n. 13. & sequ. & an. 286. n. 12. & seq. Sur. t. 10. prior. edit. die 20. Jan. in Act. S. Sebastian. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not.* (c) *Baron. an. 310. n. 25. item Græci in Menolog.* (d) *Baron. an. 452. n. 29. & Nicephor. hist. lib. 15. c. 9.* (e) *Baron. in not. item Beda, & alii recentiores.* (f) *Baron. ibidem.* (g) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard.* (h) *Baron. in not.*

Esto firmus in veritate sensus, & scientiæ, Eccl. 5.

(a) *Romæ Zoæ uxoris Nicostrati, &c.* Die præcedenti Ms. Lætien. S. Lamberti: *Romæ natale Zoæ uxoris Nicostrati*; Nil aliud. Mss. Attrebaten. & Tornacen. prosequuntur: *Ab insidiantibus Paganis arctatur ducitur ad patronum Regionis Numachium.*

(b) *In Syria Domitii Martyris.* Ms. Divionen. *Syria Sancti Donati Martyris.* Sphalma forsan *Donati*, pro *Domitii*.

(d) *Athanasii Diaconi.* Græci in Menæis ad 13. Ianuarii; *S. Athanasii Martyris, virgis exanimati.* At videtur alius ab Athanasio Diacono; uti hac ipsa die de alio Athanasio Abbate agunt.

(e) *In Sicilia Agathonis, & Triphinæ.* Aliis: *Trifinæ, Triphonis.* Martyrolog. Hieronymianum Lucen. & Mss. Tornacen. Lætien. & Roman. Barberinian. *In Sicilia Agathonis, Triphonis.* Apographum vetustissimum S. Vvillibrordi: *In Sicilia Agathonis, & Trifinæ.* Martyrol. Corbejen. *In Sicilia Agathoni, Triphonis, Justi.* Fragmentum Bedæ penes Canonic. Lucenses legit: *Agathonis Diaconi.* Florentin. Ms. Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *In Sicilia Agathonis, Triphonis, Feratoris, Theodosii, Secundini.* Ms. Vatican. S. Petri percurrit *Feratoris.* Raban. *In Sicilia Agathonis, & Triphenæ.*

(f) *Tomis in Scythia Marini, Theodori, & Sedophæ.* Tomi in Scythia, quæ & *Tomos.* Urbs antiquissima Mysiæ inferioris, apud Euxinum Mare, citra meridionale Istri ostium, inter Istropolim, & Dionysiopolim ejusdem oræ Civitates, Ovidii Poetæ exilio memorabilis. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Thomis Stratoris, Theodori, Meronis, Rodosiæ, Secundini, Thomi, Macrimi.* Martyrolog. Bluman. *In Thomis Stratonis, Theodoti, Meronæ, Rodosiæ, Secundini, Thomi, Magrini. Item Rodosiæ.* Martyrolog. Epternacen. seu S. Vvillibrordi: *In Tomis Marinæ, Theodotæ, & Sodera, Staris, Meronæ, Rodinis, Secundini, Theoni, Mafrimi. Item Rodopiæ.* Martyrol. Corbejen. *In Tomis Stratonis, Theodoti, Meronæ, Rodesiæ, Secundi, Thomi, Magrini, item Theodori.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *In Tomis Civitate Natale SS. Theodoti, & Secundini.* Ms. Barberinian. Roman. *In Tomis Stratoris, Theodori, Redosiæ, Secundini.*

(h) *Apud Septempedanos in Piceno Philomenæ Virginis.* Septempeda, vulgò *S. Severino*, urbs antiqua Piceni, in valle apud Potentiam flumen, intra colles Apennini Montis, quæ à Longobardis solo æquata, dein reædificata; de S. Episcopi sui Tutelaris nomine appellari maluit: Hic hujus Sanctæ Virginis pignora in Ecclesia S. Laurentii sub majore Altari condita, coluntur.

Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas. Eccl. 5.

xxj. E Pridie Nonas Julii. Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10				

Octàva sanctòrum Apostolòrum Petri, & Pauli. (*a*) In Judæa sancti Esaiæ Prophètæ, qui sub Manàsse Rege sectùs in duas partes occùbuit, sepultùsque est sub quercu Rogel juxta trànsitum aquàrum. (*b*) Romæ natàlis sancti Tranquillini màrtyris, patris sanctòrum Marci & Marcelliàni, qui ad prædicatiònem sancti Sebastiàni màrtyris convèrsus ad Christum, à beàto Polycàrpo presbytero baptizàtus, & à

(b) *Esaiæ Prophetæ.* Circa 700. ante Christum natum. Die 9. Maii Græci in Menologio.

(e) *Dominicæ Virgin.* Martyr ann. 303. Baron. eo an. num. 120. An. 304. Pagi to. 1. ad ann. 303. nu. 6.

ſancto Cajo Papa prèsbyter ordinàtus eſt. Is cùm ad confeſſiònem beàti Pauli die Octavàrum Apoſtolòrum oràret, ſub Diocletiàno Imperatòre à Paganis tentus & lapidàtus, martyrium conſummàvit. (*c*) Fèſulis in Tùſcia ſancti Ròmuli Epiſcopi & màrtyris, diſcìpuli beàti Petri Apòſtoli; qui ab eòdem miſſus ad prædicàndum Evangèlium, cùm in multis Itàliæ locis Chriſtum annuntiàſſet, rèdiens Fèſulas, ſub Domitiàno Prìncipe martyrio coronàtus eſt cum àliis sòciis. (*d*) In Campània ſanctæ Dominicæ virginis & màrtyris, quæ ſub Diocletiàno Imperatòre cùm fregiſſet idòla, ad bèſtias damnàta, ſed ab illis nil læſa, demum càpite obtruncàta migràvit ad Dòminum: cujus corpus Tropèæ in Calàbria ſumma veneratiòne aſſervàtur. (*e*) Eòdem die ſanctæ Luciæ màrtyris, quæ natiòne Campàna, à Rìxio Varo Vicàrio tenta, & àcriter cruciàta, eùmdem convèrtit ad Chriſtum: quibus adjùncti ſunt Antonìnus, Severìnus, Diodòrus, Dion, & àlii decem & ſeptem, qui in paſſiòne collègæ, & in coròna fuère consòrtes. (*f*) In pago Trevirènſi ſancti Gòaris presbyteri & confeſsòris. (*g*)

(a) *Baron. in not. Radulph. Tung. de obſervat. Canon. c. 19. Microlog. de obſervat. Eccleſ. c. 44. Calendar. Fronti, & Sacramentar. Gregor.* (b) *Baron. an. 60. nu. 58. Epiph. de vit. & obit. Prophetar. c. 7. & Doroth. c. 14.* (c) *Baron. an. 284. n. 12. & ſeq. & an. 284. n. 15. Uſuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 46. n. 2. & an. 98. n. 11. S. Antonin. par. 1. tit. 6. c. 26 §. 4. Volaterranus, & alii.* (e) *Baron. an. 303. n. 120. Maurolyc. & Galeſin.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (g) *Baron. ibidem, Sigebert. in Chronic. ad an. 600. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 62.*

In corde exquiſivi in eo, quod didici judicia. Pſalm. 118.

(a) *Octava Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Beda genuinus: 11. *Nonas Iſaiæ Prophetæ, & Octava Apoſtolorum.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Octava Apoſtolorum Petri, & Pauli, Severi.* Martyrologia Mss. Beneventanum, Pleſchianum, & Pulſanen. Neapoli apud Cleric. Regulares Sanctorum Apoſtolorum, ac antiqua Martyrol. edita, nempe Uſuardi, Adonis, Rabani, de Peregrinis, & Romanum vetus: *Octava SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & primus Apoſtoli Pauli ingreſſus in Urbem Romam.* Videtur quidem ex tot Martyrologiis tanti Apoſtoli ingreſſum in Urbem Romam ſilentio non prætermitti.

(c) *Romæ Tranquillini Martyris, &c.* Florus, & Mss. Tornacen. & Lætien. addunt: *Corpuſque ejus Tiberino gurgiti mancipatum, ſcriptum in geſtis Beati Sebaſtiani.* Ms. Attrebaten. *Tranquilli Patris.* At vitium pro *Patris*.

Cardinal. Baronius in notis, inter alios advocat Bedam; Florus tamen Auctario ad Bedam genuinum nil effert de Diocletiano Imperatore, ut Romanum Martyrologium.

(g) *In Pago Trevirenſi Goaris Epiſcopi, & Confeſſoris.* Treviris, quæ & Auguſta Trevirorum, *Trier*, ſeù *Treir* Germanis, *Treves* Gallis, *Treveri* Italis. Urbs Germaniæ inferioris ad Moſellam antiquiſſima, ante Romam Mccc. annis condita, urbs ſub Romanis Principibus clariſſima, nunc vetuſtate, & univerſitate præſtans, cujus Archiepiſcopus Imperii Elector, & Princeps. Media inter Metim, & Confluentiam, pleriſque cælitibus locuples, ut ex Sacris Tabulis, inter quos *Goares*, de quo Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Binga natale S. Goaris Confeſſoris.* Ms. Roman. Barberinian. *Gaonis.* Martyrolog. Corbejen. *Auguſtoduno depoſitio Legontii Epiſcopi, & Confeſſoris, depoſitio S. Goaris Epiſcopi, & Confeſſoris.* An hic *Goarius* ſit idem ac *Trevirenſis*, Sacræ Tabulæ Trevir. inſpiciendæ.

In cuſtodiendo Sermones, juſtificationes cuſtodiam. Pſal. 118.

XX.

xx. F Nonis Julii. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

(b) *Peregrini & Soc.* Martyres an. 110. ſub Trajano Baron. co ann. nu. 11. Non ante ann 112. Perſequut. Trajani Pagi to. 1. ad an. 105. nu. 3.

(e) *Vuillebaldi Epiſcop.* Obiit an. 725. Baron in not. Circa. 787. Pagi to. 3. ad an. 725. nu. 10.

Romæ ſanctòrum màrtyrum Clàudii Commentariènſis, Nicòſtrati Primiſcrìnii, Caſtòrii, Victorìni, & Symphoriàni, quos ſanctus Sebaſtiànus ad fidem Chriſti perdùxit, & beàtus Polycàrpus prèsbyter baptizàvit. Eoſdem in perquirèndis ſanctòrum Màrtyrum corpòribus occupàtos Fabiànus Judex comprehèndi juſſit, & per decem dies minis & blandìtiis exàgitans, cùm in nullo pènitùs poſſet commovère, juſſit tertiò torquèri, ac pòſteà in mari præcìpites dari. (*a*) Dyrràchii in Macedònia ſanctòrum màrtyrum Peregrìni, Luciàni, Pompèji, Heſychii, Pàpii, Saturnìni, & Germàni, qui natiòne Itali, in perſecutiòne Trajàni ad eam urbem confugièntes, cùm ſanctum Aſtium Epìſcopum ibi pro fide Chriſti in cruce pendèntem vidèrent, Chriſtiànos ſe eſſe palam confèſſi, juſſu Præſidis tenti, atque in mare demèrſi ſunt. (*b*) Alexandriæ natàlis ſancti Pantæni, viri Apoſtòlici, & omni ſapièntia adornàti: cui tantum ſtùdii, & amòris erga verbum Dei fuit, ut ètiam ad prædicàndum Chriſti Evangèlium gèntibus, quæ in Orièntis ùltimis ſecèſſibus recondùntur, fidei & devotiònis calòre ſuccènſus, profèctus ſit: ac demum Alexandrìam revèrſus, ſub Antonìno Caracàlla in pace quièvit. (*c*) Brìxiæ ſancti Apollònii Epiſcopi & confeſsòris. (*d*) In Saxònia ſancti Vvillebàldi primi Eiſtetènſis Epìſcopi, qui unà cum ſancto Bonifàcio labòrans in Evangèlio, multas gentes convèrtit ad Chriſtum. (*e*) Arvèrnis ſancti Illìdii Epìſcopi. (*f*) Urgèllæ in Hiſpània Tarraconènſi ſancti Odònis Epìſcopi. (*g*) In Anglia ſancti Heddæ Epìſcopi Sàxonum Occidentàlium. (*h*) Ibìdem ſanctæ Edilbùrgæ vìrginis, Anglòrum Regis filiæ. (*i*)

(a) *Baron. an.* 284. *n.* 11. *& ſequ. An.* 286. *n.* 15. *& an.* 303. *n.* 115. *Sur. tom.* 1. *in Act. S. Sebaſtiani, Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an.* 110. *n.* 11. *& Græci in Menologio.* (c) *Baron. an.* 185. *n.* 2. *& ſequ. Euſeb. Hiſt. lib.* 4. *c.* 10. *&* 11. *S. Hieronym. de Script. Eccleſ. & Epiſt.* 84. *ad Magnum, & Nicephor. hiſt. lib.* 4. *c.* 32. *& lib.* 5. *c.* 10. 13. *&* 18. (d) *Baron. in not. Tabul. Eccl. Brixian. & Galeſin.* (e) *Baron. an.* 725. *n.* 13. *an.* 738. *n.* 1. *& an.* 742. *n.* 25. *Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib.* 3. *c.* 187. *& Mabillon. Sæcul.* 2. *Benedict. par.* 2. (f) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. lib.* 1. *hiſt. Francor. c.* 45. *& in vit. SS. Patr. c.* 2. *& Tabul. Dertuchar.* (g) *Baron. in not. & Flos SS. hiſpan.* (h) *Baron. an.* 705. *n.* 11. *Beda de geſt. Anglor. lib.* 3. *c.* 5. *& lib.* 5. *c.* 19. *Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict lib.* 1. *c.* 164. *& Mabillon. Sæcul.* 3. *Benedict. par.* 1. (i) *Baron. in not. Beda de geſt. Anglor. lib.* 3. *c.* 8. *& lib.* 4. *c.* 9. *& Trithem. loc. cit. lib.* 3. *c.* 74.

Auris ſapientum quærit doctrinam. Prov. 18.

(a) *Romæ Claudii commentarienſis, Nicoſtrati primiſcrinii, Caſtorii, Victorini, & Symphoriani.* De Peregrinis: *Claudii*; non adſcit *Commentarienſis*, neque Nicoſtrati, *Primiſcrinii*. Ms. Divionen. *Romæ Martyrum Nicoſtrati, Primi, Seſinii, Commentarienſis, Caſtorii, Victorini, Simphoriani, &c.* At tò *Commentarienſis*, videtur hic nomen martyris, non officii.

(b) *Dyrrachii in Macedonia Peregrini, Luciani, Pompeii, Heſychii, & Soc. cùm Sanctum*

In doctrina verbum, ut is qui ex adverſo eſt, vereatur, nil habens malum dicere. Ad Tit. 2.

ctum Astium Episcopum in cruce pendentem viderent. Dyrrachium, anteà *Epidamnus*, vulgò *Durazzo*. urbs Macedoniæ in ora Maris Jonii, apud Panyassi flum. ostia, urbs memoratissima, inter Lixum, & Apolloniam. Galesin. *Peregrini, Luciani, Pompeii, Hesychii, Papii, Saturnini, & Germani, Dyracchii* signat; sed nil de *Astio*.

(c) *Alexandriæ Pantæni*. Martyrol. Antuerpien. seù Epternacen. *In Alexandria Parmeni, Eradi, Helia, Apelloni, Rodi, & aliorum* xviii. *Eudemi, Anoni, Pupli, & alib. Parthemi, Animati, Prundi, cum aliis* xviiii. *& alibi Alexandri, Partimmi*. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Parthenii, Eraclii, Eudomoni, Helei, Apolloniæ, Novi, Publii, cum aliis* xviiii *& alibi Parthemi, Animassi Pinidui, cum aliis septem*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Parthemi, Eraclei, Codomuni, Helai, Apollonis, Anovi, Publi, cum aliis xviii. & alibi Parthemi, Parmi, Ammias, Pedinij, cum aliis* vii. *Alexandri, Parmini*. Martyrol. Bluman. pro Codumuni, *Eudomuni*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Alexandria Parthenii, Apollonii, Publii, cum aliis numero* xvi. *& alibi natale S. Parthenii, Paterni cum aliis num.* xix. Ms Monasterii S.Cyriaci: *In Alexandria Parthenii, Eraclii, Publii, cum aliis decem & octo*. Ms. Vatican. S Petri: *Decem & novem*. Ms. Barberinian. Rom. inter *Eraclii, & Publii*, mediat *Apollonii* Ms. Tornacen. *In Alexandria natale SS. Apollonii, Helei, Parmeni*. Ms. Lætien. S.Lamberti: *Et Heraclii*. Ms. Attrebaten. Eccl. S.Mariæ: *Cum aliis novemdecim*. Ms. Divionen. *Alexandria S. Panteni*. Galesin. ex Tabulis Græcorum: *Alexandria Parnieni, Heraclii, Helia, & aliorum* xviiii. An *Pantænus*, de quo Roman. Martyrolog. sit alius ab eo, qui in laudatis Codicibus simillima litercula mutata, vereri licet: *Pantænus* iste Alexandrinus obiit Martyr; ille verò in pace quievit.

(c) *In Saxonia Vuillebaldi Episc.* De Peregrinis: *Eodem die S. Bilibaldi Episcopi, & Confessoris*.

(h) *In Anglia Heddæ Episc.* aliàs *Heddi*. Malmesburiensis lib. 2. de gest. Pontific. Anglorum Heddam priùs Monachum fuisse tradit, & Abbatem, virum tantæ Sanctitatis, ut Sectarii moderni eum laudibus exornent: Dein Episcopus Dorcicestrensis. At alia est Dorcica, seù Dorcestria, vulgò *Dorchester*; Urbs Provinciæ Merciorum in Comitatu Oxoniensi, alia Donchester, seù Dorcicestria dicta, urbs Occidentalium Saxonum, Dorcestriæ Provinciæ caput, huicque præfuit hic S Episcopus, non alteri. Mabillon. Sæcul. 3. Benedict. par. 1. Elogio historico.

(i) *Edilburga*. Florar. Ms. ad 16. Martii: *In Anglia Ahelburga Virgo, filia Annæ Reginæ Anglorum Orientalium*. Aliam, & S. Erchovaldi Episcopi sororem affert Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 220. claruit anno 680.

xix. G Octavo Idus Julii. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1
A B C D E *F* F G H M N P
2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

SAnctæ Elisabeth viduæ, Lusitàniæ Regìnæ, quam virtùtibus & miràculis claram Urbànus Octàvus in Sanctòrum nùmerum rètulit. (*a*) In Asia minòri sanctòrum Aquilæ, & Priscillæ uxòris ejus, de quibus in Actibus Apostolòrum scribitur. (*b*) In Portu Romàno sanctòrum quinquaginta Mìlitum màrtyrum, qui in confessiòne sanctæ Bonòsæ ad fidem addùcti, & à beàto Felìce Papa baptizàti, in persecutiòne Aureliàni occìsi sunt. (*c*) In Palæstina sancti Procòpii màrtyris, qui sub Diocletiàno Imperatòre ab Scythòpoli ductus Cæsarèam, ad primam responsiònum ejus confidèntiam à Jùdice Fabiàno càpite cæsus est. (*d*) Constantinòpoli pàssio sanctòrum monachòrum Abrahamitàrum, qui ob cultum sanctàrum Imàginum resistèntes Theòphilo Imperatòri, martyrium consummàrunt. (*e*) Herbìpoli in Germània sancti Chiliàni Epìscopi, qui à Romàno Pontìfice ad prædicàndum Evangèlium missus, cùm multos ad Christum perduxìsset, unà cum sòciis Colomànno presbytero,

(b) *Aquila, & Priscilla*. Die 14. Jul. de Aquila Græci in Menologio.

(d) *Procopii*. Martyr an. 308. Baron. eo ann. n. 18. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(f) *Chiliani Episc. & Soc.* Martyres ann. 689. Baron. eo anno nu. 10. & seq. An. 685. Sigeber. in Chronic. Die incerta Pagi t. 3. ad an. 689. n. 7. Die 13. Febr. Galesin. & Vvio. Die 25. Martii Florar. Ms. & Camerarius.

(g) *Auspicii Episc.* Die 6. Junii Saussayus Auctar. ad Martyrolog. Gallican. Molan. Canis. & Ferrar.

sbytero, & Totnàno diàcono trucidàtus est. (*f*) Trèviris sancti Auspicii Epìscopi, & confessòris. (*g*)

(a) *Chronic. Ordin. Minor. aliique ejusdem Ordin. Scriptores*: (b) *Baron. an. 47. n. 4. & an. 51. n. 1. & sequ. Acta Apostol. c. 18. Paul. ad Roman. c. 16. 1. ad Corinth. c. 16. & ad Timoth. 2. c. 4. S. Joan. Chrysostom. hom. Pauli, Salutate Priscam, & Aquilam, & Doroth. in Synopsi.* (c) *Baron. an. 270. n. 15. & an. 275. nu. 4.* (d) *Baron. an. 302. n. 85. & an. 308. n. 18. & sequ. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 4. prior. edit.* (e) *Baron. in not. & Cedren. in compend.* (f) *Baron. in not. Sur. t. 4. prior. edit. Sigebert. in Chronic. Otho Frising. lib. 5. c. 13. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 131. & lib. 4. c. 172. & Petr. de Natal. lib. 6. c. 77.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Tabul. Demochar.*

Notum vobis facio, unicuique datur manifestatio ad utilitatem. 1. ad Corinth. 12.

(d) *In Palestina Procopii qui à Judice Fabiano capite cæsus*. Beda genuin. *Judice Flaviano*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *Ab irato Judice*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Cæsarea Procopi, Quarti*. Martyrolog. Epternacen. Corbejen. & Bluman. *In Cæsarea Cappadociæ Procopi, Quarti*. Bellinus: *Proconii*.

(e) *Constantinopoli passio Monachorum Abrahamitarum, ob cultum Sanctarum Imaginum*. Cedrenus in Compend. hist. addit: *Et ob Monachismum, à Theophilo Imperatore execrando hæretico impugnatum, quem Patrum Scripturis, traditione, & exemplis libera voce professi sunt*. De Peregrin. *Item Sancti Pauli Martyris Constantinopoli*.

(f) *Herbipoli in Germania Chiliani Episcopi, & Soc.* Herbipolis, germanicè *Vuirtzburg*. Urbs Germaniæ magnæ in Franconia ad Mœnum fluvium, inter Francfordiam, & Noribergam. De Peregrinis: *Eodem die Sancti Cilian Martyris*, nulla loci nota. At alius à Chiliano. Martyrolog. vet. S. Hieronymi: *In Austria S. Chiliani*. Notker. hìc pro Austria non intelligit Regionem illam ad Danubium, sed Castrum Novæ Franciæ, seù Civitatem Teutonico nomine *Vuirtzburg*, juxta ad Mosam fluvium. Idcircò S. Chilianus Episcopus Vuirtzburgensis, seù Herbipolensis dicitur.

Romanum Martyrol. pandit, Martyrium unà cum Sociis tulisse, quia multos ad Christum perduxisset. At ex Baronio ipso ad ann. 689. num. 9. & sequ. quia hìc S. Episcopus Gorbertum Franconiæ ducem admonuit, non licere sibi conjugio frui uxoris fratris sui, *Geilana* dictę; hæc duorum ministrorum suæ crudelitatis opera eum cum Sociis interfici curavit.

Cardinal. Baron. suadet in notis, S. Burchardum Episcopum à Romano Pontifice impetrasse, ut iisdem Martyribus honor debitus deferretur. Pagi to. 3. suæ Critic. Historico-Chronolog. ad an. 689. num. 8. animadvertit, ante decimum Sæculum Canonizationem Sanctorum in usum non fuisse, & quod Burchard. obiit an. 791. juxta Baron. ad cum an. num. 7. sivè priùs, ut alii.

Disceptatio Topographica.

(d) *In Palæstina S. Procopii Episcopi, &c.* Eusebius lib. de Martyrib. Palæstinæ protulit hunc Sanctum *Cæsarea* passum. Adstipulaturque Martyrolog. vetus Hieronymianum Lucen. *Cæsarea Procopi, Quarti*, & Martyrol. Veissemburgense: *In Cæsarea Cappadociæ*.

Tene sapientiam, nè dimittas eam, & conservabit te. Prov. 4.

Eminentissimus Baronius in elucubratis notis hujus diei admonet, Procopium, de quo Romanum Martyrologium, & cujus Acta diffusiora, & admirabilia ex Metaphraste Surius edidit tom. 4. hac die, esse alium à Procopio, quem Eusebius narrat lib. 8. cap. 12. Adstruit quidèm Valesius in notis ad Eusebium pag. 172. ex Mss. Codicibus.

Ast Euseb. lib. de Martyribus Palęstinæ juxta novissimam Valerii editionem cap. 1. agit de Procopio Palæstino, ad Præsidis Tribunal rapto, & capite abscisso, ut Romanum Martyrologium, & in Cæsarea VIII. Mensis Desii, hoc est juxta Romanos ante VII. Idus Julii. Hæc namque in notis ad Eusebium Valesius: *Procopium Scythopoli Cæsaream ad Præsidem raptum priusquàm carceris ærumnarum experiretur angustias, capite cæsum die septimo Julii mensis*.

Nec juvat subdere, prælaudatos Codices tradentes hos Martyres in Cæsarea, intelligi posse pro Cæsarea Palæstinæ.

Nam ita adhuc intelligi poterint pro Cæsarea Cappadociæ: Quinimnò Apographa Antuerpien. & Corbejen. *In Cæsarea Cappadociæ* Procopii Martyrium, & Venerationem constanter exhibent, & non jam in Cæsarea Palæstinæ.

Quamvis præadducta Apographa *Cæsarea Cappadociæ* Procopium promant, adscint tamen *Quartum*, scilicèt: *Cæsarea Cappadociæ Procopi, Quarti*. Undè alius à Procopio in Cæsarea Palæstinæ sine socio.

Nihilominùs non liquet pro certo asserendum, esse alium, quùm hoc sit id, quod ambigitur, an scilicet Procopius Martyr, qui Palæstinæ tribuitur, alium socium habuerit, & an sit diversus? Procopius enim Palæstinus apud Metaphrastem, & Surium hac ipsa die difficillimo, & diuturno Martyrio perfunctus, idcirco alius à Procopio Palæstino capite cæso, ut Romanum Martyrologium, à Bellino *Proconio* nuncupato.

Igitur quùm ex uno capite verendum, an duo fuerint Palæstini Procopii, & rursus an alter Cæsariensis, & non Palæstinus, &

 ex

ex iis, de quonam Martyrologium ſentire debeat, & item an ſint ijdem? Ad expungenda hæc dubia, dummodo ſapientiores annuerint, ſolers erit Martyrologii Romani lectio, ſi loco non præſignato auſpicetur: *Eodem die S. Procopii Martyris.*

xviij. A Septimo Idus Julii. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

(b) *Cyrilli.* Martyr an. 254. ſub Decio Baron. eo ann. nu. 26. An. 251. Decius interemptus. Pagi t. 1. ad an. 251. n. 29. & 30. item Bollandus ad 10. Februar. Die 15. Jun. Synaxar. Ms. Conſtantinopolit. penès Baert. & Janning.

ROmæ ad Guttam jùgiter manàntem natàlis ſanctòrum màrtyrum Zenònis, & aliòrum decem millium ducentòrum trium. (*a*) Gortynæ in Creta ſancti Cyrilli Epiſcopi, qui in perſecutiòne Dècii ſub Lùcio Præſide flammis injèctus, cùm incènſis vìnculis evasìſſet illæſus, ac ſtupòre tanti miràculi à Jùdice dimiſſus eſſet, rurſus pro inſtànti, & àlacri fidei prædicatiòne facta de Chriſto, ab eòdem càpite plexus eſt. (*b*) In civitàte Thora apud lacum Velìnum pàſſio ſanctòrum Anatòliæ, & Audacis ſub Dècio Imperatòre: quorum Anatòlia Chriſti virgo, poſtquàm plùrimos per totam Picèni provìnciam vàriis languòribus affèctos curàſſet, & in Chriſtum credèntes feciſſet, jubènte Fauſtiniàno Jùdice divèrſis pœnàrum genèribus vexàta, cùm ab immìſſo ſerpènte liberàta Audàcem convertìſſet ad fidem, noviſſimè extènſis mànibus orans glàdio tranſverberàta eſt: Audax quoque in cuſtòdiam datus, ſine mora capitàli ſentèntia coronàtur. (*c*) Alexandrìæ ſanctòrum màrtyrum Patermùthii, Coprètis, & Alexàndri, qui ſub Juliàno Apòſtata cæſi ſunt. (*d*) Màrtulæ ſancti Brictii Epiſcopi, qui ſub Marciàno Jùdice pro confeſſiòne Dòmini multa paſſus, cùm magnam pòpuli multitùdinem ad Chriſtum convertìſſet, confèſſor in pace quièvit. (*e*)

(d) *Patermuthii, & Soc.* Circ. ann. 361. vet. Cod. Baſilic. S. Petri. Baron. in not.

(e) *Brictii.* Circ. 500. Mombrit. t. 1.

(a) *Baron. an. 69. n. 11. & an. 298. n. 17. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 254. n. 26. & an. 822. n. 14. Græci hac die in Menolog. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. an. 253. 29. Aldelm. lib. de laud. Virginit. & Sur. t. 4. prior. edit.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. cap. 6. Mombrit. t. 1. Uſuard. & Ado.*

Cor ſapientis intelligitur in Sapientia. Eccl. 3.

(a) *Roma Zenonis, & aliorum decem millium ducentorum trium.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holſtenium: *Roma SS. Felicis, Philippi, & in Cœmeterio Prætextati Januarii, & in eadem Urbe Rufinæ, Secundæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Thomis Zenoni, Minę, Vitalis, Rufinę, Evangeli, Uriſi, Agnetis.*

(b) *Gortyna in Creta Cyrilli Epiſcopi, jubente Lucio Præſide.* Gortyna, *Gortin*, urbs olim Cretæ nobiliſſima, una ex tribus, quæ quondam maximæ, & præcipuę fuere, ab Auſtrali litore ad xc. ſtadia recędens, proxima Labyrintho, cui, quod Gnoſſo ſupra xxx. mille paſſus in circinium diſtanti quoque contigit. Apographa. Martyrol. S. Hieronymi, Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Thomis Cyrilli Epiſcopi igni traditi.* Apogrephum Epternacen *Mediolano Meci, Vitalis, Rufini, Evangeli, Uris, Annitii, Cyrilli Epiſcopi.* Mss. Tornacen. Monaſterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti ac Florus: *In Ægypto paſſio Cyrilli Epiſcopi, jubente Lucio Duce &c.* De Peregr. *Eodem die Beati Cyrilli Epiſcopi; à Judice dimiſſus, &c.* ſine præſignatione paleſtræ, nec ſub quo.

Auris bona audit Sapientiam cum omni concupiſcentia. Eccl. 3.

(c) *In Civitate Thora apud Lacum Velinum Anatolię, & Audacis ſub Decio, jubente Fauſtiniano.* Martyrol. Epternacen. *Roma Floriana, Fauſtinę, Anatholia, Felicitatis, cum Presbyteris VII. Felicis, Philippi, Martialis, Alexandri, & aliorum trium.* Martyrol. Corbejen. *Roma Floriana, Fauſtinę, Anatholię, & Fraterni Epiſcopi.* Martyrolog. Hieronym. Lucen.

Lucen. *Romę Floriani, Faustini, Anatholię, Felicitatis, cum Presbyteris VI. Felicis, Philippi, Martialis, Vitatlis, Alexandri, cum aliis VI. & Fraterni Episcopi.* Martyrolog. Reginæ Suecię Ms. ut Romanum, addit tamen: *Marsi*. Beda genuin. *In Civitate Tyra Anatolię, & Audacis sub Decio, jubente Festiniano.* Ms Lætien. S. Lamberti: *Tyria*. Ms. Vatican. S Petri: *Tora*. De Peregrin. *Tyro*, & percurrit sub quo. An duæ Anatholiæ hac ipsa die, altera Romana, altera verò Thorana, addubitandum. De Martyrio sub Decio an. 253. eadem trica, quæ de S. Fusca ad 13. Februar. & de S. Polycronio ad 17. ejusdem.

Cardinal. Baron. in notis suadet, nullam in Thoræ locis Oppidis de his Martyribus memoriam extare, quæ virens recensque in prædicta Thorana Ecclesia perseveret. Holstenius tamen vir clarissimus: *Thora* vel *Thiora*, sive *Thorana*, urbs in ea Sabinorum parte fuit, quæ Æquicolis, Martisque conjungitur, & Torano fluvio rigatur, in cujus ruinis etiam nunc extat S. Anatholiæ Ecclesia, magno vicinorum Populorum concursu frequentata, in qua præter columnas, aliaque antiquitatis vestigia, vetus inscriptio marmorea cernitur: *M. Aurel. Antonin. Caracalla*. Et quòd Corpus S. Anatholiæ ex dicta Ecclesia Thorana ad Sublacense Monasterium translatum, ibi nunc colitur.

Adstipulanturque Ferrar. suæ novæ ad Romanum Martyrol. Topographiæ, describendo *Thioram*, quæ & *Thora*. Urbem olim Sabinorum antiquissimam: nunc oppidulum agri Reatini apud Velinum lacum, oppidum non obscurum Umbriæ, S. Anatholiæ nominatum. Leander Albertus licèt Thioram *Todi* Civitatem interpretatur; nihilominùs ipse Ferrar. non satis miratur, cùm Thiora à Reate vix v. mille passus in via, quæ Romam ducit, recedat.

(e) *Martula Brittii Episc.* Martula aliis cum aspiratione *Marthula*, altera Urbs olim Cappadociæ litoralis ultra Trapezuntem Metropolim, apud Archadis fluvii ostium, inter Rizum, & Xilinen. Altera *S. Brttio*. Urbs olim Umbriæ ad Montis Martani radices sita. Tametsi pro Martula Ferrarius putet potiùs *Marta*, sivè *Martana* legendum. Cujus urbis S. Brttius Episc. fuisse ex antiquo lapide monstratur, visiturque. Martyrolog de Peregrinis: *Civitate Martula Sancti Brittii Episcopi, & Confessoris*; nil aliud.

(b) *Gortyna in Creta S. Cyrilli Episc.*

Disceptatio Topographica. Quùm non conveniant Codices in loco Martyrii, ubi Cyrillus Martyrizatus, ansam nutandi præbent, an signandus *Gortynę in Creta*.

Eminentissimus Baron. in notis indigitat pro hoc Sancto Usuardum; imò & ipsos Græcos in Menologio hac die, ubi diffusè Martyrium ejus describitur sub Diocletiano consummatum: Astruunt quidem Romanum Martyrologinm, nomen, & munus Episcopale, fuisse scilicet Gortynense; item genus passionis, nempe *Igni traditi*, ut Acta apud Sur. tom. 7. prior edit. & Canisius in Menologio.

Verùm neque Usuardus, neque Ado, quùm de hoc Cyrillo Episcopo, nil ferunt de loco passionis: quinimmò neque Acta ipsa ex Mss. voluminibus penès laudatum Surium locum passionis, aut Episcopalem Urbem innuunt, quamvis ipse Surius apposuerit Cyrillo titulum Episcopi Gortinæ in Creta, quod vel ex Romano Martyrolog. vel ex Græcorum Menologio.

Baronius item suadet in prælibatis notis, celeberrimos habitos fuisse Cretenses Martyres, ea causa, quòd illorum meritis Cretensis Insula fidem Christi servans, semper illæsa permanserit ab omni hæresum labe, prout Martyrius Episcopus Gortynæ in Creta unà cum Collegis Episcopis ad Leonem Magnum Imperatorem his verbis scripsit: *Dicimus tranquillitati tuæ, quia ab initio totius hæreticæ blasphemię inexperta est vestra Creta, dum Martyribus passionis tempore deprecantibus, ut libera à tentationibus hęreticis, semper ab ęstu eorum Provincia servaretur.* Quæ Epist. t. 2. Concil. edit. 2. Colonien. pag. 275. & 276. reperitur.

Ast hæc tam commendata Epistola tantùm panditat fidem Catholicam Cretensium Episcoporum, & Martyrum. Cæterùm de Cyrillo nil appositè, ut exploratum. Aliundè de hoc Cyrillo Episcopo igni tradito in Hieronymiano Martyrologio legitur, in *Thomis* cum Sancto Zenone, Vitale, & aliis sociis; & in Antuerpiensi, seù Epternacen. Mediolan, cum Meco, Vitali, Rufino, aliisq; sociis: ex quò haud dubium videtur, Codices ad invicem non vonvenire.

Posset quis afferere, Cyrillum in prelibatis Codicibus esse alium à Cretensi Episcopo, quemadmodum Zeno Martyr Romanus hac die in Romano Martyrologio, liquet alius à Zenone in Thomis cum sociis, ut in præadductis Apographis.

Attamen de hoc eodem Cyrillo, de quo Roman. Martyrolog. *Sub Lucio Duce flammis injecto*, Notker. non in *Creta*, sed in *Ægypto* docet Martyrizatum, cujus Civitas est Antonino *Thomum* circa Chenobasciam. Et Petr. de Natal. hac ipsa die: *Cyrillus Episcopus & Martyr Romę passus est, flammis primùm injectus, mox abscisso capite*. In tanta igitur Codicum varietate saniùs erit, si saniores annuerint, ut palestra non indicetur, sed: *Eodem die S. Cyrilli Episcopi, qui &c.*

xvij. B Sexto Idus Julii. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3
A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

ROmæ pàſſio ſanctòrum ſeptem fratrum, filiòrum ſanctæ Felicitàtis màrtyris, ideſt, Januàrii, Felicis, Philippi, Silvàni, Alexàndri, Vitalis, & Martiàlis, tèmpore Antonìni Imperatòris, ſub Præfècto Urbis Pùblio: ex quibus Januàrius poſt vèrbera virgàrum, & càrceris maceratiònem, plumbàtis occìſus: Felix, & Philippus fùſtibus mactàti: Silànus præcipìtio interèmptus: Alexànder, Vitàlis, & Martiàlis capitali ſentèntia puniti ſunt. (*a*) Item Romæ ſanctàrum virginum, & martyrum Rufinæ & Secùndæ ſoròrum, quæ in perſecutiòne Valeriàni & Gallièni tormèntis ſubactæ, ad ùltimum àltera glàdio càpite illiſo, àltera cæſa cervice, migràrunt in cœlum: quarum còrpora in Baſilica Lateranènſi prope Baptiſtèrium dèbito honòre ſervàntur. (*b*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Januàrii, Marini, Nàboris, & Felicis decollatòrum. (*c*) Nicòpoli in Armènia ſanctòrum màrtyrum Leònti, Mauritii, Danièlis, & ſociòrum, qui ſub Licinio Imperatòre, Lyſia Præſide vàriè excruciàti, tandem in ignem conjècti, martyrii curſum confecèrunt. (*d*) In Piſidia ſanctòrum màrtyrum Biànoris, & Silvàni, qui ſævìſſima pro Chriſti nòmine paſſi, demum cervìcibus abſciſſis coronàntur. (*e*) Icònii ſancti Apollònii màrtyris, qui per crucem insìgne martyrium conſummàvit. (*f*) Apud Gandàvum ſanctæ Amelbèrgæ vìrginis. (*g*)

(b) *Rufinæ & Secundæ*. Martyres ann. 260. ſub Gallieno Baron. eo an. n. 7. An. 263. Martyres ſub Gallieno Pagi tom. 1. ad ann. 261. num. 1 Die præced. Holſtenius.

(c) *Januarii, Marini, & Soc.* Die 8. Maii Maryrol. Florentię an. 1486. cultum.

(d) *Leontii, Mauritii, et Soc.* Martyres ann. 316. ſub Licinio Baron. eo an. n. 46. Non ante ann. 319. Perſequutio Liciniana Pagi t. 1. ad an. 316. nu. 11.

(a) *Baron. an. 175. n. 4. Mombrit. t. 1. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Felicitat. eorum matris, S. Gregor. homil. 3. in Evangel. & Menard. ad Sacrament. Greg. pag. 169.* (b) *Baron. an. 260. n. 7. Mombrit. t. 2. Petr. in Catal. lib. 6. c. 78. & S. Aldelm. in lib. de Virginitat.* (c) *Baron. in not. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 316. n. 46. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. in not. item Græci in Menologio hac die.* (f) *Baron. ibid. & Græci.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & in Indicul. SS. Belgii, & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 190. & Sur. t. 5.*

Inveſtiga Patrum memoriam. Job 8.

(a) *Romæ ſeptem Fratrum filiorum Felicitatis, Januarii, Felicis, Philippi, Silvani, Alexandri, Vitalis, & Martialis tempore Antonini, Præfecto Publio.* Martyrolog. Epternacen. *Natalis ſeptem Germanorum, ideſt Felicis, Philippi, Maximi, Silari, Januarii, Rufinę, Secundæ, & Filiorum ejus Felicitatis, Safini, Anatholię, Victorię.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Priſcillæ, & natale Sanctorum ſeptem germanorum, ideſt Felicis, Philippi, Vitalis, Alexandri, Martialis, Silani, Januarii, & millium quatuor, Rufinæ, Secundæ, Lucini.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Natalis ſeptem Germanorum, ideſt Felicis, Felippi, Maximi, Silvani, Prætextati, Proculi, & mil. iiij. Rufinæ, Secundæ, Filiorum ejus Felicitatis.* Martyrol. Bluman. *Romæ Priſcillæ, & natale 7. Germanorum.* Reliquum ut Lucen. verùm inter *Prętextati, & Proculi* mediat, *S. Januarii.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holſtenium ut Rom. Martyrologium, at pro Silvani, profert *Silani.* Kalendar. Bucherii: *vi. Idus Felicis, & Philippi in Priſcillæ; & in Jordanorum Martialis, Vitalis, Alexandri; & in Maximi Silani (hunc Silanum Martyrem Novati furati ſunt) Et in Prætextati Januarii.* Beda genuin. pro Silvani, *Silani*, & pro Antonini Imperatoris, *Antonini Principis.* De Peregrinis percurrit *Præfecto Publio, & tempore Antonini Imperat.*

(b) *Item Romæ Rufinæ, & Secundæ Sororum.* Ms. Vatican. S. Petri non præſignata

Ipſi docebunt te, loquentur tibi. Job 8.

pale-

palestra: *Eodem die natale Sanctarum Virginum Rufinę, Secundę, & Fortunatæ*. Ms. Romanum Barberinianum silet *Fortunata*.

(c) *In Africa Januarii, Marini, Naboris, & Felicis*. Martyrologium Hieronym. Lucen. subdit: *Et militum XVI*. Martyrol. Veissemburgense: *In Africa Januarii, Marinę, Naboris, Felicis, & alibi milia XII*. Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. *In Africa Januaria, Marini, Naboris, & Felicis, & Primitigani, via Pemistri milia XII*.

(d) *Nicopoli in Armenia Leontii, Mauritii, Danielis, & sociorum*. Martyrologii Sancti Hieronymi Apographa, nempe Epternacen. *In Alexandria Leonti, Maurici, Melliti, Helici, Orioni, Antonini, Zafomi, Eustaci: In Armenia minore Civitate Nicopoli Milionis, Dechomedis, Arithoni, Theoli, Cessi, Gagiani, Carici, item Sisanna, Negdani, Theoti, Cirilli*. Corbejen. *In Alexandria Leontis, Mauricii, Meliiti, Achillei, Daneli, Corioni, Attoni, Zefeni, Eustasi, Octavi, Anicett, Theodori, Cristi, Candidi, Gorgonii, Arcellai, Cyrini, Eofroditi, Gelani, Ausici, Aceli, Atterei, Gagi, Sisione, Auxenii, Valentini, Droditi, Faustasi, Aureli, Gorgodiani, Cyrion, Coroli, Nostini, Sisinnæ, Castrici, Apolloni. In Armenia Civitate Nicopoli Milionis, Diomedis, Antonii, Aciaci, Theodoli, Cessi, Gajani, Clerici, Sisinna, Negdoni, Theodori, Cyrilli*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Leonti, Maurici, Melliti, Acellet, Daneli, Corioni, Antonini, Zefoni, Eustasi, Octavi, Anicet, Theudori, Chrisi, Candeli, Gorgoni, Archellai, Cyreni, Euphrodisi, Galani, Autici, Ateri, Athenei, Gagi, Sisione, Ausentes, Valentis, Droditi, Faustasi, Aurelii, Gorgidiani, Cyrioni, Curroli, Nostini, Sesinna, Castri, Creta, Foliani: In Arminia Civitate Nicopoli Milionis, Josomedis, Antoroni, Theodoli, Cessi, Gagiani, Clerici, Sisinna, Necdoni, Theodori, Cyrilli*. Martyrol. Bluman. pro Milionis, Zofomodis, Antoroni, Cyrilli, *Milionis, Diomedis, Aciani, Anaciti*. Menologium Græcorum: *Nicopoli in Armenia, sub Licinio Rege, & Lysia Præside Leontii, Mauritii, Danielis, & Antonii*.

Quùm plures sint Urbes *Nicopolis* nomine penes Topographos, rectè laudati Codices signant: *In Armenia minori*. An Leontius, Mauritius, Sociique: *In Africa* sint iidem quì *Nicopoli*, & *Mino* recensitus *Nicopoli* idem ac *Leontius*, alii decernant.

(g) *Apud Gandauum Amelbergę Virginis*. Gandauum, priùs Clarinea, *Gant* Italis, *Gent* Germanis, *Gand* Gallis. Urbs Belgii, Flandriæ Comitatus caput, Scalde, & Legia fluminibus intermeantibus irrigata. Aliam *Amelbergam* hic viduam, & Sanctitate celebrem hac ipsa die celebrat Sur. to. 4. prior. Molan. tamen de hac alia in Indicul. SS. Belg. ad 10. Junii.

(b) *Romæ Rufinæ, & Secundæ Sororum, in persecutione Valeriani, & Gallieni*. *Disceptatio Chronologica.*

Plerique Codices has Sanctas Sorores cum Romanis Germanis copulant, proindè tempore *Antonini* Imperatoris.

Si quis diceret, hos Codices cum Sanctæ Felicitatis filiis has Sanctas contulisse, quatenus hac eadem die eorum Martyrium Romæ venerantur, non prout sub eodem Tyranno omnes Martyrizati.

Nil officeret, nam ita prælibati Codices hos Sanctos conferunt, ut sub unica turba eos recitent. Martyrolog. Corbejen. ex fragmento Bucherii: *Romæ in Cœmeterio Priscillæ VII. Germanorum, Felicis, & Philippi; In Maximi Silvani, Januarii, & Martialis; In Prętextati, Vitalis, Alexandri filiorum S. Felicitatis, Rufinę, Secunda, Proculi*; & Martyrolog. Epternacen. *Natalis Sanctorum septem Germanorum, Philippi, Felicis, Maximi, Silani, Januarii, Rufinæ, Secunda, & Filiorum ejus*. Sicque non tantùm eadem die, sed & una simul, & sub eadem classe hos Martyres promunt.

Nec obtrudere valet, præter adductos Codices, alios non ita ferre.

Quùm ètiam alii Codices septem Germanos cum Rufina, & Secunda Sororibus indicant. Menardus ad Sacramentarium Gregorii pag. 169. testatur: *In Missal. Rom. Manuscripto septem Fratribus addi S. Rufinam, & Secundam Sorores, quæ non habeantur in excusis, neque apud Pamelium, neque in aliis Codicibus Mss.* Item in Kalendario Hieronymiano hedino Ms. apud Florentinium: *VII. Idus Rufinæ, & Secundæ Martyrum, & VII. Fratrum Martyrum*.

Eminentissim. Baronius in not. suadet, hos Martyres, apud Adonem, via Aurelia decimo ab urbe lapide, Martyrii palmam accepisse loco *Silvæ Candidæ*, sępius in antiquis monumentis dicto, ubi à Plautilla, ut Ado quidèm tradit, in fundo proprio sepultæ fuere.

Ast hoc non infert, seorsim à septem fratribus in persequutione Valeriani, & Gallieni Martyres obiisse. Hinc, ut hæsitationis locus abeat, & sapientia præditi judicaverint, videtur aptiùs proferendum, ad instar Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. die præcedenti penès Holstenium: *VII. Idus & in eadem Urbe* (scilicet Romæ) *Natalis Sanctarum Rufinæ, & Secundę*, in præsentiarum omisso: *In persecutione Valeriani, & Gallieni*, enuncietur: *In eadem Urbe natalis Sanctarum Rufinæ, & Secundæ Sororum, quæ tormentis subactę, ad ultimùm &c.*

xvj.	C				Quinto Idus Julii.		Luna.												11
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P						
		5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15						

(a) *Pij Papę.* Martyr anno 167. Baron. eo an.n. 1. & ſeq. An.157. Pagi t. 1. ad ann. 165. nu. 4.

(b) *Januarii, Pelagię.* Martyres ann. 316. ſub Licinio Baron. in not. ad oram marginal. ex Petro in Catal. Non ante an. 319. ſub Licinio Pagi t. 1. ad ann. 316. nu. 11.

ROmæ beàti Pii Papæ, & màrtyris, qui in perſecutiòne Marci Aurèlii Antonini martyrio coronàtus eſt.(*a*) Nicòpoli in Armènia natàlis ſanctòrum màrtyrum Januàrii, & Pelàgiæ, qui equùleo, ùngulis, & teſtàrum fragmèntis dièbus quàtuor cruciàti, martyrium implevèrunt. (*b*) In territòrio Senonènſi ſancti Sidrònii. (*c*) Icònii ſancti Marciàni màrtyris, qui ſub Perènnio Præſide per multa tormènta pervènit ad palmam.(*d*) Sidæ in Pamphylia ſancti Cìndei presbyteri, qui ſub Diocletiàno Imperatòre, & Stratonìco Præſide poſt multa tormènta in ignem injèctus, & nil læſus, demum in oratiòne rèddidit ſpìritum. (*e*) Brìxiæ ſanctòrum màrtyrum Savìni, & Cypriàni. (*f*) Bèrgomi ſancti Joànnis Epìſcopi, qui ob tuèndam Cathòlicam fidem ab Ariànis occiſus eſt.(*g*) Còrdubæ ſancti Abùndii presbyteri, qui cùm in Mahumètis ſectam inveherètur, martyrio coronàtus eſt. (*h*) In territorio Pictaviènſi ſancti Sabìni confeſsòris. (*i*)

(c) *Sidronij.* Dei 3. Jul. Sauſſayus.

(f) *Sabini, & Cypriani.* Martyres ann. 305. Baron. eo an. n. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6. An. 452. Capreol.

(i) *Sabini.* Die 9. Octobr. Sauſſayus.

(a) *Baron. an.167. n.1. S. Irenaus lib.3. c.3. S. Auguſtin. Epiſt.165. ad Generoſum, Optat. Milevitan lib. 2. contra Parmen. Euſeb. in Chronic. & in hiſt. lib. 4. c. 10. Niceph. hiſt. lib. 3. c. 25.* & *Nicephor. Epiſc. in Chron.* (b) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 5. c. 85.* (c) *Baron. in not. & Uſuard.* (d) *Baron. an. 243. n. 4. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. in not. item Græci in Menologio hac die.* (f) *Baron. an. 305. n.17* (g) *Baron. an. 659. n. 7. Paul. Diacon. de geſt. Longobard. lib. 6. c. 3. Platina, Sabbellic. & Sigonius de Reg. Ital.* (h) *Baron. an. 854. nu. 7. & Eulog. Memor. SS. lib. 3. c. 12. Roa de SS. Cordubens. & Salazar.* (i) *Baron. in not. Uſuard. aliique.*

Coſtodi ſermones, & reconde tibi. Proverb. 7.

(a) *Romæ Pii Papæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ Stephani, Leonti, Maurici, Domni, Militonis, Acellei, Dania, Diomedis, Cyrici, Antoni, Gaſſini, Johannis, Euſtali, Octavi, Emiliani, Siſinni, Anici, Theudoli, Ceſſi, Candidi, Gurgoni, Archelai.* Martyrol. Bluman. *Romæ Flavii, Nicaonis, Aurilii, Cyrionis, & Caſtri.* Martyrol. Epternacen. *Romæ Stefani, Leonti, Pelagiæ, Maurici, Domni, Militonis, depoſitio Idonei cum filiis. Romæ Diomedis, Cirici, Anthoni, Jaſoni, Joannis, Siſinni, Euſtaſię, Octavi, Emiliani, Aniceti, Theodoli, Ceſſi, Candidi, Gorgoni, Arcelai: Item Archelai, Cirini, Aprodiſi, Gogiani, Clerici, Antoni, Gagi, Auxenti, Valentini, Flavi, Nicaoni, Teudoti, Fauſtaſi, Aureli, Gordiani, Cirioni, Cirilli, Caſtrici, Sancti, Eutici.* Martyrol. Corbejen. *Romæ Stephani, Leontii, Mauricii, Domni, Militonis, Achillei, Danilæ, Diomedis, Cyrici, Antoni, Jaſon, Joannis, Euſtaſi, Octavi, Emiliani, Siſinni, Anici, Theodoli, Ceſſi, Candidiani, Item Archelai, Gurgonii, Cyrini, Afrodiſi, Gajani, Clerici, Antoni, Gagi, Auxenti, Valenoini, Flavii, Nicaoni, Theodoti, Fauſtaſi, Aureli, Gordiani, Cyrioni, Cyrilli, Caſtri, Sancti, Eutichii, Majuli, Silvii.* Mss. Romana Monaſterii *S.* Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Romæ natale Sanctorum Leontii, Stephani, Maurini.* Ms. Barberinianum Roman. *Et Melitonis.*

(b) *Nicopoli in Armenia Januarii, & Pelagiæ.* Nicopolis apud Græcos *Nicopoli*, urbs Armeniæ minoris, a Pompejo Magno in bello Mitridatico juxta Cappadociæ fines condita, inter Cæraſuntem, urbem maritimam, & Sebaſtem ad Argæum montem, ſub Archiepiſcopali Sebaſtenſi, Dio: Urbs hac tempeſtate præſtans. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Mariani, & Januarii. In Arminia Civitate Nicopoli: Item Januerii, Pelagiæ.* Martyrol. Bluman. pro Pelagiæ *Pelagii.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Januarii. In Armenia minori, Civitate Nicopoli Item Januarii, Pelagi, Turnorii.*

Juſti ſunt omnes ſermones, recti intelligentibus, æqui invenientibus. Prov. 8.

Mar-

Martyrol. Corbejen. *In Africa Mariani*, *&* *Januarii*, *Juliani*. *In Armenia Civitate Nicopoli Januariæ*. *Pelagię*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. ac Florus: *Nicopoli in Armenia Januarii*, *&* *Pelagiæ*; *hi tormentis subditi*, *qui non solùm ungulis*, *sed & tecla corpora eorum usque in diem quartum*, *in eadem passione habuerunt*: hoc additamentum etiam in Martyrol. Vissemburgensi. Martyrol. Reginæ Ms. *In Africa Marciani*. Ex quibus lectionibus, plures Marciani hac eadem die coluntur.

(e) *Sidæ in Pamphilia Cindei Presbyteri*. Sida *Chirisonda*. Urbs olim Pamphiliæ litoralis primaria apud Eurymedontis fluminis ostia, in Ciliciæ Asperæ confinio; una ex Regionis Metropolibus pręcipua, media inter Ataliam, & Antiochiam Ciliciæ. Hic Cindeus Pręsbyter in Menologio sub Domitiano legitur Martyr.

(i) *In territorio Pictaviensi Sabini Confessoris*. Martyrol. Hieronimian. Lucen. *Pictavis civitate depositio Basini Abbatis*. Saussayus: *In territorio Pictaviensi adventus*, *& exceptio Corporis S. Sabini Anachoretæ*, *& Confessoris*. Maurolyc. *In Agro Pictaviensi Sanctorum Confessorum Sabini*, *Albini*, *& Sytia*. facilè in Martyrologio Lucensi à Gallico Antiquario pro Sabini, scriptum *Basini*. Ms. Lætien. *In Pago Pictaviensi S. Sabini Martyris*. Forsan alius; nisi tò Martyris, pro *Confessoris*.

xv. D Quarto Idus Julii. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

IN monastèrio Passiniàno prope Florèntiam sancti Joànnis Gualbèrti abbàtis, institutòris Ordinis Vallisumbròsæ. (*a*) Mediolàni sanctòrum màrtyrum Naboris, & Felìcis, qui in persecutiòne Maximiàni passi sunt. (*b*) In Cypro beàti Jàsonis antiqui Christi discìpuli. (*c*) Aquilèjæ natàlis sancti Hermàgoræ, discìpuli beàti Marci Evangelistæ, & primi ejùsdem civitàtis Epìscopi: qui inter miràcula sanitàtum, & prædicatiònis instantiam, ac populòrum conversiònem, plùrima pœnàrum gènera expèrtus, tandem unà cum Fortunàto diàcono suo, capitàli supplìcio perpètuum mèruit triùmphum. (*d*) Lucæ in Tùscia beàti Paulìni, qui à sancto Petro primus ejùsdem civitàtis Epìscopus ordinàtus, sub Neròne ad radìces montis Pisani post multos agònes martyrium suum cum àliis sòciis consummàvit. (*e*) Eòdem die pàssio sanctòrum Procli, & Hilariònis, qui sub Trajàno Imperatòre, & Màximo Præside per acerbìssima tormènta ad palmam martyrii pervenèrunt. (*f*) Apud Leontinos sanctæ Epiphanæ, quæ sub Diocletiàno Imperatòre, & Tertyllo Præside ubèribus præcisis, reddidit spìritum. (*g*) Tolèti sanctæ Marciànæ vìrginis & màrtyris, quæ pro fide Christi bestiis objècta, atque à tauro discèrpta, martyrio coronàtur. (*h*) Lugdùni sancti Viventioli Epìscopi. (*i*) Bonòniæ sancti Paterniàni Epìscopi. (*k*)

(c) *Jasonis*. Die 27. Aprilis Menolog. Basilii Imperat. Die 28 Galesin. & Ferrar. Die 29. Menæa Græcor.

(g) *Epiphanæ*. Martyr an. 253. si sub Decio Baron. in not. ad oram Marginal. An. 311. aut 319. si sub *Licinio*, ut Acta Græca.

(h) *Marcianæ*. Martyr an. 302. Baron. eo an. n. 125. An. 303. Pagi t. 1. eodem an. n. 6. Die 18. Januar. Carthusian. Coloniēs.

(a) *Baron. an.* 1051 *n.* 1. *An.* 1058. *n.* 5. *& an* 1063. *n.* 50. *S. Antonin. par.* 2. *tit.* 15. *c.* 17. *& Sur. t.* 4. *prior. edit.* (b) *Baron. an.* 303. *n.* 122. *& an.* 387. *n.* 37. *S. Ambros. in Luc. lib.* 7. *c.* 13. *& Mombrit. t.* 2. (c) *Baron. an.* 33. *n.* 41. *An.* 51. *n.* 74. *& an.* 58. *n.* 116. *Usuard. Ado*, *ac cęteri Latini*. (d) *Baron. an.* 46. *n.* 2. *Mombrit. t.* 2. *& Petr. in Catal. lib.* 6. *c.* 86. (e) *Baron. an.* 46. *n.* 2. (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (g) *Baron. ibidem.* (h) *Baron. an.* 302. *n.* 125. *& Breviar. Toletan.* (i) *Baron. an.* 509. *n.* 13. *& Raymund. Indicul. SS. Lugdunens. novissimæ edition. pag.* 86. (k) *In not. relat.*

(b) *Me-*

Quantum potestis inspicite. S. Augustin. Homil. Luc. c. 7.

(b) *Mediolani Naboris, & Felicis.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Mediolano Namoris, & Primitivi.* Martyrol. Bluman. *Et Primi.* Mss. Lætien. & Barberinian. Roman. *In Mediolano Naboris, Felicis, & Primitivi.* Martyrol Reginæ Sueciæ Ms. die sequent. 3. *Idus Jul. Mediolani Nemoris, Felicis.* At vitium librarii putandum Nemoris pro *Naboris.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Sicilia Naboris, & Felicis.* Martyrol. Corbejen. prosequitur: *Primitivi, & Julii.* Verùm hic Nabor, & Felix cum sociis in Sicilia, videntur alii à Mediolanensibus. Mss. Romana monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Aquilegia Fortunati, Agatha Virginis, Naboris, & Felicis.* Item hi sunt alii.

(d) *Aquilejæ Hermagoræ.* Aliis: *Armigeri, Armageri, Armagri.* Petr. de Natal. *Hermachora, & Hermachores.* Martyrolog. Epternacen. *In Aquileja, Fortunati & Armigiri.* Martyrol. Corbejen. *Armageri.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Armigeri.* Martyrolog. Bluman. *Armagri.* Mss. Tornacen. monasterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *In Aquileja passio Fortunati.* Mss. Barberinian. *Et Armogeni*: Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ sine palestra, auspicatur: *Hermagonæ Episcopi, & Fortunati Diaconi*: Rectiùs quidem *Hermagora* proferendum.

(c) *Lucę in Tuscia Paulini Episcopi cum Sociis.* Luca urbs Hetruriæ antiqua, apud Auserem fluvium, & Sarculum, media inter Lunam urbem excisam, & Volaterras. De Peregrinis: *In Tuscia Civitate Luca Beati Paulini ejusdem Civitatis primi Episcopi, qui sub Nerone in radice montis Pisani, post multos agones, martyrium suum consummavit.* Subducit *cum aliis Sociis.*

(i) *Viventioli Episc.* Nonnulli: *Inventioli.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. laudata: *Lugduno Gallia Vincentii Episcopi.* Ms. Barberinian. Roman. *Viventioli.* Beda: *Inventioli.*

Disceptatio HistoricoLitteralis.

(b) *Mediolani SS. Martyrum Naboris, & Felicis.* Notker. ad 10. Julii: *VI. Idus In Africa Januarii, Martini, Naboris, & Felicis, ob costantiam Christianæ fidei decollatorum.*

Eminentiss. Baron. in not. suadet, Naborem, & Felicem cum Sociis ea die memoratos, esse alios a Nabore, & Felice hujus diei; hi Mediolani in Italia, illi verò in Africa passi sunt.

Copiosiùs quæ loquimur cogitate. S. Augustin. Homil. Luc. c. 7.

Sed hoc planè est de quo vertitur quæstio, & Notkerus ita asserit eosdem esse, ut addat; *quorum Corpora postea Mediolani translata sunt.* Ex quo rursùs testatur, eam diem fuisse natalis, & consummati agonis, & hæc dies est Translationis, qui demum refert: *IV. Idus Julii Mediolano Translatio Sanctorum Martyrum Naboris, & Felicis, qui VI. Idus Julii cum Januario, & Marino in Africa decollati sunt, hoc die Mediolani sunt translati, de quibus, Beatum Victorem in passione sua credo supplicasse, nè separes me Domine à Civibus meis, Martyribus tuis Nabore, & Felice.*

Nec refragatur producere Naboris, Felicis, & Sociorum Acta penès Mombritium, & Petrum de Natal. ferre, eos Martyres in Africa post multa tormenta capite truncatos, extra Urbem Laudensem prope Fluvium Celeram, seù potiùs Silarum hac die IV. Idus Julii sepultos: Rursùs Dissertatio septima Italica de Civitate Laudensi, Defendentis Lodii pag. 351. antiquam traditionem exhibet cum nova Epigraphe restitutam, qua asseritur, Naborem, & Felicem Milites, qui Mediolani hac die coluntur, non esse eosdem, qui in Africa Martyrium consummarunt. Demum Paulinus in vita S. Ambrosii, & ante inventionem SS. Gervasii, & Protasii testatur, Naboris, & Felicis Corpora Mediolani antiquo tempore jacuisse, & venerata esse, ut Baronius in notis.

Nam totum id non obstat, quin potuissent iidem esse, quum ex Africa, aut ex Urbe Laudensi, ubi sepulta, dein Mediolani translata fuere; hìnc Maurolyc. hæsitans in suo Martyrologio, solerter scripsit, uti quoque referendum videtur, si Sapientioribus placuerit: *Mediolani Sanctorum Naboris, & Felicis, & Sociorum, ex Africa transvectorum, vel qui Mediolani jubente Maximiano in equuleo, flagris, ungulis, & facibus cruciati juxta portam Laudensis urbis similiter decollati, ac tumulati sunt.*

xiv. E — Tertio Idus Julii. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

ROmæ sanctì Anaclèti Papæ & màrtyris, qui post sanctum Clemèntem Ecclèsiam Dei regens, eam gloriòso martyrio decoravit. (*a*) Eòdem die sanctòrum Joèlis, & Esdræ Prophetàrum. (*b*) In Macedònia beàti

(a) *Anacleti*. Martyr ann. 112. Baron. eo ann. n. 1. An. 95. Pagi t. 1. ad an. 100. nu. 41. Die 20. April. Ms. Treviren. Sancti Martini. Die 26. Ado, Notkerus, et nonnulla Mss. Adonis.

(b) *Joelis, & Esdræ*. Circ. 707. *Joelis*. Circ. 550. *Esdræ* ante Christum nat.

beàti Silæ, qui cùm esset unus de primis fràtribus, & ab Apòstolis ad Ecclèsias Gèntium unà cum Paulo & Bàrnaba destinàtus, prædicatiònis officium gràtia Dei plenus instànter consummàvit, atque in passiònibus suis Christum clarificans, pòstmodum requièvit. (*c*) Item sancti Serapiònis màrtyris, qui sub Sevèro Imperatòre, & Aquila Præside per ignem pervènit ad corònam martyrii. (*d*) In ìnsula Chio sanctæ Myropis màrtyris, quæ sub Dècio Imperatòre, & Numeriàno Præside vèctibus contùsa, migràvit ad Dòminum. (*e*) In Africa sanctòrum confessòrum Eugènii Carthaginènsis Epìscopi, fide àc virtùtibus gloriòsi, & univèrsi cleri ejùsdem Ecclèsiæ, qui ferè quingènti, vel eò àmpliùs in persecutiòne Vvandàlica sub Hunnerico Rege Ariàno cæde inediàque macerati (inter quos plùrimi erant lectòres & infàntuli) gaudèntes in Dòmino procul exìlio crudèli extrùsi sunt. Erant ètiam in eis nobilìssimi archidiàconus nòmine Salutaris, & Muritta secùndus in officiò ministròrum, qui tèrtiò confessòres effècti, gloriòsæ in Christo perseverántiæ titulo illustràti sunt. (*f*) In Britànnia minòri sancti Turiàni Epìscopi & confessòris, miræ simplicitàtis & innocèntiæ viri. (*g*)

(c) *Silæ*. Die 30. Julii Græci in Menologio.

(e) *Myropis*. Martyr sub Decio ann. 253. Baron. in not. ad oram marginal. An. 258. Pagi to. 1. ad an. 252. n. 2. Die 3. Decembr. iterum Græci.

(f) *Eugenii Episcop.* Martyr an. 495. Baron. eo an. n. 26. An. 504. Pagi t. 2. ad an. 495. n. 8. Die 5. Jan. Mabillon. t. 3. veter. Analect.

(a) *Baron. an. 112. n. 1. Optat. contra Parmen. lib. 2. S. Augustin. Epist. 85. S. Irenæus lib. 3. c. 3. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 3. c. 2. & Nicephor. Episc. in Chronic.* (b) *Baron. in not. S. Epiphan. lib. de vit. & inter. Prophet. c. 14. Dorotheus in Synop. c. 4. S. Hieronym. in præfat. in Joelem, & Joseph Antiq. lib. 11. cap. 5.* (c) *Baron. an. 51. n. 14. & seq. & S. Hieronym. Epist. 143. in fine.* (d) *Baron. an. 206. n. 27. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 480. n. 5. ann. 484. per totum, & an. 495. n. 26. Victor Uticens. de persecut. Vvandal. lib. 2. & 3. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 2. c. 3. & Segebert. in Chronic. an. 483. & an. 487. & Mabillon. t. 4. veter. Analect.* (g) *Baron. in not.*

Cor sapientis erudiet os ejus. Prov. 16.

(a) *Anacleti*. Aliqui *Cletum*, & *Anacletum* non sejungunt. Græci omnes Anacletum ponunt pro Cleto, quem prætereunt.

(c) *In Macedonia Silæ*. Macedonia, Europæ ingens Provincia inter Jonium Mare ab occasu, & Ægæum ab oriente. Aliqui *Silvani*, ex S. Hieronym. Epist. 143. ad Damas. Græci quidem Silam, & Silvanum discriminant, & Dorotheus Silam Episcopum Corinthiorum fuisse tradit, Silvanum verò Thessalonicensium.

(d) *Item Serapionis Martyris*. Martyrolog. Epternacen. *In Alexandria Serapionis, & Trofime, Mellei, Evangeli, Atali, Senonis, Propoli, Menei Presbyteri, Trophimæ Virginis*. Martyrolog. Corbejen. *In Alexandria Serapionis, Tropomei, Melei, Evangelii, & Propoli, Attali, Golonis, Menei Presbyteri, Tropimia Virginis, Macrobii*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Serapionis. Tropimei, Melei, Evangeli, & Propoli, Attali, Zenonis, Propili, Menei Presbyteri, Trofinæ Virginis*. Martyrolog. Bluman. *Menei Presbyteri, Trofeme Virginis*. Ms. Monasterii Sancti Cyriaci Romæ: *In Alexandria SS. Serapionis, Attali, Zenonis, & Trophimę*. Ms. Vaticanum: *Trophimi*. Ms. Attrebaten. *In Alexandria Serapionis, Trophimi, & Menei Presbyteri*. Ms. Barberinian. Roman. *In Alexandria SS. Serapionis, Melelei, Attali, Zenonis, Nasei, Trophimi, & Menei Presbyteri*. Mss. Tornacen. & Lætien. nulla præsignata palestra: *Sanctorum Serapionis, Attali, Zenonis*. At hic Serapio Alexandrinus comperitur alius ab eo, qui in Romano Martyrolog. Alexandrinus apud Galesinium Martyr sub Decio. Macedonensis verò sub Severo, ut Romanum Martyrolog. & Græci in Menologio.

Labia sapientis disseminabunt scientiam. Prov. 16.

(f) *In Africa Eugenii Episc.* Calendar. Eccles. Carthaginens. *Nonas Januarii depositio Sancti Deogratias, & Eugenii Episcoporum*.

Cardinal. Baron. ad an. 495. num. 26. & in not. sub Hunnerico hunc Sanctum Carthaginensem exulem obiisse tradit, ex Gregor. Turonen. lib. 2. c. 3. de gest. Francor. Pagi verò tom. 2. ad eumdem annum 495. n. 7. primùm sub Hunnerico, dein à Tragamundo in exilium missum, & sub quo defunctum, atque diversis temporibus hac pœna affectum ostendit, ex quo videtur Turonensem hoc secundum Eugenii exilium cum priori perturbasse.

(f) *In Africa Sanctorum Confessorum; Inter quos plurimi erant Lectores, & Infantuli.*

Disceptatio Historico-Litteralis.

Antiqua Martyrologii Romani lectio, nempe *Lectoris, & Infantuli*, sine particula & conjunctiva, proferebat *Lectores Infantuli*, à Sancti Victoris Uticensis historia excerpta lib. 4. pag. 43. undè in margine de anno 1605. veluti rejectitiam Cardinal. Baronius ablegavit.

Eminentissimus tamen Baronius in notis persuadere nititur, hanc posteriorem lectionem pro illa tenendam, primùm, quia ordo Lectoris in Ecclesia Africana non nisi provectæ ætatis, meritis insignibus, & personis eruditione claris dabatur; ut ex Cypriano de Celerino, & Aurelio Epist. 33. & 34. edit. Pamel. & de Saturo Epistol. 24. & 32. qui (ut apparet ex Epist 55.) posteà fuit Acolytus ordinatus. Secundò de Lectoris ministerio in eadem Africana Ecclesia est can. VIII. Concilii Carthaginensis, qui enim Cantoris munere fungebantur, erant infimæ classis, qui propriè non dicebantur Lectores, sed Psalmistæ, ut ex Concilio Carthaginensi 4. can. 10. Igitur magis probatur ea lectio, ut dicat *Lectores, & Infantuli*, quàm *Lectores Infantuli*, ut legit Usuardus.

Ast quamvis verum id, quod Baronius adnotat; non inde elicitur hos Lectores non fuisse pueros. Beatus namque Victor in commendatissimis exemplaribus Parisiensis editionis sic habet loco laudato; & in Concilio 3. Carthaginensi can. 19. sancitum legitur, *ut Lectores usque ad annum pubertatis legant*; Quemadmodum in Ecclesia Africana, usque ad pubertatis annos pueri penè Infantuli legebant, & idem Sanctus Victor lib. 3. præadducto, quando ea verba insculpsit, *Infantulus* inquit *dicitur ætatis circiter annorum septem*. Et quidem hisce temporibus parvulos cernimus in quàmplurimis Ecclesiis septenarios legere, & Psalmos canere: quamobrem in antiquo Rituali libro Neapolitanæ Ecclesiæ hæc habentur: *Item primas Lectiones cum primo Responsorio debent dicere Clerici Parvuli*. Verùm non dicendi Lectores ea significatione, qua vult Baronius, cui ea omnia, quæ ex Concilio Carthaginensi affert, facilè concedendo: modò vicissim, ut etiam ille concedat, hos duodecim pueros, quos Romanum Martyrologium *Lectores* vocat, fuisse penè Infantulos, atque ideò, si præditi majori sapientia censuerint, ut ab ejusdem Martyrologii lectione hæc dubietas expungatur, pronuncietur: *Inter quos plurimi erant Lectores gaudentes, &c.*

xiij. F Pridie Idus Julii. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7

A B C D E F F G H M N P

8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

Lugdùni depositio sancti Bonaventùræ Cardinàlis, & Episcopi Albanènsis, confessòris & Doctòris, Ordinis Minòrum, doctrìna & vitæ sanctitàte celebèrrimi. (a) Romæ sancti Justi mìlitis sub Clàudio Tribùno, qui, apparènte sibi divìnitus Cruce, crèdidit in Christum, & mox baptizàtus òmnia sua paupèribus erogàvit: tentus deìnde à Magnètio Præfècto, verberàri nervis, gàlea ignita còntegi, & in rogum immitti jussus, nec in capillo quidem læsus, in confessiòne Domini rèddidit spìritum. (b) Synòpe in Ponto sancti Phocæ màrtyris, ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui sub Trajàno Imperatòre càrcerem, vìncula, ferrum, ignèmque pro Christo sùperans, evolàvit in cœlum: cujus relìquiæ Viènnam in Gàllia delàtæ, in Basìlica sanctòrum Apostolòrum cònditæ sunt. (c) Alexandrìæ sancti Hèraclæ Antìstitis, ob cujus celebèrrimam opiniònem Africànus historiògraphus mèmorat se Alexàndrìam ad eum visèndum properàsse. (d) Carthàgine sancti Cyri Epìscopi, in cujus festivitàte sanctùs Augustìnus de eo sermònem ad pòpulum hàbuit. (e) Novocòmi sancti Felicis primi ejùsdem civitàtis Epìscopi. (f) Brìxiæ sancti Optatiàni Epìscopi. (g) Davèntriæ in Belgis sancti Marcellini presbyteri, & confessoris. (h)

(c) *Phocæ*. Die 12. Septembris Græci. Die 21. Menologium Canisii.

(g) *Optatiani*. Circ. 450. Baron. in not. ad oram marginalem.

(a) *Baron. in not. & Chronic. Ordin. Minor.* (b) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (c) *Baron. an. 114. n. 4. Petr. in Catal. lib. 6. c. 98. Mombrit. t. 2. prior. edit. Combefit. in not. ad Asterium in Auctar. Græc. Lat. Bibliothecæ Patrum.* (d) *Baron. an. 197. n. 16. & an. 222. n. 3. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 6. c. 12. 14. 24. & 28. ac Nicephor.* (e) *Baron. an. 303. n. 73. & Possidius in Indiculo c. 8.* (f) *Baron. an. 397. n. 61.* (g) *Baron. in not.* (h) *Baron. an. 697. n. 12. & Molan. Addit. ad Usuard. & in Indicul. Sanctor. Belgii.*

In omni animo accede ad ſapientiam. Eccl. 6.

(b) *Romæ Justi Militis*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi alium Justum Lugduno Galliæ Epiſcopum hac ipſa die efferunt: Adſtipulanturque Mss. Romana Monasterii S.Cyriaci,& Vatican. S.Petri: *In Gallia natale S. Justi Episcopi, & Confessoris*. Martyrol. Veiſſemburgenſe: *Lugduno in Gallia S. Justi Episcopi, & Confessoris, Amici Episcopi*. Ms. Barberinian. Roman: *Lugduno Galliæ depositio Sanctorum Justi, & Amati Episcoporum*. Alius quoque Juſtus, qui hac ipſa die Lugduni in pace quievit, apud Maurolyc. Petrum de Natal. & Raynaudum Indicul. SS. Lugdunenſium.

(c) *Synope in Ponto Phocæ*. Martyrolog. Antuerpien. ſeù Epternacen. ſine paleſtra: *Et alibi Foca Episcopi*. Martyrolog Corbejen. Lucen. & Bluman. *Et alibi Foci Episcopi, & Confessoris*. Notker. *In Ponto S. Phoca, sivè Phocatis Episcopi Synopis, qui sub Trajano Imperatore, Præfecto Africano carcerem, vincula, ferrum, ignem pro Christo superavit.*

Cardinal. Baron. in notis duos Phocas agnoſcit, alterum ex Nauta Epiſcopum, de quo hac die, alterum hortorum cultorem, Antiochiæ paſſum, de quo ad 5. Martii, & de utroque Græci ad 22 Septembris; undè Baronius exiſtimat, Aſterium Epiſcopum in Oratione de Phoca, unum cum alio confudiſſe; Combefiſius tamen in not. ad Encomium Aſterii de Martyre Phoca in Auctario Græc. Latin. Bibliothecæ Patrum duos Phocas in Ponto, & Synopi Martyres ex Menologio Græcorum adnotat, quorum alter Olitor, de quo Aſterius, ad Synopis Iſthum ſepultus in propria domo, & horto, ubi obviis hoſpitalitatem exercebat, ab hoſpitibus ipſis capite truncatus; alter ex Piſcatore Epiſcopus, quem hac die Roman. Martyrologium memorat, cujus Acta Petr. de Natal. & Mombrit. At præter hos duos legitur tertius, Martyr Antiochiæ, ut Romanum Martyrologium ad 5. Martii, & S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. ca. 99. de hoc Florentin. vir eruditus admonet ea die 5. Martii, omnia eſſe in obſcuro; & quòd ab Uſuardo, Notkero, aliiſque, contra venena virtus ei tribuatur; quamobrem Henſchen. & Papebroch. in Act. SS. tom. 1. ad 5.Martii tres Phocas proſtant, unum Hortulan. alterum Epiſcopum Antiochenum, & tertium Epiſcopum Synopenſem, de quo Galeſin. ad 10. Julii. Phoca vero in laudatis Codicibus incerto loco hac die ſignatus: *Alibi S. Focæ Episcopi*, facilè Synopenſis fuit, quem cum Phoca Olitore Græci ad 22. Septembris colunt, ut in Menologio Caniſii.

Sapientiæ ſta ut omnem narrationem poſſis audire. Eccl. 6.

(d) *Alexandriæ Heraclæ Antistitis*. Martyrolog. Corbejen. *In Alexandria Anthioti, Marii, Dagiona, Menesidei, Numoris, Petrigummi*. Martyrol. Epternacen. *In Alexandria Antioci, Mari, Dagioni, Menesidia; Namoris, & Mamaris, Petri, Gummi*. Martyrologium Hieronym. Lucen. *In Alexandria Anthioci, Mari, Dagioni, Menesidei, Namoris, Mammari, Petri, Gummi*. Martyrolog. Bluman. *In Alexandria Antiochi, Maridagions, Menesi, Dici*.

(h) *Daventriæ in Belgis Marcellini Presbyteri*. Daventria *Deuventer*; urbs Tranſiſelanæ Provinciæ in Germania inferiori primaria, ad Foſſæ Druſianæ citeriorem ripam: *Marcellini Presbyteri*. Præter Molanum Addit. ad Uſuard. tantùm in vita S. Suitberti Epiſcopi c. 14. agitur de ipſo.

xij. G Idibus Julii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

Bambèrgæ ſancti Henrìci Primì Imperatòris, qui cum uxòre ſua Chunegùnde perpètuam virginitàtem ſervàvit, & ſanctum Stèphanum Hungaròrum Regem cum univèrſo ferè ejus regno ad fidem Chriſti ſuſcipièndam perdùxit. (*a*) In Portu Romàno natàlis ſanctòrum màrtyrum Eutròpii, Zòſimæ, & Bonòſæ ſoròrum. (*b*) Carthàgine beàti Catulìni

(a) *Henrici.* Obiit ann. 1024. Baron. eo an. n. 8. An. 1002. Pagi t. 4. ad an. 1024. nu. 4. Die 9. Julii Pagi ibid. Die 13. Mart. Kalendar. historic. Felicis.

(h) *Jacobi Episc.* Die 31. Octobr. Græci in Menolog. Sirleti, & Canisii.

diàconi, de cujus làudibus sanctus Augustinus sermònem ad pòpulum hàbuit; & sanctòrum Januàrii, Florèntii, Jùliæ, & Justæ màrtyrum, qui pòsiti sunt in Basilica Fausti. (*c*) Alexandriæ sanctòrum màrtyrum Philippi, Zenònis, Nàrsei, & decem infàntum. (*d*) In insula Tènedo sancti Abudèmii màrtyris, qui sub Diocletiàno passus est. (*e*) Sebàste sancti Antiochi mèdici, qui sub Hadriàno Præside càpite obtruncàtus est: cùmque ex eo lac pro sànguine manàret, Cyrìacus càrnifex convèrsus ad Christum, & ipse martyrium sùbiit, (*f*) Papiæ sancti Felicis Epìscopi, & màrtyris. (*g*) Nìsibi natàlis sancti Jacòbi, ejusdem urbis Epìscopi, magnæ sanctitatis viri. Hic miràculis & eruditiòne clàrus, unus fuit ex nùmero confessòrum sub persecutiòne Galèrii Maximiàni, qui in Nicæna Synodo perversitàtem Àrii, homoùsii oppositiòne, damnàrunt: cujus, & Alexàndri Epìscopi oratiòne ipse Àrius condignam suæ iniquitàtis mercèdem, effùsis viscèribus, Constantinòpoli recèpit. (*h*) Neàpoli in Campània sancti Athanàsii, ejusdem civitàtis Epìscopi, qui ab ìmpio nepòte Sèrgio multa passus, ac sede pulsus, Vèrulis confèctus ærùmnis migràvit in cœlum, tèmpore Càroli Calvi. (*i*) Panòrmi invèntio còrporis sanctæ Rosàliæ vìrginis Panormitànæ, quod Urbàno Octàvo Pontifice Maximo repèrtum divìnitus, anno Jubilæi Sicìliam à peste liberàvit.

(a) *Baron. an. 1024. n. 8. Sigebert. de vir. illustr. c. 139. Herman. Contract. in Auctior. Chronic. Chronograph. Hildensheimens. Adelbold. Episc. aliique.* (b) *Baron. an. 270. n. 15. & an. 275. n. 4. & Petr. in Catal. lib. 12. n. 194.* (c) *Baron. in not. Possid. in Indiculo c. 9. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 103,* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. ibidem, & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. item in not. Græci quoque in Menolog. Lippoman. c. 7* (g) *Baron. in not. & Galesin.* (h) *Baron. an. 325. n. 26. & an. 338. n. 25. Theodoret. in Theophilo c. 1. & hist. lib. 1. c. 7. & lib. 2. c. 30. Gennad. de vir. illust. c. 1. Niceph. lib. 8. c. 14. & lib. 9. c. 28. Sur. t. 7. & lib. 1. hist. Eccles. c. 7. & Petr. de Natal. lib. 5. c. 102.* (i) *Baron. an. 870. n. 4. Paul. Regius de SS. Regni Neapolis. & Anton. Caracciol. ex Cler. Regularib. de Sacr. Regni Neapolitan. Monument.*

Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt. 2. ad Timoth 3.

Idibus Julii. Omnia ferè Martyrologia, ut Cameracen. & Leodien. apud Molan. in not. ad Usuard. hac die, item Mss. Pulsanen. Peschien. Patricianum, & Beneventan. penès Clericos Regulares SS. Apostolorum Neapoli hac die efferunt: *Commemoratio, sivè Festivitas divisionis Apostolorum*. Mss. Divionen. Barberinian. Roman. Vatican. S. Petri, & Monasterii S. Cyriaci; *Divisio Apostolorum duodecim*. Ms. Tornacen Monasterii S. Martini: *Ad prædicandum*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ; *Divisio prima Apostolorum duodecim ad prædicandum, quando ipse Dominus Jesus ante passionem suam misit eos ad prædicandum, & Evangelizandum Regnum Dei, præcipiens eis, & dicens: In viam Gentium nè abieritis, & in Civitate Samaritanorum nè intraveritis*. De hac divisione Rufin. in exposition. Symbol. Apostol. Vvicelius in Hagiologio, & Tertullian.

(b) *In Portu Romano Eutropii, Zosimæ, & Bonosæ Sororum*. Martyrolog. Epternacen. *Romæ in Portu Eutropi, Zosimæ, & Honorore Sororum*. Martyrolog. Corbejen. *In Portu Romano, hoc est in Hiselea, Eutropii, Zosimi, & Bonosæ Sororis ejus*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Zosimi, *Zosomæ, & Bonosæ Sororum*. Martyrol. Bluman. pro in Hiselea, *in Hisela*.

Argue in omni doctrina. 2. Timoth. 3.

(c) *Carthagine Catulini Diaconi, Januarii, Florentii, Juliæ, & Justæ*. Ms. Roman. Barberinian. *Carthagine S. Catulini Diaconi*; nil aliud. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Civitate Carthaginis Catholini Diaconi, Januari, Florenti, Polentanæ, Julia, & Justa*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Civitate Carthagine Catholini Diaconi, & reliquorum Martyrum, qui requiescunt in Basilica S. Fausti, Januariæ, Florenti, Pullutana, Juliæ simul, & Justæ*. Martyrolog. Hieronymian Lucen. pro Florentii, *Forentii*, & Martyrolog. Bluman. *Florenti*. De Basilica Fau-

sti,

sti, hæc celebris est in Conciliis, & à Victore Uticensi memorata.

(d) *Alexandriæ Philippi, Zenonis, Narsei, & decem infantum*. Martyrologia Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Bluman. pro Narsei, *Nasei*. De Peregrinis: *Narcissi*. Martyrolog. Roman. Barberinian. *In Alexandria natale SS. Philippi, Zenonis, Nasei, & decem Sororum*. Martyrologium Epternacen. seù Antuerpien. *In Alexandria Philippi, Zenonis, Sisinni, Eutropi, Zosimi, Bonosa, & Infantum decem*. At Eutropius, Zosimus, & Bonosa in Portu Romano leguntur; nisi alii. Florentinius videndus.

(e) *In Insula Tenedo Abudemii Martyris*. Tenedus *Tenedo* vulgò, Insula Maris Ægæi apud Hellespontum, Troadis continenti valde propinqua. Ibi fontem circa Solstitium æstivum à III. noctis hora in VI. exundantem, cæterùm exiccari, auctor est Plinius: *Abudemii*. Aliis: *Abundemii*, *Abedemis*, *Abidemi*; at Acta in Menologio Græcorum *Abudemii*, & sub Diocletiano.

(g) *Papiæ Felicis Episcopi, & Martyris*. Cardinal. Baron. in notis tabulas Ecclesiæ Papiensis advocat. At is in Catal. Episcoporum Papiensium haud reperitur; neque quis hujus nominis Papiæ passus legitur. Ferrar. novæ Topographiæ ad Roman. Martyrolog.

(h) *Nisibi Jacobi*. Nesibis *Nisbia*, urbs Mesopòtamiæ ad Migdonium fluvium interluentem, ac paulò infra Tigridi congredientem, unde ipsa Antiochia Migdonia dicta. Nunc vix nomen Civitatis habet. Martyrolog. Corbejen. *In Syrmia Agrippini, Secundi, Maximi, Fortunati, Martialis, Jacobi Episcopi, Nisibini*. Martyrol. Epternacen. *In Sirmi Agrippini, Secundi, Maximi, Fortunati, Marcialis, & Jacobi Episcopi Nisiba*. Martyrol. Hieronym. Lucen. & Martyrol. Veissemburgense: *In Syrmia Agrippini, Secundi, Maximi, Fortunati, Marcialis, & Jacobi Episcopi Nisivii*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Sirmii, Agrippini, Secundi, Maximi, Fortunati, Martialis*. Mss. Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum S. Petri nullo præsignato loco: *Sancti Cyriaci, Philippi, Secundini, Martialis, & S. Jacobi Episcopi Nisibii*. Ms. Tornacen. S. Martini: *Eodem die S. Florentii, & S. Jacobi Episcopi, per quem Dominus multa signa fecit*. Ms. Lætien. Sancti Lamberti: *In Armenia S. Jacobi Episcopi, per quem Dominus multa signa fecit*.

Cardinal. Baron. in notis Græcos animadvertit de hoc Jacobo ad 31. Octobr. in Menologio. At præter Sirletum, & Canisium ea die in Menologio; In Syrorum & Græcorum Kalendario penès Genebrardum, & in Menologio Basilii non legitur.

(i) *Athanasii Episc*. Romæus putat esse unum eumdemque cum eo, qui Surrenti est Patronus; Capacius verò lib. 1. fol. 533. hoc negat. Adhæret Anton. Caracciolus Cleric. Regular. de S. Eccles. Neapolit. Monument. c. 35. sect. 5. Caracciolus ipse inspiciendus.

xj. A Decimoseptimo Kalendas Augusti. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
A B C D E *F* F G H M N P
10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

NAtàlis sancti Fausti màrtyris, qui sub Dècio cruci affixus, quinque dièbus in ea vixit, ac demum sagittis confòssus, migràvit in cœlum. (*a*) Sebàste in Armènia Sanctòrum màrtyrum Athenògenis Episcopi, & decem discipulòrum ejus sub Diocletiàno Imperatòre. (*b*) Antiochìæ in Syria natàlis beàti Eustàthii Episcopi, & confessòris, doctrìna & sanctitàte cèlebris, qui sub Constàntio Imperatòre Ariano ob Cathòlicæ fidei defensiònem Trajanòpolim Traciæ pulsus exilio, ibìdem in Dòmino requièvit. (*c*) Eòdem die sancti Hilarìni mònachi, qui unà cum sancto Donàto in persecutiòne Juliàni comprehènsus, cùm nollet sacrificàre, fùstibus cæsus, Àrètii in Tùscia martyrium sumpsit: cujus corpus ad Ostia Tiberina translàtum est. (*d*) Trèviris sancti Valentini Epìscopi, & màrtyris. (*e*) Còrdubæ in Hispània sancti Sisenàndi Levìtæ, & màrtyris, qui pro fide Christi à Sarracènis jugulàtus est.

(a) *Fausti*. Martyr an. 253. sub Decio. Baron. in not. ad oram marginal. An. 258. sub Decio Pagi t. 1. ad an. 252. n. 2. Die præced. Holstenius.

(b) *Athenogenis Episcop. & Soc.* Martyres ann. 311. Baron. eo an. n. 20. An. 312. Pagi tom. 1. ad an. 303. nu. 6.

(c) *Eustathii Episc.* Die 21. Februar. Menæa Græcorum, Menologium, & Maxim. Cythereus. Die 21. Maii Florar. Ms.

(h) *Domnionis*. Martyr ann. 306. sub Maximiano. Baron. in not. ad oram margin. An. 307. sub Maximiano Pagi tom. 1. ad an. 303. n. 6. Die 5. Januar. Ferrar. Catal SS.

est. *(f)* Santis in Gàllia sanctòrum màrtyrum Rainèldis vìrginis, & sociòrum ejus, qui à bàrbaris pro fide Christi cæsi sunt. *(g)* Bèrgomi sancti Domniònis màrtyris. *(h)* Càpuæ sancti Vitaliàni Epìscopi, & confessòris. *(i)*

(a) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (b) *Baron. an. 311. num. 20. 26. & 27. Græci in Menolog. & Metaphrast.* (c) *Baron. an. 325. n. 18. & 21. an. 340. nu. 28. an. 370. n. 24. & an. 374. n. 143. & 156. S. Athanas. Epist. ad Solitar. col. 453. & S. Hieronym. in Chronic. & de Script. Eccles. Epist. 84. ad Magnum, & Petr. de Natal. lib. 6. c. 104.* (d) *Baron. an. 362. n. 270. item Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & S. Hieronym. in Chronic. ad an. 303.* (f) *Baron. an. 851. n. 5. & S. Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 5.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 4. prior. edit. & Molan. Addit. ad Usuard. & in Indic. SS. Belgii, & Sigebert. in Chronic. ad an. 650.* (h) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Bergomen. & Galesin. hac die.* (i) *Baron. ibid. Breviar. Eccles. Capuan. & Ferrar.*

Audi verba Sapientum & redundabit in labiis tuis. Prov. 22.

(c) *Antiochiæ Eustatii Episc.* Martyrol. Hieronymian. Lucen: & Bluman. *In Antiochia Theodosi, Eustasi, Dionisi, & Theodoti.* Martyrolog. Epternacen. & Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *In Antiochia Theodosii, Eustasii, Dionysii.* Ms. Vatican. S. Petri percurrit *Theodosii.* Martyrolog. Corbejen. *Mediolano Theodosi, Eustasi, Dionysi, & Theodoti, Maximi.* Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ: *Antiochiæ Theodosii.* Petr. de Natal. huic Eustasio Episcopo tribuit titulum *Martyris* ex Adone, quoniam Catholicam fidem in Trajanopolim Civitatem Traciæ pulsus, ibi exul obiit: Usuardus tamen in suo Martyrologio *Confessorem* nuncupat, & strictiùs, uti & Notker.

(d) *Hilarini Monachi.* Plerique Codices sine addito *Monachi.* Beda genuin. *In Ostia natale S. Hilarini, qui &c.* De Peregrin. *In Ostia passio S. Hilariani Monachi, qui &c.* Martyrolog. Epternacen. *In Ostia Hilari.* Martyrolog. Corbejen. & Ms. Reginæ Sueciæ: *Hilarini.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Civitate Hostia Cyrici, Hilarini.*

Romanum Martyrologium panditat hunc Sanctum Hilarinum Socium in Martyrio fuisse S. Donati Aretii in Tuscia, atque Corpus ad Ostia Tiberina translatum: Petrus tamen de Natal. Hilarium vocat, quem refert passum in Civitate Hostia, & asserit Aretinum Civem fuisse, aliquando S. Donati Episcopi contubernalem.

(e) *Treviris Valentini Episcopi, & Martyris.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Cæsarea S. Pauli, cujus gesta habentur, & S. Valentini, Theonis, Diocletii.* Martyrol. Bluman. seù Veissemburgense: *Et alibi Valentini, Theoni, Diocletis.* Martyrolog. Corbejen. *Thonis.* Martyrol. Antuerpien. seu Epternacen. *Et Alibi Valenti, Ntoni, Coclei.* Ms. Roman. Barberinian. nulla loci nota: *Et natale SS. Valentia, Terna, Diocletis.*

(g) *Santis in Gallia Raineldis Virginis* Sautæ *Santon*, Oppidum Belgii, seù Germaniæ inferioris, apud Rhenum in Cliuiæ Ducatu perantiquum inter Ficeliam, Vvesalim inferiorem, & Calcariam Urbes proximas ejusdem Ducatus: à Trojanis conditum, & *Xanthus* appellatum creditur, quod alii *Vetera*, apud Tac. & Anton. Aug. dici putant: *Raineldis, & Sociorum, qui à Barbaris cæsi.* Baron. in not. ad oram marginalem Circ. ann. 660. Acta tamen apud Surium à Baron. in iisdem not. accita ferunt: *Sub Hunnis anno Domini* 806. & addunt: *Sanctæ Amilbergæ filia, & S. Gudilæ Sororis.*

Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Prov. 24.

(h) *Bergomi Domnionis Martyris.* Ferrar. in utroque Catalogo ad 5. Januarii: *Bergomi in Gallia Cisalpina S. Domnoni Martyris.*

(c) *Antiochiæ in Syria B. Eustathii Episcopi, & Confessoris, qui sub Constantio Imperatore Ariano pulsus exilio &c.*

Disceptatio Chronologica.

Sozomenus, Socrates, Theodoretus, Philostorgius apud Suidam, aliique ferunt Constantino Augusto adhuc Imperium gerente è Sede Antiochena Eustathium pulsum fuisse. Et de Peregrinis suo Martyrolog. *Apud Antiochiam Syriæ B. Eustatii Episcopi & Confessoris, sub Constantino Principe pulsus &c.*

Eminentissimus Baron. ad an. 324. num. 43. & 340. num. 20. & in not. pro Romani Martyrol. assertione primùm affert Epistolam S. Athanasiii ad solitarios, quæ sub initio habet: *Fuit quidam Eustatius Episcopus Antiochiæ, vir Confessione clarus &c. quem homines Arianæ opinionis ita apud Constantium ficta calumnia accusarunt, quasi in matrem Principis contumeliosus fuisset.* Quod idem S. Hieronym. de Scriptor. Eccl. ex quo comperitur, Eustathium sub Constantio Constantini filio, & successore, è Sede Antiochena deturbatum fuisse.

Ast Valesius in not. ad Eusebium lib. 3. de vita Constantini admonet, in laudata Epistol. ad solitarios pro *Constantio* scribendum *Constantino*. Confusis quidem plerumque in Græcis auctoribus Constantii, & Constantini, Maximiani, & Maximini nominibus, ut mille exemplis exploratum. Nec S. Hieronym. præcitato loco quidquam Baronio

ronio suffragatur, quùm in antiquis editionibus de hoc Eustachio scriptum habetur, eodem Valesio: *Sub Constantino Principe missus est in exilium*. Adstruit ipsemet Constantinus sua Epistola perhibens testimonium, *se coram audivisse eum, qui totius seditionis auctor exstiterat*; Eustathium scilicet, quem ad Comitatum venire jussum, in Thraciam relegavit.

Baronius secundò advocat Theodoretum lib. 1. cap. 21. *Non anteà Eustathius è Sede expulsus, quàm Eusebius Episcopus Nicomedia in Episcopatum Constantinopolitanum, ejecto Paulo, translatus est*, ex quibus arguit: *Quomodo ad tempora Constantini rejicienda est Eustathii depositio, cùm ex Socrate, & Sozomeno constet, non ante hunc annum* (scilicet 340.) *Paulum loco Alexandri sedere cœpisse?*

Pagi tamen vir eruditus tom. 1. ad ann. 324. num. 28. ex præaducto Valesio in notis, ad eum locum Theodoreti, observat hunc Historicum perperam tradidisse Eusebium Constantinopoleos Episcopum tunc fuisse, quùm Eustathium Antiochenum è Sede sua exturbavit: quoniam Eusebius in Nicomediensi Episcopatu usque ad obitum Constantini perseveravit; qui ipsum Constantinum quippè Nicomediæ baptizavit, dum erat illius Urbis Episcopus, teste Hieronymo in Chronico, & Ammiano lib. 22. scribente: *Julianum Nicomediæ educatum ab Eusebio Episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat*. At quùm Julianus natus fuerit an. Christi 331. ipse Pagi eodem loco, nequivit Nicomediæ educari ab Eusebio, si jam ante illum annum, Nicomediæ Episcopatu relicto, ad Constantinopolitanam Sedem transierat, anno scilicet 340. ut ipse Pagi videndus. Alia plura de hac re subdenda: sed quùm non sit nostri juris in Historicos censorem agere, sed solùm tricam inter ipsos prodere; quæ ut in præsentiarum expungatur, saniorum judicio interjecto, dempto sub quo Imperatore Eusthatius in exilium missus, habetur: *Antiochia in Syria Beati Eustathii Episcopi, & Confessoris, doctrina, & Sanctitate celebris, qui ob Catholicam Fidei defensionem Trajanopolim Thraciæ pulsus exilio, ibidem in Domino quievit*.

x. B Sextodecimo Kalendas Augusti. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

ROmæ sancti Alèxii confessòris, filii Euphemiàni Senatòris, qui prima nocte nuptiàrum, sponsa intàcta, è domo sua abscèdens, ac post longam peregrinatiònem ad Urbem rèdiens, decem & septem annos, tanquam egènus in domo patèrna recèptus hospìtio, nova mundum arte delùdens, incògnitus mansit: sed post òbitum, & voce per Urbis Ecclèsias audìta, & scripto suo àgnitus, Innocèntio Primo Pontìfice Màximo, ad Ecclèsiam sancti Bonifàcii summo honòre delàtus est, ubi multis miràculis clàruit. (*a*) Carthàgine natàlis sanctòrum màrtyrum Scillitanòrum, Sperati, Narzàlis, Cythini, Vetùrii, Felìcis, Acyllini, Lætàntii, Januàriæ, Generòsæ, Vestìnæ, Donàtæ, & Secùndæ: qui jussu Saturnìni Præfècti post primam Christi confessiònem in càrcerem missi, & in ligno confixi, deìnde glàdio decollàti sunt. (*b*) Speràti autem relìquiæ cum òssibus beàti Cypriàni, & càpite sancti Pantaleònis màrtyris ex Africa in Gàllias translàtæ, Lugdùni in Basìlica sancti Joànnis Baptìstæ religiòsè cònditæ fuèrunt. (*c*) Amastrìde in Paphlagònia sancti Hyacìnthi màrtyris, qui sub Castrìtio Præside multa passus, quièvit in càrcere. (*d*) Tìbure sancti Generòsi màrtyris. (*e*) Constantinòpoli sanctæ Theòdotæ màrtyris, sub Leòne Iconoclàsta. (*f*) Romæ deposìtio sancti Leònis Papæ Quarti. (*g*) Papiæ sancti Ennòdii Epìscopi & confessòris. (*h*) Antissiodòri sancti Theodòsii Epìscopi. (i) Me-

(a) *Alexii*. Die 27. Februar. Flor. Ms. Bolland. eo die. Die 16. Jun. Martyrolog vetustum nomine Beatæ. Baert. & Janning. ea die in Sanctis prætermissis. Die 17. Martii Græci.

(c) *Sperati reliquiæ in Gallias translatæ*. An. 806. Baron. eo an. n. 26. An. 802. Sigebert. Die 14. Septembr. Ado Trevirens.

(l) *Marinæ Virgin*. Die 8. Molan. Addit. ad Usuard. Ferrar. et Metaphr. Die 12. Februar. Græci in Menæis. Die 18. Junii Florar. Ms.

(*i*) Mediolàni sanctæ Marcellinæ vìrginis, soròris beàti Ambròsii Episcopi, quæ Romæ in Basìlica sancti Petri à Libèrio Papa velum consecratiònis accèpit: cujus ètiam sanctitàtem idem beàtus Ambròsius scriptis suis testàtam facit. (*k*) Venètiis Translàtio sanctæ Marinæ virginis. (*l*)

(a) *Baron. an.* 1004. *n.* 8. *Mombrit. t.* 1. *Lippoman. t.* 7. *Sur. t.* 4. *prior. edit. Petr. in Catal. lib.* 6. *c.* 107. *& alii Complures*. (b) *Baron. an.* 202. *per totum, Possidius in Indiculo cap.* 9. *& Petr. de Natal. lib.* 6. *c.* 210. (c) *Baron. an.* 806. *n.* 46. *Sigebert. in Chronic. ad an.* 802. *& Pagi t.* 4. *ad an.* 806. *n.* 16. (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die*. (e) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Tiburtinæ*. (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (g) *Baron. an.* 324. *nu.* 101. *& an.* 847. *n.* 13. *& Petr. in Catal. lib.* 6. *c.* 106. (h) *Baron. in not.* (i) *Baron. ann.* 307. *n.* 23. (K) *Baron. an.* 383. *n.* 17. *& an.* 397. *n.* 45. *& S. Ambros. lib.* 3. *de Virginib.* (l) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 6. *c.* 108. *& vit. Patrum par.* 1. *c.* 44.

Ne auferas de ore meo verba veritatis usquequaque. Psalm. 118.

(a) *Romæ Alexii Confessoris filii Euphemiani Senatoris &c.* De Peregrinis sine loci præsignatione: *Eodem die S. Alexii Confessoris*. Nil aliud. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. tantùm *Romæ* præsignant.

(b) *Carthagine Sanctorum Martyrum Scyllitanorum Sperati, Narzalis, Cythini, Veturii, Felicis, Acyllini, Lætantii, Januariæ, Generosæ, Vestinæ, Donatæ, Secundæ*. Scyllacium urbs antiqua magnæ Græciæ maritima ad Scyllacæum sinum inter duo Maria. Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *In Carthagine Generosæ, Januariæ, & Sicilitanorum*. Martyrolog. Epternacen. & Corbejen. pro Sicilitanorum, *Scilitanorum*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Carthagine SS. Martyrum Sperati, Martialis, Cithini, Veturii, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii, Generosi, Vestinæ, Donatæ, Secundæ*. Beda genuin. *In Carthagine Scillitanorum, idest Marcialis, Cithii, Vesthurii, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii, Generosi, Vestæ, Donatæ, & Secundæ &c.* Ms Divionen. pro Vesthurii, *Urii*. Ms. Attrebaten. pro Generosi, *Generosæ*, & Ms. Barberinian. Roman. prò Vestæ, *Vastæ*. Calendar. antiquissimum Eccl. Carthaginensis: *Decimo quinto Kalend. Augusti Sanctorum Scilitanorum*. Mabillon. tom. 3. Analect. De Peregrin. *In Carthagine Sanctorum Martyrum Scilitanorum Sperati, Nathalis, Cytini, Bethurii, Felicis, Aquilini, Letarii, Januarii, Generosæ, Bessinæ, Donatæ, & Secundæ*.

(d) *Amastride in Paphlagonia Hyacinthi Martyris*. Amastris, *Famastro*. Urbs Paphlagoniæ, nunc *Belli* dicta, olim Episcopalis, & inter primas ejus Regionis, apud Parthenii fluminis ostia, ab Heraclea ejusdem oræ Civitate in ortum tridui itinere distans: *Hiacinthi Martyris* Apud Græcos cultus, ut in eodem Menologio; & Baronius in not. alios non advocat nisi Græcos in Menologio.

(e) *Antisiodori Theodosii Episcopi*. Martyrolog. Epternacen. *Autisiodoro Theodori Episcopi*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Corbejen. *Autissiodoro depositio B. Theodosii Episcopi*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Antissiodoro Theodori Episcopi*.

Respondebo exprobrantibus mihi verbum. Psalm. 118.

(k) *Mediolani Marcellinæ*. Martyrolog. Antuerpien. seu Epternacen. & Hieronym. Lucen. ac Ms. Roman. Barberinian. & Notker. *In Mediolano S. Marcelli*. Martyrolog. Corbejen. ultrà: *Justini, & Nonni*. Verùm Marcellina est alia, & Soror S. Ambrosii, quam hac ipsa die Romanum Martyrol. pluresque alii venerantur.

(l) *Venetiis Translatio S. Marinæ Virginis*. Venetiæ *Venetia*, urbs Venetæ Regionis caput. Patriarchali dignitate post Aquilejæ, & Gradus excidium, condecorata. Urbs mirabilis intra stagna Hadriatica super palis palude maritima intermeante constructa, toto orbe terrarum nota. Emporium omnium gentium frequentia maximum, atque nulli Italicarum Urbium secunda. Hic *Translatio S. Marinæ Virginis*. Virili habitu Monasticam exercuit disciplinam, & Marinus dicta; obiit Achajæ die 18 Jun. Catal. SS. lib. 6. Ms. Vatican. nùlla loci nota, & *S. Alexii in Ap....* & *Marinæ*. Græci hac ipsa die in Menologio aliam Marinam Martyrem Antiochiæ Pisidiæ colunt, filiam Ædesii Sacerdotis Idolorum. Plerique tamen Latini Margaritam nuncupant.

Disceptatio Topographica.

(b) *Carthagine Sanctorum Martyrum Scillitanorum Sperati, Narzalis, Cythini, Veturii, Felicis Acyllini, Lætantii, Januariæ, Generosæ, Vestinæ, Donatæ, Secundæ*. Alii Codices diversimodè promunt: Hieronym. Lucen. *In Africa Aquilini, Speratæ, Chindini, Bituri, Azardi. In Carthagine Generosæ, Januariæ, & Sicilitanorum*. Martyrolog. Epternacen. *In Africa Aquilini Speratæ, Chindini, Bituri, Azardi, Menelampi, Zosimi, Carthaginæ Generosæ, Januariæ, & Scillitanorum*. Addubitandum modò, an omnes Martyres in Romano Martyrologio fuerint Charthagine, & *Scyllitani*.

Nec suffragatur obtrudere Martyres in præadductis Codicibus esse quidem alios, & nomine diversos à Martyribus Carthaginensibus, & Scyllitanis. Nam

Nam licèt nomine differant, nempè Narzalis, sivè Nazarii pro *Azardo*, Cythini pro *Chinuno*, Veturii pro *Biturio*, Acyllini pro *Aquilino*; nihilominùs hæc differentia est ita aliquantula, & levis, ut sanè consideranti iidem videantur: Adstipulanturque Usuard. Ado, à Baronio in notis acciti, & Notkerus, qui consimilia proferunt, non nihil quoque variatis nominibus.

Eminentissimus Baron. in Annalibus, & in notis advocat in medium Acta coram Saturnino, quæ prout excerpta à Notariis, & relata in Act. Proconsular. absque ullo aliquo fuco, vel additamento inde descripta, sincera putanda.

At in his Actis sanè inspectis nulla de Scyllitanorum Patria agitur memoria, ex qua hi Martyres possent dici Scyllitani. Item neque Acta Proconsularia ita sunt sincera, ut aliqua censura non indigeant. Adstare jubentur hi Martyres in Judicio forensi hac die 19. Julii, die verò sequenti ante Proconsulem sistuntur; spatio trium dierum ad resipiscendum illis concesso; & intra quatriduum consumpti: Et tamen hæc Acta ferunt: *Consummati sunt Christi Martyres mense Julio die septimo decimo*, ut rectè adnotant viri eruditi Pagi tom. 3. ad an. 806. num. 16. & Florentinius ad sui Martyrologii notas; undè, saltem quo ad dies adnotatos, aliqua emendatione indigent.

Si quis subderet, in Codicibus præadductis deficere ex Africanorum Choro *Generosam*, & *Januariam*, quæ in illa Carthaginensium Classe cum Scyllitanorum memoria collectivè aguntur.

Hoc solùm inferret, non omnes relatos Martyres Scyllitanos fuisse, aut ex Plebe Scyllitensi in Carthagine; id quod modò intenditur asseri; sed tantùm aliqua pars eorumdem signanda sit Carthagine, cujus memoria in Collation. Carthaginens. vel ex hujus nominis Insula, ut Petrus de Natal. & alia pars in Asia, vel in Africa; quamobrem ad eliminandam hanc nutationem, & sapientiores adjudicaverint, cautius quidem erit si cum antiquissimo Calendario Ecclesiæ Carthaginensis penès Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 398. aut: *Eodem die Natale Sanctorum Scyllitanorum*, aut subducto *Carthagine*, & to *Scyllitanorum*, proferatur: *Eodem die natale Sanctorum Martyrum Sperati, Nazarii, & Soc.*

ix. C Quintodecimo Kalendas Augusti. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

(a) *Symphorosæ, & filiorum septem*. Die 27. Julii Beda genuin. Die 29. Maii de septem filiis Usuard. Notker. aliiq;

(e) *Marinæ Virginis*. Die sequ. Thesaur. Concion. t. 2.

(h) *Arnulphi Episc.* Obiit hac die 18. Julii & Corpus translatum die 16. Augusti Baron. in not. Obiit die 16. Augusti, & Corpus translatum hac die 18. Julii Pagi t. 2. ad ann. 640. num. 16.

Tibure sanctæ Symphoròsæ uxòris sancti Getùlii màrtyris cum septem filiis suis, Crescènte, Juliàno, Nemèsio, Primitìvo, Justìno, Stactèo, & Eugènio: quorum mater sub Hadriàno Prìncipe ob insuperàbilem constantiam primò palmis diu cæsa, deinde crìnibus suspènsa, novìssimè saxo alligàta, in flumen præcipitàta est: filii autem stìpitibus ad tròchleas extènsi, divèrso mortis èxitu martyrium complevèrunt. Eòrum còrpora pòsteà Romam translàta, Pio Quarto Summo Pontifice in Diaconìa sancti Angeli in Piscinà invènta fuèrunt. (*a*) Carthagine sanctæ Gundènis vìrginis, quæ jussu Ruffini Procònsulis ob Christi confessiònem quater divèrsis tempòribus equùlei extensiòne vexàta, & ungulàrum horrènda laceratiòne cruciàta, càrceris squalòre diu afflìcta, novìssimè glàdio cæsa est. (*b*) Doròstori in Mysia sancti Æmiliàni màrtyris, qui tèmpore Juliàni Apòstatæ sub Capitolino Præside in fornàcem injèctus, martyrii palmam accèpit. (*c*) Trajècti sancti Friderici Epìscopi & màrtyris. (*d*) Gallæciæ in Hispània sanctæ Marìnæ vìrginis & màrtyris. (*e*) Mediolàni sancti Matèrni Epìscopi, qui sub Maximiàno Imperatòre pro fide Christi, & pro Ecclèsia sibi commìssa, in carcerem detrùsus, & sæpè verbèribus cæsus, tandem multis con-

 fess-

fessiònibus clarus obdormìvit in Dòmino. (*f*) Brixiæ natàlis sancti Philàstrii ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui advèrsùs hærèticos, præsèrtim Ariànos, à quibus multas passus est, plùrimùm verbis scriptìsque pugnàvit, demum clarus miràculis, confèssor in pace quièvit. (*g*) Metis in Gàllia sancti Arnùlphi Epìscopi, qui sanctitàte & miraculòrum gràtia illùstris, eremìticam vitam dèligens, beàto fine quièvit. (*h*) Signiæ sancti Brunònis Epìscopi & confessòris. (*i*) Foropompìlii in Æmìlia sancti Rufilli ejùsdem civitàtis Epìscopi.

(a) *Baron. an,* 138. *n.* 4. *& seq. Mombrit. t.* 2. *& Petr. in Catal. lib.* 6. *c.* 3. (b) *Baron. an.* 205. *n.* 20. *Ado, & Tabul. Cassiodori.* (c) *Baron. ann.* 362. *n.* 87. *Græci in Menologio, Theodoret. lib.* 3. *c.* 6. *& Cassiodor. lib.* 6. *c.* 16. (d) *Baron. an.* 338. *n.* 4. *Molan. Indicul. SS. Belgii, & Sur. t.* 4. *prior. edition.* (e) *Baron. in not. Flos Sanctor. hispan. & Thesaur. Concion. tom.* 2. *die sequent.* (f) *Baron. an.* 303. *n.* 122. *Tabul. Eccles. Mediolanen. & Mombrit. t.* 2. (g) *Baron. an.* 374. *n.* 9. *& an.* 381. *n.* 83. *S. Augustin. de hæresib. ad Quodvuldeum, S. Ambros. in Serm. S. Gaudentii, Lippoman. t.* 2. *& Sur. t.* 4. *prior. edit.* (h) *Baron. an.* 631. *n.* 6. *Beda t.* 4. *Paul. Diacon. de gest. Longobard. lib.* 6. *c.* 5. *Sigebert. in Chronic. ad an.* 640. *& Mabillon. Sæcul.* 2. *Benedictin.* (i) *Baron. an.* 1079. *n.* 4. *& an.* 1111. *n.* 24. *Leo Ostiens. in Chronic. Cassinensi lib.* 4. *c.* 33. *& Petr. Diacon. lib. de vir. illustr. Monaster. Cassinen. c.* 34.

Oculus videns testimonium reddebat. Job 29.

(a) *Tibure Symphorosæ cum septem filiis suis, Crescente, &c.* Tibur *Tivoli* Italis; urbs antiqua Latii ad Anienem fluvium in colle sub altis montibus, inter quos amnis antedictus rapidus præcepsque in subjectam vallem defertur. Homento Vico Varronis propior, & sublaqueo, olim præclarior. Ms. Attrebaten. sine palestra: *S. Symphorosa cum septem filiis.* Mss. Romana Monasterii Sancti Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Romæ Simphorosa Matris septem Germanorum.* Nil aliud.

(c) *Dorostori in Mysia Æmiliani Martyris.* Dorostorum, & *Durostolum*, sivè *Dorostolon* aliis. Urbs inferioris Mysiæ juxta Danubium inter Oescum Triballorum caput, & Axium: nunc Pagus in Bulgaria. Sunt qui *Oristam* dici velint, sed *Drista*. Tirista est Ptolom. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *In Dorostoro Emiliani, Bassi, Maximi, Pauli, Secunda, Donatæ.* Martyrolog. Epternacen. pro Bassi, *Bossi.* Martyrol. Corbejen. subdit: *Marini, Justi.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holstenium: *Dorostori in Mysia Emiliani, Bassi, Maximi, Pauli, cumaliis duobus.*

(f) *Mediolani Materni Episcopi.* De Peregrinis: *Et Confessoris.*

(h) *Metis in Gallia Arnulphi Episc.* Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ. *In Galliis Silva Aquilina passio Arnulphi Episcopi.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Eodem die in Gallia Civitate Metis depositio S. Arnulfi Episcopi, & Confessoris.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Arnulfi Martyris.* Beda genuin. nullo præsignato loco: *xv. Kal. Natale S. Arnulfi Confessoris.* Florus, & Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *Cujus vita maxima extitit Sanctitatis.*

Cardinal. Baron. in not. alterum Arnulphum Suessionensem Episcopum ann. 1087. defunctum hac die exhibet, in quam utriusque natalis incidit: Pagi verò tom. 2. ad an. 640. nu. 16. fert eadem verba, quæ in Actis, & Baronius in notis ipsis: *Quo die Sancti Arnulphi Metensis Episcopi feriæ celebrantur eodem hujus Sancti viri Arnulphi Suessionensis in Ecclesia Beati Petri Apostoli conditum est.* Quare cum Arnulphus Suessionensis die 16. Augusti humatus fuerit, & eadem die Arnulphus Metensis transivit ad Deum, jam non hac die 18. ut Baronius disceptat.

Væh, qui ambulant post spiritum suum, & nihil viderunt. Transl. ex Hebr. S. Pagnini.

(a) *Tibure Sancta Symphorosa cum septem filiis suis, Crescente, Juliano, Nemesio, Primitivo, Justino, Stacteo, & Eugenio.*

Disceptatio Historico-Topographica Litteralis.

Alii Codices non consonant cum Romano Martyrologio in septem filiorum S. Simphorosæ nominibus. Martyrolog. Hieronymian. vetus Lucen. & Antuerpien. S. Vvillibrordi: *Nomina septem Germanorum sunt Petri, Marcelliani, Januarii, Dionisii, Simproni, Clementis, Germani, Herenei, quorum gesta habentur.* Martyrolog. Corbejen. ultra nominatos adscit *Magni.*

Eminentissimus Baron. in not. advocat Usuardum, & Adonem, qui eadem nomina, eodemque ordine, ut in Romano Martyrologio, recensent die 27. Junii.

At hi Martyres, de quibus Usuardus, & Ado die prædicto, Hispani Cordubenses dicuntur, ut in iisdem Martyrologiis Antuerpiensi, & Corbejensi, ac in Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium, scilicet: *v. Kal. Julii natale septem Germanorum;* dein: *Corduba Sanctorum Martyrum Zoili, Crescentis, Juliani, Nemesii, & aliorum xviii.* Cæterùm Martyrologium vetustius S. Vvillibrordi ante

te Usuardum quippè & Adonem exaratum, ac Martyrolog- Corbejen. diversimodè Sanctę Symphorianæ, vel Symphorentiæ filios indicant: Quinimmò & Notkerus, qui licet pluries fateatur, ut Florentinius adnotat, ab Adone aliqua petere, & S. Simphorosæ, & filiorum acta iisdem nominibus, quibus & Ado ad v. Kal. Jul. promat;

Nihilominùs hac die 18. Julii cum ipso S. Vvillibrordi Martyrologio, cui passim innititur, panditat: *xv. Kalendas Augusti Roma via Tiburtina milliario octavo natale Sanctorum Symphorosæ Martyris, matrisque septem Germanorum, quæ cum ipsis est posita. Nomina verò Germanorum hæc sunt, Petri, Marcellini, Januarii, Dionysii, Symproni, Clementis, Hirenei*.

Nec suffragatur obiicere prælaudatum S. Vvillibrordi Martyrolog octo Martyres referre, & illud Corbejen. novem; & aliundè septem quidem fuere filii S. Symphorosæ, quamobrem quùm hæc Apographa inter se discrepent, & fallant in numero, videntur enunciati Martyres alii à Sanctæ Symphorosæ filiis.

Nam idcircò Notkerus *Germani* nomen subduxit, nè pro septem, octo Martyres exhiberet; quemadmodum & Hirenæus à reliquis Septem Germanis disjungendus, quamvis socius fuerit passionis, & quo ad locum, & fortasse quò ad tempus; vel asserendum, nomen *Germani* non esse alicujus Martyris singulare, sed arctioris sanguinis conjunctionis, quasi Herenæus germanus, geminus cum Clemente fuisset, ut Florentinius eruditè hac die in sui Martyrologii Hieronymiani notis observat.

Baronius in prælibatis notis advocat Acta Mss. horum Martyrum, quæ edidit Mombrit. tom. 2. & strictim Petrus in Catal. lib. 6. cap. 3.

Sed hæc Acta sunt eadem, quæ huc usque edita sunt; an Martyres ibi producti sint nomine diversi, ea Acta videnda. Cæterùm compertum inspicitur, non habere illam vetustatem, quam promittunt; agunt enim memoriam, ut suadet idem Baronius in notis, Translationis sub Stephano Papa, qui vix Primus esse potuit primis persequutionis tempòribus, sed Secundus, vel Tertiùs ad octaum ferè sæculum. Nihilominùs, nè septem Symphorosæ filiis ullum præjudicium afferatur, & ut extet Romanum Martyrol. sine aliqua hæsitatione, interjecto sapientiorum judicio, demptis Symphorosæ filiorum nominibus, ut in Martyrologio Reginæ Sueciæ Ms. proferatur: *Romę Sanctæ Symphorosæ uxoris S. Getulii Martyris cum septem filiis suis, quæ mater sub Hadriano Principe, &c.*

viij. D Quartodecimo Kalendas Augusti. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

NAtàlis sancti Epaphræ, quem sanctus Paulus Apòstolus concaptìvum appèllat. Hìc ab eòdem Apòstolo Colòssis Epìscopus ordinàtus, clarus virtùtibus ibìdem martyrii palmam pro òvibus sibi commendàtis virìli agòne percèpit: cujus corpus Romæ in Basilica sanctæ Mariæ Majòris cònditum est. (*a*) Hìspali in Hispània pàssio sanctàrum vìrginum Justæ, & Rufinæ, quæ à Præside Diogeniàno comprehènsæ, primò equùlei extensiòne, & ungulàrum laniatiòne vexàtæ, pòst càrcere, inèdia, & vàriis torsiònibus afflìctæ; tandem Justa in càrcere spìritum exhalàvit Rufinæ verò cervix in confessiòne Dòmini confràcta est. (*b*) Còrdubæ sanctæ Aureæ vìrginis, quæ aliquàndo lapsa, sed facti pœnitens iteràto certàmine, hostem effùso sànguine superàvit. (*c*) Trèviris sancti Martìni Epìscopi & màrtyris. (*d*) Romæ sancti Symmachi Papæ, qui schismaticòrum factiòne diùtiùs fatigàtus, demum sanctitàte conspìcuus migràvit ad Dòminum. (*e*) Verònæ sancti Felìcis Epìscopi. (*f*) Apud Scetim Ægypti montem sancti Arsènii Romànæ Ecclèsiæ diàconi, qui Theodòsii tèmpore in solitùdinem secèdens, virtùtibus òmnibus con-

(b) *Justæ, & Rufinæ*. Die 17. Julii Ambros. Morales.

(c) *Symmachi Papæ*. Die 21. Febru Maurolyc. Galesin. & Greven Auctar. ad Usuard.

(f) *Felicis Episcopi*. Die 2. Augusti Florentin. Holsten. & Notker.

(g) *Arsenii Diaconi*. Die 8. Maii Græci Arabo-Ægyptii.

ſummàtus, & jugi lachrimàrum imbre perſùſus, ſpìritum Deo rèddidit. (*g*) In Cappadòcia ſanctæ Macrìnæ vìrginis, ſoròris ſanctòrum Basilii Magni, & Gregòrii Nyſsèni. (*h*)

(a) *Baron. an. 59. n. 11. S. Paul. ad Coloſſen. c. 1. & 4. & in Epiſt. ad Philemonem, Petr. in Catal. lib. 6. cap. 116. Uſuardus, & Ado.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 117. Flos Sanctor. hiſpan. & Theſaur. Concion. t. 2. hac die.* (c) *Baron. an. 856. n. 30. & S. Eulegius memor. Sanctor. lib. 3. c. 17.* (d) *Baron. an. 386. n. 2. & ſequ. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (e) *Baron. an. 498. n. 3. & an. 513. n. 6. Item Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 57. Maurolyc. Galeſin. Greven. Auctar. ad Uſuard. & alii.* (f) *Baron. in not. & Cardinal. Valerius de Epiſc. Veronenſib. pag. 6. & 38.* (g) *Baron. an. 383. n. 22. & an. 412. n. 41. Lippoman. tom. 6. Sur. t. 4. prior. edit. & Vit. Patrum par. 2. & 3.* (h) *Baron. an. 369. nu. 43. Lippoman. t. 2. & Sur. t. 4. prior. edit. hac die.*

Audi, & accipe conſilium intellectus. Eccl. 6.

(b) *Hiſpali in Hiſpania Juſtæ, & Ruſinæ* Hiſpalis, *Sevilla*, ſeù *Siviglia* Italis, Urbs Hiſpaniæ Bæticæ maxima, ad alteram Bætis ripam in plano, forma oblonga, nonnullis ędibus editiore loco conſtructis. Urbs opulentiſſima, & ampliſſima, emporium, quo merces maximæ, ex orbe novo, Auri, & Argenti, ac Margaritarum ingens copia deferuntur. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. ac Ms. S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Spania Sancti Juſti*. Martyrol. Epternacen. *In Spanis Juſtæ*. Martyrol. Corbejen. *In Hiſpaniis Sanctæ Juſtæ*. Notker. *In Hiſpaniis S. Juſti, & in Civitate Hiſpalenſi SS. Juſtæ, & Ruſinæ*. Antiqui *In Spania* pro Hiſpania. Ambroſ Moral. ſub 17. Julii: *Cæſaraugustę Sanctarum Virginum Juſtæ, & Ruſinæ, &c.* An eædem, alii affirment. Eadem quippè narratio legitur.

(f) *Veronæ Felicis Epiſcopi.* Verona, quaſi Brennona à Conditore, vel quaſi Vereuna ab excellentia dicta *Verona*. Urbs antiqua Cœnomanorum Venetiæ, ad Atheſim fluvium interluentem. Brenno Gallorum Duce condita creditur. Multa habet antiquæ nobilitatis monumenta, in quibus Amphitheatrum ingens, Harena dictum. Apographa Martyrol. S. Hieronymi die 2. Auguſti, ſcilicet Hieronym. Lucen. & Bluman. IV. *Nonas Auguſti S. Felicis, S. Niceti*. Epternacen. *Et in Verona Felicis, & alibi Niceta.* Corbejen. *Et in Italia Civitate Romana SS. Felicis, & Niceti.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holſten. *Et in Italia Civitate Verona SS. Felicis, & Nicetii.* Notker. ea quoq; die: *In Civitate Verona SS. Felicis, & Nicetii*. Verùm hic Felix martyr, cum Nicetio, liquet alius à Felice Epiſcopo, & Confeſſore, de quo Ferrar. ex monument. Eccleſiæ Veronenſ. hac die 19. *Veronę SS. Felicis, & Nicetæ Martyrum*. Adſtipulaturque Maurolycus, quamvis Roman. Martyrolog. Felici Epiſcopo non addat: *& Confeſſoris*, niſi dicendum pro tò Confeſſoris, laudatos Codices intelligere *Martyris*, ſcilicet *Felicis Martyris*. At hoc ipſi Veronenſes videant.

Vir conſilii non diſperdet. Eccl. 32.

(g) *Apud Scetim Ægypti Arſenii Diaconi.* Scetis ingens Ægypti ſolitudo in finibus urbis Alexandriæ: in qua plura olim fuere Monachorum Cœnobia S. Antonii, & S. Macarii veſtigia ſectantium, ex quibus aliquot adhuc manent ex iis, qui *Cofti* dicuntur, ſub Alexandrini Patriarchæ obedientia. Ms Reginæ Sueciæ nullo præſignato loco: 14. *Kal. S. Patris noſtri Arſenei*. Martyrolog. Pulſanen. Ms. Neapoli penès Clericos Regular. SS. Apoſtolor. *Apud Thebaidem S. Arſenii, &c.* Diſſitæ ſunt hæ Regiones adinvicem; idcircò videnda ſunt Acta Arſenii, ut verior lectio dignoſci queat. Beda genuinus ſine loci prænotatione: XIV. *Kal. S. P. N. Arſenii, de quo in verbis Seniorum, quia propter redundantiam lacrymarum tergendam ſudarium ſemper in ſinu, vel in manu habuerit.*

* Hodie Sol ingreditur in ſigno Leonis, & in eo uſque ad 20. Auguſti incluſivè.

vij. E Tertiodecimo Kalendas Auguſti. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24							

ANtiochìæ pàſſio ſanctæ Margarìtæ vìrginis, & màrtyris. (*a*) In monte Carmèlo ſancti Elìæ Prophètæ. (*b*) Eòdem die natàlis beàti Joſeph, qui cognominàtus eſt Juſtus, quem Apòſtoli cum beà-

to

to Mathìa ſtatuèrunt, ut locum Apoſtolàtus Judæ proditòris implèret: ſed cùm ſors cecidiſſet ſuper Mathìam, ipſe nihilòminùs prædicatiònis, & ſanctitàtis officio insèrviens, multàmque pro fide Chriſti à Judæis perſecutiònem sùſtinens, in Judæa victoriòſo fine quièvit: de quo ètiam refèrtur, quòd venènum biberit, & nihil ex hoc triſte propter Dòmini fidem pertùlerit. (*c*) Damàſci ſanctòrum màrtyrum Sabìni, Juliàni, Màximi, Macròbii, Càſſiæ, & Paulæ, cum àliis decem. (*d*) Còrdubæ ſancti Pauli diàconi, & màrtyris, qui cùm infidèles prìncipes Mahumèticæ impietàtis, ac ſævìtiæ argùeret, & Chriſtum conſtantiſſimè prædicàret, eòrum juſſu necàtus, ad præmia evolàvit in cœlum. (*e*) In Luſitània ſanctæ Vvilgefòrtis vìrginis & màrtyris, quæ pro Chriſtiàna fide, ac pudicìtia decèrtans, in cruce mèruit gloriòſum obtinère triùmphum. (*f*) In pago Bononiènſi in Gàllia ſancti Vulmàri abbàtis, admiràndæ ſanctitàtis viri. (*g*) Trèviris ſanctæ Sevèræ vìrginis. (*h*)

(a) *Marga-ritæ.* Die 18. Jan. Uſuard. ſub nomine Marinæ. Die 17. Jul. Græci in Menolog. ſub eodem nomine.

(g) *Vulmari Abbat.* Obiit an. 680. Baron. in not. An. 710. Pagi t. 3. ad an. 689. n. 3.

(h) *Severæ.* Die 26. Februarii Kalendar. S. Salvator. Ms. apud Bolland. ea die.

(a) *Baron. in not. Radulph. Tung. de obſervat. canon. c. 11. Lippoman. t. 6. Sur. t. 4. prior. edit. & Mombrit. t. 2.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, Joſephus lib. 8. de antiquit. c. 7. & ſequ. S. Epiphan. de vit. & interit. Prophetar. c. 5. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. an. 58. n. 115. Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 33. & Doroth. in Synopſi.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. an. 851. n. 5. & S. Eulog. memor. Sanctor.* (f) *Baron. an. 689. n. 1. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (g) *Baron. in not. t. 3. die 17. Jun. & t. 7. hac die, Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 293. Molan. Indic. Sanct. Belg. & Mabillon. Sæcul. 3. Benedict.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 3. prior. edit. lib. 2. c. 14. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 156.*

Cuſtodivit anima mea teſtimonia. Pſal. 118.

(a) *Antiochiæ Margaritæ.* Ms. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, Lætien. S. Lamberti, & Roman. Monaſterii S. Cyriaci, prætermiſſa palæſtra: *ipſo die paſſio Sanctæ Margaritæ Virginis, & Martyris.*

(d) *Damaſci Sabini, Juliani, Maximi, Macrobii, Caſſii, & Paulæ cum aliis decem.* Damaſcus, urbs Syriæ totius clariſſima, & antiquiſſima, Chryorhoa fluvio irrigata ſub Libani montis initium, media ferè inter Hierapolim, & Hieroſolymam. Martyrol Corbejen. *In Africa Sabini, Luciani, Petri, Amabilis, Nonnæ, Savoi, Agrippiani, Medaluli, Reſpectati, cum aliis viginti tribus. In Damaſco Sabini..... Maximi, Juliani, Macrobii, Caſſi, Pauli, cum aliis decem.* Martyrolog Epternacen. *In Africa Luciani, Petri, Amabilis, Hunninæ. In Damaſco Savini.* Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Africa Sabini, Luciani, Petri, Amabilis, Nonninæ, Saudi, Agri piani, Medaluli, Reſpectati, cum aliis numero* XXIII. *In Damaſco Sabini, Maximi, Juliani, Caſſi, Macrobi, Paulæ, cum aliis* X. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *In Africa Sanctorum Sabini, Duciani* (pro Luciani) *Petri, cum aliis* XVIIII. Ms. Monaſterii S. Cyriaci: *In Africa Sabini, Luciani, Amabilis.* Mss. Attrebaten. & Lætien. *In Africa Luciani, Sabini, & Sanni.* Ms. Barberinian. Rom. *In Damaſco Luciani, Macrobii, cum aliis decem.*

(g) *In Pago Bononienſi in Gallia Vulmari Abbatis.* Bononia *Bologna ad Mare* Italis: *Et Boulogne* Gallis. Urbs Galliæ Belgicæ Maritima in Picardia, media inter Monaſteriolum, & Caletum Urbes Picardiæ. De Peregrin. ad 17. Jun. ſine loci nota. *Eodem die S. Vulmari Confeſſoris admirandæ Sanctitatis, & Religionis viri.* Ex lectione videtur idem.

(h) *Severæ Virginis.* Kalendar. Benedict. Ms. S. Salvatoris ad 26. Februar. penès Bollandum ea die: *S. Severa Abbatiſſa.* An eadem, alii diſcutiant.

Ut faciant in eis judicium conſcriptum. Pſal. 150.

ir.

vji F Duodecimo Kalendas Augusti. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

(b) *Danielis* Circ. 660. ante Christum natum. Obiit ætatis ſuæ 100. & amplius. Die 27. Decembr. cum tribus Pueris Græci in Menolog.

(c) *Victoris* Die 25. Februr. Sauſſayus in Martyrol. Gallican.

ROmæ ſanctæ Praxèdis vìrginis, quæ in omni caſtitàte, & lege divìna erudìta, vigìliis, & oratiònibus atque jejùniis aſsìduè vacans, quièvit in Chriſto; ſepùltaque eſt juxta ſororem ſuam Pudentiànam via Salària. (*a*) Babylòne ſancti Danièlis Prophètæ. (*b*) Maſsìliæ natàlis ſancti Victòris, qui cùm eſſet miles, & nec militàre, nec idòlis ſacrificàre vellet, primò in càrcerem truſus, ibìque ab Angelo viſitàtus; deìnde vàriis cruciàtibus punìtus, noviſſimè contrìtus in mola piſtòria màrtyrium conſummàvit. Paſſi ſunt cum eo & tres mìlites, Alexànder, Felicianus, & Longìnus. (*c*) Trecis ſanctæ Jùliæ vìrginis, & martyris. (*d*) Ibidem paſſio ſanctòrum Clàudii, Juſti, Jucundìni, & ſociòrum quinque ſub Aureliàno Imperatòre. (*e*) Comànæ in Armènia ſancti Zòtici Epìſcopi, & martyris, qui ſub Sevèro coronàtus eſt. (*f*) Argentoràti ſancti Arbogàſti Epiſcopi, miràculis clari. (*g*) In Syria ſancti Joànnis mònachi, collègæ ſancti Simeònis. (*h*)

Quod ſcimus loquimur, quod vidimus teſtamur. Joan. 3.

(a) *Baron. an. 159. n. 8. & an. 164. n. 24. Mombrit. t. 2. vit. Sanct. Uſuard. Ado & alii* (b) *Baron. in not. Doroth. in Synop. c. 17. Iſidor. de vit. & obit. Sanctor. c. 40. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 122. & S. Gregor. Turonen. lib. de glor. Martyr. c. 77.* (d) *Baron. in not. Uſuard. hac die & Molan.* (e) *Baron. an. 275. nu. 6. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (f) *Baron. an. 205. n. 27. Euſeb. lib. 5. c. 15. & Nicephor. lib. 4. c. 23.* (g) *Baron. in not. Guglielmus Einſegren. in vit. & Tabul. Dennochar. in lib. de Sacrific. Miſſæ.* (h) *Baron. an. 547. num. 16. 17. & Seq. Græci in Menologio hac die Lippom. t. 6. & Sur. t. 4.*

Si manſeritis in ſermone, cognoſcetis veritatem. Ioan. 8.

(a) *Roma Praxedis Virginis*. Martyrol. vetuſtiſſim. S. Vvillibrordi: *Romæ Praxedis, Emiliani, Hugalis, Saphi, Montani.*

(b) *Babylone Danielis Prophetæ*. Babylon, *Bagdet*, nonnullis *Baldac*. Urbs Aſſyriæ notiſſima Metropolis & Caput, inter antiquiores orbis totius urbes, à Semiramide Nini primi Monarchæ uxore mænibus firmiſſimis cincta, ad ulteriorem Euphratis ripam longè latèque diſſita, cujus ruinę ſecus amnem adhuc moſtrantur. Nova Babylon, quæ *Bagdet* incolis dicitur conſtructa conſpicitur antiqua longè minor, regionis tamen Babylonicæ Caput. Ms. Roman. Barberinian. & de Peregrinis auſpicantur: *Eodem die S. Danielis Prophetę*, Babylone ſubducto.

(c) *Maſſiliæ Victoris, & cum eo tres Milites, Alexander, Felicianus, & Longinus*. Martyrolog. Corbejen. *Sanctorum Victoris, Stercoris, Emiliani, Hugali, Saphi, Montani. In Gallia Maſſilia Civitate Victoris, Alexandri, Deoteri, Feliciani, & Longini,* Martyrol. Epternacen. ſeu Antuerpien. aut S. Vvillibrordi: *In Maſſilia Victoris, Coronæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Victoris, Stenonis, Emiliani, Hugal, Sophia, Montani, & in Gallia Maſſilia, Victoris, Alexandri, Dotheri, Feliciani, & Longini.* Martyrol. Veiſſemburgenſe pro Dotheri, *Deotheri.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. *Maſſiliæ Victoris, Alexandri, Deuteri*. Ms. Barberinian. Roman. *In Maſſilia Victoris Alexandri, Feliciani, & Longini*; nil aliud. Ms. Lætien. S. Lamberti ſine Agonis loco: *Eodem die Victoris, Sociorumque eius*, Nother. *In Urbe Ceſena Sanctorum Adriani, Victoris, Patrocli, & aliorum. In Gallia Maſſiliæ SS. Militum Victoris, Alexandri, Longini, Feliciani, & Dotherii.* Petrus de Natal. pro Dotherii, *Eleutherii*. Hic puer fuit, & ad Sepulchrum Martyrum orans emiſit ſpiritum: Ado, & alii: *Deutherii*. Beda editus alium Victorem Epiſcopum Maſſilienſem hac die recolit.

(f) *Comanæ in Armenia Zotici Epiſc. & Mar-*

Martyr. Comana. Altera in Ponto Urbs Cappadociæ, ad Sarum fluvium olim ex primis inter Cæsaream, & Sebastopolim, Sebastæ finitima: Altera Comana quondam clarior in Armenia minori inter Cæsaream, & Larandam: *Zotici Episcopi & Martyris.* Apollinaris Episcop. Hierapolit. apud Euseb. hunc Zoticum adnumerat inter Episcopos ex vico Comana: Nicephorus verò lib. 4. c. 23. eum vocat presbyterum Ostrenum.

v. G Undecimo Kalendas Augusti. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

(a) *Mariæ Magdalenæ.* Die 18. Martii Græci in Menæis. Die 28. Mss. Treviren. S. Maximini, & Tamlachten in Hibernia.

(c) *Platonis.* Die 18. Decebr. Græci in Menolog. & Metaphrast.

(d) *Theophili.* Martyr an. 784. Hist. Miscel.

(g) *Vvandregisili.* Obiit an. 665. Baron. eo an. nu. 13. An. 692. Sigebert. & Trithem. Ann. 667. Pagi t. 3. ad an. 665. nu. 13.

Apud Massìliam natàlis sanctæ Mariæ Magdalènæ, de qua Dòminus ejècit septem dæmònia, & quæ ipsum Salvatòrem à mortuis resurgèntem prima vidère mèruit. (*a*) Philippis sanctæ Syntyches, cujus beatus Paulus Apòstolus mèminit. (*b*) Ancyre in Galatia natàlis sancti Platònis màrtyris, qui sub Agrippìno Vicàrio verbèribus cæsus, uncis fèrreis laniàtus, aliìsque immanìssimis tormentòrum genèribus cruciàtus, demum abscisso càpite, invìctam ànimam Deo rèddidit: cujus miràcula in subvenièndis captìvis Acta secùndæ Synodi Nicænæ testàntur. (*c*) In Cypro sancti Theòphili Prætòris, qui ab Aràbibus tentus, cùm nec donis, nec minis flecti posset ut Christum negàret, glàdio cæsus est. (*d*) Antiochiæ sancti Cyrìlli Epìscopi, doctrìna, & sanctitàte conspìcui. (*e*) In territòrio Arvernènsi sancti Menelèi abbàtis. (*f*) In Blandìnio monastèrio sancti Vvandregìsili abbàtis, miràculis clari. (*g*) Scythòpoli in Palæstina sancti Joseph Còmitis. (*h*)

(a) *Baron. an. 32. n. 18. Græci in Menolog. Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 124.* (b) *Baron. in not. Paul. ad Philippen. c. 4. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. Lippomen t. 5. & Sur. t. 4. prior. edit.* (d) *Baron. in not. & Histor. Miscella.* (e) *Baron. an. 283. n. 9. & an. 299. n. 4. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 7. c. 26. Nicephor. Callist. hist. lib. 6. c. 34. & Nicephor. Episc. Constantinopolitan. in Chron. & Mombrit. t. 1.* (f) *Baron. in not. Usuard. & alii.* (g) *Baron. an 665. nu. 13. Sur. t. 4. prior. edit. Petr. in Catal. lib. 6. c. 127. Trithem. de Vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 96. Mabillon. Sæcul. 2. Benedict. Molan. Indic. SS. Belgii, Chronic. Fontanellen. t. 3. Spicilegii Dacher. c. 1. n. 7.* (h) *Baron. an. 132. n. 4. & ann. 327. num. 18. & seq. Græci in Menologiis, & S. Epiphan. in Panar. hæres. 30. contra Hebionitas.*

Non didici, & non novi Scientiam Sanctorum. Prov. 30.

(a) *Apud Massiliam Mariæ Magdalenæ, de qua Dominus* &c. Massilia, *Marsiglia* Italis, *Merseille* Gallis. Urbs Galliæ Narbonensis antiquissima litoralis, dorso collis divisa & pendula; Urbs ampla mercimonio fulgens, ex primis Narbonen. Galliæ, ac Provinciæ facilè princeps, inter Arelatum & Telonem. Beda genuinus, & de Peregrinis sine loci præsignatione auspicantur: *XI. Kalend Augusti Natale Mariæ Magdalenæ.* Ms. Tornacen. monasterii S. Martini prænotat *In Massilia.*

(c) *Ancyræ in Galatia Platonis.* Martyrol Hieronymian. Lucen. *In Anquira Gallacia Platonis, cujus gesta habentur. Et Militanarum Andreæ Eliani, Ajabosi.* Martyrol. Bluman. pro Gallaciæ, Militanarum, *Galatiæ, Militanorum.* Martyrol. Corbejen. *In Angyra Galatiæ, Platonis, & Militanorum Andreæ, Eliani, Ajobosi.* Ms. Barberinian. Roman. *Et alibi natale S. Platonis.*

(e) *Antiochiæ Cyrilli Episcopi.* Martyrol. Epternacen. *Antiochiæ Andreæ martyris, Auritiæ Civitate Galitiæ, Platonis, Cyrilli, Tebeli, Auli, Stertei, & Maxilitanorum Andreæ, Eliani, Cobosæ.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Antiochia Cyrilli, Andreæ, Tebellæ, Auri, Sterthei,* Martyrol. Bluman. pro Tebellæ, *Tebelli* Martyrolog. Corbejen. sine palestra: *XI. Kal. Augusti* Cyril-

Sapientia dedit Scientiam Sanctorum: Sap. 10.

Cyrilli, Andreæ, Tebellii, Auri-- Sylvani, Donati. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ. *Antiochiæ Cyrilli Episcopi, doctrina & Sanctitate conspicui cum aliis IV.* Ms. Vatican. S.Petri: *In Antiochia Cyrilli, Andreæ*. Ms. monasterii S. Cyriaci: *Arilli*.Ms. Roman. Barberinian. subcollat:*Tabelli*.Mss.Attrebaten.Tornacen. & Lætien. *Et S. Cyrilli*. Maurolyc. *Antiochia Cyrilli, Andreæ, & Sabelli*. Notker. *In Antiochia Cyrilli Episcopi, Andreæ, & Attebelli*.

Cardinal. Baronius in notis ex Actis Sanctorum Claudii, & Nicostrati suadet, hunc Cyrillum Episcopum multa pro Christi fide passum, in carcere tandem spiritum Deo reddidisse. At Eusebius à Baronio in notis accitus, non docet hunc sanctum Episcopum Martyrum fuisse, sed tantùm quòd tempore persequutionis Cathedram tenuit.

(g) *In Blandinio monasterio Vuandregisili Abbatis*.Blandinium Monasterium Flandriæ apud Gandauum in monte Blandinio, ad sinistram Scaldis ripam, à S. Amando Episcopo constructum. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Cœnobio Fontanellæ S. Vvandregisili Abbatis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Gallia Fontanella monasterio depositio Vuandregiseli Abbatis. Et in eodem loco dedicatio Basilicæ S. Petri Apostoli, ubi ipse Venerabilis requiescit in Corpore*. Martyrol. Veisseburgense *Voadregiseli*.

Baron. in notis autumat,hunc S. Abbatem anno Domini DCLXV. Indict. VIII.ex hac vita migrasse, temporibus Vitaliani Papæ. Pagi tamen t. 3.ad eum annum vitam priorem exibet hujus S. Abbatis anonymi Auctoris penès Mabillon. Sæcul. 2.Benedict.quę nullam ex his notis temporaneis continet rei certitudinem, sed tantùm, hac die obiisse; & quòd Baronius vitam posteriorem etiam anonymi Auctoris legisset, ubi ea verba inspiciuntur, quam aliquot in locis interpolatam ostendit.

Disceptatio Topographica. (a) *Apud Massiliam natalis S. Mariæ Magdalenę: de qua Dominus ejecit septem Dæmonia*.

Duæ extant tricæ in hac Martyrologii Romani lectione, quæ singillatim promendæ. Prima, an Corpus S. Mariæ Magdalenæ apud Massillam extet.

Antiqua quidem Menologia, Anthologia, & Græcorum Breviaria, cùm de Officio S. Mariæ Magdalenæ hac die, constanter referunt Mariam Magdalenam Ephesum profectam, illucque obiisse. Adstipulanturque Modestus Patriarcha Hierosolymitan. in Sermon. de Mulieribus, quæ unxerunt Dominum, apud Photium in Bibliothec.cod. 275.*Maria Magdalena profecta est Ephesum, ubi cursum vitę perfecit*. S. Gregorius Turonen. Gallus lib. de Miracul. c. 3. *In Epheso Maria Magdalena quiescit, nullum super se tegmen habens*. Reginaldus in vit. S. Vvillibaldi penès Canis. t. 4. antiq. Lection.refe- rens hunc Sanctum *Ephes.Tumulum Beatę Marię Magdalenę invenisse, & Marię Magdalenę ibidem quiescenti se commendasse*. Et Richardus Vvasseburgensis lib. 2. Antiquar. Galliar. tradit.S.Magdalveum Virdunensem Episcopum Corpus B. Mariæ Ephesi vidisse, & duos dentes ejusdem Corporis,partemque capillorum ab ejusdem Ecclesiæ Sacerdotibus obtinuisse, & ad suam Diœcesim redux ibi Ecclesiam extrui curavit, atque prælibatas reliquias collocavit.

Natal. Alexandri vir eruditus sua eximia hist. Eccles. sæcul. 1. p. 2. obtrudit, Græcos ex præconcepta opinione de duplici Magdalena ea scripsisse; quarum una virgo & Martyr Ephesi obierit, altera Peccatrix, & pœnitens in Galliis; vel quòd aliqua sancta temporibus Apostolicis longè recentior Magdalenæ nomine Ephesi floruit, obiit, atque sepulta, cui propter nominis cognationem, Græci eadem tribuere, quæ Magdalenæ Evangelicæ conveniunt: & quò ad Turonensem,hic Grçcorum fidem sequutus, cum ipsis quoque erraverit.

Ast hoc idem Greci in Massilienses redarguunt, nimirum, quòd ipsi Massilienses ex præconcepta opinione de una tantùm Magdalena, de hac scripsere, quod in Galliis floruisset; cui propter nominis affinitatem, cum alia Magdalena, in Galliis florente temporibus Apostolicis recentiori, cui Scriptores Galli adscripsere, quæ Magdalenæ Evangelicæ addicta. Et quemadmodum secundùm Massillienses, Gregorius Turonen.Grçcorum fidem sequutus,erraverit,ita apud Græcos scriptores, qui Massilensium fidem sequuti, perperàm Magdalenam Evangelicam penes Massilienses obiisse scripsere.

Verùm plures Schedas pro sua Magdalena Massilienses exhibent, ac summorum Pontificum Diplomata: ut illud Bonifacii VIII. de an. 1295. Benedicti X.de an.1304. Joan. XXII.de an.1317. Gregorii XI. de an. 1376. Clem. VII.de an. 1379. Eug.IV.de an.1442. & alia, quæ uno calamo dictant, Mariam Magdalenam apud Massiliam quiescere.

Nihilominùs,qui plures vindicant Magdalenas, ut infrà, suppositi tias has Schedas arbitrantur,afferendo esse de aliqua alia Magdalena apud Massiliam quiescente, a vulgo Gallico præconcepta, & recensita pro hac, de qua Dominus septem Dæmonia ejecit; uti & Pontificum Diplomata indicata non sunt quidèm definitiva, sed enunciativa, quia nullum exiis, ut legentibus patebit, definire intendit,Magdalenam Massiliæ existentem fuisse unam eamdemque cum Peccatrice, sivè cum illa, de qua Dominus septem Dęmonia ejecit,à quo profectò præscindunt; & solùm Pontifices prælaudati suis afferunt Diplomatibus corpus Magdalenæ Massiliæ quiescere, quoniam id Massilienses ipsis Pontificibus exposuere; exploratum in pro-

producta Bulla Bonifacii VIII. incipiente: *Sanè habet insinuatio tua nobis*, *&c.* Cujus ferè tenoris sunt & aliæ Bullæ. Quinimmò Launojus, qui pro pluribus Magdalenis stat, quàmplures etiam Schedas, & Bullas exhibet, quæ alibi Corpus S. Magdalenæ existere continent, quas ipse Natal. Alexandri, & alii Scriptores Massilienses eodem modo pro Magdalena Massiliensi exolvunt.

Alia quàmplura possent in Massilienses adduci, ut consulendus Bosquet. lib. 1. hist. Eccles. Gallican. cap. 3. quibus licèt Natal. Alexandri, aliique respondeant, attamen eorum responsiones utpote negativæ, ut apud ipsos videndum, jam pro utraque parte militant; proindè quùm non intendamus in tam eruditos Scriptores censuram ferre, tantùm ipsorum tricam exhibemus, qua comperta, altera eorumdem enucleetur.

De qua Dominus septem Dæmonia ejecit.

Disceptatio Historico-Litteralis. An ad unam eamdemque mulierem ea omnia spectare possint, quæ Evangelistæ habent de Maria Sorore Lazari; de Peccatrice famosa, quæ Christi pedes lacrymis lavit; deque illa de qua septem Dæmonia Dominus ejecit.

Claud Dausq. in Schol. Basil. Seleuc. & Maldonat. in Matth. multò quidem probabilem censent, Gregorii, & Bedæ sententiam in unicam mulierem dicta omnium quatuor Evangelistarum adaptando. Contrariam sententiam, quæ Græcorum Patrum, & quam sectati Turrian. in Constitut. Clem. lib. 3. cap. 6. Clictoveus apud Cyrillum in Joann. lib. 7. cap. 14. Zezer. Schol. in Joan. 11. & Estius in Orat. 14. licèt minùs probabilem, haud tamen damnant. Mariana demùm, & Adamus Contzen sese tricis hisce eximentes, incertum esse fatentur, an ea, quæ lacrymis pedes Christi rigavit, & capillis tersit, sit eadem, quæ Soror Lazari, & de qua Dominus septem Demonia ejecit.

Ast Ecclesia Romana in Breviario ex Gregorio Papa enunciat, omnia per quatuor Evangelistas de Magdalena dicta, intelligi pro sola Magdalena peccatrice, quæ & Soror Lazari fuit, & septem de ea Dominus Dęmonia ejecit: qua de causa Tertullian. de Pudic. cap. 11. Ambrof. lib. 6. in Luc. de consens. Evangel. cap. 39. Gregor. Magnus homil. in Evangel. Beda in comment. Matth. Luc. & Marc. Petr. Damian. Epistol. 3. ad Desiderium, Bernard. Sermon. 3. de Assumpt. B. Virgin. Divus Thom. sect. 1. cap. 12. Item Chrysolog. Euseb. Cæsariens. epist. ad Marin. apud Anastas. Nicęn. tom. 1. Bibliothec. Patr. col. 133. Augustin. in Joan. Tolet. Barrar. de la Haye, aliique nonnulli; qui omnes uni mulieri aptant omnia illa gesta, à quatuor Evangelistis tradita.

Sed Ecclesia ita hanc opinionem uti à Vulgo acceptam sequitur, ut non inde cogere intendit, eam esse sequendam, relinquendo in materiis Chronologicis, ut quisque pro suo libito sentiat: Quamobrem etsi prę-adducti Patres id asseruerint; alii tamen sententiæ oppositæ inhærent, ut Patres Græci, & quàmplures Latini, inter quos Irenæus lib. 3. adversùs hæres. Homil. 1. & 2. in Cant. & Tract. 25. in Matth. Chrysostom. hom. 31. in Matth. Bostrens. in Luc. ca. 7. Machar. homil. 12. Theophilact. cap. 14. in Matth. & quàmplures alii, qui omnes Mariam Sororem Lazari constanter ab illa Peccatrice discriminant, & statuunt unam apud Joannem cap. 11. quæ Soror fuit Lazari, alteram, quæ penes Lucam. cap. 7. erat in Civitate Peccatrix.

Quinimmò Eusebius loco adducto non exhibet nisi unam fuisse Magdalenam, cui Dominus bis apparuit, & quòd ex hac duplici apparitione non cogitur duas ponere Magdalenas, quod profectò non ambigitur; sed an hæc Magdalena fuerit eadem, ac illa mulier peccatrix, de qua Luc. 7. aut illa Soror Lazari, nè verbum quidem Eusebius promit: item & Augustinus prælaudatus aliud non scribit, nisi: *Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Mariæ, & Marthæ Sororis ejus, Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur.* Ex quibus verbis non liquet deducendum, Evangelistam loquutum fuisse de Magdalena peccatrice, ut inferunt Oppositi, de qua Peccatrice in prælibato textu non loquitur; maximopere, quòd unctio à Peccatrice facta fuit in Galilęa, & illa Sororis Lazari in Bethania.

Item Chrysologus Sermon. 93. in Luc. 7. quùm de Muliere loquatur, quæ Christi caput unxit absque pronominè appellat Mulierem. *Mulierem super caput Domini fudisse oleum:* Quę vox Itali voce idem valet ac si dicatur *una Donna*; inde loquendo de illa, quæ Christi pedes unxit pronomen apponit, dicens: *Hæc Mulier non mollis & carnalis obsequii, sed plenè humanitatis Sacramentum facit.* En Chrysologus has Mulieres diversas facit, ut diversa quippè significantur his italicis verbis *una Donna*, e *questa Donna*.

Verùm non repugnat, ut eadem Magdalena peccatrix & Soror Lazari diversis temporibus, & Christi pedes lacrymis rigare, & unguento caput ungere potuisset; quamobrem Sancti Patres adducti unam Magdalenam asseruere.

Nihilominùs etiam fieri potuit, ut eadem non fuisset, uti quàmplures alii Sancti Patres superiùs recensiti tradidere; adeoque utraque assertio in negativo consistere videtur: Ex quo S. Augustinus, tametsi contrarium sensisset, dein tamen utràque assertione perpensa, retulit, utramque sua non carere probabilitate, ut Barrad. tom. 2. homilia 8. cap. 12. Idcircò forsan, & sanè Rosuveyd. suo Martyrologio, sinè præsignatione loci, solummodo protulit: *Natalis Beatæ Mariæ Magdalenæ.* Vu Cæ-

Cæterùm non quia Græci ſuam ſe Epheſi habere Magdalenam profitentur, auferenda erit Maſſilienſibus tot miraculis celebrata Magdalena: Et quùm nil equidem dicendum aſſeveranter, & aliundè neutra aſſertio ſivè de pluribus, ſivè de una tantùm Magdalena Scripturæ Sacræ palam apertèque repugnet, & quæ ſuppetunt afferenda, eadem fere habentur ad 29. Jul. quùm de S. Martha, ad 25. Auguſti quùm de S. Bartholomęo, ad 9. Octobris quùm de S. Dionyſio, & ad 17. Decembris, quùm de S. Lazaro; in præſentiarum de pluribus Magdalenis longiùs differere ſupervacaneum, & quicquid hac in re ſentiendum, non intendimus definire, atque cenſuram agere in tot celeberrimos pro utraque aſſertione Patronos, ſed eorum tricam prodere, quæ jam patefacta, ut ex Romano Martyrolog. expungatur, ſapientiorum conſilio inito, omnibus aliis correptis, ut Ms. Tornacen. enuncietur: *Apud Maſſiliam natalis S. Mariæ Magdalenæ*.

iv. A Decimo Kalendas Auguſti. Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
A B C D E *F* F G H M N P
17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

NAtàlis ſancti Apollinàris Epìſcopi, qui ab Apòſtolo Petro Romæ ordinàtus, & Ravènnam miſſus, pro fide Chriſti divèrſas & multìplices pœnas perpèſſus eſt: pòſteà in Æmìlia Evangèlium prædicans, plùrimos ab idolòrum cultu revocàvit: tandem Ravènnam revèrſus, ſub Veſpaſiàno Cæſare glorióſum martyrium conſummàvit. (*a*) Cenomànis in Gàllia ſancti Libòrii Epìſcopi & confeſsòris. (*b*) Romæ ſancti Ràſyphi màrtyris. (*c*) Ibìdem pàſſio ſanctæ Primitìvæ vìrginis & màrtyris. (*d*) Item ſanctòrum màrtyrum Apollònii, & Eugènii. (*e*) Eòdem die natàlis ſanctòrum màrtyrum Tròphimi, & Theòphili, qui ſub Diocletiàno Imperatòre lapìdibus cæſi, & igne incènſi, demum glàdio percùſſi, martyrio coronàntur. (*f*) In Bulgària ſanctòrum plurimòrum màrtyrum, quos Nicèphorus ìmpius Imperator Ecclèſias Dei devàſtans, divèrſo mortis gènere, enſe, làqueo, ſagìttis, diùtino càrcere, & fame necàri fecit. (*g*) Romæ ſanctàrum vìrginum Ròmulæ, Redèmptæ, & Herùndinis, de quibus ſcribit ſanctus Gregòrius Papa. (*h*) Ibìdem trànſitus ſanctæ Birgìttæ vìduæ, cujus ſacrum corpus Nonis Octòbris in Svèciam translàtum fuit, & feſtìvitas octàvo Idus ejùſdem menſis celebràtur.

(b) *Liborii Epiſc.* Die 9. Jul. Sauſſayus Supplem. ad Martyrolog. Gallican. & Ferrar.

(f) *Trophimi, & Theophili.* Martyres anno 305. Baron. eo an. nu. 17. Ann. 306. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 28. Novembr. Codic. Sancti Hieronym. apud Florentin. ea die.

(g) *Plurimorum Martyr.* Anno 810. Baron. in not. An. 804. hiſtor. Miſcella, & Cedren. in Compendio.

(a) *Baron. an. 44. n. 27. an. 46. n. 2. & an. 75. n. 5. Græci in Menologio, Mombrit. t. 1. Sur. t. 4. prior. edit. Petr. in Catal. lib. 6. cap. 128. & S. Gregor. in regiſtr. lib. 5. Epiſt. 33.* (b) *Baron. an. 836. n. 13. Sur. t. 4. prior. edit. & Ado.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 11. n. 200.* (e) *Baron. ibidem, & Græci in Menolog.* (f) *Baron. an. 305. n. 17. & Græci in Menologio hac die.* (g) *Baron. an. 810. n. 3. Græci in Menologio, & Hiſtor. Miſcel.* (h) *Baron. an. 592. n. 35. & S. Gregor. Papa lib. 4. Dialog. c. 15.*

Tene ſapientiam, nè dimittas eam. Prov. 4.

(a) *Ravennæ Apollinaris Epiſcopi ſub Veſpeſiano Cæſare.* Ravennæ urbs Æmiliæ, ſeu Galliæ Togatæ antiquiſſima, inter Vitim, & Bedeſem fluvios apud ipſam confluentes, olim maritima, nunc maris receſſu. Urbs inclita, & ſub Exarchis, & Regibus Gothis maximè fulſit, inter Ariminum, & Ferrariam. Multa adhuc retinet antiquitatis monumenta. Martyrolog. Hieronym. Lucen. & Bluman. *Ravennæ natale S. Apollenaris*, ſine addito *Epiſcopi*. Martyrolog. Epternacen. prętermiſſo loco: *Apollinaris*. An idem ac Epiſcopus Ravennaten. alii videant: quinimmò idem. Martyrolog. pridie protulit: *Ravennæ Apollinaris*. Acta Pariſ. edita apud Sur. tom. 7. poſterioris edit. habent: *Apollinarem, Abdiam, & Babiloniam*. Beda genuin. *Apollinaris Epiſcopi ſub Veſpaſiano Cæſare, Demoſthene Patricio*. Additque cum Ms. Divionenſ. *Rexitque Eccleſiam annis viginti, dies*

ocio.

Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Prov. 13.

octo. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini, ac Romana Monasterii S. Cyriaci in Thermis, & Barberinianum: *Annis viginsiocto, dies quatuor*. Ms. Vatican. Rom. *Annis triginta, & octo*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *Annis decem & octo, & diebus quatuor*.

(c) *Romæ Rasyphi Martyris*. De Pereg. *Item Rasipi Martyris*.

(d(*Ibidem Primitivæ Virginis, & Martyris*. Mss. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Roma Vincentii, natale Primitivi*. Ms. Barberinian. Roman. *Primitiva*. Martyrolog. Epternacen. prætermissa palestra: *Natalis Primitivæ, Tifici, Apollinaris*. Martyrolog. Corbejen. *Via Acula, Privata, Alexandri*. Martyrolog. Hieronym. *Lucen. Via Acula Primitivæ*. Notker. *Primitia*. Martyrolog. Bluman. *Via Accula*. An hæc Primitia, aut Privata sit eadem corruptè, ac Primitiva, & via Acula, seù Accula, idem ac Aquea, nunc vulgò: *Acqua Pendente*, consulendum.

(f) *Eodem die Trophimi, & Theophili*. Ad 28. Novembris, S. Hieronymi Martyrologii Apographa, nempe Hieronymian. Lucen. IV. Kalend. Decembris: *In Syria Tropomi, Theodoli, Expicati, Cuceri, Saturnini, Eusebii, & Julii*. Epternacen. *In Oriente Trofimi, Theodori, & Pagassi, Evalieci, & alibi Eusebii, Julii*. Raban. ea quoque die ita cum iisdem consonat: IV. *Kal. in Syria Trophimi, Theodoli, Expiscati, Evicri, Eusebii, Julii*. An pro Theodoli, scribentis vitio, reponendum *Theophili*, & an relati Martyres sint iidem, qui in Menologio Canisii hac die, in quo Julii, Trophimi, Theophili, & Sociorum certamen sub Diocletiano refertur sine præsignatione loci, videtur affirmandum; maximopere, quòd Cardinal. Baron in notis hac die non alios advocat, nisi Græcos in Menologio.

iij. B Nono Kalendas Augusti. Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

Vigilia sancti Jacòbi Apòstoli. (*a*) Tyri in Tùscia apud lacum Vulsìnium sanctæ Christìnæ vìrginis & màrtyris: quæ in Christum credens, cùm patris ìdòla àurea, & argèntea comminuìsset, ac paupèribus erogàsset, ejus jussu verbèribus dilaniàta, aliìsque supplìciis dirìssimè cruciàta, & cum magno saxi pòndere in lacum projècta, sed ab Angelo liberàta: deinde sub àlio Jùdice patris sui successòre acerbiòra tormènta constànter pèrferens, novìssimè à Juliàno Prǽside post fornàcem ardèntem, ubi quinque dièbus illæsa permànsit, post serpèntes Christi virtùte superàtos, abscissiòne linguæ, & sagittàrum infixiòne martyrii sui cursum complèvit. (*b*) Romæ via Tiburtìna sancti Vincèntii màrtyris (*c*) Amitèrni in Vestìnis pàssio sanctòrum Mìlitum octogintatrium. (*d*) Emèritæ in Hispània sancti Victòris, viri militàris, qui cum duòbus fràtribus Stercàtio, & Antinògene in persecutiòne Diocletiàni per divèrsa supplìcia martyrium consummàvit. (*e*) In Lycia sanctàrum màrtyrum Nicètæ, & Aquilìnæ, quæ beàti Cristòphori màrtyris prædicatiòne ad Christum convèrsæ, martyrii palmam càpitis obtruncatiòne sumpsèrunt. (*f*) Item sanctòrum màrtyrum Menèi, & Capitònis. (*g*) Apud Sènonas sancti Ursìcini Epìscopi, & confessòris. (*h*)

(c) *Vincentii*. Die præced. Codices S. Hieronym. Florentin. ea die.

(d) *Militum octoginta*. Martyres ann. 318. Monum. Ecclesi. Aquil.

(e) *Victoris, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo ann. nu. 139. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

(f) *Nicetæ, & Aquilinæ*. Circ. ann. 250. Acta S. Christoph.

(h) *Ursicini*. Circ. 310. Demochar. lib. de Sacrific. Missæ.

(a) *Baron. in not.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. Mombrit. t. 1. Petr. in Catal. lib. 6. c. 139., & Sur. tom. 4. prior. edit.* (c) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii*. (d) *Baron. ibidem, & Petr. de Natal. lib. 11. n. 201.* (e) *Baron. an. 303. n. 139. Vasæus in Chronic. Hispan. & Flos SS. Hispan.* (f) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 131. & Vincent. in Specul. lib. 13. c. 25.* (g) *Baron. in not. & Græci in Menologio*. (h) *Baron. ibid. & Demochar. de Sacrif. Missæ.*

Quæ per Magistrorum consilium data sunt, nè ampliùs requiras. Eccl. 12.

(b) *Tyri in Tuscia S. Christinæ Virginis, & Martyr.* Martyrologia Hieronym. Lucen. Corbejen. & Bluman. *Tyro Civitate natalis S. Christinæ Virginis*, nil aliud. Martyrolog. Epternacen. percurrit *Civitate*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. prænotant: *In Civitate Tyro*. De Peregrinis: *In Italia Civitate Tyro S. Christinæ Virginis*. Cluverius ex veteri Romano Martyrologio: IX. *Cal. Aug. Lacum circa Vulsinium in Italia Christinæ Virginis*. Ado ex Act. S. Christinæ: *Apud Italiam in Tyro, quæ est circa lacum Vulsinium, natale S. Christinæ Virginis*.

Cardinal. Baron. in not. hanc Christinam autumat esse eam, quæ summa veneratione Panormi adservatur. Maurolyc. tamen Siculus de Panormitana, tanquam diversa, agit ad 6. Idus Maii.

(c) *Romæ via Tiburtina Vincentii Confessoris.* Codex die præcedenti, Hieronym. Lucen. & Notker. *Romæ via Tiburtina mil. XVIII. S. Vincentii*, seù *Vincenti*. Ado: *Miliario XVIIII.*

Cardinal. Baron. in not. animadvertit, huic Sancto Ecclesiam Tyberi dicatam fuisse. At *miliar. XVIII.* aut *XVIIII.* longiùs quàm Tybur urbs distat à Roma, suadet Florentinius.

(d) *Amiterni in Vestinis Militum octogintatrium.* Martyrolog. Epternacen. *In Armenia minori Sebasti, Theogenis, & aliorum LXXXIII.* Verùm hi Cælites Armeni liquent alii. Martyrol. Benevent. penès Cler. Regul. Neap. *Apud Amiterninam Civitatem SS. Militum LXXXVIII. & S. Victorini Martyris*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *In Amiternina Civitate mill. LXXXIII. ab Urbe Roma S. Victorini*. Ferrar. in Catal. Sanctorum Italiæ hac die ex Actis SS. Florentii, Felicis, & Justæ Virginis, refert, Milites octogintatres Sypontinos fuisse.

Baron. in notis anivadvertit, Typographi errore in alia editione exaratum *Amiserni in Sabinis*, sed reponendum: *Amiterni in Vestinis*. Holstenius verò minimè Sphalma fuisse putat, quia ferè omnes Auctores veteres, excepto Ptolomęo, Sabinis Amiternum tribuunt, ut Cluverius lib. 2. Ital. Antiq. cap. 9. pag. 685. qui posterioribus sæculis id Vestinis attributum fuisse unà cum Furconio concedit pag. sequ. 686.

(e) *Emerita in Hispania Victoris militaris, cum duobus Fratribus Stercatio, & Antinogene.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Arminia Civitate Sabatia Victoris militaris, qui multa tormenta passus est, Emirita cum fratribus II. Statiani, Capitonis, Silvani, Stercati, Anthenogine, Caritonis.* Martyrol. Veissemburgense pro Emirita cum fratribus II. *Emirita Civitate Fratris duobus*. Martyrol. Epternacen. *In Armenia minori Sebasti, Theogenis, Victoris, & aliorum LXXXIII.* Martyrol. Corbejen. *In Armenia Civitate Sabbaja, Theozoni, Victoris, Militaris, Emeritæ cum fratribus duobus, Statiani, Capitonis, Silvani, Stercati, Anthenogine, Caritonis*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Armenia Theozoni, Victoris, & Militaris, qui multa tormenta passi sunt.* Ms. Roman. Barberinian. pro Militaris, *Militonis*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Armenia passio Victoris, & Militaris, qui multa tormenta passi sunt*. Mss. Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Arm... S. Victorini*.

Docere Magistros, arguere seniores, superbi spiritus est. S. Ugon. Victorin. lib. Miscellan. 3. c. 2.

(f) *In Lycia Hiceta, & Aquilinæ*. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapol. apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Nicetæ, & Aquilæ*.

Disceptatio Topographica.

(b) *Tyri in Tuscia apud lacum Vulsinium S. Christinæ*. Vereri licet, an tutò proferri possit: *Tyri in Tuscia* apud lacum Vulsinium S. Christinæ.

Quamvis Eminentissimus Baronius adducat pro Tyro Tusciæ Urbe prope lacum Vulsinium, Edictum Desiderii Regis Longobardorum, Viterbii in Marmore incisum.

Nihilominùs videtur purum Amnii figmentum vix Tyri nomen admitti posse in Tuscia; undè anilem fabulam Cluverius autumat lib. 2. Ital. antiq. ex veteri Romano Martyrologio; exhibendo: IX. *Cal. Augusti lacum circa Vulsinium in Italia Christinæ*.

Ferrarius tamen in Sanctorum Italiæ Catalogo hanc putatam fabulam admisit.

Sed alii Topographi Ferrario refragantur, Insulam potiùs Tyri nomine in lacu Vulsinio, seù Martano ex Celso Cittadinio, Ortelius vocat: Castellum in parua Insula habet Procopius: Locum circa lacum Vulsinium nuncupat Ado ex Actis S. Christinæ: Bisentinam à Bisento illius Oppido affirmat idem Ferrarius in Lexico Geographico, & quòd in ea Christina Martyrium confecit, licèt hoc in nova Martyrologii Romana Topographia tacuerit.

Vulsinienses tamen docent, urbem Tyrum sibi quondam conterminam, lacus exundatione fuisse absorptam; quod elicitur ex ipso Cluverio, scribente, Vulsinium aliquando dictum fuisse Tyrum.

At hæc est mera suasio, & Cluverius ex conjectura fatetur id scripsisse, & quòd ibi adhuc Corpus Sanctæ Virginis servetur. Cæterùm non nisi Usuardus, & Notkerus affirmarunt, vocatam fuisse Tyrum Civitatem; quod forsan ex Menolog. Græcorum, in quo hac ipsa die fertur: *Ex urbe Tyro, Urbani cujusdam Ducis Exercitus filiam.* Verùm hoc Menolog. nil de Lacu Vulsinio memorat, neque quòd hæc Sancta ibi Martirizata. Quinimmò Petrus de Natal. ad calcem historiæ S. Christinæ tradit hanc Christinam Tyrensem Venetiis adservari: licèt posset dici, vel partem Corporis, vel aliam à Tyrensi; modò, si sapientioribus placuerit, ut Romanum Martyrolog. ab hac ambage explodatur, proferat: *Tyri*, vel *apud Lacum Vulsinium Sancta Christina &c.*

(e) *Emerita in Hispania Sancti Victoris*

Disceptatio Topographica.

viri

viri Militaris. Codices Hieronymiani nuper relati legunt: *In Armenia Civitate natalis SS. Sabaja, Theozeni, Victoris, Militaris, Emerita, cum fratribus duobus, Statiani, Capitonis, Silvani, Stercati, Athenogine, Caritonis*. Ex qua lectione ambages in Romano Martyrologio exoriuntur.

Eminentissimus Baronius in not. *De his Usuard. Ado, & alii recentiores*.

Sed ex vitiato Adonis codice hi Martyrologi, & cæteri alii id scripsere; quammobrem Petrus de Natal. quoque lib. 6. cap. 132. nomina tam Urbis, quàm Martyrum depravat.

Nec officit obtrudere, Martyres recensitos unà cum Victore in Armenia, esse alios à Victore cum duobus tantùm fratribus Stercatio, & Antinogene, Emeritæ in Hispania.

Nam nil vetat, quin Victor vir militaris præter binos fratres, alios etiam in palestra commilitones habuisset, nempe Capitonem, Sylvanum, & Caritonem, in præadductis Hieronymianis Codicibus expressis; tunc verò esset alius, & obstaret, quandò hic Victor non reperiretur unà cum duobus fratribus Stercatio, & Antinogene, sed cum aliis.

Ita neque refragatur, Apographa prælibata non convenire in loco, unum referendo: *In Armenia Civitate*, alterum: *In Armenia Minori*, & alterum: *In Arminia Civitate*.

Quia hæc variatio est adeo parvi momenti, ut ei nulla ratio habenda videatur, utpote ex antiqui Librarii vitio, vel Urbem pro Asiæ regione supponendo, vel nomen proprium Urbis detruncando. Armina enim Plinio, Pomponio, & Solino urbs est Paphlagoniæ circa Sinopem, ab aliis *Armena* dicta, ab aliis *Almena*.

Verùm ne Hispalenses indignentur ob suum raptum Victorem, Roman. Martyrol. neutiquam habeat, sed i(& Saniorum definitione præmissa), quemadmodum Græci in Menologio hac die, sine Agonis loco profert: *Certamen Sanctorum Martyrum Menei, & Capitonis*, ita de Sancto Victore Romanum Martyrolog. *Eodem die S. Victoris viri militaris*.

ij. C Octavo Kalendas Augusti. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

* *Initium duodecim mensis Ægyptiaci Meson, seu Musre. Initium Loi undecimi Syro-Macedonum, & Corpiei undecimi Macedonum mensis*. Pagi to. 1. in calce ex Epoch. Card. Noris.

SAncti Jacòbi Apòstoli, fratris beàti Joànnis Evangelìstæ, qui prope festum Paschæ ab Heròde Agrippa decollàtus est. Ejus sacra ossa ab Jerosòlymis ad Hispànias hoc die translàta, & ùltimis earum finibus apud Gallæciam recòndita, celebèrrima illarum gèntium veneratiòne, & frequènti Christianòrum concùrsu, religiònis & voti causa illuc adeùntium, piè colùntur. (*a*) In Lycia sancti Christòphori màrtyris, qui sub Decio virgis fèrreis attrìtus, & à flammæ æstuàntis incèndio Christi virtùte servàtus, ad ùltimum sagittàrum ìctibus confòssus, martyrium càpitis obtruncatiòne complèvit. (*b*) Barcinòne in Hispànià natàlis beàti Cucuphàtis màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Daciàno Præside plùrimis tormèntis superàtis, percùssus glàdio, victor migràvit in cœlum. (*c*) In Palæstìna sàncti Pauli màrtyris, qui in persecutiòne Maximiàni Galèrii sub Firmiliano Præside càpitis damnàtus, exiguo oràndi spàtio impetràto primùm pro contribùlibus suis, deinde pro Judæis, & Gentìlibus; ut fidei veritàtem agnòscerent, pòsteà pro circumstàntium multitùdine, demum pro Jùdice, qui ipsum damnàverat, & pro carnìfice, à quo ferièndus erat, Deum toto corde precàtus, abscissis cervìcibus, martyrii corònam accèpit. (*d*) Ibidem sanctæ Valentìnæ vìrginis, quæ ad aram ut immolàret addùcta, cùm eam càlcibus evertisset, dirissimè cruciàta, unà cum sòcia vìrgine in ignem conjecta,

(a) *Jacòbi*. Die 30. Aprilis. Græci in Menolog. Die 25. Martii Petrus de Natal.

(b) *Christophor.* Martyr an. 254. sub Licinio. Baron. eo an. n. 22. An. 251 Licinius occisus. Pagi t. 1. ad eum ann. nu. 29. Die 29. Januar. Eccl. Attrebat. Bollan. ea die; item Bolland. ad 17. Febauarii. Die 27 Aprilis. Ms. Adonis Leodien. S. Laurentii. Die 9. Maii Græci in Menolog.

(c) *Cucuphatis Martyris*. Die 12. Februarii Ms. Trevirensis Monast. S. Maximi. Die 15. Sur. t. 7. edition. recentior. Colonien. Die 16. Ms. Richenovien. & Notker.

(d) *Pauli*. Martyr an. 307. Baron. eo anno nu. 18. An. 308. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6. Die 10. Februar. Græci in Menæis. Die 16. Julii Florentinius.

jècta, cucùrrit ad Sponsum. (*e*) Furcònii in Vestìnis sanctòrum màrtyrum Florèntii, & Felìcis Sypontinòrum. (*f*) Còrdubæ sancti Theodemìri mònachi, & màrtyris. (*g*) Trèviris sancti Magnerìci Epìscopi, & confessòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 44. n. 1. & an. 816. n. 56. & Petr. de Natal. lib. 3. c. 136.* (b) *Baron. an. 254. n. 22. Petr. in Catal. lib. 7. c. 135. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. an. 303. n. 141. Mombrit. t. 1. Petr. in Catal. lib. 6. c. 136. & Sur. t. 7. edit. Colonienf.* (d) *Baron. an. 307. n. 18. & Euseb. lib. 8. c. 18.* (e) *Iidem ibid.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. an. 851. n. 5. & S. Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 6.* (h) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 8. c. 37. & lib. 9. c. 10. & Sur. t. 4. prioris edit. in Act. S. Gauderici ad 12. Augusti.*

Qui sunt ex contentione nõ acquiescunt veritati. Ad Rom. 2.

(a) *Jacobi.* Petrus de Natal. hunc Apostolum passum tradit die 25. Martii, & quòd propter festum Annunciationis, & Passionis Dominicæ, Ecclesia statuit, diem natalem eumdem esse ac Translationis Compostellam, nimirum hac die 25. Julii.

(b) *In Lycia S. Christophori.* Lycia *Aidinelli.* Regio Asiæ minoris, inter Cariam sibi ab occidente incumbentem, & Pamphiliam in ortum spectantem, à meridie Lycio Mari, à Septentrionibus Phrygia magna definita; nunc *Aidinella*, ex qua denominatur; Regionis est caput. Martyrol. Hieronymian. Lucen. Bluman. & Ms. Reginæ Sueciæ: *In Licia Civitate Salmon Sancti Christophori.* Martyrolog. Epternacen. *In Licia Civitate Samo.* Martyrolog. Corbejen. *In Sicilia Civitate Samon.* Mss. Attrebaten. Tornacen. Barberinian. Roman. & Flor. *In Lycia Civitate Samon natale S. Christophori.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Qui jussu Dagni Regis in carcere reclusus &c.* De Peregrinis percurrit sub quo. Mss. Lætien. S. Lamberti, & Monast. S. Cyriaci: *S. Christofori*, nil aliud. Ms. Roman. Vatican. addit: *In Portu Sancti Acontii.* Martyrolog. Romau. vet. *Civitate Samo.* Notker. *Civitate Samonis.* Samos *Samo.* Insula Maris Ægæi, seù Maris Icarii nobilis, Joniæ adijacens, inter Icariam Insulam, & Trogilium promontorium Joniæ. Ferrar. sua nova Topographia. Ortelius nobis præstat Samos Urbem Lyciæ fuisse. Præfatio in Missal. Ambrosiano tom. 7. in calce de hoc Sancto narrat, quadraginta octo millia hominum ad Christum Dominum adduxisse. Alia de eodem videnda, quæ eruditè ad hunc diem Baronius adnotat.

(c) *Barcinone Cucuphatis.* Aliis: *Quoquofatis, Cucubatis.* Notker. *In Hispania Civitate Barcillonæ S. Cucufatis Martyris.* Ms. Treviren ad 12. Februarii, qua die hic S. Barcinonæ appulit: *Barcinonæ in Hispania S. Cucufatis, & Felicis.* Florentin. ad 16. Februarii. Holstenius in suis hujus diei animadversis: *Beati Cucufati in Ms. Regina* (scilicet Sueciæ) *passio ponitur 16. Februar. sed alterum Ms. hoc die natalem ponit.*

(d) *In Palæstina Pauli Martyris.* Ad 16. Julii Martyrolog. S. Vuillibrordi: *XVII. Kal. Augusti: In Cæsarea Pauli, & S. Mammetis.* Martyrol. Corbejen. addit: *Floridæ.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *XVII. Kal. Augusti in Cæsarea S. Pauli, cujus gesta habentur, & S. Mammetis, & Sanctorum Valentini, Theoni, Diocletis.*

Testimonium perhibeo de illis, qui æmulationem habent. Ad Roman. 10.

(d) *In Palæstina Pauli Martyris.* Notker. *In Cæsarea Cappadociæ S. Pauli, cujus gesta S. Hieronymo, ut ipse confitetur agnita, nostræ tarditati sunt ignota.* Qua lectione nutat modò hoc Romanum Martyrologium signando hunc Martyrem in Palæstina.

Disceptatio Topographica.

Eminentissim. Baronius in not. indigitat Eusebium, qui hist. lib. 8. cap. 18. de Martyribus Palæstinæ in Actis hujus Martyris effert: *Is cum alio Anonymo Gazensi, & Valentina Cæsariensi capitali supplicio Cæsareæ Palæstinæ damnatus die 25. mensis Panemi*, hoc est hac die octavo Kal. Augusti.

Notkerus tamen Eusebio refragatur, qui profectò id non scripsisset, si ante septingentos annos in suo Codice non invenisset. Quamobrem Romanum Martyrolog. nutat, quia Eusebius loco adducto scribit: *Cæsareæ Palæstinæ*, & aliundè Notker. *Cæsareæ Cappadociæ.*

Nec obtrudere valet, hunc Paulum Cappadocem esse alium à Palæstino.

Nam Notker. apud eamdem Urbem Cæsareæ Cappadociæ statim subnectit Acta prodigiosa S. Mametis, sive Mamantis Martyris in Cæsarea Cappadociæ, ut hoc Romanum ad 17. Augusti; neque hac die 25. Julii aliquam memoriam agit de alio Paulo Palæstino, sed de hoc Paulo ad 16. Julii anteposuit cultum, quemadmodum & prælaudati Codices S Hieronymi: Quinimmò quùm Rom. Martyrolog. ad 17. Augusti alium Paulum in Palæstina cum Juliana Sorore veneretur, videtur Eusebium facilè Paulum Cappadocem cum Palæstino confudisse. Cæterùm Codices antiqui, uti Hieronymiani, in *Cæsarea* sine addito Cappadociæ, aut Palæstinæ habent, & Græci in Menologio Canisii ad 16. Julii: *Diocæsareæ Pauli, Valentianæ, & Theæ:* At putandus error Diocæsareæ, pro Cæsareæ, præsertim si Valentinus, & Theon, essent Valentina, & Thea. Modò ut hæc ambiguitas è Romano Martyrològio abeat, & majo-

ri

ri ſapientia præditi cenſuerint, ad inſtar Codic. S. Hieronym. *In Cæſarea S. Pauli Martyris, qui in perſequutione Maximini &c.*

j.	D				Septimo Kalendas Auguſti. Luna.														26
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
			20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30					

(a) *Annæ*: Die 25. Jul. Græci in Menolog.

(d) *Hyacinthi*. Martyr an. 100. ſub Trajano Baron. eo ann. nu. 12. Non ante an. 112. ſub Trajano Pagi t. 1. ad an. 106. nu. 3.

(f) *Valentis Epiſcopi*. Obiit an. 301. Monument. Eccl. Veronen. Cardin. Valerius.

DOrmìtio ſanctæ Annæ, matris Genitrìcis Dei MARIÆ. (*a*) Philippis in Macedònia natàlis ſancti Eràſti, qui illic à beàto Paulo Apòſtolo relìctus Epìſcopus, ibidem martyrio coronàtus eſt. (*b*) Romæ via Latina ſanctòrum martyrum Symphrònii, Olympii, Theodùli, & Exupèriæ, qui (ut in geſtis ſancti Stèphani Papæ lègitur) ignibus combùſti, martyrii palmam adèpti ſunt. (*c*) In Portu Românо ſancti Hyacìnthi màrtyris, qui primò in ignem injèctus, deinde in profluèntem præcipitàtus, illæſus evàſit: poſt hæc à Leòntio Conſulàri ſub Trajàno Imperatòre glàdio percùſſus, vitam finìvit: cujus corpus Jùlia matròna in prædio ſuo juxta Urbem ſepelivit. (*d*) Item Romæ ſancti Paſtòris presbyteri, cujus nòmine Titulus extat in Viminàli apud ſanctam Pudentiànam. (*e*) Verònæ ſancti Valèntis Epìſcopi, & confeſsòris. (*f*) In monaſtèrio ſancti Benedìcti in agro Mantuàno ſancti Simeònis mònachi, & eremìtæ, qui multis miràculis clarus, in ſenectùte bona quièvit. (*g*)

(a) *Baron. t. 1. in apparat. num. 4. S. Epiphan. in Panar. hær. 78. & 79. Molan. Addit. ad Uſuard. aliique.* (b) *Baron. an. 59. nu. 10. Paul. ad Roman. c. 16. & ad Timoth. c. 4. & Dorotheus in Synopſi.* (c) *Baron. an. 259. n. 26. & ſequ. Sur. tom. 4. prior. edit. in Act. S. Stephan. Pap. ad 2. Auguſti.* (d) *Baron. ann. 100. nu. 12. Sur. t. relat. Uſuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 162. n. 1. & an. 162. n. 24.* (f) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. de monument. Eccleſ. Veronen.* (g) *Baron. an. 1016. n. 4. & ſequ.*

Sapientia habitat in conſilio; Eruditis cogitationibus intereſt. Prov. 8.

(a) *Dormitio S. Annæ*. Hoc feſtum à Gregorio XIII. duplici Officio Romanis, & aliarum Eccleſiarum Kalendariis hac die additum anno Domini 1584.

(c) *Romæ Symphronis, Olympii, Theoduli, & Exuperiæ*. De Peregrin. *Via Latina Simpronis, Olimpii, Theodoli, & Exuperiæ*.

(d) *In Portu Romano Hyacinthi, à Leontio Conſulari ſub Trajano Imperatore*. Ms. Divionen. *In Portu S. Hiacinthi Martyris, qui paſſus eſt ſub Conſulari Leontio, Luxurio primo Civitatis tradente*. De Peregrinis: *Conſulari Leonico gladio percuſſus vitam finivit*. Silent ſub Trajano.

(e) *Romæ Paſtoris Presbyteri*. Ms. Vatican. S. Petri: *In Laodicea Prygia Jobiani, Juliani, Felicis, Marciani, & Paſtori Presbyteri*. Acta in Bibliotheca Vallicellana Romæ accita à Baronio in not. alium Paſtorem Martyrem, hac ipſa die proſtant, diſcipulum S. Eraſmi Epiſcopi, Romæ via Salaria, temporibus Diocletiani, ad Clivum Cucumeris ſepultum.

(g) *In Monaſterio in agro Mantuano Simeonis Monachi, & Eremitæ*. Mantua, *Mantova*; Urbs antiqua Cenomanorum Galliæ Ciſalpinæ Tranſpadanæ in Venetorum finibus, medio occurrens itinere inter Parmam, & Veronam. Virgilio Poetarum principe clara, in cujus agro Monaſterium celebre Benedictinorum ab Urbe XII. mille paſſus. Pleraque Apographa die ſequenti, inter quæ Martyrologium Hieronymian. Lucen. & Martyrolog. Bluman. VI. *Kal. Auguſti*: *In Sicilia natalis S. Simeonis*. Ms. Roman. Barberinian. addit. *Monachi*. Ms. Divionen. VI. *Kal. Auguſti*: *In Rigia Simeonis Monachi*. Martyrolog. Corbejen. VX. *Kalend. Auguſti*: *In Sicilia natalis S. Simeonis*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Sicilia SS. Monachi Simeonis*, ex quibus lectionibus præter Simeonem, Armenum genere, Levitam ordine, & Monachum profeſſione in agro Mantuano defunctum, de quo Roman. Martyrol. hac die, & alium Simeonem Trevirenſem Monachum quoque

Pretioſi Spiritus vir eruditus. Prov. 17.

&

& Benedictin. iisdem temporibus in Turri inclusum, ut Sigebert. in Chronic. ad ann. 1015. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 130. Alii duo Simeones leguntur, alter Siculus, & alter Syrus. Verùm ex Ms. Reginæ Seciæ addubitandum, an tò Monachus sit nomen proprium Martyris, vel Instituti. Notker. & Petr. de Natal. lib. 11. num. 203. die sequ. *In Sicilia Simeonis Monachi*. Usuard. vi. *Kal. Simeonis Monachi*: nec Maurolyc. Sicul. aliud addit. Undè Amanuensis error arbitrandus in Ms. Reginæ Seciæ pro una litera S. videlicet: *S. Monachi Simeonis*. binas apposuit, nimirum: *SS. Monachi Simeonis*.

* E Sexto Kalendas Augusti. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

Nicomediæ pàssio sancti Pantaleònis mèdici, qui à Maximiàno Imperatòre pro fide Christi tentus & equùlei pœna ac lampadàrum exustiòne cruciàtus, sed inter hæc Dòmino sibi apparènte refrigeràtus, tandem ictu glàdii martyrium consummàvit. (*a*) Ibìdem sancti Hermolài presbyteri, cujus doctrìna beàtus Pantàleon ad fidem conversus est; sanctòrum quoque Hermìppi, & Hermòcratis fratrum, qui post multas pœnas sibi illàtas, ab eòdem Maximiàno capitàli sentèntia ob confesiònem Christi punìti sunt. (*b*) Nolæ sanctòrum màrtyrum Felicis, Juliæ, & Jucùndæ. (*c*) Vigìliis in Apùlia sanctòrum màrtyrum Mauri Epìscopi, Pantaleemònis, & Sèrgii, qui passi sunt sub Trajàno. (*d*) Apud Homerìtas commemoràtio sanctòrum Martyrum, qui sub Dùnaan tyrànno ob Christi fidem incèndio tràditi sunt. (*e*) Cordubæ in Hispània sanctòrum màrtyrum Geòrgii diàconi, Felìcis, Aurèlii, Natàliæ, & Liliòsæ in persecutiòne Aràbica. (*f*) Ephesi natàlis sanctòrum septem Dormièntium, Maximiàni, Malchi, Martiniàni, Dionysii, Joànnis, Serapiònis, & Constantìni. (*g*) Antisiodòri depositio beàti Æthèrii Epìscopi & confesòris. (*h*) Constantinòpoli beàtæ Anthùsæ vìrginis, quæ sub Constantìno Copronymo ob cultum sanctàrum Imàginum verbèribus cæsa, exìlio relegàta, quièvit in Dòmino. (*i*)

(a) *Pantaleonis*. Martyr an. 311. Baron. eo an. n. 57. An. 312. Pagi t. 1. ad an. 403. n. 6. Die præced. Græci in Menolog. Die sequ. Beda edition. Basileens. Usuard. Ado, & Notker. Die 19. Februar. Mss. Bruxellen. S. Gudilæ, & Eccles. Burgen.

(b) *Hermolai, & Soc.* Pridie Græci in Menologio.

(d) *Mauri, & Soc.* Die 1. Maii officia propria. Die 2. Ms. Cassinen.

(f) *Felicis, & Soc.* Die 27. Septembr. Cordubæ. Ferrar. ad novam Topographiam in calce.

(g) *Septem Dormientium*. Martyres ann. 254. sub Decio Baron. eo an. n. 15. An. 251. sub Decio Pagi to. 1. eodem an. n. 19. & 30. Die 4. Augusti. & 22 Octobr. Græc in Menolog.

(a) *Baron. an. 311. n. 57. Lippoman. t. 6. Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 146.* (b) *Baron. an. 311. n. 17. & Nicephor. hist. lib. 7. c. 14.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 118. n. 7.* (e) *Baron. an. 522. n. 47. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit. ad 24. Octobr.* (f) *Baron. an. 852. nu. 17. & S. Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 10.* (g) *Baron. an. 254. n. 25. Nicephor. lib. 14. c. 45. S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. c. 95. Sigebert. in Chronic. ad an. 447. & Sur. t. 4. prior. edit. hac die.* (h) *Baron. in not. & Tabul. Demochar. de Sacrific. Miss.* (i) *Baron. ann. 775. n. 7. & Græci in Menologio.*

Quæ audis per multos testes, commenda hominibus, qui idonei sunt. 2. ad Timoth.

(a) *Nicomediæ Pantaleonis Medici*. Acta apud Sur. edit. Coloniens. tom. 7. *Nicomediæ Admirabilis, & magnus inter Martyres Pantalemon*. Verùm *Pantaleon* apud omnes alios Codices. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Lætien. *Lugduno natale Pantaleonis, qui sub Maximiano Imperatore martyrio coronatus est*. An idem addubitandum. Ad huc Pantaleon Nicomediensis sub Maximiano Imperatore legitur martyrizatus, ut Roman. Martyrolog. verùm additur Medicus.

(b) *Ibidem Hermolai Presbyteri, & Hermogratis fratrum*. De Peregrin. *Nicomediæ Hermolai Presbyteri, Herenept, & Hermogenis fratrum*. Bolland. ad 7. Februar. asserit hanc

Sapientiam loquimur inter perfectos. 1. ad Corinth.

hunc Hermolaum esse illum, quem ea die Beneventani colunt, qua die Benevent. Reliquiæ allatæ fuere.

(c) *Nola Felicis, Julii, Jucunda*. Nola urbs Campaniæ antiquissima, in planitie inter Montes Vesuvium, & Tiphatam comprehensa, inter Neapolim, & Sarnum, multis adhuc ejus antiquitatis vestigiis extantibus. Martyrolog. Corbejen. *In Nola Civitate natalis S. Felicis de ordinatione Episcopatus*. Martyrol. Veissemburgense, Ms. Reginæ Sueciæ, & Notker. ultrà: *Multa mirabilia fiunt*.

(g) *Ephesi natale septem Dormientium*. Ita dicti, vel quia intra Speluncam clausi, & specus ostio reserato, inventis dein eorum corporibus, velut iterùm apparuerint; vel ut alii, quia sub Decio usque ad ultima Theodosii Junioris tempora intra specum clausi, somno capti ad ducentos ferè annos revera dormierint. Multa de his Baronius in not. eruditè cumulat, & adnotat.

(h) *Antisiodori Ætherei Episcopi, & Confessoris*. Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Civitate Antisiodoro depositio S. Etheri Episcopi*. Mss. Tornaeen. Monasterii S. Martini, & Roman. Barberinian. *Et Confessoris*.

Disceptatio Topographica. (c) *Nolæ Felicis, Juliæ, & Jucundæ*. Martyrolog Corbejen. apud Dacherium t. 4. in Spicilegio: *In Nicomedia Julia, Jocundæ, Januariæ*. Martyrologium Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Nicomedia Julia, Secunda; Januarii*. Et Ms. Romanum Barberinianum: *Julia, Secundi, Januarii*. At *Januaria* potiùs quàm Januarii, scribendum autumat Florentinius: ex quibus lectionibus ambiguum, an Julia, & Jucunda Nolæ cum Felice adscribendæ.

Eminentissimus Baron. in not. *Agit de iisdem hac die Beda, adstipulanturque vet. manuscript.*

Ast Beda lacunatus referendo hac die Martyres Nicomedienses, aliquos tantùm recensuit, nempe Pantaleonem Medicum, Hermolaum, & Hermocratem. Dein quùm inter eos referre omisisset Juliam, Jocundam, & Januariam, has unà cum Felice Nolæ reposuit: nec Baronius alium quàm Bedam laudat: & vetera Mss. anonyma, quæ accit, aliter habent, ut liquet.

Quòd si quis obtruderet, Jocundam, & Juliam, cum Felice Nolæ adscriptas, esse alias à Jocunda, & Julia cum Januaria Nicomediæ signatas.

Hoc erit divinare, quùm sit id quod ambigitur; nec adest ratio asserendi, fuisse alias: Quamobrem ut sine hac nutatione sit Rom. Martyrologium, & majori sapientia prædicti definierint, aut passionis loco non indicato ut in Martyrol. Antuerpiensi: *Nolæ natalis Felicis, Jocundæ*; aut: *Nolæ S. Felicis Martyris: eodem die Sanctarum Martyrum Juliæ, & Jocundæ*.

xxix.	F			Quinto Kalendas Augusti.				Luna										28
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2					

Romæ pàssio sancti Victòris Papæ & màrtyris. (*a*) Item Romæ sancti Innocèntii Papæ & confessòris. (*b*) Mediolàni natàlis sanctòrum màrtyrum Nazàrii, & Celsi pùeri, quos Anolinus sub ràbie persecutiònis, quæ per Neronem excitàta est, diu maceràtos, & afflìctos in càrcere, glàdio ferìri jussit. (*c*) Thebàide in Ægypto commemoràtio plurimòrum sanctòrum Màrtyrum, qui in persecutiòne Dècii, & Valeriàni passi sunt, quando Christiànis optàntibus prò Christi nòmine glàdio pèrcuti, càllidus hostis tarda ad mortem supplìcia conquìrens, àuimas cupièbat jugulàre, non còrpora: ex quorum nùmero unus post equùleos, làminas, ac sartàgines superàtas, melle perùnctus, ligàtis mànibus post tergum sub ardentìssimo Sole fucòrum ac muscàrum acùleis expòsitus fuit: àlius inter flores mòlliter vinctus, cùm ad eum impudicìssimum scortum venìsset, ut in libìdinem concitàret, præcisam morsu linguam in blandièntis fàciem èxpuit. (*d*) Ancyræ in Galàtia sancti Eustathii màrtyris, qui vàriis tormentòrum genèribus excruciàtus,

(a) *Victoris Papæ*. Martyr an. 203. Baron. eo an. n. 1. Ann. 197. Pagi t. 1. ad ann. 201. nu. 7. Die 20. April. Cod. nomin. Apostolor. Usuard. Ado, & Notker.

(b) *Innocentii Papæ*. Die 12. Martii Pagi t. 2. ad an. 417. nu. 12. Die 21. Decembr. Florentin.

(d) *Commemoratio plurimorum SS.* Martyres an. 253. sub Decio. Baron. eo ann. nu. 112. An. 251. sub Decio Pagi t. 1. eodem an. nu. 29. & 30.

(g) *Sampsonis Episc.* Circa 600. Baron. in not. Circa 557. & 58. Pagi t. 2. ad an. 559. nu. 7. Circ. 599. Usser. Annal. Hibern.

tus, atque in flumen demèrsus, sed inde ab Angelo erèptus, demum colùmba è cœlo adveniènte ad præmia ætèrna vocàtus est. (*e*) Milèti sancti Acàtii màrtyris, qui sub Licinio Imperatòre post divèrsas pœnas in fornàcem injèctus, ac Dei ope servàtus illæsus, màrtyrium càpitis abscissione complèvit. (*f*) In Britànnia minòri sancti Sampsònis Epìscopi & confessòris. (*g*) Lugdùni sancti Peregrìni presbyteri, cujus beatitùdinem miraculòrum glòria testàtur. (*h*)

(a) *Baron. an. 203. n. 1. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 5. c. 22. Optat. Milevitan. lib. 2. contra Parmen. S. Augustin. Epist. 165.* (b) *Baron. an. 385. n. 9. & an. 417. n. 4. Ado, Notker. aliique.* (c) *Baron. in not. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 3. ad 19. Jun. & Purricelli differt. Nazariana.* (d) *Baron. an. 253. n. 112. item S. Hieronym. in vit. S. Pauli primi Eremitæ.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (f) *Baron. ibidem, & Græci in Menologio.* (g) *Baron in not. Baldricus Dolensis Episcopus in vita, Petr. in Catal. lib. 6. c. 150. Vincent. in Specul. lib. 2. cap. 150. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti lib. 3. c. 41.* (h) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.*

In antiquis est sapientia. Job 28.

(a) *Victoris Episcopi*. Codices Hieronymiani, Ms. Reginæ Sueciæ, & Martyrolog. Bedæ nomine prænotatum ad 20. Aprilis: *Romæ depositio Victoris Episcopi, Felicis, Alexandri*; & alii addunt: *Papæ*. Pagi tom. 1. ad an. 201. n. 5. animadvertit, quòd quamvis legatur natale ad 20. Aprilis, nihilominùs standum erit Chronic. Auctior. vet. Pontif. in quo habetur: *Sepultus est juxta Corpus B. Petri v. Kal. Augusti*.

Cardinal. Baronius autumat, Martyrem obiisse: Pagi verò suadet, nullum ex antiquis hoc dixisse; Codices quidem nuper relati depositionis nomen signant pro Sanctis Confessoribus indicandis.

(b) *Item Romæ Innocentii Papæ, & Confessoris*. De Peregrinis, & Bellinus: *Innocentii Papæ, & Martyris*. Galesin. *Innocentii Papæ, & Confessoris*. At in notis admonet, Martyrem dictum ob admirabilem virtutem, summamque constantiam cum Martyrum fortitudine comparandam, qua Chrysostomi causam contra Arcadium, & Eudoxiam suscepit.

(c) *Mediolani Nazarii, & Celsi Pueri*. Mediolanum, *Milano* Italis, *Mayland* Germanis; Urbs Insubriæ caput toto orbe clarissima, & Metropolis amplissima, in magna planitie, aquis, quibus necessaria advehuntur, circum irrigata. Multorum Imperator. Sedes, quæ, etsi multoties vastata, semper tamen refecta, & pristinæ magnitudini restituta. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Italia Civitate Mediolani SS. Gervasi, Protasi, Nazari, & Celsi Pueri*. Martyrolog. Epternacen. *In Sicilia Conscomani, Prudenti, Philippi, Alexandri, Zotici, Bissiæ, Secunda, Machaci, Nazaria, Celsæ, Mediolano Nazari, Celsi*. Martyrol. Corbejen. *Alibi Septimiæ Augusta Virginis, Celsa, Nanai, Mediolano SS. Gervasi, Protasi, Nazarii, & Celsi*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Mediolani Nazarii, & Celsi Pueri*, nil aliud. Ms. Barberinian. Roman. *In Nicomedia natale SS. Nazaris, & Celsi*.

Trahitur sapientia de occultis. Job 28.

(g) *In Britannia minori Sampsonis Episcopi, & Confessoris*. De Peregrinis: *In Britannia majori Saxonis Episcopi, & Confessoris*. Si non sphalma Saxonis pro *Sampsonis*, erit alius: maximè *In Britannia majori*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Britannia Monasterio Dolo depositio S. Sampsonis Episcopi, & Confessoris*.

(h) *Peregrini*. Ferrar. General. Catal. SS. die 30. Januar. alium Peregrinum Confessorem refert in Galatabilotta in Sicilia.

xxviij. G Quarto Kalendas Augusti. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

TArâsci in Gàllia Narbonènsi sanctæ Marthæ vìrginis, hòspitæ Salvatòris nostri, & soròris beàtæ Mariæ Magdalènæ, & sancti Làzàri. (a) Romæ via Aurèlia sancti Felìcis Secùndi Papæ & màrtyris, qui à Constàntio Imperatòre Ariàno ob Cathòlicæ fìdei defensiònem à sede sua dejèctus, & Ceræ in Tuscia occùltè glàdio necàtus, gloriòsè occùbuit. Ejus corpus inde à clèricis raptum, eàdem via sepùltum fuit: pòsteà verò ad Ecclèsiam sanctòrum Cosmæ, & Damiàni delàtum, ibìdem Gregòrio Decimotèrtio Summo Pontìfice repèrtum est sub altàre, unà cum relìquiis sanctòrum martyrum Marci, Marcelliàni, & Tranquillìni, atque in eòdem loco prìdie Kalèndas Augùsti simul cum eis recònditum. In quo ètiam altàri invènta fuèrunt còrpora sanctòrum màrtyrum Abùndii presbyteri, & Abundàntii diàconi, quæ non multò pòst ad Ecclèsiam Societàtis JESU solèmniter translàta sunt prìdie natàlis eòrum. (b) Item Romæ via Portuènsi sanctòrum màrtyrum Simplìcii, Faustìni, & Beatrìcis, tempòribus Diocletiàni Imperatòris: quorum duo primi post multa & divèrsa supplìcia jussi sunt capitàlem subìre sentèntiam: Beatrix verò eòrum soror in confessiòne Christi præfocàta est in carcere. (c) Romæ prætèreà sanctòrum màrtyrum Lucìllæ, & Floræ vìrginum, Eugènii, Antonìni, Theodòri & sociòrum decem & octo, qui sub Gallièno Imperatòre illùstre martyrium obièrunt. (d) Gangræ in Paphlagònia sancti Callìnici màrtyris, qui virgis fèrreis verberàtus, aliìsque supplìciis cruciàtus, tandem in fornàcem injèctus, spìritum Deo rèddidit. (e) In Novèrgia sancti Olàvi Regis & màrtyris. (f) Trecis in Gàllia sancti Lupi Epìscopi & confessòris, qui cum beato Germàno ad expugnàndam Pelagianòrum hæresim in Britànniam perrèxit, urbèmque Trecas à furòre Attilæ, Gàlliam omnem devastàntis, assìdua oratiòne defèndit: demum quinquagintaduòbus annis sacerdòtio venerabìliter functus, in pace quièvit. (g) In civitate Briocènsi sancti Gulièlmi Epìscopi & confessòris. (h) Item depositio beàti Pròsperi Epìscopi Aurelianènsis. (i) Apud Tudèrtum sancti Faustìni confessòris. (k) In civitàte Mamiènsi sanctæ Seraphìnæ. (l)

(b) *Felicis Papæ*. Die 11. Novemb. Luitprand. Die 28. Liber precum Marcellini, & Faustini à Sirmondo editus.
(c) *Callinici*. Die 28. Octobr. Acta Synodi Calcedonens.

(f) *Olavi Regis*. Martyr an. 1028. Baron. eo ann. n. 7. An. 1030. Pagi to. 4. ad an. 128. n. 9.
(h) *Gulielmi*. Die 26. Jan. Alii Bolland. ea die.

(a) *Baron. an. 35. n. 5. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 6. c.* 151. (b) *Baron. an. 357. n. 46. & sequ.* (c) *Baron. an. 302. n. 113. & 114. Mombrit. t. 2. & Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Anthimi ad 11. Maii.* (d) *Baron. an. 262. nu. 57. Petr. in Catal. lib. 6. c. 157. & Galesin.* (e) *Baron. an. 254. n. 22. Græci in Menologio hac die, Miscella lib. 15. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 4. prior. edit.* (f) *Baron. an. 1028. n. 7. Grammat. histor. Danica lib. 10. & Olaus hist. Goth. lib. 17. c. 21. 22. & 23. & lib. 8. c. 1. & 5.* (g) *Baron. an. 426. n. 21. An. 429. n. 10. & an. 479. n. 14. Ado in Chron. ad an. 452. Sigebert. ad an. 435. & 436. & Sur. t. 4. prior. edit.* (h) *Baron. in not.* (i) *Ba-*

Baron. an. 463. nu. 12. & Sammarthani. (K) *Baron. in not. & Tabula Eccl. Tudertinæ*. (l) *Baron. ibidem*.

Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

(a) *Romæ via Aurelia Felicis Secundi Papæ, & Martyris, Constantio Imperatore Cera in Tuscia*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Romæ via Fueriense Abscodi, Rufi, Felicis, Abdi, Pontiani, Niceti*. Martyrol. Veissemburgense: *Romæ via Puerinse Abscoda, Pontiani*. Calendar. Fronti: *Natal. SS. Felicis Papę, Simplicii, Faustinæ, & Beatricis*. Luitprand. ad 11. Novembr. *Romæ via Portuensi depositio S. Felicis Episcopi, Constantii precepto capite truncatur in Civitate Coranna*. Menardus: *Romæ via Aurelia S. Felicis Episcopi, & Martyris sub Constantino*.

Cardinal. Baron. in not. suadet loco *Cora*, emendatum *Cere*: ubi Reliquiæ solemni memoria adservantur. Coræ autem nequaquam. Luitprand. verò: *In Civitate Coranna*. Verùm facilè pro Urbe *Corona*, sivè *Corana*, oppidum *Cora*, inter *Latinos*, & *Volscos* adhuc non magnum persistens, intelligendum: Oppidani namque Corani apud Plinium dicuntur lib. 3. cap. 5. Quamobrem Florentin: vir eruditus autumat exarandum: *Et in oppido Cora, & Romæ via Portuensi S. Felicis Episcopi*. Cæra priùs Agylla vocabatur, urbs Hetruriæ quondam Scriptoribus antiquis clara, & quoque Cærites oppidani vocati, sivè Cæretani.

(b) *Item Romę Simplicii, Faustini, & Beatricis*. Martyrol. Hieronym. Lucen. & Martyrol. *Via Portuensi mil. VI. Simplici, Faustini, Beatricis, Abscodi, Abdi, Pontiani, Niceti*. Martyrol. Corbejen. *Roma via Portuensi Abscodi, Rufi, Abdi, Pontiani, Diceti. Via Portuensi inibi ejusdem miliario VII. Simplicii, Faustini, Beatricis, Magni, Donata*. Martyrolog. Reginę Sueciæ Ms. *Via Prænestina Ascodi, Rufi, Abdi, Pontiani, Niceti, & via Portuensi inibi ejusdem milliario VI. SS. Simplicii, Faustini, & Beatricis*. Holstenius. Librarii errorem via Prænestina pro Portuensi colligit Florentinus ex verbis: *Inibi ejusdem*, quæ Portuensem viam innuunt: Verùm verba *Inibi* referri queunt ad *Roma*, & non ad *via Prænestina*.

Cardinal. Baron. in notis veterem lapideam inscriptionem exhibet: *Martyres Simplicius, & Faustinus, qui passi sunt in flumen Tibere, & positi sunt in Cœmeter. Generosi super Philippi.*

Holstenius tamen animadvertit, in Actis Mss. hæc leguntur: *Quorum corpora inventa sunt juxta locum, qui appellatur Sextum Philippi via Portuensi*. De loco *Sexti Philippi* meminerunt Acta apud Petr. de Natal. & Aringhium lib. 2. Rom. Subt. cap. 20.

(g) *Trecis in Gallia Lupi Episcopi, & Confessoris &c. quinquagintaduobus annis Sacerdotio functus est*. Martyrolog. Epternacen. *Trecas Civitate S. Lupi, Anastasi, & Philippi, Saturnini, Celesti, Pelagia*. Mss. Attrebaten. & Barberinian. Romanum: *Eodem die depositio Sancti Lupi Episcopi de Trecas* &c. *quinquaginta annos Sacerdotio functus* &c. Ms. Divionen. *Annos sex Sacerdotio functus*.

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Prover. 12.

(h) *In Civitate Briocensi Gulielmi Episcopi*. Briocum, & Briocensis, *San Brieu* Gallis; urbs Galliæ Celticæ in Britannia minori, inter Maclovium, & Corisopitum ejusdem regionis. Ex Episcopo Brioco nomen Urbi inditum: *Gulielmi*. Aliis: *Guilermi, Velhelmi, Vuilhelmi*. Baron. in not. animadvertit: *De hoc Sancto Godefridus Episcopus Bituricensis excessit ex humanis anno Domini* 1241. Alius tamen à Gulielmo Episcopo Bituricensi, quem ad 10. Februarii memorat Calend. Cistercien. Divionis, ut Bolland. ea die.

(l) *In Civitate Mamiensi S. Seraphinæ*. Ms. Vaticanum S. Petri sine loci nota: *S. Serafiæ Virginis*.

Disceptatio Historico-Topographica.

(a) *Tarasci in Gallia Narbonensi S. Marthæ Virginis, Hospita Salvatoris nostri, & Sororis B. Mariæ Magdalenæ, & S. Lazari*.

Nèdum inter Græcos, & Gallos Scriptores, sed & inter ipsos Gallos, inter quos, & Launojus, non levis nutatio, an Corpus hujus Beatę Marthę Tarasci in Gallia signandum. Præter Martyrologii S. Hieronymi Apographa, apud Florentinium, variaque alia Mss. penès Bollandum ad 19. Januarii. Rabanus quoque, & Notker. hac die promunt: *Hierosolym. natale Marthæ, & Mariæ Sororum Lazari*. Adstipulantur vetustiora Sacramentaria, præcipuè apud Menardum ex Codice Rodrani, & Remensi ad illud Gregorii 37. ex ex quibus omnibus elicitur, Hierosolymam esse locum, undè S. Martha in Cœlum evolavit, ac ubi sepulta.

Natal. Alexandri vir eruditus sua Hist. Eccles. Sæcul. 1. par. 2. Dissert. 16. obtrudit, diem 19. Januarii esse diem Sacrum consecrationis Domus Marthæ in Ecclesiam, quùm diem obitus Græcorum Menæa, & Menologia die hac 29. Jul. consignent; quinimmò Beda, Usuard. Ado, & Roman. Martyrologium ad 19. Januarii nil de Martha, & Maria Sororibus habent, sed ea die Romanum Martyrolog. & Beda, Usuard. die tamen 20. Januarii, & Ado promunt: *Romæ natale SS. Marii, & Marthæ cum filiis Audifax, & Abacuc*. Ex quo facilè cujusdam feriati Authoris incuria, ex Roma, Hierosolymam, & ex Mario, & Martha conjugibus, Mariam, & Martham Sorores fecit.

Ast sacra prælaudata Fasta diem natalis indicant, non Consecrationis, aliter proferrent, ut vetustissimum Martyrol. Ms. Ecclesiæ Metropolitanæ Aquensis ab ipsomet Natal. Alexandri accitum, in quo ad 19. Januarii: *Beati Lazari, quem Dominus Jesus in Evangelio legitur resuscitasse à mortuis. Item Beatæ Marthæ Sororis ejus, in quorum memoriam venerabilem extructa Ecclesia non longè à Bethania, ubi è vicino Domus eorum fuit, conservat*.

Nec

Nec ex sciolo Authore, ut Alexander præsumit ea die pro Mario, & Martha Romæ productis, inscriptum fuit in adductis codicibus: *Hierosolymis Martha, & Mariæ Sorores.*

Nam adhuc duo Calendaria, unum parvum Sancti Hieronymi Ms. & alterum Canonicorum Lucensium ea ipsa die Marium, & Martham dictant, nempe alterum: *xiv. Kalen. Februarii Sanctorum filiorum.* Alterum: *xiv. Kal. Sanctorum Marii, & Marthæ, & Audifax*. Item die sequenti 20. Januarii Usuard. & Ado: *Romæ Marii, & Marthæ uxoris ejus, Audifax, & Abacuc*. Quorum certamen fertur in Menologio Basilii ad 8. Februarii: Græci, & alii Codices rectè discriminando Hierosolymitanas Mariam, & Martham Sorores a Mario, & Martha conjugibus; Quinimmò Launojus, & ejus Asseclæ etiam dicere possent, cujusdam male feriati Auctoris inscitia ex Roma in Gallias, ex Mario, & Marta conjugibus, in Mariam, & Martham Sorores translatum.

Producitur pro Tarasci ibi Corpus Sanctæ Marthæ conditum, inventio ejusdem Corporis in Sacello ipsius Ecclesiæ subterraneo de anno 1187. in cujus laudem præclarissimum Templum ab Imberto Arelatensi Archiepiscopo, & Rostagno Avenionensi consecratum die 1. Julii an. 1197. ut carmina ad latus majoris januæ ejusdem templi adstruit Lapis ibi marmoreus, in quo insculptum: *Beata Martha jacet hic*. Et Chronicon. Bibliothecæ Regalis Abbatiæ S. Victoris ad calcem operum Ugonis: *Corpus S. Marthæ dicitur esse sepultum apud Tarascum oppidum propè Civitatem Arelatensem*.

Sed totum hoc redarguitur, vel quia aliqua Sancta nomine Martha Tarasci in Gallia floruerit, obierit, atque sepulta, cui propter nominis cognationem eadem tribuit Tarasci Uulgus, quæ Marthæ, & Magdalenæ Sororibus conveniunt, unde forsan prælaudatum Chronicon sanè scripsit: *Corpus S. Marthæ dicitur esse sepultum apud Tarascum*, reponendo tò *dicitur esse* totam fidem penès ipsum Vulgum, ut liquet; quemadmodum Inscriptio marmorea indigitata *Martha* non addit *Sororis Mariæ Magdalenæ*, sed *Beata Martha jacet hic*. Vel quatenus Tarascenses quamdam partem Beatæ Marthæ reliquiarum à Hierosolymitanis obtentam, inde indefinito Sermone Corpus Sanctæ Marthæ jactitarunt: quapropter in hac inter Gallos, & Hierosolymitanos contentione instaurandum est judicium 3. Reg. cap. 3. *Dividite in duas partes*.

Licèt traditio Ecclesiarum Provinciæ, & Schedæ veteres ex earum Tabulis suadeant, Tarasci S. Marthæ Corpus quiescere: Hæ Schedæ ex deductis suspitionem adversùs ingerunt: maximopere, quòd antiqua Martyrologia Gallicana hanc Martham Magdalenæ Sororem Tarasci in Callia Narbonensi non agnoscunt, ut Holstenius hac die advertit. Beda quidem, Usuardus, Fregulphus, & Ado in eorum Martyrologiis siluerunt, licèt Ado finitimus Provinciæ fuisset. Neque Cassianus, Salvianus, Victor Massiliensis, Eucherius Lugdunensis, Cæsarius Arelatensis, aliique Sancti, & Ecclesiarum Gallici scriptores de hoc meminere; unde asserta Provinciæ traditio, nec admodum vetus est, & nutat.

Quòd si Breviarium Romanum id hac die narrat.

Hæc mera facti, non dogmatis quæstio est, ex testimoniis hominum pendens, in quo quisque Sanctissimus fidei orthodoxæ professor aliquando falli potest. Exemplo perspicuo in eomet Romano Breviario, ex cujus lectionibus Sancti Brunonis prodigiosa conversio acerrimo judicio Summi Pontificis Urbani VIII. expuncta fuit; tametsi sub Gregorio XIII. approbata.

Verùm quæ videntur in Breviario animadversione digna, non cujusque juris est ea ex Breviario expungere, sed expectandum, quousque re maturè discussa, emendationem, si opus est, ipsa Ecclesia decernat.

Cæterùm, & Gallici Scriptores, pro Martha Tarasci quiescente, & Hierosolymitarum Asseclæ pro sua, quàmplura adducunt, & quùm responsiones adinvicem negativæ sint, ambiguitatem afferunt; quæ ut modò ex hac Martyrologii lectione abdicetur, dummodò sapientiorum judicio non obstet, omissis omnibus aliis verbis, rescribendum erit: *Tarasci in Gallia Sanctæ Marthæ Virginis*.

(b) *Romæ Beati Felicis Secundi Papæ, & Martyris &c. à Constantio Imperatore*.

Disceptatio Historico-Chronologica.

Suam quoque ambagem hoc Martyrium patitur, & sub quo; quàmpluribus asserentibus, quæ de hoc Felice Secundo feruntur, intelligenda de Felice primo sub Aureliano martyrizato, Felice secundo paulò ante Aurelianam persequutionem vita functo: in Indiculo depositionis Episcoporum, & non in illo Martyrum apud Bucherium interjecto, uti & in Appendice ad Adonem ad 22. Decembris: *Romæ via Portuensi depositio S. Felicis Episcopi*. Quinimmò in duobus Indicul. Sedente Tiberio nil de hoc Sancto Pontifice vetustiùs habetur.

Sed quæ de hoc Martyrio referuntur in Martyrologio ex Anastasio, ex quo Ado, aliique Martyrologi.

Ex aliquo luxato Codice hausta videntur, elicitur ex Marcelliuo, & Faustino Romanæ Ecclesiæ Presbyteris in præfatione precum Theodorico Imperatori, qui eum morte naturali cessisse tradunt.

Quòd licèt hi Presbyteri Luciferani fuerint, atque Schismatici.

Nihilominùs tutò in hac re fides ipsis habenda: Fuerunt ævo Felicis proximiores, & quòd in re notissima alios decipere voluerint, vix est credibile, apud ipsummet. Eminentissim. Baron. ad ann. 355. num. 48. maximo-

maximopere non in aliquo dogmate, sed in Chronologica materia, & de gestis in totius orbis conspectu, de quibus: *Bis Urbe pulsum Felicem, & in secunda expulsione x. Calendas Decembris migravit è vita.* At relictis Marcellino, & Faustino, Lupus par. 1. Athanasium advocat Epistol. ad Solitar. pag. 665. & Hieronymum, quibus omnis fides inhęret, & tamen hi recensent, Felicem Secundum morte naturali defunctum.

Posset quis obtrudere, hoc mirum non esse, si Romæ perturbata rerum gestarum notitia, in Ægyptum ad Athanasium pervenit, & Hieronymus suum Chronicon ex monumentis ibidem repertis conscripserit.

Sed hæc objectio in puro negativo, facti existentiam non demonstrat, sed sub nutatione ipsam relinquit. Quinimmò controversum quoque videtur inter ipsos Historicos, qui hunc Felicem faciunt Martyrem, sub quo martyrizatus, aliis sub Constantio, aliis sub Constantino, ut inter alia Apographa Martyrolog. Ms. Bibliothecæ Corbejensis apud Menardum, ex quo antiqui Codices nil de hoc S. Felice expressum scripsere, ut idem Menardus adnotat.

Ex adverso tamen producitur Inscriptio Sarcophagi ejusdem Felicis clapsis annis reperta, quæ panditat: *Hic jacet Corpus S. Felicis Papæ, & Martyris.*

Ast ex perturbata rerum Romę gestarum notitia, hujusmodi Inscriptio incisa fuit. Depromitur ex loco Sepulturæ in Basilica via Aurelia constructa, quæ Inscriptio in Vita S. Felicis primi legitur; undè facilè dubitandum, aliquos à S. Martyre Felice primo in S. Felicem secundum deflexisse; quemadmodum indubiè Codices antiquos via Portuensi S. Felicem secundum referunt, & sine nota Martyris, ut apud Florentinium ad 22. Decembris: *Romæ via Portuensi S. Felicis Episcopi.* Cui idcircò aliquando Laurea Martyris tribuitur, quia multa pro Christo pertulit, ex loquendi modo prioribus Sæculis usurpato: pro quo adnotandum.

Quamvis hic Sanctus Pontifex consecratus vices Liberii exulantis tenuisset, unde Optat. Milevitan lib. 2. contra Parmen. & August. Epistol. 165. in serie Romanorum Pontificum non inscripsere, recensendo post Liberium, Damasum; nihilominùs post reditum Liberii Schisma non fovit, & pro fide Catholica multa passus, atque in Litaniis à Frontone in codice Ms. pluribus ab hinc sæculis exarato in numero Pontificum refertur, cum *Sancti* titulo, & *Confessoris*, Julio, & Damaso etiam tributo. Reliquum utraque opinio suos habet Asseclas, suisque rationibus ostentatur; quocirca, quemadmodum ad 7. Maii Roman. Martyrolog. de S. Benedicto Papa promit: *Romæ S. Benedicti Papæ, & Confessoris*, sine tò secundi, licèt Baron. in not. admoneat: *Hic secundus hujus nominis fuit Junior dictus*; ita, si sapientioribus censoribus placuerit, subducto in Romano Martyrologio tò *Secundi*, ut in Beda genuino, & de Peregrinis, enuncietur, aut: *Romæ S. Felicis Papæ*, aut cum ipsa inventa ac prælaudata Inscriptione: *Romæ S. Felicis Papæ, & Martyris.*

xxvij. A Tertio Kalendas Augusti. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

ROmæ sanctòrum màrtyrum Abdon, & Sennen Persàrum, qui sub Dècio catènis alligàti, Romam addùcti, pro Christi fide primùm plumbàtis cæsi, deinde gladio interfècti sunt. (*a*) Tubùrbi Lucernàriæ in Africa sanctàrum vìrginum & màrtyrum Màximæ, Donatillæ, & Secùndæ: quarum duæ primæ in persecutiòne Valeriàni, & Gallieni acèto & felle potàtę, deinde plagis acèrrimis cæſæ, & equùlei extensiòne cruciàtæ, craticulis ètiam exùstæ, & calce perfricàtæ, pòstmodum cum Secùnda vìrgine duòdecim annòrum ad bèstias simul projèctæ, sed ab his intàctæ, novìssimè glàdio jugulàtæ sunt. (*b*) Asìsii in Umbria sancti Rufini màrtyris. (*c*) Cæsarèæ in Cappadòcia sanctæ Julìttæ màrtyris, quæ bona sua à quodam potènte sibi usurpàta in judìcio rèpetens, cùm ille exceptiònem daret, quòd ut Christiàna non debèret audìri, mox à Jùdice jussa est thus idòlis offèrre, ut posset audìri: quod illa con-

(a) *Abdon. & Sennen.* Martyres sub Decio an. 254. Baron. eo an. nu. 27. Anno 251. sub. Decio Pagi t. 1. ad eum ann. nu. 29.

(b) *Maximę, Donatillę, & Soc.* Martyres ann. 262. sub Gallieno. Baron. eo an. nu. 34. An. 263. sub Gallieno Pagi t. 1. ad an. 261. n. 1.

(d) *Julitte* Martyr an. 304. Baron. eo ann. n. 66. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

constànter recùsans, in ignem conjècta, spìritum Deo reddidit: corpus autem à flamma remànsit illæsum. Ejus præclàras laudes sanctus Basìlius Magnus egrègio encòmio celebravit. (*d*) Antisiodòri sancti Ursi Episcopi & confessoris. (*e*)

(a) *Baron. an. 254. n. 27. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 153. & alii.* (b) *Baron. an. 262. nu. 34. & Petr. in Catal. lib. 6. c. 159.* (c) *Baron. in not. Sur. t. 4. prior. edit hac die.* (d) *Baron. an. 304. n. 66. Græci in Menolog. hac die, & Petr. de Natal. lib. 11. nu. 206.* (e) *Baron. in not. Democbar. de Sacrific. Missæ, Bibliothec. Labbei & Hagiologium Franco-Gallic. Labbei.*

Attende Lectioni, & Doctrinæ. 1. ad Timoth. 4.

(a) *Romę Abdon, & Sennen Persarum.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Roma in Cœmeterio Pontiani ad Ursum Pileatum Abdon*, seu *Abdo, & Sennes*, sivè *Sennis*, Beda genuin. *Qui in Cerduba civitate Persarum.* Ms. Divionen. *Credula.* Ms. Regin. Suecię, penes Holstenium & Barberin. Rom: *Cordula.* Ms. Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *Corduba.*

(b) *Tuburbi Lucernaria in Africa Maximę, Donatillæ, & Soc.* Martyrol. Epternacen. *In Africa Maximæ, Secundæ, Donatillæ, Septimæ, Optionis, Ammoni, Justi, Juliæ, Potameni. Item Maximæ,* Hospis, *Donatulæ.* Martyrol. Cothejen. *In Africa Maximæ, Secundę, Donatellæ, Rufi, Prisci, Paternicæ, Septimiæ, Ammoni, Justi, Juliæ, Poetamiæ, Abdis, Acenei. Item Maximæ, Hospis, Donatulæ, Silvani, Magnili.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa civitate Tuburtulo Cæsarię, Maximæ, Secundæ, Donatellæ, Rufi, Prisci, Paternicæ, Septimiæ, Optionis, Ammonici, Justi, Juliæ, Potamiæ, Abdis, Item Abdis, Hospis, Donatul.* Martyrol. Blumanii pro Tuburtulo Cęsariæ, *Tibartu Lucernarię*. Et pro Optionis, Ammonici, Donatuli, *Optionis, Ammonii, Donatulę.* Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ: *Maximę, Donatillæ, Secundæ, & aliorum* XIV. Notker. *In Africa Maximę, Donatę, Secundę. Item In Africa Rufi, Prisci, Paternę, Septimę, Optionis, Ammonii, Justi, Julię, Potamię. Item Maximæ.* Ado: *Apud Africam Civitate Tuburbo Lucernaria Maximę, Donatellę, & Secundę.* Usuardus, & Bellinus tantùm *Lucernarię* presignant. Verùm hæc Urbs Geographis ignora: quemadmodum Tuburbus, sivè Tuburbum non in Africa, seu Mauritania Cæsariensi, sed in Africa Mediterranea sub Archiepiscopatu Carthaginensi in Regno Tunetano quondam celebris; Abditæ, & Medicaræ proxima, inter Tunetum & Urbem. Ortelius Lucernariam regionem ex Usuardo, & Tuburbum ex Adone cognoscit.

Si susceperis Sermones, intelliges, & Scientiam invenies. Prov. 2.

(c) *Assisii in Umbria Rufini Martyris.* Assisium, & Aesisium, *Assisi*, urbs Umbrię antiqua ad Montis Apennini radices sita, cui mons Asius, ex quo nomen urbi inditum putatur, imminet. Hìc Rufinus Martyr ponitur, de quo nihil ibi, nisi sit Rufinus Episcopus & Martyr, de quo ad 11. Augusti, cujus corpus forsan ibidem.

(e) *Antiosiodori Ursi Episcopi & Confessoris.* Ms. Barberinian. Romanum: *Antisiodoro Depositio S. Ursi Episcopi*; silet *Et Confessoris*. Consentitque de Peregrinis.

xxvj. 25 B Pridie Kalendas Augusti. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	30	1	2	3	4	5

(a) *Ignatii Confess.* Obiit an. 1556.
(f) *Germani* Obiit an. 435. Baron. eo ann. n. 15. & 21. An. 450. Sigebert. & Demochar. An. 443. Garner. t. 1. oper. M. Mercator. dissert. 2. de Synod. in causa Pelagionor. Synod. 21. An. 448. Pagi t. 2. ad an. 435. nu. 36. *Die* 1. Octobr. Ado, & Notker.

(h) *Joannis Columbini* Obiit circ. 1367. Belchar. in vit.

ROmæ natàlis sancti Ignàtii confessòris, fundatòris Societàtis JESU, sanctitate, & miràculis clari, & Cathòlicæ religiònis ubìque dilatàndæ studiosìssimi. (*a*) Cæsarèæ pàssio beàti Fàbii màrtyris, qui cùm ferre vexilla præsidàlia recusàret, primùm dièbus àliquot in càrcerem trusus, deinde interrogàtus semel & iterùm, cùm in confessiòne Christi perduràret, mox à Jùdice capitàli sententia condemnàtur. (*b*) Mediolàni sancti Calimèrii Epìscopi, & màrtyris, qui in Antonìni persecutiòne comprehènsus, vulnèribus confòssus, cervicibùsque gladio transverberàtis, præceps in pùteum dejèctus, martyrii cursum confecit

cit. (c) Synnadæ in Phrygia Pacatiàna sanctòrum màrtyrum Demòcriti, Secùndi, & Dionysii. (d) In Syria sanctòrum trecentòrum quinquaginta Monachòrum màrtyrum, qui ob defensiònem Synodi Chalcedonènsis ab hærèticis occìsi sunt. (e) Ravènnæ trànsitus sancti Germàni Antisiodorènsis Epìscopi, gènere, fide, doctrìna, & miraculòrum glòria clarìssimi, qui Britànniam à Pelagianòrum hærèsibus pènitùs liberàvit. (f) Tagàlte in Africa sancti Firmi Epìscopi, glòria confessiònis illùstris. (g) Senis in Tùscia natàlis beàti Joànnis Columbìni, institutòris Ordinis Jesuatòrum, sanctitàte ac miràculis clari. (h)

(a) *Chronic. aliique Scriptores præclari Societat.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 6. c. 165. & Sur. t. 4. prior. edit.* (c) *Baron. an. 122. n. 2. Tabul. Eccles. Modiolanen. & Galesin. in Act. SS. Faustini, & Jovitæ.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. an. 517. n. 56. & Labbeus t. 1. Bibliothec.* (f) *Baron. an. 132. n. 4. An. 429. n. 1. & an. 435. n. 15. & 21. Beda de gest. Anglor. lib. 1. c. 12. & seq. S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. c. 41. Sur. t. 7. poster. edition & Labbeus t. 1. novæ Bibliothecæ.* (g) *Baron. an. 372. n. 15.* (h) *Baron. in not & Phæus* Belchar. *in vita.*

Sapientiæ sta, ut omnē narrationem possis audire. Eccl. 6.

(e) *In Syria Sanctorum trigintaquinque Monacharum.* Apographa Hieronymiana Lucen. Corbejen. & Bluman. sine palestra. *Et Translatio multorum Sanctorum Martyrum.* Martyrologium Reginæ Sueciæ Ms. *Tyri in Syria Sanctorum trigintaquinque* &c. Duo alia Apographa ejusdem, quoque: *Tyri in Syria Tyrsi.* Holstenius.

(f) *Ravennę S. Germani Antisiodorensis Episc.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Antisiodoro depositio S. Germani Episcopi, & Confessoris, Aunachara Episcopi de Ordinatione Episcopati.* Martyrol. Blumanii: *Aunadiari Episcopi ordinatione Episcopati.* Martyrol. Epternacen. *Antisiodoro depositio Germani Episcopi, & Domni Amnani, vel Anenani Episcopi.* Martyrolog. Corbejen. *Antisiodoro S. Germani Episcopi, & Confessoris, Aunachari Episcopi natalitium Ordinatio Episcopi.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holstenium *Annari Episc. Natalitium Ordinationis Episcopatus* Mss. Rom. monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum S. Petri: *Antisiodoro Depositio S. Germani, & natale SS. Secundini, Maximę.*

Disceptatio Topographica.

(d) *Synnadę in Phrygia Pacatiana Sanctorum Martyrum Democriti, Secundi, & Dionysii.*

Apographa varia hos Martyres Aphricæ tribuunt. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Marię, & Tornacen. monasterii S. Martini *In Africa Democriti, Secundi, & Dionisii.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Notkerus: *In Africa civitate Synnada Democriti, Secundi, Diunisi, Tyrsi.* Martyrol. Corbejen. *In Africa civitate Cinnada.* Ms. Roman. Barberinianum: *In Africa Civitate findana.* Ex quibus lectionibus, illa Romani Martyrologii videtur ambigua.

Eminentissimus Baron. in not. suadet, ex eo quòd apud Usuardum & alios traditur Synnadæ passos, idcircò restitutum Synnadæ in Phrygia, seu Prygia Magna. Synnada quidem apud Ferrar. sua nova topographia, urbs Asiæ Phrygiæ quondam nobilissimus Conventus & Metropolis ampla ad Montis Dibymorum radices, inter Eucarpiam ad occidentem, & Juliopolim ad orientem sita.

Qui didicerint, invenient quid respondeant. Sapient. 6.

Ast quemadamodum in nonnullis scriptoribus nomen Urbis depravatum legitur ut in Corbeiense *Cinnada* pro *Synnada*. In Maurolic. ex veteribus *Synopę*, in Petro de Natal. ex veterib. quoque Martyrologiis: *In Civitate Summanda*, & tandem in Bellino: *Synoda*; ita suspicari licet *Phrygia* pro *Africa* exaratum, uti *Synnada* pro *Synita*. In Collatione quidem Carthaginensi, & apud Victorem Uticensem, Sinitensis locus exprimitur in Africa; Synicæ, & Synicensis Episcopatus in Africa meminit S. Augustin. lib. 2. c. 8. & Sinitensis tractus Epist. 128. ad Donatum, penes quem Augustinum plena Martyribus Africa fuit, ut hic Galesinius adnotat. Quinimmò præ ceteris regionibus exuberat, unde Florentinius vir eruditus non ambigit, hos Martyres Africæ & non Phrygiæ asserere: quocirca sine hac Topographica nutatione erit Romanum Martyrologium, si cum Sapientiorum judicio, ut Martyrologium de Peregrignis, proferat: *Synnadę Sanctorum Martyrum Democriti, Secundi, & Dyonisii.*

AUGU-

xxv. xxiv. C Kalendas Augusti. Luna. I

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

(a) *Dedicatio S. Petri ad Vincula.* Die 16. Januarii Græci in Menolog. de Caten. S. Petri Die 25. Martii. Ms. Bruxel. Florar. Ms. & alia Apographa.

(c) *Fidei, Spei, & Charitatis.* Die 17. Septembr. Græci in Menolog. Die 3. Julii Mss. Attrebat. Tornacen & Lætien. ac Florus.

(d) *Boni Fausti, & Soc.* Die seq. Græci.

ROmæ in Exquìliis dedicàtio sancti Petri ad Vìncula. (*a*) Antiochìæ pàssio sanctòrum septem fratrum Machabæòrum cum matre sua, qui passi sunt sub Antiocho Epiphane Rege. Eòrum relìquię Romam translàtæ, in eàdem Ecclèsia sancti Petri ad Vìncula cònditæ fuèrunt. (*b*) Romæ pàssio sanctàrum vìrginum Fìdei, Spei, & Charitàtis, quæ sub Hadriàno Prìncipe martyrii corònam adèptæ sunt. (*c*) Item Romæ via Latìna sanctòrum màrtyrum Boni presbyteri, Fausti, & Mauri, cum àliis novem, qui in Actis sancti Stèphani Papæ describùntur. (*d*) Philadelphìæ in Aràbia sanctòrum màrtyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiàni, Rufi, & Menàndri, una die coronatòrum. (*e*) Pergæ in Pamphylia sanctòrum màrtyrum Leòntii, Attii, Alexàndri, & aliòrum sex agricolàrum, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Flaviàno Præside decollàti sunt. (*f*) Gerùndæ in Hispània natàlis sancti Felìcis màrtyris, qui post divèrsa tormentòrum gènera a Daciàno tàmdiu jussus est laniàri, donec invìctum Christo spìritum rèdderet. (*g*) Vercèllis sancti Eusèbii Epìscopi & màrtyris, qui ob confessiònem fidei Catholicæ à Constàntio Prìncipe Scythòpolim, & inde in Cappadòciam relegàtus, pòstmodum ad Ecclèsiam suam revèrsus, persequèntibus Ariànis, martyrium passus est: ejus autem memòria decimoctàvo Kalèndas Januàrii celèbrior habètur, quando Epìscopus fuit ordinàtus. (*h*) In territòrio Parisiènsi sancti Justini màrtyris. (*i*) Viènnæ sancti Veri Epìscopi. (*k*) Vvintòniæ in Anglia sancti Ethelvvòldi Epìscopi. (*l*) In pago Lisuìno sancti Nemèsii confessòris. (*m*)

(f) *Leontii, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo an. num. 17. An 306. Pagi t. 1. ad ann. 303. num. 6.

(g) *Felicis.* Die sequ. Notker.

(h) *Eusebii Episc.* Martyr an. 371. Valentiani, & Valentis Imperat. VIII. Baron. eo an. n. 116. Ann. 370. Valentinian. & Valentis Imperat. VII. S. Hieronym. in Chronic.

(a) *Baron. an. 44. n. 3. & seq. An. 55. n. 8. & seq. an. 69. n. 30. & ann. 439. n. 4. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 4. antiquior. & t. 6. posterior. edit.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die, & Sylvius in Latercul.* (c) *Baron. an. 122. n. 2. Lippoman. t. 6. Sur. t. 4. prior. edit. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 7.* (d) *Baron. an. 259. n. 21. & ann. 260. n. 3. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 7. c. 10. Usuard. Ado, & alii.* (f) *Baron. an. 305. num. 17. & Græci in Menolog. hac die.* (g) *Baron. in not. S. Eulog. memor. SS. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 92. Breviar. Toletan. Petr. de Natal. lib. 7. c. 9. & Bolland. in Act. S. Emerita ad 12. Februar.* (h) *Baron. an. 371. n. 116. & an. 397. nu. 52. & Ambros. Moral. appendic. ad Eulogium.* (i) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard.* (K) *Baron. an. 166. n. 4.* (l) *Baron. an. 984. n. 5. Molan. Addit. ad Usuard. Sur. t. 4. prior. edition. & Mabillon. Sæcul. 5. Benedict.* (m) *Baron. in not. relat.*

Omne quod vetustate præcedit venerabile est. S. Basil. Orat. de Iejun.

(a) *Roma in Exquiliis dedicatio S. Petri ad Vincula*. De Peregrinis: *Roma S. Petri ad Vincula*, nil aliud. Martyrol. Corbejen. & Rabanus: *Romæ dedicatio primæ Ecclesiæ, à Beato Petro Apostolo constructæ, & consecrata*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. ultra: *Et absolutio ejus à vinculis*. Mss. Bruxellen. & Romanum Vatican. Sancti

Nihil ultra licet novitati, quia nihil adiici convenit vetustati. S. Xist. III. Epist. 3.

cti Petri ad 25. Martii : *S. Petri Apostoli à Vinculis, & manu Herodis liberatio*. Menologia Canisii, & Basilii ad 16. Januar. *Adoratio pretiosarum S. Petri Apostoli Cathenarum* Sacramentar. Gregor. & Beda genuin. *Kal. Augusti ad Sanctum Petrum ad Vingula*. Menard. ex Codice Remensi: *Et Catena ejus osculantur ipso die*. Ms. Barberinian. Roman. *Dedicatio prima Basilicæ à Beato Petro constructæ, quæ dicitur ad S. Petrum ad Vincula*. Notker. *Romæ Statio ad S. Petrum ad Vincula, quam Ecclesiam ipse primus in Europa primam construxit, & consecravit, in qua postmodum Cathenæ, quibus apud Hierosolymam vinctus, & à quibus Angelica visitatione solutus est, fidelium cura positæ expetuntur, & coluntur*. An hæc, quæ dicitur *S. Petri ad Vincula*, fuerit prima Ecclesia à S. Petro dicata, videnda eruditissima exercitatio à Florentinio viro erudito instituta. De alia celebritate S. Petri Vinculorum Eminentissimus Baron. more suo eruditissime multa in notis congerit.

(b) *Antiochia septem fratrum Machabæorum rum Matre sua*. Cardinal. Baron. in not. *Ex Josepho in Commentario Mater ipsorum dicta est Salomona*. Græci tamen in Menologio Canisii: *Salomonidem*. Martyrologium Hieronymian. Lucen. *In Antiochia passio Sanctorum Machabæorum VI. Fratrum cum Matre sua, qui passi sunt sub Antioco Rege*. Vitium: VI. *Fratrum*; Omnia S. Hieronymi Martyrolog. Apographa, & alia, *Septem*. Notker. *Antiochia Syriæ passio septem fratrum Machabæorum &c.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, Lætien. S. Lamberti, & Barberinian. Rom. *In Antiochia passio SS. Machabæorum, qui passi sunt sub Antiocho cum Matre sua*; percurrunt numerum. Beda genuin. *Kal. SS. Machabæorum*. Bellinus, de Peregrinis, & alii Martyrologi *Hierosolymis*, ubi passi venerantur.

(c) *Romæ Fidei, Spei, & Charitatis*. Ms. Vatican. S. Petri sine palestra: *Natalis Spei, Fidei, Charitatis, & Matris eorum Sapientiæ*. De Peregrinis eadem: at præsignat *Romæ*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. laudata, ac Florus ad 1. Jul. *Romæ Sanctarum Virginum Fidei, Spei, & Charitatis, & Sophiæ Matris ipsarum*.

(d) *Romæ via Latina Boni Presbyteri, Fausti, Mauri, cum aliis novem*. Martyrol. Epternacen. seù S. Vuillibrordi: *Romæ Secundi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ via Latina miliario trigesimo ab Urbe Secundinæ, Donatulæ, Secundolæ, Maximæ, Justæ, Manandri, Profuni*. Martyrolog. Bluman. profert *Minandri, Profuni*. Martyrol. Corbejen. ultrà, *Silvani, Donati*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Romæ passio SS. Boni, Fausti, Mauri, Primitivi, Calumniosi, Joannis, Exuperantii, Cyrilli, Honorati, qui &c.* De Peregr. *Via Latina Boni Presbyteri, Faustini, Mauri, cum aliis septem*.

(e) *Philadelphia in Arabia Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, & Menandri*. Philadelphia, urbs Cœlesiriæ Ptolomæo, aliisq; Geographis, in Arabia S. Hieronymo, & aliis. In Badeo Regia Civitate Arabiæ felicis, & eadem cum Philadelphia, Maurolyc. Regia, & Metropolis Arabiæ Ammonitarum, apud Moabitarum confinia, Montibus Galaad proxima ultra Jordanem fluvium. Ferrar. sua nova Topographia ad Roman. Martyrolog. Martyrolog. Epternacen. *In Tomis* hos Martyres effert. Martyrologium Corbejen. & Notker. *In Arabia Civitate Philadelphia Synodus Martyrum celebratur, & Natalis SS. Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, Menandri una die coronatorum*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. pro Synodus, Cyrilli: *Synodos, Cyrilla*. Martyrol. Veissemburgense pro Menandri, *Minandri*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. addit: *Posthumi*.

Pro *Synodus Martyrum* suspicandum, vel in aliqua Metropoli omnium Martyrum festum: vel in aliquo loco natale, ubi plures Martyres convenire consueverint, aut simul sepulti; quemadmodum Cœmeteria quædam, ubi plures Martyres depositi, Concilia Martyrum dicta apud Molanum, & ipsum Baronium ad 23. Junii.

(g) *Gerundæ in Hispania Felicis Martyris*. Gerunda *Girona* Italis. Urbs Hispaniæ Tarracon. antiqua in Cataloniæ comitatu apud Sambrocæ fluvii ostia, media ferè inter Papirianum, & Barcinonem, in Montis ascensu, Vico, & Emporiis finitima. Martyrologium Bluman. *Jerunda*. Corbejen. *In Hispanis*. Epternacen. *Spanis*.

Cardinal. Baron. in not. hunc Felicem animadvertit, ab Urbe Cæsarea Mauritaniæ Gerundam in Hispania profectum, ut Martyrium consequeretur: Notker. de Scillitana Civitate oriundum testatur, & nonis Augusti Gerundæ conditum.

(h) *Vercellis Eusebii Episcopi, & Martyris*. Martyrol. S. Vuillibrordi: *Civitate Vercellas Eusebii Episcopi, Petri, Rufini*.

(i) *In Territorio Parisiensi Justini Martyris*. Martyrolog. Corbejen. *In Gallia Civitate Bituricas Beati Arceladi Episcopi. In territorio Parisiensi in ipso loco, qui dicitur Lupara, passio S. Justini Martyris*.

(l) *Vuintoniæ in Anglia Ethelvoldi Episc.* Vuintonia priùs *Venta*, Anglis *Vuinchester*. Urbs Albionis in Regno Angliæ ad Alaunium fluvium apud oram mediolanem, inter Sarisberiam, & Cicestriam. Mabillon. Sæcul. 5. Benedictin. Corpus Sancti viri exanime subita immutatione renovatum, lacteo candore perfusum, roseoque rubore venustum. Et Pagi tom. 4. ad an. 984. num. 6. tot, tantaque Monasteria fecit, quòd vix modò credibile, ut talia fecerit Episcopus urbis unius, qualia vix posset Rex Angliæ totius.

(h) *Vercellis Eusebii Episcopi, & Martyris*. Vercellæ aliis, *Vercelli* Italis; urbs In-

ſulbriæ, ad Seſſitem amnem, antiqua, Lybicorum Sedes, media inter Mediolanum, & Taurinorum Auguſtam, aliàs in Ducatu Mediolani contenta, nunc ad Pedemontanum Principatum attinens. S. Ambroſius Epiſtol. 82. ad Vercellenſ. S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſor. cap. 3. & alii Scriptores antiqui hunc Sanctum Epiſcopum non inter Martyres, ſed inter Confeſſores reponunt.

Adſtipulanturque Apographa Hieronymian. Lucen. Bluman. Corbejen. Epternacen. & Ms. Reginæ Sueciæ: *In Italia Vercellis Civitate Euſebii Epiſcopi.*

Eminentiſſimus Baron. in not. aſſerit, non tantùm vetera Martyrologia hunc Sanctum Epiſcopum proferre Martyrem, ſed & in Epitaphio in ejus ſepulchro invento acroſticis verſibus inſcriptum: *Euſebius Epiſcopus, & Martyr.*

Aſt ſecundùm veterem loquendi morem penès Vulgum dicitur Martyr, quod multa ſit paſſus, non quia Martyrio moriens coronatus ſit. Martyrologia quidem antiqua, ut nuper indigitata, Martyrem nonefferunt, ſed: *In Italia Vercellis depoſitio Euſebii Epiſcopi, & Confeſſoris.* Hic enim eſt proprius modus proferendi, & prælaudati SS. Patres, Ambroſius & Gregor. Turonen. ſic protulere.

Baronius ad ann. 371. n. 117. narrat præter graves illas ærumnas, quas exul paſſus eſt, dein in Patriam reverſus, Arianorum inſultu ictibus lapidum etiam morte affectus fuit; ut Eccleſiæ Vercellenſis monumenta.

Sed videtur mendum irrepſiſſe, ex eo quòd S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis S. Euſebium ſæpius ab Arianis, quòd nollet eis communicare, per ſcalam ſupinis pedibus tractum ſcribit, non tamen ait eum tunc obiiſſe, cùm poſteà fuerit actus in exilium. Idem videtur Baron. dicere ad annum 371. quo deſcribit quæ ipſi Sancto evenere, quibus eo an. non obiit, ſed longè pòſt, ex S. Ambroſio Epiſtol. ad Vercellenſes Epiſcopos anno 374. Euſebio tunc deſtituto. Ut in præſentiarum ſine hoc dubio ſit Romanum Martyrologium, & ſapientiores annuerint, concinnetur: *Vercellis S. Euſebii Epiſcopi, qui ob Confeſſionem fidei Catholicæ, Conſtantio Principe Scythopolim, & indè in Cappadociam relegatus, ad Eccleſiam ſuam reverſus, perſequentibus Arianis, vitam finivit.*

xxiij. D Quarto Nonas Auguſti. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

(a) *Stephani Papæ.* Martyr an. 260. Baron. eo ann. nu. 2. Ann. 227. Euſeb. in Chron. Die 3. Auguſt. Chronic. Auct. veter. PP. Die 10. Julii Florentin. Die 25. Apr. Ms. Rom. Barberinian.

ROmæ in cœmetrio Calliſti natàlis ſancti Stèphani Papæ, & màrtyris, qui in perſecutiòne Valeriàni, dum Miſſæ ſacrum perageret, ſupervenièntibus militibus, ante altàre intrèpidus, & immòbilis cœpta myſtèria perficiens, in ſede ſua decollàtus eſt. *(a)* Nicææ in Bithynia pàſſio ſanctæ Theòdotæ cum tribus filiis ſuis: ex quibus primogènitum nòmine Evòdium, Chriſtum fiduciàliter confitèntem, fecit primò Nicètius Conſulàris Bithyniæ fùſtibus cædi, deìnde matrem cum òmnibus filiis igne conſùmi. *(b)* In Africa ſancti Rutìlii màrtyris, qui cùm ſæpiùs de loco in locum perſecutiònem fugìſſet, & perìculum intèrdum ètiam pecùnia redemìſſet, ex inopinàto aliquàndo comprehènſus, & Præſidi oblàtus, tormèntis plùrimis cruciàtur; demum ìgnibus tràditus, egrègio martyrio coronàtur. *(c)* Patàvii ſancti Màximi, ejùſdem civitàtis Epìſcopi, qui miràculis clarus beàto fine quièvit. *(d)*

(b) *Theodotæ, & Soc.* Die 29. Julii Græci in Menologio.
(d) *Maximi Epiſc.* Circa 156. Tabul. Eccleſ.

(a) *Baron. an. 259. n. 8. & ſequ. n. 21. & ſequ. & an. 260. n. 2. & ſequ. Græci in Menolog. Euſeb. in Chronic. & hiſt. lib. 7. cap. 3. & 4. Cyprian. Optat. Auguſtin. Nicephor. & Sur. t. 8. poſterior. edition. Colon.* (b) *Baron. in not. Sur. tom. 3. prior. edition. in Vit. S. Anaſtaſiæ, & tom. 12. poſterior. edition. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 14.* (c) *Baron. an. 205. n. 18. & Tertullian. de fuga tempor. perſecut.* (d) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. & Scard. lib. 2. Annal.*

Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

(a) *Romæ in Cœmeterio Callisti Stephani Papæ, & Martyris*. Bucherius in Indiculo: *Quarto Nonas Augusti Stephani in Callisti* Fronto in Calendario: 2. *Augusti natalis S. Stephani via Latina*. Acta tamen ferunt, dum Sacrificium Deo offerret in Cryptis, capite truncatur *Via Appia 4. Non. Augusti*. Ex quibus lectionibus aliqua hujus Sancti depositio celebratur. Calendarium Fronti: *Via Latina*. Illud Bucherii: *Via Appia*, ubi Cœmeterium Callisti. In aliquibus Codicibus aliis diebus colitur. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium, & Notker. ad 11. Jul.

(b) *Nicææ in Bithynia Theodotæ cum tribus filiis suis, Nicetio Consulari Bithyniæ*. Martyrolog. Epternacen. seu Antuerpien. S. Vuillibrordi: *Et in Bitia Civitate Theodota cum tribus filiis suis*. Martyrolog. Corbejen. *In Cæsarea Mauritaniæ Theodota, & septem filiorum ejus*. Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Quorum gesta habentur*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *In Cæsarea Mauritania Theodotæ, & VII. filiorum ejus, quorum gesta habentur. Niceæ in Bithynia passio S. Theodotæ cum tribus filiis, qui omnes igne consumpti sunt, præcipiente Diocletiano Imperatore, sub Comite Leucadio*. Ex quo in Martyrolog. Epternaeen. pro *Bisia*, restituendum *Bithynia*, & proferre videtur: *In Bithynia Civitate Nicæa Theodotæ cum tribus filiis suis*. De Peregrinis: *In Provincia Bithynia Urbe Nicæa S. Theodora*; reliquum ut Roman. Martyrolog. verùm amanuensis sphalma *Theodoræ*, pro *Theodotæ*. Cæterùm duæ Theodotæ hac die, altera Cæsariensis cum septem filiis, altera Nicæna cum tribus, ut ex prælaudatis Apographis, coluntur.

Labium veritatis firmum in perpetuum. Prov. 12.

xxij. E Tertio Nonas Augusti. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8					

(a) *Nicodemi*. Die 27. Martii Petr. de Natal. & Vuitford. Die 28. Maurolyc. & Felicius.

(c) *Sanctorum Monachorum*. Circ. anno 383. Joann. Damascen.

JErosòlymis Invèntio còrporis beatìssimi Stèphani protomàrtyris, & sanctòrum Gamalièlis, Nicodèmi, & Abibònis, sicut Luciàno presbytero divinitus revelàtum est, Honòrii Prìncipis tèmpore. (*a*) Constantinòpoli natàlis sancti Hermèlli màrtyris. (*b*) Apud Indos Persis finìtimos passio sanctòrum Monachòrum, & aliòrum fidèlium, quos Abéner Rex, pèrsequens Ecclèsiam Dei, divèrsis afflictos supplìciis cædi jussit. (*c*) Neàpoli in Campània sancti Aspren Epìscopi, qui à sancto Petro Apòstolo ab infirmitàte curàtus, & deinde baptizatus, ejùsdem civitàtis Epìscopus ordinàtus fuit. (*d*) Augustodùni depositio sancti Euphrònii Epìscopi & confessòris. (*e*) Anàgniæ sancti Petri Epìscopi, qui monàstica primùm obsservàntia, deinde pastoràli vigilàntia clarus, quièvit in Dòmino. (*f*) Philippis in Macedònia sanctæ Lidiæ purpuràriæ, quæ, prædicànte ibìdem sancto Paulo Apòstolo, prima òmnium crèdidit Evangèlio. (*g*) Borœæ in Syria Sanctàrum mulierum Maranæ, & Cyræ. (*h*)

(d) *Aspren Episcopi*. Obiit ann. 80. aliqui Codices penès Caracciol. Anno 69. Alberic. in vit. Ann. 79. Anton. Caracciol. Cl. Regul. c. 7.

(h) *Maranæ, & Cyræ*. Circa 450. Theod. in Theophil. cap. 29.

(a) *Baron. an. 31. n. 40. An. 34. n. 272. n. 280. 300. 310. & 324. an. 415. n. 1. an. 416. n. 16. Marcellin. in Chronic. Nicephor. hist. lib. 14. cap. 9. Sur. t. 8. poster. edit. & Petr. de Natal. lib. 7. c. 15,* (b) *Baron. in not. Ado, Usuard. Bellin. Maurolyc. & Galesin.* (c) *Baron. in not. & Joan. Damascen. in Vit. SS. Barlaham, & Josaphat.* (d) *Baron. an, 46. n. 2. Paul. Regius in Act. Regni Neapolitan. & Anton. Caracciolus de Sac. Eccles.* Neapolitan. *Monument. c. 6. & seq.* (e) *Baron. an. 570. n. 23. S. Gregor. Turonen. lib. 2. c. 21. Sidon. Apollinar. lib. 4. c. 25. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei, & Sammarthani*. (f) *Baron. an. 1071. n. 33. & Tabul. Ecclesiæ Anagninæ.* (g) *Baron. an. 1105. n. 13.* (h) *Baron. in not.*

(a) *Jerosolymis Inventio Corporis S. Stephani Protomartyris, & Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Bluman. & Corbejen. *In Jerosolymis Inventio Bea-*

Attende lectioni, & Doctrinæ. 1. ad Timoth. 1.

Beatissimi Stephani primi Martyris, & Sanctorum Gamalielis, Nichodemi, & Abibon. Martyrolog. Epternacen. *Hierosolymis Inventio Corporis S. Stephani Diaconi Apostolorum, & aliorum, Gamalielis, Nicodemi*; silet *Abibon*. Ms. Attrebaten. Eccl S. Mariæ: *Hierosolymis Inventio Corporis Protomartyris Stephani*; nil aliud. Item Apographa Martyrol. S. Hieronymi penès Florentinium, & Ms. Reginæ Sueciæ apud Holstenium, ac Notker. hac ipsa die ferunt rursus: *3. Non. Augusti Romæ natale Sanctorum Diogenis, & Stephani*: At hic Stephanus est alius.

Cardinal. Baron. In not. ex hujus Sancti Prothomartyris gestis animadvertit, memorari in Ancona existentiam unius ex lapidibus, quibus percussus est. Indè arbitratur, Bedam corrigendum, scribentem: *In Antiochia S. Stephani Prothomartyris, ubi haberi dicitur unus de lapidibus, quibus in brachio percussus est, & multas ex eo virtutes sanitatum fieri*; Et rescribendum: *Ancona S. Stephani*. At nedum Beda, sed & Notkerus, aliique Codices *Antiochiæ* constanter retinent; quemadmodum plures lapides injecti fuere in Sanctum Protomartyrem, plures quoque pluribus in Ecclesiis cum aliis S. Stephani reliquiis coli potuissent, & miraculis, uti Anconæ, ita in occidentali Ecclesia, & Antiochię in Oriente refulsisse, nullum liquet inconveniens.

(b) *Constantinopoli Hermelli Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. 111. *Non. Augusti Sancti Matrofili Episcopi, & Hermili Martyris. In Constantinopoli Acellai*. Martyrolog. Bluman. *Acellę*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Constantinopoli depositio Metropoli Episcopi, & alibi Hermila Martyris*. Martyrol. Corbejen. *3. Nonas Augusti Metropholi Episcopi, & Hermeti Martyris; Constantinopoli Acillæ*. Notkerus profert: *Matrophili, Achilla*. De Peregrin. *Constantinopoli Hermolii Martyris*. De *Metrophano*, sivè *Metrofili*, aut *Metropoli*, seù *Matrophili* Roman. Martyrol. cum Græcis in Menologio ad 4. Junii: De *Hermello*, seù *Hormelio, Hermilio, Hermilla, Hermete*, hac die cum Roman Martyrologio Usuard. Ado, Bellinus, Maurolyc. & Galesin. quorum alii *Hermellum*, alii *Hermolinum*, alii *Hermolaum*.

(d) *Neapoli Aspren Episcopi*. Volateran. lib. 6. Geograph. *Asprenum*. Romæus in Vit. *Aspremum*. Galesin. ad 1. Februar. in notis: *Asprenium*. Jordan. de vit. aliquot SS. Neap. *Asprem*. Juven. hist. Tarentin. lib. 8. cap. 1. *Asprenum*. Baron. in not. *Asprenatem*. Denique Anton. Caracciol. ex Cleric. Regular. de Sac. Eccles. Neapolitan. monument. cap. 6. *Asprenum, & Asprenatem* dicendum.

Prætiosi Spiritus vir eruditus. Prov. 17.

Cardinal. Baron. in iisdem notis suadet, nomen hoc Romanum, & ex Roma fuisse. Caracciolus laudatus loco cit. Sect. 1. disertè opponit, et vindicat Neapoli tantùm fuisse. Ipse Caracciolus legendus.

(e) *Augustoduni Euphronii Episcopi*. Baron. ad ann. 570. nu. 23. & in not. ad oram marginalem tradit, Concilio Lugdunen. acto eo anno 570. interfuisse. Pagi tamen to. 2. ad eumdem an. num. 7. revocat hoc Concilium ad ann. 567. & tandem Sammarthani docent, anno 461. floruisse.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Jerosolymis Inventio Corporis Beatissimi Stephani Protomartyris*.

Lucianus Presbyter Epistol. penès Sur. t. 8. poster. edition. ab Eminentissimo Baronio ad an. 415. n. 1. producta, primam revelationem exhibet in sextam feriam 3. Non. Decembr. incidisse, & tribus Hebdomadis elapsis Inventionem, ac 7. Kal. Januarii Translationem. Petr. de Natal. hanc diem 3 Augusti esse Passionis, & 7. Kal. Januarii Translationis: Ex quibus videtur Roman. Martyrolog. sua dubitatione minimè carere. Notker. apud ipsum Petr. de Natal. lib. 2. cap. 4. admonet, hanc esse diem primæ Sepulturæ, quando ejus Sacrum Corpus raptum de manu Judæorum, illud custodientium, nè sepeliretur, Beatus Gamaliel in Villam suam transtulit.

At hæc nequeunt cum Actis Inventionis conciliari; quę ferunt simul Corpora Sanctorum *Gamalielis; Nicodemi, & Abibonis* inventa fuisse; qui Martyres tempore Protomartyris Sepulturæ non adhuc decessere.

Eminentissimus Baronius in not. urget prædicta adaptari Translationi Constantinopolim, & Romam.

Sed expresse legitur: *Jerosolymis Inventio Corporis, &c.* Ex quo Petr. de Natal. sentit, dicere ab Ecclesia celebritatis diem permutatum fuisse. In pervetusto quidèm S. Cyriaci Martyrologio hac die nulla habetur Inventionis memoria, sed: *Sancti Stephani Protomartyris in Ancona &c.* ut idem Baron. in not. Interposito igitur saniorum judicio, ut è Martyrologio hæc nutatio abeat, videtur rescribendum: *Jerosolymis festum Inventionis Corporis Beatissimi Stephani &c.*

xxj. F Pridie Nonas Augusti. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

(a) *S. Dominici.* Obiit an. 1221. Ætat. 50. Die 6. Augusti à Paulo IV. Pontific. Maximo ex Cler. Regular. in hanc diem relat. ob festum S. Mariæ ad Nives. Corpus translatum ann. 1233. Greg. IX. Pontific.

(b) *Aristarchi.* Die 14. Apr. Græci in Menolog. Die 27. Aprilis Hagiolog Lusitan. Cardosi.

BOnòniæ ſancti Domìnici confeſsòris, fundatòris Ordìnis Fratrum Prædicatòrum, viri ſanctitàte & doctrìna clariſſimi: qui virginitàtem perpètuò illibàtam ſervàvit, & ob ſingulàrem meritòrum gràtiam tres mòrtuos ſuſcitàvit: cùmque prædicatiòne ſua hæreſes compreſſiſſet, ac plùrimos ad religiòſam, & piam vitam inſtituiſſet, octàvo Idus menſis hujus in pace quièvit: ejus tamen feſtìvitas ex conſtitutiòne Pauli Papæ Quarti hac die celebratur. (*a*) Theſſalonìcæ natalis beati Ariſtàrchi, diſcìpuli, & còmitis individui ſancti Pauli Apòſtoli, de quo ipſe ad Coloſsènſes ſcribit: Salutat vos Ariſtàrchus concaptìvus meus. Is ab eòdem Apòſtolo Theſſalonicènſium Epìſcopus ordinàtus, poſt longos agònes ſub Neròne coronàtus à Chriſto, quièvit. (*b*) Romæ via Latina pàſſio beàti Tertullìni presbyteri, & màrtyris, qui ſub Valeriàno Imperatòre, poſt ìmpiam fùſtium mactatiònem, ignium circa làtera exuſtiònem, oris quaſſatiònem, atque in equùleo extenſiònem, nervorùmque cæſiònem, data ſentèntia, càpitis amputatiòne martyrium conſummàvit. (*c*) Conſtantinòpoli ſancti Eleuthèrii martyris, òrdinis Senatòrii, qui pro Chriſto in perſecutiòne Maximiàni glàdio cæſus eſt. (*d*) In Pèrſide ſanctàrum màrtyrum Iæ, & ſociarum, quę cum novem millibus Chriſtianis captìvis ſub Sàpore Rege divèrſis pœnis afflictæ, martyrium ſubierunt. (*e*) Colòniæ ſancti Protàſii màrtyris. (*f*) Veronæ ſancti Agàbii Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) Turònis ſancti Euphrònii Epìſcopi. (*h*) Romæ ſanctæ Perpètuæ, quæ à beàto Petro Apòſtolo baptizàta, Nazàrium fìlium, & Africànum virum ad fidem Chriſti perdùxit, & multa ſanctòrum Martyrum còrpora ſepelìvit, ac tandem bonòrum òperum mèritis cumulàta migràvit ad Dòminum. (*i*)

(d) *Eleutherii.* Martyr an. 311. Baron. eo an. n. 19. An. 312. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6.

(e) *Iæ, & Sociarum.* Circ. 343. Græci in Menolog.

(g) *Agabii Episcop.* Corpus inventum ann. 1491. Card. Valer.

(h) *Euphronii Episc.* Obiit an. 583. Ætatis 70. S. Greg. Turonen. An. 774. Sigeberti Regis ann. IX. Baron. eo an. n. 10. Sigeberti Regis an. XI. Die verò incerto Pagi t. 2. ad an. 574. n. 17.

(a) *Baron. an. 1170. n. 62. Sur. t. 4. prior. edit. S. Antonin. 3. par. t. 23. c. 1. 2. 3. & 4. Garzon. de vir. illuſtr. Ordin. Prædicator. aliique Scriptor. præclariſſimi Ordin.* (b) *Baron. an. 45. n. 42. & an. 58. n. 62. Acta Apoſtolor. cap. 19. 20. & 27. Paul. ad Coloſſ. c. 4. & ad Philemonem. Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 260. num. 3. Uſuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 311. n. 19. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. in not. Græci in Menolog. & Procop. lib. 1. ædif. Juſtinian. Imperat.* (f) *Baron. in not. & Galeſin.* (g) *Baron. ibid. & Cardinal. Valerius lib. antiquor. monument. Epiſc. Veronen.* (h) *Baron. an. 559. n. 16. & an. 574. n. 10. S. Gregor. Turonen. de geſt. Francor. lib. 10. c. 35. & de glor. Confeſſor. c. 18. 19. & 20.* (i) *Baron. an. 69. n. 45. Tabul. Eccleſ. Mediolanen. & Mombrit. t. 2.*

Qui quod novit loquitur, Judex juſtitiæ eſt. Prov. 12.

(b) *Theſſalonicæ Ariſtarchi.* Ms. Divionen. *Ariſtarchidis.* Menæa Græcor. Synaxaria Anthologia, & Menolog. Sirleti ad 14. Apr. *Ariſtarchus, Pudens, ſeu Puda, Trophimus, ex Lxx. Diſcipulis, Sectatores S. Pauli, & Martyres.*

(c) *Romæ via Latina Tertullini.* Ms. Roman. Barberinian. *Romæ via Tiburtina natale Sanctorum Laurentii, Creſcentiani, & Julii.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. ultrà *Et natale S. Sanchinti.* Martyrolog. Bluman. *Romæ*

Nè deſpicias narratiòne Sapientum. Eccl. 16.

ma via Tiburtina in Cimiterio natal. S. Laurentii Martyris, Crisentiana, Sachinti, Scia, Natal. SS. Herenti, Heracli, Daſſi, ſivè *Baſſi*. Martyrolog. Epternacen. ſeù Antuerpien. *Roma Creſcentiani, Juſtini, Quinti, Bartholomæi*. Martyrol. Corbejen. *Roma via Tiburtina in Cimiterio Creſcentiani, & Juſtæ, & natal. S. Secinthi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Roma via Lavicana miliario ab Vrbe* XIV. *natale Sachinti*. Alterum ejuſdem: *Roma via Tiburtina in Cœmeterio S. Laurentii Martyris, Creſcentiani, & Juſti, & natalis Sachinti*. Holſtenius. Ms. Divionen. *Roma Tertulliani Martyris*. Mss. Roman. Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Roma in Cœmeterio S. Laurentii, Creſcentiani, & Juſti*. Ms. Atrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ: *Roma S. Juſtini Presbyteri, & S. Creſcentiana*. Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini: *Roma S. Juſti, & S. Creſcentiana, & paſſio S. Juſtini Presbyteri, qui multa corpora Sanctorum collegit, ac ſepelivit*. Ms. Lætien. S. Lamberti ſine loco: *Natale SS. Creſcentiani, Juſti, & Jacinthi Martyrum*. De Tertullino Romano ſilent.

xx. G Nonis Auguſti. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

A B C D E F F G H M N P

1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

(a) *Dedicatio Baſilicæ S. Mariæ &c.* An. 367. Liberio PP.
(b) *Sanctorum Martyrum vigintitriū* Martyres ann. 303. Baron. eo ann. 303. n. 6.
(d) *Emygdii Epiſ.* Die 21. Januarii Galeſin. Die 12. April. Ferrar. General. Catal. Sanctor.

ROmæ in Exquiliis dedicàtio Baſilicæ ſanctæ MARIÆ ad Nives. (*a*) Item Romæ pàſſio ſanctòrum Màrtyrum vigintitrium, qui in perſecutiòne Diocletiàni via Salària vèteri capite truncàti, ibidem ſepùlti ſunt ad clivum Cucùmeris. (*b*) Augùſtæ Vindelicòrum natàlis ſanctæ Afræ màrtyris, quæ cùm eſſet Pagàna per doctrinam ſancti Narciſſi Epiſcopi ad Chriſtum convèrſa, & cum omni domo ſua baptizàta, pro confeſſiòne Chriſti igni tràdita eſt. (*c*) Aſculi in Picèno ſancti Emygdii Epìſcopi & màrtyris, qui à ſancto Marcèllo Papa Epìſcopus ordinàtus, & illuc ad prædicandum Evangèlium miſſus, in confeſſiòne Chriſti ſub Diocletiàno Imperatòre martyrii corònam accèpit. (*d*) Antiochiæ ſancti Euſignii militis, qui annum agens centèſimum dècimum, cùm Conſtantini Magni fidem, ſub quo militàverat, Juliàno Apòſtatæ exprobràret, cùmque ut pàtriæ pietàtis deſertòrem redargùeret, ab eòdem juſsus eſt càpite cædi. (*e*) Item ſanctòrum màrtyrum Cantidii, Cantidiani, & Sobèlis Ægyptiòrum. (*f*) Catalàuni in Gàllia ſancti Mèmmii civis Romàni, qui à ſancto Petro illius civitàtis Epìſcopus conſecràtus, pòpulum ſibi commìſſum ad Evangèlii veritàtem perdùxit. (*g*) Auguſtodùni beàti Caſſiàni Epìſcopi. (*h*) Apud Theànum ſancti Paridis Epìſcopi. (*i*) In Anglia ſancti Oſvvàldi Regis, cujus actus Veneràbilis Beda prèsbyter commèmorat. (*k*) Eòdem die ſanctæ Nonnæ matris beàti Gregòrii Naziazèni. (*l*)

(h) *Caſſiani Epiſc.* Ante an. 400. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 400. Florentin.
(k) *Oſuvaldi Regis.* Obiit an. 642. Baron. eo an. n. 4. & ſequ. An. 643. Pagi c. 1. ad ann. 642. nu. 2.

(a) *Baron. an. 367. n. 4. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 21.* (b) *Baron. an. 303. n. 113.* (c) *Baron. ibid. n. 125. Sur. t. 4. prior. edit. Uſuard. & Ado* (d) *Baron. an. 309. nu. 4. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 24.* (e) *Baron. an. 362. n. 140. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac Die* (g) *Baron. an. 46. nu. 2. S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſ. cap. 66. S. Antonin. par. 1. tom. 6. c. 17. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 25. Hagiolog. Franco Gallic. Labbei & Sammarthan.* (h) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 7. c. 25. Sur. in vit. S. Germani die 31. Jul. & Sammarthan.* (i) *Baron. in not.* (k) *Baron. an. 642. n. 4. & ſeq. Beda de geſt. Anglor. lib. 2. c. 4. & Sur. t. 4. prior. edit.* (l) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.*

(a) De-

Attende lectioni, Et Doctrinæ. 1. ad Timoth. 4.

(a). *Dedicatio Basilicę S. Mariæ ad Nives.* Apographa, Hieronymian. Lucen. Bluman. & Corbejen. *Romæ Dedicatio Basilicę Sanctę Marię;* Silent *ad Nives:* quatenus uti in Ecclesia Romana Kalend. Augusti erat dedicatio S. Petri in Exquiliis, ita hac die Nonis Augusti Dedicatio Sanctæ Mariæ Romæ solemniter facta, saltem quoad primas Ecclesias sub Diocletiano dirutas, & sub Constantino restitutas; Videnda eruditissima dissertatio penès Florentinium suo Occidentali Hieronymiano Martyrologio.

(c) *Augustę Vindelicorum Afrę Martyris.* Augusta Vindilicorum, quæ & Augusta Rhetię, *Agosta* Italis, *Auspurg* Germanis, Urbs antiqua Vindiliciæ (quæ Rhetię pars est) ad Licum, & Vindonem amnes confluentes, ex primis non modò Suevię, cui tribuitur, sed & totius Germaniæ. Martyrol. Hieronymian. Lucen. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. & Ms. Roman. Barberinian. *In Civitate Augusta passio S. Afri.* Ad 7. Augusti. Apographum Lucen. *In Provincia Resia Civitate Augusta Africę, & Valeria.* Apographum Corbejen. pro Africæ, *Afri*. Et Ms. Reginæ Suæcię pro Valerię, *Venerria.* Notker. *In Augusta Euphratensi S. Afri Martyris, quorum nomine similitudine, idest, & Augusta & Afri, nostrates inducti hoc die apud Augustam Rhetianam, seu Vindelicam passionem Sancta Afra consummatam putaverunt.*

Acta quidem apud Surium, & Vicellium diem passionis S. Afræ non exprimunt; undè hoc Mense Augusti videtur potuisse vel Translationis celebritas esse, vel Natalis Martyrii.

Cardinal. Baron. in not. animadevertit, Acta penès Vicellium esse sinceriora. Florentinius verò nonnihil emendatam partem tantùm eorum esse, & apud Surium hac die t. 8. posterior. edition. habentur; Surius tamen, & Vicellius de SS. pag. 183. *Eodem die, quo Afrę Sepultura curabatur, pro Christo passas fuisse Hilariam ejus Matrem, Dignam, Eunomiam, & Eutropiam ancillam.* Et nihilominùs Acta adducta in die passionis hoc non exprimunt. Rursus Hagiologia non conveniunt: Romanum namque Martyrol. Usuard. Ado, & alii hac die passionem veneranttur, & Notkerus ad 7. Augusti Afræ, & Sociarum agonem recolit.

Qui didicerint, invenerint quid respondeant. Sap. 6.

(g) *Catalauni in Gallia Memmii Epis.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *Catalonis civitate Mimini Episcopi* Martyrol. Veissemburgense *Catalaunis Mimi Episc.* Martyrol. Epternacen. *Cataleonię Mimmini Episc.* Martyrol. Corbejen. *Catalaunis Meminii Episc. & Confessoris.* Mss. Romana monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Cathalonis Memmi Episcopi.* Notker. & alii: *Cathalonis Mammii Episcopi & Confessòris*, Galesin. *Memmii*. Gregor. Turonen. *Memmii*, & silet *fuisse à Sancto Petro in Galliam missum*; ut in Romano Martyrologio: Saussayus, & alii Gallię scriptores, Discipulum S. Petri fuisse docent.

(h) *Augustoduni Cassiani Episcopi.* Maurolyc. & Petr. de Natal. lib. 7. c. 27. *A Zenone Episcopo Alexandriæ consecrato*. Saussayus: *Genere Ægyptii.* Ms. S. Sabini de Levitania in Addit. apud Saussayum pag. 1246. *Primò Ostensis Civitatis in Ægypto, deindè Augustoduni Episcopi.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. sine loci præsignatione: *Ipso die Natale Beati Cassiani Episcopi & Confessoris.*

xix. A Octavo Idùs Augusti. Luna. *6*

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
A B C D E *F* F G H M N P
2 3 4 5 *6* 7 *6* 7 8 9 10 11

IN monte Thabor Transfiguràtio Dòmini nostri JESU Christi. (*a*) Romæ via Appia in cœmetèrio Callisti nàtalis beàti Xysti Secùndi Papæ, & màrtyris, qui in persecutiòne Valeriàni, glàdio animadvèrsus martyrii corònam accèpit. (*b*) Item sanctòrum màrtyrum Felicissimi, & Agapìti, ejùsdem beàti Xysti diaconòrum, Januàrii, Magni, Vincèntii, & Stèphani subdiaconòrum, qui omnes cum eo pàriter decollàti sunt, atque in cœmetèrio Prætextàti sepulti. Passus est ètiam cum eis beàtus Quartus, ut scribit Sanctus Cypriànus. (*c*) Complùti in Hispània sanctòrum màrtyrum Justi, & Pastòris fràtrum, qui cùm adhuc puèri literis imbuerèntur, projèctis in schola tàbulis, spontè ad martyrium cucurrèrunt: & mox à Daciàno Præside tenèri jussi, & fustibus cædi, cùm se mùtuis exortatiònibus constantìssimè roborarent, extra civitàtem

(b) *Xixti Pap.* Martyr an. 251. Tusci, & Bassi Cōsulatu Barō. eo ann. nu. 2. & seq. An. 258. Tusci, & Bassi Consulatu Pagi t. 1. eodem ann. n. 2. Die 21. Julii Chronic. Damasi.

(c) *Felicissimi.* Die 13. Jul. Ms. Bruxell. S. Gudilæ.

(d) *Justi, & Pastoris.* Martyres an. 303. Baron. eo an. nu. 140. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

per-

perdùcti, à carnifice jugulàti sunt (d) Romæ sancti Hormìsdæ Papæ & confessòris. (e) Amidæ sancti Jacòbi eremitæ, miràculis clari. (f)

(a) Baron. an. 33. nu. 29. Græci in Menolog. & Sigebert. c. 129. (b) Baron. an. 261. n. 2. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 7. c. 4. Nicephor. Callist. lib. 6. c. 34. Optat. lib. 2. S. Augustin. Epist. 165. (c) Baron. an. 261. n. 4. Usuard. Ado, & alii. (d) Baron. an. 303. n. 140. Sur. t. 7. prior. edit. S. Eulog. memor. Sanctor. lib. 1. Petr. in Catal. lib. 7. c. 32. & Flos SS. hispan. (c) Baron. an. 518. & an. 523. n. 3. Mabillon. t. 3. Analect. & Regino in Catal. vet. Rom. Pontific. (f) Baron. an. 404. n. 108. & an. 502. n. 41. item Procop. lib. 1. de Bello Persico.

Qui quod novit loquitur, judex justitiæ est. Prov. 12.

(c) *Item Felicissimi, & Agapiti Diaconorum, Januarii, Magni, Vincentii, & Stephani Diaconorum*. Martyrolog. Corbejen. *Romę in Cœmeterio Callisti via Appia Syxti Episcopi, & Felicissimi, Agapiti, Donatiani, Fausti, Prętestati, Laurentii, Hyppoliti, & Militum Clx 11. & passio S. Afræ*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. & Bluman. pro Felicissimi, & Militum Clx11. *Felicis, & Milites Clxv*. Martyrolog. Epternacen. seù S. Vuillibrordi: *Romæ Sixti Episcopi & Martyris, Felicissimi, & Agapiti, Donatiani, & Militum Clxx. Passio S. Afræ*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium: *Sixti Episcopi, & Felicissimi, Agapiti, Donatiani, Faustini, Prætextati, Laurentii, Hippoliti, & Milites Clxv. sub Decio, atque in Cœmeterio Prętextati sepulti, ut in gestis Pontificalibus legitur*. Notkerus, acta Xysti memoria, subdit: *Item Romę Militum centum sexaginta quinque, & passio S. Afræ Virginis*. Hæc Afra Romana videtur alia ab Augustana, pridie relata. Bucher. *Mense Augusti Sixti in Callisti, & Prætextati, Agapiti, & Felicissimi*. Sacramentarium Gregorii: v111. *Idus August: natalis S. Sixti Episcopi, & eodem die natal. SS. Felicissimi, & Agapiti*. S. Cyprian. *Xistum autem in Cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die, & cum eo Quartum*.

(c) *Hormisdę Papę*. Baron. ad an. 253. n. 3. & sequent. tradit hunc Pontificem, *à Consulatu Senatoris usque ad Consulatum Maximi*. Anastasius: *à Consulatu Senatoris usque ad Consulatum Simmachi, & Boethii*. Pagi tamen tom. 2. ad eum annum num. 3. suadet, Anastasium suam correxisse supputationem, dein scribendo: *Sepultus est in basilica S. Petri octavo Idus Augusti Consulatu Maximi*.

(f) *Amidę Sanct. Jacobi Eremitę*. Amida *Caramit*, urbs Mesopotamiæ ad Saocaram amnen inter Carras, & Mirdinum Urbes ejusdem Provinciæ præcipuas, medium ferè tenet Regionis. Ferrar. Topographia ad Roman. Martyrolog. verb. Palæstina admonet, hunc Jacobum Eremitam esse eumdem cum eo, qui Palæstinæ ponitur sub 28. Januarii. Bollandus verò ea die opponit: hi summi viri discutiant.

Cardinal. Baron. in not. alium Jacobum exhibet sanctitate conspicuum in Syria sub Theodosio juniori, ut Evagrius lib. 2. cap. 8.

Nè despicias narrationem sapientum. Eccles. 18.

(b) *Romæ Beati Xisti Secundi Papę & Martyris in persecutione Valeriani &c.*

Disceptatio Chronologica.

Beda genuinus de Peregrinis, Ms. Martyrolog. Reginæ Sueciæ, aliaque Apographa hoc Martyrium sub Decio panditant.

Eminentissimus Baronius ad an. 261. nu. 2. in not. laudat pro sua assertione Cyprian. ad Successum epist. 82. Pontium in Cypriano Augustin. in Joan. tract. 27. Maximum Taurin. homil. 1. & 2. de S. Laurent. Petrum Chrysolog. & Acta S. Laurentii.

Ast putandum, hos omnes ex aliquo forsan luxato Codice hausisse, depromitur ex iisdem S. Laurentii Actis, & ex antiquis Græcorum Monumentis, quæ sub Decio hoc Martyrium narrant, ut in Menologio ad 10. Augusti: *Sanctorum Martyrum Laurentii Archidiaconi, & Xisti, qui fidem Christi professi in Urbe Roma, sub Decio Imperatore martyrium passi*.

Si quis obtruderet, ea Acta Apochrypha continere, præsertim, quæ de Martyrio sub Decio, cujus palmam anno 261 obtinuere, Tusci, & Bassi Consulatu, ex Baronio ad eum annum num. 2. & sequ.

Pagi vir eruditus refragatur Chronico Damasi referente: *Xistus passus est usque in diem x11. Kal. Augusti Emiliano, & Basso Consulibus*. Scilicet anno 258 ut tom. 1. ad eum annum num. 1. proindè non an. 261.

Aliundè Metaphrastes Acta Græca hujus Martyrii edidit, ab antiquis Græcorum Monumentis, ut idem Baronius ad 10. Augusti in notis admonet, fatendo, etiam aliquibus Apochryphis scatere, qua de causa non videtur, cur Martyrium sub Decio sit Apochryphum, & non alia, quæ de hoc Martyrio feruntur.

Cæterùm quùm hoc iterùm ad 10. Augusti de Sancto Laurentio observandum, nè Romanum Martyrol. in præsentiarum nutet, videtur, si sanioribus placuerit, correpto sub quo hic Sanctus Pontifex martyrizatus, rescribendum: *Romę via Appia in Cœmeterio Callisti natalis Beati Xisti Secundi Papæ & Martyris, qui gladio animadversus, Martyrii coronam accepit*.

xviij. B Septimo Idus Augusti. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

(a) *Cajetani*. Obiit ann. 1547. Chronic. Congreg. Sylos.
(c) *Petri, & Juliani*. Martyres circ. 260. Usuard. Ado, & alii.

(d) *Fausti* Die 15. Februarii Galesin. & Ferrar.
(i) *Alberti*. Obiit an. 1292. Mantuan. Carmelit. in Act.

NEàpoli in Campània sancti Cajetàni Thienæi confessòris, Clericòrum Regulàrium Fundatòris, qui singulàri in Deum fidùcia prìstinam Apostolicàm vivèndi formam suis colèndam tràdidit, & miràculis clarus à Clemènte Dècimo inter Sanctos relàtus est. (a) Arètii in Tùscia natàlis sancti Donàti Epìscopi & màrtyris, qui inter cètera virtùtis òperà (ut scribit beàtus Gregòrius Papa) fractum à Pagànis càlicem sanctum oràndo instauràvit. Is in persecutiòne Juliàni Apòstatæ à Quadratiàno Augustali comprehènsus, cùm idòlis sacrificàre renuìsset, glàdio percùssus martyrium consummàvit. Passus est ètiam cum eo beàtus Hilarìnus mònachus, cujus festìvitas decimosèptimo Kalèndas Augùsti celebràtur, quando ejus corpus ad Ostia Tiberìna translàtum fuit. (b) Romæ sanctòrum màrtyrum Petri, & Juliani, cum àliis decem & octo. (c) Mediolàni sancti Fausti mìlitis, qui sub Aurèlio Còmmodo post multa certàmina martyrii palmam adeptùs est. (d) Novocòmi pàssio sanctòrum màrtyrum Carpòphori, Exànthi, Càssi, Severìni, Secùndi, & Licinii, qui in confessiòne Christi càpite truncàti sunt. (e) Nìsibi in Mesopotàmia sancti Domètii mònachi Persæ, qui cum duòbus discìpulis sub Juliàno Apòstata lapidàtus est. (f) Rhotomagi sancti Victricii Epìscopi, qui adhuc miles, sub eòdem Juliàno pro Christo abjìciens cìngulum, à tribùno multis tormèntis afficitur, & càpitis damnàtur; sed carnìfice, qui ad eum cædèndum missus fùerat, cæcitàte percùsso, ipse vìnculis solùtis liber evàsit: pòsteà Epìscopus factus, Morinòrum, & Nerviòrum gentes indòmitas verbi prædicatiòne ad fidem Christi perdùxit, & demum confèssor in pace quièvit. (g) Catalàuni in Gàllia sancti Donatiàni Epìscopi. (h) Messànę in Sicilia sancti Albèrti confessòris, Ordinis Carmelitàrum, miràculis clari. (i)

(a) *Chronic. Congregation. Sylos: Pepe in vit. aliique eximii Scriptores ejusdem Congregation.* (b) *Baron. an. 362. n. 270. S. Gregor. Papa lib. Dialogor. c. 7. Mombrit. t. 1. in vit. Sanctorum, & Petr. in Catal. lib. 7. cap. 3. & 33.* (c) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. ibid. Monument. Eccles. Mediolanen. Ferrar. Catal. SS. Italiæ, & Petr. de Natal. lib. 11. num. 210.* (e) *Baron. in not. & Galesin.* (f) *Baron. an. 363. n. 40. & Græci in Menolog.* (g) *Baron. an. 396. num. 15. & an. 404. n. 126. Pagi t. 2. ad. an. 404 n. 32. & Tabul. Eccles. Rhotomagen.* (h) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard.* (i) *Baron. ibidem, Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Appendic. ad Catal. cap. 13.*

Auris tua ad verba scientiæ, & esto patiens. Prov. 23.

(b) *Aretii in Tuscia Donati Episcopi & Martyris.* Aretium *Arezzo*. Urbs Etruriæ per. antiqua, & una ex primis Etruscorum Coloniis, haud longè à Glanæ fluvio, media inter Florentiam, & Perusiam. Martyrolog. Hieronymianum Lucen. *Aretia Donati Episcopi & Confessoris, Auxenthi, & Garpensori*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Aritio Donati, & aliorum VII.* Martyrolog. Reginæ Suecicæ Ms. *7. Idus Donati Episcopi & Confessoris, Auxentii,*

Doctrina viri per patientiam noscitur. Prov. 19.

rii, & Carpophori. Beda vetuſtior ex editis: *Apud Tuſciam Civitatem Aretio S. Donati Epiſcopi & Martyris*. Ex quibus lectionibus duos hac die Donatos coli deducitur, alterum Epiſcopum & Confeſſorem, alterum Epiſcopum & Martyrem.

(c) *Romæ Petri, & Juliani, cum aliis decem & octo*. Martyrologia S. Vuillibrordi, ſeù Antuerpien. Bluman. Corbejen. & Ms. Divionen. *Romæ paſſio xxv. Martyrum*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. xxvi. Duo Martyrologia Reginæ Sueciæ Mss. unum: *Romæ Sanctorum Petri, & Juliani, cum aliis xxv.* aliud: *Romæ paſſio Sanctorum numero xxii.*

(d) *Mediolani Fauſti militis*. Cardinal. Baron. in notis advocat tabulas, & vetera monumenta Eccleſiæ Mediolanen. At id Ferrar. in calce ad ſuam Topographiam Rom. Martyrol. in Tabulis, & in Breviario Mediolanen. deſiderat Florentin. Holſtenius, Petr. de Natal. & Ms. Divionen. *Fauſtini* effcrunt. Ferrar. verò Catal. SS. Italiæ, Galeſin. Annal. Eccleſ. Mediolanen. & Roman. Martyrolog. *Fauſti Militis*. Verùm Galeſinius contra aliorum fidem tradit obiiſſe Confeſſorem. An Baſilica Fauſtiniana Mediolanenſ. de qua S. Ambroſ. ſit à Fauſto, vel à Fauſtino dicta, Diſſertatio Nazariana Puricelli videnda cap. 28. & ejuſdem Ambroſianæ Baſilicæ Monumenta an. 25. ad 80.

(e) *Novocomi Carpophori, Exanthi, Caſſii, Severini, Secundi, & Licinii*. Galeſin *Novocomi Carpophori, Exhanti cum ſociis*. Bucher. *Synodi Carpophori, Victorini, & Severiani*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Ms. Reginæ Sueclæ alium Carpophorum exhibent Aretii in Tuſcia, unà cum S. Donato.

Diſceptatio Chronologica.

(b) *Aretii in Tuſcia S. Donati Epiſcopi & Martyris, in perſecutione Juliani Apoſtatæ*.

An hoc Martyrium ſub Juliano Apoſtata, ſuam nutationem patitur. *Acta namque utinam integra permanſiſſent, & non aliquis ſibi viſus nimis ſapiens aliqua ſuperaddidiſſet*. Ut Eminentiſſimus Baron. ſanè in notis ſuadet.

Nec valet obtrudere, hæc Acta mendis ſcatere non quo ad Martyrium ſub Juliano Apoſtata, quod Uſuard. Ado, ac cæteri hac die ferunt, candidiſſimè enim ſcripta fuere, utpote à Severino Epiſcopo, ordine quarto poſt Sanctum Donatum.

Veruntamen eo ipſo quòd aliquibus maculis induta videntur, his reliquum in eis in dubium revocatur, an exactiſſimum ſit; maximopere quò ad Martyrium ſub Juliano Apoſtata, cui obſtant tempus, & loca, quibus Julianus Imperator ſæviit, & potiſſimùm poſtquam à Chriſtiana fide deſciverit. Defuncto Conſtantio vii. Non. Novembris ann. 361. Julianus è Illiria in Traciam advolavit, & 3. Idus Decembris Conſtantinopolim eodem anno ingreſſus, in quo Epiphaniorum feſtum adhuc Chriſtiano more celebrabat. Chriſtiana tamen publicè ejurata Religione, ac Deorum Templis patefactis, ſe antiquo ritu, & ſacrificiis Pontificem maximum inaugurandum curavit. Dein anno ſequenti bellum Perſis illaturus, Conſtantinopoli diſceſſit Nicomediam; indè Peſſinuntem in Galatiæ Urbem petiit, poſteà Antiochiam, ibiq; hyberna peregit: Eductis tandem anno 363. contra Perſas copiis, die 26. Junii jaculo confoſſus in medio conflictus periit, poſt Conſtantii obitum anno Imperii uno, menſibus circiter ſeptem. En quomodo tempore, quo Juliana perſequutio in Chriſtianos invaluit, ſemper ipſe Julianus verſatus eſt in Oriente, ut Henſchen. vir ſummus tom. 3. SS. Martii ad 24. ejuſdem Menſis, cùm de S. Pigmeo, ad quem diem alia, quæ modò addenda, remittimus. In præſentiarum ipſa nutatione comperta, ut ea expungatur, præcurſo ſapientiorum judicio, videtur nullo expreſſo ſub quo, reſcribendum: *Aretii in Tuſcia natalis S. Donati Epiſcopi & Martyris*, &c. *Is comprehenſus, cùm Idolis ſacrificare noluiſſet, gladio percuſſus Martyrium conſummavit*.

xvij, C Sexto Idus Auguſti. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

(d) *Hormiſdæ*. Die 31. Martii Martyrolog. Gallicè editum.
(e) *Æmiliani Epiſc.* Anno 814. in exilium pulſus Baron. eo an. n. 12. An. 815. Pagi t. 3. ad ann. 814. n. 2. & 3.

ROmæ ſanctòrum màrtyrum Cyriàci diàconi, Largi, & Smaràgdi, cum àliis viginti, qui in perſecutiòne Diocletiàni, & Maximiàni paſſi ſunt decimoſèptimo Kalèndas Aprìlis. Eòrum còrpora à Joànne Presbytero via Salària ſepùlta, ſanctus Marcèllus Papa in prædium Lucìnæ via Oſtiènſi hac die trànſtulit: quæ pòſteà in Urbem delàta, in Diaconìa ſanctæ MARIÆ in via Lata recòndita fuerunt. (a) Anazàrbi in Cilìcia ſancti Marìni ſenis, qui ſub Diocletiàno Imperatòre, & Lyſia

(g) *Severi.* Circ. 452. Ado in Chronic.

ſia Præſide flagris cæſus, in ligno ſuſpènſus, ac laniàtus, feris tandem objèctus intèriit. (*b*) Item ſanctòrum màrtyrum Eleuthèrii, & Leonìdis, qui per ignem martyrium conſummàrunt. (*c*) In Pèrſia ſancti Hormìſdæ màrtyris ſub Sapòre Rege. (*d*) Cyzici in Helleſpònto ſancti Æmiliàni Epìſcopi, qui pro ſacràrum Imàginum cultu à Leòne Imperatòre multa paſſus, demum in exilio vitam finivit. (*e*) In Creta ſancti Myrònis Epiſcopi, miràculis clari. (*f*) Viènnæ in Gàllia ſancti Sevèri presbyteri & confeſsòris, qui ex India Evangèlii prædicàndi cauſa laborióſam peregrinatiònem ſuſcèpit, & ad præfàtam urbem devèniens, ingèntem Paganòrum multitùdinem verbo, & miràculis ad fidem Chriſti c onvèrtit. (*g*)

(a) *Baron. an. 298. n. 12. Uſuard. Ado, & Notker.* (b) *Baron. an. 285. n. 14. & Græci in Menologio.* (c) *Baron. in not. item Græci in Menolog.* (d) *Baron. an. 420. n. 20. Theodoret. hiſt. lib. 15. c. 28. Nicephor. lib. 14. cap. 10. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 31.* (e) *Baron. an. 731. n. 7. & an. 819. n. 12. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. in not. item Græci in Menologio.* (g) *Baron. in not. Uſuardus, Ado in Chronic. ad an. 452. Petr. de Natal. lib. 6. c. 36. & alii.*

Ponam in lucem ſcientiam, et non præteribo veritatem. Sap. 6.

(a) *Romæ Cyriaci Diaconi, Largi, & Smaragdi.* Beda genuin. fine loco: VI. *Idus natalis S. Cyriaci.* Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini adſcit: *Largi, & Smaragdi.* Ms. Vatican. S. Petri proſequitur: *Creſcentiani, Memmiæ, & Juliani.* Ms. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ: *Natalis S. Cyriaci, Creſcentiani, & Theodori.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Romæ elevatio Corporis S. Cyriaci cum ſociis ſuis, quos* &c. Ms. Barberinian. Roman. *Romæ S. Cyriaci Martyris, & Sociorum ejus.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ Secundini, Severiani, Carpofori, Victorini, Albani, & in via Salutaria Heſtenſi Cyrici, Largi, Creſcentiani, Memmiæ, Julianæ, Ciriacitis, & Smaragdi, Secundini, Albani, Victoriani, Fauſtinæ, Donatæ, Felicis.* Martyrol. Veiſſemburgenſe percurſis Albano, Victoriano, & Juliana, pro Carpofori, Cyriaci, Secundini: *Carpori, Cyriaci, Secundi.* Martyrolog. Epternacen. *Romæ Secundi, Severiani, Carpofori, & in Albano Victorini, item Cyriaci, Largi, Creſcentiani, Memici, Julianæ, Cyriantii, Zmaragdi, Secunde, Albani, Victuriani, Fauſtini, Donatæ, Felicis.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ natal. Sanctorum Secundini, Severiani, Carpophori, Victorini, & Albini: Et in via Salaria Oſtenſi Creſcentiani, Sergi, Memmiæ, Julianæ, Cyriacitis, Smaragdi, Secundini, Albini, Victuriani, Fauſtini, Donatæ, Felicis, Silvani.* Martyrolog. Bucherii: *Sexto Idus Oſtienſe Cyriaci, Largi, Creſcentiani, Mammiæ, Julianæ, & Smaragdi.* Vicellius; *Paſſi ſunt non longè ab Urbe Roma Cyriacus, Largus, Smaragdus, Memmia, Julia, & multi alii pro nomine Chriſti decollati ſunt.* Notkerus: *Cyriaci, & Siſinnii Diaconorum, Smaragdi, Largi, Creſcentiani cum aliis xx.*

Ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & eos redarguere, qui contendunt. Translat. Syriac. ad Tit. 1.

(c) *Item Eleutherii, & Leonidis.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. Bluman. & Antuerpien. *Philadelphiæ Leonidis.* Martyrol. Corbejen. *Et Agapiti*, Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holſten. *Item SS Martyrum Eleutherii, & Leonidis, Philadelphiæ, Leonidis.* Suſpicandum an paleſtra fuerit Philadelphia, Romanum enim Martyrologium eam non indicat: aliundè additur Eleutherius; & duo Leonides in Apographo Sueciano coluntur, alter Philadelphiæ, & alter incerto loco.

(e) *Æmiliani.* Græci in Menæis ad VIII. Martii: *S. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus dilectiſſim. quemq. Epiſcopum ad ſe evocavit Æmilianum Cizienſem, Euthimium Sardum, Joſephum Theſſalonicenſem, Michaelem Synodenſem, Eudoſium Amerinenſem, & Theophilactum Nicomedienſem, alioſque multos, qui omnes Imperatorem convenerunt, & multa illi ex oraculis ſacrarum litterarum ſalutaria propinarunt.*

(g) *Viennæ in Gallia Severi.* Italis *Vienna*, Gallis *Vienne*. Urbs Galliæ Narbonenſis ad Rhodanum flumen Allobrogum, antiquiſſima Metropolis, inter Lugdunum, & Valentiam: Petr. de Natal. ex quo alii: *Severi Epiſcopi* effert. At Eminentiſſim. Baron. in not. eruditè opponit, exhibendo hunc Sanctum Presbyterum eſſe alium ab eo, de quo S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſor. c. 5. & 51.

xvj. D · Quinto Idus Auguſti. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

(b) *Romani*. Martyr an. 261. Acta.

(c) *Secundiani, & Soc.* Martyres ann. 253. ſub Decio. Baron. eo ann. n. 29. Ann. 251. ſub Decio. Pagi tom. 1. ad eum an. n. 29. & Bolland. ad 17. Februarii.

(g) *Domitiani Epiſc.* Circ. 70. Act. S. Memmii ejuſdem Civit. Epiſc.

VIgìlia ſancti Laurèntii màrtyris. (*a*) Romæ ſancti Romàni militis, qui confeſſiòne beàti Laurèntii compùnctus, pètiit ab eo baptizàri; & mox exhibitus, ac fùſtibus cæſus, ad ùltimum decollàtus eſt. (*b*) In Tùſcia natàlis ſanctòrum màrtyrum Secundiàni, Marcelliàni, & Veriàni, qui tèmpore Decii à Promòto Conſulàri primùm cæſi ſunt, deìnde in equùleo ſuſpènſi, & ùngulis abràſi, atque igne latèribus appòſito aſsàti, triumphàlem martyrii palmam càpite cæſi meruèrunt. (*c*) Verònæ ſanctòrum màrtyrum Firmi, & Rùſtici tèmpore Maximiàni Imperatòris. (*d*) In Africa commemoràtio plurimòrum Màrtyrum, qui in perſecutiòne Valeriàni, hortànte eos ſancto Numìdico, in ignem conjècti, martyrii palmam adèpti ſunt. Ipſe autem Numìdicus, licèt cum àliis in rogum injèctus, & lapìdibus òbrutus fuìſſet, à filia tamen effoſſus, & ſemivivus repertus, curatus eſt, àc pòſteà ob ejus virtùtem in Ecclèſiæ Carthaginènſis presbyterum à beàto Cypriàno mèruit cooptàri. (*e*) Conſtantinòpoli ſanctòrum màrtyrum Juliàni, Marciàni, & aliòrum octo qui ob Salvatòris imàginem, quam in porta ænea conſtituèrant, impii Leònis Imperàtoris juſſu poſt multa tormènta glàdio necàti ſunt. (*f*) Catalàuni in Gallia ſancti Domitiàni Epìſcopi & confeſsòris. (*g*)

(a) *Baron. in not. Amalar. de Ord. in. Antiphon. cap. 6. S. Gregor. in Sacramentar. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. item Uſuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 253. nu. 29. Mombrit. t. 2. Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 41.* (d) *Baron. an. 303. n. 123. Mombrit. t. 2. Petr. in Catal. lib. 7. c. 42. & Cardinal. Valer. de antiq. monum. Eccleſ. Veronen. pag. 21 & 49.* (e) *Baron. an. 253. n. 93. & ſeq. S. Cyprian. Epiſt. 35. & Epiſt. 40. edit. Pamel.* (f) *Baron. an. 326. n. 13. & Græci in Menologio.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Domochar. in Tabul. Epiſc. Catalaunenſ.*

Qui ſcrutantur teſtimonia, in toto corde exquirunt ea. Pſalm. 118.

(a) *Romæ Romani Militis &c.* Martyrologium Reginæ Sueciæ Ms lectioni Rom. Martyrologii interponit: *Jubente Decio, & Mox exhibitus*, &c. Galeſin. *Jubente Juliano*; at *Romani* pro Romani pronrit, ſed luxatè. Ado die craſtina alium Romanum quoque militem effert cum Claudio, Severo, & Creſcentio. Item Petr. de Natal. lib. 7. c. 3. & Liber Pontifical. alium exhibent ad 6. Auguſti, Oſtiarium S. Sixti Pap. & unà cum eo Martyrem.

(c) *In Tuſcia Secundiani, Marcelliani, & Veriani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Colonia Fauſtini, Iſtriani, Marcellini, Secundiani, Xiſti*. Martyrol. Bluinan. pro Iſtriani, *Nimidiani*. Martyrolog. Corbejen. *Viriani*, & ſilet Fauſtini. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Colonia Fauſtini, Marcellini, Secundiani, & Sixti*. Martyrologium Antuerpien. *In Tuſcia Veriani, Marcelliani, Secundiani, Romani, Largi, Tiberiani, Theodori, Nemediani, Laudici, Juliani, Pauli, Carpi, Primi, Xiſti, Agatopi, & aliorum xx. Similiter Nimidiani, Ladici, Juliani, Feliciſſimi, Carpophori, Smaragdi, cum aliis x.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holſten. *In Colonia Tuſciæ, Secundiani, Marcelliani, cum aliis tribus*. Martyrol. Florentiæ anterioribus ſæculis cuſum, ac Martyrologia Mss. Beneventan. Pleſchianum, & Pulſanen. Neapoli penès Cleric. Regulares Sanctorum Apoſtolorum: *Apud Coloniam Tuſciæ Sanctorum Martyrum Secundiani*; reliquum ut Roman. Martyrolog. Notkerus: *In Colonia Fauſtini, Marcellini, Secundiani, Veriani*. Quænam ſit hæc Colonia Tuſciæ, nil certi affirmare licet apud Geographos. Hiſtoriæ ferunt in ea regione extitiſſe primùm Græcorum, dein Latinorum Colonias veteres: Ex quo nec facile

Teſtimonium fidele ſapientiam præſtat. Pſalm. 18.

inſe-

inferendum, quænam inter eas adeò excelluerit, ut antonomasticè *Tusciæ Colonia* meruerit appellari: *Colonia* Oppidum est Hetruriæ, Ferrar. in Geographico onomastico. Frontin. lib. 1. c. 2. & Ortelius, in Senensi territorio. Item idem Ferrar. Catal. SS. Italiæ, in Tuscanensi urbe, vulgò Toscanella, promit, hos Sanctos Martyres celebres esse.

(d) *Veronæ Firmi, & Rustici*, &c. Martyrolog. Epternacen. *Sirmi, Rustici*; facilè vitium Librarii *Sirmi* pro *Firmi*, sine loci nota. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Oriente Firmi, Rustici, Crescentiani, Theodori, vel Theodoli*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *Veronæ Firmi, Rustici*; nil aliud. Flor. Addit. ad Ms. Attrebaten. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ *Eodem die apud Veronam passio Sanctorum Firmi, & Rustici; qui post ignem, cæteraque tormenta sub Maximiano, Anulino Consiliario ejus, capitibus plectuntur*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Amilio Consiliario*. Maurolyc. *Natalis Rustici, & Firmi Bergomensium*.

Cardinal. Baron. in not. pro Firmo, & Rustico Veronensibus inter alios Molanum advocat: Molanus tamen ex Bellino in Additionibus, *Cives Pergamenses* nuncupat, licèt Veronæ martyrizati. Omnes alii quidem Cives Bergomenses fuisse testantur: undè mendum facilè *Pergamo* prò *Bergomo*, utbs Cenomanorum in Italia.

(g) *Catalauni in Gallia Domitiani Episcopi, & Confessoris*. Catalaunum *Chaalons Sur Marne*, urbs Galliæ Belgicæ in Campania, ad ulteriorem ripam Matronæ fluminis, cujus Campi Catalaunici dicti ob insignem pugnam inter Romanos, & Gothos. Media ferè inter Rhemos Metropolim Campaniæ, & Fanum Desiderii.

Baronius in notis suadet, hunc Domitianum successisse Donatiano, proinde ordine tertium, ex ejusdem notis ad 7. Augusti quùm de ipso Donatiano, anno scilicet 570. ad oram marginalem hujus diei. At Ferrarius sua Topographia ad Roman. Martyrologium animadvertit, hoc repugnare, ex eo quia: *Catalauni Episcopus Dux est ex 12. Galliæ Principibus; quos Pares vocant*.

xv. E Quarto Idus Augusti. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5
A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

(a) *Laurentii*. Martyr ann. 261. Baron. eo an. n. 6. An. 258. Pagi t. 1. ad an. 261. n. 3.

(c) *Asteriæ Virginis*. Martyr an. 303. Baron. eo ann. nu. 123. An. 304. Pagi t. 1. ad ann. 303. nu. 6. Die præcedenti. Bergomi, & nomine Hesteriæ Ferrar. ad novam Topographiam in calce.

ROmæ via Tiburtìna natàlis beàti Laurentii Archidiàconi, qui in persecutiòne Valeriàni post plùrima tormènta càrceris, vèrberum diversòrum, scorpiònum, fustium, & plumbatàrum, & laminarum ardèntium, ad ùltimum in cratìcula fèrrea assàtus, martyrium complèvit: cujus corpus à beàto Hippòlyto, & Justino presbytero sepùltum fuit in cœmetèrio Cyrìacæ in agro Veràno. (*a*) Item Romæ pàssio sanctòrum centum sexagintaquìnque Mìlitum màrtyrum sub Aureliàno Imperatòre. (*b*) Bèrgomi sanctæ Astèriæ vìrginis & màrtyris, in persecutiòne Diocletiàni, & Maximiàni Imperatòrum. (*c*) Alexandrìæ commemoràtio sanctòrum Màrtyrum, qui in persecutiòne Valeriàni sub Præside Æmiliàno divèrsis exquisitìsque tormèntis diùtiùs cruciàti, vàrio mortis gènere martyrii corònam adèpti sunt. (*d*) Carthàgine sanctàrum vìrginum & màrtyrum Bassæ, Paulæ, & Agathonìcæ. (*e*) Romæ sancti Deùsdedit confessòris, qui quod in hebdòmada mànbius suis operàndo lucrabàtur, die sàbbati paupèribus erogàbat. (*f*) In Hispània Appàritio beàtæ MARIÆ Vìrginis, quæ sanctis Petro Nolàsco, & Raymùndo de Pennafort, ac Jacòbo Primo Aragòniæ Regi se conspicièndam dedit, ut fundarètur Ordo beàtæ MARIÆ de Mercède Redemptiònis Captivòrum.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. an. 261. n. 6. Græci in Menologio hac die, Sur. t. 4. prior. edit. S. Ambrof. Offic. lib. 1. cap. 41. & lib. 2. c. 28. S. August. tract. 27. in Joan. & de Sanct. ferm. 337. 38. 111. & 123. de diverf. edit. S. Leo Pap. ferm. 1. & S. Petr. Chryfolog. ferm. 135. aliique.* (b) *Baron. an. 275. n. 4. Petr. in Catal. lib. 7. c. 44. Ufuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 303. n. 123. & Galefin.* (d) *Baron. an. 260. n. 27. & fequ. & Eufeb. hift. lib. 7. c. 10.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 590. n. 22. & fequ. S. Gregor. Pap. lib. 4. Dialog. c. 36.*

Nemo fcit nifi qui accipit. Apocal. 2.

(a) *Romæ via Tiburtina Laurentii Archidiaconi in Craticula.* Martyrolog. Corbejen. Hieronymianum Lucen. & Bluman. *Romæ via Tiburtina Laurentii Archidiaconi, & Martyris. In via Appia Feliciffimi.* Martyrolog. Epternacen. *Romæ Laurentii Diaconi, & Martyris. In Roma Feliciffimi.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penes Holften. effert: *In Crate.*

(b) *Item Romæ centum fexagintaquinque Militum.* Maurolyc. *Romæ via Salaria.* Notkerus: *Romæ Militum centum, & quadraginta quinque.* Ado: *Tunc paffi funt Claudius, Severus, Crefcentius, & Romanus ipfo die, quo B. Laurentius poft tertium diem paffionis S. Sixti.*

Cardinal. Baron. in not. cenfet, hos quatuor prælibatos Martyres ex turba Clxv. effe. At ex Adonis narratione extra ipfam videntur.

Difcrepatio Chronologica.

(a) *Romæ via Tiburtina B. Laurentii Archidiaconi, in perfecutione Valeriani.*

Beda genuinus, de Peregrinis, Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holftenium, aliaque Martyrologia confentiunt Actis S. Laurentii ex Eufebio in Chronico, quæ panditant: *In perfecutione Decii.*

Eminentiffimus Baronius in notis fuadet, hæc Acta, ex quibus cæteri excerpfere, non ab Eufebio fcripta fuiffe, fed ab aliquo alio Scriptore, à quo eis *fub Decio* fuperadditum; nam ex tempore Martyrii S. Sixti Papæ, cujus S. Laurentius erat Diaconus, & quem poft triduum ad Martyrium fequutus, tempus paffionis S. Laurentii deducendum: S. Sixtus occubuit Martyr fub Valeriano, Baffo, & Fufco, aliàs Tufco Coff. tefte S. Cypriano ad Succeffum, Epift. 82. proindè, & ipfe Laurentius.

Sed quoties ex ipfo Cypriano afferente, Sixtum mortem oppetiiffe Baffo, & Fufco Coff. non erit ejus mors copulanda cum anno 261. fed cum 258. quo Tufci, & Baffi Confulatus agebatur, ut Pagi vir erudit. fua Critica Hiftorico-Chronologica tom. 1. ad annum 258. atque Gallieno Valeriani filio, quod Baronius in prælibatis notis refellit; fed dato S. Laurentii martyrio triduo poft illud Sixti an. 261. nil obftat, quin fub Decii perfequutione enunciandum, ut tot antiqua Martyrologia promunt, quatenus fub Decio, & Valeriano una, eademque perfequutio à quàmpluribus habeatur.

In mente habe qualiter acceperis. Apocal. 3.

Verùm inftat in not. Baronius, Auctores graviffimos, qui perfequutiones Ecclefiæ recenfent, illas horum Imperatorum alteram ab altera diftinxiffe, inter quos Sever. hiftor. Sacr. lib. 2. Orof. lib. 18. cap. 52. & tandem Hieronym. quem etiam Pamel. adnotat.

Aft licèt Hieronymus duas adftruxerit perfequutiones, nihilominùs in vita Pauli Eremitæ, & de Scriptoribus Ecclefiafticis in Methodio, copulat Decii, & Valeriani perfequutiones, & fub uno Typo Leonis has duas perfequutiones ut unam à Daniele Propheta oftenfam fcripfit Optatus Milevitanus Hieronymo antiquior lib. 3. contra Parmenum: Quamobrem Decii, & Valeriani perfecutio pro una eademque reputanda, fexdecim, aut plures annos Decianæ perfequutionis nomine perdurata. Adftruitur ipfomet Baronio ad annum 252. & 257. licèt Acta SS. Martyrum Mercurii, & Lucii Papæ habeant hos in perfequutione Decii Valeriani, attamen ipfe Eminentiffimus Chronifta Mercurium fub Decio, Lucium verò Gallo, & Volufiano fupputat. At quicquid fub quo hic Sanctus Archidiaconus deceflerit Martyr, tutior erit Romani Martyrologii lectio, dummodò fapientiores cenfuerint, fi omiffo: *In Perfecutione Valeriani*, promat: *Romæ via Tyburtina Natal. Beati Laurentii Archidiaconi, qui poft plurima tormenta &c.*

xiv. F Tertio Idus Augusti. Luna 11

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6

A B C D E *F* F G H M N P

7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

(d) *Rufini Episc.* Circ 237. Act. Die 11. Februarii. Ferrar. in utroque Catal.

(f) *Gangerici Episc.* Obiit circ. 615. Baron. eo an. n. 12. An. 594. Sammarthan. t. 1. Galliæ Christian.

ROmæ inter duas lauros natàlis ſancti Tibùrtii màrtyris, qui ſub Jùdice Fabiàno in perſecutiòne Diocletiàni, cùm nudis plantis ſuper carbònes ardèntes ingrèſſus Chriſtum majòri confiterètur conſtàntia, duci in tèrtium ab Urbe milliàrium, atque ibidem glàdio animadvèrti jubètur. (*a*) Item Romæ ſanctæ Susànnæ vìrginis, quæ cùm eſſet nòbili prosàpia orta, & beàti Caii Pontìficis neptis, martyrii palmam tèmpore Diocletiàni càpitis obtruncatiòne promèruit. (*b*) Comànæ in Ponto ſancti Alexàndri Epìſcopi, cognomènto Carbonarii, qui ex Phìlòſopho diſertiſſimo eminèntem Chriſtiànæ humilitàtis ſcièntiam adèptus, & a ſancto Gregòrio Thaumatùrgo in thronum illius Eccleſiæ ſublimàtus, non ſolùm prædicatiòne, ſed ètiam per ignem conſummàto martyrio fuit illùſtris. (*c*) Eòdem die pàſſio ſanctòrum Rufini Marsòrum Epìſcopi, & ſociòrum, ſub Maximino Imperatòre. (*d*) Apud Ebroicènſes in Gàllia ſancti Taurini Epìſcopi, qui à beàto Clemènte Papa illìus civitàtis Epìſcopus ordinàtus, Evangèlii prædicatiòne Chriſtianam fidem propagàvit, ac multis pro ea ſuscèptis labòribus, miraculòrum glòria conſpìcuus obdormìvit in Dòmino. (*e*) Cameràci in Gàllia ſancti Gaugerìci Eipſcopi, & confeſsòris. (*f*) In provincia Valèriæ ſancti Equìtii abbàtis, cujus sànctitas beàti Gregòrii Papæ teſtimònio comprobàtur. (*g*) Tudèrti ſanctæ Dignæ vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. an. 286. n. 3. & ſeq & n. 16. & infra Sur. t. 1. edit. in Act. S. Sebaſtian. ad 20. Januari, Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 294. n. 1. & ſeq. & an. 295. n. 6. & ſeq. Sur. c. 4. prior. edit. Mombric. & alii.* (c) *Baron. an. 233. n. 22. & an. 253. n. 138. & S. Gregor. Niſſen. in vit. S. Gregor. Thaumaturgi Episc.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. an. 95. nu. 7. Petr. in Catal. lib 4. c. 50. Vincent. in Specul. lib. 11. c. 78. & 79. & Demochar. de Sacrific. Miſſæ.* (f) *Baron. an. 615. n. 12 Sigebert. in Chron. ad an. 594. Molan. Indicul. SS. Belgii, Demochar. Tabul. Eccleſ. Sur. t. 4. prior. edit. & t. 8. poſterior. & Sammarthani t. 1. Gallia Chriſtian.* (g) *Baron. an. 504. n. 11. & ſeq.* (h) *Baron. an. 303. n. 121.*

Verbum ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi. Eccl. 12.

(a) *Romæ Tiburtii Martyris.* Martyrol. S. Vuillibrordi: *Romæ Tiburti, Valeriani, Cæciliæ, Suſannæ, & paſſio S. Caſſiani Martyris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. fine agonis loco: III. *Idus natalis Tiburtii. Valeriani, Cæciliæ Virginis, & natalis S. Suſannæ.* Martyrol. Corbejen. item prætermiſſa paleſtra auſpicatur: *Natalis Tiburtii, & natalis Suſannæ.* Sacramentarium Gregorii: *Romæ miliario III. Tiburtii Chromatis filii.*

(b) *Item Suſanna.* Martyrologium Reginæ Sueciæ Ms. *Romæ juxta duas Domos Diocletianas S. Suſannæ &c.* Hollſtenius. Domus quidem Gabinii Patris, in qua gladio tranſverberata hæc Sancta Virgo occubuit, inter Diocletianas erat repoſita. De Peregrinis: *Eodem die Romæ centum ſexaginta quinque Martyrum.*

(e) *Apud Ebroicenſes in Gallia Taurini Epiſcopi.* Martyrol. Corbejen. *Ebrocas Taurini Epiſcopi.* Populi Eburovices apud Cæſ. dicti, à quibus Ebroicæ Civitas, & Ebroica, non autem Ebrocas; Urbs Galliæ Celticæ antiqua, inter Normandiæ Urbes, ad Auduram amnem ex finibus Carnutum in Sequanam labentem, inter Drocum, & Rothomagum Regionis Metropolim.

(f) *Cameraci in Gallia Gangerici Epiſcopi.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Gallia Civitate Camaracum depoſitio S. Gaurici Epi-*

Labium veritatis firmum, & in perpetuum. Prov. 12.

ſcopi

scopi & Confessoris. Martyrol. Bluman. seu Veissemburgense *In Camaraco*. Florus Addit.ad Ms. Attrebaten. *In Gallia Civitate Cameraco depositio S.Gangerici Episcopi*.Martyrol. Corbejen. pro Depositio, *Natalis*,& addit *Confessoris*: Mss.Tornacen.Monasterii S. Martini,& Lætien.S.Lamberti.*Qui & magnę abstinentia,magnæq; Religionis,& eleemosinarum largitor, ac miraculorum patrator fuit*.

Et S.Taurini fratris ejus. Mss.Romana Barberinian.& Vatican.S.Petri: *Et S.Cyriaci, & passio S.Cassiani*. Cameracum *Cambray*; Urbs Galliæ Belgiæ in Picardiæ, & Artesiæ confinio,ad Scaldim fluvium in illius agro exorientem, & interluentem. Media inter Peronam urbem Picardiæ, & Valentianam urbem Hannoniæ,

xiij. G   Prìdie Idus Augusti.   Luna.   12

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

(a) *Claræ*. Obiit an.1253. Acta.

(d) *Macarii & Juliani*. Die 30.Octob.Græci in Menolog.

(e) *Aniceti & Soc*. Martyres àn.311. Baron.eo an. nu. 12. Ann. 312. Pagi t.1.ad àn. 303.n.6.

(g) *Porcarii & Soc*. Martyr. an.738.Barral. Chronol. Lirinen. fol. 225. An.732.Cointius eo an. nu. 30.An.729.Pagi t. 3. eodem an.n. 4.

ASsìsii in Umbria sanctæ Claræ vìrginis, primæ plantæ pàuperum feminàrum Ordinis Minòrum, quam vita, & miracùlis cèlebrem Alexànder Quartus in nùmerum sanctàrum Vìrginum rètulit. (*a*) Càtanæ in Sicìlia natàlis sancti Eùplii diàconi, sub Diocletiàno,& Maximiàno Augùstis: qui cùm diutissimè pro confessiòne Dòmini torquerètur, tandem martyrii palmam glàdio cædènte percèpit. (*b*) Augùstæ Vindelicòrum sanctæ Hilàriæ matris beàtæ Afræ màrtyris; quæ cùm ad sepùlchrum illìus excubàret, ibìdem pro fide Christi à persecutòribus igni tràdita est cum Digna, Euprèpia, & Eunòmia ancillis suis. Passi sunt ètiam eòdem die in præfàta urbe Quiriàcus, Làrgio, Crescentiànus, Nìmmia, & Juliàna, cum àliis vigìnti. (*c*) In Syria sanctòrum martyrum Màcarii, & Juliàni.(*d*) Nicomedìæ sanctòrum màrtyrum Anicèti Còmitis, & Photìni ejus fratris, cum àliis plùribus sub Diocletiàno Imperatòre.(*e*) Falèriæ in Tùscia pàssio sanctòrum Graciliàni, & Felicìssimæ virginis, quorum pro fìdei confessiòne ora lapìdibus primò contùsa sunt; dehinc glàdio percùssi, optàtam martyrii palmam suscepèrunt. *f*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Porcàrii abbàtis monastèrii Lirinènsis, & quingentòrum Monachòrum, qui pro fide Cathòlica à bàrbaris cæsi, martyrio coronàti sunt. (*g*) Mediòlani deposìtio sancti Eusèbii Epìscopi, & confessòris. (*h*) Brìxiæ sancti Herculàni Epìscopi. (*i*)

(a) *Baron. in not. Sur. t. 4. prio. edit. Chronic. Ordin. Minor. & alii ejusdem Ordin. Scriptor.* (b) *Baron. an. 303. nu. 146. Lippoman. t. 7. Sur. t. 4. prior. edition. Petr. de Natal. lib. 7. c. 53. & Groff. t. 2. Ecclesf. Catanen.* (c) *Baron. an. 303. n. 125. Petr.de Natal. lib. 11. n. 214. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 55.* (e) *Baron. an. 311. n. 12. & Græci in Menologio.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. an. 453. n. 44. & 47. Margar. t. 9. suæ Bibliothecæ, & Sur. t. 4. prior. edit. in vit. S. Cæsarei Episcopi Arelaten. ad 27. August.* (h) *Baron. an. 451. n. 13.* (i) *Baron. in not.*

Erudimini qui judicatis. Psalm. 2.

Nullus sine Sapientia benè judicat. S. Augustin.de liber. arbitr.

(b) *Catanæ in Sicilia Euplii Diaconi*. Martyrolog. Corbejen. *In Sicilia Civitate Cathenas Eupli, Vereciæ, Veneriæ*.Martyrologium Hieronymian. Lucen. *Civitate Catanię Eupoli,Nericiæ,Veneriæ*.Martyrol.Veissemburgense: *Civitate Cathenas Eupoli, Veretiæ*, *Veneriæ*. Beda genuinus: *In Sicilia Civitate Catanensium Eupli Diaconi, qui cùm diutissimè torqueretur decollatus à Calisione Consulari*. Ms. Roman. monasterii S. Cyriaci in Thermis: *Lusione*. Ms. Roman.Barberinian. *Clausiano*.De Peregrin. *In Sicilia civitate Catana*

tana S. Culpi Diaconi. Vitium fortè librarii *Culpi*, pro Eupli.

(c) *Augustæ Vindelicorum Hilariæ*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romę Crissantæ, & Dariæ, & qui cum eis passi sunt Claudius, Helaria, Jason, Maurus, & Milites LXX*. Martyrol. Epternacen. *Romæ Crislini, & Clarinę, Claudi, Hilari, Jasonis, Mauri, & militum LXX*. facilè Amanuensis lapsum Hilari, pro Hilariæ; at hæc Hilaria Romana est alia.

(d) *In Syria Macarii, Juliani*. Martyrol. S. Vvillibrordi: *In Syria Juliani, & Marci, Veraciæ, Veneriæ. In Syria Sanctorum Macarii, Juliani. In Istria Juliani*. Martyrolog. Corbejen. *In Syria vico Gamarato Macarii, Juliani, & In Istria S. Juliani cum Sociis suis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Syria vico Magarato Macarii, Juliani, ubi multa Regio convenit Monachorum. Et in Istria S. Juliani cum Sociis eorum*. Martyrol. Veissemburgense pro Regio, *Religio*, & pro Istria, *Instris*. Duo Mss. Reginæ Sueciæ, unum: *In Istria S. Juliani*. Holstenius; alterum. *In Syria vico Magaroto Macarii, & Juliani; In Istria S. Juliani cum Sociis*. Notker. *In Syria vico Magaroto Macharii, & Juliani, ubi multa Religio convenit Monachorum*. Ex quibus lectionibus duo Juliani hac die, alter in Syria, alter in Istria. Cardinal. Baronius de Macario, & Juliano in Syria nil addit præter Bedæ, Usuardi, & Adonis testimonia.

(f) *Faleriæ in Tuscia Graciliani*. Aliis: *Gratiliani*. Usuardus, nonnullique alii: *Falari in Piceno*. Falaris, quæ & Falaria, *Falare*; Urbs olim Hetruriæ apud Topographos, inter Fisceniam, & Viterbium, apud Ferentium urbem prorsùs dirutam in Faliscorum finibus, cujus adhuc vestigia monstrantur; adeò tamen floruerit, ut ex primis XII. Tuscorum Coloniis, una habita sit.

(g) *Porcarii Abbatis*. Cardinal. Baron. in not. suadet, fuisse, qui S. Cęsarii Episcopi Arelatensis tempore Lirinen. Monasterium regebat. Pagi tamen t. 3. ad an. 719. n. 4. tradit esse alium. Barralis quidem in Chronologia Lirinensi fol. 226. duos Porcarios recenset.

xij. A Idibus Augusti. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

(a) *Beata Concordia*. Die 22. Februarii plura Mss. Bollan. ea die. Die 18. Felicius.

(c) *S. Cassiani*. Martyr circ. 340. Acta. Die 11. August. Florentin.

ROmæ beàti Hippòlyti màrtyris, qui pro confessiònis glòria sub Valeriàno Imperatòre post àlia tormènta ligàtis pèdibus ad colla indomitòrum equòrum, per carduètum, & tribulos crudèliter tractus, toto còrpore laceràto emisit spìritum. Passi sunt ètiam eòdem die beàta Concòrdia ejus nutrix, quæ ante ipsum plumbàtis cæsa, migràvit ad Dòminum; & àlii decem & novem de domo sua, qui extra portam Tiburtìnam decollàti sunt, & unà cum eo in agro Veràno sepùlti. (a) Apud Forum Syllæ natàlis sancti Cassiàni màrtyris, qui cùm adoràre idòla noluisset, vocàtis à persecutòre pùeris, quibus docèndo exosus factus fùerat, data est eis facùltas eum periméndi: quorum quantò infirmior erat manus, tantò graviòrem martyrii pœnam dilàta morte facièbat. (b) Tudèrti sancti Cassiàni Epìscopi & màrtyris sub Diocletiàno Imperatòre. (c) Burgis in Hispània sanctàrum Centòllæ, & Hèlenæ màrtyrum. (d) Constantinòpoli sancti Màximi mònachi, doctrina & zelo Cathòlicæ veritàtis insìgnis: qui cùm advèrsùs Monothelitas strènuè decertàret, à Constànte Imperatòre hærètico, præcisis mànibus ac lingua, in Chersonèsum relegàtus, rèddidit spìritum. Tunc ètiam duo Anastàsii ejus discìpuli, alìique plures divèrsa tormènta, & dura exìlia sunt expèrti. (e) In Germània sancti Vvigbèrti presbyteri & confessòris. (f) Pictàvi sanctæ Radegùndis Regìnæ, cujus vita miràculis, & virtùtibus clàruit. (g)

(e) *Maximi & Soc.* Martyres an. 657. Baron. eo an. n. 2. An. 662. Pagi t. 3. ad an. 660. n. 40. Die 21. Januar. Græci in Menæis, Maxim. Cythereus, & Molan.

(f) *Vvigberti*. Obiit ann. 697. Baron. eo ann. nu. 11. Ann. 557. Sigebert. in Chronic.

(a) Ba-

(a) *Baron. an. 261. n. 10. Uſuard. Ado, & Alii.* (b) *Baron. in not. Mombrit. t. 1. Sur. t. 4. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 58.* (c) *Baron. an. 303. n. 121.* (d) *Baron. in not. Uaſaus in Chronic. hiſpan. Theſaur. Concion. t. 2. & Flos Sanctor. hiſpan* (e) *Baron. an. 640. n. 5. & ſeq. An. 649. n. 6. an. 656. & an. 657. n. 2. Græci in Menologio, & hiſt. Miſcella.* (f) *Baron. an. 695. n. 1. & an. 697. n. 11.* (g) *Baron. an. 527. n. 92. An. 559. n. 33. & an. 566. n. 43. Sur. t. 4. edit. & t. 8. poſterior. Mombrit. t. 2. in vit. S. Gregor. Turonen. Sigebert. in Chronic. an. 557. Tritbem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 30. & Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei.*

In lingua ſapientia dignoſcitur. Eccl. 4.

(a) *Roma Hippolyti Martyris ſub Valeriano Imperatore.* Martyrolog. Antuerpien. *Romæ Hippoliti, Pontiani Epiſcopi, Luciani, Cæleſtis, Caſſiani.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ Hippoliti Martyris, Pontiani Epiſcopi, Cornelii, Caſſiani, Caleſti, cum ſociis eorum.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Idus Augusti Ipoliti Martyris, Pontiani Epiſcopi, Luciani, Cornilij, Caſſiani cum ſociis eorum.* Martyrolog. Blumañ. *Epoliti.* Bucher. ſuo Martyrologio: *Idibus Auguſti Hippoliti in Tiburtina, & Pontiani in Calliſti.* Eadem Apographa Lucen. & Corbejen. ad 19. Julii: *Romæ Ipoliti, Honorii, Evoti, ſeù Evodi, Petri, Valeria, Marcelli, Vitalis, Urſicini.* Plures quidem Cœlites nomine *Hypoliti* Romæ ſunt culti.

Cardinal. Baron. in not. accit Bedam; ſed Beda genuin. non ſub Valeriano, ſed tempore Decii pro Confeſſionis gloria ſpiritum emiſiſſe refert.

Concordia ejus nutrix, & novem de domo ſua. Felicius ad 18. Februarii: *Concordiæ Virginis.* Notker. *Concordiæ nutricis, & aliorum novem de domo ejus, eodem die coronatorum.* Alia Concordia Martyr cum Sociis in Aquileja ad 17. Februar. in Apographis Martyrolog. Sancti Hieronymi penès Florentin. ea die.

(b) *Apud Forum Sylla S. Caſſiani Martyris.* Forum Syllæ Oppidum quondam Æmiliæ apud Forocornelium. Aliis ipſa Forocornelien. urbs Forum Syllæ dicta, duplici nempè vocabulo; Sylla enim, qui Dictator Rempub. Rom. oppreſſit, etiam Cornelius de Gentis nomine appellabatur, uti Saluſtius, & Livius. Forum Syllæ, & Forum Cornelii eadem urbs cenſetur à Sylla bello ſociali constructa.

Sensus, Scientia, & Doctrina in verbo Senſati. Eccl. 4.

Ferrarius in calce ad novam Topographiam admonet in Eccleſia Forocornolienſi uti Epiſcopus colitur; & in ejus lectionibus Romæ approbatis, Epiſcopum Brixinen fuiſſe deprehenditur.

Baron. in not. ſuadet, hunc S. Caſſianum Brixienſem Epiſcopum fuiſſe, inde pulſum, Romam venturum, Imolæ conſediſſe, ibique litterarium ludum aperuiſſe, ac tandem Martyrium conſummaſſe: eadem ferè. Petr. in Catal. lib. 7. cap. 58. Ferrarius verò in Catal. SS. Italiæ pridie retulit S. Caſſianum Confeſſorem & Epiſcopum Beneventi, inde hac die duos alios Epiſcopos, & Martyres, ex quibus alter priùs Epiſcopus Sabionenſis, dein Imolenſis, ſeù Fori Syllæ, in Rhetia, graphiis ſub Juliano à propriis Diſcipulis confoſſus, de quo Prudentius in ſacro ſuo hymno, & Sur. tom. 8. poſter. edition. Alter verò Epiſcopus Tudertinus, quem etiam hac ipſa die Rom. Martyrolog. veneratur. Diverſa ab his ſcribit de Imolenſi Petrus prælaudatus in Catal. lib. 1. c. 27. referendo Martyrem Zingitanum in Africa fuiſſe, quem Ado ad 3. Decembris Imolæ inſcripſit, & miraculis coruſcare. Ex quo elicitur duos haberi Caſſianos Imolenſes, & unum cum alio compingi: Quemadmodum penès ipſum Ferrarium Acta S. Caſſiani Epiſcopi Tudetti nonnihil cum geſtis S. Caſſiani Imolenſis confuſa inſpiciuntur. Caſſianus verò Martyr, quem Martyrologii Sancti Hieronymi Apographa recolunt cum Hyppolito, eſt alius à relatis.

xj. B Decimonono Kalendas Septembris Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19				

(c) *Urſicii.* Martyr. an. 308. Baron. eo ann. n. 27. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(e) *Marcelli Epiſc.* Die 25. Febr. Græci in Menæis, & Maximus Cythereus.

(f) *Calliſti Epiſc.* Obiit an. 528. Offic. Eccl. Tudert.
(g) *Athanaſia Vidua.* Circ. 850. Acta. Die 18. April. Græci in Menæis, & Menologio, ac Kalend. Moſcovitic.

Vigilia Aſſumptiònis beàtæ MARIÆ Virginis. (*a*) Romæ natàlis beati Eusèbii presbyteri, qui à Conſtàntio Imperatòre Ariàno ob Cathòlicæ fidei defenſiònem in quodam cubiculo domus ſuæ inclùſus, ibique menſes ſeptem in oratiòne conſtànter perſevèrans, dormitiònem accèpit: cujus corpus Gregòrius, & Oròſius presbyteri colligèntes, in cœmetèrio Calliſti via Appia ſepelièrunt. (*b*) In Illyrico ſancti Ursìcii martyris, qui ſub Maximiàno Imperatòre, & Ariſtide Præſide, poſt multa, & divèrſa tormènta, pro Chriſti nò-

mine glàdio cæsus est.(c) In Africa sancti Demètrii màrtyris.(d) Apamèæ in Syria sancti Marcèlli Episcopi & màrtyris, qui cùm Jovis delubrum diruisset, à furèntibus Gentilibus occisus est. (e) Tudèrti sancti Callisti Episcopi & màrtyris. (f) In Ægina insula sanctæ Athanàsiæ viduæ, monàstica obsèrvàntia, & gràtia miraculòrum illustris.(g)

(a) *Baron. in not. Amalar. in Antiphonar. c. 62. & Microlog. de observat. Ecclesf. c. 62.* (b) *Baron. an. 357. n. 45. & Membrit. t. 1.* (c) *Baron. an. 308. n. 27. & Græci in Menolog.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. an. 132. n. 4. & an. 389. n. 106. Sozomen. hist. lib. 7. c. 15. Theodoret. lib. 5. c. 21. & Necephor. lib. 12. c. 25. & 26.* (f) *Baron. in not. & Monumenta Eccl. Tudertin.* (g) *Baron. ibidem, & Sur. t. 4. prior. edit.*

Convictus Sapientiæ non habet tædium, erit alloquutio cogitationis. Sapient. 8.

(b) *Roma Eusebii Presbyteri.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Vembera Syria Eusebii, Tituli, Conditoris, & Prospolini.* Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Vinderia, Seri, Eusebi, Tituli, Conditoris. Item Prosporivi.* Martyrolog. Corbejen. *Vindrastri, Eusebii, Siculi, Conditoris, Prospolami, Casti, Candidi.* Duo Mss. Reginæ Sueciæ sine loci nota, unum: *19. Kal. Septembr. Eusebi Episcopi*; alterum addit: *Tituli, Conditoris.* Beda genuinus etiam prætermissa palęstra: *xix. Kal. Septembris natale S. Eusebii Presbyteri.* Mss. Tornacen. Monasterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Tituli Conditoris.* Ms. Attrebaten. *Natale S. Eusebi Presbyteri, Tituli, & S. Conditoris.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Et Peregrini.* Notkerus: *Item alibi Eusebii, Tituli, Conditoris.* Ex quibus duo Eusebii hac die, alter: *In Vembera Syriæ*, aut alia urbe ignota, cum Sociis Titulo, Conditore, & aliis. Alter Presbyter in Romano Martyrologio, qui nomen dedit Titulo, & Conditor illius quodammodo dici potuerit. Titulus quidem Eusebii, ut Cardinal. Baronius adnotat in notis, memoratur in Concilio primo Romæ sub Simmacho Papa: Et rursus apud Aringhium lib. 3. ca. 20. Rom. Subterr. In via Appia Cœmeterium erat Eusebii Presbyteri.

(d) *In Africa Demetrii Martyris.* De Peregrinis: *Demecii*; librarii vitium, pro Demetrii. Martyrolog. Bluman. *Dimetri.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Demetri.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa S. Demetri, cum Sociis.* Ms. Barberinian. Rom. *In Africa S. Stratonis: Item in Africa Pauli, Heraclii, Possessoris.*

(e) *Apamea in Syria Marcelli Episcopi.* Menæa, & Maximus Cythereus ad 25. Febr. *Apamea Cypri Marcelli Episcopi &c.* At Apamea aliàs *Aman*, urbs Syriæ clara in valle apud Oromem fluvium, intra Libanum Montem sita, Emesæ proxima, inter Antiochiam, & Heliopolim, media penè inter Aleppum, & Damascum, maximas Syrię Urbes Apamenes. Regionis caput, & Cyprus Insula Syriæ inter Pamphilium, Et Syriacum pelagus sita.

(g) *In Ægina Insula Athanasia Viduæ.* Ægina. *L' Egina Oeone* dicta, priùs Insula, & Maris Cretici Peloponeso, & Atticæ in sinu Saronico adjacens, sinum illum hodie domoninans à Pyræo Athenarum portu, Troezenæ, & Scyllæo promontorio propior, cujus ambitus xx. mill. passus traditur. Baron. in not. *De hac Sancta, Græcos hac die agere in Menologio.* At Menologium Cardinal. Sirleti, quo ipse in not. usus, Menæa Græcorum, & Calendar. Moscoviticum ad 15. Apr. eam referunt, ut Papebroch. ea die. Metaphrast. *Athanasia Vidua Abbatissa sub Michaele Imperatore.*

Viri Veraces successum habent usque ad inspectionem. Eccl. 15.

x. C Decimo octavo Kalendas Septembris. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

(a) *Assumptio B. Virg.* An. 48. ex Eusebio. Baron. eo ann. n. 4. & seq. Ann. 44. Evod. Die 23. Septemb. S. Antonin.

ASsùmptio sanctissimæ Dei genitricis MARIÆ.(a) Romæ via Appia sancti Tharsìcii acòlythi, quem Pagàni cùm invenissent còrporis Christi Sacramènta portàntem, cœpèrunt disquirere quid gèreret: at ille indignum jùdicans porcis pròdere margaritas, tamdiu ab illis mactàtus est fùstibus, & lapìdibus, donec exhalàret spìritum: & revolùto ejus còrpore, sacrilegi discussòres nihil Sacramentòrum Christi in mà-

nibus

(d) *Arnulphi Episcop.* Die 18. August. Holst.
(e) *Stephani Reg.* Obiit an. 1018. Contract. Chronic. Ann. 1034. alii.

nibus, aut in vèstibus invenèrunt: Christiàni autem corpus Màrtyris collegèrunt, & in cœmetèrio Callisti honorificè sepelièrunt. (*b*) Tagàste in Africà sancti Alìpii Epìscopi, qui beàti Augustini olim discìpulus, pòsteà in conversiòne sòcius, in mùnere pastoràli collèga, & in certaminibus advèrsùs hærèticos commilito strènuus, ac demum in cœlèsti glòria consors fuit. (*c*) Suessiòne in Galliis sancti Arnùlphi Episcopi, & confessòris. (*d*) Albæ in Pannònia natàlis sancti Stèphani Hungaròrum Regis, cujus festum quarto Nonas Septèmbris celebràtur. (*e*)

(a) *Baron. an. 48. n. 4. Euseb. in Chronic. Nicephor. lib. 2. c. 22. & lib. 15. cap. 14. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. lib. 1. c. 4. & 9. & Florentin. suo Martyrolog. exercitat. 5.* (b) *Baron. an. 260. nu. 5.* (c) *Baron. an. 385. nu. 2. & sequ.* (d) *Baron. an. 1080. n. 67. an. 1087. nu. 21. Sur. t. 4. prior. edition. Sigebert. in Chronic. an. 1087. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. & Molan. in Indic. Sanct. Belgii.* (e) *Contract. in Chronic.*

Possìde sapientiam, nè declines à verbis. Prov. 4.

(a) *Assumptio Virginis Mariæ.* Beda genuinus: *S. Mariæ Dormitio.* Calendar. Fronti: *XVIII. Kal. Augusti Solemnia de Pausatione Mariæ.* Sergius Pap. lib. Pontifical. *Dormitio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ.* Usuard. *Die 15. Augusti Obdormitio Dei Genitricis.* Totidem verbis Ado, & Sacramentarium Gregorii.

(b) *Romæ Tharsicii acolyti: Corporis Christi Sacramenta portantem.* Olim non incongruens, persequutionibus in Christianos ingruentibus, Acolytos, imò & Laicos etiam domum Eucharistiam ferre certis diebus sumendam. Tertullian. lib. 1. ad Uxorem. Cyprian. lib. de Lapsis, & Clemens Alexandrin. lib. 1. De Peregrinis *Romæ* subducto: *Eodem die S. Tarsicii Acolythi.*

(d) *Suessione in Galliis Arnulphi Episcopi.* Suessio, Suessiones, & Augusta Suessionum, *Soissons*: Urbs Galliæ Belg. perantiqua, ad citeriorem ripam Axonæ amnis, ex Picardiæ præcipuis urbibus, inter Silvanectum, & Laudunum. Martyrolog. S. Vuillibrordi ad 18. Augusti: *Massæ Candidæ Discæ, Marie, Protomi, Martini, Agapiti, Ziai, & B. Arnulphi.* Item ea die Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *S. Arnulphi Episcopi.* An hi duo Arnulphi sint alii à Suessionensi, alii decernant.

Disceptatio Litteralis.

(a) *Assumptio Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ.*

Fronto suo Kalendario perantiquo, non Assumptionis nomine hac die utitur, sed: *Solemnia de Pausatione Mariæ*, & Serg. Pap. lib. Pontifical. de ann. 630. *Dormitio Sanctæ Dei Genitricis.* Adstipulanturque ferè Usuard. & Ado.

Verùm Eminentissimus Baronius ad an. 48. nu. 16. reprehendit Usuardum, & Adonem, quòd minùs apte eodem ferè nomine abutantur, tanquam Sacris Scriptoribus Latinis inusitato.

At insurgit Combefitius, non idcircò tot Græcorum Sanctissimorum Patrum damnandas esse Homilias de Deiparæ *Obdormitione*, seù *Pausatione*, quibus vocibus non minùs ad breve tempus usa est Ecclesia, quàm Corporis Beatæ Mariæ Virginis cum Anima *Assumptione.* Exploratum in Sacramètario Gregorii ad Missã, & in antiquo Ordin. Roman. his verbis: *Veneranda nobis, Domine, hujus est diei Festivitas, in qua Sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit.* Item in prima Missæ oratione, & super oblata: *Subveniat Domine Plebi tuæ Dei Genitricis oratio, quam, etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in Cælesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus.* Quam orationem adhuc Ecclesia in Romano Missali retinet; affirmando ipse Baronius ad ann. 48. num. 12. *Ecclesiam Catholicam nullam de obitu Dei Genitricis admittere dubitationem.*

Exultabunt labia quùm loquuta fuerint rectum. Prover. 23.

Baronius instat, quòd si apud Usuard. pridie: *Vigilia Assumptionis Dei Genitricis* exhibetur, jam hac die ipsamet Assumptionis Festivitas recurrit. Rursus, hoc Assumptionis Festum in Ecclesia jam statutum, Edicto Mauritius Imperator indixit in Oriente, ex Nicephoro lib. 17. c. 28. Item post Concil. Ephesin. cultum Assumptionis Deiparæ contra Nestorium Cyrillus Alexandrinus ampliavit, & propagavit. Præterea in Concil. Moguntino de an. 827. idem festum Assumptionis canon. 36. confirmatum fuit; & dein Leo IV. statuit octavam, qua die precibus B. Virginis Mariæ Romæ à Serpente lethifero Basilisco dicto liberata, & alia plura, quæ in Annalibus, & in notis cumulat.

Sed hæc decreta, & alia omnia ab ipso Baronio collecta, tantùm continent Festum Assumptionis B. Mariæ Virginis hac die statutum; quemadmodum statuit Ecclesia Catholica die prima Novembris festum omnium Sanctorum, & secunda ejusdem mensis Commemorationem Fidelium omnium Defunctorum, præscindendo ab eo, an hac die 15. Aug. contigerit Assumptio Beatæ Mariæ Virginis, quod disceptatur, ut asserit idem Baron. in

not.

not. Græci quidem asserunt, hanc diem 12. Augusti non fuisse illam Assumptionis, ut ex Menæis, & Menologiis. Gretzerus ad c. 15. Codin. lib. 3. Commentar. cap. 10. hac die: *Dormitio Sanctissimæ Dominæ Nostræ Deiparæ.* Iisdem verbis Menologium Sirleti apud Canisium, Patrum Græcorum Orationes, Joann. Damascen. Andreas Cretens. S. German Patriarch. ad Leon. Imperat. cognomento Philosophum, & Martyrolog. Rosuveydi, hac die: *Sanctæ Mariæ Dormitio*. Adstruit demùm quædam revelatio S. Elisabethæ, non jam filiæ Regis Ungariæ, ut aliqui opinantur, sed Elisabethæ Virginis Sconaugiensis, cujus memoria in Roman. Martyrolog. ad 18. Junii, in cujus lib. 4. Vision. cap. 1. pag. 239. legitur: *Quoniam in eo die, quo nunc celebratur Assumptio ejus, de vita hac migravit. Quadragesimo autem post illum, hoc est nono Kal. Octobris, resurrexit*. Igitur de tempore, seu die Assumptionis dubitare licet, quod nec affirmare idem Baron. in notis voluit: videnda eruditissima exercitatio v. apud Florentinium suo Hieronymiano Martyrologio instituta. In præsentiarum, ut Romanum Martyrologium pro neutra parte sit, & sapientia præstantiores annuerint, exordiatur: *Festum Assumptionis Sanctissimæ Genitricis Virginis Mariæ*.

ix. D Decimoseptimo Kalendas Septembris Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

Cracòviæ in Polònia sancti Hyacinthi confessòris, ordinis Prædicatòrum, quem Clemens Papa Octàvus in Sanctòrum numerum rètulit, & hac die festum illius celebràri præcèpit. (*a*) Romæ sancti Titi diàconi, qui Urbe à Gothis occupàta, pecùnias paupèribus distrìbuens, à tribùno bàrbaro jussus est occìdi. (*b*) Nicææ in Bithynia sancti Diomèdis mèdici, qui in persecutiòne Diocletiàni pro Christi fide glàdio cæsus, martyrium complèvit. (*c*) Item sanctòrum trigintatrium Màrtyrum. (*d*) Ferentìni in Hèrnicis sancti Ambròsii centuriònis, qui in persecutiòne Diocletiàni vàriis modis cruciàtus, novìssimè per ignem illæsus trànsiens, demèrsus in aquam, edùctus est in refrigèrium. (*e*) Mediolani depositio sancti Simpliciani Epìscopi, sanctòrum Ambròsii, & Augustìni testimonio cèlebris. (*f*) Antisiodòri sancti Eleuthèrii Epìscopi. (*g*) Nicomediæ sancti Arsàcii confessòris, qui sub Licìnio persecutòre militia relicta, solitàriam vitam ducens, tantis virtùtibus clàruit, ut & dæmones expulisse, & ingèntem dracònem oràndo interemisse legàtur: dènique futùram civitàtis cladem prænùntians, in oratiònè spìritum Deo rèddidit. (*h*) In Gàllia Narbonènsi apud montem Pessulànum depositio beàti Rocchi confessòris, qui multas Itàliæ urbes à morbo epidìmiæ signo crucis liberàvit: cujus corpus Venètias pòsteà translàtum, & in Ecclèsia ejus nòmine consecràta honorificentìssimè cònditum fuit. (*i*) Romæ sanctæ Serènæ uxòris quòndam Diocletiàni Augusti. (*k*)

(a) *Hyacinthi*. Obiit anno 1257 Ladislaus Cracovien. in vit.

(c) *Diomedis*. Martyr. an. 311. Baron. eo an. nu. 18. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 9. Jun. de Peregrinis. Die 10. Usuard.

(g) *Eleutherii Episcop.* Die 26. August. Hagiol vet. Franco-Gallic. Sammarthani, aliique.

(h) *Arsacii*. Die 10. Maii Florar. Ms.

(k) *Serenæ*. Obiit ann. 295. Baron. eo ann. num. 2. An. 296. Hensch. & Papebroch. to. 3. April. cùm de S. Alexandra. Die 19. August. Græci.

(a) *Baron. in not. Albert. lib. 5. de vir. illustr. Ordin. Prædicat. Martin. Cromer. lib. 7. & 9. de reb. & origin. Polonor. Ferdinand. de Castel. hist. S. Dominic. aliique præclari Scriptor. ejusdem Ordin.* (b) *Baron. an.* 426. *n.* 25. (c) *Baron. an.* 311. *nn.* 18. *& Græci in Menologio hac die*. (d) *Baron. in not. item Græci in Menologio*. (e) *Baron. an.* 303. *n.* 119. (f) *Baron. an.* 375. *n.* 23. *An.* 385. *n.* 2. *an.* 397. *num.* 41. 44. 52. *&* 66. *& an.* 400. *n.* 2. *S. Paulin. in vit. S. Ambrosii, S. Augustin. lib.* 8. *Confes. c.* 2. 3. *&* 5. *& in Concil.* 3. *Carthaginens. c.* 48. (g) *Baron. an.* 552. *n.* 27. *& Demochar. in Tabul. Eccles. de Sacrific. Missæ*. (h) *Baron. an.* 316. *n.* 35. *An.* 324.

324. n. 101. & an. 358. n. 5. Sozomen. hist. lib. 4. c. 15. & Nicephor. lib. 9. c. 38. (i) *Baron. in not. Fetr. in Catal. append. ad Catal. cap. 15. & Granz. de Metropol. Saxon. lib. 9. c. 25.* (K) *Baron. an. 295. n. 2. Usuard. Ado, & alii.*

Sententiam puram labia loquantur. Job. 33.

(b) *Romæ Titi Diaconi*. Ms. Patricianum Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostol. *Thirsi Diaconi*. Martyrolog. profectò Ms. Reginæ Sueciæ apud Holstenium hac die: *In Perside S. Tyrsi*. Martyrologii S. Hieronymi Apographa penès Florentinium, & Notker. *Cum Sociis suis*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum S. Petri: *Natale Simpliciani, & S. Thyrsi, Ortonis, & Emelii*. Modò an Martyrolog. Patricianum confuderit hunc Tyrsum cum Tito Diacono Romano, haud scitur.

(g) *Antisiodori Eleutherii Episcopi*. Antisiodorum *Auxerie*. Urbs Galliæ Lugdun. ad Itunam flumen in Burgundiæ Ducatus, Briæ, & Vastidiæ Regionum confinio, inter Senones, ed Heduos constituta, antiqui Comitatus Metropolis: à nonnullis *Autricum* priùs dicta. Ad 26. Augusti Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Antissiodoro Civitate depositio Eleutheri Episcopi & Confessoris, cum Sociis suis*. Martyrolog. Corbejen. *Cum Sociis suis Confessoribus*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Antisio Eleutheri Episcopi*.

(h) *Nicomedia Arsacii Confessoris*. Beda, Usuard. & Ado: *Ursacii*. De Peregrinis: *Ursicii*. Græci: *Arsacii*. Notker. *In Nicæa Bythiniæ S. Ursacii Confessoris, sub Licinio*. Ms. Divionen. silet *sub Licinio*. Florarium Ms. ad 10. Maii: *S. Arsacius Miles, qui sub Licinio Imperatore, relicta militia, solitariam vitam in quadam* Urbis Nicænæ turri *exegit*.

(k) *Romæ Serenæ*. Saussayus ad 30. Januarii suo Martyrologio Gallicano, aliam Serenam Virginem, & Martyrem in Gallia Belgica panditat.

(k) *Romæ S. Serenæ Uxoris quondam Diocletiani Augusti*.

Disceptatio Historico-Chronologica.

Neque in antiquis Inscriptionibus, neque alibi mentio aliqua habetur de hac Serena Augusta, Diocletiani Uxore.

Eminentissimus Baronius ad ann. 295. nu. 4. quærit, quonam alio modo Diocletiani conjux Augusta ab antiquioribus dicta. Ipsa namque Serena, non solùm apud S. Susannæ Acta, & in omnibus antiquis Martyrologiis, Bedæ scilicet, Usuardi, Adonis, & aliorum dicitur.

At ex eodem Baronio in notis, Diocletiani gesta obscurissima remansere, deperditis eorum Commentariis; quamobrem Beda, Usuardus, & Ado acciti ex S. Susannæ Actis transcripsere, quæ an in toto, vel in parte supposititia, Balutius vir doctissimus in notis ad Lactantium de Mort. Persecut. videndus cap. 15. Quo ad ipsius Lactantii verba, de iis, quæ gesta anno CCCIII. persecutione in Christianos à Diocletiano jam excitata, hæc sunt: *Furebat ergo Imperator, iam non in Domesticos tantùm, sed in omnes, & primùm omnium filiam Valeriam, coniugemque Priscam sacrificio pollui, coegit*. Si igitur ex Lactantio Prisca Diocletiani uxor, mater Valeriæ fuerit, necesse eam Diocletiano nupsisse antequam is Imperio auspicaretur, Valeria Galerio Maximiano juncta matrimonio anno 292. ætatis ad minimum duodecimo, ut Pagi vir doctissimus tom. 1. ad ann. 294. num. 2. & sequ.

Purus sermo habet consilium, & intelligentiam. Job 11.

Quòd Prisca mater ejus tunc temporis vixisset, colligitur ex eo, quòd diù posteà superstes, ann. 313. extincta, sequuta Licinii victoria de Maximino, ut ex Lactantio ipso c. 50.

Nec officit subdere, nullum videri absurdum, ut Imperator Diocletianus tot annis in vivis, plures, & diversis temporibus uxores habuerit, inter quas Serenam: Adstruit Valesius in disceptatione de Basilic. eliciendo ex Anastasio Bibliothecario in vita Vigilii Papæ, Eleutheriam verè Diocletiani uxorem fuisse. Item acta S. Georgii Martyris duas alias uxores prostant, Serenam scilicet unam circa 296. defunctam, & 19. Augusti memoratam, alteram Alexandram ex hac vita ann. 303. excessam, de qua Græci ad 21. Aprilis, ac de ea in perantiquo Basilii Porphyrogeniti Imperator. Menologio x. Christi Sæculo concinnato, & in aliis Græcorum Menæis, apud eximios viros Henschen. & Papebroch. ad 21. April. quùm de hac S. Alexandra.

Nam ex Lactantio loco adducto, Diocletianus toto tempore sui Principatus aliam uxorem non habuerit, quàm Priscam, idcircò Acta S. Georgii Balutio erudito corrupta videntur; ut hæc trica in præsentiarum explodatur, & hæc satis exhibita iis, qui ad ipsam propendunt, placito Saniorum adhibito, absolutè pronuncietur: *Romæ Sancta Serena*.

viii.

viii. E Sextodecimo Kalendas Septembris Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

(b) *Liberati, & Soc.* Die 23. Martii Felicius, Vuitford. Canif. & alii.
(e) *Mamantis.* Die 2. Septembr. Græci in Menolog.

OCtàva fancti Laurèntii màrtyris. (*a*) Carthàgine in Africa fanctòrum màrtyrum Liberàti abbàtis, Bonifàcii diàconi, Servi, & Rùftici fubdiaconòrum, Rogàti, & Sèptimi monachòrum, & Màximi pùeri, qui in perfecutiòne Vvandàlica fub Hunnerico rege pro confeffiòne Cathòlicæ fidei, & ùnici Baptifmatis defenfiòne vàriis, & inauditis fuppliciis exagitàti, demum fuper ligna, quibus concremandi erant, clavis confixi, cùm ignis fæpiùs accènfus fuiffet, ac divìnitus femper extinctus, ejus juffu remòrum vèctibus percùffi, & comminùtis cèrebris enecàti, fpeciòfum curfum certàminis fui, coronànte Dòmino, perfecèrunt. (*b*) Cæfarèæ in Cappadòcia natàlis fancti Mamàntis màrtyris, qui à pueritia ad fenectùtem ufque longum martyrium duxit, & tandem imperànte Aureliàno, fub Alexàndro Præfide illud feliciter confummàvit; quem fancti Patres Basìlius, & Gregòrius Nazianzènus fummis laudibus celebràrunt. (*c*) In Achàja fancti Myrònis presbyteri & màrtyris, qui fub Dècio Imperatòre, & Antìpatre Præfide poft multa tormènta Cyzici càpite truncàtus eft. (*d*) Nicomediæ fanctòrum màrtyrum Stratònis, Philìppi, & Eutychiàni, qui damnàti ad bèftias, & nil læfi, per ignem martyrium confummàrunt. (*e*) Ptolemàide in Palæftina fanctòrum màrtyrum Pauli, & Juliànæ foròris ejus, qui fub Valeriàno paffi funt. (*f*) Interàmnæ fancti Anaftàfii Epìfcopi & confeffòris. (*g*)

(d) *Myronis.* Martyr fub Decio ann. 254. Baron. eo an. n. 26. An. 251. Pagi to. 1. eodem anno nu. 29. ac Henfeh. & Papebroch. ad 13. Februar. cum de S. Fufca.
(e) *Stratonis, & Soc.* Die 15. Augufti Raban. Galef. Maurolyc. & alii.
(f) *Pauli, & Julianæ.* Die 4. Martii Græci in Menologio Bafilii Porphyrogenit. & Maximi. Cythereus.

(a) *Baron. in not. & Radulph. de obfervat. Canon. c. 19.* (b) *Baron. an. 484. n. 100. Victor Uticenf. lib. 3. de perfequut. Vuandal. Ufuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 275. n. 8. Ufuard. Ado, aliique.* (d) *Baron. an. 254. n. 26. & Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 275. n. 11. Græci in Menoleg. Lippoman. t. 7. & Sur. t. 4. prior. edition.* (g) *Baron. in not.*

Si quis indiget Sapientia poftulet. Jacob 3.

(b) *Liberati, & Soc.* Cardinal. Baron. in not. fuadet, die 2. Julii ex Victore Uticenfi factam fuiffe horum Sanctorum translationem, eo quia hac die 17. Augufti alii omnes de his Sanctis agunt. At Maurolyc. Felicius, Vuitford. Galefin. & Petr. de Natal. non hac die, fed 23. Martii hos Sanctos promunt, ut Acta Bollandi ea die.

(e) *Cæfareæ in Cappadocia Mamantis Martyris.* Cæfarea Cappadociæ, quæ & Mazaca, *Cæfaria*; Urbs ad Montis Argæi radices apud Melæ amnis ortum, totius Cappadociæ antiquiffima, ae nobiliffima Metropolis. Valens tamen Imperat. in odium S. Bafilii Epifcopi Cæfarienfis, *Tyana* alteram Cappadociæ Metropolim inftituit. Media ferè inter Ancyram Galatiæ Metropolim, & Melitenem Armeniæ minoris apud Euphratem præcipuam.

Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Natale S. Mammetis Monachi: in Calcidena Cappadocia S. Euphemia. In Alexandria SS. Orionis, item Mammetis, Emili, Difci, Mammitæ cum fociis fuis.* Martyrolog. Bluman. Natal. Mammetis Monachi, præfignat: *In Cæfaria.* Martyrolog. Epternacen. *Cæfarea Cappadocia Mammę Monachi, Calcedonia S. Euphemiæ Martyris; Item Mammetis; Item Orionis; Item Emeli.* Martyrolog. Corbejen. *In Cæfarea Cappadocia S. Mammetis Monachi. In Calcedonia Bythinia Euphemia Martyris, Macharii. In Alexandria Orionis. item Mammetis, Emolidifci, Mammitæ cum fociis fuis, Juftini.* Dacherius, pro Euphemiæ Martyris, *Euphemia Virginis*; & pro Juftini, *Juliani*.

Qui petit accipit, & qui quærit invenit. Matth. 7.

Duo

Duo Mss. Reginæ Succiæ penès Holſtenium, unum: 16. *Kal. S. Mammetis Monachi*; alterum ſubducit *Monachi*, & proſequitur: *In Calcedonia Cappadociæ Eufemiæ, Alexandriæ, Mammetis, Emili, Diſſei, Mammusæ, cum ſociis ſuis.* Ms. Vatican. S. Petri: xvi. *Calend. S. Mammetis Monachi*. Ms. Roman. Monaſterii S. Cyriaci: *Nametis*. Ms. Tornacen. *Paſſio Sancti Mammetis*; nil aliud. Ms. Lætien. *In Cæſarea Cappadociæ natale S. Mammetis Monachi & Martyris*. Ms. Rom. Barberinian. ſilet *Cappadociæ*. Ex quibus lectionibus elicitur, plures nomine *Mammæ*, ſeù *Mammetis*, aut *Mamantis* hac die coli.

(c) *Nicomediæ Stratonis, Philippi, & Eutychiani*. Ad 15. Auguſti Apographa Epternacen. ſeù Antuerpien. & Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Strationis, Philippi, & Euticiani cum Sociis*. Martyrolog. Corbejen. *In Nicomedia Stratonis, Philippi, & Euticiani*. Ms. unum Reginæ Succiæ: *Eutichiani*; alterum: *Stratonis, Philippi, Eutychiani cum ſociis eorum*.

Cardinal Baron. in not. ſuadet, Græcos hac die in Menologio de his Sanctis agere. At niſi in alio Menologio, quàm in illo Sirleti, aut Caniſii, quo uſus, & in hoc tantùm ad 19. hujus: *Eutichiano milite, & Strategio per ignem coronatis*.

vij. F Quintodecimo Kalendas Septembris. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

PRænèſte natàlis ſancti Agapìti màrtyris, qui cùm eſſet annòrum quìndecim, & amòre Chriſti fervèret, juſſu Aureliàni Imperatòris tentus eſt, ac primò nervis crudis diutiſſimè cæſus, deinde ſub Antiocho Præfècto gravióra ſupplicia paſſus; exinde cùm ex præcèpto Imperatòris leònibus obiicerètur, & minimè læſus eſſet, gladio miniſtròrum coronàndus percùtitur. (*a*) Romæ beatòrum Joànnis, & Criſpi presbyteròrum, qui in perſecutiòne Diocletiàni multa ſanctòrum còrpora officioſiſſimè ſepelièrunt, quorum mèritis & ipſi pòſtmodum ſociàti, gàudia vitæ ætèrnæ meruèrunt. (*b*) Ibìdem ſanctòrum màrtyrum Hermæ, Serapiònis, & Polyæni, qui per angùſta, ſaxòſa, & àſpera loca raptàti, ànimas Deo reddidèrunt. (*c*) In Illyrico ſanctòrum màrtyrum Flori, & Lauri artis lapicidìnæ, qui, consùmptis martyrio eòrum magìſtris Pròculo, & Màximo, ſub Liciòne Præſide poſt multa tormenta in profùndum pùteum ſunt demèrſi. (*d*) Myræ in Lycia ſanctòrum màrtyrum Leònis, & Juliànæ. (*e*) Metis in Gàllia ſancti Firmìni Epiſcopi & confeſsòris. (*f*) Romæ via Lavicàna ſanctæ Hèlenæ matris Conſtantìni Magni, piìſſimi Imperatòris, qui primus Ecclèſiæ tuèndæ atque amplificàndæ exèmplum cæteris Principibus præbuit. (*g*) In Montefàlco Umbriæ beàtæ Claræ vìrginis, Moniàlis Ordinis Eremitàrum ſancti Auguſtini, in cujus viſcèribus Domìnicæ Paſſiònis myſtèria renovàta, màxima cum devotiòne veneràntur. (*h*)

(g) *Helenæ Matris Conſtantini*. Die 20 Junii Græci. Die 6. Februar. Mss. Monaſter. Sancti Martini Trevir. & S. Mariæ Ultrajecti. Act. Bolland. ea die. Die 3. Maii Viola Sanctorum. Die 21. Molanus.

(a) *Baron. an. 275. n. 5. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 24.* (b) *Baron. an. 302. n. 116. & an. 303. n. 114. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 75.* (c) *Baron. in not. & Græci in Menologio*. (d) *Baron. ibidem*. (e) *Ibidem*. (f) *Baron. an. 506. n. 3. Molan. Addit. ad Uſuard. & Demochar. de Sacrific. Miſſ.* (g) *Baron. ann. 306. n. 12. & an. 326. n. 59. Euſeb. in Vit. Conſtantin. lib. 3. c. 41. 42. & ſequ. Rufin. hiſt. lib. 1. c. 7. & 8. Socrat. lib. 1. c. 12. & 13. Sozomen. lib. 1. c. 18. & lib. 2. cap. 1. Nicephor. lib. 8. c. 31. & Sigebert. in Chron. ad an. 849.* (h) *Chronic. Ordin. S. Auguſtin.*

Oportet habere testimonium. 1. ad Timoth.

(a) *Præneste Agapiti Martyris, jussu Aureliani Imperatoris, sub Antiocho Præfecto.* Præneste, *Palestrina* Urbs antiquissima Latii intra Montes, in Æquicolis olim celebris, temploque Fortunæ clarissima, *Polystephanos* quondam dicta, quasi multarum coronarum digna, inter Tibur, & Ananiam. Hujus urbis Episcopus semper Cardinal. Beda Genuinus sine palęstra: *xv. Kal. natale S. Agapiti Martyris*. Ms. Divionen. *Sub Antonino Imperatore, Antiocho Præside*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Romanum Barberinian. præsignant: *In Prænestina Civitate*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *In Penestre natalis Agapeti*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Prænestina Civitate Eziachi cum sociis suis*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Prænestina Civitate miliario ab Urbe trigesimo tertio S. Agapiti. In Africa natale SS. Massæ, Candidæ, Diffei, Amacia, Potomi Martyris, Agapiti, Exzaci, cum sociis suis.* Martyrol. Hieronym. Lucen. & Veissemburgense pro In Africa, *Lamię*. Ex quibus plures hoc nomine *Agapiti* hac ipsa die. Præneste quidem triginta quatuor milliaribus ab Urbe Roma distat versùs Fucinum lacum.

(c) *Myra in Lycia Leonis, & Julianæ*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Ponto Amisia Civitate Pontimi, Phylancia, Heliana Virginis, Marciana Virginis*. Martyrol. Bluman. *In Ponto Amasia Civitatis*. Martyrolog. Antuerpien. *In Ponto Pontemi, Filentia, Tatiana, & Marciana Virginis, Helianę, & Lantia, Massa Candidę, Discia, Macia, Potomi, Martyrii, Agapiti, & Ziai, & B. Arnulphi*. Martyrolog. Corbejen. *In Ponto Amecia Civitate Pontini, Philantia, Heliana Virginis, Marcianę Virginis, & Lancianę*. Duo Mss. Reginæ Sueciæ, nempè unum: *In Ponto S. Pontini, & Elianę Virginis*. Holstenius; alterum: *In Ponto Amasia Civitate S. Pontiani, Philantis, Helianę Virginis*. An pro Helianæ scribendum *Julianæ*, alii decernant. Amasia Urbs est Ponti Galatici in Cappadocia, Strabonis Geographi patria, & Amisus Urbs ejusdem Regionis sub Amasia Metropoli.

(f) *Metis in Gallia Firmini Episcopi*. Card. Baron. in not. animadvertit, hunc Firminum Episcopum Concilio interfuisse Agathensi in Gallia acto anno 506. ut etiam in Annalibus ad hunc an. num. 3. Pagi verò tom. 2. eodem anno 506. num. 2. prostat, huic Concilio Episcopos subscripsisse viginti quatuor, & decem Legatos à suis Episcopis missos, & inter hos nomen Firmini Presbyteri à Pappolo suo Episcopo missi, undè autumat, Eminentissimum Annalistam perperàm credidisse Firminum Episcopum Metensem fuisse.

(g) *Roma Helenę Matris Costantini Magni*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *Natale Helenæ Reginę*; nil aliud.

Testimonia credibilia facta sunt. Psalm. 92.

vj. G Quartodecimo Kalendas Septembris. Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

(b) *Andreæ Tribuni, & Soc.* Martyres anno 301. Baron. eo an. n. 2. An. 303. Pagi t. 1. eodem an. num. 6.

(d) *Magni Episcop.* Martyr sub Decio ann. 254. Baron. eo an. nu. 29. Inter an. 249. & 251. Martyres sub Decio. Bolland. ad 13. Februar. cùm de S. Fusca, & Soc. & Pagi t. 1. ad ann. 251. n. 29.

ROmæ sancti Jùlii Senatòris & màrtyris, qui Vitèllio Jùdici tràditus, & ab eo in càrcerem trusus, jubènte Còmmodo Imperatòre tàmdiu fustibus cæsus est, donec emitteret spiritum: cujus corpus in cœmetèrio Calepòdii via Aurèlia sepultùm fuit. (*a*) In Cilìcia natàlis sancti Andrèæ tribùni, & sociòrum mìlitum, qui victòria de Persis divìnitus adèpta, ad fidem Christi convèrsi, & hoc nòmine accusàti, sub Maximiano Imperatòre in angùstiis Tauri montis ab exèrcitu Selèuci Præsidis trucidati sunt. (*b*) In Palæstìna sancti Thimòthei màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Urbàno Præside, post multa superàta supplìcia, lento igne combùstus est. Passi sunt ètiam ibìdem Thecla, & Agàpius: illa feris expòsita, eàrum dèntibus laniàta transìvit ad Sponsum: Agàpius verò plurima tormènta perpèssus, ad majòra certàmina fuit dilàtus. (*c*) Anàgniæ sancti Magni Epìscopi & màrtyris, qui in persecutiòne Dècii necàtus est. (*d*) In Provìncia apud castrum Brincolam depositio sancti Ludovìci Epìscopi Tolosàni, Ordinis Minòrum, vitæ sanctitàte, & miràculis clari: cujus corpus inde Massìliam translàtum, in Ecclèsia Fratrum Minòrum honorificè cònditum est. (*e*) In Gal-

(e) *Ludovici*. Obiit anno 1297. Act. apud Sur.

(g) *Mariani Confessor*. Die 19. Septembr. in Diœces. Bituricens. Labbeus t. 2. Bibliothec. pag. 432.

Gallia in pago Sigistèrico beàti Donàti presbyteri & confessòris, qui ab ipsis infantiæ rudimèntis mira Dei gràtia præditus, anachorèticam vitam multis annis exègit, & miraculòrum glòria clàrus migràvit ad Christum. *(f)* In territòrio Bituricènsi sancti Mariàni confessòris. *(g)* Mantuæ sancti Rufini confessòris. *(h)*

(a) *Baron. an. 192. n. 2. & sequ. Mombrit. t. 2. Sur. t. 7. prior. edition. ad 25. August. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 79.* (b) *Baron. an. 301. n. 2. & sequ. Græci in Menologio, Lippoman. t. 7. & Sur. t. 4. prior. edit. & t. 8. posterior.* (c) *Baron. an. 303. n. 85. an. 305. n. 9. Græci in Menolog. hac die, & Euseb. hist. lib. 8. c. 13. & 16.* (d) *Baron. an. 254. n. 29. & Monumenta Eccles. Anagninæ.* (e) *Baron. in not. Martin. Polon. in Chronic. Franciscan. p. 2. lib. 6.* (f) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 7. c. 78. Usuard. Ado, & alii.* (g) *Baron. in not. & S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. c. 81.* (h) *Baron. ibidem, Galesin. & Maurolyc.*

Auris tua ad verba scientiæ Prov. 23.

(b) *In Cilicia Andreæ Tribuni, & Sociorum militum*. Cilicia, *Caramania*. Regio Asiæ minoris inter Pamphiliam ad occasum, & Syriam ad ortum extensa, angusta inter Taurum montem, & mare Cilicium. Beda genuin. nulla palæstra: *XIV. Kal. Natale S. Magni, seù S. Andreę cum sociis suis duobus militibus quingentis nonaginta septem*. Ms. Vatican. S. Petri: *Nonaginta octo*. Ms. Barberinian. Romanum: *Ipso die natale S. Andreę cum duobus militibus*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Alexandria natale S. Magni, & S. Andreæ Martyrum*. Ms. Reginæ Sueciæ: *In Cilicia Magni, & Andreæ, & sociorum duorum millium DCXVII.* Holstenius. Ms. Aquisgranen. *Natalis S. Magni, seù Andreæ cum duobus ..... Militibus DC. & VII.* Florentinius. Græci in Menologio: *S. Andreæ Ducis exercitus, & sociorum duorum millium quingentorum nonaginta trium sub Maximiano Imperatore, & Antiocho Duce, gladio percussorum*. Usuard. Raban. & Ado: *Magni, seù Andreæ Martyris cum sociis MDXCII.* Menard. ad Sacramentar. Gregorii ex Martyrolog. Ms. Bibliothec. Corbejen. *Natale S. Magni, seù Andreæ Martyris cum duobus millibus, quingentis nonaginta septem.*

Cardinal Baron. in not. suadet, aliquos confundere *Andream* cum *Magno*: At existimandum tò *Magni* pro nomine adiectiuo more Græcorum, penès quos insignes Martyres vocitantur Magni; exploratum in hujus S. Andreæ Actis apud Sur. c. 9.

(c) *In Palæstina Timothei*. Martyrol. S. Willibrordi: *In Fabriteria Magni, Leontii, Theodoli, Cyrilli, Zelati, Timothei, Gaudda*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Ponte in Amacia Civitate Falionis, Rofini, Leonti, Theudoli, Cyrilli, Elasi, Timothei, Cardæ*. Martyrol. Bluman. profert: *Filionis, Roffini, Gaddę*. Martyrol. Corbejen. adscit: *Romoli, Sylui*. Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium *Ponto in Amasia Civitate Philonis, Ruffini, Leontii, Theudoli, Cyrilli, Zelati, Timothei, Gaddę*; hic Timotheus videtur idem. Amacia urbs est in Cappadocia Palæstinę, ubi hac die alii Martyres in adductis Apographis coluntur.

(d) *Anagniæ Magni Episcopi & Martyris*. Martyrol. Corbejen. nullo agonis loco: *Natalis S. Magni Martyris*. Martyrolog. Parisinum apud Labbeum: *Folionis, Ruffini, Theodoli, Zelatis, Magni, & Martyrii, Orionis; Bisenæ, Mariani Confessoris*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. laudata: *Romæ natale S. Magni Martyris*. Petr. de Natal. lib. 7. c. 76. hac die: *Cæsarea Cappadociæ S. Magni Martyris, cum Paganis duobus millibus quingentis nonaginta octo*; ex quo plures nomine *Magni*, in sacris fastis adscripti.

Si susceperis sermones intelliges, & scientiam invenies. Prov. 2.

(e) *Apud Castrum Brincolam depositio Ludovici Episcopi Tolosani*. De Peregrinis: *In Provincia apud Castrum Brignola depositio S. Ludovici Episcopi & Confessoris*; silet *Tolosani*. Brincola, *Bregnole* Gallis. Oppidum, seù Castrum Galliæ Narbonensis in Provincia ad Caramiam fluviolum in argenteum flumen labentem, inter Massiliam, & Tolonem.

(g) *In territorio Bituricensi Mariani Confessoris* Apographa Martyrologii S Hieronymi Lucen. & Epternacen. ac Ms. Reginæ Sueciæ: *In Beturio vico Vellaumo depositio S. Mariani Confessoris*. Martyrologium Corbejen. *Bitorico*. Martyrolog. Parisinum Labbei: *Bisena*. Galesinius: *Biturię Philonis, Rufini, & Mariani*. At *Philo*, & *Rufinus* in aliis Codicibus in *Ponto* leguntur, nisi alii cum Mariano. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini *Eodem die S. Mariani cum duobus millibus quingentis nonaginta septem*. Petr. de Natal. lib. 11. n. 217. *Martinum* nuncupat.

Labbeus t. 2. Bibliothec. pag. 342. tradit vitam eremiticam egisse: At duos Marianos eremitas Bituricenses Saussayus exhibet, alterum apud Vicum Spinolajum defunctum, alterum ad Vicum Evaneverensem, de quo hac die S. Gregor. Turonen. *Vicum Evvanensem*. sive *Evaonensem* nuncupat. Alii *Vicum Villaunum*, & *Vellaunum*. Quænam lectio propria, vel corrupta, Topographi Gallici decernant.

Disceptatio Topographica.

(d) *Anagniæ S. Magni Episcopi & Martyris.*

Martyrol. vetustissimum S. Willibrordi

apud Florentinium, & Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *In Fabriteria Magni.*

Verùm apud Topographos. *Fabriteria* non reperitur, unde in prælibatis Codicibus luxatè *In Fabriteria.*

Nihilominùs vitium tantummodò in librario scribente *Fabriteriæ*, pro *Fabrateriæ*, non autem in loco, quo nomine *Paterculo* indigitatur, Italiæ Colonia ad fluvium Tretum via Latina apud Strabonem memoratur; & in Antonini Itinerario inter Aquinum, & Fregellas; nunc pagus in Latio.

Si quis verò subderet ex Fabrateria transferri Anagniam potuisse; adstipulantibus Actis apud Ferrar. in Catal. SS. Italiæ hac die, quæ ferunt Anagniæ in Latio S. Magnum Episcopum & Martyrem.

Hoc erit divinare; Apographa enim laudata non Anagniç, sed Fabriteriæ, seù Fabrateriæ signant; aliundè quùm & hic Pagus, & Anagnia in Latio sistant, facilè ea Acta ex uno ad alium locum percurrissent.

Cæterùm nè Anagnini irascantur ob suum raptum Martyrem & Episcopum *Magnum*, & aliundè non extant Fabratcrii, qui possint de hoc dolere; quùmq; hæc tantùm exhibuerimus pro hujus nutationis scitu, idcircò ipsi Anagnini Martyrologii Romani lectionem retineant sapientiorum judicio, ita proferendo: *Anagniæ S. Magni Fabraterensis Episcopi & Martyris, qui &c.*

* Hodie Sol ingreditur in signo Virginis, & in eo usque ad 20. Septembr. inclusivè.

v. A Tertiodecimo Kalendas Septembris. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25					

(a) *Bernardi Abbat.* Obiit. an. 1153. Supplem. Sigebert.

IN territòrio Lingoniènsi depositio sancti Bernàrdi primi Claravallènsis abbàtis, vita, doctrina, & miràculis glorìosi. (*a*) In Judæa sancti Samuèlis Prophètæ, cujus sacra ossa (ut beàtus Hierònymus scribit) Arcàdius Augùstus Constantinòpolim trànstulit, & prope Sèptimum collocàvit. (*b*) Eòdem die sàncti Lùcii Senatòris, qui perspècta constàntia Theodòri Cyrenènsis Epìscopi in martyrio pòsiti, ad fidem Christi convèrsus, ad eam ètiam Dignianum Præsidem pertràxit: cum quo Cyprum profectus, cùm ibi àlios Christiànos pro confessiòne Dòmini coronàri vidèret, ultrò se ipsum òbtulit, & eàmdem martyrii corònam, càpitis obtruncatiòne, promèruit. (*c*) In Thràcia sanctòrum trigintasèptem Màrtyrum, qui sub Præside Apelliano pro Christi fide, mànibus pedibùsque præcìsis, in camìnum ardèntem injècti sunt. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Sevèri, & Mèmnonis centuriònis, qui eòdem mortis gènere consummàti, victòres abièrunt in cœlum. (*e*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Leovigìldi, & Christòphori monachòrum, qui in Arabum persecutiòne pro Christiànæ fidei defensiòne in càrcerem conjècti, ac mox cervicibus abscìssis, igni tràditi, martyrii palmam adèpti sunt. (*f*) Romæ beàti Porphyrii hòminis Dei, qui sanctum màrtyrem Agapìtum erudìvit in fide, & doctrina Christi. (*g*) In Hèrio ìnsula sancti Philibèrti abbàtis. (*h*) In castro Cainòne sancti Maximi confessòris, discìpuli beati Martini Epìscopi. (*i*)

(b) *Samuel. Prophet.* Circ. 1100. ante Christum natum die 3. Jun. Ludolf. Fast. Ætiopic. & Hagiolog. Hæbessin.

(h) *Philiberti Abbat.* Circ. 680. Trithem.

(a) *Baron. in not. Guilielm. Abbas Bona-vallis, Golefrid. Monach. Clarevallens.* (b) *Baron. an. 406. n. 5. & 56. Græci in Menologio hac die, Petr. de Natal. lib. 7. c. 124. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (d) *Iidem ibid.* (e) *Ibid.* (f) *Baron. an. 852. n. 17. S. Eulog. memor. SS. lib. 2. c. 11. Usuard. & alii.* (g) *Baron. an. 275. n. 5.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 4. prior. edit. Sigebert. Chronic.*

ad

ad an. 649. Vincent. lib. 23. Trithem. de vir. illustr. Ord. S. Benedict. libr. 3. c. 97. & Saussayus Martyrolog. Gallican. (i) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de glor. Confess. c. 221. Molan. Addit. ad Usuard. hac die, & Saussayus loc. citat.*

In antiquis est sapientia. Job 12.

(f) *Corduba Leovigildi, & Christophori monachorum*. De Peregrinis *Leonidi* pro Leovigildi.

(h) *In Herio insula Philiberti Abbatis*. Herius Insula *l' Isle Rez*. Insula Galliæ Celticæ adjacens Pictonum finibus in Oceano occiduo, inter Luxionam, & Rupellam, urbes finitimas, Luxionæ propior; ubi Fanum S. Martini oppidum, ac Benedictinorum Cœnobium celebre. Martyrologium Hieronymian. Lucen. *Depositio Philiberti*; nil aliud. Raban. *Alibi depositio Feliberti Abbatis*. Martyrol. Bluman. præsignat: *In Æri*. Martyrol. Reginę Suecię Ms. *In Hera*. Martyrol. Corbejen. *In Turonico Cainone Castro depositio S. Maximi Confessoris, & depositio S. Filiberti*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Letien. *S. Philiberti Abbatis, qui diversas hominis infirmitates per Spiritum Sanctum futura prævidens.*

(i) *In Castro Cainone Maximi Confessoris.* Caino, *Chinon*, Oppidum Gallię Celt. in Andegaventium finibus ad Vigenam amnem, juxta Pictonum, & Turonum confinia, medium inter Turones, & Nannete, olim pagus, nunc oppidum ex præcipuis illius Provincię. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Turonico Castro depositio S. Maximi Confessoris.* Martyrol. Corbejen. & Bluman. *Turonico Cainone Castro*. Martyrol. Reginę Sueciæ Ms. *In Castro Cainone*. Rabanus: *In Synnada Civitate Pinicis, Arci, Maximi Confessoris, Pamphili, Coloni Confessoris*. At hic Maximus Confessor exploratur alius. Florus Addit. ad Mss. Tornacen. & Lętien. *Cainone Castro depositio S. Maximi confessoris, qui & maximis virtutibus enituit, & ut Liber ejus docet, qui versu conscriptus legitur, Beatissimi Martini discipulus fuit.*

Sapientiã antiquorum exquirit sapiens. Eccles. 39.

v. A Duodecimo Kalendas Septembris. Luna 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

(b) *Anastasii*. Die 26. August. Florentin. Die 25. Octobris, & 5. Decemb. Græci in Menolog.

(c) *Luxorii, & Soc.* Die 16. August. Eccles. Cathedral. Pisæ apud Ferrar. Die 22. August. Arca de ss. Sardois. Die 18. Martii Greven. Die. 26. Septembr. de sociis Appendix ad Adonem.

ROmæ in agro Veràno sanctæ Cyriacæ vìduæ & màrtyris, quæ in persecutiòne Valeriàni cùm se suàque òmnia in sanctòrum ministèria impendisset, demum pro Christo martyrium sùbiens, vitam quoque ipsam libènter impèndit. (*a*) Salònæ sancti Anastàsii Corniculàrii, qui cùm vidèret beàtum Agapitum constànter tormènta perferèntem, convèrsus est ad fidem, & pro confessiòne nòminis Christi, jubènte Aureliàno Imperatòre, interèmptus, martyr migràvit ad Dòminum. (*b*) In Sardìnia natalis sanctòrum màrtyrum Luxòrii, Cisèlli, & Camerìni, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Dèlphino Præside glàdio cæsi sunt. (*c*) In territòrio Gavalitàno sancti Privàti Episcopi & màrtyris, qui passus est in persecutiòne Valeriàni, & Gallièni. (*d*) Eòdem die sanctòrum martyrum Bonòsi, & Maximiàni. (*e*) Fundis in Làtio sancti Patèrni màrtyris, qui ab Alexandria Romam vèniens ad Apostolòrum memòrias, & inde in agrum Fundànum secèdens, cùm Màrtyrum còrpora sepeliret, à tribùno comprehènsus, in vìnculis expiràvit. (*f*) Edèssæ in Syria sanctòrum màrtyrum Bassæ, & filiòrum ejus Theogònii, Agàpii, & Fidèlis, quos in persecutiòne Maximiàni pia mater exhòrtans, martyrio coronàtos præmisit ad palmam, & truncàto càpite gaudens secùta est cum victòria. (*g*) Veronæ sancti Euprèpii Episcopi & confessòris. (*h*) Item sancti Quadràti Episcopi. (*i*) Senis in Tùscia beàti Bernàrdi Ptolomęi abbàtis, Congregatiònis Olivetànæ Fundatòris.

(g) *Bassæ, & Soc.* Martyres an. 304. Baron. eo an. n. 74. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 16. Maii Ms. Synaxarium Græcum, Bolland. Acta ea die.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. an. 260. n. 57.* (b) *Baron. an. 275. n. 5. Mombrit. in Act. S. Agapiti t. 1. & Petr. in catal. lib. 7. c. 74.* (c) *Baron. an. 303. n. 145. Mombrit. t. 2. vit. SS. & Arca de SS. Sard. lib. 1. & S. Gregor. in registr. lib. 7. ad Januar. Episc. Calaritan.* (d) *Baron. an. 262. n. 58. & an. 280. n. 2. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 1. c. 34. Mombrit. t. 2. Sur. t. 4. prior. edition. & Vincent. in specul. lib. 1. c. 75.* (e) *Baron. in not. ac Usuard.* (f) *Baron. ibid. & Tabul. Eccles. Fundan.* (g) *Baron. an. 304. n. 74. Græci in Menologio, & Nicephor. hist. lib. 1. c. 28.* (h) *Baron. an. 46. n. 2. & Cardinal. Valer. lib. antiquor. Monument. Epist. Veronens. 1. pag. 6. & 88.* (i) *Baron. in not.*

Attende lectioni, & Doctrinæ. 1. ad Timoth. 4.

(b) *Salone Anastasii Cornicularii, jubente Aureliano Imperatore.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi ad 26. August. *In Civitate Salona Anastasii Martyris*. nil aliud; Maurolyc. *Salone in Dalmatia sub Diocletiano Anastasii Martyris in mare demersi*. Menologium Græcorum ad 25. Octobris, & 5. Decembr. *Anastasius obtruncatur, & in mari demersus*. Acta apud Petr. de Natal. *Anastasius martyr, natione Aquilejensis.*

(c) *In Sardinia Luxorii, Ciselli, & Camerini, sub Delphio Præside.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Sardinia Luxuri, Trajani, Quadrati Episcopi, Primi*. Ms. Roman. Barberinian. *Luxorii*; & silet *Primi*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *In Sardinia Laxurii, Traiani, Quarti Episcopi, Primi*. Appendix ad Adonem ad 26. Septembr. *In Sardinia S. Luxurii*. Arca de reb. Sardois: *Sub Præside Dilatio*. De Peregrinis fine agonis loco: *Natale Lusorii, Cyselli, & Camerini*. Acta apud Mombrit. in passione Luxorii, & Arca non promunt socios: Quemadmodum *Cysellum, & Camerinum*, copularunt, cum *Luxorio*, forsan, quia hac eadem die, & sub eodem Præfecto mortem oppetiere: uti eàdem die alii Martyres agonem in Sardinia perfecere, inter quos *Quartus*, sivè *Quadratus* Episcopus.

(d) *In territorio Gavalitano Privati Episcopi & Martyris* Gavali, & Gabali Ptolom. *Gabales* Plin. aliàs *Mando*. Urbs antiqua Galliæ Aquitaniæ intra Montes Cemenos, Regionis Gavalitanæ, quæ *Gevodan*, primaria & caput, Ruthenis, & Vellaunis finitima, Anderædum olim, Mimatum posteriùs dicta. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Gavallis vico Mimmatinsi passio Privati Martyris*. Martyrol. Bluman. *In Gavalus*. Martyrol. Corbejen. *Vico Mimati*. Duo Mss. Reginæ Sueciæ, unum: *Cavale*; alterum: *Cavalus Viso Minantissi*. Martyrol. S. Vuillibrordi, Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. & Ms. Roman. Barberinian. nullo præsignato loco: *Passio S. Privati*. Saussayus: *Mimate Gabalorum passio S. Privati Episcopi.* Vita apud Sur. t. 8. posterior. editionis: *S. Privatus Episcopus Gavalitanus in Gallia*. Ex quibus videntur duo hac die *Privati*, alter Episcopus & Martyr, alter Martyr tantùm.

Ut scias quomodo oporteat unicuique respōdere. Ad colossens. 4.

(e) *Eodem die Bonosi, & Maximiani*. De Peregrinis: *Eodem die Bonosij, Maximi, & Maximiani, quorum gesta habentur.*

(i) *Item S. Quadrati Episcopi*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium: *In Alexandria Pisti, Sevi. Item Quadrati Episcopi.* Apographum Corbejen. *Quadrati*; non addit *Episcopi.*

Cardinal. Baron. in not. candidè fatetur, ignorare, cui Ecclesiæ Quadratus præfuerit. Codices adducti duos nomine *Quadrati Episcopi* hac die memorant; *Sardum* unum; *Alexandrinum* alterum: Quinimmò Maurolyc. panditat tertium ex quodam Ms. *Athenarum Episcopum in Macedonia*, & sub *Adriano*; de quo Petr. de Natal. lib. 7. c. 92. hac die. *XII. Kal. Septembris in partibus Macedoniæ S. Quadrati Episcopi, qui in pace quievit.*

iij. C Undecimo Kalendas Septembris. Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
A B C D E *F* F G H M N P
18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

(c) *Hippolyti Episc.* Die præcedenti Florentin. Die sequēt. Ferrar. Catal. Gener. SS. Die 29. Januar. Menolog. Basilii.

OCtàva Assumptiònis beàtæ MARIÆ Vìrginis. (*a*) Romæ via Ostiènsi natàlis Sancti Timòthei martyris, qui tentus à Tarquìnio Urbis præfècto, & longa càrceris custòdia maceràtus, cùm sacrificàre idòlis noluìsset, tèrtiò cæsus, & gravìssimis supplìciis attrectàtus, ad ùltimum decollàtus est. (*b*) In Portu Romàno sancti Hippòlyti Epìscopi, eruditiòne clarìssimi, qui sub Alexàndro Imperatòre ob præclàram fidei confessiònem mànibus pedibùsque ligàtis in altam fòveam

(d) *Symphoriani Ep. Martyr* ann. 273. Sub Aureliano Baron. eo an. n. 5. Ann. 275. sub Aureliano. Pag. t. 1. ad an. 272. nu. 44.

aquis

(g) *Agathonici, & Soc.* Martyres, ann. 311. Baron. eo an. n. 17. An. 311. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

aquis plenam præcipicàtus, martyrii palmam accèpit: cujus corpus à Christianis apud eùmdem locum sepùltum fuit. (*c*) Augustodùni sancti Symphoriàni màrtyris, qui tèmpore Aureliàni Imperatòris, cùm idòlis sacrificàre nollet, primò verbèribus afflictus, deinde càrceri mancipàtus, ad ùltimum cæso càpite màrtyrium consummàvit. (*d*) Romæ sancti Antonini màrtyris, qui cùm se Christiànum libera voce faterètur, a Vitèllio Jùdice capitàli sentèntia damnàtus est, & via Aurèlia sepùltus. (*e*) Item in Portu Romàno sanctòrum màrtyrum Martiàlis, Saturnìni, Epictèti, Maprilis, & Felicis, cum sòciis eòrum. (*f*) Nicomediæ passio sanctòrum Agathonici, Zytici, & sociòrum màrtyrum sub Maximiàno Imperatòre, & Eutholòmio Præside. (*g*) Tarsi sanctòrum Anthanàsii Episcopi & màrtyris, Anthùsæ nòbilis fèminæ, quam ipse baptizàverat, & duòrum ejus servòrum, qui sub Valeriàno Imperatòre passi sunt. (*h*) Rhemis sanctòrum màrtyrum Mauri, & sociòrum. (*i*) In Hispània sanctòrum martyrum Fabriciàni, & Philibèrti. (*k*) Papiæ sancti Gunifòrti màrtyris. (*l*)

(a) *Baron. in not. Sigebert. in Chronic. ad ann. 847. Usuard. Ado, & alii, qui de Divin. Offic.* (b) *Baron. an. 311. n. 58. & Petr. de Natal. lib. 7. c. 51.* (c) *Baron. an. 229. nu. 1. & an. 270. n. 15. item Usuard.* (d) *Baron. an. 273. n. 2. 6. & seq. Euseb. lib. 6. c. 16. Nicephor. hist. lib. 5. c. 15. Petr. de Natal. nu. 6. lib. 7. c. 93. & Sur. t. 4. prior. edit. & t. 8. posterior.* (e) *Baron. an. 192. n. 3. Sur. tom. 2. in Act. S. Eusebii ad 25. Augusti, & Petr. in Catal. lib. 7. c. 94.* (f) *Baron. an. 229. n. 7. & an. 270. n. 15. Usuard. & alii.* (g) *Baron. an. 311. n. 17. & Græci in Menologio hac die.* (h) *Baron. an. 260. n. 32. & an. 775. n. 7. & Græci in Menologio.* (i) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Tabul. Eccles. Rhemens.* (k) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Toletan.* (l) *Baron. ibid. & Mombrit. tom. 1.*

Ne despicias narrationem sapientum. Eccl. 8.

(b) *Roma Timothei Martyris.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi Lucen. Bluman. & Corbejen. *Romæ via Ostiensi Timothei Discipuli Pauli Apostoli.* Kalendarium Fronti: *Die 32. Augusti natale S. Timothei ad B. Paulum Apostolum.* Sacramentarium Gregorii: *Natalis S. Timothei Martyris.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Natal. S. Timothei, qui ab Antiochia veniens Romam, sub Miltiade Papa susceptus est in hospitium à Silvestro, qui postea Episcopus fuit, & aliquot menses ibi prædicans, cùm multos ad Christum convertisset, tentus à Tarquinio Urbis &c. decollatus est, & juxta B. Paulum Apostolum sepultus.*

Cardinal. Baron. in not. ad 24. Januarii unum Timotheum Discipulum Pauli memorat Ephesi Martyrio coronatum. Florentinius verò ex prælaudatis Codicibus alium Timotheum Romanum putat, fuisse quoque Presbyterum, & Apollol Discipulum.

(c) *In Portu Romano Hippolyti Episcopi.* Ms. Vaticanum S. Petri: *Et S. Ypoliti in Portu.* Cardinal. Baron.* in not. suadet Hippolytum hac die in Roman. Martyrolog. Episcopum fuisse Portuensem; Florentinius hac eadem die animadvertit ex Bellino, & Maurolyco, hunc Hippolytum tantùm Martyrem dici; & quòd Hippolytus ad 29. Januarii ut aliqui, ad 30. ut Roman. Martyrolog. Ecclesiæ Portuensi præfuit. Adstipulanturque Bollandus ea die, Petr. Damian. & Prudentius in Hymno undecimo, Hippolytum Episcopum Portuensem agnomine *Nonni* agnoscentes. Baron. tamen in prælibatis notis admonet, hos deceptos fuisse, quia tres Hippolytos in unum conflavere; addendo, *Nonnum* nonnisi *Monachum* indicare.

Si susceperis sermones intelliges, & scientiam invenies. Prov. 2.

(d) *Augustoduni Symphoriani Martyris.* Augustodunum, & Heduum dicitur. Urbs antiqua Galliæ Celt. Heduorum Sedes, & Metropolis quondam amplissima, & præstantissima, ex primis totius Galliæ Urbibus, ad Montium radices sita, plurima nunc retinens antiquitatis vestigia, circa Burgundiæ Duc. Umbilicum ad Arrosii, ac Varennę amnium commixtionem. Inter Nivernum, & Divionem, Regionis hodiè caput. Martyrologia Bluman. & Hieronymian. Lucen. ac Ms. Roman. Barberinian. *In Gallia Civitate Augustoduno Sanctorum Medardi, & Emiliani cum filiis suis octo, & S. Simphoriani.* Martyrolog S. Vuillibrordi, & Corbejen. pro Medardi, *Minervi*. Quidem *Minervi* videtur legendum. Florentinio. Beda genuinus nullo præsignato loco: *Eodem die S. Symphoriani Martyris.*

(f) *Item in Portu Romano Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis, & Felicis cum Sociis eorum.* De Peregrinis: *Epictei.* Martyrol.

Ep-

Epternacen. *In Portu Romæ Peregrini, Epicteti, Marcelli, Aureli, Felicis, Ippoliti, Saturnini*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Portu Romano Peregrinorum Martyrum, natalis Sanctorum Martialis, Aureli, Epicti, Saturnini, Aprilis, & Felicis*. Martyrol. Corbejen. *Cum Sociis eorum Justi, & Julii*. Martyrolog. Reginæ Succiæ Ms. *In Portu Romano Sanctorum Peregrinorum Martyrum, Martialis, Aure, Saturnini, Epicteti, Aprilis*. Tò *Peregrinorum*, forsan ignotis nominibus, *Peregrini* agnominatis, ob susceptam ad Apostolorum Limina peregrinationem, ad Portum Romanum ducti, pro Christi fide martyrizati. Florentinius vir eruditus in not. ad suum Martyrolog. hac die. Ms. Vatican. S. Petri: *Et alibi Martialis, & Aureæ cum sociis suis*.

(i) *Rhemis Mauri, cum sociis suis*. Ms. Lætien. S. Lamberti non præsignata palæstra: *Ipso die S. Mauri Martyris cum sociis suis*.

Disceptatio Chronologica.

(d) *Augustoduni Symphoriani Martyris, tempore Aureliani Imperatoris*.

Eminentissim. Baron. hoc Martyrium supputat an. 273. ut eo anno num. 5. & seq. quo anno Aureliana persequutio non sæviebat, nisi anno 275. cœpta, ut Pagi vir eruditus t. 1. ad an. 272. n. 14. ex quo ambigua videtur Romani Martyrologii lectio.

Baron. prælibato anno, & in notis pro sua assertione Acta Martyrii advocat apud Surium tom. 4. in quibus: *Aurelianus Imperator omnibus administratoribus suis, atque Rectoribus*.

Ruinartus suis sinceris Martyrum Actis refragatur animadversione, ex Mss. Codicibus, ubi: *Aurelius, & Aurelianus, Fabius, & Fabianus, Valerius, & Valerianus*, aliaque similia nomina sæpius permista leguntur. Quamobrem ea Acta loco *Aurelii*, *Aurelianum* scripsere. Comperitur quia *Aurelius* alius quàm *Marcus Aurelius* non fuit, & sub an. 177. Imperij verò decimo septimo, violenta persequutio adversùs Christianos commota, qua multi in Galliis martyrizati habentur, & Augustoduni Civitate in Burgundiæ Ducatu posita. Porrò idem Ruinartus suadet in plerisque Mss. Codicibus ferri Symphorianum à S. Benigno baptizatum, & à Sancto Andochio susceptum; Consentit Missale Gothicum penes Mabillonium lib. 3. de Liturgia Gallicana num. 63. in quo Benignum, & Andochium Presbyteros cum Tyrso Diacono, & Felice in Galliam à S. Polycarpo missos, ut etiam promunt vetera Martyrol. Bedæ sincer. Adonis, Usuardi, Rabani, Notkeri, & aliorum, ex quo compertum, Aureliano Imperante, Symphorianum mortem non oppetiisse, Polycarpo Martyre defuncto ann. 169. ut Baron. ad eum ann. num. 2. Aureliana persequutione in Symphorianum relata ab ipso Baronio anno 273. Idcirco ut hæc Chronologica trica penès ipsos eruditos Historicos sit, & ex hoc Romano Martyrologio expungatur, & sapientiores annuerint, subducto: *Tempore Aureliani*, pronuncietur: *Augustoduni S. Symphoriani Martyris qui cùm Idolis sacrificare nollet &c.*

ij. D Decimo Kalendas Septembris. Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A B C D E *F* F G H M N P

19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

(a) *Philippi*. Obiit an. 1185. Chronic. Ordin.

(c) *Quiriaci, & Soc.* Martyres an. 229. Baron. eo an. n. 5. & Ferrar. Ann. 285. Menolog. Basilii.

(e) *Timothei & Soc.* Die præcedent. Saussayus.

(h) *Zacchei Episcop* Die 20. Aprilis Menæa cusa.

(m) *Simonii Episc.* Obiit an. 484. Baron. eo an. n. 136 Ann. 488. Sigon. de Imper. Occidental. An. 482. Sirmond. Die 21. August. Martyrol. Claromontan.

TUdèrti sancti Philippi Benitii Florentini, Ordinis Servòrum beàtæ MARIÆ Vìrginis propagatòris, à Clemènte Dècimo Sanctòrum nùmero adscripti, in quo summa humìlitas refùlsit, ob quam ètiam suprèmam Ecclesiæ tiàram sibi oblàtam fùgiens recusavit. (a) Antiochiæ natàlis sanctòrum màrtyrum Restitùti, Donàti, Valeriàni, & Fructuòsæ, cum àliis duòdecim, qui præclaríssimo confessiònis honòre coronàti sunt. (b) Apud Ostia Tiberìna sanctòrum màrtyrum Quiriàci Epìscopi, Maximi presbyteri, Archelài diaconi, & sociòrum, qui sub Ulpiàno Præfecto tèmpore Alexandri passi sunt. (c) Ægææ in Cilicia sanctòrum màrtyrum Clàudii, Astèrii, & Neònis fratrum, qui Christiànæ religiònis à novèrca accusàti, sub Diocletiàno Imperatòre, & Lysia Præside post acèrba tormènta cruci affixi, victòres cum Christo triumphàrunt. Passæ sunt post eos Donvìna, & Theonilla. (d) Rhemis

in

in Gàllia natàlis sanctòrum Timòthei, & Apollinàris, qui ibidem consummàto martyrio cœlestià regna meruèrunt. (*e*) Lugdùni sanctòrum màrtyrum Minèrvi, & Eleàzari cum filiis octo. (*f*) Item sancti Lupi màrtyris, qui ex servili conditiòne, Christi libertàte donàtus, martyrii quoque coròna dignàtus est. (*g*) Jerosòlymis sancti Zacchæi Episcopi, qui quartus à beàto Jacòbo Apòstolo Jerosolymitànam Ecclèsiam rexit. (*h*) Alexandriæ sancti Theònæ Episcopi & confessòris. (*i*) Uticæ in Africa beàti Victòris Episcopi. (*k*) Augustodùni sancti Flaviani Epìscopi (*l*) Arvèrnis sancti Sidònii Epìscopi, doctrina, & sanctitàte conspìcui. (*m*)

(a) *Baron. in not.* (b) *Ibidem, item Vsuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. ann. 229. n. 5. & 7. ac Ferrar. Catal SS. Italiæ.* (d) *Baron. an. 285. nu. 4. & sequ. Petr. in Catal. lib. 7. c. 100. & Sur. t. 4. prior. edit. & t. 8. poster.* (e) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 54. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 95.* (f) *Baron. in not. Raynaud. in Hagiolog. Lugdunens. & Labbeus in Hagiologio Franc.Gallic.* (g) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (h) *Baron. an. 113. n. 1. Euseb. in Chronic. & histor. lib. 4. c. 5. Nicephor. Callist. hist. lib. 6. c. 25. & Nicephor. Episcop. in Chronic.* (i) *Baron. an. 285. n. 15. & an. 300. n. 1. S. Epiphan. in Panar. hæres. 66. & Euseb. in Chronic. & hist. lib. 6. c. ultim.* (k) *Baron. an. 428 nu. 12. & ann. 484. n. 126.* (l) *Baron. in not. Bellin. Molan. Galesinius, Maurolyc. & Saussayus.* (m) *Baron. an. 427. n. 22. an. 472. n. 13. & an. 484. n. 136. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 2. c. 22. 23. & 24. Gennad. de vir. illustr. c. 92. Sirmondus in vit. & Sammarthani t. 2. Galliæ Christianæ.*

Sunt hi Sermones, ut non excidatus. Sap. 6.

(c) *Apud Ostia Tyberina Quiriaci Episcopi, Maximi, Presbyteri, Archelai Diaconi, & Sociorum.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi *In Ostia Quiriaci, Archelai*; nil aliud. Usuard. *In Portu Romano*. Beda, aliique Latini: *Ad Ostia Tiberina*. Plerique Scriptores topographicè Portum, & Hostiam confudere. Ferrarius Catal. SS. Italiæ ex Act. Sanctæ Aureæ docet, *Archelaum* die 22. Augusti cum Censorio, & Militibus agonem complevisse, *Quiriacum* verò in carcere necatum hac die.

(d) *Ægeæ in Cilicia Claudii, Asterii, Neonis, Domninæ, & Theonillæ.* Ægeæ, alias *Æge*; Urbs olim Ciliciæ haud procul à Pyrami amnis ostiis, inter Mallum, & Issum Urbes ejusdem oræ, cujus hoc tempore nulla vestigia. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrolog. Bluman. *In Provincia Liciæ SS. Egeas, Claudi, Steri, Neonis*. Martyrolog. Antuerpien. seu S. Vuillibrordi: *In Provincia Cilicia Civitate Egas Claudi, Asterii, Domnina*. Martyrolog. Corbejen. *In Provincia Ciliciæ Sanctorum Agiæ, Claudi, Asteris, Neonis, Domnini, cum sociis eorum*. Raban. x. *Kalen. Passio trium fratrum sub Licia Præside in Provincia Lyciæ Civitate Ægea, hoc est Claudii, Neonis. Item Domninæ, & Theonillæ*. Ruinartus in Act. Sincer. Martyr. addit: *Diocletiano, & Aristobulo Consulibus*. Acta apud Sur. *Domninam* efferunt. Ptolom. & Stephan. *Ægeam* in *Ægam* vertunt. Strabo: *Ægeas*. Usuard. Bellin. & Maurolyc. *Lyciam* pro *Cilicia* promunt.

(e) *Rhemis in Gallia Timothei, & Apollinaris*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ: *Apollonii*. Saussayus die præcedenti: *Timothei, Apollinaris, & Mauri Presbyteri*.

(f) *Lugduni Minervi, & Eleazari cum filiis octo*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Gallia Sanctorum Minervi, Eliagæ, cum filiis VII.* Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei *Minervii* profert. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Minervini*. Alium *Minervinum* cum Æmiliano, & filiis octo Augustoduni die præced. Martyrologia Corbejen. & vetustissimum S. Vuillibrordi efferunt.

Verba sunt plurima, multaque in disputando habetia vanitatem. Eccl. 6.

(l) *Augustoduni Flaviani Episcopi*. Ms. Roman. Barberinian. *Augustoduni depositio S. Flaviani*; nil aliud. De Peregrin. *Eodem die S. Flaviani Episcopi*. Cardinal. Baron. in not. Tabulas Augustodunensis Ecclesiæ accit. Sammarthani verò inter Augustodunenses, aut Æduenses *Præsules*, hunc *Flavianum* non numerant.

(m) *Arvernis Sidonii Episcopi*. Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. & Lucen. *Synodi Episcopi*. Martyrol. Bluman. *Sidoni Episcopi*. Saussayus: *Synodii, & Eparci Episcoporum*. S. Gregor. Turonen. Gennadius, Sirmondus, & alii: *Sinodii*. Sammarthani tom. 2. Galliæ Christianæ *Sinodium* undecimum Episcopum Claromontensem signant.

Disceptatio Topographica.

(K) *Uticæ in Africa Beati Victoris Episcopi*. Utica, *Bensert* Incolis, *Biserta* Italis. Urbs olim Africæ propriæ dictæ litoralis antiqua, Coloniaque Romana, clarissima inter Trabacham, & Carthaginem; patria Catonis. Ambigitur inter historicos, an hic *Victor*, Episcopus Uticensis fuerit; Chifletius namque in not. ad Ferrand. pag. 345. & in Elucidat. ad Victor. cap. 7. *Victorem* Episcopum *Vitensem* fuisse prostat.

Verùm alia exemplaria, *Victor Uticensis Episcopus*, inscripsere.

At hoc, quia Civitas Vitensis Provinciæ Byzacenę recentioribus librariis forsan ignota, hi mendum in antiquis exemplaribus suspicati, atque nominum, ac vocum affinitate delusi, *Uticensem*, pro *Vitensi* scripsere, quæ deceptio liquet, facilè obtingere potuisse.

Eminentissimus Baronius occurrit in not. libr. de hist. Vuandal. persequutionis in Africa Censerico, & Hunnerico sævientibus; qui libri *à S. Victore Uticensi Episcopo* exarati inspiciuntur, iis temporibus in vivis: Et alia monumenta ita inscripta habentur in Gennadio de vir. illustr. cap. 77

Nihilominùs hæc inscriptio supposititia videtur Chiffletio in Codice Carthusiæ Portarum Ms bonæ notæ, ipso operis initio se legisse testanti: *Incipit Prologus in historia Persecutionis Africanæ edita à S. Victore Patria Vitensis Episcopo*. Idem fatetur Pagi vir summus to. 2. suæ Critic. Historico-Chronolog. ad an 484. num. 2. se observasse in duobus Mss. uno in Bibliotheca Colbertina, alio in illa Parisiis Monasterii S. Martini de Campis; Tempore quidem Africanæ persequutionis, *Victor* Episcopus *Vitensis* erat, *Florentinus Uticensis*, ex Libello notitię Episcoporum Africæ, qui sub Hunnerico persequutionem sustinuere, in quo legitur *Florentinus Uticensis*, & in indice Provinciæ Byzacenæ *Victor Vitensis*. Quare Uticensis Ecclesia ad Provinciam Carthaginensem, & Vitensis ad Byzacenam pertinebat. Demùm observandum, quòd Baron. in not. pro hoc Sancto nullum ex antiquis Martyrologiis citat. Sanè quùm de hoc Victore Uticensi, nulla mentio in Beda, Usuardo, Adone, aliisque Martyrologiis antiquis: Ex quo Holstenius vir eruditus meritò hac die conqueritur, verba illa à recentioribus addita, & subdit, se observasse, quòd *Vitensem*, non *Uticensem* Episcopum disertè vocat Codex Ms. Bibliothecæ Vaticanæ. Igitur ut in præsentiarum hæc trica explodatur, sapientiorum tamen consilio, correpto *Uticæ*, signetur: *In Africa B. Victoris Episcopi*.

i. E Nono Kalendas Septembris Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

Vigilia sancti Bartholomæi Apòstoli. (*a*) Carthàgine sanctòrum trecentòrum Martyrum tèmpore Valeriàni, & Galliène: qui inter àlia supplicia cùm Præses fornàcem calcàriam accèndi jussisset, & in præsèntia ejus prunas cum thure exhibèri, atque illis dixisset: Eligite è duòbus unum, aut thura super his carbònibus offèrte Jovi, aut in calcem demergìmini: fide armàti, Christum Dei Filium confitèntes, ictu rapidissimo se injecèrunt in ignem, & inter vapòres calcis in pulverem sunt redàcti: ex quo candidàtus ille Beatòrum exèrcitus, Massa càndida mèruit appellari. (*b*) Nepète sancti Ptolomæi Epìscopi, discìpuli beàti Petri Apòstoli, à quo missus in Tùsciam ad prædicàndum Evangèlium, in eàdem civitàte gloriòsus Christi martyr occòbuit. Ibidem sancti Romàni, ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui cùm esset sancti Ptolomæi discìpulus, fuit ètiam in passiòne sòcius. Apud Ostia Tiberina sanctæ Aureæ vìrginis & màrtyris, quæ saxo ad collum ligàto, in mare demèrsa est: cujus corpus ad litus ejèctum beatus Nonnus sepelìvit. (*c*) In Isàuria sancti Tatiònis màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Urbàno Præside glàdio cæsus, martyrii corònam accèpit. (*d*) Eòdem die sancti Eutychii, discìpuli beàti Joànnis Evangelistæ, qui ob Evangèlii prædicatiònem in multis regiònibus càrceres, vèrbera, & ignes perpèssus, in pace tandem quièvit. (*e*) Item sancti Geòrgii Limniòtæ mònachi, qui cùm ìmpium Leònem Imperatòrem reprehen-

(b) *Trecentorum Martyrum*. Ann. 261. sub Gallieno. Baron. eo an. n. 48. An. 263. sub Gallieno Pagi t. 1. ad eum ann. 261. n. 1. Die 18. Augusti Maurolyc.

(c) *Aureæ*. Die 22. August. Florent. & Holsten.

(d) *Tationis* Martyr ann. 305. Baron. eo ann. n 16. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(g) *Audoëni Episc.* Obiit an. 677. Baron. eo an. n. 5. An. 690. Sigebert. Chron. Ann. 696. Ado. Ann. 676. aut 677. Sammarthan. Mense Novembris, die, & anno incerto Pagi tom. 3. ad an. 684. n 20. & 23. Die 20. Martii Saussayus Martyrol. Gallic. Die 31. Galesin. & Ferrar.

reprehendisset, quòd sacras Imàgines frangeret, Sanctorumque reliquias combùreret, ejus jussu mànibus abscissis, & càpite incènso, martyr migràvit ad Dòminum. (*f*) Rhotòmagi sancti Audoèni Epìscopi & confessòris. (*g*) Nivèrnis sancti Patrìtii abbatis. (*h*)

(a) *Baron. in not. Concil. Oxonien. Tungr. de observ. Can. c. 19. Duran. lib. 6. c. 7. & alii.* (b) *Baron. an. 261. n. 48. Petr. de Natal. lib. 7. ca. 105. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 229. n. 5. & 7. & Aringhius lib. 1. Romæ Subterran. c. 9. n. 5. & lib. 3. c. 8. n. 9.* (d) *Baron. an. 305. n. 16. & Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. in not. item Græci in Menolog.* (f) *Baron. an. 735. n. 1. & Græci in Menologio relato.* (g) *Baron. an. 631. n. 14. & an. 677. n. 5. Aimon. de gest. Francor. lib. 4. c. 41. Sur. t. 8. posterior. edition. Colonienf. & Sammarthani.* (h) *Baron. in not. Usuard. & Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei.*

Pretiosi spiritus vir eruditus. Prov. 17.

(a) *Vigilia S. Bartholom.* Alicubi hac die Festum, & Apostoli natale agitur, & colitur. Otho Frigenf. lib. 6. c. 25.

(b) *Carthagine trecentorum Martyrum: ex quo Massa candida meruit appellari.* Ms. Divionen. *Carthagine Martyrum Massa, Candida.* Martyrolog. de Peregrin. *Massa propter numerum, Candida propter meritum.* Cardinal. Baronius in not. *Dicti sunt hi Massa Candida, eo quòd in fornace calcaria Martyrium consummarint.* S. Augustinus in Psalm. 49. *Centum quinquaginta tres Martyres* recenset. At Eminentissimus Baronius putat mendum ibi numeralem notam contraxisse. Prudentius quidem in Peristephano, & Hymno S. Cypriani trecentos affirmat: *Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti.* Adstipulanturque Pontius, & alii.

In Hispania quoque Tarraconensi memoria innumerabilium ferè Cæsaraugustanorum Martyrum agitur, qui *Massa Candida* vocitantur, de quib. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 17. quorum Cineres, ut ex Breviar. Cæsaraugustano apud Arringh. lib. 1. c. 8. Rom. Subter. Divino nutu velut frumenti candidam Massam in portiunculas conglobatas ab aliis pulveribus sejunctas adhuc videri in massarum candidis globis nitorem sanguineum demonstrantibus.

(c) *Apud Ostia Tyberina Aureæ Virginis & Martyris, cujus Corpus B. Nonnus sepelivit.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Et in Ostia S. Aura Virginis*; nil aliud. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. ad 22. Augusti: *In Portu Romano Sanctorum Peregrinorum Martyrum, Martialis, Auræ, Saturnini, Epicteti, Aprilis &c.* Apograph. Epternacen. Hieronymian. ad 20. Maii: *S. Aurea in Ostia*, scilicet Tyberina, *Virgo & Martyr.* Alia loco Ostiæ: *Neustria*, seù *Nusia*, aut *Nusia Aurei*. Græci ad 30. Januar. in Mæneis *Auræ*, sivè *Chrysæ*. An eadam, ipsi videant.

Baronius ad an. 229. n. 8. & in not. ad 22. Augusti suadet, hunc *Nonnum* fuisse Hippolitum Episcopum Portuensem, de quo Petr. Damian. & Prudent. in Hymno undecimo. Verùm nihil de hoc affirmare licet; tò *Nonnus* etiam Monachum significat ut idem Baronius animadvertit.

Qui eruditionem inveniet, hauriet. Pro. 8.

(g) *Rothomagi Audoeni Episcopi & Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Rodomo depositio S. Audoeni Episcopi & Confessoris.* Martyrolog. Bluman. *Audomi.* Ms. Roman. Barberinian. *Rodonis Civitate depositio S. Andoeni Episcopi & Confessoris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. *Eodem die Rodomo depositio S. Audoeni Episcopi & Confessoris, qui plurimis miraculorum signis rutilans, oratione Sancta, more Eliæ, è Cælo pluviam adeptus est.*

(h) *Nivernis Patritii Abbatis.* Niverni, seù Nivernæ, & Nivernum, olim Noviodunum, Nevidunum, *Nevers.* Urbs Galliæ Celticæ ad citeriorem Ligoris ripam, Nivernię Ducatus caput. Media ferè inter Lutetiam Parisiorum, et Lugdunum Celtarum. Ms. Rom. Barberinian. *Nevernis Civitate S. Patriani Abbatis & Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Gallia Civitate Neverno natalis SS. Pestrici Abbatis, & depositio S. Gildardi Episcopi & Confessoris.* Martyrol. Veissemburgense: *In Gallia Civitate Neverno Patricii Abbatis & Confessoris. Et in territorio Civitatis ipsius Vico Luperciaco S. Geldari Presbyteri & Confessoris.* Martyrolog. Antuerpien. *In Galliis Civitate Neverna S. Patricii Abbatis, Gedderi Presbyteri.* Hagiologium Franco-Gallic. Labbei: *In Galliis Civitate Nivernis S. Gildradi Presbyteri & Confessoris. In ejusdem territorio S. Patritii Abbatis.* Videndi Sacræ Galliæ Scriptores.

* F Octavo Kalendas Septembris. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

* *Initium Gorpiæi Duodecimi Syro-Macedonum, & Hyperberetæi Duodecimi Macedonum mensis.* Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardinal. Noris.

SAncti Bartholomæi Apòstoli, qui in Ìndia Christi Evangèlium prædicàvit: inde in majòrem Armèniam profèctus, cùm ibi plùrimos ad fidem convertìsset, vivus à bàrbaris decoriàtus est, atque Astyagis Regis jussu capitis decollatiòne martyrium complèvit. Ejus sacrum corpus primò ad Liparam insulam, deinde Beneventum, postrèmò Romam ad insulam Tiberinam translatum, ibi pia fidèlium veneratiòne honoràtur. (*a*) Lutètiæ Parisiòrum sancti Ludovici confessòris, Regis Francòrum, vitæ sanctitàte, ac miraculòrum glòria illùstris. (*b*) Romæ sanctòrum martyrum Eusèbii, Pontiàni, Vincèntii, & Peregrìni, qui primò sub Còmmodo Imperatòre in equùleo levàti, nervis quoque distènti, ac dein de fùstibus cæsi sunt, flammis circa eòrum làtera appòsitis: & cùm in laude Christi fidelìssimè permanèrent, plumbàtis usque ad emissiònem spiritus mactàti sunt. (*c*) Item Romæ sancti Genèsii martyris, qui primùm sub Gentilitàte mimus, cùm in theàtro, spectànte Diocletiàno Imperatòre, mysteriis Christianòrum illùderet, à Deo inspiràtus, repèntè convèrsus ad fidem, baptizàtus est: mox Imperatòris jussu fùstibus crudelìssimè cæsus, deinde in equùleo suspènsus, & ungulàrum diutissimè laceratiòne vexàtus, lampàdibus ètiam inflammàtus, cùm in fide Christi persìsteret, dicens: Non est Rex præter Christum, pro quo si millies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non potèritis; martyrii palmam càpitis obtruncatiòne promèruit. (*d*) Itàlicæ in Hispània sancti Gerùntii Epìscopi, qui tèmpore Apostolòrum Evangèlium in ea provìncia prædicans, post multos labòres, in càrcere quièvit. (*e*) Arelàte in Gàllia beàti item Genèsii, qui exceptòris officio fungens, cùm ìmpia edicta, quibus Christiàni puniri jubebàntur, nollet excìpere, & projèctis in pùblicum tàbulis, se Christiànum esse testarètur, comprehènsus atque decollàtus, martyrii glòriam pròprio cruòre baptizàtus accèpit. (*f*) In Syria sancti Juliàni màrtyris. (*g*) Tarracònæ sancti Magìni màrtyris. (*h*) Constantinòpoli sancti Mennæ Episcopi. (*i*) Trajècti sancti Gregòrii Epìscopi. (*k*) Neàpoli sanctæ Patriciæ vìrginis. (*l*)

(d) *Genesii.* Die præcedent. Florent. & Holsten.

(i) *Menna Episc.* Obiit an. 552. Baron. eo an. nu. 23 Ann. 550. ineunte Decembr. Cardin. Noris Dissert. de Synod. 5. sub Vigil. Pap. c. 6.

(K) *Gregorii Episc.* Obiit ann. 784. Baron. in not. An. 776. Coint. eo an. nu. 26. Mabillon. Sæcul. 3. Benedict. par. 2. & Hensch. ad 26. Martii in vit. S. Ludger. Anno 777. die 1. Junii Pagi t. 3. ad an. 776. nu 13. Nec annum, nec diem mortis Ludger. in vit. memorat.

(a) *Baron. an. 44. n. 34. & an. 1000. n. 6. Sur. t. 4. prior. edit. Leo Ostiens. lib. 2. c. 26. Otho Frisingens. lib. 6. ca. 25. Sigebert. in Chronic. aliique plures.* (b) *Baron. in not. Sur. t. 4. prior. edit. S. Antonin. 3. par. tit. 20. c. 1. §. 12. Gaufridus, & alii.* (c) *Baron. an. 192. Sur. t. 7. prior. edit. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 111.* (d) *Baron. an. 303. n. 118. Sur. t. 5. prior. edit. & t. 8. posterior. & Petr. de Natal. lib. 7. c. 110.* (e) *Baron. in not. & Usuard.* (f) *Baron. an. 303. n. 130. Sur. t. 4. prior. edit. & tom. 8. poster. & Prudent. hymno 4.* (g) *Baron. in not. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 224.* (h) *Baron. ibidem, & Flos SS. Hispan.* (i) *Baron.*

ron. an. 536. *n.* 30. *& an.* 552. *n.* 23. *Evagrius lib.* 4. *c.* 35. 36. *&* 37. *& Nicephor. lib.* 17. *c.* 25. *&* 26. (k) *Baron. in not. Sur. t.* 2. *prior. edit. die* 26. *Martii*, *Molan. in Indicul. SS. Belgii*, *& Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedicti. lib.* 3. *cap.* 184. *& lib.* 4. *c.* 188. *aliique*. (l) *Baron. in not. Paul. Reg. & Anton. Caracciol. ex Cler. Regular. de S. Eccles. Neapolitan. monument. c.* 30. *Sect.* 1. *& seq.*

Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

(a) *Bartholomæi Apostoli*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Natalis Bartholomæi Apostoli in India.* Græci in Menolog. hac die: *Relatio SS. Reliquiarum S. Apostoli Bartholomæi*. Florentinius, & Holstenius ad 4. Augusti alium Bartholomæum Martyrem ferunt: 11. *Nonas Augusti in Nicomedia natalis Sanctorum Sergi*, *& Bartholomæi*.

(c) *Romæ Eusebii*, *Pontiani*, *Vincentii*, *& Peregrini*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. fine palæstra: VIII. *Kal. Septembris natalis S. Pontiani*. Acta apud Sur. tom. 8. posterior. editionis: *Potentianum* efferunt. Usuardus, Ado, & reliqui: *Pontianum*.

(e) *Italica in Hispania Geruntii Episcopi*. Italica, *Siviglia la Vecchia* Italis, *Sevilla la vieja* Hispanis; Urbs olim Hispaniæ Bæticæ, Ilipa dicta, in conventu Hispalensi non ignobilis. Amphitheatri, ac aliorum ædificiorum nobilium extant vestigia trans Betim flumen ab Hispali, locus VI. mille passus abest. Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. Roman. Barberinian. & Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Hispania*, seù *Spania Justi*, *& Pastoris Martyrum*. Martyrolog. vetustissimum Antuerpien. *Spanis Compluto loco* Martyrolog. Corbejen. *In Hispania Julii*, *& Pastoris germanorum*. De Geruntio Hispano silent.

(f) *Arelate Genesii*. Martyrolog. Antuerpien. *In Arelate Genisii*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. ultra: *Et in eadem Provincia Sanctorum Justi*, *& Pastoris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Arelato Genesi Martyris*, *Julii*, *Hermetis*. Martyrolog. Corbejen. *Et Joviniani*. Petrus in Catal. Mombrit. & alii hunc *Genesium* Arelatensem exceptorem confudere cum *Genesio* Romano Martyre histrione hac eadem die, vel mimo professione, ut Baron. in notis, & Pagi tom. 1. ad ann. 303. num. 10.

(g) *in Syria Juliani Martyris*. Martyrologium Corbejen. de Peregrinis, & Petr. de Natal. *In Provincia Syriæ natale S. Juliani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. prosequuntur: *Ubi magnus fuit Conventus Monachorum*, *qui meruit fide coronari*. Ad 14. quidem Januarii *Julianus* cognomento *Saba* colitur, Presbyter in Syria, ac multorum Monachorum Pater, defunctus non *Martyr*, sed insignis *Confessor*, ut Theodoretus in Philotheo.

(l) *Neapoli Patriciæ Virginis*. Cardin. Baronius in not. tradit, hanc Virginem temporibus Constantini Imperatoris, & ad oram marginalem advocat Paulum Regium. Caracciol. vero ex Cleric. Regular. de S. Eccl. Neapolit. monument. c. 30. Sect. 1. & seq. supputat tempore Constantii Monothelitæ; recensendo menda, quibus Paulus Regius quò ad hanc vitam scatet.

Qui sunt ex contentione, nō acquiescunt veritati. Ad Roman. 2.

(a) *S. Bartholomæi Apostoli*: *Ejus Sacrum Corpus primò ad Liparam insulam*, *deindè Beneventum*, *postremo Romam ad Insulam Tiberinam translatum*.

Disceptatio Historico-Topographica.

Reluctantur quidem Beneventani, sacrum hujus Apostoli Corpus Benevento Romam ad Insulam Tiberinam fuisse translatum. Ferunt namque, Othonem Imperatorem sivè Secundum, sivè Tertium, anno Domini Millesimo Beneventum venisse, ut Sacrum hujus Apostoli Corpus peteret; cujus potentiæ ipsi Beneventani resistere non valentes, inito consilio cum eorum Præsule, callidè Corpus S. Paulini pro illo S. Bartholomæi consignavere; sub quo pio dolo Romam adsportatum, in Ecclesia Insulæ Tiberinæ reconditum: Agnito dein ab Othone se à Beneventanis illusum, magno exercitu Beneventum obsedit, dirèque oppugnavit, at Dei ope sine victoria; quamobrem ipsa Beneventana Ecclesia in suo Martyrologio de anno 1316. antiquo caractere Longobardo silet: *Postremò Romam ad Insulam Tiberinam translatum*.

Adstipulanturque primò Historici, inter quos Cardinalis Ostiensis in Chronico Cassinensi lib. 2. cap. 24. ab Eminentissimo Baronio ad an. 1059. num. 1 & ad an. 1077. nu. 23. his verbis laudatus: *Sincerè veritatis Scriptor*. Maximè de hoc facto utpotè primus scriptor, & quasi contemporaneus: quod adhuc legitur in eodem Chronico dein Venetiis edito à Matthæo Vicentino de an. 1513. Parisiis à Jacobo Breul de anno 1602. Neapoli à Matthæo Laureto de anno 1616. & denuò Parisiis ab Archiepiscopo de Nuce de anno 1668. Item Eadmerus Anglicus sua hist. circ. an. 1090. cusa; quam Gabriel Gerberonius iterum cum operibus S. Anselmi Parisiis edidit. Jacobus à Voragine Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Januensis in Legendar. Sanctorum abbreviato de anno 1248. Epistol. Ladislai Regis Neapol. sub 16. Februarii de anno 1414. Angel. Cato Epistol. Pandect. in Medicin. Matthæi Silvat. de anno 1454 exarata. S. Antonin. Ordin. Prædicator. Archiepiscopus Florentin. anno 1459. defunctus sua Histor. par. 1. tit. 6. c. 12. Robertus Caracciolus Ordinis Minorum S. Francisci Episcopus Aquinaten. & inde Lycien. de laudibus Sanctorum Sermon. 42. Venetiis de an. 1490. insculptus. Zenobius Acciajolus Bibliothec. Vaticanus sub Leone X. in Oration. pro Comitiis Generalibus suæ Dominicanæ Religionis de ann. 1615. Mascambrunus Episcop. Stabiens. Dissert. super hoc facto Typis data de anno 1636. Pompejus Sarnelli Episcop. Vigilien.

gilien. in Memoriis Chronologicis Antistitum Beneventanorum de anno 1691. Neapoli per Joseph. Roselli, & alii quamplures, qui hoc Sacrum Apostoli Corpus in Ecclesia Beneventana statuunt.

Secundò Summorum Pontificum Diplomata, nempe Sergii IV. de an. 1011. annis undecim, Leonis IX. de anno 1053. annis quinquaginta tribus, Stephani IX. in Monte Cassino sub 24. Januar. de anno 1057. annis quinquaginta septem post ipsum Beneventanum dolum, Anastasii IV. de anno 1153. Adriani IV. de anno 1157. Benedicti XII. sub 4. Maii de anno 1337. Clementis VI. de anno 1343. Urbani V. de anno 1363. Bonifacii IX. de anno 1400. & Pii II. de anno 1459. quæ omnia originaliter Beneventi vidimus, & manus nostræ contractavere existentiam Corporis S. Bartholomæi Beneventi dictant; quod si quis audacter aliquod ex iis negare vellet, Beneventani eum rogant, ut Beneventum accedat, & omnia ea nedum duobus, sed multiplicatis oculis videat, & legat.

Tertiò diversarum Ecclesiarum Fasta, ut Martyrolog. Adonis de anno 1083. Martyrologium Ecclesiæ Pullanen. Ms. Neapoli penes Cleric. Regular. Sanctorum Apostolorum de anno 1139. Martyrologium Ecclesiæ Florentinæ edito à Vespucio de ann. 1486. Martyrologium de Peregrinis sub Julio III. Papa pro universali Ecclesia de anno 1553. Martyrolog. Molani in Addit. ad Usuard. edition. Lovaniensis de anno 1568. & Martyrologium Ordinis Prædicatorum Venetiis editum apud Juntas de an. 1582. Rursus Missale Romanum adhuc Venetiis editum à Petro Bisello an. 1558. penès Monasterium S. Petri Cælestini Ripæ Limosanorum, nec non & aliud Missale Venetiis quoque cusum caractere Longobardico per Joannem Variscum an. 1559; in quibus omnibus de translatione hujus Sancti Corporis Romam, magnum silentium, & tantum promitur: *IX. Kalend. Septembris natale S. Bartholomæi Apostoli, hujus Sacratissimum Corpus primum ad Insulam Liparis, deinde Beneventum translatum pia Fidelium veneratione honoratur*, ut cecinit Vuandelbertus suo Metrico Martyrologio: *Beneventi & Templa tenere*.

Quartò, Adventus diversorum virorum illustrium ad ipsum Sacrum Corpus Beneventum, inter quos Suggerius Abbas Monasterii S. Dionysii de anno 1122. ut in vita Grassi. Florida uxor Lotarii Imperat. de anno 1157. ut in Chronico Beneventano per Falconium scriptorem probatissimum à Secretis Innocent. Pap. II. Sancta Brigitta de an. 1372. & plerique alii.

Quintò Festum immemorabile singulis annis hac ipsa die Beneventi, & iterum aliud ad 4. Septembris vocitatum: *S. Bartholomæi in Cava* ob repositionem hujus Sancti Corporis à Beneventanis in Cava ejusdem Ecclesiæ factam.

Tot igitur eximiorum Historicorum assertiones; tot Summorum Pontificum Bullæ; tot concordes Sacrorum Fastorum Lectiones in diversis Ecclesiis per proprios Antistites longissimo tempore approbatæ; & tanta affluentia tùm Populorum, tum insignium virorum ad ipsum Sacrum Corpus Beneventi colendum ingenti quidem argumento pro Beneventanis videntur.

Ast adrumant Romani pro existentia hujus Sacratissimi corporis Beneventi; & translationem ejusdem Romam in Insula Tiberina, Franciscus Dinus vir clarus tuetur, & pro Romanis sua Dissertatione monimenta antiquissima accit, ac tercentos Auctores cumulat: Item quo ad Bullas à Beneventanis advocatas obtrudit, latas videri, vel à Pontificibus à Beneventano vulgo deceptis, vel verbis illis *ut dicitur, ut asseritur*, vel ad fovendam erga Apostolum supplicis Populi Beveventani devotionem, quem remansisse credit Beneventi. Nec non Acta Concilii Romani indigitar sub Alexãdro III. Papa, quæ ferre autumat ipsum Apostoli Corpus Benevento Romam translatum; Breve item Pii IV. quod Capitulo Sancti Petri de Urbe mandat Fratribus Minoritis Ecclesiæ S. Bartholomæi Reliquiarum Apostoli restitutionem è dicta Ecclesia inundationis Tiberis occasione ad illam S. Petri translatas; & quandam Schedam vulgò *Cartellone*, cum Friderici literis in ipsa Ecclesia Tiberina positam, ac alias Pontificias Constitutiones. Addendo præterea, Martyrologia laudata non excludere Benevento Romam corpus Beati Apostoli translatum, sed tantùm translationem indieare ad Insulam Liparis, & inde Beneventum.

Occurrunt nihilominus Beneventani insurgendo hoc totum ipsis obiici in puro negativo, infirmo, et futili argumento pro evidenti facti existentia.

Quod dein tot Scriptores pro Romanis scripsere, id non mirum apud Beneventanos, primò sub illa namque pia suppositione insculpsere, quod verè Corpus Apostoli translatum fuerit; secundò ut Pontificibus Urbis, Populoque Romano adularentur; & tertiò nè Romam tanto munere orbatam faterentur, eam translationem admittere adorti sunt.

At è contra ineptè crederetur Scriptores quamvis pauciores pro Benevento potiùs in gratiam Beneventanorum, quàm Romanorum eorumque Pontificum scripsisse, sed pro facti veritate, maximè, quod sunt exteri, & cum Benevento non agnati.

Ita asserere Bullas Summorum Pontificum pro Beneventanis fuisse datas, aut ex Pontificibus deceptis, aut purè in gratiam Beneventanorum modo enunciativo, non erit cur Beneventani hoc idem in Romanos redarguere nequeant eorum Bullis; immò congruentiùs: agebatur namque de commodo & utilitate propria, ac in laudem propriæ Urbis; quando Bullæ pro Beneventanis sunt à Pontificibus de re non proptia, ac proinde majoris ponderis.

Acta

Acta Concilii sub Alexandro III. Pontifice indigitata liquent supposititia: Duo enim fuere Concilia sub hoc Pontifice unum de anno 1168. alterum Æcumenicum, & undecimum de anno 1179. & in neutro quicquam de S. Bartholomæo legitur: Quinimmò Baronius, quamvis ad annum 1000. prælibata Acta promiserit se allaturum forsan sub alicujus scriptoris fide, nihilominus revera nunquam ea exhibuit, quia dein illa non habuit.

Breve Pii IV. prælaudatum, nil aliud continet nisi generaliter: *Reliquiæ Sanctorum, quæ in dicta Ecclesia erant*: nullam mentionem faciendo de S. Bartholomæi Reliquiis: ut Scheda laudata, & aliæ Assertiones sive Pontificiæ, sive alio modo, quæ Beneventanis adversantur, dictione Vulgi Romani loquuntur, & sub erronea illa suppositione, quod revera Beneventani Corpus Apostoli Othoni consignavere: maxime quod Summi Pontifices in his similibus certa eorum scientia non exploratis, vel ad suos Prædecessores, vel ad supplicem petitionem solent se referre.

Item tot diversarum Ecclesiarum Fasta non à Beneventanis confecta ideirco non recensuere corpus S. Bartholomæi Romam translatum, sed Beneventum ubi pia Fidelium veneratione honoratur, quia hæc translatio non extitit, alioquin ea omnia mutila essent; quo erit temere sano intellectui asserere.

Buccinant tandem Romani in Beneventanos Breviarii, & Martyrologii Romani assertiones, quæ omnibus aliis sunt præferendæ.

Sed hæc objectio est petitio principii Beneventanis, qui hoc idem quærunt. Est profectò mera facti non Dogmatis quæstio, ex hominum testimonio pendens, in quo quisque Sanctissimus, ac doctissimus Fidei Orthodoxæ professor aliquando falli queit: exemplo perspicuo in ipsomet Romano Martyrologio comperitur; in cujus prima editione de anno 1580. fictitia quædam Martyr irrepsit ex Græci textus aberratione, qua Eminentissimus Baronius Græcum vocabulum *Xynoridis* quasi proprium alicujus Virginis usurpavit, unde ad 25. Januarii efferebat: *Octavo Kal. Februarii Antiochiæ Sanctæ Xynoridis Martyris*; at quia *Xynoris* apud Chrysostomum puer est, eo errore in posterioribus editionibus emendato repositum fuit: *Octavo Kalend. Februarii Antiochiæ Sanctorum Martyrum Juventini & Maximi, qui sub Juliano Apostata Martyrio coronati sunt*; quem errorem quilibet alius eximius scriptor incurrere potuisset. Et acerrimum quoque Urbani VIII. Pontificis judicium ex eodem Romano Martyrologio *Sulpicium Severum* expunxit ævo anteriori signatum. Hoc idem in Breviario, in quo inter cætera exploratum in præsentiarum, nam præterquam nullatenus Breviaria impressa de an. 1458. 1482. 1545. 1557. 1561 et 1564. asserebant, Ossa S. Bartholomæi Romam in insula Tiberina transportata, & reposita: extat Breviarium de anno 1568. à S. Pio V. Papa approbatum, quod ab antiqua lectione declinando, addidit: *Translationem Benevento Romam ab Othone II. Imperatore factam Gregorio Pontifice Maximo*. Quæ assertio postea perpensa ut erronea, in Breviario Clementino fuit correcta, & sub *Othone III.* notata.

Ex quo elicitur Breviarium esse summè, & indispensabiliter colendum quoad orationes & cultus Ecclesiasticos, secus quo ad lectiones & historias sanctorum in eo insertas; circa quas ita hæsitationi subiicitur, ut semper aliquo die sub quodam sapientissimo Pontifice doctiori rem aliter se habere judicante, emendari, ac locupletari queat. De S. Antonino, qui Florentiæ ut Martyrologium, & Breviarium Romanum; Qui Venetiis ut Petrus de Natal. Qui Genuæ ut Petrus de Voragine scripsere. Item de Sancta Maria Magdalena Massiliæ in Martyrologio, & in Breviario Romano asseritur quiescere, & tamen Vessalienses illam sibi vendicant; & alia plura in Breviario exempla, ac in Martyrologio, ut Baronius ipse in notis in dies adnotat, adstruit, & opponit.

Cæterum præsumptio favorabilis videtur pro Beneventanis penès quos erat Corpus S. Bartholomæi, & illud S. Paulini; & in quorum opinione exibere Othoni unum pro alio, ac proinde ipsis standum, onus incumbendo Romanis probare Othonem non fuisse à Beneventanis deceptum; quod probare non valent; Et quamvis Insula Tiberina ex adverso quasi possessionem diutinam huius Sancti Corporis strependo tubicinet, hoc nonnisi semper ipsa Ecclesia Beneventana contradicente, quæ proprium habuit, & habet titulum.

Adsunuuntque oculares demonstrationes ab Archiepiscopis Beneventanis pro tempore, aperta Urna, & Sacris Reliquiis coram Episcopis Comprovincialibus canonicè, & ritè recognitis, ut videre licet in Synodico ejusdem Beneventanæ Ecclesiæ à pag. 58. ad 77. concinnato cura, zelo, labore, & studio Eminentissimi Archiepiscopi Cardinalis Ursini Ordinis Prædicatorum; nec non in Actis Concilii Provincialis secundi sub eodem Eminentissimo de anno 1698. typis editis.

Quemadmodum adhuc extat ipsius sancti Paulini corporis inventio nuperrimè de anno 1712. in Ecclesia S. Bartholomæi Romæ in insula Tiberina, ut Janningus S. J. in Synopsi encyclica pro sexto tom. ad Acta Sanctorum Junii.

Aliæ demum utriusque Partis rationes quæ suppetunt, feruntur cusæ tum à prælibato Eminentissimo in laudato Synodico, tum in dissertationibus editis ab eruditis viris Basilio Jannello utriusque Juris Doctore, & P. Viva Societat. Jesu, quas etiam refert clarus Franciscus Dinus alia sua Dissertatione historico-Chritica in existentiam hujus Sacri corporis Beneventi.

Ve-

Verùm quùm actus hujus cultus continuati appareant tàm pro Benevento, quàm pro Roma, utrobique sacrum illud Corpus, donec aliter per supremos Censores decretum fuerit, in illa veneratione habendum erit, qua hactenus habitum, ut pluries Eminentissimi Patres S. Romanæ Ecclesiæ decrevere: Idcircò in præsentiarum utendum erit verbis ipsius Eminentissimi Baronii, qui in elucubratis notis ad 10. Decembris pro Sanctis Martyribus Carpophoro, & Abundio hoc suadet: *De quibus magna varietas lectionis; dum penes quosdam Codices Hispalii, ut Beda, Vasæus, & Petrus in Catal. lib. 5. c. 58. & apud alios Spoleti, ut Mombritius, & Mss. quorum autem sint potiora jura, & quibus causa sit adjudicanda, non est nostrum definire: colantur ubique Sancti Martyres, quorum Deus omnia in omnibus, & dives in omnibus, qui invocant eos.* Hæc eadem pro hoc Sancto Apostolo proferenda; colatur Romæ, & Beneventi, & quibus causa definienda, cordatus lector videat, prò cujus scitu hæc indicata; & sicut Baronius ea die silet ubi illi Martyres mortem oppetierint, ita ut modò suis assertionibus Romani, & Beneventani in pace quiescant, interposito sapientiorum judicio, ad instar Menologii Græcorum, Lectio Romani Martyrologii concinnetur: *Relatio Sanctarum Reliquiarum Beati Apostoli Bartholomæi*, addendo ultrà: *Quæ Beneventi, & Romæ in Insula Tiberina pia fidelium devotione honorantur.*

xxix. G Septimo Kalendas Septembris. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

(a) *Zephyrini Papæ.* Martyr an. 221. Baron. eo an. nu. 1. An. 217. Pagi t. 1. ad an. 279. nu. 2. Die 20. Decembr. Raban. Bellin. Maurolyc. & Molan. Addit. ad Usuard. Die 10. Iulii. Pagi loc. cit.

(g) *Victoris* Martyr circ. 950. Vasæus in Chron. Hisp.

ROmæ sancti Zephyrini Papæ & màrtyris. (*a*) Ibìdem sanctòrum, màrtyrum Irenæi, & Abùndii, qui in persecutiòne Valeriàni, cò quòd corpus beàtæ Concòrdiæ in cloàcam projèctum levàverant, in eàndem cloàcam demèrsi fuèrunt: quorum còrpora à Justino presbytero inde extràcta, in crypta juxta beàtum Laurèntium sepùlta sunt. (*b*) Apud Albintimèlium Ligùriæ civitàtem sancti Secùndi màrtyris, viri spectàbilis, & ducis ex legiòne Thebæòrum. (*c*) Bèrgomi in Gàllia Cisalpìna sancti Alexàndri màrtyris, qui & ipse unus ex eàdem legiòne, cùm nomen Dòmini JESU Christi constantìssimè faterètur, martyrium càpitis abscissiòne complèvit. (*d*) Apud Marsos sanctòrum Simplicii, & filiòrum ejus Constàntii, & Victoriani, qui sub Antonìno Imperatòre vàriè primùm excruciàti, tum demum secùri percùssi, martyrii corònam adèpti sunt. (*e*) Nicomedìæ pàssio sancti Hadriàni, filii Probi Cæsaris, qui Licìnio persecutiònem in Christiànos commòtam èxprobrans ab eodom jussus est occìdi: cujus corpus Domìtius Byzàntii Epìscopus, ejus pàtruus, Argyròpoli sepelìvit. (*f*) In Hispània sancti Victòris màrtyris, qui à Mauris pro Christi fide occìsus, martyrii coròna donàtus est. (*g*) Càpuæ sancti Rufini Epìscopi & confessòris. (*h*) Pistòrii sancti Felicis presbyteri & confessòris. (*i*) Limæ in regno Peruàno sanctæ Rosæ de Sancta MARIA vìrginis, tèrtii Ordinis sancti Domìnici.

(a) *Baron. an.* 221. *nu.* 1. *Euseb. Chron. & Histor. lib.* 5. *c.* 27. *& lib.* 6. *cap.* 15. *Nicephor. Callist. lib.* 4. *c.* 10. *Nicephor. Episc. in Chronic. & Petr. de Natal. lib.* 11. *c.* 130. *n.* 18. (b) *Baron. an.* 261. *n.* 10. (c) *Baron. an.* 297. *n.* 16. *Mombrit. t.* 2. *vit. Sanctor. Petr. in Catal. lib.* 7. *c.* 117. (d) *Baron. an.* 297. *n.* 16. *Mombrit. t.* 1. *Usuard. & Ado.* (e) *Baron. in not. Nicephor. in Chron. de Episc. Constantinopolitan. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. Sur. t.* 7. *prior. edition. Vasæus in Chronic. hispan. & Molan. Addit. ad Usuard.* (g) *Baron. in not. Breviar. Capuan. Sanctuar. Me-*

Monachi , *& Ferrar.* (h) *Baron. in not.* (i) *Marchese in Diar. Sanctorum Dominicanor.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Eccl. 4.

(a) *Zephirini Papæ & Martyris*. Cardinal. Baron. hunc S. Pontificem, ut Martyrem colit in Romano Martyrologio: & in Annalib. ad an. 221. num. 2. de hoc Martyrio hæsitat. At Petr. de Natal. ad 20. Decembr. qua die ipsum veneratur, docet, neminem ex Romanis Pontificibus usque ad S. Silvestrum, excepto Marco, Martyrium evasisse.

(b) *Ibidem Irenæi*, *& Abundii*, *in persecutione Valeriani*. Martyrologium S. Vuillibrordi: *Romæ Quintini*, *Maximiliani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. addunt: *Basilli*, Martyrol. Corbejen. *Romæ in Cœmeterio SS. Basillæ, Maximiliani*, *Quinti Martyrum*, *via Prænestina Militum xxv*. Martyrol. Ms. Reginæ Sueciæ apud Holstenium: *Ibidem & Abundii*, *quos Deciana persecutione &c.* Rursùs: *Et in eadem Urbe SS. Martyrum Mercurii*, *Maxiliani*, *Quintini*. Rabanus, & Beda genuinus: *Romæ Hærenei*, *& Abundii*, *ex Deciana persecutione Martyrum*.

(c) *Apud Albintimelium Liguriæ Civitatem S. Secundi Martyris*. De Peregrinis: *Apud Vigintimillium Civitatem Italiæ*. Petr. in Catal. *Albintimelii Liguriæ Provinciæ Civitate*. Beda, & Usuard. *Vintimelium*, vel *Villimilium*. Alii: *Albintimilium*. Cælius apud Ciceron. Epist. fam. lib. 8. *Intemelium*, & Plin. lib. 3. ca. 5. *Albium Intermelium*, Italis *Ventimiglia*, urbs Liguriæ litoralis ad Ostia Rutubæ amnis inter Albingaunum, & Nicæam, portui Monæci propinqua: *Secundus Martyr unus ex Ducibus Legionis Thebeæ sub Maximiano*. Mombrit. tom. 2. Corpus Taurini, ubi magna celebritate colitur ad 28. Augusti.

De mendacio ineruditionis tuę confundere. Eccl. 4.

(f) *In Hispania Victoris Martyris*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *In Gallia Civitate Arelato Sevi*, *Victoris*, *Primi*, *Victoris*. At hic Victor Martyr alius videtur ab Hispano Victore.

(g) *Capua Rufini Episcopi*. Die præcedenti Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrolog. Bluman. *In Capua Civitate Campaniæ Rufinæ*, *Euthicæ*, *cum sociis eorum*. Martyrol. Epternacen. *In Capua Rufinæ*, *Euticæ*, *Julii*, *Hermetis*. Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ: *Capua Campaniæ Rufinæ*, *Euticæ*. Martyrolog. Corbejen. *In Capua Civitate Campaniæ Rufini*, *Euthicii*, *cum sociis eorum*. Ms. Roman. Barberinian. *In Capua Civitate Campaniæ Rufini*, *& Julii*, *Hermetis*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci die sequenti: *In Lucania Civitate Felicis*, *Saviniani*, *Honorati*, *& S. Rufini*. Ms. Vatican. S. Petri pro Saviniani, *Sabaniani*. An pro *Rufinæ* in aliis Codicibus legendum *Rufini*, Fasta Capuana videant. Verùm alii Codices de S. Rufino Capuano die sequenti.

xxviii. A Sexto Kalendas Septembris. Luna. 27

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

A B C D E *F* F G H M N P

23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

CApuæ in Campània natàlis Sancti Rufi Epìscopi & màrtyris, qui cùm esset Patriciæ dignitàtis, à beato Apollinàre sancti Petri discìpulo cum univèrsa famìlia baptizàtus est. (*a*) Ibìdem sanctòrum màrtyrum Rufi, & Carpòphori, qui sub Diocletiàno, & Maximiàno passi sunt. (*b*) Tomis in Ponto sanctòrum màrtyrum Marcellìni tribùni, & uxòris ejus Mannèæ, & filiòrum Joànnis, Serapiònis, & Petri. (*c*) In Sicìlia apud Leontìnos sanctæ Euthàliæ vìrginis, quæ cùm esset Christiàna, à fratre suo Sermiliàno glàdio cæsa migràvit ad Sponsum. (*d*) Eòdem die pàssio sanctæ Anthùsæ juniòris, quæ ob Christi fidem in pùteum mersa, màrtyrium sumpsit. (*e*) Bèrgomi sancti Narni, qui à beàto Bàrnaba baptizàtus, primus ab eo ejùsdem civitàtis Epìscopus est ordinàtus. (*f*) Arelàte sancti Cæsàrii Epìscopi, miræ sanctitàtis, & pietàtis viri. (*g*) Augustodùni sancti Syàgrii Epìscopi & confessòris. (*h*) Papiæ sancti Joànnis Epìscopi. (*i*) Ilèrdæ in Hispània Tarraconènsi sancti

(a) *Rufi Episc.* An. 44. datus Capuæ Episcopus. Baron. eo an. n. 27. An. 80. Caracciol. ex Cleric. Regular. de Sacr. Eccles. Neapolit. Monument.

(d) *Euthaliæ Virginis*. Die 6. Maii Menol. Sirleti.

(g) *Cæsarii Episc.* Obiit an. 544. Baron. eo ann. nu. 11. An. 542. Pagi to. 2. ad an. 544. n. 8. Ann. 543. Sammarthani. Anno 549. Barral. Chronolog. Lirinen. An. 590. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. Anno 700. Vincentius.

(i) *Joannis Episc.* Circ. ann. 800. Ferrar.

cti Licerii Episcopi. (*k*) In Thebàide sancti Pœmònis anachoritæ. (*l*) In Picèno apud Septempedànos sanctæ Aargaritæ viduæ. (*m*)

(a) *Baron. an. 44. n. 27. Sur. t. 4. prior. edit. in Act. S. Apollinar. ad 23. Julii, Petr. in Catal: lib. 7. c. 119 Galesin. Ferrar. & alii.* (b) *Baron. an. 303. n. 120. Breviar. Capuan. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.* (c) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. ibid. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. an. 775. n. 6. item Græci in Menologio.* (f) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Bergomen. & Galesin.* (g) *Baron. ann. 544. n. 11. Sur. t. 4. prior. edit. Petr. de Natal. lib. 7. c. 125. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. Mabillon. Sæcul. 1. Benedict. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei, Sammarthani, aliique.* (h) *Baron. an. 587. n. 27. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 9. c. 23. Hagiologium citat. Sammarthani, & Raban. hac die.* (i) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Pasten.* (k) *Baron. in not. & Flos SS. Hispan.* (l) *Baron. ibidem, & Græci in Menologio.* (m) *Baron. in not.*

Si multitudinem scientiæ desiderat quis scit versutias sermonum. Sapien. 8.

(a) *Capua Rufi Episc. & Martyris.* Capua, Urbs Campaniæ ad Vulturnum amnem valdè antiqua, clarissima olim totius Italiæ, sæpiùs excidium passa, postremò à Longobardis solo æquata, novaque ad ulteriorem fluminis ripam, à veteri 11. mille passus condita. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Capua natalis S. Rufini.* Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Rufi.* Mss. Attrebaten. Tornacen. Lætien. & Barberinian. Roman. *Martyris.* Martyrolog. Corbejen. *In Capua Sanctorum Rufi, Magni.* Petr. de Natal. ex Actis: *Rufi Discipuli S. Apollinaris*; silet *Episcopi.* Maurolyc. & Ferrar. *Rufi Episcopi sub Nerone.* Menard. ad Sacramentarium Gregorii non annuit *Capua* hac ipsa die duos *Rufos* coli, sed quòd alter *Rufinus* sit, ut in parvo Martyrologio Rhemensi Sacramentario Gregorii adnexo. Maurolyc. verò & Ferrar. adstipulantur Martyrologio Capuano, hos duos *Rufos* hac die *Capuæ* ferentes.

Cardinal. Baron. in Annalibus refert, hunc Rufum datum fuisse Episcopum Capuæ anno 44. ut eo an. n. 27. Caracciolus tamen Clericor. Regular. de Sacr. Eccl. Neapolitan. Monument. cap. 3. sect. 10. pag. 70. testatur, se ex Catal. Episcopor. Capuanorum à Bellarmino Cardinali doctissimo recognito, legisse hunc Rufum diù post S. Petri obitum, à B. Apollinari ex Patricio Ravennate Christi servum effectum, atque non nisi circa ann. 80. Capuam in Episcopum missum. Ferrar. Nova Topographia ad Roman. Martyrol. in Calce: *Capua Martyr tantùm habetur.*

(b) *Ibidem Rufi, & Carpophori.* Ferrarius ex Breviario Capuano: *Rufi Diaconi, & Calfurnii, dein Carponii in Baptismo vocati, sub Diocletiano, & Maximiano.*

(c) *Tomis in Ponto Marcellini Tribuni, & uxoris ejus Mannea, & filiorum Joannis, Serapionis, & Petri.* Tomi in Ponto, Urbs olim Cappadociæ. Straboni *Tomisa* dicitur; Castellum quoddam Cappadociæ clarum, ubi Licinius carnificinam Martyrum exercuit. Cujus tamen loci nullus veterum, præter Historiæ Martyrum scriptores, meminit. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Tuma Civitate Marcellini Tribuni, & Mannis uxoris ejus cum filiis Joannis, & Serapionis, Clerici, & Petri militis.* Martyrolog. Bluman. *In Tumu Civitate.* Martyrolog. Antuerpien. *In Thomis Civitate Marcellini, Tribuni, & Manis uxoris ejus cum filiis Joanne, Petro.* Martyrolog. Corbejen. *Constantinopoli Marcellini Tribuni, & Maronis uxoris ejus cum filiis ejus Joanne, & Serapione, Elerici, & Petri Militis.* Notker. apud Canis. *Tomis Marcellini Tribuni, & uxoris ejus Manatæ, & filii ipsius Joannis, & Serapionis, Clerici, & Petri Militis.* Petr. de Natal. Martyrol. Rom. *Serapioni* addit *Clerici*; & Maurolyc. *Sub Clusiano Præside, feris, ac facibus superatis, gladio percussos, & in ignem conjectos.*

Nihil sciens circa pugnas verborum non acquiescit sanis sermonibus. 2. Timoth. 6.

(d) *In Sicilia apud Leontinos Euthaliæ Virginis.* Baron. in not. alios pro eadem non advocat, nisi Græcos hac die in Menol. Verùm si hoc Menologium erit illud Sirleti, quo Baron. utitur, & hoc non hac die, sed ad 6. Maii; si illud apud Maximum Cytheræum, & in hoc die 2. Maii promitur, & nudo nomine. Item Græci in Menæis ad 12. Augusti: *Euthasia gladio cæsa est.* An alia, Fasta græca videnda.

(g) *Arelate Cæsarii Episcopi.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Arelate Civitate depositio S. Cæsarii Martyris.* Ms. Barberinian. Roman. *Arelatis depositio S. Cæsarii Episcopi.*

(h) *Augustoduni Syagrii Episcopi & Confessoris.* Ms. Barberinian. Romanum: *Augustoduno natale S. Agri Episcopi.* Martyrol. Corbejen. *Suacri.* Martyrol. Veissemburgense: *In Gallia Arelate Civitate depositio S. Siagri Episcopi.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium, ac Martyrolog. Benedictin. & Molanus Addit. ad Usuard. ad 11. Aprilis memorant in Gallia alium *Syagrum* Episcopum Lugdunensem.

xxvii. B Quinto Kalendas Septembris. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4							

(a) *Augustini, cujus reliquiæ Ticinum translatæ.* Ann. 725. Baron. eo an. n. 5. An. 718. Ado, & Otho Frising. Anno 721. Sigebert. in Chronic. & Sigon. de Regno Ital. Ann. 722. Herman. Contract. Ann. 734. Marian. Scot. An. 712. Mabillon. t. 1. Musæi Ital. pag. 22. An. ignoto Pagi to. 3. ad an. 725. n. 1. Die 6. Martii Offic. Canonic. Lateranenſ.

(f) *Alexandri Episcop.* Die 30. Septembris Græci in Menolog.

HIppòne Règio in Africa natàlis ſancti Auguſtìni Epìſcopi, & Ecclèſiæ Doctòris exìmii: qui beàti Ambròſii Epìſcopi òpera ad Cathòlicam fidem convèrſus, & baptizàtus, eam advèrsùs Manichæos, aliòſque hærèticos acèrrimus propugnàtor defèndit: multiſque àliis pro Ecclèſia Dei perfùnctus labòribus, ad præmia migràvit in cœlum: cujus reliquiæ primò de ſua civitàte propter bàrbaros in Sardiniam delàtæ, & pòſteà à Luitpràndo Rege Longobardòrum Ticìnum translàtæ, ibi honorìficè cònditæ ſunt. (*a*) Romæ natàlis ſancti Hermètis viri illuſtris, qui (ut in Actis beàti Alexndri Papæ lègitur) primò carceràli cuſtòdiæ mancipàtus, deìnde cum àliis plùrimis, glàdio cædènte, martyrium complèvit ſub Aureliàno Jùdice. (*b*) Brivàte apud Arvèrnos pàſſio ſancti Juliàni màrtyris, qui cùm eſſet beàti Ferrèoli tribùni comes, & in hàbitu militàri occùltè Chriſto ſervìret, in perſecutiòne Diocletiàni à milìtibus tentus, desècto gùtture, morte horrìbili necàtus eſt. (*c*) Conſtàntiæ in Gàllia ſancti Pelàgii màrtyris, qui ſub Numeriàno Imperatòre, & Evilàſio Jùdice martyrii corònam accèpit. (*d*) Salèrni ſanctòrum màrtyrum Fortunàti, Caii, & Anthes, ſub Diocletiàno Imperatòre, & Leòntio Procònſule decollatòrum. (*e*) Conſtantinòpoli ſancti Alexàndri Epìſcopi, glorióſi ſenis, cujus oratiònis virtùte Arìus divìno judicio damnàtus crèpuit mèdius, & effùſa ſunt vìſcera ejus. (*f*) Apud Sàntonas ſancti Viviàni Epìſcopi, & confeſsòris. (*g*) Item ſancti Mòyſis Æthìopis, qui ex ìnsìgni latròne insìgnis anachorita, multos latrònes convèrtit, & ſecum duxit ad monaſtèrium. (*h*)

(a) *Baron. an. 385. n. 2. An. 388. n. 71. an. 391. n. 22. an. 430. n. 74. an. 504. n. 38. an. 725. n. 5. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 132. n. 2. & an. 629. n. 3. & Sur. t. 3. prior. edit. in Act. S. Alexandri Pap.* (c) *Baron. an. 303. n. 130. S. Gregor. Turonen. lib. 2. de glor. Martyr. c. 29. Lippoman. t. 3. & Sur. t. 4. prior. edition. & t. 8. poſterior.* (d) *Baron. an. 284. n. 9. Petr. in Catal. lib. 7. c. 120. & Zonara t. 3. Annal.* (e) *Baron. an. 317. n. 17. & an. 340. n. 15. Rufin. hiſt. lib. 1. c. 12. Theodoret. lib. 1. c. 14. Socrat. lib. 1. c. 25. & lib. 2. c. 3. & 4. Sozomen. lib. 8. c. 17. & Nicephor. hiſt. lib. 8. c. 15.* (g) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſor. c. 58. Sammarthan. aliique Sacr. Galliæ Scriptores.* (h) *Baron. in not. Græci in Menologio, Nicephor. lib. 11. c. 36. & Vit. Patr.*

Secundùm ſcientiam novi, judicium labiorum attendite. Job. 13.

(a) *Hippone Regio in Africa Auguſtini Epiſcopi.* Hippo Regius, *Bona*. Urbs olim Africæ proprie dictæ apud Rubricati fluminis oſtium, inter Tabracham, & Aphrodiſium Romanas Colonias. Quondam clara, nunc mediocriter habitata. Hippo Regius dicitur, ut ab Hippone Diartithos, urbe quoq; Africæ, diſtinguatur. Martyrolog. vetuſtiſſim. S. Vuillibrordi: *In Africa depoſitio Fauſtini Epiſcopi, & Auguſtini Ippone Civitate.*

Cardinal. Baron. in not. ad 28. Februarii pro translatione Reliquiar. Ticinum, Epiſtolam accit Petri Oltradi Archiepiſcopi Mediolanenſis ad Garolum Magnum, in qua memoratur. Pagi tamen tom. 3. ad an. 725. nu. 2. hanc Epiſtolam ut adulterinam proſtat.

Qui audiunt verbum, cuſtodiunt illud. Luc. 11.

(b) *Romæ Hermetis*. Beda genuin. sine loci præsignatione: *v. Kal. Natale S. Hermetis Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ via in Cœmeterio Hermetis, Basilei, Heliç, Stephani Diaconi. In Alexandria Poliœnis, Serapionis, Hermetis*. Martyrolog. Epternacen. *Romæ Hermetis, Item Romæ Basilei, Heliæ, Stephani Diaconi*. Martyrolog. Corbejen. *Romæ via Salaria vetere in Cœmeterio Hermetis, Basillei, Stephani, Diaconi, Pollionis*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. die præcedenti: *Romæ Hermetis, & Basillæ*. Et hac die iterum, ut Roman. Martyrolog. An alius, ut autumat Holstenius, alii definiant. Bucherius suo fragmento antiquissimo: *v. Kal. Hermetis in Basilla Salaria vetere*.

Baronius in not. suadet, Pelagium Secundum Papam illustrasse S. Hermetis Cœmeterium. Fronto suo Kalendario adnotat: *Adrianum Primum Basilicam Cœmeterii Sanctorum Hermes, Preti, & Hyacinthi, atque Basillæ, miræ magnitudinis innovasse*; Cœmeterium quippè Basillæ tempore Liberii Papæ extitisse videtur: quo ævo Kalendar. Fronti scriptum inspicitur.

(c) *Brivate apud Arvernos Juliani Martyris*. Brivates, *Brioude*. Olim pagus Arvernorum in Gallia Aquitaniæ, nunc oppidum amplum, & præclarum Arvernis Provinciæ, intra Montes Cemenos, undè Elaver amnis exoritur. Martyrol. de Peregrin. sine agonis loco: *Eodem die passio S. Juliani Martyris*. Ms. Roman. Monaster. S. Cyriaci præsignat: *Arvenico*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Urbi Brivatinse*. Martyrolog. Corbejen. *Urbis Vico-Brivate*. Martyrolog. Bluman. *Urbis Vico Brivatinsi S. Vibiani Episcopi*. S. Gregor. Turonen. à Baron. in not. accitus: *Vico Brivatense*. Saussayus Martyrolog. Gallican. ad 7. Jan. alium *Julianum* Martyrem promit in *Tractu Andegavensi in Gallia*.

(e) *Salerni Fortunati, Caii, & Antes*. Baron. animadvertit in not. *In Ecclesia Salernitana Corpora horum SS. asservari in inferiori Crypta. In superiori autem sub Altari majori positum esse Corpus S. Felicis Presbyteri & Martyris, cujus anniversaria celebritas illic agitur xx1. Februarii*. At in officio Salernitano cuso anno 1594. colitur S. Felix 30. Aug. cum S. Adaucto via Ostiensi occisus, cujus Corpus in Altari Majori requiescit, nulla mentione facta alicujus cultus ad 21. Februarii: undè Felix ad 21. Februarii, de quo ea die Romanum Martyrolog. est alius, & quidèm Martyr in Africa.

(f) *Constantinopoli Alexandri Episcopi*. Martyrolog. Epternacen. & Hieronymian. Lucen. addunt: *Et Viviani Episcopi*.

(g) *Apud Santonas Viviani Episcopi*. Bellin. *Juliani*. Alii *Bibiani*. Baron. in not. *Viviani, aliàs Bibiani*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Lætien. *Sconis Civitate Bibiani Episcopi, & Confessoris*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Comic*.

** *Initium primi mensis Ægyptiaci Thoth.* Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardin. Noris.

29 Quarto Kalendas Septembris. Luna. C xxvj.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
A B C D E *F* F G H M N P
25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

(a) *Decollatio S. Joannis Caput secundò inventum*. Die 25. Maii Græci in Menologio. Die 25. Martii Ms. Bruxellen. Florarium Sanctor. & alii. Die 10. April. Greven. Auctar. ad Usuard.

(e) *Hypatii Episcop. & Andreæ*. Die 22. Septembris Græci in Menolog.

(i) *Sebbi Regis*. Obiit ann. 672. Baron. eo an. n. 4. An. 694. aut 695. Pagi t. 3. ad an. 672. n. 7.

(l) *Sabinæ*. Circ. 275. Petr. in Catal.

Decollàtio sancti Joànnis Baptistæ, quem Heròdes circa festum Paschæ decollari præcepit: cujus tamen memòria hoc die solèmniter còlitur, quando ejus venerandum caput secundò invèntum fuit: quod pòsteà Romam translatum, in Ecclèsia sancti Silvèstri ad Campum Martium summa pòpuli devotiòne asservàtur. (*a*) Romæ in monte Aventino natalis sanctæ Sabinæ màrtyris, quæ sub Hadriàno Imperatòre glàdio percùssa, màrtyrii palmam adèpta est. (*b*) Item Romæ sanctæ Càndidæ virginis & màrtyris, cujus corpus Paschàlis primus Papa in Ecclèsiam sanctæ Praxèdis trànstulit. (*c*) Antiochiæ in Syria natàlis sanctòrum màrtyrum Nicææ, & Pauli. (*d*) Constantinòpoli sanctòrum màrtyrum Hypàtii Epìscopi Asiàni, & Andrèæ presbyteri, qui ob cultum sanctàrum Imàginum sub Leòne Isàurico barba pice illita atque incènsa, & cute càpitis extràcta, jugulàti sunt. (*e*) Perùsiæ sancti Euthymii Romàni, qui cum uxòre, & Crescèntio filio Diocletiàni persecutiònem fugiens, ibi quièvit in Dòmino. (*f*) Metis sancti Adèlphi Epìscopi & confes-

confessòris. (*g*) Lutetiæ Parisiòrum depositio sancti Mederici presbyteri. (*h*) In Anglia sancti Sebbi Regis. (*i*) Apud Smyrnam natalis sanctæ Basillæ. (*k*) In pago Tricassino sanctæ Sabinæ virginis, virtutibus & miràculis gloriòsæ. (*l*)

(a) *Baron. an. 31. n. 45. An. 33. n. 1. & an. 391. n. 7. & sequ. Florentinius suo Martyrologio Occidental. exercitat. 3. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 122. n. 2. & an. 432. n. 36. & Mombrit. t. 2.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. nu. 229. Bellin. Maurolyc. & alii.* (d) *Baron. ibid. Molan. addit. ad Usuard. Petr. de Natal. lib. 11. n. 230. Bellin. & Maurolyc.* (e) *Baron. an. 735. n. 1. & Sur. t. 7. prior. edition. in Act. S. Stephan. Junioris ad 28. Novembris.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. an. 303. n. 117. Molan. Addit. ad Usuard. hac die, Demochar. de Sacrific. Missæ, & S. Petr. Chrysolog. serm. 126.* (h) *Baron. in not. Vincent. lib. 37. c. 92. & Tritbem. de vir. illustr. Ordin. S. benedict. lib. 3. c. 231.* (i) *Baron. an. 672. n. 11. & Beda de gest. Anglor. lib. 4. c. 11.* (k) *Baron. in not. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 23.* (l) *Baron. ibidem, Usuard. hac die, & Petr. in Catal. libr. 7. cap. 134.*

Omnis scriptura utilis est ad arguendum. 2. ad Timoth. 3.

(a) *Decollatio S. Joannis Baptistæ.* Martyrol. Corbejen. *In Provincia Palestina Civitate Sebastię S. Joannis Baptista.* Martyrologia Epternacen. & Hieronymianum Lucen. *Et aliorum DCCCC.*

(b) *Romæ in Monte Aventino Sabinæ Martyris.* Martyrol. Corbejen. *Romæ via Ostiensi.* Martyrol. Roman. vetus in Schedis Antonii Caraccioli Neapol. penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Romæ ad Arcum Faustini.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium nullo præsignato loco: 4. *Kal. S. Sabinæ Virginis & Martyris.*

(c) *Item Romæ Candidæ Virginis & Martyris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ via Ostiensi Felicis, Candidi, Forigæ, Adausis, Gemellinæ, cum sociis eorum.* Martyrol. Bluman. *Romę Felicis, Candedi Virginis, Foricia, Adausia;* & alio caractere antiquo prosequitur: *Romæ S. Sabinę Martyris.* Martyrol. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Romæ Felicis, Candidæ, Furina, Adavisa, Gemellinę.* Martyrol. Corbejen. *Romæ via Ostiensi Felicis, Candida Virginis, Foricia, Adausia, Gemellinę cum sociis eorum.* Petr. de Natal. 4. *Kal. Septembris Sanctæ Candidę Virginis, quæ in pace quievit.*

Cardinal. Baron in not. advocat pro hac Candida Virgine & Martyre Usuardum: Bellinus verò, & Maurolyc. ex Usuardo Candidam Virginem tantùm recolunt: an alia, ipsi Martyrologi decernant. Verùm Baronius addit, in marmorea tabula Ecclesiæ S. Praxedis Romæ inter alios Martyres S. Candidam numerari.

(d) *Antiochiæ in Syria Nicea, & Pauli.* Martyrologium Epternacen. *Nici.* Martyrol. Bluman. *Nicea.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Nicei.* Ms. Roman. Barberinian. *In Antiochia Syriæ natale Basilei, & Pauli.* Baronius in not testatur, se hos sanctos ex Mss. antiquissimis, & ex Molano Addit. ad Usuardum hausisse. Verùm ante Molanum videtur Petrum de Natal. Bellinum & Maurolyc. eorum meminisse.

(h) *Lutetię Parisiorum Mederici Presbyteri.* Usuard. *Mederici Episcopi.* Trithemius lib. 3. c. 31. *Mederici Abbatis.*

Qui habet sermonem, narret sermonem. Jerem. 23.

(i) *In Anglia S. Sebbi Regis.* Baron. ad an. 672. n. 11. & sequ. tradit hunc S. Regem peste sublatum. Pagi t. 3. ad eum annum animadvertit, perperàm Baronium hoc credidisse. Ipsi tamen viri eruditi id consulant.

(k) *Apud Smirnam S. Basillæ.* Smyrna, *Le Smirne.* Urbs Joniæ quondam nobilissima, & post Ephesum primaria inter Phocæam, & Colophonem; intra sinum apud Hermi fluvii ostia. Ms. Roman. Barberinian. *In Smirnia natale S. Basillę Virginis.* Martyrol. de Peregrinis: *In Syria natale S. Basileæ.*

Disceptatio Chronologica.

(a) *Decollatio S. Joannis Baptista, quem Herodes circa festum Pascha decollari precepit.*

Non leves ambages hoc Martyrium habet quo ad præcisum tempus, quo hic sanctus Præcursor decollatus; Sabiano scribente ad annum Christi 32. circa hujus anni finem interprete Nicephoro lib. 1. histor. c. 19. *Triginta & duobus annis & mensibus sex munere in terris suo explendo peractis.* Et Metaphrast. Commentar. de S. Joan. apud Sur. t. 8 posterior. edit. c. 32. *Cum triginta duos annos, & sex menses peregisset in terra:* Ex quibus Codicibus si Joannes sex mensium ætate Christum præcesserit natus die 24. Junii, jam obiit in ipso pervigilio nati Domini 24. Decembris, & non circa festum Paschæ.

Aliundè Latini Codices antiqui hac die 4. Kal. Septembris decollationem capitis Præcursoris venerantur, ut Sacramentarium Gregorii, tam apud Pamelicum t. 2. Liturgicorum, quàm penès Menardum notis illustratum: *IV. Kal. Septembris eadem die decollatio S. Joannis Baptistæ;* testante Menardo se hæc verba nactum ex Mss. Codicibus Rodradi, Ratoldi, & Rhemensi. Item Beda

edi-

editus inter vetustiores Martyrologos profert: 4. *Kal. Septembris passio, & decollatio, vel potiùs inventio capitis B. Joannis Baptistæ, quem Herodes, ut Evangelistæ referunt, decollari præcepit*. En quot variæ lectiones quo ad tempus, quo hic Sanctus capitis detruncatione agonem Martyrii perfecit.

Verùm Beda laudatus, ex Marcellin. Chronic. se accepisse fatetur: *In libro sacramentorum natale ejus* (nempe Joannis Baptistæ) *4. kal. Septembrium denotatum est, & in Martyrologio, quod Eusebii, & Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur 4. Kalend. Septembris: In Edessa Emesa Civitate Phenicia natale Joannis Baptistæ die, quo decollatus, non specialiter ipsum diem decollationis ejus, sed diem potiùs, quo caput ejus in eadem Edessa Civitate repertum, atque in Ecclesia est conditum designans*.

At Marcellinus apud Scaliger. in Thesauro tempor. indict. 6. Inventionem capitis Præcursoris refert 24. Februarii, media Sacrorum Jejuniorum Hebdomada; undè ex Marcellino non videtur posse elici, Sacri Corporis inventionem contigisse hac die 29. Septembris, quùm hanc secundam inventionem die 24. Februarii signaverit.

Usuardus adhuc scripsit: *iv. Kal. decollatio, vel potiùs inventio capitis Beatissimi Joannis Baptistæ, siquidem decollationem ejus circa Solemnitatem Paschalem evenisse ex Evangelica comprobatur lectione, quæ tamen hic festivè colitur, quando caput ejus repertum est secundò in Edessa* (*Emesa*) *Civitate, atque in Ecclesia conditum*.

Sed hæc Hieronymi Martyrologio refragantur, hac die 29. Augusti nonmodò capitis inventionem colente: *In Edessa Emisena* (Emesa verò ubique legitur) *Phenicia*; sed addit: *Celebritatem illam esse die, quo decollatus est*. Hoc idem in Martyrolog. S. Vuillibrordi, in hœdino Hagiologio, & in Kalendario Canonicorum Lucensium: *iv. Kalend. Septembris Decollatio S. Joannis Baptistæ*, apud Florentinium virum summum, penès quem alia, quo ad hanc exercitationem, pertinent, pro qua tantùm hæc prodimus, ut non pro certò habeatur in sacris Fastis decollatio hujus Sancti ab Herode circa Festum Paschæ: quamobrem Codex Cathedralis Lucensis sanè protulit: *In Provincia Palæstina Civitate Sebastiæ natale S. Joannis Baptistæ*; nil exprimendo de tempore, quo obtigerit. Et Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium doctissimum: *4. Kal. Decollatio S. Joannis Baptistæ, qui primò in Samaria conditus, nunc in Alexandria. Porrò caput de Hierosolymis ad Phenicem Urbem Emissam delatum*. Ex qua lectione eruitur, quod hæc dies 29. Augusti sit quidem Decollationi dicata.

Cæterùm quamvis Eminentissimus Baronius ad annum 391. num. 7. & in not. vindicet hanc secundam capitis Inventionem obtigisse an. XIII. Theodosii scilicet anno 391. *Tatiano, & Simmacho Coss.* contra quàmplures eam ad *Marciani Augusti* tempora referentes; nihilominùs quùm de hoc dubitetur, id in Martyrologio Romano non exprimit, ita, sapientiorum definitione interposita, solers erit Romani Martyrologii lectio, si hac trica expuncta, concinnetur: *Decollatio S. Joannis Baptistæ, cujus memoria hoc die sollemniter colitur, quando ejus venerandum caput secundò inventum fuit*.

(k) *Apud Smyrnam natale S. Basilla*.

Locus hujus Sanctæ vario modo indicatur; Nam quamvis Baronius in not. suadeat, se in veter. Romano Martyrologio, & in Mss. legisse: *Apud Smyrnam*. *Disceptatio Topographica.*

Maurolyc. tamen testatur, ex veteribus libris se nactum: *Syrmii natalis S. Basilla*. Adstipulanturque Petr. de Natal. & Apographa Martyrologii S. Hieronymi Epternacen. & Corbejen. *In Sirmii Basillæ*, seù *Basilissæ Virginis*, scilicet Sirmii in Pannonia inferiori.

Nihilominùs posset dici, quòd *Basilla Sirmiensis* à Petro producta, sit alia *à Smyrnensi*, maximoperè, quòd Martyrolog. Corbejen. *Syrmii Basilissam* tribuit. Sed liquet errore librarii fuisse positum *Basila*, seù *Basilissa* pro *Basilla*. Cæterum conveniunt in loco *Sirmii*. Rursùs Bellinus, Molanus Addit. ad Usuard. & de Peregrinis alio modo signant, nempe: *In Syria S. Basilla*. Acta quidem nihil de loco insinuant. Undè certius erit, ut Roman. Martyrologium, nulla præsignatione loci, habeat: *Eodem die natale S. Basilla*.

XXV.

30 Tertio Kalendas Septembris Luna. D 25. xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

(c) *Pammachii*. Obiit ann. 410. Baron. eo an. nu. 30. Ann. 409. Pagi t. 2. ad ann. 410. nu. 17. Die 26. April. Auct. Carthuſ. Bruxellen. ad Greven.

(e) *Bonifacii, & Thecla*. Circ. 250. Acta SS. Duodecim Fratrum.

(g) *Fiacrii*. Circ. 640. Acta apud Sur.

(h) *Bononii*. Obiit an. 1026. Sigon. de Epiſcop. Bonon.

ROmæ via Oſtiènſi pàſſio beàti Felìcis presbyteri, ſub Diocletiàno & Maximiàno Imperatòribus: qui poſt equùlei vexatiònem, data ſentèntia, cùm ducerètur ad decollàndum, òbvius ei fuit quidam Chriſtiànus, qui dum ſe Chriſtiànum eſſe ſpontè profiterètur, mox cum eòdem pàriter decollàtus eſt. Hujus nomen ignoràntes Chriſtiàni, Adaùctum eum appellavèrunt, eò quòd ſancto Felìci auctus ſit ad corònam. (*a*) Item Romæ ſanctæ Gaudèntiæ vìrginis & màrtyris, cum àliis tribus. (*b*) Ibìdem ſancti Pammàchii presbyteri, qui fuit doctrina, & ſanctitàte conſpìcuus. (*c*) Colòniæ Suffettulànæ in Africa beatòrum ſexaginta Màrtyrum, qui furòre Gentìlium cæſi ſunt. (*d*) Adrumèti item in Africa ſanctòrum Bonifàcii, & Theclæ, qui beatòrum duòdecim filiòrum màrtyrum parèntes fuèrunt. (*e*) Theſſalonìcæ ſancti Fantìni confeſsòris, qui multa à Sarracènis perpèſſus, atque è monaſtèrio, in quo mira abſtinèntia vìxerat, expulſus, cùm plùrimos ad vitam ſalùtis perduxìſſet, demum in ſenectùte bona quièvit. (*f*) In territòrio Meldènſi ſancti Fiàcrii confeſsòris. (*g*) Trebis in Làtio ſancti Petri confeſsòris, qui multis clarus virtùtibus, & miràculis, ibìdem migràvit ad Dòminum, & honorìficè còlitur. Bonòniæ ſancti Bonònii abbàtis. (*h*)

(a) *Baron. an. 302. n. 115. Sur. t. 8. poſterior. edition. Mombrit. t. 1. & Petr. in Catal. lib. 7. c. 138.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 132. Uſuard. Bellin. Maurolyc. & Galeſin.* (c) *Baron. an. 270. n. 15. An. 372. n. 43. an. 379. num. 17. an. 390. nu. 38. an. 397. nu. 8. an. 398. nu. 15. & an. 410. nu. 30.* (d) *Baron. an. 399. n. 72.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (g) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Sur. t. 7. poſterior. edition.* (h) *Baron. in not. Sur. t. cit. & Sigon. de Epiſcop. Bononienſ.*

Poſſide ſapientiam, nè declines à verbis. Prov. 4.

Ut ſcias quomodo oporteat unicuique reſpondere ad Coloſſenſ. 4.

(a) *Romæ Felicis Presbyteri, & Adaucti, Gaudentiæ Virginis cum aliis tribus*. Mss. Romana Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. Sancti Petri: *Romæ Felicis, & Adaucti*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Romæ Felicis, Adaucti, Gaudentiæ Virginis cum aliis tribus*. Beda genuin. *In Venuſia Civitate Apuliæ, Felicis Epiſcopi Tubzocenſis, & Adaucti, & Januarii Presbyteri, & Fortunatiani, & Septimini Lectorum*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. proſequitur: *Qui temporibus Diocletiani in ſua Civitate tenti, à Magnelliano curatore 18. Kal. Julii, indè multis dici vinculis, & carceribus macerati, & in Africa, & in Sicilia, tandem gladio conſummati ſunt. Felix LVI. annorum virgo obiit*. At hic *Felix* Epiſcopus, & *Adauctus* ſunt alii. Quemadmodum ad 4. Octobris alium *Adauctum* in Africa venerantur eadem Apographa Hieronymiana, & Rabanus, uti eadem die alium *Adauctum* Romæ exhibet Ms. Aquiſgranen. apud Florentinium.

(b) *Gaudentiæ*. Notkerus, & Ado: *Gaudentiæ Virginis*, ſine Martyris laurea. Ex quo forſan Ferrarius ambigit, an fuerit Martyr. Verùm in aliis Codicibus, quia Martyr dicitur, alia putanda.

(c) *Ibidem Pammachii Presbyteri*. Cardinal. Baron. ad an. 410. num. 30. & in not. ex Hieronymo in Proœm. lib. 1. ſuper Ezechiel. proſtat, hunc Sanctum obiiſſe, quùm Urbs Romana obſideretur a Gothis. Cardinal. tamen Noriſius lib. 1. hiſtor. Pelagian. ex iiſdem S. Hieronymi verbis ad commentaria in Ezechielem, nimirùm: *Ecce ſubitò mors mihi Pammachii, atque Marcellæ Romanæ Urbis obſidio multorumque fratrum, & ſororum dormitio nunciata*

ciata est postquam clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, imò Romani Imperii truncatum caput, & humiliatus, & silui de bonis, &c. Infert, Hieronymum diutiùs captæ Urbis dolore confectum manum è calamo amovisse, asserendo, resumpsisse, postquam jam vulneri cicatrix paulatim obducta fuerit, & suspicatur post annum 411. Hieronymum Commentaria in Ezechiel. exortum esse. Consentitque Pagi tom. 2. an. 410. num. 17.

xxiv. E Pridie Kalendas Septembris. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

CArdònæ in Hispània sancti Raymundi Nonnàti Cardinàlis & confessòris, Ordinis beàtæ MARIÆ de Mercède redemptiònis captivòrum, vitæ sanctitàte & miràculis clari. (*a*) Trèviris natàlis sancti Paulìni Epìscopi, qui tèmpore Ariànæ infestatiònis à Constàntio Imperatòre Ariàno ob Cathòlicam fidem exìlio relegàtus, & extra Christiànum nomen usque ad mortem, mutàndo exìlia, fatigàtus, tandem apud Phrygiam defùnctus, beàtæ passiònis corònam percèpit à Domino. (*b*) Item sanctòrum màrtyrum Robustiàni, & Marci. (*c*) Trànsaquis in Marsis ad lacum Fucinum natàlis sanctòrum màrtyrum Cæsìdii presbyteri, & sociòrum, qui in persecutiòne Maximìni martyrio coronàti sunt. (*d*) Cæsarèæ in Cappadòcia sanctòrum Theòdoti, Rufìnæ, & Ammiæ: quorum duo primi sancti Mamàntis màrtyris parèntes fuèrunt, quem Rufìna in càrcere pèperit, & Ammia educàvit. (*e*) Athènis sancti Aristidis, fide, & sapièntia clarìssimi, qui Hadriàno Prìncipi de religiòne Christiàna volùmen òbtulit, nostri dògmatis còntinens ratiònem: & quòd Christus JESUS solus esset DEUS, præsènte ipso Imperatòre luculentìssimè peroràvit. (*f*) Antisiodòri sancti Optàti Epìscopi & confessòris. (*g*) In Anglia sancti Aidàni Epìscopi Lindisfarnènsis, cujus ànimam cùm sanctus Cutbèrtus òvium pastor in cœlum ferri vidìsset, relictis òvibus, factus est mònachus. (*h*) Apud Nuscum sancti Amàti Epìscopi. (*i*)

(b) *Paulini Episc.* Obiit an. 359. Constantii Imperat. 20. Baron. eo an. num. 109. Ann. 363. Constantii 23. Mersæus in Annal. Archiepisc. Trevirens.

(d) *Cæsidii Presbyter. & Socior.* Martyres circ. 237. Act. Eccl. Marsican.

(e) *Theodoti, Rufinæ, & Socior.* Martyres circ. 260. Acta S. Mamantii.

(g) *Optati Episc.* Circ. 504. Tabul. Demochar.

(h) *Aidani.* Obiit ann. 661. Beda Epitom.

(i) *Amati.* Obiit an. 1193. Felix Renda Mont. Virg. vit.

(a *Chronicon. Ordin. B. Mariæ de Mercede.* (b) *Baron. an.* 356. *num.* 104. *& an* 359. *n.* 109. *Petr. de Natal. lib.* 7. *c.* 139. *Sigebert. in Chronic. ad an.* 1071. *& Mersæus Annal. Archiepisc. Trevirens.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. ibidem.* (e) *Baron. in not. Græci in Menologio, Sur. t.* 4. *prior. edit. in Act. S. Mamantis ad* 17. *August.* (f) *Baron. an.* 109. *n.* 40. *an.* 125. *n.* 1. *& an.* 128. *n.* 1. *&* 2. *Euseb. in Chronic. & histor. lib.* 4. *c.* 3. *&* 5. *& S. Hieronym. de Script. Ecclesf. & in Epist.* 84. *ad Magnum oratorem.* (g) *Baron. in not. Labbeus histor. Episcopor. Antisiodorens. c.* 14. *Henric. Monachus de Miracul. S. German. & Saussayus.* (h) *Baron. an.* 634. *n.* 16. *& Beda de gest. Anglor. lib.* 3. *c.* 3. 5. 14. *usque ad* 17. (i) *Baron. in not. & Felix Renda Monachus Montis Virginis in vita.*

Si attendere facies sapientiæ aurem tuam, intelligentiæ dubii vocem tuam. Prov. 2.

(b) *Treviris Paulini Episcopi.* Mss. Rom. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri *Treviris depositio S. Paulini Episcopi & Confessoris.* Mss. Attrebaten. Tornacen. Ecclesiæ S. Mariæ, Lætien. S. Lamberti, & Roman. Barberinian. *A Constantio Imperatore filio Constantini Imperatoris.* De Peregrinis: *A Constantino Imperatore.* Mersæus in Annal. Archiepiscopor. Trevirens. *Paulinus Trevirorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.*

(d) *Transaquis in Marsis ad lacum Fucinum Cæsidii Presbyteri & Sociorum.* Transaquæ Transavo. Oppidum Latii in finibus Marsorum apud Lacum Fucinum, & Albam Mar-

Audiens sapiens sapientior erit ad suscipiendam eruditionem. Pro. 1.

sorum

sorum Celano Oppido, ex quo lacus ipse denominatur. Hic celebris est Cæsidii Presbyteri memoria, ubi & multis miraculis illustratur.

(g) *Antisiodori Optati Episcopi & Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Cum sociis suis.* Sausſayus: *Urso, Theodosio, & Gregorio.* Petrus in Catal. autumat, hunc Optatum esse illum, qui Milevitanus Episcopus dicitur. Sammarthani verò exhibent, quòd errore labitur. Ille etenim Milevi in Numidia, hic Antisiodori in Galliis, & ordine decimusquartus Episcopus.

(h) *In Anglia Aidani Episc.* Gardinal. Baron. ad an. 634. num. 15. tradit: *De Insula, quæ vocatur Hydestinarus in Northumbriam venisse.* Pagi ad eumdem annum num. 7. ex Beda lib. 3. cap. 3. juxta editionem Cantabrigensem Chiffletianam, & codicibus Mss. prostat, ex Insula *Hyensi* in illud Regnum pergisse, ut clarè Bedæ verba eodem laudato loco: *Monachus ipse Episcopus Aidanus, utpote de Insula, quæ vocatur Hiidestinarus.*

SEPTEMBER.

* Græcis *Gorpiæus.*

xxiij.	F					Kalendis Septembris.			Luna.									1
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8				

IN provincia Narbonensi sancti Ægidii abbàtis & confessòris. (*a*) Benevènti sanctòrum màrtyrum Duòdecim fratrum. (*b*) In Palæstina sanctòrum Jòsue, & Gedeònis. (*c*) Jerosòlymis beàtæ Annæ Prophetissæ, cujus sanctitàtem sermo Evangèlicus prodit. (*d*) Càpuæ via Aquària sancti Prisci màrtyris, qui fuit unus de antìquis Christi discìpulis. (*e*) Rhemis in Gàllia sancti Xysti discìpuli beàti Petri Apòstoli, qui ab eo primus ejùsdem civitàtis Epìscopus consecràtus, sub Neròne martyrii corònam accèpit. (*f*) Tudèrti in Umbria sancti Terentiàni Episcopi & màrtyris, qui sub Hadriàno Imperatòre, Lætiàni Procònsulis jussu equùleo, & scorpiònibus cruciàtus, demum abscissa lingua, càpitis damnàtus, martyrium complèvit. (*g*) Heraclèæ sancti Ammònis diàconi, & sanctàrum quadraginta Vìrginum, quas ille erudivit in fide, & sub Licìnio tyrànno ad martyrii glòriam secum perdùxit. (*h*) In Hispania sanctòrum màrtyrum Vincèntii, & Læti. (*i*) Populònii in Tùscia sancti Règuli martyris, qui ex Africa vèniens, ibi sub Tòtila martyrium consummàvit. (*k*) Apud Sènonas beati Lupi Epìscopi & confessòris, de quo refèrtur, quòd quadam die, dum præsènte clero sacris altàribus adstàret, lapsa est cœlitus gemma in ejus càlicem sanctum. (*l*) Càpuæ item altèrius Prisci Epìscopi, qui unus fuit ex illis sacerdòtibus, qui in persecutiòne Vvandalòrum ob fidem Cathòlicam vàriè afflìcti, & vetùstæ navi impòsiti, ex Africa ad Campàniæ litora pervenèrunt, & Christiànam religiònem, in iis locis dispèrsi, diversìsque Ecclèsiis præfècti, mirificè propagàrunt. Fuèrunt autem ejus sòcii, Castrènsis, Tàmmarus, Ròsius, Heràclius, Secundìnus, Adjùtor, Marcus, Augùstus, Elpìdius, Caniòn, & Vindònius. (*m*) Apud Aquìnum sancti Constàntii Epìscopi, Prophetìæ dono multìsque virtùtibus clari. (*n*) Apud Cenòmanos

(a) *Ægidii Abbat.* Claruit circ. 500. Baron. in not. ad oram marginalem. Circ. 715. Sigeb. in Chronic.

(b) *Duodecim Fratrum.* Martyres circ. 298. monumen. Eccl. Beneventan.

(c) *Josue.* Ann. 1450. *Gedeon.* An. 1250. ante Christum natum. Lucidus. Die 20. Jun. de Josue Hagiologium Metric. Habessinorum.

(d) *Annæ Prophetissæ.* Die 28. August. Græci in Menolog. Die 3. Februar. in Menæis.

(h) *Ammonis* Martyr ann. 316. sub Licin. Baron. eo an. n. 2. Non ante an. 319. sub Licinio Pagi t. 2. ad an. 316. n. 11.

(k) *Reguli.* Martyr circa 550. Franciot. Acta.

(l) *Lupi Episcop.* Claruit circa 631. Baron. eo an. n. 3. Circ. 630. Petr. de Natal. Circ. 616. Sammarth. Infra 614. & 628. Pagi t. 2. ad an. 631. nu. 2.

nos

nos sancti Victorii Episcopi.(*o*) In territorio Constantiensi ad Aquas duras sanctæ Verenæ virginis.(*p*)

(a) *Baron. in not. Vincent. lib. 23. c. 139. S. Antonin. 2. par. tit. 13. c. 6. §. 33. Petr. in Catal. lib. 8. c. 15. Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 2. & lib. 3. c. 162. & Sigebert. in Chron. ad ann. 715.* (b) *Baron. in not. & Sur. tom. 7. prior. edit.* (c) *Baron. in not. Joseph. lib. 3. de antiquit. S. Epiphan. in Panar. hæres. 66. S. Isidor. de vit. & mort. Sanctor. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. tom. 1. in Annalib. S. Hieronym. epist. 20. ad Furian. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 46. n. 2. Petr. in Catal. lib. 8. c. 17. & Caracciol. Cleric. Regular. de Sacr. Ecclesiæ Neapolitan. monument. c. 3. sect. 10.* (f) *Baron. an. 46. nu. 2. Tabul. Eccles. Demochar. Usuard. & Ado.* (g) *Baron. ann. 140. nu. 4. Tabul. Eccles. Tudertin. Petr. de Natal. lib. 7. c. 126. & Ferrar. in Catal. SS. Ital.* (h) *Baron. an. 316. n. 12. Græci in Menologio hac die, & Vit. Patr. c. 30.* (i) *Baron. in not. & Breviar. Toletan.* (k) *Baron. in not. Cæsar. Franciottus, & Silvan. Razzius in vit.* (l) *Baron. an. 615. nu. 13. & ann. 631. n. 3. & sequ. Sur. t. 5. prior. edit. Vincent. lib. 23. c. 9. & 10. Sigebert. in Chronic. an. 616. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 20. & Sammarthani t. 1. Gallia Christian.* (m) *Baron. an. 440. n. 4. & an. 504. n. 37.* (n) *Baron. an. 572. n. 2.* (o) *Baron. in not. Sur. t. 9. posterior. edition. Tabul. Demochar. de Sacrific. Missæ, Maurolyc. Saussayus, & Sammarthan.* (p) *Baron. in not. & Genebrard.*

Lectio, quæ per aures pulsat auditum ad intelligentiam vocat. S. Leo Papa de Transfiguratione Domini.

(a) *in Provincia Narbonensi Ægidii Abbatis & Confessoris*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ: *Eodem die S. Ægidii Abbatis*. Ms. Roman. Barberinian. *In Provincia S. Ægidii Confessoris*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *In loco Vallis, quæ dicitur Flaviana, in prospectu Maris apud Athenas orti, patre Theodoro, Matre Pelasia.*

(b) *Beneventi Duodecim fratrum*. Beneventum, priùs Maleventum Plin. lib. 3. antiquissima, & conspicua Hirpinorum Urbs, inter Sabatum, Caloremque amnes confluentes, Longobardorum sedes, nunc sub Romani Pontificis ditione, Metropolis amplissima, non ambitu mœnium, sed dominatione Spirituali. Ms. Rom. Barberinian. *In Carthagine natale SS. Duodecim fratrum.*

Cardinal. Baron. in not. suadet, omnes hos Afros patria Adrumentinos, & Martyres sub Maximiano. Acta tamen ferunt, ad Carthaginem evocatos, carcerem ibi, fustuariq; sub Valeriano perpessos, donec ab eodem metu seditionis Carthaginensis, diversis locis in Italiam abstractos, mortem oppetiisse. Ferrar. tandem affirmat, omnes Beneventi simul martyrizatos.

(c) *In Palæstina Josue, & Gedeonis*. Ms. Divionen. *Jesu Nave, & Gedeon Prophetarum.*

(d) *Capuæ via Aquaria Prisci Martyris*. Martyrolog. vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Capua Prisci*. Ms. Divionen. & Lætien. Sancti Lamberti: *Qui fuit unus de antiquis Christi Discipulis*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Mss. Roman. Barberinian. Vaticanum S. Petri, & Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *In Capua Aquaria natalis S. Prisci Martyris*. Martyrolog. Corbejen. *Et Magulis*. Ferrar. Catal. SS. Italiæ: *Ad Vicum Aquarium.*

Baron. ad an. 46. autumat, fuisse primum Episcopum Capuanum; In notis tamen hujus diei non adstruit. At Galesinius, Ferrar. & Antonius Caracciolus ex Cleric. Regul. de Eccles. Neapolitan. monument. id affirmant.

(f) *Rhemis in Gallia Xysti &c.* Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ sine loci præsignatione: *Eodem die Sanctorum Episcoporum Sixti, Sinici, atque Juvandi, & Firmi Episcopi.*

Intelligentiam faciliùs assequemur, si considerationē ad narrata referamus. S. Leo Pap. de Transfigur. Domini.

(g) *Tuderti in Umbria Terentiani Episcopi & Martyris*. Tudertum, & Tuder, *Todi* Italis. Urbs antiqua Umbriæ, apud Tiberim fluvium, colli assurgens, media inter Narniam, & Perusiam. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Tuturtina Tusciæ Terentiani Episcopi, Felicis, Donati*. Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Tudertinis Felicis, & Donati*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Tude Terentiani*. Petr. de Natal. *Terentiani, & Flavi Idolorum Sacerdotis.*

(K) *Populonii in Tuscia Reguli Martyris*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. sine palæstra: *Kalendis Septembris S. Reguli Martyris*. Acta apud Franciottum, & Razzium addunt: *Cerbonii, & Felicis Discipulorum.*

(l) *Apud Senonas Lupi Episcopi & Confessoris*. Baron. in not. adnumerat ordine vigesimum inter Episcopos Senonenses ex Tabul. Demochar. Sammarthani tamen tom. 1. Galliæ Christianæ ordine decimum nonum.

(m) *Capuæ Prisci Episcopi, Castrensis &c.* Ms. S. Petri Beneventi penès Cleric. Regul. SS. Apostolorum Neapoli: *In Campania S. Castrensis Episcopi*. An *Priscus* fuerit Capuæ Episcopus, eadem trica, quæ de hoc *S. Castrensi* ad 11. Februar.

(o) *Apud Cœnomanos Victorii Episcopi*. Alii Codices uti Corbejen. & Ms Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *Victoris*. Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Colomanis Victoris Episcopi & Confessoris.*

Disceptatio Topographica.

(g) *Tuderti in Umbria Terentiani Episcopi & Martyris*. Apographa Martyrologii S. Hieronym. Lucen. & Corbejen. *In Tudertina Tusciæ Terentiani Episcopi, &c.*

Eminentissim. Baron. in notis animadvertit, Acta Terentiani Episcopi se habuisse ab

Ec-

Ecclesia Tudertina, & à Breviario Capuano.

At hæc Acta licet tradant Martyrium *Tuderti*, non tamen exprimunt, an *Tuderti Tusciæ*, vel in *Umbria*. Quæ acta summatim apud Petr. de Natal. & fusiùs penès Ferrar. Catal. SS. Italiæ.

Quinimmò Ferrar. effert sepultum extra Urbem Tudertinam: *Octavo milliario, loco, qui Colonia dicitur*; *Kalend. Septembris*. Et Petr. de Natal. *Sepultus* 3. *Kal. Septemb. octavo milliario ab urbe, in loco, qui dicitur Petroso.* En quot variæ lectiones.

Verùm posset dici, Tudertum in Umbria subintelligendum, quùm revera oppidum sit in Umbria, & rursus quòd Terentianus cum sociis in *Tudertina Tuscia* adscriptus, sit alius à Terentiano *Tuderti in Umbria*, & sine sociis.

Sed Antonino *Tudertum*, sivè *Tudernum*, Oppidum est Tusciæ, aliis *Sudernum* dictum, in Agro Viterbiensi: aliunde Acta *Tudertum* efferunt sine alio addito.

Quòd verò hic Terentianus sit alius, hoc erit divinare, maximoperè, quòd Acta apud Petr. de Natal. Terentiano adhuc socium jungunt, nempe Flaccum Idolorum Sacerdotem, & ambos decollatos affirmant. Cæterùm relicta hac trica penès ipsos Codices, suosq; Topographos, sapientiorum judicio, subducto: *In Umbria*, pronuncietur: *Tuderti S. Terentiani Episcopi &c.*

xxij. G Quarto Nonas Septembris. Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

(a) *Stephani Regis*. Obiit an. 1038. Baron. eo an. n. 16. An. 1034. Cartuisius in vita.

(g) *Justi Episcopi*. Obiit die 14. Octobris, & hac die Corpus translatum Lugduni. Baron. in Roman. Martyrolog. obiit hac die, & 14 Octobr. Corpus Lugduni trāslatum. Notker. Maurolyc. Molan. & alii.

(k) *Nonnosi Abbatis*. Circa 520. S. Gregor. lib. 1. Dialogor. cap. 7.

ALbæ in Pannònia sancti Stèphani Hungaròrum Regis, qui divìnis virtùtibus exornàtus, primus Hùngaros ad fidem Christi convèrtit, & à Deipara vìrgine ipso die Assumptiònis suæ in cœlum recèptus fuit: ejus tamen festum ex constitutiòne Innocèntii Papæ Undècimi hac die potissimùm recòlitur, qua Budæ munitìssima arx sancti Regis ope ab exèrcitu Christiàno strènuè recuperàta fuit. (*a*) Romæ sanctæ Màximæ màrtyris, quæ unà cum sancto Ansàno Christum confèssa, in persecutiòne Diocletiàni, dum fùstibus cæditur, rèddidit spìritum. (*b*) Pàmiæ in Gàllia sancti Antonìni màrtyris, cujus relìquiæ in Ecclèsia Palentìna magna veneratiòne asservàntur. (*c*) Item sanctòrum màrtyrum Diomèdis, Juliàni, Philippi, Eutychiàni, Hesychii, Leonìdis, Philadèlphi, Menalìppi, & Pantàgapæ: quorum àlii igne, àlii aqua, ense àlii, & cruce màrtyrium complevèrunt. (*d*) Nicomedìæ sanctòrum màrtyrum Zenònis, Concòrdii, & Theodòri filiòrum ejus. (*e*) Eòdem die pàssio sanctòrum Evòdii, Hermògenis, & Callìstæ germanòrum. (*f*) Lugdùni in Gàllia natàlis sancti Justi Epìscopi & confessòris, miræ sanctitàtis, & prophètici spìritus viri. Hic Episcopàtui cedens, & in erèmum Ægypti unà cum Viatòre ejus lectòre secèdens, cùm àliquot annis pròximam Angelis vitam egìsset, & dignus suòrum labòrum finis advenìsset, corònam justitiæ perceptùrus migràvit ad Dòminum prìdie Idus Octòbris: cujus sanctum corpus unà cum òssibus beàti Viatòris ejus minìstri Lugdùnum pòsteà hac ipsa die delàtum fuit. (*g*) Ibidem sancti Elpidii Episcopi & confessòris. (*h*) In Picèno item sancti Elpìdii abbàtis, cujus nòmine òppidum appellàtum, sacrum ejus corpus se possidère congàudet. (*i*) In monte Soràcte sàncti Nonnòsi abbàtis, qui oratiòne sua ingèntis molis saxum trànstulit, alìisque miràculis coruscàvit. (*k*)

(a) *Baron. an.* 1000. *n.* 11. *An.* 1002. *n.* 16. *& an.* 1038. *n.* 16. (b) *Baron. an.* 303. *n.* 121. *& Petr. in Catal. lib.* 1. *c.* 14. (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 24. *Mombrit. t.* 1. *& Ferrar.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (d) *Baron. ibidem, Tabul. Eccles. Capuan. & Breviar. vet. ejusdem.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (g) *Baron. an.* 381. *n.* 84. *Sur. t.* 5. *prior. edit. & t.* 8 *posterior. Raynaud. in Hagiologio Lugdunens. & Sammarthani.* (h) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 27. *Usuardus, Ado, & alii.* (i) *Baron. ibidem, & Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 28. (k) *Baron. in not. & S. Gregor. lib.* 1. *Dialogor. c.* 7. *& in Registro lib.* 2. *epist.* 50. *Indic.* 11. *cap.* 89.

Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Ecclesiastic. 12.

(c) *Pamia in Gallia Antonini Martyris.* Pamia, seù Pamica nonnullis Apamia dicta: *Pamiers* Gallis; Urbs Gallię Aquitanię ad Garumnam fluvium apud Fuxum oppidum inter Tolosam Metropolim, & Mirepis urbes. Ms. Roman. Barberinian. sine Agonis loco: *Eodem die S. Antonini Martyris.* Ms. vetus S. Sabini de Levitania in Pirenæis: *Apud Apamiam Civitatem passio S. Antonini Martyris, & Aniceti, & Firmi fratris ejus, tempore Diocletiani.*

(e) *Nicomediæ Zenonis, Concordii, & Theodori filiorum ejus.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Zenonis, Gorgoni, Menolappi, Theotæ cum filiis suis, & Cusconi. In Alexandria S. Theodori.* Martyrol. Bluman. pro Theotæ, *Theodita.* Martyrolog. Epternacen. seù S. Vuillibrordi: *In Nicomedia Zenonis, Theodota, & filiorum ejus Gorgeni, Menolappi, Cosconi. In Alexandria Theodori.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Nicomedia Gorgonii, & Theodora.* Ms. Barberinian. Rom. *In Nicomedia Zenonis, Gorgonis, Monalappi, Theodota, cum filiis suis.* Martyrol. Corbejen. profert: *Menolappi, Theodota*, et adscit *In Alexandria Theodori Martyris.* Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holsten. *Nicomedia Zenonis, Gorgonis, Theodotæ cum filiis suis.* Menologium Canisii die sequenti: *In Nicomedia Zenonis, qui in lebetum plumbo ferventi plenum injectus, Deo animam reddidit.* An scribendum *Theodota*, aut *Theodora*, pro *Theodori*, alii decernant. Verùm laudati Codices Theodorum in Alexandria promunt; & de *Theodota cum tribus filiis*, Græci in Menologio ad 29. Julii.

(f) *Eodem die Evodii, Hermogenis, & Callista Germanorum.* Florentinius die præcedenti ex S. Hieronymi Martyrologii Apographis: *In Villa Herdona in Apulia natales Siracussa, Hevoti, Hermogenis, Callisti.* Urbs est *Herdona* Dauniæ Apulorum, & Hirpinorum confinio, aliàs *Erdonea* Silv. lib. 8. modò Diversorium inter Asculum, & Ceriolam. An hi Sancti *Evotus*, seù *Evodius, Callistus*, seù *Callista*, & *Hermogenes* sint iidem, ac qui in Romano Martyrologio, ambiguum; non enim locus in Rom. Martyrologio indicatur, nec Card. Baron. in notis aliquid adnotat, nisi quòd de his Gręci brevi compendio in Menologio.

(g) *Lugduni in Gallia Justi Episcopi & Confessoris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Et Dedicatio Basilica ipsius.* Ms. Vatican. S. Petri: *Alibi depositio S. Justi.* Ms. Monasterii S. Cyriaci Romæ in Thermis: *Episcopi.* Ms. Barberinian. Roman. prænotat *Lugduni.* De obitu hujus Sancti, neque Raynaudus, neque Saussayus memorant, & Sammarthani ex Litinensi Ms. Codice, vitam præstant, non obitum.

Labium veritatis firmum, & in perpetuum. Prov. 12.

(i) *In Piceno Elpidii Abbatis.* Picenum, *La Marca d' Ancona* Regio Italiæ inter Apenninum Montem à meridie, quo ab Umbria dirimitur, & Mare Hadriaticum à septentrionibus perstricta, cui ad occasum Umbria Maritima, Galliæ Togatæ pars, eis Anconam hæret ad ortum Prægutii, Truento amne dividente. Alii alios terminos faciunt. Alibi: *Helpidii.* Galesinius hunc Elpidium facit Episcopum Lugdunensem. At hic diversus ab illo, ut in Rom. Martyrol. hac die. Greven. Addit. ad Usuard. ad 1. Junii: *Elpidius Episcopus & Confessor.* An idem, Baertius, & Janningus affirmant in Sanctis prætermissis ea die.

Disceptatio Topographica.

(c) *Pamia in Gallia S. Antonini Martyris.*

Ado *Apameę in Syria passum* tradit.

Eminentissim. Baron. in not. Tabulas Ecclesię Placentinæ advocat, ubi Reliquię adservantur, quæ Tabulæ: *Pamia apud Tolosam* ferunt. Sed Acta apud Petrum in Catal. à Baronio quoque in not. accito narrant: *Antoninum jam Presbyterum, dum loca sacra cum quibusdam fidelibus visitaret, ad radices Montis Apamiæ truncato capite accepisse coronam martyrii; cujus caput in flumen projectum.* Scilicet *Apamia in Syria.*

Verùm Hagiologium Franco-Gallicum Labbei recolit, Antoninum Martyrem sub Constantio Imperatore trucidatum *Pamiæ in Gallia*, ad Aurigerum amnem cis Pirenæos Montes, sub Diœcesi Tolosana, penès Ortelium ex Massonio; in cujus flumen caput Martyris projectum.

Nihilominùs quamvis *Pamia in Gallia* de suo Antonino Martyre glorietur; Ex quo S. Vuillibrordi Martyrologium: *In Parisiis Apamia Antonini*; quia Antoninus Apamiensis, sivè Pamiensis Palentiæ cultus, est Pamiensis Syrus ex Ferrario in General. Sanctorum Catal. notationibus, cuius Sacrum Corpus in flumen Coronam projectum, ut Petr. de Natal. & aliundè quùm Antoninus Martyr Tolosanus pari modo, ac Pamiensis Syrus, in flumen dejectus narretur, & iisdem prodigiis sanguinis, ac Reliquiis collectis; hinc, ut sane ipse Ferrarius adnotat, Antoninus Apamiensis Syrus Palentiæ cultus, putatur idem ac Gallus, ob Acta utriusque confusa, ex quibus unus Martyr divisus apud plerosque legitur.

gitur. Adstruitque Florentinius suo singulari Martyrologio Occidentali, nactus ex lectionibus in Codice *Lectionarii* antiqui ejusdem Ecclesiæ Palentinæ.

Quòd si quis subderet, uterque Antoninus, Apamiensis Syrus, & Apamiensis Gallus hac eadem die colitur, ut in Martyrologio Hieronymiano Lucensi: *In partibus Apamia S. Anthoni, & Antonini*, nempe alter *Apamea Aquitania*; ex quo Romanum Martyrologium non nutaret.

Videretur Romanum Martyrolog. mutilum, & luxatum, dum unum Antoninum Apamiensem in Gallia recenseret, & alterum Apamiensem Syrum omitteret; confundendo rursùs unum cum altero, quando uterque hac die colendus, & in suis propriis Regionibus Apamiæ signandus. Palentia namque, aut Palantia Plinio, & Ptolomæo, urbs antiqua Hispaniæ Tarraconensis in Regno Castellæ veteris, ad fluvium ejusdem nominis, inter Vallisoletum, & Cartionum Comitum, ubi specus, in quo Antolius Martyr vixit adhuc monstratur ex lib. Magnitudin. Hispaniæ; pro Antolio, Antoninum Romanum Martyrologium, ut Ferrar. sua nova Topographia adnotat. Quamobrem sanè Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Topographicè protulit: *In partibus Apamiæ natalis Sanctorum Anthoni, seù Antoli, & Antonini*. At si Romanum Martyrologium unum Antoninum Martyrem vellet sine ambiguitate recensere, & sapientiores annuerint, cæteris omissis enunciet: *Apud Apamiam S. Antonini Martyris &c.*

xxj. A Tertio Nona Septembris. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

ROmæ sanctæ Seràpiæ vìrginis, quæ sub Hadriàno Prìncipe cum esset tràdita duòbus lascìvis juvènibus, & mìnimè potuìsset illùdi, nec pòstmodum ardèntibus fàcibus inflammàri, jussu Berilli Jùdicis fùstibus cæsa, dehinc glàdio decollàta est. Passa est autem quarto Kalèndas Augùsti, & à beàta Sabìna in suo monumènto juxta àream Vindiciàni sepulta; sed memòria ipsius martyrii hac die celèbrior habètur, quando ambàrum sarcòphagum ibi compòsitum, & ornàtum fuit, & locus oratiònis condignè dicàtus. (*a*) Corìnthi natàlis sanctæ Phoebes, cujus mèminit beàtus Apòstolus Paulus ad Romànos scribens. (*b*) Aquilèjæ sanctàrum vìrginum & màrtyrum Euphèmiæ, Doròtheæ, Theclæ, & Eràsinæ, quæ sub Neròne post multa supplìcia glàdio cæsæ sunt, & à sancto Hermàgora sepùltæ. (*c*) Càpuæ sanctòrum màrtyrum Aristæi Epìscopi, & Antonini pùeri. (*d*) Nicomedìæ pàssio sanctæ Basilìssæ vìrginis & màrtyris, quæ annos novem nata, cùm in persecutiòne Diocletiàni sub Alexàndro Præside vèrbera, ignes, ac bèstiàs divina virtùte superàsset, in oratiòne spìritum Deo rèddidit. (*e*) Item sanctòrum màrtyrum Zenònis, & Charitònis, quorum alter in lebètem liquati plumbi conjèctus est, alter in fornàcem ignis immìssus. (*f*) Còrdubæ sancti Sàndali màrtyris. (*g*) Eòdem die natàlis sanctòrum màrtyrum Aigùlphi abbàtis Lirinènsis & sociorum Monachòrum, qui, præcìsis linguis, oculìsque effòssis, glàdio obtruncàti sunt. (*h*) Tulli in Gàllia sancti Mansuèti Epìscopi & confessòris. (*i*) Mediolàni deposìtio sancti Auxàni Epìscopi. (*k*) Eòdem die sancti Simeònis Stylìtæ juniòris. (*l*) Romæ ordinàtio incomparàbilis viri sancti Gregòrii Magni in summum Pontìficem: qui onus illud subire coàctus, è sublimiòri throno clariòribus sanctitàtis ràdiis in Orbe refulsit. (*m*)

(c) *Euphemia*. Die 19. Septembris Tabul. Eccl. Aquilejen.

(f) *Zenonis, & Charitonis*. Die præced. de *Zenone* Ephemerides Græco-Mosc. Die 29. August. de *Charitone*. Ibidem. Die 28. Septembr. Metaphrast.

(h) *Aigulphi & Soc.* Martyres an. 664. Baron. eo an. n. 27. An. 660. Sur. tom. 5. prior. edition. An. 651. Sigebert. in Chron. An. 667. Pagi t. 3. ad an. 664. n. 10.

(i) *Mansueti*. Die 14. Jun. Auctar. Græv. ad Usuard.

(l) *Simeonis Stylitæ* Obiit an. 574. Baron. eo an n. 8. An. 595. Pagi t. 2. ad an. 574. nu. 15. Die 24. Maii Græci.

(a) *Ba-*

(a) *Baron. an. 122. n. 2. & Sur. t. 1. prior. edition.* (b) *Baron. an. 58. nu. 55. Usuard. & alii* (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 8. c. 29. Rubeus lib. 4. hist. Ravennat. Molan. & Galesin. hac die.* (d) *Baron. in not. Bellinus, Maurolyc. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 309. nu. 36. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menol.* (g) *Baron. ibidem, & Flor Sanctor. Hispan.* (h) *Baron. an. 664. n. 27. & seq. Sur. t. 5. prior. edition. Sigebert. in Chron. & Mabillon. Sæcul. 2. Benedict.* (i) *Baron. in not. & Ado hac die.* (K) *Baron. ibidem, Tabul. Eccles. Mediolanen. & Galesin. hac die.* (l) *Baron. an. 574. n. 8.* (m) *Baron. an. 590. n. 3. & an. 604. n. 20. & seq. S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib. 10. c. 1. Paul. de gest. Longob. lib. 3. cap. 11. Joan. Diacon. lib. 1. c. 37. 38. & 39. & S. Gregor. Pap. lib. 1. & 2. regist.*

Auris tua ad verba scientiæ, & esto patiens. Prov. 23.

(a) *Romæ Serapiæ Virginis, sub Hadriano Principe*. Ms. Divionen. *Romæ B. Seraphiæ Virginis, sub Adriano Imperatore.*

(c) *Aquilejæ Euphemiæ, Dorotheæ, Theclæ, & Erasmæ*. Aquileja, *Aquileggia*. Urbs Patriarchalis Carniæ, sive nunc Fori Julii apud Natisonem fluvium maxima, olim Metropolis, ab Attila Hunnorum Rege solo æquata, cujus hodie præter rudera, Ecclesiam Cathedralem, Monasterium Virginum, & paucas aliquot ædiculas, quas rustici habitant, nil aliud extat. Patriarcha, qui Utini agit, eo unà cum Canonicis ad sacra facienda solemnioribus diebus solet se recipere. Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Eluman. *Et alibi Eufemiæ, Syrici, & Tariteni cum sociis eorum*. Martyrol. vetustissimum S. Vuillibrordi: *In Caudis Vitaliani, Seriei, Lucæ, Nepotis, Joannis, Euphemiæ, Sexiei, & Ariteni*. Martyrolog. Corbejen. *Alibi Euphemiæ, Syriæ, Aritoni cum sociis eorum*. Ms. Rom. Barberinian. *In Alexandria Aristonis Episcopi, & natale SS. Euphemiæ, Sirici, & Aristonis cum sociis eorum*. Ms. Tornacen. Monasterii Sancti Martini, & Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ: *Depositio S. Euphemiæ, & S. Remacli Episcopi*. At hæc Euphemia cum aliis sociis videtur alia ab Aquilejensi. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci in Thermis: *In Aquilegia Syrici, Euphemiæ, & Aristen*. Ms. Vatican. S. Petri percurrit *Euphemia*.

(d) *Capua Aristæi Episcopi, & Antonini pueri*. Mss. Tornacen. & Attrebaten. laudata: *In Provincia Syria S. Antonini pueri, & S. Aresti Episcopi*. Ms. Barberinian. Roman. *Antonini pueri duodecim annorum*. Ms. Lætien. *Aresti Episcopi & Confessoris*. De Aristeo nihil prorsus in Act. ut Baron. in not. & de Antonino agitur quidem, non quia Capuæ passus, quùm Paviæ in Gallia, sed propter Ecclesiam, ut in Breviario Capuano.

(l) *Eodem die Simeonis Stylitæ Junioris*. Cardinal. Baron. in not. *De eodem hac die Græci in Menologio*. Pagi tom. 2. ad an. 574. numer. 15. admonet, à Menologio Cardin. Sirleti Baronium deceptum; quia Græci ad 24. Maii hunc Simeonem Juniorem memorant, quod idem ad 6. Januar. Bollandus observat.

Disceptatio Topographica.

(d) *Capua Aristæi Episcopi, & Antonini pueri*. Martyrologii S. Hieronymi Apographa penès Florentinium, ac Ms. Reginæ Sueciæ apud Holstenium promunt: *In Provincia Syria natalis S. Antonini pueri xx. annorum, & Aresti Episcopi, cujus gesta habentur.*

Doctrina viri per patientiam noscitur. Proverb. 19.

Verùm Usuard. Ado, Bellin. & Maurolyc. *Capua Antoninum puerum, & Aristeum Episcopum recolunt*: & Acta extare innuunt.

Nihilominùs Eminentissimus Baronius candidè in notis fatetur, hæc Acta excidisse, quandoquidem ob innumeras bellorum clades periisse, quibus monumenta Capuanæ Ecclesiæ nobilissimæ deperdita.

Quod si quis abtruderet, Antoninum Capuanum omninò esse alium à Syro, eo quia Acta, quæ strictùm apud Petrum de Natal. ferunt Antoninum puerum non jam viginti annorum, ut quàmplures Codices, sed tantùm decennem ad Christi fidem conversum, qui postea detentus, variisque suppliciis cruciatus, tandem amputato capite hac die gloriosa nece triumphavit.

Occurritur, quòd si hæc Acta putentur vera, Romano Martyrologio refragarentur; quùm nequaquam Aristæum indicant Episcopum, & aliundè tradunt ab Antonino puero fuisse edoctum, & inde martyrizatum, quando major non edocetur à minori, ut Florentinius vir eruditus adnotat.

Neque Baronius, & Ferrarius aliquid de his Martyribus exhibent, immò Baronius percurso Aristæo, tantùm in prælibatis not. pro Antonino Breviarium Capuanum accit, & Ferrar. inter eos Martyres Capuanos, de quibus non fit officium.

Cæterùm Vuandelbert. Antoninum puerum triumphantem hac die canit, & Aristæum, sive Arestium Episcopum, loco passionis non indicato. Aliunde Apographa adducta Antoninum puerum viginti annorum, & Aristæum Episcopum, nequaquam *Capuæ* venerantur, sed omninò in *Syria, & Apamea*, quæ est Regio, & Syriæ Metropolis; unde quùm possit quoque hæsitari, an Aristæus, & Antoninus Capuæ signati sint alii ab enunciatis, in præsentiarum nè inclyta Capua indignetur ob suos inclytos Martyres Antoninum, & Aristæum raptos, sapientiorum placito, dempto tò pueri, proferatur: *Capuæ Sanctorum Martyrum Aristei Episcopi, & Antonini, qui &c.*

Disceptatio Chronologica.

(m) *Romæ ordinatio incomparabilis viri S. Gregorii Magni in Summum Pontificem.*

Tametsi huic lectioni consentiant Usuardus ex antiquo Codice Ms. San-Germanensi, Bellinus, & alii Martyrologi apud Bollandum virum doctissimum ad 12. Martii in vita hujus

jus

jus S. Pontificis; Attamen ad 29. Martii hanc ordinationem referunt Martyrologia Aquisgranen. Bruxellen. Florar. Ms. & Martyrol. Saussayus ea die *Leodii*, & *Suessione* ex antiqua observatione ordinationem S. Gregorii Papæ.

Pagi vir eruditus occurrit Eminentissimo Baronio tom. 2. ad ann. 590. num. 5. suadendo, quùm tres alii Pontifices ejusdem nominis scilicet Gregorius II. Gregor. III. & Gregor. VII. in Romano Martyrologio, aliisque memorentur, modò posset referri dies illa 29. Martii ad aliquem ex his tribus Pontificibus, licèt aliis diebus consecratis, ibidem S. Gregorio, sine titulo *Magni*, aut *Doctoris Ecclesiæ* interposito.

Sed hoc idem redarguere valent Adversarii, cur id non asserendum de Gregorii Magni ordinatione, & affirmare unam ex ordinationibus alicujus Gregorii interpositi, & non jam Gregorii Magni hac die celebrati, illamque Gregorii Magni ad 20. Martii: Quo ad additum *Magni*, adducta Martyrologia non curarunt de hoc addito, quod supposuere, & quemadmodum Baronius ejusque asseclę suo libito id addidere, ita et Oppositi hoc additum ad ordinationem Gregorii die 29. Martii adscire queunt, & ea die inscribere: *Ordinatio Gregorii Magni*. Ut modò hæc trica explodatur, & aliundè quùm compertum sit Episcoporum, aut Pontificum ordinationem memoriam aliis sæpè diebus, quàm quibus contigerint in Kalendariis recitari, ut idem, eruditus Pagi sanè loco adducto, hinc cum sapientiorum consilio, vice *Ordinatio*, inscribendum videtur: *Romæ commemoratio incomparabilis viri Gregorii Magni in Summum Pontificem*.

xx.	B		Pridie Nonas Septembris.					Luna.										4
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11					

IN monte Nebo terræ Moab sanctì Mòysis legislatòris & Prophètæ. (*a*) Ancyræ in Galàtia natàlis sanctòrum trium pueròrum Rufini, Sylvàni, & Vitàlici màrtyrum. (*b*) Cabillòne in Gàllia sancti Marcèlli màrtyris sub Antonìno Imperatòre, qui cùm à Præside Prisco ad profànum convìvium fuisset invitàtus, & hujùsmodi èpulas exècrans, omnes qui èderant, cur idòlis deservìrent, lìbera increpatiòne corriperet, ab eòdem Præside inaudìto crudelitàtis gènere, cìngulo tenus defòssus est in terra, sicque trìduo in làudibus Dei persevèrans, incontaminàtum spìritum rèddidit. (*c*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Magni, Casti, & Màximi. (*d*) Trèviris sancti Marcèlli Epìscopi & martyris. (*e*) Eòdem die sanctòrum Thamèlis, ànteà idolòrum sacerdòtis, & sociòrum màrtyrum sub Hadriàno Imperatòre. (*f*) Item sanctòrum màrtyrum Theodòri, Oceàni, Ammiàni, & Juliàni, qui sub Maximiàno Imperatòre dissèctis pèdibus in ignem conjècti, martyrium consummàrunt. (*g*) Arìmini sancti Marìni diàconi. (*h*) Panòrmi natàlis sanctæ Rosàliæ virginis Panormitànæ, ex règio Càroli Magni sànguine ortæ, quæ pro Christi amòre patèrnum Principàtum, aulàmque profùgiens, in mòntibus ac speluncis solitària cœlestem vitam duxit. Neàpoli in Campània natàlis sanctæ Càndidæ, quæ sancto Petro ad eam urbem venienti prima occùrrit, atque ab eo baptizàta, pòsteà sancto fine quièvit. (*i*) Ibidem sanctæ Càndidæ junioris, miràculis claræ. (*k*) Vitèrbii beàtæ Rosæ virginis. (*l*)

(a) *Moysis*. Ann. 1474. ante Christum natum Lucidus. Die 1. Martii Ms. Lætien. S. Lamberti. Die 4. Septembr. Felicius.

(g) *Theodori, Oceani, & Soc.* Martyres anno 308. Baron. eo an. nu. 27. Ann. 309. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6.

(i) *Candidę*. Circ. 60. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 78. Anton. Caracciol. Cleric. Regular. de Sac. Eccl. Neapolit. monument.

(a) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 236. Usuard. Ado, Bellin. Maurolyc. & Galesin.* (c) *Baron. an. 179. n. 76. Petr. in Catal. lib. 8. c. 27. & Sur. t. 7. prior. edit. & t. 9. posterior.* (d) *Baron. in not. & Usuard.* (e) *Baron. ibidem, Molan. Addit. ad Usuard. & Tabul. Eccles. Trevirens.* (f) *Baron. an. 140. nu. 4. & Græci in Menologio hac die.* (g) *Baron. an. 305. n. 17. & an. 308. n. 27. item Græci hac die in Menologio.* (h) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 36.* (i) *Baron. ibidem, Anton. Caracciol. de Sacr. Eccles. Neapolitan. Monument. c. 5. & Paul. Reg.* (k) *Baron. an. 715. nu. 5. & Caracciol. loc. cit. c. 28.* (l) *Baron. in not. & Act. Eccles. Viterbiensis.*

Convictus Sapientiæ non habet tedium. Sap. 8.

(b) *Ancyra in Galatia trium puerorum Rufini, Silvani, & Vitalici Martyrum.* Ancyra, *Anguri*. Urbs totius Galatiæ Metropolis ampla ad hæc usque tempora, non longè à Gallo fluvio, media inter Nicæam, & Amasiam, commune emporium Christianis, & Turcis simul, celebre ob Concilium Provinciale Episcoporum, habitum an. Domini 308. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Ancira Galaciæ Rufini, Silvani, Marcelli, Gajani, Hepidi, Antonini, Eustichi, Maximi, Eusebii: Item Cajani, Vitalici, Caisuti, Magni, Cassi, Saturnini, Donati, Eleusi cum sociis eorum.* Martyrol. Veissemburgense: *In Ancira Gallaciæ Marcelli, Gajani, Hepidi, Antonini, Eostoci Maximi, Eusebii. Item Cajani, Vitalica, Caisuti, Magni, Casti, Saturnini, Donati, Eleuci, cum sociis eorum.* Martyrolog. Epternacen. seù S. Vuillibrordi: *in Ancira Gallitia Marcelli, Gajani, Eelpide, Antoni, Rufini, Silvani, Eustoci, Maximi, Eusebi. Item Gajani, Italica, Gausunti, Magni, Casti, Saturnini, Donati, Leesi.* Martyrolog. Corbejen. *In Ancyra Galatia Rufini, Sylvani, Mamelli, Gajani, Helpidi, Antonini, Eustici, Maximi, Eusebi.* Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Ancyra in Galatia Sylvani, Marcellini, Maximi cum aliis* x1111. An Rufinus, Silvanus, & Vitalicus in præadductis Apographis sint iidem, qui pueri in Romano Martyrologio, alii videant. Beda quidem, Ado, & Ms. Divionen. pro *Vitalici*, efferunt *Vitalicæ*.

(c) *Cabillone in Gallia Marcelli Martyris.* Cabilo, & Cabullinum, *Chaalon*. Urbs Galliæ Lugdunen. antiqua in Burgundiæ Ducatu, ad Ararim fluvium, ubi aliquot concilia Galliæ habita, media quasi inter Divionem, Provinciæ caput, & Lugdunum. Martyrolog. Corbejen. *In Gallia Civitate Cabillone*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Cavallonensium*. Martyrolog. Bluman. *Cavillonensium*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornaeen. & Lætien. *Cavalonis*. De Peregrinis: *Cabilonis S. Marcelli Martyris*. Ms. Roman. Barberinianum: *Cavellonis passio S. Marcelli Episcopi*. Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. *Cabillone in Gallia S. Marcelli Episcopi & Confessoris*. Ex quibus eliciuntur duo Marcelli ibidem hac die, unus Martyr, alter Episcopus & Confessor. Sammarthani verò inter Cabillonenses Episcopos hunc Marcellum non tradidere.

Convictus sapientiæ erit alloquutio cogitationis. Sap. 8.

(d) *Eodem die Magni, Casti, Maximi*. De Peregrin. *Magni Confessoris*; nil aliud. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Ad Sanctam Felicitatem Magni, Casti, Saturnini*. Martyrologium Corbejen. *Et Firmini*. Romanum quidem Martyrol non exprimit locum.

Cardinal. Baron. in not. suadet: *De Magno & Casto tantùm Usuardus hac die, de Maximo in antiquo Romano Martyrologio, & aliis Mss.* Bellinus addit *Maximum*, quem sejunctim alii Codices venerantur.

(e) *Treviris Marcelli Episcopi*. Tabulæ Ecclesiæ Trevirens. apud Demochar. de Sacrific. Missæ *Marcellinum* efferunt.

(h) *Arimini Marini Diaconi*. Non Arimini, sed apud Montem Titanum obiit, ut in ejus vita. Ferrar. in calce suæ novæ Topographiæ.

xix. C Nonis Septembris. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1

A B C D E F F G H M N P

2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

SAncti Laurèntii Justiniàni primi Venetiàrum Patriàrchæ, qui Pontificàlem Càthedram, quam hac die invìtus ascèndit, virtùtum, ac miraculòrum glòria illustràvit: cujus natàlis dies sexto Idus Januàrii recensètur. Romæ in suburbàno beàti Victorìni Epìscopi & màrtyris, qui sanctitàte, & mìraculis clarus, sacerdòtium Amiterninæ urbis, totìus pòpuli electiòne adèptus est: pòstmodum sub Nerva Trajano apud Cutìlias, ubi putèntes, & sulphùreæ emànant aquæ, cum àliis Dei servis rele-

relegàtus, ab Aurelàino Jùdice jussus est suspèndi càpite deòrsum: quod cùm per triduum pro nòmine Christi passus fuisset, gloriòsè coronàtus, victor migràvit ad Dòminum: cujus corpus Christiàni rapièntes, honorìfica sepultùra Amitèrni condidèrunt. (a) Item in Portu Romàno natàlis sancti Herculàni màrtyris. (b) Càpuæ sanctòrum màrtyrum Quinctii, Arcòntii, & Donàti. (c) Eòdem die sancti Ròmuli, aulæ Trajàni Præfècti, qui cùm sævitiam Imperatòris in Christiànos detestarètur, cæsus virgis, càpite truncàtus est. (d) Melitìne in Armènia pàssio sanctòrum mìlitum Eudòxii, Zenònis, Macàrii, & sociòrum mille centum & quàtuor, qui abiicièntes militiæ cìngulum, in persecutiòne Diocletiàni pro confessiòne Christi necàti sunt. (e) Constantinòpoli sanctòrum màrtyrum Urbàni, Theodòri, Menedèmi, & sociòrum septuagintasèptem Ecclesiàstici òrdinis, qui à Valènte Imperatòre pro fide Cathòlica in navìgio impòsiti, jussi sunt in mari combùri. (f) In pago Tarvanènsi, monastèrio Sithin, sancti Bertini abbàtis. (g) Tolèti sanctæ Obdùliæ vìrginis. (h)

(a) *Victorini.* Die 24. Julii Florentinius, Holsten & Notker.

(d) *Romuli.* Martyr an. 180. Baron. eo an. n. 1. An. 112. Pagi. t. 1. ad an. 106. n. 3.

(e) *Eudoxii, Zenonis, & Soc.* Martyres an. 311. Baron. eo an. n. 21. An. 312. Pagi. t. 1. ad an. 603 n. 6.

(g) *Bertini Abbatis.* Obiit An. 698. Baron. eo an. n. 9. An. 709 Pagi. t. 3. ad an. 698. nu. 12.

(a) *Baron. an. 98. n. 12. & an. 100. n. 12. Sur. t. 3. prior. edit. in Act. SS. Nerei, & Achillei ad 12. Martii, & Ferrar. in Catal. Sanctor. Italiæ hac die.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 238. Notker. Maurolyc. Galesin. & alii.* (c) *Baron. in not. & alii qui suprà.* (d) *Baron. an. 108. n. 1. Græci in Menologio hac die, Lippoman. t. 6 & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. an. 311. n. 21. item Græci ex Act. S. Romuli, & Metaphrast.* (f) *Baron. an. 370. nu. 36. & sequ. Græci in Menologio, Socrat. hist. lib. 4. c. 13. & Sozomen. lib. 6. c. 13. & 14.* (g) *Baron. an. 698. n. 9. Sur. t. 5. prior. edition. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 5. & Molan. Indic. SS. Belgii.* (h) *Baron. in not. & Breviar. Tolosanum.*

Sapientia habitat in consilio. Prov. 8.

(d) *Romæ Victorini Episc. & Martyr.* Ad 24. Julii Martyrol. Corbejen. *In Amiternina Civitate milliario octogesimo tertio ab Urbe Roma via Salaria Victorini Martyris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Via Salutaria.* Martyrol. Epternacen. seù Antuerpien. *Romæ Victorini Militaris, Aciaci, Capitonis, Silvini, Stercati, Anthenogeni, Cartonis.* Martyrol. Beneventan. Ms. Neapoli penes Cleric. Regular. SS. Apostolorum *Apud Amiterninam Civitatem Sanctorum Militum LXXXIII. & S. Victorini Martyris.* Die 23. Maii Galesin. *In Germania S. Victorini Episcopi Amiternensis.* An idem, alii definiant.

Baron. in notis autumat hunc Victorinum esse eumdem, de quo Roman. Martyrolog. ad 15. April. una cum Marone, & Eutychete. At ille Martyr sub Valeriano Judice. Et hic hujus diei sub Aureliano Judice.

(b) *Item in Portu Romano Herculani Martyris.* Martyrol. S. Vuillibrordi: *In Portu Romæ Taurini, & Herculani.* Martyrologia Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Et Aristosi.* Martyrol Corbejen. *Et passio S. Totkalielis, & Sororis ejus, nomine Berbeæ.* Martyrol. Reginæ Succiæ Ms. *Romę Taurini, Arecosi.* Galesin. in not. *In Portu Romano Herculani, Hermani, sive Heriani.* Bucherius: *Acotii in Porto, & Nonni, & Herculani, & Taurini.* Ferrar. Catal. SS. Italiæ ex Tabul. Eccles. Parmens. *Parmę S. Herculani Martyris.* An idem ob aliquam ibi reliquiam, Parmenses videant. Petr. de Natal. *Romę via Lavicana S. Herculani Martyris.* Florentinius duos Martyres facit, & alterum ab altero sejungit, scilicet *Herculani, & Martyris.*

Vir consilii non disperdet intelligentiam. Eccles. 32.

(c) *Capua Quinctii, Arcontii, Donati.* Martyrolog. Corbejen. addit: *Magni, Januarii.* Notkerus: *Capuæ Quinctii, Arcontii, Donati, Eutychetis, & Maronis.* Beda: *Capuæ Quinctii, Arcontii, Donati, Fontini, Nimpei, & Saturnini:* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Capua Campaniæ Quinti, & Donati.* De Peregrinis: *Quinti, Acontii.* Ferrar. in Catal. SS. Italiæ, horum Martyrum nulla prorsùs memoria extat apud Capuanos in eorum tabulis.

(h) *Toleti Obduliæ.* Toletum, *Toledo.* Urbs Hispaniæ Tarraconen. antiqua, ad Tagum fluvium circumfluentem, novæ Castellæ caput, amplissima Metropolis, umbilicus Hispaniæ, in colle, quo aqua ex flumine miro artificio usque in ædes regias perducitur. Media ferè inter Cæsaraugustam, & Hispalim. Molan. Indic. Sanctor. Belgii ad 18. Julii: *XV. Kal. Augusti Odilię Virginis, de numero undecim millium Virginum, S. Ursulę Sodalium.* At aut alia, aut si una eademque *Obdulia* cum *Odilia*; ob aliquam forsan hac die Toletum translationem Reliquiarum actam.

xviij. D Octavo Idus Septembris. Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

(a) *Zacharia Propheta.* Circ. 520 ante Christ. nat. Die preced. Græci in Menologio Die 8. Februar. in Menæis.
(b) *Onesiphori.* Die 29. April. & iterum Die 10. Octobr. cum *Evodio* Græci in Menologio.

ZAchariæ Prophètæ, qui de Chaldæa ſenex in pàtriam revèrſus, juxtà Aggæum Prophètam cònditus jacet. (*a*) In Helleſpònto ſancti Oneſiphori Apoſtolòrum diſcìpuli, cujus mèminit ſanctus Paulus ad Timòtheum ſcribens: qui ibìdem unà cum ſancto Porphyrio juſſu Hadriàni Procònſulis àcriter verberàtus, & à feròcibus equis raptàtus, ſpìritum Deo rèddidit. (*b*) Alexandriæ pàſſio ſanctòrum màrtyrum Fauſti presbyteri, Macàrii, & ſociòrum decem, qui ſub Dècio Imperatòre, & Valèrio Præſide pro Chriſti nòmine abſcìſſis cervìcibus martyrium complevèrunt. (*c*) In Cappadòcia ſanctòrum màrtyrum Còttidi diàconi, Eugènii, & ſociòrum. (*d*) In Africa ſanctòrum Epiſcopòrum Donatiàni, Præſìdii, Manſuèti, Germàni, & Fùſculi, qui in perſecutiòne Vvandàlica juſſu Hunnerìci Regis Ariàni pro aſſertiòne Cathòlicæ veritàtis fùſtibus diriſſimè cæſi, exìlio eliminàti ſunt: inter quos ètiam Epìſcopus nòmine Lætus, ſtrènuus atque doctiſſimus vir, poſt diutùrnos càrceris ſqualòres, incèndio concrematùs eſt. (*e*) Verònæ ſancti Petrònii Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) Romæ ſancti Eleuthèrii abbàtis, ſervi Dei, quem ſanctus Gregòrius Papa ſcribit oratiòne, & lacrymis mòrtuum ſuſcitàſſe. (*g*)

(g) *Eleutherii Abbatis.* Die 18. April. Ferrar. in utroque Catal. Die 18. Martii Calendarium quoddam Ms. Sanctor. Ordin. S. Benedict.

(a) *Baron. an. 415. n. 56. Joseph. de antiq. lib. 11. c. 4. Epiphan. de vit. & interit. Prophetar. c. 21. Sozomen. hiſt. lib. 9. c. 16. in fin. & c. 17. Nicephor. lib. 14. c. 8. & Cedren. in Honor. an. 11.* (b) *Baron. an. 47. n. 4. & an. 59. n. 8.* (c) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (d) *Baron. in not. Uſuard. & alii.* (e) *Baron. an. 484. n. 47. & ſequ.* (f) *Baron. in not. Cardinal. Valer. de Epiſcop. Veronen. & Tabul. Eccleſ. Veronen. pag. 10. & 41.* (g) *Baron. an. 794. n. 86. & 87. S. Gregor. Pap. lib. 3. Dialog. c. 33. & Ado hac die.*

Non te prætereat narratio Seniorum. Eccleſ. 8.

(a) *Zachariæ Prophetæ &c.* Raban. *VIII. Idus Zachariæ Prophetæ;* nil aliud. Coævus Aggæi Prophetæ. 11. inter Minores.

(b) *In Helleſponto Oneſiphori.* Helleſpontus, *Brazzo di S. Giorgio,* et *Stretto di Gallipoli.* Anguſtia maris inter Europam, & Aſiã, ubi Seſtus, & Abydus, uſquè ad Propontidem: qua Xerſes olim ex Aſia in Europam innumerabilem hominum multitudinem trajecit. Græci ad 29. Aprilis in Menologio: *III. Kal. Maii S. Oneſiphori Epiſcopi Colophonis.* Et ad 10. Octobris: *VI. Idus Octobris Oneſiphori Epiſcopi, & Evodii.* Dorotheus: *Oneſiphori Epiſcopi Cotoniæ.* Ms. Divionen. *VIII. Idus Zachariæ Prophetæ, & natale S. Oneſiphori Apoſtolorum Diſcipuli.*

(d) *In Cappadocia Cottidi Diaconi, Eugenii, & Sociorum.* Cappadocia Aſiæ minoris Regio ampla, mari Euxino expoſita, Paphlagoniæ ad occaſum finitima, Haly fluvio diviſa ad ortum Armeniæ majoris Euphrate flumine ſeparante, & Armeniæ minoris ab eo Argeo Monte diſcriminata, ad Auſtrum Ciliciæ Tauro monte intercedente, ad Boream Euxinum Mare. Martyrol. S. Vvillibrordi: *Cappadociæ civitate Teriaten Cuttidi.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrolog. Bluman. *In Territorio Cappadociæ civitate Reaten Quottidi cũ ſociis ſuis.* Martyrol. Corbejen. *Civitate Readden Cottidi cum Sociis ſuis.* Ms. Roman. Barberinian. *In Civitate Cappadociæ civitate Reaten Cartidi cum ſociis ſuis.* De Peregrin. *Quotidii Diaconi.* Raban. *In territorio Cappadociæ civitate Ruetenſi Cuttidi, Eugenii Epiſcopi, & ſociorum ejus.* Uſuard. Bellin. & Maurolyc. *Cappadociæ apud urbem Reaten Cottidii Diaconi.* Galeſin. *Cottidii Diaconi, & Eugenii.* Ex Galeſinio quàmplures Reate hos paſſos ſcripſere: At de Urbe Cappadociæ ſive Reate, vel Readden, aut Teriate,

Ab ipſis diſces intellectũ, & in tempore dabis reſponſum. Eccleſ. 8.

te, seù Ruetensi, nil apud Geographos invenitur: Idcircò sanè Romanum Martyrolog. nomen Urbis silet, & profert: *In Cappadocia*, sine addito ubi.

Disceptatio Historico-litteralis.

(g) *Roma Eleutherii Abbatis* &c.

Mss. vetera Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, Lætien. S. Lamberti, Vatican. S. Petri, Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Barberinianum, ac de Peregrinis: *Romæ S. Eleutheri Episcopi.*

Cardinal. Boronius in notis occurrit, mendosè hæc Apographa, non legisse *Abbatem*, *sed Episcopum*, præferendo Adonem pro sua assertione. S. Gregorius quidem lib. 3. Dialogor. c. 33. hujus *Eleutherii* meminit, ex quo Sur. Galesin. Maurolyc. aliique *Abbatem* protulere.

At Ado accitus in testem neque in edito ejus Martyrologio apud Rosuueydum, neque in antiquo *Eleutherium* memorat. Adonis tamen Appendix apud Mosandum, & sine addito *Episcopi*, aut *Abbatis*, sed tantùm *Romæ S. Eleutherii*: undè quùm Galesinius, & Maurolyc. alium *Eleutherium Episcopum* non supposuere, nisi *Eleutherium Pontificem* die 26. Maii è vivis decessum, ex Libr. Pontifical. idcircò hac die in *Eleutherium Abbatem* declinavere: Ast nedum preadducta Apographa, sed et illa Martyrologii S. Hieronymi, ac Rabanus hac die panditant: *Roma via Salaria milliario ab Urbe natale S. Eleutherii Episcopi.*

Obtrudi tamen posset, quòd hic *Eleutherius Episcopus* hac die via Salaria, alius non erit, nisi *Eleutherius Papa*, qui forsan in aliquibus Codicibus ad 26. Martii, & in adductis hac die colitur.

Nihilominùs Florentinius vir eruditus admonet, in antiquis Martyrologiis consuetum, Martyres in Romanis viis coronatos, urbi Romæ adscribi, quantùmvis alterius civitatis, & loci esse potuerint: quamobrem hic *Eleutherius* alibi *Episcopus*, Romæ via Salaria Martyrizatus esse potuerit.

Si quis subderet, *Eleutherium Episcopum* esse alium ab *Eleutherio Abbate* in Romano Martyrologio, & de quo S. Gregorius Papa.

Hoc erit divinare; Apographa namque unum *Eleutherium* hac die, & hunc *Episcopum* & *Martyrem* Romæ recensent: quinimò Martyrologium Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium virum clarissimum expresè panditat: *S. Idus Septembris Romæ S. Eleutherii Episcopi, Servi Dei, quem S. Gregorius Papa* &c. Ex quo non remanet locus ambigendi, an idem: maximoperè quòd Isidorus locum Episcopatus indicat: *Fuit Episcopus Leptinensis*; Licèt laudatus Holstenius animadvertat, Episcopum *Neptitanum* scribi in Africæ notitia, ubi eo tempore Fortunianus Episcopus Leptinensis commemoratur; ideoque corrigendus Isidorus: Cæterùm Romanum Martyrologium haud dubium quidèm erit, si sapientiores adiudicaverint, ut neque *Episcopum*, neque *Abbatem* habeat, proferendo: *Roma S. Eleutherii, Servi Dei, quem Gregorius &c.*

xvij. E Septimo Idus Septembris. Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3

A B C D E F F G H M N P

4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

(a) *Joannis.* Martyr ann. 302. Baron. eo an. nu 27. An. 303. Pagi t. 1. eodem an. n. 6
(d) *Anastasii.* Die 25. Octobr. & 5. Decembr. Canis. in Menolog. Græcor. Die 26. August. Petr. de Natal. & Maurolyc.

(g) *Evertii Episc.* Obiit an. 374. Baron. in not. Ann. 390. Sammarthani ex Guyonio.
(i) *Pamphili Episc.* Die 11. Maii Ms. Vatican. nu. 5549. signatum.

NIcomediæ natàlis beàti Joànnis màrtyris, qui cùm vidèret crudèlia edicta advèrsùs Christiànos in foro pendère, fidei ardòre accènsus, injècta manu, illa detràxit, atque discèrpsit: cùmque hoc relàtum esset Diocletiano, & Maximiano Augùstis in eàdem urbe constitùtis, òmnia suppliciòrum gènera in eum experiri jussèrunt: quæ vir nobilissimus tàta alacritàte vultus ac spìritus pèrtulit, ut ne tristis quidem pro his vidèri potùerit. (a) Cæsarèæ in Cappadòcia sancti Eupsychii màrtyris, qui sub Hadriàno Imperatòre accusàtus quòd Christiànus esset, in càrcerem conjèctus est: & paulò pòst inde emissus, patrimònium statim vèndidit, & prètium partim paupèribus, partim accusatòribus tanquam benefactòribus distribuit: sed itèrùm comprehènsus, sub Sapritio Jùdice dilaniàtus, & glàdio confòssus, martyrium consummàvit. (b) Pompejòpoli in Cilìcia sancti Sozòntis màrtyris, qui sub Maximiàno Imperatòre in ignem injèctus, rèddidit spìritum. (c) Aquilèjæ sancti Anastasii màrtyris

ris. In territòrio Augustodunènsi sanctæ Regìnæ vìrginis & màrtyris, quæ sub Procònsule Olybrio, càrceris, equùlei, ac lampadàrum perpèssa supplìcia, demùm capitàli sentèntia damnàta, migràvit ad Sponsum. (*e*) Trecis sancti Nemòrii diàconi, & sociòrum màrtyrum, quos Attila Rex Hunnòrum interfècit. (*f*) Aureliànis in Gàllia depositio sancti Evòrtii Epìscopi, qui primò Romànæ Ecclèsiæ subdiàconus, dehinc divìno mùnere per colùmbam designàtus est Pòntifex præfàtę urbis. (*g*) In Gàlliis sancti Augustàlis Epìscopi & confessòris. (*h*) Càpuæ sancti Pàmphili Epìscopi. (*i*) In territòrio Parisiènsi sancti Clodoàldi presbyteri & confessòris. (*k*)

(a) *Baron. an. 302. n. 27. Euseb. hist. lib. 8. c. 5. & Nicephor. lib. 7. c. 5.* (b) *Baron. an. 140. n. 4. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 305. n. 15. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit.* (d) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Petr. de Natal. lib. 7. c. 124. & Maurolyc. ad 26. August.* (e) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. vit. SS. Patr. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 47.* (f) *Baron. ibid. Molan. Addit. ad Usuard. & Maurolyc.* (g) *Baron. an. 337. n. 48. Sur. t. 5. prior. edit. Vincent. lib. 13. Petr. in Catal. lib. 8. c. 48. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei, Saussayus, Raban. & alii.* (h) *Baron. an. 441. n. 14. Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 432. Chronic. Lucii Dextri, Raban. aliique.* (i) *Baron. in not. & Ferrar. Indic. Sanctor. Ital.* (K) *Baron. ibid. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 3. c. 6. & 18. Sigebert. in Chronic. an. 531. Petr. in Catal. lib. 8. c. 50. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei, Saussayus, plerique alii.*

Ego accepi, quod & tradidi. Ad Corinth. 11.

(d) *Aquilejæ Anastasii Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. VII. *Idus Septembris passio S. Anastasii Martyris*. Ms. Ultrajectinen. S. Mariæ prę signat: *Aquilegia*. Martyrolog. Antuerpien. S. Vuillibrordi adhuc sine loco: *S. Anastasii Episcopi*; sed aut alius, aut sphalma additum *Episcopi*. Martyrolog. Corbejen. *Passio S. Anastasii cum sociis suis*. Maurolyc. ad 26. Augusti ex vetustiss. Martyrologiis: *Salone in Dalmatia sub Diocletiano S. Anastasii Martyris in Mare demersi*. Petr. de Natal. addit: *Anastasii Martyris, natione Aquilejensis*. Græci in Menologio: *Sancti Anastasii Martyris, qui obtruncatus, in mare demergitur*. Genebrard. *Anastasium sub Diocletiano Imperatore passum ann. 244. sub Olyb. Proconsul. Præfecto Decio*. Maurolyc. ad 21. Julii alium exhibet Anastasium Martyrem Salone sub Aureliano Imperatore.

(c) *In territorio Augustodunensi Reginæ Virginis, & Martyris*. Ms. Roman. Barberinian. *Eodem die natale S. Reginæ Virginis*. Martyrolog. Bluman. *Eduæ Civitate in Gallia locum Alisianæ S. Reginæ Martyris, cujus gesta habentur*. Martyrolog. Corbejen. *Augustoduno Civitate loco, qui dicitur Alisia natalis S. Reginæ Martyris*.

(g) *Aurelianis in Gallia Evortii Episcopi*. Martyrolog. Epternacen. & Hieronym. Lucen. *Evorti*. Hagiologium Franco-Gallic. Labbei, Sammarthani, & Saussayus: *Euurtii*. Petr. de Natal. *Evuncii*.

(i) *Capuæ Pamphili Episcopi*. Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Capua Civitate Sesonti*. Martyrolog. Reginæ Sneciæ Ms. penès Holstenium: *Capuę Senoti*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Capua Januarii, Desiderii*. At hæc Apographa, aut *Pamphilium Capuanum* cum *Senoto* confudere, aut disjunxere, aut mutila. Ferrar. licèt Gatal. SS. Italiæ inter Capuanos Cœlites hunc Pamphilium Episcopum recenseat, tamen asserit esse, de quibus officium non celebratur: Imò ad calcem novæ Topographiæ admonet, nil, quòd Episcopus Capuanus fuerit, apparere.

Tenete traditiones, quas accepistis. Ad Tessalonic. 2.

(K) *In territorio Parisiensi Clodoaldi Presbyteri & Confess.* Kalend. Canonic. Lucensium: VII. *Idus Cledoaldi Confess.* Martyrol. S. Vuillibrordi, seù Antuerpien. *Chlonovandi Regis & Confessoris*. De Peregrinis: *Dodaldi Presbyteri & Confessoris*. Beda genuin. VII. *Idus Sancti Clodaldi Confessoris*. Martyrolog. Corbejen. *In territorio Parisiorum Vico Noviento depositio B. Clodoaldi Regis, posteà Presbyteri & Confessoris, tam generis, quàm mentis nobilitate conspicuus.* Filius namque Alodomiri Regis Francorum.

Disceptatio Topographica.

(h) *In Galliis S. Augustalis Episcopi & Confessoris*. Gallia, *Francia*. Regio Europæ notissima, nobilis, & ampla. Oceano Rheno, Alpibus, mari mediterraneo, & Pyreneis Montibus conclusa. Ms. Barberinian. Rom. *In Galliis Arelate depositio S. Augustalis*. Quidèm sanè; Nam quamvis Saxius in Pontificio Arelatensi inter Præsules illius Urbis hunc *Augustalem* numeret, & memoria etiam in Martyrologio Bedæ attributo legitur.

Nihilominùs nec in vero Bedæ Martyrologio, nec in Dypticis Ecclesiæ Arelatensis apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 432. ex veter. Codic. Ms. descript. & nec in Tabulis Episcoporum Arelatensium Democharis, aliqua

qui *Augustalis Episcopi* mentio reperitur; in quibus utique legeretur, si Ecclesiæ Arelatensi præfuisset. Quinimmò Eminentissimus Baronius in notis suadet, reperiri hunc S. Præsulem Concilio primo Arausicano tempore S. Leonis Papæ subscriptum, quando eo tempore Sedi Arelatensi præerat S. Hilarius, qui eidem Synodo intervenerat. Ex quo ipse Baronius: *S. Augustalem* alterius potiùs Civitatis Episcopum existimat.

Verùm S. Hieronymi Martyrologii Apographa apud Florentinium, Martyrolog. Reginæ Sueciæ penès Holstenium, Raban. aliiq; Martyrologi panditant: *Arelate Galliæ Civitate S. Augustalis Episcopi.*

Ast etiam ex Chronico Lucii Dextri ad an. 384. hac die: *S. Augustalis Episcopus Illiberitanus in Sanctorum numerum relatus est, cujus memoria septimo Idus Septembris colitur.* Ex quo in præsentiarum, quùm duplex reperiatur Illiberis apud Geographos, una in finibus Galliæ Narbonensis, juxtà Pireneos Montes Strabon. lib. 4. altera in Bethica Hispaniæ regione, nonnullis *Granata* dicta, & majoris famę Illiberis Galliæ, quàm Hispaniæ; nec aliundè *Augustalis* cùjus Illiberis fuerit Episcopus indicatur, quemadmodum Lucius ex hoc deceptus, *Arelate in Galliis* obitum hujus Sancti Episcopi Illiberitani inscripsit, ita alia Apographa adducta, omissa sede Illiberitana, quam nesciebant, ob Illiberis pluraritatem, supposuere Illiberim Galliæ, ex quo alii *In Gallia*, alii *Arelate in Gallia* protulere; Cæterum cujus Sedis fuerit Præsul, pro certo haberi nequit: quamobrem sanè Roman. Martyrolog. siluit *Arelate in Gallia*, eo quia Baronius suspicatus, non fuisse Arelatensem Episcopum, sed alterius Civitatis in Galliis, & protulit: *In Galliis S. Augustalis Episcopi.* Ita quùm etiam modò dubitetur an fuerit in Galliis Episcopus, sanius erit, interjecta sapientiorum definitione, ut subducto: *In Galliis*, auspicetur: *Eodem die S. Augustalis Episcopi & Confessoris.*

xvj. F Sexto Idus Septembris. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

NAtivitas beatìssimæ semper vìrginis Genitrìcis Dei MARIÆ. (*a*) Nicomediæ sancti Hadriàni màrtyris, cum àliis vigintitribus, qui omnes post multa supplìcia sub Diocletiàno, & Maximiàno Augùstis martyrium crurifràgio consummàrunt quarto Nonas Màrtii. Eòrum relìquiæ à Christiànis Byzàntium delàtæ, reverènti honòre sepùltæ fuèrunt: indè pòsteà sancti Hadriàni corpus Romam hac die translàtum fuit, in qua ipsius festivitas potissimùm celebràtur. (*b*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Ammònis, Theòphili, Neotèrii, & aliòrum vigintiduòrum. (*c*) Antiochìæ sanctòrum Timòthei, & Fausti màrtyrum. (*d*) Gazæ in Palæstina sanctòrum màrtyrum Eusèbii, Nèstabi, & Zenònis fratrum, qui tèmpore Juliàni Apòstatæ, irruènte in eos turba Gentilium, discèrpti atque necàti sunt. (*e*) Ibidem sancti Nèstoris màrtyris, qui sub eòdem Juliàno ab iìsdem Gentìlibus furèntibus sævìssimè cruciàtus emisit spìritum. (*f*) Valèntiæ in Hispània sancti Thòmæ à Villanòva Archiepìscopi, insignis propter flagràntem in pàuperes charitàtem, qui ab Alexàndro Sèptimo in Sanctòrum nùmero adscriptus est: cujus festum ejus jussu decimoquàrto Kalèndas Octòbris celebràtur. (*g*) Frisìngæ sancti Corbiniàni primi ejùsdem civitàtis Epìscopi, qui à Gregòrio Secùndo Pontifice ordinàtus, & ad prædicàndum Evangèlium missus, ùberes fructus in Gàllia, & Germània rètulit, ac demùm virtùtibus, & miràculis clarus in pace quièvit. (*h*)

(a) *Nativitas B. Virginis.* Die præceden. Sacramen. Gregor. Die sequ. Kalend. Fronti, & Christophor. de Castro hist. Deipar. c. 2. Die 16. Aug. Martyrol. vetustissim. S Vuillibrordi. Die 25. Aprilis Kalendar. Coptic. apud Selden.

(b) *Hadriani* Martyr die 4. Mar. & hac die Corpus translatum. Baron. in not. Martyr, & Corpus trãslatum hac die. Ado, Notker. & alii. Die 26. August. Græci.

(a) Ba-

(a) *Baron. in apparat. n. 39. 40. & 48. Caniſ. & Baſil. in Menologiis Græcis, Sacramentar. Gregor. die præcedent. Sigebert. in Chronic. & Petr. de Natal. lib. 8. c. 51.* (b) *Baron. an. 311. n. 17. Sur. t. 9. poſterior. edit. Molan. Addit. ad Uſuard. Nother. Raban. Maurolyc. & alii.* (c) *Baron. an. 253. n. 107. & ſequ. Euſeb. lib. 6. c. 34. & Nicephor. lib. 7. c. 16.* (d) *Baron. in not. Bellin. Galeſin. Maurolyc. & alii.* (e) *Baron. an. 362. n. 154. & Sozomen. lib. 5. c. 8.* (f) *Iidem ibidem.* (g) *Chronic. Ordin. S. Auguſt.* (h) *Baron. an. 716. n. 11. & an. 724. n. 21. Sur. t. 6. prior. edition. & Otho Friſingenſ. lib. 5. c. 24. & 24.*

Quæ ſunt tradita cuſtodimus. S. Auguſt. Epiſt. 117.

(a) *Nativitas Beatiſſimæ Virginis.* Hoc feſtum à Græcis primùm inſtitutum in memoriam liberationis à peſte an. 502. Sigebert. in Chronic. Ex Latinis, alii poſt Concilium Epheſinum, & alii tempore Innocentii IV. Sacramentarium Gregorii, & Oratio ſuper Populum die præcedenti: *Diem, quo felix ejus eſt inchoata Nativitas.* Et ad Matutinum: *Hodiernæ feſtivitatis prolatam ex Ortu.*

(b) *Nicomediæ Hadriani Martyris, cum aliis vigintitribus.* Apographa Martyrolog. S. Hieronymi Corbejen. & Lucen. Sacramentar. Gregorii, & vet. Kalendar. Fronti nudè: *Natalis Adriani.* Mss. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini: *In Nicomedia S. Nemeſii, & S. Adriani Martyris, cum aliis viginti tribus.* Mss. Romana Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. Sancti Petri addunt: *Demetrii, Severi, cum aliis undecim.* Græci alium *Adrianum* Martyrem exhibent quoque *Nicomediæ*, filium Probi Imperatoris, paſſum ſub Licinio.

(c) *Alexandriæ Ammonii, Theophili, Neoterii, & aliorum viginti duorum.* Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Alexandria Ammoni, Fauſti, Serapionis, Pii. Item Pii, Teofili, Neotheri, & aliorum xviii.* (Martyrol. Veiſſemburgenſe effert: *Theophili, & aliorum xxii.*) *Nemeſi, Arioni, Ammoni. Paſſio Sanctorum Petri, Savini, Demetri cum aliis xl. Didimi, Mitiſori, Peneti, Achilli, Hiſydori, Serapionis, Magira, Oroſei, Silvani, Serapionis, & aliorum Dxxii.* (Martyrol. Veiſſemburgenſe profert: *Paneti, Achilla, Migita, Oruſei, Silvani, Arapionis, & aliorum Dcccvi.*) *Demetri, Severi cum aliis xi. Item Severi cum aliis xl.* Martyrol. Veiſſemburg. reliquum ut ſuprà. Martyrol. S. Vuillibrordi: *In Alexandria Ammoni, & aliorum xxx. Fauſti, Serapionis, Pii. Item Pii, Theophili, Neotheri, & aliorum xxiii. Nemeſi, Arionis, Ammoni, Petrini, Severi, Demetri, & aliorum xl. Dudini, Mitiſori, Panemoti, Achila, Sidori, Serapionis, Migiliæ, Oroſei, Silvini, Orobionis, & aliorum cxxii. Metri, Severi, cum aliis xii.* Martyrolog. Corbejen. *In Alexandria Ammoini, Juſti, Serapionis, Pii, item Pii, Theophili, Neoteri, & aliorum vigintiduorum Nemeſi, Arioni, Ammon. Paſſio Sancti Petri, Sabini, Demetrici cum aliis quadraginta, Didymi, Mitiſori, Paneti, Achilli, Iſidori, Serapionis, Migitæ, Oroſei, Silvani, Arepionis, & aliorum ſeptingentorum quatuor. Item Denetri, Severi, cum aliis xi. Item Severi cum aliis quadraginta. In ea die collectio multorum martyrum corpora.*

Scribe in libro, & trade auribus. Eſod. 17.

Cardinal. Baron. in not. ſuadet, Ammonium, Neoterium, alioſque viginti duos Anonymos in Roman. Martyrolog. eſſe eoſdem, de quibus Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. lib. 6. cap. 34. At Martyres à Dionyſio relati fuere: *Ammonius, Ptolomæus, Ingenuus, & ſenex Theophilus:*

(d) *Antiochiæ Timothei, Fauſti.* Martyrolog. Epternacen. *Antiochiæ Timothei.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. adſcit *Fauſti.* Martyrolog. Corbejen. profert: *Fauſtiniani.* Maurolyc. ex vetuſt. Martyrolog. *Antiochiæ Timothei, Fauſtini, Amphiani, Severi, & Severiani.*

(h) *Friſingæ Corbiniani Epiſc.* Friſinga, quæ & Sruxinum *Freſing*; Urbs Bavariæ ſuperioris ad Hiſaram flumen, ubi Moſacum accipit, media inter Monachium Ducis ſedem, & Landshutam: *Corbiniani Epiſcopi.* Aliquibus *Corbiani.* Ordinatus primus Epiſcopus à Gregorio Secundo Pontifice circa annum Domini ſeptingenteſimum trigeſimum.

xv. G Quinto Idus Septembris. Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5

A B C D E F F G H M N P

6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

(a) *Dorothei, & Gregorii.* Martyres ann. 302. Baron. eo an. n. 3. An. 303. Pagi t. 2. eodem an. n. 6. Die 12. Martii Mss. Colonien. S. Mariæ ad Grad. & Treviren. Sancti Maximini, Roſuveydus, & Florentinius.

(c) *Severiani*. Martyr ſub Licinio an. 316. Baron. eo anno n. 46. Ann. 319. ſub Licinio Pagi to. 2. ad eum an. 316. nu. 11.

NIcomediæ pàſſio ſanctòrum màrtyrum Doròthei, & Gorgònii, qui apud Diocletiànum Augùſtum honòres ampliſſimos conſecùti, cùm perſecutiònem, quam ille Chriſtiànis inferèbat, deteſtarèntur, præsènte eo, juſſi ſunt primò appèndi, & flagris toto còrpore laniàri, deindè viſcèribus pelle nudàtis, acèto & ſale perfùndi, ſicque in craticula aſsàri, atque ad ùltimum làqueo necàri. Interjècto autem tèmpore, beati Gorgònii corpus Romam delàtum fuit, ac via Latìna pòſitum, & indè ad Baſilicam ſancti Petri translàtum. (*a*) In Sabìnis, trigèſimo ab Urbe milliàrio, ſanctòrum màrtyrum Hyacìnthi, Alexàndri, & Tibùrtii. (*b*) Sebàſte ſancti Severiàni militis Licinii Imperatòris, qui cùm quadragìnta Màrtyres in càrcere detèntos frequens viſitàret, juſſu Lyſiæ Præſidis ſaxo ad pedes ligàto ſuſpènſus, ac verbèribus cæſus, & flagris laniàtus, in tormèntis rèddidit ſpìritum. (*c*) Eòdem die pàſſio ſancti Stratònis, qui pro Chriſto ad duas àrbores ligàtus, atque diſcèrptus, martyrium conſummàvit. (*d*) Item ſanctòrum màrtyrum Rufini, & Rufiniàni fratrum. (*e*) Romæ ſancti Sèrgii Papæ & confeſsòris. (*f*) In territòrio Tarvanènſi ſancti Audomàri Epìſcopi. (*g*) In Scòtia ſancti Queràni abbàtis. (*h*)

(f) *Sergii Papæ.* Die 7. Sept. Pagi t. 3. ad an. 701. n. 1.

(g) *Audomari*. Obiit an. 695. Baron. eo ann. nu. 9. & in not. Ann. 668. Cointius. Ann. 663. Mabillon. Sæcul. 3. Benedict. Quo anno, & quo die ignotum. Pagi t. 3. ad an. 682.

(a) *Baron. an. 301. n. 37. & an. 302. n. 3. 28. 29. & 40. Euſebius hiſt. lib. 8. c. 1. & 6. Nicephor. lib. 7. c. 2. & 5. & Sigebert. in Chronic. ad ann. 764.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 243. Raban. Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 316. n. 46. Græci in Menologio hac die, Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menolog. hac die.* (e) *Iidem ibidem.* (f) *Baron. an. 687. n. 1. & sequ. & an. 705. n. 1. & sequ. & Ado.* (g) *Baron. an. 682. n. 14. & an. 695. n. 9. Sur. t. 5. prior. edit. Petr. in Catal. lib. 8. c. 58. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 104. & lib. 4. c. 160. & Molan. Indic. Sanctor. Belgii.* (h) *Baron. in not. & Uſuard. hac die.*

Si quis indiget ſapientia, poſtulet. Jacob. 3.

(a) *Nicomedia Dorothei, & Gorgonii*. Beda genuin. *v. Idus natale S. Gorgonii*, ſine paleſtra. Ms. Lætien. S. Lamberti: *Et Dorothei Martyrum*. Ms. Atttebaten. Eccl. S. Mariç: *Natale S. Gorgonii Martyris, & Tiburtii, & depoſitio S. Alexandri*. Ms. Tornac. Monaſt. S. Martini: *Paſſio SS. Martyrum Dorothei, atq; Gorgonii, & depoſitio S. Alexandri*. Rabanus: *Roma Gorgonii Martyris, & Candidæ, Cyrini, Domitiani, Eunoſci, Siſinnii, Eracli, Lii, Alexandri, Joannis, Claudii, Athanaſii, Valentis, Eliani, Meliçii, Kaditii, Acacis, Juliani, Elbani, Theoduli, Cyrilli, Flavii, Severiani, Valeris, Chudionis, Sacerdonis, Priſci, Eucti, Juventilis, Philoſtimonis, Etii, Miculli, Lyſimachi, Theophili, Euticii, Xanthii, Aggii, Lemtii, Juſtii, Caii, Baſilidis: Hi omnes ſimul quadraginta paſſi ſunt temporibus Licinii Imperatoris, & Agricola Præſidis, & Lyciæ Ducis.*

(b) *In Sabinis Hyacinthi, Alexandri, & Tiburtii.* Sabini Populi, & Sabinia Regio Italiæ, *Savina*. Inter Umbriam, & Latium, ac inter Hetruriam, Picenum, & Samnium. Nar fluvius ad Septentrionem ab Umbris ſeparat, Tiberis ab Hetruria ad occaſum, Aniene à Latio ad Auſtrum diſcernitur. Montes Trebulani à Veſtinis, & Apenninus à Picenis versùs Orientem ſolem dirimunt. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Savinis milliario ab Urbe xxx. Jacenti, Alexandri, Tyburti.* Martyrolog. Epternacen. *In Sabinis Tyburti. In Alexandria Tyburi.* Martyrolog. Corbejen. *In Sabinis miliario ab urbe Hiacynthi, Alexandri, Tiburtii, Juvini, Silvani*. Raban. *In Sabinis Jacinthy Diaconi*. Uſuard. pro Alexandri, *Alexandria* profert.

Qui petit accipit, & qui quærit invenit. Matth. 7.

(g) *In*

(g) *In Territorio Tarvanensi Audomari Episcopi*. Tarvanna, *Terovanne*. Urbs antiquissima Belgii, in Picardiæ, Artesiæque confiniis, ad Lisam amnen non procul orientem, Morinorum antiqua Sedes & Metropolis, à Carolo V. Imperatore solo æquata. Florus Addit. ad Ms. Lætien. *Ipso die Tarvennæ depositio S. Audomari Episcopi & Confessoris*. Mss. Atrrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. S. Martini: *Qui mundo mortuus, Deo vivens, plurimarumque virtutum signis pollens, Tarvennis urbis populum ad cultum convertit Divinum.* Sub Dagoberto Rege; Corpus in Audomaren. Sur. tom. 5.

Disceptatio Topographica. (a) *Nicomediæ passio Sanctorum Martyrum Dorothei, & Gorgonii &c.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium: *Romæ via Lavicana inter duas Lauros in Cœmeterio ejusdem natalis S. Gorgonii*. Adstipulaturque penès Bucherium in Fragmento antiquissimo Rom. Martyrologii: *Quinto Idus Gorgonii in Labicana*.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, Gorgonii Martyris Nicomediensis unà cum Dorotheo Reliquias translatas Romam, ac via Latina positas, deindè in Gallias, ex Sigeberto in Chronic. Ado quidem, Usuard. & alii: *Romæ via Latina Gorgonium* proferunt.

Sed erit divinare, asserere, *Gorgonium Romæ cultum* fuisse Martyrem *Nicomediensem*; maximè, quia *Gorgonius*, *Dorotheus*, & *Petrus* ab Eusebio sub Diocletiano referuntur, mense Martio in Christianos primis edictis vulgatis, undè vix edictum contrà Ecclesias Nicomedienses edici queit, & aliundè quùm *Dorotheus*, *Gorgonius*, & *Petrus* de Imperatoris familia, statim martyrizati legantur, idcircò vix in mensem Septembris eorum passio incidere potuerit. Cæterùm præadducta vetustiora Apographa, *Gorgonii* tantùm hac die memoriam faciunt, subducto *Dorotheo*.

Si quis dein obtruderet, in Apographis Martyrologii S. Hieronymi ad 12. Martii *Gorgonius* refertur ob Martyrium ea die, & aliundè iterum hac die, quia Romam ex Nicomedia translatum fuisse, credere par est.

Hoc objectum dilueretur ex eo, quòd nil obstaret, hunc *Gorgonium* esse alium, ex relatis ipsis vetustioribus Codicibus, in quibus unus ad 12. Martii refertur unà cum aliis martyribus Nicomediensibus, alter, nempe Romanus, hac die 9 Septemb. solus, & sine sociis.

Nec Eusebius, & alii, qui ex Eusebio hausere, promunt Gorgonium Nicomediensem Civem fuisse, sed de Imperatoris familia tantùm, quùm in Imperio Præfecturam gessisset. Quocirca, ut Romanum Martyrologium hac ambage explicetur, & sanioribus placeret, exordiatur: *Passio Sanctorum Martyrum Dorothei, & Gorgonii, &c. ad ultimum laqueo necari*.

xiv. A Quarto Idus Septembris. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p•	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

(f) *Theodardi Epis.* Obiit an. 658. Baron. eo an. n. 8. An. 661. Molan. Indic. Sanct. Belgii. An. 667. Pagi to. 3. ad ann. 658. n. 4.

(g) *Hilarii Pap.* Obiit ann. 467. Baron. eo an. n. 3. An. 468. Pagi t. 3. ad an. 467. num. 3. Die 21. Febr. Maurolyc. Canis. Galesin. & Pagi loc. cit.

(i) *Salvij Episc.* Obiit an. 587. Baron. eo an. nu. 37. Ann. 586. Idem in not. Ann. 584. Pagi t. 2. ad an. 587. n. 11.

Tolentìni in Picèno depositio sancti Nicolài confessòris, Ordinis Eremitarum sancti Augùstini. (*a*) In Africa natàlis sanctòrum Episcopòrum Nemesiàni, Felicis, Lùcii, altèrius item Felicis, Littei, Polyàni, Victòris, Jadèris, Dativi, & aliòrum: qui sub Valeriàno, & Galliène, exurgènte persecutòinis ràbie, ad primam confessiònis Christi constàntiam gràviter fùstibus cæsi, deinde compèdibus vincti, & ad fodiènda metàlla deputàti, gloriòsæ confessiònis agònem consummàrunt. (*b*) Chalcèdone sanctòrum màrtyrum Sòsthenis, & Victòris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Prisco Asiæ Procònsule post vincula, & bèstias superàtas, jussi sunt incèndi: at illi salutàntes se ìnvicem in òsculo sancto, in oratiòne pòsiti spìritum emiserunt. (*c*) In Bithynia sanctàrum virginum Menodòræ, Metrodòræ, & Nymphodòræ soròrum, quæ sub Maximiàno Imperatòre, & Frontòne Prǽside martyrio coronatæ, pervenèrunt ad glòriam. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Apèlli, Lucæ, & Clemèntis. (*e*) Leòdii in Bèlgia sancti Theodàrdi Epìscopi & màrtyris, qui ànimam suam pòsuit

pòsuit pro òvibus suis, & post mortem miraculòrum gràtia illùxit. (*f*) Romæ beàti Hilari Papæ & confessòris. (*g*) Compostèllæ sancti Petri Epìscopi, qui multis virtùtibus & miràculis clàruit. (*h*) In civitate Albigènsi sancti Sàlvii Epìscopi & confessòris. (*i*) Novàriæ sancti Agàpii Epìscopi. (*k*) Constantinòpoli sanctæ Pulchèriæ Augùstæ vìrginis, religiòne, & pietate insignis. (*l*)

(a) *Baron. in not. Mombrit. t. 2. & Sur. t. 3. prior. edition.* (b) *Baron. an. 260. n. 43. S. Cypriani epist: 77. Usuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 311. n. 18. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 61.* (d) *Baron. an. 313. n. 18. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. an. 658. n. 8. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict.* (g) *Baron. an. 467. n. 3. & sequ. Greven. Auctar. ad Usuard. Ado, & alii.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Tabul. Eccles. Compostel.* (i) *Baron. an. 587. nu. 37. & S. Gregor. Turonen. Hist. Francor. lib. 5. c. 50. lib. 6. c. 25. & lib. 7. c. 16.* (K) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Novariens.* (l) *Baron. an. 415. n. 51. ann. 431. n. 157. an. 438. nu. 13. & ann. 453. n. 30. Græci in Menolog. Sozomen. lib. 9. cap. 1. Socrat. lib. 7. c. 22. & Nicephor. lib. 14. c. 2. & 3.*

Qui tantùm verba sectatur nihil habebit. Prov. 19.

(f) *In Africa Sanctorum Episcoporum Nemesiani, Felicis, Lucii & Soc. & aliorum.* Ms. Divionen., & de Peregrinis silent: *Et aliorum.* Ms. Roman. Barberinian. & Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Sanctorum Dolesatuli, Tusci, Valentini.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Et S. Theodardi Episcopi & Martyris.* Martyrolog. vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Africa Catuli, Tusci, Valentianæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Dolesatuli, Tusci, Magari Valentini.* Forsan hi Martyres erunt inter alios Anonymos in Africa recensitos.

(g) *Romæ Hilari Papæ & Confessoris.* Apographum Hieronymian. Lucen. Beda editus, & Rabanus: *Romæ depositio B. Hilari Papæ, per quem Victor ordinem Paschalem conscripsit.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ depositio B. Hilari Papæ.* Martyrol. Antuerpien. *Romæ depositio Hilari Episcopi.* At titulus Papæ, & Episcopi prioribus Sæculis promiscuè Romano Pontifici, aliisque Episcopis addebatur; Gregor. VII. Romanis tantùm Pontificibus nomen Papæ reservavit.

Qui possessor est mentis invenit. Prov. 19.

(K) *Novariæ Agapii Episcopi.* Novaria *Novara*; urbs Insubiæ antiqua, & celebris Galliæ Casaspinæ inter Ticinum, ac Sessitem fluvios. Hic S. Agapius Sancto Gaudentio Episcopus successit, seditque annos 20. ex Tabul. Eccles. Novarien. Baronius tamen in not. suadet, has Tabulas in aliquibus corrigendas.

xiij B Tertio Idus Septembris. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

ROmæ via Salària vèteri in cœmetèrio Basillæ natàlis sanctòrum màrtyrum Proti, & Hyacìnthi fratrum eunuchòrum beàtæ Eugèniæ: qui sub Gallièno Imperatòre deprehènsi quòd essent Cristiàni, sacrificàre cogùntur; sed non consentièntes, primò durìssimè verberàti sunt, ac tandem pàriter decollàti. (*a*) Laodicèæ in Syria pàssio sanctòrum Diodòri, Diomèdis, & Dìdymi. (*b*) Legiòne in Hispania Sancti Vincentii abbatis & martyris. (*c*) In Ægypto sancti Paphnùtii Epìscopi, qui unus fuit ex iis confessòribus, qui sub Galèrio Maximino Imperatòre, dextro òculo effòsso, & sinistro pòplite exciso, ad metàlla damnàti fuèrunt: deindè sub Constantino Magno advèrsùs Ariànos pro fide Cathòlica strènuè decertàvit, & demùm multis corònis actus in pace quièvit. (*d*) Lugdùni depositio sancti Patièntis Epìscopi. (*e*) Vercèllis sancti

(a) *Prothi, & Hyacinthi.* Die 24. Decembris Canis. in Menolog. Græcor. Die 25. Petr. de Natal. & alii.

(c) *Vincentii.* Martyr an. 630. Baron. eo an. n. 10. Anno 554. Anton. Yepes vit. Intra 470. & 558 Pagi t. 3. ad ann. 630. n. 4.

(d) *Paphnutii Episcop.* Die 18. Februarii Martyrol. Vuitfordi.

(g) *Theodora.* Circ. 480. Acta apud Lip-

cti Æmiliàni Epìscopi. (*f*) Alexandrìæ sanctæ Theodòræ, quæ cùm incautè deliquìsset, facti pœnitens, mira abstinèntia & patièntia in hàbitu sancto incògnita perseveràvit usque ad mortem. (*g*)

(a) *Baro n. an.* 188. *n.* 2. *& ann.* 262. *nu.* 56. *& Sur. t.* 12. *posterior. edition. in Act. S. Eugeniæ.* (b) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. ann.* 630. *n.* 20. *Flos Sanctor. hispan. & Thesaur. Concion. t.* 2. *hac die.* (d) *Baron. an* 310. *n.* 23. *an.* 318. *n.* 101. *an* 325. *n.* 22. *an.* 326. *n.* 12. *an.* 335. *nu.* 6. *& ann.* 347. *n.* 11. *Rufin. lib.* 1. *c.* 4. *&* 17. *Socrat. lib.* 1. *c.* 8. *Sozomen. lib.* 1. *cap.* 22. *& Nicephor. lib.* 8. *c.* 14. *&* 19. (e) *Baron. an.* 429. *n.* 9. *an.* 435. *n.* 22. *an.* 466. *n.* 13. *& an.* 475. *n.* 29. *S. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib.* 2. *c.* 24. *Raynaud. in Hagiolog. Lugdunens. Labbeus in Hagiolog. Franco-Gallic. Sammarthani, Saussayus, aliique.* (f) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Vercell.* (g) *Baron. ibid. Græci in Menolog. Lippoman. t.* 6. *hac die, & Sur. t.* 4. *prior. edition.*

Sensati in verbis intellexerunt veritatem. Eccles. 18.

(a(*Romæ Proti, & Hyacinthi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ via Salaria veteri in Cœmeterio Basillæ Prothi, & Jacinthi, Eugeniæ, & Basillæ.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ via Salaria veteri in Cœmeterio Basillæ Proti, & Jacinthi, Dydimi.* Martyrolog. Bluman. *Romæ via Salaria veteri Proti, & Jacinthi, qui fuerunt Doctores Christianæ legis.* Bucher. Fragment. Roman. Martyrol. *Tertio Idus Prothi, & Hyacinti in Basillæ.* Tò *Dydimi* in Martyrolog. Corbejensi idem forsan, ac Grecè *Gemelli*, seù *Gemini fratres*: Fuerunt quidem gemini fratres, Sanctæque Eugeniæ Eunuchi.

(b) *Laodiceæ in Syria Diodori, Diomedis, & Didymi.* Laodicea, seù Laudicia, *Liche*; urbs Syriæ maritima, quondam clara, post Orontis fluminis ostia, inter Heracleam, & Gabalam proximas urbes. Altera Laodicea Syriæ *Scabiosa* cognomine, inter Emisam, & Damascum. Basilius, & Canisius in Menologiis hac die: *Diodori, & Didymi*; & die sequenti iterum hos duos cum Diomede.

(c) *Legione in Hispania Vincentii Abbatis & Martyris.* Legio *Leon.* Urbs Hispaniæ Tarraconensis antiqua, *Legio VII. Germanica* priùs dicta, ad Estolam amnem non longè profluentem, antiqua Regum Castellanorum Sedes; Media quasi inter Vallisoletum, & Duetum. Passus hìc dicitur Vincentius Abbas sub Gothis Arianæ perfidiæ. S. Leandri Episcopi Synchr. Thesaur. Conc.

Enarrans veritatem, emittit verbum certum. Eccles. 19

(d) *In Ægypto Paphnutii Epis.* Alius à *Paphnutio* Meletiano Confessore, de quo S. Epiphan. hæres. 68. & Græven. Canisius, aliique ad 29. Novembr.

(e) *Lugdunum depositio S. Patientis Episcopi.* Cardinal. Baron. in not animadvertit, hunc Sanctum *Patientem* ex Tabul. Demochar. vigesimum quartum Episcopum Lugdunensem fuisse; Sammarthani verò vigesimum ab anno 470. ad 491.

(g) *Alexandria Theodora.* Apographa Hieronymiana apud Florentinium: *In Alexandria Syri, & Serapionis*; De hac *Theodora* silent.

xii. C Pridie Idus Septembris. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

(a) *Hieronydis, Leontii, & Soc.* Martyres circ. 267. Græci in Menol. Die 15. Septembris Raban.

(b) *Autonomi Episc.* Martyr Circ. 290. Acta apud Sur.

COmmemoràtio sanctìssimi Nòminis beàtæ Vìrginis MARIÆ, quam Innocèntius Undècimus Pòntifex Màximus ob insìgnem victòriam à Christiànis de Turcis relàtam, Viennàmque Austriæ ab arctìssima obsidiòne liberàtam instìtuit, & quotànnis Domìnica infra Octàvam Nativitàtis ejùsdem beàtæ Vìrginis MARIÆ celebràri. Alexandrìæ natàlis sanctòrum màrtyrum Hieronìdis, Leòntii, Serapiònis, Selèsii, Valeriàni, & Stratònis, qui sub Maximìno Imperatòre ob Christi nòminis confessiònem in mare sunt demèrsi. (*a*) In Bithynia sancti Autònomi Epìscopi & màrtyris; qui ex Itàlia, Diocletiàni persecutiònem declinans

clinans, illuc profèctus, cùm plùrimos convertiſſet ad fidem, à furèntibus Gentìlibus, dum ſacra myſtèria peràgeret, ad altàre mactàtus, hòſtia Chriſti effèctus eſt. (*b*) Meti in Phrygia pàſſio ſanctòrum màrtyrum Macedònii, Theodùli, & Tatiàni, qui ſub Juliàno Apòſtata ab Almàchio Præſide poſt àlia tormènta ſuper crates fèrreas ignitas pòſiti, exultàntes martyrium complevèrunt. (*c*) Icònii in Lycàonia ſancti Curònoti Epìſcopi, qui ſub Perènnio Præſide càpite truncàtus, martyrii palmam accèpit. (*d*) Apud Ticinum ſancti Juvèntii Epìſcopi, de quo ſexto Idus Februàrii. Is à beàto Hermàgora diſcìpulo ſancti Marci Evangeliſtæ ad eam urbem unà cum ſancto Syro dirèctus eſt: & ambo illic Chriſti Evangèlium prædicàntes, & magnis virtùtibus ac miràculis coruſcàntes, ètiam vicìnas urbes divìnis opèribus illuſtràrunt; ſicque in Pontificàli honòre glorioſo fine quievèrunt in pace. (*e*) Lugdùni deposìtio ſancti Sacerdòtis Epìſcopi. (*f*) Veronæ ſancti Silvìni Epiſcopi. (*g*) Anderlàci ſancti Guidònis confeſsòris. (*h*)

(f) *Sacerdotis Epiſc.* Die 5. Maii Salazar. Martyrol. Hiſpan.

(a) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (b) *Baron. ibid. Græci in Menologio. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition. hac die.* (c) *Baron. an. 362. n. 84. Græci in Menolog. & Suidas in hiſt.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menolog.* (e) *Baron. an. 381. n. 3. Mombrit. t. 2. Sur. t. 7. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 50. & lib. 8. c. 68.* (f) *Baron. an. 552. nu. 25. Raynaudus, Raban. & alii.* (g) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. de antiqu. monument. Epiſc. Veronenſ. pag. 10. & 42.* (h) *Baron. an. 1112. n. 29. Sur. t. 5. prior. edition. & Molan. Addit. ad Uſuard.*

Oculus videns, teſtimonium reddebat. Job. 29.

(a) *Alexandriæ Hieronydis, Leontii, Serapionis, Seleſii, Valeriani, & Stratonis, ſub Maximino Imperatore.*

Cardinal. Baron. in not. *De iiſdem hac die Græci agunt in Menologio, ubi eorum Martyrium deſcribitur.* At Menolog. Græcorum apud Caniſium ſub *Maximiano Imperatore* adnotat. Apographa Hieronymiana hac die alium *Serapionem* exhibent: *In Sicilia Civitate Catina, ſeu Cathenas, Eupli, & Serapionis Epiſc. Magni.* Appendix ad Adonem: *In Sicilia Civitate Catanas Eupli, & Serapionis.* Ptolemæo, Straboni, aliiſque: *Catana.* Urbs eſt Siciliæ; non *Catina*, aut *Cathena*.

(c) *Apud Ticinum Juventii Epiſcopi.* Ms. Divionen. *Apud Urbem Ticinum*, quæ & Papia dicitur, *Sanctorum Confeſſorum Syri, & Hyventii.* Ticinum quidem & Papia dicitur: *Pavia.* Urbs Inſubrium antiquiſſima ad Ticinum amnem limpidiſſimum, & fluminum Italicorum poſt Eridanum, maximum; urbis mœnia ab Auſtro alluentem. Uſuardus, & Ado: *Apud Ticinum Sanctorum Epiſcoporum Juventii, & Syri.* De Peregrinis: *Sanctorum Confeſſorum*, pro *Epiſcoporum*. Vuandelbertus quidem de Syro hac ipſa die cecinit:

Martyr mox pridie celſus petit Æthera Syrus.

At videtur alius; Tabulæ namque Eccleſiæ Ticinenſis de ſuo *Syro* Epiſcopo agunt ad 19. Decembr. *Et in pace quievit.*

Viri veraces ſucceſſum habent uſque ad inſpectionem. Eccl. 15.

(f) *Lugduni Sacerdotis Epiſcopi.* Salazar. ſuo Martyrolog. Hiſpan. ad 5. Maii: *Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis à Childeberto Seniore Galliarum Rege ad Athanagildum Gothorum Principem, Oratoris titulo miſſus, Seguntinæ Sedis Pontifex electus, ſed reverſus Lugdunum, apud Pariſios animam Deo reddidit.* Raynaudus tamen Indicul. Sanctorum Lugdunenſium teſtatur: *Hanc viri Sancti legationem, & ſecundum Epiſcopatum ignorari à Gallis Scriptoribus, quos mirum eſſe iſta latuiſſe.* Item prælaudatus Salazar. addit: *Caput S. Sacerdotis aſſervari in eadem Sede Seguntina.* Sed prælibatus Raynaudus inſurgit: *Caput illud eſſe Martini Abbatis Hortami, poſt Epiſcopi Saguntini, idque ſub nomine S. Sacerdotis coli.*

Cardinal. Baron. in not. hunc *Sacerdotem* trigeſimum, vel trigeſimum ſecundum inter Lugdunenſes Epiſcopos recenſet, ex Tabul. Demochar. Sammarthani verò ex Actis colligunt, fuiſſe trigeſimum.

xj. D Jdibus Septembris. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P	
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20	

(b) *Macrobii, & Soc.* Martyres ann. 316. ſub Licinio Baron. eo ann. nu. 53. Non ante an. 319. ſub Licinio Pagi t. 1. ad ann. 316. nu. 11. Die 15. Septembr. Florent.

(d) *Eulogii Epiſc.* Obiit an. 608. Baron. eo an. nu. 12. Ann. 707. Pagi t. 2. ad an. 608. n. 3. Die 13. Jun. Synaxar. Ms. Conſtantinopolitan. & Chifletian.

ALexandriæ natàlis beàti Philippi, patris ſanctæ Eugèniæ virginis. Hic dignitàtem Præfectùræ Ægypti dèſerens, Baptiſmi gràtiam aſſecùtus eſt: quem in oratiòne conſtitùtum juſſit Terèntius Præfectus ejus ſuccèſſor glàdio jugulàri. (*a*) Item ſanctòrum màrtyrum Macròbii, & Juliàni, qui ſub Licinio paſſi ſunt. (*b*) Eòdem die ſancti Ligòrii màrtyris. qui in erèmo degens, à Gentilibus ob Chriſti fidem necàtus eſt. (*c*) Alexandriæ ſancti Eulògii Epìſcopi, doctrìna, & ſanctitàte cèlebris. (*d*) Andègavi in Gàllia ſancti Maurìlii Epìſcopi, qui innùmeris miràculis clàruit. (*e*) Apud Sènonas ſancti Amàti Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) Ipſo die ſancti Venèrii confeſsòris, admiràndæ ſanctitàtis viri, qui in ìnſula Palmària vitam eremìticam duxit. (*g*) In monaſtèrio Romàrico in Gàllia ſancti Amàti presbyteri & abbàtis, abſtinèntia & miraculòrum gràtia illùſtris. (*h*)

(e) *Maurilii.* Cir. 394. Baron. eo ann. nu. 98. Sub nomine *Mauritii*. Circa 431. vel ſaltem 427 Sammarthani.

(h) *Amati Presbyteri.* Cir. 617. Baron. eo ann. nu. 17. Circ. 630. Trithemius. Die 11. Maii. Florar. Ms.

(a) *Baron. an. 204. n. 2. & ſequ. & an. 346. n. 6. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. ann. 316. n. 53. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 73.* (d) *Baron. an. 411. n. 61. An. 428. n. 30. & an. 608. n. 12. Evagrius hiſt. lib. 5. c. 25. & Prat. Spiritual. c. 146. & 147.* (e) *Baron. an. 394. n. 98. Membrit. t. 2. Sur. t. 5. prior. edition. & t. 9 poſterior. Launoius in vit. edita an. 1663. & Sammarthani.* (f) *Baron. ann. 685. n. 22. Sur. t. 5. prior. edition. Sigebert. in Chronic. ad an. 685. & Molan. Indicul. Sanctor. Belgii.* (g) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 65.* (h) *Baron. an. 617. n. 17. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 88. & 90.*

Donec ſupereſt alitus in me, nec lingua mea meditabitur mendacium. Job 28.

(a) *Alexandriæ B. Philippi, Patris S. Eugeniæ.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi præferunt hac die: *In Alexandria Theodoli*, ſeù *Theodori Epiſcopi*. Ms. Roman. Barberinian. effert: *Theophili Epiſcopi*. Menologium Baſilii: *In Alexandria Theodori*. Menologium Caniſii: *Sacroſancti Martyris & Epiſcopi*. Ms Divionen. *Apud Ægyptum Civitate Alexandria B. Philippi Epiſcopi & Martyris.*

Cardinalis Baronius in notis erroris arguit Bedam, Uſuard. & Adonem, qui ex Actis S. Eugeniæ aſſeruere, Beatum Philippum Alexandriæ Epiſcopum, ab Euſebio, Nicephoro Epiſcopo, & Nicephoro Calliſto inter Alexandrinos Epiſcopos non adnumeratum. Ex quo quùm hac ipſa die Alexandriæ colantur Philippus Martyr, & Theodolus, ſivè Theodorus, & hic in uno Græcorum Menolog. dicitur Martyr, in alio Martyr & Epiſcopus, ex quo prælaudata Apographa decepta, facilè Philippum cum Theodulo confudere; idcircò Alexandriæ hac die adſcribendi videntur Philippus Martyr, & Theodolus Epiſcopus & Martyr.

(b) *Item Macrobii, & Juliani.* Græci in Menologio Baſilii: *Macrobius Cappadox, & Gordianus è Paphlagonia ſub Licinio Imperatore in Scythiam relegatus, ubi, cum inveniſſent Zoticum, Lucianum, & Helium fortiſſimè pro Chriſto pugnantes, & in carcere conjectos, vivus combuſtus, agonem complevit.*

(c) *Eodem die Ligorii Martyris.* Apographum Hieronymianum Lucen. *In Antiochia Timothei, & Lidori*. Error facilis *Lidori* pro *Ligorii Martyris*. Incerto loco in Rom. Martyrologio. Petr. de Natal. ex partibus Græciæ fuiſſe narrat, & corpus Venetias tranſlatum.

In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe S. Hieronym.

(e) *Andegavi in Gallia Maurilii Epiſcopi.* Andegavis, priùs Juliomagnus: *Angers*. Urbs Galliæ Celticæ ad Meduanum flumen, celebris inter Cènomanenſem, & Nannetenſem urbes, Ducatus Andegavenſis nobilis Metropolis, & Academia: Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Andegavis Civitate Maurilionis Epiſcopi*. Hagiologium Franco-Gallicum Labbei: *Et Confeſſoris*. Ms. Roman. Barberinian. *Andegavis Civitate depoſitio S. Aureliani Epiſcopi*. De Peregrinis: *Andegavis S. Marilionis Epiſcopi & Confeſſoris*. Uſuard. *Maurilionis*. Appendix ad Adonem: *Murilionis*.

Cardinal. Baron. in not. admonet, vitam fuiſſe à Fortunato ſcriptam diffuſiùs, teſte Trithemio, & apud Surium reperiri. Sed an hæc vita illius ſit, contenditur apud Sammarthanos in quarto Andegavenſi Epiſcopo,

&

& penès Launojum in propria dissertatione, tertiò Parisiis edita an. 1663. Alium *S. Maurilium* Episcopum Rhotomagensem prostat Trithem. de vir. illustr. Ordin. *S.* Benedicti lib. 3. c. 323. & lib. 4. c. 120.

(h) *In Monasterio Romarico in Gallia Amati Presbyteri & Abbatis*. Acta in schedis Antonii Caraccioli Cleric. Regular. Neapoli penès eosdem Cleric. SS. Apostol. ad Rom. Martyrol. hæc addunt: *Hic Patre Theodoro nobili viro in suburbano Neapolis in Campania natus à pueritia Monachismum professus ex voto Patris in Monasterio S. Maurilii Agaunensis juxta regulam S. Benedicti: perindè in Eremum secedens, sed paulò post Abbas creatus Agaunensis Monasterii sancto fine quievit*. De Peregrinis: *Eodem die S. Amati Abbatis Monasterii Romantii*. Romaricus, *Remiremond*. Oppidum Galliæ Belgicæ in Lotharingia non obscurum, in monte, qui Vogesi montis pars est, ad Mosellam præterfluentem, ubi Monasterium Virginum à S. Romarico Abbate ædificatum. Hic alius Amatus Abbas & Martyr ejusdem Monasterii hac quoq; die colitur apud Trithem. lib. 3. cap. 309. Mss. Divionen. Attrebaten. Lætien. ac Roman. Monastarii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Eodem die apud Duacum depositio, aliàs transitus S. Amati Episcopi*; etiam hic *Amatus* est alius; *Duacum* namque *Dovvay* urbs Galliæ Belgicæ Aduaticorum, à quibus *Duacum* dicitur, Sedes, ad Scarpum flumen, media inter Cameracum, & Tornacum.

x. E Decimooctavo Kalendas Octobris. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

EXaltàtio sanctæ Crucis, quandò Heraclius Imperàtor, Chòsroe Rege devicto, eam de Pèrside Jerosòlymam reportàvit. (*a*) Romæ via Appia beàti Cornèlii Papæ & màrtyris, qui in persecutiòne Dècii post exilii relegatiònem jussus est plumbàtis cædi, & sic cum àliis viginti & uno promiscui sexus decollàri. Sed & Cærcàlis miles cum Sallùstia uxòre sua, quos idem Cornèlius in fide instrùxerat, eòdem die càpite plexi sunt. (*b*) In Africa pàssio sancti Cypriàni Epìscopi Carthaginènsis, sanctitàte, & doctrina clarìssimi: qui sub Valeriàno, & Gallièno Princìpibus post durum exìlium, detruncatiòne càpitis martyrium consummàvit sexto milliàrio à Carthàgine juxtà mare. Eorùmdem verò sanctòrum Cornèlii, & Cypriàni memòria sextodècimo Kalèndas Octòbris festivè celebràtur. (*c*) Passi sunt ètiam ibidem sancti màrtyres Crescentiànus, Victor, Ròsula, & Generàlis. (*d*) Romæ sancti Crescentii pùeri, filii sancti Euthymii, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Turpìlio Judice via Salària gladio percùssus occùbuit. (*e*) Trèviris sancti Matèrni Epìscopi, discìpuli beàti Petri Apòstoli, qui Tungrènses, Coloniènses, & Trevirènses, aliòsque finìtimos pòpulos ad Christi fidem perdùxit. (*f*) Eòdem die nàtàlis sancti Joànnis Chrysòstomi Epìscopi Constantinopolitàni, qui inimicòrum factiòne in exìlium ejèctus, cùm Innocèntii Primi Summi Pontìficis decrèto indè revocarètur, in itinere à custodièntibus milìtibus multa mala perpèssus, ànimam Deo rèddidit: ejus tamen festìvitas sexto Kalèndas Februàrii celebràtur, qua die sacrum ipsìus corpus à Theodòsio junìore Constantinòpolim fuit translàtum. (*g*)

(a) *Exaltatio S. Crucis*. An. 528. Theophan. histor. Miscella. Ann. 631. Sigebert.

(b) *Cornelii* Martyr an. 255. Baron. eo an. nu. 55. Ann. 251. Pagi t. 1. ad eum an. nu. 12. Ann. 261. Marian. Scot. Die 5. Martii Luitpr.

(c) *Cypriani Episcop.* Martyr an. 261. Baron. eo an. n. 11. An. 259. Euseb. in Chronic. An. 258. Pagi t. 1. ad eum an. n. 8.

(f) *Materni Episc.* Die 18. April. Ms. antiq. Usuard. Florar. Ms. Act. Bollan. ea die.

(g) *Joann. Chrysostomi*. Obiit hac die. Baron. ad an. 407. n. 6. & sequ. Die 4. Decembris Christoforson. in version. latina.

(a) *Baron. an.* 60. *n.* 6. *an.* 614. *n.* 40, *an.* 621. *an.* 622. *ann.* 627. *& ann.* 628 *Microlog. c.* 55. *Græci in Menologio, Gretser. t.* 2. *Sur. t.* 9. *posterior. editionis, Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. an.* 254. *n.* 42. *& an.* 255. *n.* 55. *Euseb. in Chronic. & hist. lib.* 6. *c.* 32. *Marian. Scot. Notker. Ado, & alii*. (c) *Baron. an.* 250. *ann.* 260. *n.* 36. *& an.* 261. *nu.* 12. *& sequ. Usuard. Ado, Notker. aliique*. (d) *Baron. an.* 261. *n.* 47. *& Ado*. (e) *Baron. an.* 303. *n.* 117. *& Acta Eccles. Perusina*. (f) *Baron. an.* 46. *n.* 2. *Sur. t.* 5. *prior. edition. in Act. SS. Gereonis, & Soc. ad* 10. *Octobris*. (g) *Baron. an.* 407. *n.* 6. *Græci in Menolog. aliique plures*.

(a) *Ex-*

Non omni verbo credas, est qui labitur lingua, sed non ex animo. Eccl. 19.

Invenienti sapientiam dabit confessionem. Eccles. 18.

(a) *Exaltatio S. Crucis*. Euchologium Græcorum, interprete Goar: *Ejusdem mensis* 14. *Exaltatio pretiosæ, & vivificæ Crucis, per totum orbem celebrata*. Menolog. Canisii: *Exaltatio prætiosæ, & vivificæ Crucis sub Imperatore Constantino Magno, ut Historiarum monumenta testantur*.

Cardinalis Baronius in not. ad tempora Constantiniana hoc festum refert, & Pagi t. 2. ad an. 226. nu. 5. ante Heraclium: Græcis primùm hæc solemnitas erat initio Anni à Kal. Septemb. inchoati, ut Theodor. Prodoma.

(b) *Romæ Cornelii Papæ & Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Bluman. *Romæ via Appia in Cœmeterio Cornelii Episcopi, & Staturi, & depositio S. Diunisi Episcopi & Confessoris*. Martyrolog. Corbejen. *Cornelii Episcopi, Saturnini*.

(c) *In Africa Cypriani Episcopi Carthaginensis, Crescentiani, Victoris, Rosulæ, & Generalis*. Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *In Carthagine Cypriani*; nil aliud. Martyrolog. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Africa Civitate Charthagine Cypriani Episcopi, Felicis, Henori, Demetrii, Zeti*. Martyrol. Veissemburgense effert: *Dimitri, Zetæ*.

Alium Victorem prostant hac die Ferrar. de SS. Italiæ, & Sur. *Apud Calabriam SS. Martyrum Senatoris, Victoris, Cassiodori, & Dominatæ eorum Matris*. Martyrol. verò Flori ad 17. Jul. in Civitate S. Marci promit Translationem.

Disceptatio Typographica.

(c) *In Africa passio S. Cypriani Episc*. Sacramentarium Gregorii, Kalendarium antiquum Fronti, & aliud Kalendarium Hieronymianum vetus Lucense: *Eodem die natalis SS. Cornelii, & Cypriani*, proindè Romæ passio *Cypriani* cum *Cornelio* adscribenda, ut Martyrol. S. Hieronymi Apographa: *Romæ in Cimiterio via Appia Cornelii Episcopi*.

At Florentinius vir summus occurrit suo Hieronymiano Martyrologio, asserendo, id factum, nè hi Sancti Præsules in loco venerationis disjungerentur; qui tempore Decianæ persequutionis, vitæ Sanctimonia, animi robore, & frequentibus Epistolis mutuò conjuncti fuere, ac eadem die Martyrizati, quamvis non eodem anno, Cornelio ante Cyprianum demortuo.

Verùm adducta Apographa non pandittant quidèm Romæ Cypriani festivitatem, sed diem natalis; Consentit antiquissimum Bucherii fragmentum: *Cypriani Africæ, Romæ celebratur in Callisti*.

Nihilominùs alii Codices Romano Martyrologio adstipulantur, & in Africa hunc S. Cyprianum Episcopum Carthaginensem collocant; quinimmò Pontius ejus Diaconus in vita promit: *Cyprianum primitias Martyrum in Africa fuisse*.

Sed ex ipsius S. Cypriani Epistolis oppositum elicitur: licèt enim ex ipso Pontio in Africa fuerit primus Episcopus et Martyr, hoc intelligendum, quatenùs Cyprianus ærumnas in Africa pati inchoasset, Romæ demùm Martyrium perfecit, proferendo Bucherii fragmentum: *Cypriani Africæ, Romæ celebratur in Callisti*. Adstipulanturque Hieronym. Martyrologia penès Florentinium prælaudatum.

Nec mirum, quòd aliqua fasta Africæ tantùm Cyprianum ascivere, quia, ut ex ipsomet Eminentissimo Baronio in notis, S. Gregorius Nazianzenus, Metaphrastes, & Græci, communi, & vulgari errore hunc Sanctum Martyrem *Cyprianum* Doctorem & Episcopum compinxere cum *Cypriano* Martyre Mago, & S. Justinæ socio in Africa demortuo. Nè igitur anceps sit Romanum Martyrologium, & sapientiores annuerent, concinnetur: *Eodem die passio S. Cypriani Episcopi Carthaginensis, Sanctitate, & Doctrina clarissimi, qui sub Valeriano, & Gallieno Principibus, post durum exilium, detruncatione Martyrium consummavit, ac ejus memoria in Africa, & Romæ celebratur*.

ix. F. Decimoseptimo Kalendas Octobris. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

(b) *Nicomedis*. Die 4. Junii Breviar. vetust. & Missale Mediolanen. Die 5. Holsten. Die 13. Florar. Ms.

Octàva Nativitàtis beàtæ MARIÆ Vìrginis. (*a*) Romæ via Nomentàna natàlis beàti Nicomèdis presbyteri & màrtyris, qui cùm diceret compellèntibus se sacrificàre: Ego non sacrìfico nisi Deo omnipotènti, qui regnat in cœlis: plumbàtis diutìssimè cæsus, migràvit ad Dòminum. (*b*) In territòrio Cabilonènsi sancti Valeriàni màrtyris, quem Priscus Præses suspènsum, & gravi unguiàrum laceratiòne cruciàtum, cùm in Christi confessiòne vidèret immòbilem, ac læto ànimo in ejus làudibus permanèntem, glàdio animadvèrti præcèpit. (*c*) Marcianòpoli

(d) *Melitinæ*. Die sequent. Græci in Menologio.

(e) *Maximi & Soc.* Martyres an. 311. Baron. eo an. n. 19. An. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die sequ. Græci in Menolog. Die 19. Februar. in Menæis, & Maxim. Cythereus, Galesin. & Ferrar.

poli in Tràcia sanctæ Melitinæ màrtyris, quæ sub Antonìno Imperatòre, & Antiocho Præside ad Gentilium fana semel & iterum ducta cum idola semper corruerent, suspensa, & laniàta, ac demùm càpite plexa est. (*d*) Hadrianòpoli sanctòrum màrtyrum Maximi, Theodori, & Asclepiòdoti, qui sub Maximiano Imperatòre coronati sunt. (*e*) Item sancti Porphyrii mimi, qui coram Juliàno Apòstata per jocum baptìsmum suscipiens, Dei virtùte derepènte mutàtus, Christiànum se esse profèssus est; ac mox, jubènte eo, secùri percùssus, martyrio coronatur. (*f*) Eòdem die sancti Nicètæ Gothi, qui ab Athanarìco Rege ob Cathòlicam fidem jussus est igne combùri. (*g*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Emilæ diàconi, & Jeremiæ, qui in persecutiòne Aràbica post longam càrceris maceratiònem, cervìcibus pro Christo abscìssis, martyrium complevèrunt. (*h*) Tulli in Gàllia sancti Apri Epìscopi. (*i*) Item sancti Leobini Epìscopi Carnutènsis. (*k*) Lugdùni sancti Albini Epìscopi. (*l*) Eòdem die depositio sancti Aichàrdi abbàtis. (*m*) In Gàllia sanctæ Eutròpiæ viduæ. (*n*)

(k) *Leobini Episc.* Circ. 490. Tabul. Græcor.

(l) *Albini Episc.* Circ. 390. Raynaud. & Sammarthan.

(a) *Baron. in not. & Radulph. de observat. Can. c. 19.* (b) *Baron. an. 69. n. 33. Sur. t. 3. prior. edition. in Act. SS. Nerei, & Achilles ad 12. Maii, Ferrar. in Catal. SS. Ital. & Petr. de Natal.* (c) *Baron. an. 179. num. 36. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 54. Petr. in Catal. lib. 8. cap. 48. Labbeus in Hagiolog. Franco-Gallic. Raban. Saussayus, & alii.* (d) *Baron. an. 154. n. 3. & Græci in Menolog. die sequ.* (e) *Baron. an. 311. n. 19. & Græci in Menolog. die sequ.* (f) *Baron. an. 362. num. 147. & Menolog. Græcor. hac die.* (g) *Baron. an. 376. n. 12. Nicephor. hist. lib. 11. c. 48. Lippoman t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit.* (h) *Baron. an. 852. n. 17. S. Eulog. memor. Sanctor. lib. 2. c. 12. Usuard. & alii.* (i) *Baron. in not.* (K) *Baron. in not. Sur. tom. 3. prior. edit. Act. S. Aviti ad 17. Jun. & Vuandelbert.* (l) *Baron. in not.* (m) *Baron. ibidem, Sur. t. 5. prior. edition. & Molan. Addit. ad Usuard.* (n) *Baron. an. 509. n. 13. Apollinar. lib. 6. Epist. 2. ad Pragmatium.*

Non cesses audire doctrinam, nec ignores sermones scientium. Proverb. 19.

(b) *Romæ Nicomedis Presbyteri & Martyris*. Beda genuin. Martyrolog. Hieronym. Lucen. & Corbejen. sine palæstra: *XVII. Kalend. natale Nicomedis Martyris*. Ms. Divionen. *Episcopi*. Ms. Lætien. S. Lamberti. *Et Valeriani*. At Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ ad 1. Junii nulla loci nòta: *Natalis S. Nicomedis Martyris*.

Cardinal. Baron. in notis admonet, ea die prima Junii dies anniversaria Sancti Dedicationis agebatur. Adstipulanturque Raban. & Notker. Item Baronius adnotat, fuisse Romæ Basilicam S. Nicomedi dicatam, & ejusdem nominis Cœmeterium. Maurolyc. verò animadvertit, non fuisse Basilicam, aut Ecclesiam, sed Altare S. Nicomedis. Codex quidem Ms. Vallicellan. penès Aringhium lib. 4. Rom. Subter. cap. 21. tradit: *Clericus ejusdem Presbyteri* (nempè Nicomedis Martyris) *nomine, & opere Justus, collegit corpus ejus, & posuit in bireto suo, & duxit ad hortum suum juxta muros via Nomentana, & illic eum sepelivit VII. Kal. Octobris*.

(c) *In territorio Cabilonensi Valeriani Martyris*. Notker. *Territorio Cavillonensi*. Raban. *In territorio Cabilonense Castro Notto*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Territorio Cavelonensi Castro Tremorico*. Martyrol. Bluman. *In Territorio Castro Trenoremo*. Martyrolog. Corbejen. *In Territorio Cabillonense Castro Ternocio*. Martyrol. Antuerpien. *Caulomo Castro*. Ado: *In Territorio Cabilonensium Castro Trenorsio*. Saussayus: *Castro Trinorchio S. Valeriani Martyris*.

(d) *Martianopoli in Tracia Melitina Martyris*. Marcianopolis, *Marsib*, à Marciano Imperatore dicta; urbs olim Thraciæ, mediterranea apud Hæmum Montem, inter Hadrianopolim, & Dionysiopolim, Archilao propior. Tabulæ Græcorum aliæ hac die, aliæ die sequenti: *Melitinam Marcianopoli* referunt, & ad 19. Februarii: *Hadrianopoli Maximi, Theodoti, Hesychii, & Asclepiodotæ, variis tormentis occisorum*, ut Menæa, & Maximus Cythereus.

(i) *Tulli in Gallia Apri Episc.* Tullum, *Toul*; urbs antiqua Galliæ Belg. apud Mosellam fluvium in Lotharingia, olim libera, nunc Ducibus Lotharingiæ parens. Mss. Divionen. & Lætien. *Eodem die S. Apri Episcopi*. Mss. Attrebaten. & Tornacen. præmittunt: *In Civitate Tullo*.

(k) *Leobini Episcopi Carnutensis*. Ms. Barberinian. Roman. *In Territorio Cavillonensi*

Non erudietur, qui non est sapiens. Eccles. 19.

Castro

Castro Trinorchio S. Apri Episcopi, & Leobini Confessòris. Martyrolog. de Peregrin. *Item Carnoto S. Bini Episcopi*.

(l) *Lugduni Albini Episcopi*. Martyrolog. Corbejen. *Lugduno Galliæ depositio S. Albini Episcopi*.

Baron. in notis ſuadet, ab aliquibus pro *Albino* vocari *Alpinum*, & quòd S. Juſto Epiſcopo ſucceſſit. At licèt Galeſin. ante Baron. ex Tabul. Demochar. *Alpinum* inſculpſerit, tamen *Albinus* fuit S. Juſti ſucceſſor; ut Indic. Epiſc. Lugdunenſ.

viij. G Sextodecimo Kalendas Octobris. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

(a) *Euphemiæ*. Die 25. Octobr. In Oriente Conc. Calcedonenſ. act. 6. Die 13. April. Florent. & Holſten.

(b) *Luciæ, & Geminiani*. Martyres anno 303. Baron. eo an. n. 115. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die ſequ. Græci in Menologio.

SAnctòrum Cornèlii, & Cypriàni Pontificum & màrtyrum, quorum natàlis decimooctàvo Kalèndas Octòbris recòlitur. Chalcedone natàlis ſanctæ Euphèmiæ vìrginis & màrtyris, quæ ſub Diocletiàno Imperatòre, & Priſco Procònſule, tormènta, càrceres, vèrbera, argumènta rotàrum, ignes, pòndera làpidum, bèſtias, plagas virgàrum, ſerras acùtas, ſartàgines ignìtas pro Chriſto ſuperàvit; ſed rurſùs in theàtrum ad bèſtias ducta, cùm oràſſet ad Dòminum, ut jam ſpiritum ſuum ſuſcìperet, unà ex iis morſum ſancto còrpori infigènte, cæteris pedes ejus lambèntibus, immaculàtum ſpiritum Deo rèddidit. (*a*) Romæ ſanctòrum màrtyrum Lùciæ nòbilis matrònæ, & Geminiàni, quos Diocletiànus Imperàtor pœnis gravìſſimis afflictos, diùque tortos, tandem poſt laudàbilem martyrii victòriam glàdio animadvèrti præcèpit. (*b*) Item Romæ via Flaminia ſanctòrum màrtyrum Abùndii presbyteri, & Abundàntii diàconi, quos Diocletiànus Imperàtor unà cum Marciàno viro illùſtri, & Joànne ejus filio, quem illi à mòrtuis ſuſcitàverant dècimo ab Urbe làpide glàdio feriri juſſit. (*c*) Heraclèæ in Thràcia ſanctæ Sebaſtiànæ màrtyris, quæ à beàto Paulo Apòſtolo ad Chriſti fidem perdùcta, ſub Domitiàno Imperatòre, & Sèrgio Præſide vàriis modis tentata, glàdio tandem cæſa eſt. (*d*) Còrdubæ ſanctòrum màrtyrum Rogèlli, & Servidèi, qui mànibus pedibùſque abſciſſis, ad ùltimum decollàti ſunt. (*e*) In Scòtia ſancti Niniàni Epiſcopi & confeſsòris. (*f*) In Anglia ſanctæ Edithæ vìrginis, Edgàri Anglòrum Regis filiæ, quæ in monaſtèrio à tèneris annis Deo dicàta, ſæculum hoc ignoràvit pòtiùs quàm reliquit. (*g*)

(d) *Sebaſtianæ*. Circ. 83. Acta apud Græcos in Menologio.

(g) *Edithæ Virg.* Obiit ann. 984. Baron. eo an. n. 6. & Pagi t. 3. eodem ann. nu. 7. Ann. 880. ætatis 23. Sur.

(a) *Baron. an. 311. n. 18. an. 434. n. 9. ann. 451. n. 54. ann. 593. n. 101. & an. 766. n. 6. & ſeq. Lippoman. t. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & t. 9. poſterior. & Mombrit. t. 1.* (b) *Baron. an. 303. n. 115. Mombrit. t. 2. Uſuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 303. nu. 113.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. an. 852. n. 18. & S. Eulog. memor. Sanctor. Martyr. lib. 2. c. 13.* (f) *Baron. in not. Beda de geſt. Anglor. lib. 3. c. 4. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (g) *Baron. an. 984. n. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & Radulph. in Polichron. lib. 7. c. 7.*

Sollicite cura, rectè te ipſum tractantem verbum veritatis. 2. ad Tim. 2.

(a) *Chalcedone Euphemiæ Virginis & Martyris*. Chalcedon, *Scutari*. Urbs alìas Bithyniæ litoralis contra Byzantium, Boſphoro Thracio ab eo diviſa à VII. tantùm ſtadiis diſtans, olim inter primas, floruit tot Conciliis Æcumenicis clara, nunc ſemidiruta, pagi potiùs faciem habens, quàm Civitatis. Ferrar. General. Catal. Sanctor. *Vicentina Civitate Euphemia, & Innocentia Martyrum*.

Cardinal. Baron. in not. docet, Græcos de Euphe-

Nolite eſſe mendaces adversùs veritatem Epiſtol. Jacob. 3.

Euphemia ad 25. Octobris agere, & quòd plures Euphemię fuere quemadmodum Euphemia Chalcedonensis diversis diebus celebratur. Apographa quippè Hieronymiana, apud Florentinium, hac die, & ad 13. Aprilis, Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium, Menard. ad Sacramentarium Gregorii, Molan. Addit. ad Usuard. Rabanus, & Notker. Verum Græci in Menologio Canisii non ad 25. Octobris, ut Baron. sed ad 11. Julii, & iterum hac die 16. Septembr. & in Menologio Basilii neque mense Septembr. neque Octobr. memoratur.

(b) *Romæ Luciæ, & Geminiani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ Victoris, Felicis, Alexandri, Papiæ: & in via Numentana ad Capua in Cimiterio majore Emerentianæ, Pasici, Felicis, Victoris, Speratæ, Navati, Chorensi, Secunda, Lupati.* Martyrol. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Romæ Papæ, Felicis, Victoris, Alexandri, Emerentæ, & Euphemiæ, Sperati, Novati, Corinti, Secunda, Donata, Besia, Generosæ, item Secunda*. Martyrol. Corbejen. *Romæ Victoris, Felicis, Alexandri, Papiæ, Magni, in via Numentana ad cap. in Cœmeterio Martha, Emerentiani, Papies, Felicis, Victoris, Sperati, Navini, Chorinti, Secunda, Donati, Generosa. Item Secundæ, Lupati*. Silent de *Lucia, & Geminiana*. Ms. Divionen. *Lucii, & Geminiani*. Martyrol. de Peregrin. *Luciæ, & Betriani*.

vij. A Quartodecimo Kalendas Octobris. Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

COmmemoràtio Impressiònis sacròrum Stìgmatum, quibus sanctus Franciscus, Ordinis Minòrum institùtor, in suis mànibus, pèdibus, & làtere, mira Dei gratia in monte Alvèrniæ in Etrùria imprèssus fuit. (*a*) Romæ via Tiburtìna natàlis sancti Justìni presbyteri, & màrtyris, qui in persecutiòne Valeriàni, & Galliènì confessiònis glòria fuit insignis. Hic beàti Xysti Pontìficis, Laurèntii, Hippòlyti, aliorùmque plurimòrum sanctòrum còrpora sepelivit, ac demum sub Clàudio martyrium consummàvit. (*b*) Item Romæ sanctòrum màrtyrum Narcìssi, & Crescentiònis. (*c*) In Phrygia sanctæ Ariàdnæ martyris sub Hadriàno Imperatòre. (*d*) In Britànnia sanctòrum màrtyrum Sòcratis, & Stèphani. (*e*) Novioduni sanctòrum màrtyrum Valeriàni, Macrìni, & Gordiàni. (*f*) Augustodùni sancti Flocèlli pùeri, qui sub Antonìno Imperatòre, & Valeriano Præside multa passus, demum à feris discèrptus, martyrii corònam adèptus est. (*g*) Apud Leòdium beàti Lambèrti Epìscopi Trajectènsis, qui cùm règiam domum zelo religiònis increpàsset, à nocèntibus innocens occìsus, aulam regni cœlèstis perpètuò victùrus intràvit. (*h*) Eòdem die sanctæ Agathòcliæ ancillæ cujusdam mulieris infidèlis, quæ longo tèmpore verbèribus, aliisque ærùmnis ab ea vexàta, ut Christum negàret, oblàta demum jùdici, & sæviùs laniàta, cùm in confessiòne fidei persìsteret, excìsa lingua, in ignem projècta est. (*i*) Còrdubæ sanctæ Colùmbæ vìrginis, & màrtyris. (*k*) Mediolàni depositio sancti Satyri confessòris, cujus insignia mèrita sanctus Ambròsius ejus frater commèmorat. (*l*) Romæ sanctæ Theodòræ matrònæ, quæ in persecutiòne Diocletiàni sanctis Martyribus sèdulò ministràbat. (*m*) Apud Bìngiam in diœcèsi Moguntinènsi sanctæ Hildegàrdis vìrginis. (*n*)

(a) *Commemoratio Stigm. &c.* Die 14. Molan. & Martyrol. Beneventan. Die 16. Gorius histor. p. 2. pag. 64. Nil certum exculpi potest de die. S. Bonaventura in vit.

(h) *Lamberti.* Martyr anno 698. Baron. eo an. num. 3. & in not. Ann. 696. Sammarth. An. 708. Cointius eo an. n. 9 Ann. 707. Pagi t. 3. ad an. 698. nu. 1.

(l) *Satyri.* Obiit ann. 383. Baron. eo anno nu. 14. An. 388. Puricellus Dissert. Nazarian. c. 46. Die sequ. Maurolyc. Molan. Addit. ad Usuard. & Florentin.

(n) *Hildegardis Virginis.* Circ. 1160. Baron. in not. Circa 1178. Pagi t. 4. eo an. n. 9. Die 21. Maii Ferrar. & Artur. Cynczo Sacr.

(a) *Baron. in not.* & *S. Bonaventur. in Vit.* (b) *Baron. ann. 269. nu. 5. & sequ. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 140. n. 4. & Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. in not. Usuard. Ado, aliique.* (f) *Iidem ibidem.* (g) *Baron. an. 154. n. 3. & an. 179. n. 37. Mombrit. t. 1. & Petr. de Natal. lib. 8. cap. 92.* (h) *Baron. an. 697. n. 1. & seq. & an. 698. n. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 86. Sigebert. de vir. illustr. c. 136. & in Chronic. ad an. 698. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 3. & lib. 4. c. 62.* (i) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (k) *Baron. an. 853. num. 72. & sequ. & S. Eulog. Memorial. SS. lib. 3. c. 10.* (l) *Baron. an. 367. n. 17. & an. 383. n. 14. & Mombrit. t. 2. in vit. SS.* (m) *Baron. an. 303. n. 113.* (n) *Baron. in not. Sur. t. 5. prior. edition. Molan. Addit. ad Usuard. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 119. & lib. 3. c. 334.*

Sermones absque mendacio. Job 36.

(c) *Item Romæ Narcissi, & Crescentionis.* Martyrol. Roman. vet. & de Peregrinis: *Narcisci, & Crescentiani.*

(e) *In Britannia Sacraris & Stephani.* Ferrar. hac die alium Stephan. ità panditat: *Apud Marsim Sanctorum Martyrum Joannis, Victoris, & Stephani.* At die sequent. Vespucius suo Martyrol. Florentiæ edito hos Martyres adnotat.

(f) *Novioduni Valeriani, Macrini, & Gordiani.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Neviduno Valeriani, Magrini, Gurdiani.* Martyrol. S. Vuillibrordi, & Ms. Roman. Barberinian. *Neveduno Valeriani, Macrini, Gurdiani.* De Peregrinis: *Nividuni Valeriani, Martini, & Crescentiani.*

(h) *Apud Leodium Lamberti Episcopi.* Leodium, seù Legia, Italis, *Liegi*, Germanis *Luick* Urbs Belgii Eburonum metropolis ad Mosam fluvium, a quo interluitur, inter Coloniam Agrippinam, & Bruxellas. Martyrol. Corbejen. *In Gallia Vico, qui dicitur Leodius passio Landerberti Episcopi & Martyris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Laodico S. Landeberti Episcopi & Martyris.* Martyrol. Bluman. *In Leodico Villa S. Landeberti Martyris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Gallia in Villa, quæ dicitur Leudecus, S. Lamberti Episcopi, qui sectando justitiam, adeptus est Martyrii palmam.* Raban. *In Gallia prope Civitatem Trajectum in Villa Landerico, passio Lamberti Episcopi.* Beda genuin. *xv. Kal. natalis S. Lamberti Episcopi & Martyris.* Ms. Reginæ Sueciæ, Romanum Monasterii S. Cyriaci, & Barberinian. *Landeberti.* Petr. de Natal. *Laudeberti.*

Exultabunt labià, cum loquuta fuerint rectum. Prov. 23.

(l) *Mediolani Satyri Confessoris.* Puricellus de Monument. Basilicæ Ambrosianæ nu. 19. *Festum S. Satyri Levitæ, & Confessoris. Die 17. Septembris. Jacet ad S. Ambrosium.* Dungalus: *Ambrosius suum fratrem Satyrum, quem nimiùm dilexerat, juxta S. Martyrem Victorem sepelivit.* Dein Epitaphium S. Ambrosii exhibet.

Uranio Satyro supremum frater honorem
Martyris ad lævam detulit Ambrosius.

(n) *Apud Bingiam Hildegardis Virginis.* Bingium, *Bingen*, & *Pingen* Germanis. Oppidum valdè vetustum Germaniæ superioris, ad citeriorem Rheni ripam, ubi Nava amnis Rheno miscetur, inter Maguntiam, & Vosaviam, Maguntinæ diœcesis, ubi Virgin. Monasterium. Pagi t. 4. ad an. 1178. nu. 9. *Coloniis in Monasterio S. Ruperti Sanctæ Hildegardis Abbatissæ.* Addit Mss. Carthus. Bruxellen. ad Greven. die 23. Jun. *S. Hildegardes Virgo apud Bingiam, quæ perdoctè conscripsit.*

vi. B Quartodecimo Kalendas Octobris. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P							
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25							

(a) *Thomæ.* Obiit circ. 1556.

(b) *Methodii.* Martyr sub Diocletiano Baron. in not. Sub Decio, & Valeriano, Suidas in Methodio.

VAlèntiæ in Hispània sancti Thomæ à Villanòva Archiepìscopi & confessòris, cujus natàlis recòlitur sexto Idus Septèmbris. (*a*) Natàlis sancti Methòdii, Olympi Lyciæ, & pòsteà Tyri Epìscopi, sermònis nitòre ac doctrina clarissimi: qui ad extrèmum novissimæ persecutiònis (ut scribit sanctus Hieronymus) in Chàlcide Græciæ martyrio coronatus est. (*b*) In territòrio Viennènsi sancti Ferrèoli màrtyris, qui cùm esset tribunìciæ potestàtis, jussu Crispìni impiissimi Præsidis tentus, & primò crudelissimè verberàtus, deindè gravi catenàrum pònde-

(c) *Ferreoli.* Die sequ. Florentin.

(e) *Eustorgii.* Die 11. Aprilis Maurolyc. & Felic.

re

re onustus, in teterrimum càrcerem trusus est; undè solùtis Dei nutu vinculis, & jànuis carceris patefactis, èxiens, ab insequèntibus iterùm captus, martyrii palmam capitis obtruncatiòne percèpit. (*c*) Item sanctàrum màrtyrum Sophiæ, & Irènes. (*d*) Mediolàni sancti Eustòrgii primi Epìscopi, testimònio beàti Ambròsii cèlebris. (*e*) Gortynæ in Creta sancti Eumèni Epìscopi & confessòris. (*f*)

(a) *Chronic. Ordin. S. August.* (b) *Baron. an. 302. n. 62. & an. 402. n. 17. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. ann. 303. n. 130. & an. 475. nu. 15. Sur. t. 5. prior. edit. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 337. n. 69.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menologio.*

Viam justificationum instrue me. Psalm. 118.

(c) *In territorio Viennensi Ferreoli Martyris*. Martyrologium vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Galliis Civitate Vienna Ferrioli Martyris*. Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. die sequent. *In Gallia Civitate Vienna, Ferioli, & Dedicatio Basilicæ ipsius, Translatio Sanctorum multorum Corporum cum capite S. Juliani Martyris de Brivate, sub Altare positum.*

(d) *Item Sophiæ, & Irenes.* An hæc Irenes sit eadem cum ea, de qua ad 5. Aprilis, in cujus honorem illam præclaram Basilicam Justinianus Imperator Constantinopoli erexit, ut Procop. lib. 1. de ędific. Justinian. valdè incertum.

(e) *Mediolani Eustorgii Episcopi*. Martyrol. Antuerpien. *In Mediolano depositio Eutropi, Syxti, Medethei, Saturi*, seù *Satyri*. An Syxtus, & Medetheus sint verè Mediolani, vel vitio interpolantis librarii, scriptores Mediolanenses definiant.

Ferrar. sua Topographia, & Carthusiani Bruxellen. ex collection. Ms. asserunt, Eustorgium Episcop. Mediolanens. eum esse: *Qui Magorum Corpora è Byzantio Mediolanum transtulit*. De Satyro, Roman. Martyrolog. & Galesin. die præcedent.

Disceptatio Topographica.

(b) *Natalis S. Methodii, Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopi*. Olympus Urbs Lyciæ maritima ad Phœnicis Montis radices, in Chelidoniarum Insulæ prospectu, inter Sacrum Promontorium, et Phaselidem, postremam Lyciæ urbem, in sinu Attalico, urbs olim clara. Martyrol. Ms. Pulsanen. Neapoli penès Clericos Regular. SS. Apostolorum: *Natalis S. Methodii, olim Cilicia, & posteà Tyri Episcopi.*

Nihilominùs videtur posse dici sphalma librarii *Cilicia*, pro *Lycia*. Cilicia namque non est Civitas, cujus potuerit esse Episcopus, sed Provincia, & amplissima: Adstipulaturque incertus quidam Author ad Oper. Dionys. Areopagitæ cap. ultim. de Eccles. Hyerarch. *Legi Methodii S. Martyris, & Olympii Adrianopolitani Episcopi Lyciæ Libros.*

In justificationibus non obliviscar Sermones. Psalm. 118.

Ast ex hoc laudato Scriptore tantùm elicitur, Methodium non fuisse Olympii Episcopum, sed Olympium nomen, Patria Adrianopolitan. & Lyciæ Episcopum.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, se hoc hausisse ex S. Hieronymo de scriptoribus Ecclesiasticis.

Verùm non proindè quiescendum; Opera namq; hujus Sancti Doctoris, ut Victorio visum, emendata fuere; hoc est diversam in plerisque locis nunc habent lectionem.

Rursùs adhùc Ferrarius pro his verbis Romani Martyrologii: *In Chalcide Græciæ*, reponit *Chalcide Syriæ*.

Nec refragantur Ferrario Martyrolog. Mss. Neapoli penès Cleric. Regular. scilicèt Beneventan. Capuan. & Pleschian. quibus annuunt alia nonnulla, quæ uno consensu *Græciæ*, non *Syriæ* efferunt.

Nam Græcia apud Hieronymum, interprete Sofrone, est in Chalcide Orientis, ut & Suidas in Methodio; si enim Gręcia suas habuerit Chalcides, aliam in Ætolia ad Euenum flumen, & Callidromum Montem (de qua Ptolom. & Strab.) Et in Eubœa alteram ad Euripum sitam, videtur Beatum Hieronymum de Chalcide Syriæ, & intellexisse, & scripsisse; de illa videlicèt, à qua, Ptolomeo, & Strabone Chalcidice nominata est. Regio enim hæc Syriæ S. Hieronymo nota, & familiaris, cujus eremum quadriennio incoluerit. Ut igitur hæc contentio penès ipsos Topographos remaneat, & sapientiores consenserint, Roman. Martyrologium sine ambage erit, si rescribat: *Natale S. Methodii Episcopi, qui ad extremum novissimæ persecutionis, (ut scribit S. Hieronymus) Martyrio coronatus est.*

v. C Tertiodécimo Kalendas Octobris. Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u

27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

A B C D E *F* F G H M N P

16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

(a) *Januar. & Soc.* Die 21. Aprilis iterùm Græci in Menolog. Canisii. Die præced. de Festo, & sociis in Menol. Basilii.

(b) *Felicis, & Constantiæ.* Martyres circa 60. Petr. de Natal. An. 69. Jacobill. de Sanct. Umbriæ. Die sequen. Martyrol. Veissemburg.

(c) *Pelei, & Soc.* Martyres ann. 309. Baron. eo an. n. 19. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præced. Canis. & Basil. in Menol.

(g) *Eustochii Episc.* Circ. 450. Acta.

Putèolis in Campània fanctòrum màrtyrum Januàrii Beneventànæ civitàtis Epìscopi, Festi ejus diàconi, & Desidèrii lectòris, Sòsii diàconi Ecclèsiæ Misenàtis, Pròculi diàconi Puteolàni, Eutychii, & Acùtii: qui post vìncula, & càrceres càpite cæsi sunt sub Diocletiàno Prìncipe. Corpus sancti Januàrii Neàpolim fuit delàtum, atque honorìficè in Ecclèsia tumulàtum: ubi ètiam beatìssimi màrtyris sanguis in ampùlla vitrea adhuc servàtur, qui in conspèctu càpitis illius pòsitus, velùt recens liquèscere, & ebullire conspicitur. (*a*) Nucèriæ natàlis sanctòrum màrtyrum Felicis, & Constàntiæ, qui passi sunt sub Neròne. (*b*) In Palæstìna sanctòrum màrtyrum Pèlei, Nili, & Eliæ Episcopòrum Ægypti, qui tèmpore persecutiònis Diocletiàni cum plùrimis clèricis pro Christo igne consùmpti sunt. (*c*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Tròphimi, Sabbàtii, & Dorymedòntis, sub Probo Imperatòre: quorum Sabbàtius Antiochìæ jussu Attici Præsidis tàmdiu flagris cæsus est, donec emìtteret spìritum: Tròphimus verò Synnadam ad Perènnium Præsidem missus, post multos cruciàtus, cum Dorymedònte senatòre càpitis decollatiòne martyrium consummàvit. (*d*) Còrdubæ in persecutiòne Aràbica sanctæ Pompòsæ vìrginis & màrtyris. (*e*) Cantuàriæ sancti Theodòri Epìscopi, qui à Vitaliàno Papa in Angliam missus, doctrina, & sanctitàte refùlsit. (*f*) Turònis sancti Eustòchii Epìscopi, magnàrum virtùtum. (*g*) In territòrio Lingonìensi sancti Sèquani presbyteri & confessòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 305. n. 1. & sequ. item Græci in Menologiis, & Anton. Caracciol. Cler. Regul. c. 20. de Sac. Eccles. Neapolit. monument.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 8. c. 96. Ferrar. Catal. SS. Ital. Maurolyc. & alii.* (c) *Baron. an. 309. nu. 19. Euseb. lib. 8. c. 22. & 25. Nicephor. lib. 7. c. 16. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 251.* (d) *Baron. an. 281. nu. 1. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 251.* (e) *Baron. an. 853. n. 73. & S. Eulog. Memorial. SS. lib. 3. c. 11:* (f) *Baron. an. 690. n. 10. Beda de gest. Anglor. lib. 3. c. 19. & 30. lib. 4. c. 1. & seq. & lib. 5. cap. 8. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 18. lib. 3. cap. 114. & lib. 4. c. 60.* (g) *Baron. in not. & S. Greg. Turonen. de gest. Franc. lib. 2. c. 1. in fin. & lib. 10. c. 31.* (h) *Baron. ibidem & S. Greg. Turonen. de glor. Confess. ca. 88. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict.*

State succincti in veritate. Eph. 5.

Ut abundetis magis in scientia, & in omni sensu. Ad Phil. 1.

(a) *Puteolis in Campania Januarii Episcopi, Festi Diaconi, Desiderii Lectoris, Sosii Diaconi, Proculi Diaconi, Eutychii, & Acutii.* Puteoli, antè Dicearchia, *Pozzuolo* Italis. Urbs antiqua Campaniæ apud Sinum *Puteolanus* dictum, & apud Linternum, & Acherusiam paludem, inter Sinvessam, & Neapolim. Hic multa antiquitatis monumenta, lacus, & Balnea plura. Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium ad 7. Septembris: *Capua Civitate Benevento Sesonti Januarii, Festi, Acuti, Desiderii.* Iterùm hac die: *Neapoli Januarii, & Augi,* sivè *Ancii,* aut *Aniceti,* & ad 18. Octobris: *In Campania Civitate Puteolis Januarii, & Eutecii,* seù *Euticii.* Menolog. Canisii: *Sosii, Proculi Diaconorum, Fausti, & Desiderii Clericorum, qui omnes Beneventani, ac Socii Januarii.* Item diversis diebus Martyrizati: nempè Festus, & Desiderius ad 7. Septemb. Proculus ad 17. & Sosius ad 23.

Be-

Beneventani, & Neapolitani inclytum Martyrem, & Præsulem Januarium Civem suum ad invicem esse contendunt, quemadmodum Scoti, & Hiberni de S. Brigida; ac Panormitani, & Catanenses de S. Agatha.

Beneventani apud Viperam in Chronologia Antistitum Beneventanorum, ex Sacris eorum tabulis hanc Antiphonam canunt.

Salve defensor Patriæ, Januari Sanctissime;
Tuo pio interventu culpas nostras ablue:
Ut Cœlestis Regni sedem valeamus scandere.

Neapolitani quoque penes Antonium Caracciolum ex Cleric. Regular. tum de Sac. Eccles. Neapolit. Monument. tum in vit. hanc aliam in propriis Dypticis modulantur:

Inde virtutum radiis refulgens;
Hic triumphator cumulos volantes
Ignis extinxit, Patriam gubernat,
scilicet *Istam*.

Utraque pars, ut consideranti liquebit, conjecturis innititur, & pro utraque compertum, triplici modo aliquem esse posse & dici civem, scilicet *Originis*, *Ortus*, *& Domicilii*: Rursùs multos lapides extare, nempè Mediolani, Capuæ, Nolæ, Puteolis, in quibus de Januariis insculptum videtur, ut in Inscriptionib. Gruteri; & tandem in Libro de Stirpe Januaria, Januarios diversos legi: quæ omnia valent, ut Martyr & Præsul Januarius Benevento, & Neapoli uti Civis adscribatur.

Cæterùm haud dubium, quin hæc pia contentio ad majorem gloriam incliti Martyris, & Episcopi redoleat; idcircò in eadem Beneventum, & Neapolis remaneant. Si tamen quæ suppetunt prostanda, solers lector scire cupit, recentiores eruditos consulat, inter quos Viperam, & Archidiaconum de Nicastro pro Benevento; Antonium Caracciolum Cleric. Regular. et P. Hieronym. Mariam à S. Anna Carmelitam Excalceatum pro Neapoli: quibus sanè visis, quorum dein sint potiora jura, & quibus causa adjudicanda, definiat: interim *Natalem Sanctorum nolite putare illum dici, quo nascuntur in terra de carne, sed de terra in Cœlum*. S. Petr. Chrysol. Serm 119. de S. Cyprian.

(b) *Nuceriæ Felicis*, & *Constantiæ*. Nuceria *Nocera* Italis; Altera urbs Umbriæ antiquissima in Apenn. Montis ascensu, ad præterfluentem Tinium amnem, media quasi inter Fulginium, & Callium. Altera, *Nocera de Pagani*. Urbs Campaniæ antiquissima apud montem Hirpinorum ultrà Sarnum fluvium in Picentinorum finibus. Ad 17. Septembris Martyrologii S. Hieronymi Apographa: *In Nocera Constantini*, seu *Constantis*, aut *Constantini*, & *Sanctini*. Verùm illud S. Vuillibrordi: *Constantiæ Sanctinæ*. Hac verò die: *In Nuceria Hermei*, seù *Heremitis*, aut *Hermæ*, sivè *Heremæ*, *Felicis*, *Constantiæ*, *Privatæ*, *& Euphemiæ*, *Sigoni Presbyteri*, seù *Sygone*. Et iterum die sequ. Ms. S. Vuillibrordi: *In Nuceria Felicis, Privatæ, Constantii. Item Constantiæ*. Martyrol. Corbejen. & Blum. ac Martyrol. Ms. Plescan. Neapoli penes C.R.SS. Apost. *Nuceria Felicis, & Constantiæ; qui passi sunt sub Nerone.*

Ferrar. in calce ad suam novam Topographiam admonet, hos Martyres Nuceriæ haud coli repertum est.

(b) *In Palæstina Pelei, Nili, & Eliæ Episcoporum*. Martyrolog. Epternacen. seù Antuerpien. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Alexandria Dimetri*, seù *Demetri*, *Paeli*, seù *Pales*, aut *Pallei*, *Nili*, aut *Hilipari*, *Parimadi*, vel *Madi*, *Heli*, *Castoris*, *Saturi*, vel *Saturnini*, *Nicesti Episcopi*. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Demetri, Palei, Nilpacis, Madsheli, Castoris, Saturnini, Ceti Episcopi, Casti, Julii*. Menologium Basilii die præced. *Certamen Sanctorum Nili, Pelei, Heliæ, cum centum Ægyptiis genere*. Notker. hac die: *Sanctorum Martyrum Pelei, Nili, & Marci Episcoporum cum pluribus Clericis, igne consumptorum*. Valerius in not. ad Eusebium lib. 8. cap. 16. *Quidam Ægyptii Sacerdotes Peleus, ac Nilus cum aliquot aliis illic flammis assumpti periere*.

(d) *Eodem die Trophimi, Sabbatii, & Dorymedontis*. Martyrol. Corbejen. Lucen. & Veissemburgense: *In Alexandria Trofimi*, seù *Trophimi*. Martyrolog. Antuerpien. & Rabanus: *Calcedoniæ Trophimi*. Petr. de Natal. *Trophimus, & Oceanus, atque Eustorgius Episcopus passi sunt Martyrium XIIII. Kal. Octobris*. Galesin. *Romæ Trophimi, & Oceani Martyrum*. An idem Trophimus, addubitandum: ex uno capite plures Martyres sub Trophimi nomine apud Græcos in Menologio; aliundè, Romanum Martyrologium non exprimit locum, ubi omnes hi Sancti Martyrizati, & solùm: *Sabbatium Antiochiæ cæsum* effert.

(b) *Nuceriæ Felicis, & Constantiæ, sub Nerone*. Anceps est Romani Martyrologii lectio, & ratione loci, ubi passi, & ratione Tyranni, sub quo.

Disceptatio Chronologico-Topographica.

Duo namque Nuceriæ extant, altera antiqua via Flaminia in Umbria; altera ad Campaniæ fines in Picentinis, *Nuceria Paganorum* dicta, ut suprà; modò Petrus de Natal. Felicem Presbyterum, & Constantiam Nuceriæ in Picentinis scribit, & S. Constantiæ Reliquias Salernum translatas. Jacobillus verò de Sanctis Umbriæ pag. 728. præstat, nobis Felicem Presbyterum, & Constantiam Matronam Nucerinos cives ex Umbria fuisse: palmamque Martyrii sub Nerone anno 69. consequutos miliario circiter uno à Civitate, via Flaminia, ab Incolis loci, Turris Neronis agnominata: Addit ultrà, horum corpora in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ tumulata donec anno 1580. in Cathedralem Nucerinam translata fuere; transposito interim alterius ex illis Martyribus capite ad majorem venerationem Pisaurum; & rursùs quòd Constantia vidua fuit S. Felicis Presbyteri discipula, quæ in propria domo Christicolas foveret: Ex quo videtur dubium, ubi ex Nuceriis præfatis hi Martyres signandi.

Posset tamen quis occurrere, tam Nuceriæ Umbriæ, quàm Picentinæ tribuendos, atque utro-

(g) *In Territorio Tarvanensi Audomari Episcopi*. Tarvanna, *Terovanne*. Urbs antiquissima Belgii, in Picardiæ, Artesiæque confiniis, ad Lisam amnen non procul orientem, Morinorum antiqua Sedes & Metropolis, à Carolo V. Imperatore solo æquata. Florus Addit. ad Ms. Lætien. *Ipso die Tarvenna depositio S. Audomari Episcopi & Confessoris*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. S. Martini: *Qui mundo mortuus, Deo vivens, plurimarumque virtutum signis pollens, Tarvennis urbis populum ad cultum convertit Divinum.* Sub Dagoberto Rege; Corpus in Audomaren. Sur. tom. 5.

Disceptatio Topographica. (a) *Nicomediæ passio Sanctorum Martyrum Dorothei, & Gorgonii &c.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium: *Romæ via Lavicana inter duas Lauros in Cœmeterio ejusdem natalis S. Gorgonii*. Adstipulaturque penès Bucherium in Fragmento antiquissimo Rom. Martyrologii: *Quinto Idus Gorgoni in Labicana*.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, Gorgonii Martyris Nicomediensis unà cum Dorotheo Reliquias translatas Romam, ac via Latina positas, deindè in Gallias, ex Sigeberto in Chronic. Ado quidem, Usuard. & alii: *Roma via Latina Gorgonium* proferunt.

Sed erit divinare, asserere, *Gorgonium Romæ cultum* fuisse Martyrem *Nicomediensem*; maximè, quia *Gorgonius, Dorotheus, & Petrus* ab Eusebio sub Diocletiano referuntur, mense Martio in Christianos primis edictis vulgatis, undè vix edictum contra Ecclesias Nicomedienses edici queit, & aliundè quùm *Dorotheus, Gorgonius, & Petrus* de Imperatoris familia, statim martyrizati legantur, idcircò vix in mensem Septembris eorum passio incidere potuerit. Cæterùm præadducta vetustiora Apographa, *Gorgonii* tantùm hac die memoriam faciunt, subducto *Dorotheo*.

Si quis dein obtruderet, in Apographis Martyrologii S. Hieronymi ad 12. Martii *Gorgonius* refertur ob Martyrium ea die, & aliundè iterum hac die, quia Romam ex Nicomedia translatum fuisse, credere par est.

Hoc objectum dilueretur ex eo, quòd nil obstaret, hunc *Gorgonium* esse alium, ex relatis ipsis vetustioribus Codicibus, in quibus unus ad 12. Martii refertur unà cum aliis martyribus Nicomediensibus, alter, nempe Romanus, hac die 9. Septemb solus, & sine sociis.

Nec Eusebius, & alii, qui ex Eusebio hausere, promunt Gorgonium Nicomediensem Civem fuisse, sed de Imperatoris familia tantùm, quùm in Imperio Præfecturam gessisset. Quocirca, ut Romanum Martyrologium hac ambage explicetur, & sanioribus placeret, exordiatur: *Passio Sanctorum Martyrum Dorothei, & Gorgonii, &c. ad ultimum laqueo necari*.

xiv. A Quarto Idus Septembris. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

(f) *Theodardi Episc.* Obiit an. 658. Baron. eo an. n. 8. An. 651. Molan. Indic. Sanct. Belgii. An. 667. Pagi to. 3. ad ann. 658. n. 4.

(g) *Hilarii Pap.* Obiit ann. 467. Baron. eo an. n. 3. An. 468. Pagi t. 3. ad an. 467. num. 3. Die 21. Febr. Maurolyc. Canis. Galesin. & Pagi loc. cit.

(i) *Salvij Episc.* Obiit an. 587. Baron. eo an. nu. 37. Ann. 586. Idem in not. Ann. 584. Pagi t. 2. ad an. 587. n. 11.

Tolentìni in Picèno depositio sancti Nicolài confessòris, Ordinis Eremitarum sancti Augùstini. (*a*) In Africa natàlis sanctòrum Episcopòrum Nemesiàni, Felìcis, Lùcii, altèrius item Felìcis, Littei, Polyàni, Victòris, Jadèris, Datìvi, & aliòrum: qui sub Valeriàno, & Gallièno, exurgènte persecutòinis ràbie, ad primam confessiònis Christi constàntiam gràviter fùstibus cæsi, deìnde compèdibus vincti, & ad fodiènda metàlla deputàti, gloriòsæ confessiònis agònem consummàrunt. (*b*) Chalcèdone sanctòrum màrtyrum Sòsthenis, & Victòris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Prisco Asiæ Procònsule post vìncula, & bèstias superàtas, jussi sunt incèndi: at illi salutàntes se ìnvicem in òsculo sancto, in oratiòne pòsiti spìritum emisèrunt. (*c*) In Bithynia sanctàrum vìrginum Menodòræ, Metrodòræ, & Nymphodòræ soròrum, quæ sub Maximiàno Imperatòre, & Frontòne Præside martyrio coronatæ, pervenèrunt ad glòriam. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Apèlli, Lucæ, & Clemèntis. (*e*) Leòdii in Bèlgia sancti Theodàrdi Epìscopi & màrtyris, qui ànimam suam

pòsuit

pòſuit pro òvibus ſuis, & poſt mortem miraculòrum gràtia illùxit. (*f*) Romæ beàti Hilari Papæ & confeſsòris. (*g*) Compoſtèllæ ſancti Petri Epiſcopi, qui multis virtùtibus & miràculis clàruit. (*h*) In civitate Albigènſi ſancti Sàlvii Epiſcopi & confeſsòris. (*i*) Novàriæ ſancti Agàpii Epiſcopi. (*k*) Conſtantinòpoli ſanctæ Pulchèriæ Augùſtæ virginis, religiòne, & pietàte insignis. (*l*)

(a) *Baron. in not. Membrit. t. 2. & Sur. t. 3. prior. edition.* (b) *Baron. an. 260. n. 43. S. Cypriani epiſt. 77. Uſuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 311. n. 18. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 61.* (d) *Baron. an. 313. n. 18. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. an. 658. n. 8. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict.* (g) *Baron. an. 467. n. 3. & ſequ. Greven. Auctar. ad Uſuard. Ado, & alii.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Tabul. Eccleſ. Compoſtel.* (i) *Baron. an. 587. nu. 37. & S. Gregor. Turonen. Hiſt. Francor. lib. 5. c. 50. lib. 6. c. 25. & lib. 7. c. 16.* (K) *Baron. in not. & Tabul. Eccleſ. Novarienſ.* (l) *Baron. an. 415. n. 51. ann. 431. n. 157. an. 438. nu. 13. & ann. 453. n. 30. Græci in Menolog. Sozomen. lib. 9. cap. 1. Socrat. lib. 7. c. 22. & Nicephor. lib. 14. c. 2. & 3.*

Qui tantùm verba ſectatur nihil habebit. Prov. 19.

(f) *In Africa Sanctorum Epiſcoporum Nemeſiani, Felicis, Lucii & Soc. & aliorum.* Ms. Divionen., & de Peregrinis ſilent: *Et aliorum.* Ms. Roman. Barberinian. & Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Sanctorum Doletqtuli, Tuſci, Valentini.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Et S. Theodardi Epiſcopi & Martyris.* Martyrolog. vetuſtiſſim. S. Vuillibrordi: *In Africa Catuli, Tuſci, Valentianæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Doletatuli, Tuſci, Magari Valentini.* Forſan hi Martyres erunt inter alios Anonymos in Africa recenſitos.

(g) *Romæ Hilari Papa & Confeſſoris.* Apographum Hieronymian. Lucen. Beda editus, & Rabanus: *Roma depoſitio B. Hilari Papa, per quem Victor ordinem Paſchalem conſcripſit.* Martyrolog. Corbejen. *Roma depoſitio B. Hilari Papæ.* Martyrol Antuerpien. *Romæ depoſitio Hilari Epiſcopi.* At titulus Papæ, & Epiſcopi prioribus Sæculis promiſcuè Romano Pontifici, aliisque Epiſcopis addebatur; Gregor. VII. Romanis tantùm Pontificibus nomen Papæ reſervavit.

Qui poſſeſſor eſt mentis invenit. Prov. 19.

(K) *Novariæ Agapii Epiſcopi.* Novaria *Novara*; urbs Inſubiæ antiqua, & celebris Galliæ Caſaſpinæ inter Ticinum, ac Seſſitem fluvios. Hic S. Agapius Sancto Gaudentio Epiſcopus ſucceſſit, ſeditque annos 20. ex Tabul. Eccleſ. Novarien. Baronius tamen in not. ſuadet, has Tabulas in aliquibus corrigendas.

xiij B Tertio Idus Septembris. Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

ROmæ via Salària vèteri in cœmetèrio Basillæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Proti, & Hyacìnthi fratrum eunuchòrum beàtæ Eugèniæ: qui ſub Gallièno Imperatòre deprehènſi quòd eſſent Criſtiàni, ſacrificàre cogùntur; ſed non conſentièntes, primò duriſſimè verberàti ſunt, ac tandem pàriter decollàti. (*a*) Laodicèæ in Syria pàſſio ſanctòrum Diodòri, Diomèdis, & Dìdymi. (*b*) Legiòne in Hiſpania Sancti Vincentii abbatis & martyris. (*c*) In Ægypto ſancti Paphnùtii Epiſcopi, qui unus fuit ex iis confeſsòribus, qui ſub Galèrio Maximino Imperatòre, dextro òculo effòſſo, & ſiniſtro pòplite exciſo, ad metàlla damnàti fuèrunt: deindè ſub Conſtantino Magno advèrsùs Ariànos pro fide Cathòlica ſtrènuè decertàvit, & demùm multis corònis actus in pace quièvit. (*d*) Lugdùni deposìtio ſancti Patièntis Epiſcopi. (*e*) Vercèllis ſancti

(a) *Prothi, & Hyacinthi.* Die 24. Decembris Caniſ. in Menolog. Græcor. Die 25. Petr. de Natal. & alii.

(c) *Vincentii.* Martyr an. 630. Baron. eo an. n. 20. Anno 554. Anton. Yepes vit. Intra 470. & 558. Pagi t. 3. ad ann. 630. n. 4.

(d) *Paphnutii Epiſcop.* Die 18. Februarii Martyrol. Vuitfordi.

(g) *Theodora.* Circ. 480. Acta apud Lip-

cti Æmiliàni Epìscopi. (*f*) Alexandrìæ sanctæ Theodòræ, quæ cùm incautè deliquìsset, facti pœnitens, mira abstinèntia & patièntia in hàbitu sancto incògnita perseveràvit usque ad mortem. (*g*)

(a) *Baro n. an. 188. n. 2. & ann. 262. nu. 56. & Sur. t. 12. posterior. edition. in Act. S. Eugenia.* (b) *Baron. in not. & Graci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. ann. 630. n. 20. Flos Sanctor. hispan. & Thesaur. Concion. t. 2. hac die.* (d) *Baron. an. 310. n. 23. an. 318. n. 101. an 325. n. 22. an. 326. n. 12. an. 335. nu. 6. & ann. 347. n. 11. Rufin. lib. 1. c. 4. & 17. Socrat. lib. 1. c. 8. Sozomen. lib. 1. cap. 22. & Nicephor. lib. 8. c. 14. & 19.* (e) *Baron. an. 429. n. 9. an. 435. n. 22. an. 466. n. 13. & an. 475. n. 29. S. Gregor. Turonen. de gest. Franc. lib. 2. c. 24. Raynaud. in Hagiolog. Lugdunens. Labbeus in Hagiolog. Franco-Gallic. Sammarthani, Saussayus, aliique.* (f) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Vercell.* (g) *Baron. ibid. Graci in Menolog. Lippoman. t. 6. hac die, & Sur. t. 4. prior. edition.*

Sensati in verbis intellexerunt veritatem. Eccles. 18.

(a) *Roma Proti, & Hyacinthi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma via Salaria veteri in Cœmeterio Basilla Prothi, & Jacinthi, Eugenia, & Basilla.* Martyrolog. Corbejen. *Roma via Salaria veteri in Cœmeterio Basillæ Proti, & Jacinthi, Dydimi.* Martyrolog. Bluman. *Roma via Salaria veteri Proti, & Jacinthi, qui fuerunt Doctores Christiana legis.* Bucher. Fragment. Roman. Martyrol. *Tertio Idus Prothi, & Hyacinti in Basillæ.* Tò *Dydimi* in Martyrolog. Corbejensi idem forsan, ac Grecè *Gemelli*, seù *Gemini fratres*: Fuerunt quidem gemini fratres, Sanctæque Eugeniæ Eunuchi.

(b) *Laodicea in Syria Diodori, Diomedis, & Didymi.* Laodicea, seù Laudicia, *Liche*; urbs Syriæ maritima, quondam clara, post Orontis fluminis ostia, inter Heracleam, & Gabalam proximas urbes. Altera Laodicea Syriæ *Scabiosa* cognomine, inter Emisam, & Damascum. Basilius, & Canisius in Menologiis hac die: *Diodori, & Didymi*; & die sequenti iterum hos duos cum Diomede.

(c) *Legione in Hispania Vincentii Abbatis & Martyris.* Legio *Leon.* Urbs Hispaniæ Tarraconensis antiqua, *Legio VII. Germanica* priùs dicta, ad Estolam amnem non longè profluentem, antiqua Regum Castellanorum Sedes; Media quasi inter Vallisoletum, & Ductum. Passus hic dicitur Vincentius Abbas sub Gothis Arianæ perfidiæ. S. Leandri Episcopi Synchr. Thesaur. Conc.

Enarrans veritatem, emittit verbum certum. Eccles. 19

(d) *In Ægypto Paphnutii Epis.* Alius à *Paphnutio* Meletiano Confessore, de quo S. Epiphan. hæres. 68. & Græven. Canisius, aliique ad 29. Novembr.

(e) *Lugduni depositio S. Patientis Episcopi.* Cardinal. Baron. in not. animadvertit, hunc Sanctum *Patientem* ex Tabul. Demochar. vigesimum quartum Episcopum Lugdunensem fuisse; Sammarthani verò vigesimum ab anno 470. ad 491.

(g) *Alexandria Theodora.* Apographa Hieronymiana apud Florentinium: *In Alexandria Syri, & Serapionis*; De hac *Theodora* silent.

xii. C Pridie Idus Septembris. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8

A B C D E *F* F G H M N P

9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

(a) *Hieronydis, Leontii, & Soc.* Martyres circ. 267. Græci in Menol. Die 15. Septembris Raban.

(b) *Autonomi Episc.* Martyr Circ. 290. Acta apud Sur.

COmmemoràtio sanctìssimi Nòminis beàtæ Virginis MARIÆ, quam Innocèntius Undècimus Pòntifex Màximus ob insignem victòriam à Christiànis de Turcis relàtam, Viennàmque Austriæ ab arctìssima obsidiòne liberàtam instituit, & quotànnis Domìnica infra Octàvam Nativitàtis ejùsdem beàtæ Vìrginis MARIÆ celebràri. Alexandrìæ natàlis sanctòrum màrtyrum Hieronìdis, Leòntii, Serapiònis, Selèsii, Valeriàni, & Stratònis, qui sub Maximìno Imperatòre ob Christi nòminis confessiònem in mare sunt demèrsi. (*a*) In Bithynia sancti Autònomi Epìscopi & màrtyris; qui ex Itàlia, Diocletiàni persecutiònem declinans

clinans, illuc profèctus, cùm plùrimos convertìsset ad fidem, à furèntibus Gentìlibus, dum sacra mystèria peràgeret, ad altàre mactàtus, hòstia Christi effèctus est. (*b*) Meti in Phrygia pàssio sanctòrum martyrum Macedònii, Theodùli, & Tatiàni, qui sub Juliàno Apòstata ao Almachio Præside post àlia tormènta super crates fèrreas ignitas pòsiti, exultàntes martyrium complevèrunt. (*c*) Icònii in Lycàonia sancti Curònoti Epìscopi, qui sub Perènnio Præside càpite truncàtus, martyrii palmam accèpit. (*d*) Apud Ticìnum sancti Juvèntii Epìscopi, de quo sexto Idus Februàrii. Is à beàto Hermàgora discìpulo sancti Marci Evangelistæ ad eam urbem unà cum sancto Syro dirèctus est: & ambo illic Christi Evangèlium prædicàntes, & magnis virtùtibus ac miràculis coruscàntes, ètiam vicìnas urbes divìnis opèribus illustràrunt; sicque in Pontificàli honòre gloriòso fine quievèrunt in pace. (*e*) Lugdùni deposìtio sancti Sacerdòtis Epìscopi. (*f*) Verònæ sancti Silvìni Epìscopi. (*g*) Anderlàci sancti Guidònis confessòris. (*h*)

(*f*) *Sacerdotis Episc.* Die. 5. Maii Salazar. Martyrol. Hispan.

(a) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (b) *Baron. ibid. Græci in Menologio. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition. hac die.* (c) *Baron. an. 362. n. 84. Græci in Menolog. & Suidas in hist.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menolog.* (e) *Baron. an. 381. n. 3. Mombrit. t. 2. Sur. t. 7. prior. edit. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 50. & lib. 8. c. 68.* (f) *Baron. an. 552. nu. 25. Raynaudus, Raban. & alii.* (g) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. de antiqu. monumens. Episc. Veronens. pag. 10. & 42.* (h) *Baron. an. 1112. n. 29. Sur. t. 5. prior. edition. & Molan. Addit. ad Usuard.*

Oculus videns, testimonium reddebat. Job. 29.

(a) *Alenxandriæ Hieronydis, Leontii, Serapionis, Selesii, Valeriani, & Stratonis, sub Maximino Imperatore.*

Cardinal. Baron. in not. *De iisdem hac die Græci agunt in Menologio, ubi eorum Martyrium describitur.* At Menolog. Græcorum apud Canisium sub *Maximiano Imperatore* adnotat. Apographa Hieronymiana hac die alium *Serapionem* exhibent: *In Sicilia Civitate Catina, seù Cathenas, Eupli, & Serapionis Episc. Magni.* Appendix ad Adonem: *In Sicilia Civitate Catanas Eupli, & Serapionis.* Ptolomæo, Straboni, aliisque: *Catana.* Urbs est Siciliæ; non *Catina*, aut *Cathena*.

(c) *Apud Ticinum Juventii Episcopi.* Ms. Divionen. *Apud Urbem Ticinum*, quæ & Papia dicitur, *Sanctorum Confessorum Syri, & Hyventii.* Ticinum quidem & Papia dicitur: *Pavia.* Urbs Insubrum antiquissima ad Ticinum amnem limpidissimum, & fluminum Italicorum post Eridanum, maximum; urbis mœnia ab Austro alluentem. Usuardus, & Ado: *Apud Ticinum Sanctorum Episcoporum Juventii, & Syri.* De Peregrinis: *Sanctorum Confessorum*, pro *Episcoporum.* Vuandelbertus quidem de Syro hac ipsa die cecinit:

Martyr mox pridie celsus petit Æthera Syrus.

At videtur alius; Tabulæ namque Ecclesiæ Ticinensis de suo *Syro* Episcopo agunt ad 19. Decembr. *Et in pace quievit.*

Viri veraces successum habent usque ad inspectionem. Eccl. 15.

(f) *Lugduni Sacerdotis Episcopi.* Salazar. suo Martyrolog. Hispan. ad 5. Maii: *Sacerdos Episcopus Lugdunensis à Childeberto Seniore Galliarum Rege ad Athanagildum Gothorum Principem, Oratoris titulo missus, Seguntinæ Sedis Pontifex electus, sed reversus Lugdunum, apud Parisios animam Deo reddidit.* Raynaudus tamen Indicul. Sanctorum Lugdunensium testatur: *Hanc viri Sancti legationem, & secundum Episcopatum ignorari à Gallis Scriptoribus, quos mirum esse ista latuisse.* Item prælaudatus Salazar. addit: *Caput S. Sacerdotis asservari in eadem Sede Seguntina.* Sed prælibatus Raynaudus insurgit: *Caput illud esse Martini Abbatis Hortami, post Episcopi Saguntini, idque sub nomine S. Sacerdotis coli.*

Cardinal. Baron. in not. hunc *Sacerdotem* trigesimum, vel trigesimum secundum inter Lugdunenses Episcopos recenset, ex Tabul. Demochar. Sammarthani verò ex Actis colligunt, fuisse trigesimum.

xj. D Jdibus Septembris. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

(b) *Macrobii, & Soc* Martyres ann. 316. ſub Licinio Baron. eo ann. nu. 53. Non ante an. 319. ſub Licinio Pagi t. 1. ad ann. 316. nu. 11. Die 15. Septembr. Florent.

(d) *Eulogii Epiſc.* Obiit an. 608. Baron. eo an. nu. 12. Ann. 707. Pagi t. 2. ad an. 608. n. 3. Die 13. Jun. Synaxar. Ms. Conſtantinopolitan. & Chifletian.

ALexandriæ natàlis beàti Philippi, patris ſanctæ Eugèniæ virginis. Hic dignitàtem Præfectùræ Ægypti dèſerens, Baptìſmi gràtiam aſſecùtus eſt: quem in oratiòne conſtitùtum juſſit Terèntius Præfectus ejus ſuccèſſor glàdio jugulàri. (*a*) Item ſanctòrum màrtyrum Macròbii, & Julià-ni, qui ſub Licinio paſſi ſunt. (*b*) Eòdem die ſancti Ligòrii màrtyris. qui in erèmo degens, à Gentìlibus ob Chriſti fidem necàtus eſt. (*c*) Alexandriæ ſancti Eulògii Epìſcopi, doctrìna, & ſanctitàte cèlebris. (*d*) Andègavi in Gàllia ſancti Maurìlii Epìſcopi, qui innùmeris miràculis clàruit. (*e*) Apud Sènonas ſancti Amàti Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) Ipſo die ſancti Venèrii confeſsòris, admiràndæ ſanctitàtis viri, qui in ìnſula Palmària vitam eremìticam duxit. (*g*) In monaſtèrio Romàrico in Gàllia ſancti Amàti presbyteri & abbàtis, abſtinèntia & miraculòrum gràtia illùſtris. (*h*)

(e) *Maurilii.* Cir. 394. Baron. eo ann. nu. 98. Sub nomine *Mauritii*. Circa 431. vel ſaltem 427 Sammarthani.

(h) *Amati Presbyteri.* Cir. 617. Baron. eo ann. nu. 17. Circ. 630. Trithemius. Die 11. Maii. Florar. Ms.

(a) *Baron. an. 204. n. 2. & sequ. & an. 346. n. 6. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. ann. 316. n. 53. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 73.* (d) *Baron. an. 411. n. 61. An. 428. n. 30. & an. 608. n. 12. Evagrius hiſt. lib. 5. c. 25. & Prat. Spiritual. c. 146. & 147.* (e) *Baron. an. 394. n. 98. Membris. t. 2. Sur. t. 5. prior. edition. & t. 9 poſterior. Launoius in vit. edita an. 1663. & Sammarthani.* (f) *Baron. ann. 685. n. 22. Sur. t. 5. prior. edition. Sigebert. in Chronic. ad an. 685. & Molan. Indicul. Sanctor. Belgii.* (g) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 65.* (h) *Baron. an. 617. n. 17. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 88. & 90.*

Donec ſupereſt alitus in me, nec lingua mea meditabitur mendacium. Job 28.

(a) *Alexandriæ B. Philippi, Patris S. Eugeniæ.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi præferunt hac die: *In Alexandria Theodoli*, ſeù *Theodori Epiſcopi*. Ms. Roman. Barberinian. effert: *Theophili Epiſcopi*. Menologium Baſilii: *In Alexandria Theodori*. Menologium Caniſii: *Sacroſancti Martyris & Epiſcopi*. Ms Divionen. *Apud Ægyptum Civitate Alexandria B. Philippi Epiſcopi & Martyris*.

Cardinalis Baronius in notis erroris arguit Bedam, Uſuard. & Adonem, qui ex Actis S. Eugeniæ aſſeruere, Beatum Philippum Alexandriæ Epiſcopum, ab Euſebio, Nicephoro Epiſcopo, & Nicephoro Calliſto inter Alexandrinos Epiſcopos non adnumeratum. Ex quo quùm hac ipſa die Alexandriæ colantur Philippus Martyr, & Theodolus, ſivè Theodorus, & hic in uno Græcorum Menolog. dicitur Martyr, in alio Martyr & Epiſcopus, ex quo prælaudata Apographa decepta, facilè Philippum cum Theodulo confudere; idcircò Alexandriæ hac die adſcribendi videntur Philippus Martyr, & Theodolus Epiſcopus & Martyr.

(b) *Item Macrobii, & Juliani*. Græci in Menologio Baſilii: *Macrobius Cappadox, & Gordianus è Paphlagonia ſub Licinio Imperatore in Scythiam relegatus, ubi, cum inveniſſent Zoticum, Lucianum, & Helium fortiſſimè pro Chriſto pugnantes, & in carcere conjectos, vivus combuſtus, agonem complevit*.

(c) *Eodem die Ligorii Martyris*. Apographum Hieronymianum Lucen. *In Antiochia Timothei, & Lidori*. Error facilis *Lidori* pro *Ligorii Martyris*. Incerto loco in Rom. Martyrologio. Petr. de Natal. ex partibus Græciæ fuiſſe narrat, & corpus Venetias translatum.

(e) *Andegavi in Gallia Maurilii Epiſcopi*. Andegavis, priùs Juliomagnus: *Angers*. Urbs Galliæ Celticæ ad Meduanum flumen, celebris inter Cenomanenſem, & Nannetenſem urbes, Ducatus Andegavenſis nobilis Metropolis, & Academia: Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *Andegavis Civitate Maurilionis Epiſcopi*. Hagiologium Franco-Gallicum Labbei: *Et Confeſſoris*. Ms. Roman. Barberinian. *Andegavis Civitate depoſitio S. Aureliani Epiſcopi*. De Peregrinis: *Andegavis S. Marilionis Epiſcopi & Confeſſoris*. Uſuard. *Maurilionis*. Appendix ad Adonem: *Murilionis*.

Cardinal. Baron. in not. admonet, vitam fuiſſe à Fortunato ſcriptam diffuſiùs, teſte Trithemio, & apud Surium reperiri. Sed an hæc vita illius ſit, contenditur apud Sammarthanos in quarto Andegavenſi Epiſcopo,

In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe S. Hieronym.

&

& penès Launojum in propria dissertatione, tertiò Parisiis edita an. 1663. Alium *S. Maurilium* Episcopum Rhotomagensem prostat Trithem. de vir. illustr. Ordin. *S.* Benedicti lib. 3. c. 323. & lib. 4. c. 120.

(h) *In Monasterio Romarico in Gallia Amati Presbyteri & Abbatis.* Acta in schedis Antonii Caraccioli Cleric. Regular. Neapoli penès eosdem Cleric. SS. Apostol. ad Rom. Martyrol. hæc addunt: *Hic Patre Theodoro nobili viro in suburbano Neapolis in Campania natus à pueritia Monachismum professus ex voto Patris in Monasterio S. Maurilii Agaunensis juxta regulam S. Benedicti: perindè in Eremum secedens, sed paulò post Abbas creatus Agaunensis Monasterii sancto fine quievit.* De Peregrinis: *Eodem die S. Amati Abbatis Monasterii Romantii.* Romaricus, *Remiremond.* Oppidum Galliæ Belgicæ in Lotharingia non obscurum, in monte, qui Vogesi montis pars est, ad Mosellam præterfluentem, ubi Monasterium Virginum à S. Romarico Abbate ædificatum. Hic alius Amatus Abbas & Martyr ejusdem Monasterii hac quoq; die colitur apud Trithem. lib. 3. cap. 309. Mss. Divionen. Attrebaten. Lætien. ac Roman. Monastarii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Eodem die apud Duacum depositio, aliàs transitus S. Amati Episcopi;* etiam hic *Amatus* est alius; *Duacum* namque *Dovvay* urbs Galliæ Belgicæ Aduaticorum, à quibus *Duacum* dicitur, Sedes, ad Scarpum flumen, media inter Cameracum, & Tornacum.

x. E Decimooctavo Kalendas Octobris. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

EXaltàtio sanctæ Crucis, quandò Heraclius Imperàtor, Chòsroe Rege devicto, eam de Pèrside Jerosòlymam reportàvit. (*a*) Romæ via Appia beàti Cornèlii Papæ & màrtyris, qui in persecutiòne Dècii post exilii relegatiònem jussus est plumbàtis cædi, & sic cum àliis viginti & uno promiscui sexus decollàri. Sed & Cærealis miles cum Sallùstia uxòre sua, quos idem Cornèlius in fide instrùxerat, eòdem die càpite plexi sunt. (*b*) In Africa pàssio sancti Cypriàni Episcopi Carthaginènsis, sanctitàte, & doctrìna clarissimi: qui sub Valeriàno, & Gallièno Princìpibus post durum exìlium, detruncatiòne càpitis martyrium consummàvit sexto milliàrio à Carthàgine juxtà mare. Eorùmdem verò sanctòrum Cornèlii, & Cypriàni memòria sextodècimo Kalèndas Octòbris festivè celebràtur. (*c*) Passi sunt ètiam ibidem sancti màrtyres Crescentiànus, Victor, Ròsula, & Generàlis. (*d*) Romæ sancti Crescentii pùeri, filii sancti Euthymii, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Turpilio Judice via Salària gladio percùssus occùbuit. (*e*) Trèviris sancti Matèrni Episcopi, discipuli beàti Petri Apòstoli, qui Tungrènses, Coloniènses, & Trevirènses, aliòsque finìtimos pòpulos ad Christi fidem perdùxit. (*f*) Eòdem die nàtàlis sancti Joànnis Chrysòstomi Episcopi Constantinopolitàni, qui inimicòrum factiòne in exilium ejèctus, cùm Innocèntii Primi Summi Pontificis decrèto indè revocarètur, in itinere à custodièntibus militibus multa mala perpèssus, ànimam Deo rèddidit: ejus tamen festivitas sexto Kalèndas Februàrii celebràtur, qua die sacrum ipsius corpus à Theodòsio junióre Constantinòpolim fuit translàtum. (*g*)

(a) *Exaltatio S. Crucis.* An. 628. Theophan. histor. Miscella. Ann. 631. Sigebert.

(b) *Cornelii* Martyr an. 255. Baron. eo an. nu. 55. Ann. 251. Pagi t. 1. ad eum an. nu. 12. Ann. 261. Marian. Scot. Die 5. Martii Luitpr.

(c) *Cypriani Episcop.* Martyr an. 261. Baron. eo an. n. 11. An. 259. Euseb. in Chronic. An. 258. Pagi t. 1. ad eum an. n. 8.

(f) *Materni Episc.* Die 18. April. Ms. antiq. Usuard. Florar. Ms. Act. Bollan. ea die.

(g) *Joann. Chrysostomi.* Obiit hac die. Baron. ad an. 407. n. 6. & sequ. Die 4. Decembris Christoforson. in version. latina.

(a) *Baron. an. 60. n. 6. an. 614. n. 40, an. 621. an. 622. ann. 627. & ann. 628 Microlog. c. 55. Græci in Menologio, Gretser. t. 2. Sur. t. 9. posterior. editionis, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 254. n. 42. & an. 255. n. 55. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 6. c. 32. Marian. Scot. Notker. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 250. ann. 260. n. 36. & an. 261. nu. 12. & sequ. Usuard. Ado, Notker. aliique.* (d) *Baron. an. 261. n. 47. & Ado.* (e) *Baron. an. 303. n. 117. & Acta Eccles. Perusina.* (f) *Baron. an. 46. n. 2. Sur. t. 5. prior. edition. in Act. SS. Gereonis, & Soc. ad 10. Octobris.* (g) *Baron. an. 407. n. 6. Græci in Menolog. aliique plures.*

(a) Ex-

Non omni verbo credas, est qui labitur lingua, sed non ex animo. Eccl. 19.

(a) *Exaltatio S. Crucis*. Euchologium Grecorum, interprete Goar: *Ejusdem mensis* 14. *Exaltatio pretiosæ, & vivificæ Crucis, per totum orbem celebrata*. Menolog. Canisii: *Exaltatio prætiosæ, & vivifica Crucis sub Imperatore Constantino Magno, ut Historiarum monumenta testantur*.

Cardinalis Baronius in not. ad tempora Constantiniana hoc festum refert, & Pagi t. 2. ad an. 226. nu. 5. ante Heraclium: Græcis primùm hæc solemnitas erat initio Anni à Kal. Septemb. inchoati, ut Theodor. Prodoma.

(b) *Romæ Corneli Papæ & Martyris*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Martyrol. Biuman. *Romæ via Appia in Cæmeterio Corneli Episcopi, & Statuti, & depositio S. Diunisi Episcopi & Confessoris* Martyrolog. Corbejen. *Cornelii Episcopi, Saturnini*.

(c) *In Africa Cypriani Episcopi Carthaginensis, Crescentiani, Victoris, Rosula, & Generalis*. Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *In Carthagine Cypriani*; nil aliud. Martyrolog. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Africa Civitate Charthagine Cypriani Episcopi, Felicis, Henori, Demetrii, Zeti*. Martyrol. Veissemburgense effert: *Dimitri, Zetæ*.

Alium Victorem prostant hac die Ferrar. de SS. Italiæ, & Sur. *Apud Calabriam SS. Martyrum Senatoris, Victoris, Cassiodori, & Dominata eorum Matris*. Martyrol. verò Flori ad 17. Jul. in Civitate S. Marci promit Translationem.

Disceptatio Topographica.

(e) *In Africa passio S. Cypriani Episc.* Sacramentarium Gregorii, Kalendarium antiquum Fronti, & aliud Kalendarium Hieronymianum vetus Lucense: *Eodem die natalis SS. Corneli, & Cypriani*, proindè Romæ passio *Cypriani* cum *Cornelio* adscribenda, ut Martyrol. S. Hieronymi Apographa: *Roma in Cimiterio via Appia Corneli Episcopi*.

At Florentinius vir summus occurrit suo Hieronymiano Martyrologio, asserendo, id factum, nè hi Sancti Præsules in loco venerationis disjungerentur; qui tempore Decianæ persequutionis, vitæ Sanctimonia, animi robore, & frequentibus Epistolis mutuò conjuncti fuere, ac eadem die Martyrizati, quamvis non eodem anno, Cornelio ante Cyprianum demortuo.

Verùm adducta Apographa non panditant quidèm Romæ Cypriani festivitatem, sed diem natalis; Consentit antiquissimum Bucherii fragmentum: *Cypriani Africæ, Roma celebratur in Callisti*.

Nihilominùs alii Codices Romano Martyrologio adstipulantur, & in Africa hunc S. Cyprianum Episcopum Carthaginensem collocant; quinimmò Pontius ejus Diaconus in vita promit: *Cyprianum primitias Martyrum in Africa fuisse*.

Sed ex ipsius S. Cypriani Epistolis oppositum elicitur: licèt enim ex ipso Pontio in Africa fuerit primus Episcopus et Martyr, hoc intelligendum, quatenùs Cyprianus ærumnas in Africa pati inchoasset, Romæ demùm Martyrium perfecit, proferendo Bucherii fragmentum: *Cypriani Africa, Roma celebratur in Callisti*. Adstipulanturque Hieronym. Martyrologia penes Florentinium prælaudatum.

Nec mirum, quòd aliqua fasta Africæ tantùm Cyprianum ascivere, quia, ut ex ipsomet Eminentissimo Baronio in notis, S. Gregorius Nazianzenus, Metaphrastes, & Græci, communi, & vulgari errore hunc Sanctum Martyrem *Cyprianum* Doctorem & Episcopum compinxere eum *Cypriano* Martyre Mago, & S. Justinæ socio in Africa demortuo. Nè igitur anceps sit Romanum Martyrologium, & sapientiores annuerent, concinnetur: *Eodem die passio S. Cypriani Episcopi Carthaginensis, Sanctitate, & Doctrina clarissimi, qui sub Valeriano, & Gallieno Principibus, post durum exilium, detruncatione Martyrium consummavit, ac ejus memoria in Africa, & Romæ celebratur*.

Invenienti sapientiam dabit confessionem. Eccles. 18.

ix. F. Decimoseptimo Kalendas Octobris. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

OCtàva Nativitàtis beàtæ MARIÆ Vìrginis. (*a*) Romæ via Nomentàna natàlis beàti Nicomèdis presbyteri & màrtyris, qui cùm dìceret compellèntibus se sacrificàre: Ego non sacrifico nisi Deo omnipotènti, qui regnat in cœlis: plumbàtis diutìssimè cæsus, migràvit ad Dòminum. (*b*) In territòrio Cabilonènsi sancti Valeriàni màrtyris, quem Priscus Præses suspènsum, & gravi ungulàrum laceratiòne cruciàtum, cùm in Christi confessiòne vidèret immòbilem, ac læto ànimo in ejus làudibus permanèntem, glàdio animadvèrti præcèpit. (*c*) Marcianòpoli

(b) *Nicomedis*. Die 4. Junii Breviar. vetust. & Missale Mediolanen. Die 5. Holsten. Die 13. Florar. Ms.

(d) *Melitinæ.* Die sequent. Græci in Menologio.

(e) *Maximi & Soc.* Martyres an. 311. Baron. eo an. n. 19. An. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die sequ. Græci in Menolog. Die 19. Februar. in Menæis, & Maxim. Cythereus, Galesin. & Ferrar.

(k) *Leobini Episc.* Circ. 490. Tabul. Græcor.

(l) *Albini Episc.* Circ. 390. Raynaud. & Sammarthan.

poli in Tràcia sanctæ Melitìnæ màrtyris, quæ sub Antonìno Imperatòre, & Antiocho Præside ad Gentilium fana semel & iterum ducta cum idola semper corruerent, suspensa, & laniàta, ac demùm càpite plexa est. (*d*) Hadrianòpoli sanctòrum màrtyrum Maximi, Theodòri, & Asclepiòdoti, qui sub Maximiano Imperatòre coronati sunt. (*e*) Item sancti Porphyrii mimi, qui coram Juliàno Apòstata per jocum baptìsmum suscipiens, Dei virtùte derepènte mutàtus, Christiànum se esse profèssus est; ac mox, jubènte eo, secùri percùssus, martyrio coronàtur. (*f*) Eòdem die sancti Nicètæ Gothi, qui ab Athanarìco Rege ob Cathòlicam fidem jussus est igne combùri. (*g*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Emilæ diàconi, & Jeremìæ, qui in persecutiòne Aràbica post longam càrceris maceratiònem, cervìcibus pro Christo abscìssis, martyrium complevèrunt. (*h*) Tulli in Gàllia sancti Apri Epìscopi. (*i*) Item sancti Leobìni Epìscopi Carnutènsis. (*k*) Lugdùni sancti Albini Epìscopi. (*l*) Eòdem die depositio sancti Aichàrdi abbàtis. (*m*) In Gàllia sanctæ Eutròpiæ viduæ. (*n*)

(a) *Baron. in not. & Radulph. de observat. Can. c. 19.* (b) *Baron. an. 69. n. 33. Sur. t. 3. prior. edition. in Act. SS. Nerei, & Achillei ad 12. Maii, Ferrar. in Catal. SS. Ital. & Petr. de Natal.* (c) *Baron. an. 179. num. 36. S. Gregor. Turonen. de glor. Martyr. c. 54. Petr. in Catal. lib. 8. cap. 48. Labbeus in Hagiolog. Franco-Gallic. Raban. Saussayus, & alii.* (d) *Baron. an. 154. n. 3. & Græci in Menolog. die sequ.* (e) *Baron. an. 311. n. 19. & Græci in Menolog. die sequ.* (f) *Baron. an. 362. num. 147. & Menolog. Græcor. hac die.* (g) *Baron. an. 376. n. 12. Nicephor. hist. lib. 11. c. 48. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit.* (h) *Baron. an. 852. n. 17. S. Eulog. memor. Sanctor. lib. 2. c. 12. Usuard. & alii.* (i) *Baron. in not.* (K) *Baron. in not. Sur. tom. 3. prior. edit. Act. S. Aviti ad 17. Jun. & Vuandelbert.* (l) *Baron. in not.* (m) *Baron. ibidem, Sur. t. 5. prior. edition. & Molan. Addit. ad Usuard.* (n) *Baron. an. 509. n. 13. Apollinar. lib. 6. Epist. 2. ad Pragmatium.*

Non cesses audire doctrinam, nec ignores sermones scientium. Proverb. 19.

(b) *Romæ Nicomedis Presbyteri & Martyris.* Beda genuin. Martyroleg. Hieronym. Lucen. & Corbejen. sine palæstra: *XVII. Kalend. natale Nicomedis Martyris.* Ms. Divionen. *Episcopi.* Ms. Lætien. S. Lamberti. *Et Valeriani.* At Martyrolog. Ms. Reginæ Sueciæ ad 1. Junii nulla loci nota: *Natalis S. Nicomedis Martyris.*

Cardinal. Baron. in notis admonet, ea die prima Junii dies anniversaria Sancti Dedicationis agebatur. Adstipulanturque Raban. & Notker. Item Baronius adnotat, fuisse Romæ Basilicam S. Nicomedi dicatam, & ejusdem nominis Cœmeterium. Maurolyc. verò animadvertit, non fuisse Basilicam, aut Ecclesiam, sed Altare S. Nicomedis. Codex quidem Ms. Vallicellan. penès Aringhium lib. 4. Rom. Subter. cap. 21. tradit: *Clericus ejusdem Presbyteri* (nempè Nicomedis Martyris) *nomine, & opere Justus, collegit corpus ejus, & posuit in biroto suo, & duxit ad hortum suum juxta muros via Nomentana, & illic eum sepelivit VII. Kal. Octobris.*

(c) *In territorio Cabilonensi Valeriani Martyris.* Notker. *Territorio Cavillonensi.* Raban. *In territorio Cabilonense Castro Notio.* Martyrolog Hieronym. Lucen. *In Territorio Cavelonensi Castro Tremorico.* Martyrol. Bluman. *In Territorio Castro Trenoremo.* Martyrolog. Corbejen. *In Territorio Cabilonense Castro Ternoeto.* Martyrol. Antuerpien. *Caulomo Castro.* Ado: *In Territorio Cabilonensium Castro Trenorsio.* Saussayus: *Castro Trinorchio S. Valeriani Martyris.*

(d) *Marcianopoli in Tracia Melitinæ Martyris.* Marcianopolis, *Marsilo*, à Marciano Imperatore dicta; urbs olim Thraciæ, mediterranea apud Hæmum Montem, inter Hadrianopolim, & Dionysiopolim, Archilao propior. Tabulæ Græcorum aliæ hac die, aliæ die sequenti: *Melitinam Marcianopoli* referunt, & ad 19. Februarii: *Hadrianopoli Maximi, Theodoti, Hesychii, & Asclepiodotæ, variis tormentis occisorum*, ut Menæa, & Maximus Cythereus.

(i) *Tulli in Gallia Apri Episc.* Tullum, *Toul*; urbs antiqua Galliæ Belg. apud Mosellam fluvium in Lotharingia, olim libera, nunc Ducibus Lotharingiæ parens. Mss. Divionen. & Lætien. *Eodem die S. Apri Episcopi.* Mss. Atrebaten. & Tornacen. præmittunt: *In Civitate Tullo.*

(k) *Leobini Episcopi Carnutensis.* Ms. Barberinian. Roman. *In Territorio Cavillonensi*

Castro

Non erudietur, qui non est sapiens. Eccles. 19.

Castro Trinorchio S. Apri Episcopi, & Leobini Confessoris. Martyrolog. de Peregrin. *Item Carnoto S. Bini Episcopi.*

(l) *Lugduni Albini Episcopi.* Martyrolog. Corbejen. *Lugduno Galliæ depositio S. Albini Episcopi.*

Baron. in notis ſuadet, ab aliquibus pro *Albino* vocari *Alpinum*, & quòd S. Juſto Epiſcopo ſucceſſit. At licèt Galeſin. ante Baron. ex Tabul. Demochar. *Alpinum* inſculpſerit, tamen *Albinus* fuit S. Juſti ſucceſſor; ut Indic. Epiſc. Lugdunenſ.

viij. G Sextodecimo Kalendas Octobris. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

A B C D E F *F* G H M N P

13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

SAnctòrum Cornèlii, & Cypriàni Pontìficum & màrtyrum, quorum natàlis decimooctàvo Kalèndas Octòbris recòlitur. Chalcedone natàlis ſanctæ Euphèmiæ vìrginis & màrtyris, quæ ſub Diocletiàno Imperatòre, & Priſco Procònſule, tormènta, càrceres, vèrbera, argumènta rotàrum, ignes, pòndera làpidum, bèſtias, plagas virgàrum, ſerras acùtas, ſartàgines ignìtas pro Chriſto ſuperàvit; ſed rurſùs in theàtrum ad bèſtias ducta, cùm oràſſet ad Dòminum, ut jam ſpìritum ſuum ſuſcìperet, unà ex iis morſum ſancto còrpori inſigènte, cæteris pedes ejus lambèntibus, immaculàtum ſpìritum Deo rèddidit. (*a*) Romæ ſanctòrum màrtyrum Lùciæ nòbilis matrònæ, & Geminiàni, quos Diocletiànus Imperàtor pœnis graviſſimis afflictos, diùque tortos, tandem poſt laudàbilem martyrii victòriam glàdio animadvèrti præcèpit. (*b*) Item Romæ via Flaminia ſanctòrum màrtyrum Abùndii presbyteri, & Abundàntii diàconi, quos Diocletiànus Imperàtor unà cum Marciàno viro illùſtri, & Joànne ejus filio, quem illi à mòrtuis ſuſcitàverant dècimo ab Urbe làpide glàdio ferìri juſſit. (*c*) Heraclèæ in Thràcia ſanctæ Sebaſtiànæ màrtyris, quæ à beàto Paulo Apòſtolo ad Chriſti fidem perdùcta, ſub Domitiàno Imperatòre, & Sèrgio Præſide vàriis modis tentata, glàdio tandem cæſa eſt. (*d*) Còrdubæ ſanctòrum màrtyrum Rogèlli, & Servidèi, qui mànibus pedibùſque abſciſſis, ad ùltimum decollàti ſunt. (*e*) In Scòtia ſancti Niniàni Epiſcopi & confeſsòris. (*f*) In Anglia ſanctæ Edithæ vìrginis, Edgàri Anglòrum Regis filiæ, quæ in monaſtèrio à tèneris annis Deo dicàta, ſæculum hoc ignoràvit pòtiùs quàm reliquit. (*g*)

(a) *Euphemiæ.* Die 25. Octobr. In Oriente Conc. Calcedonenſ. act. 6. Die 13. April. Florent. & Holſten.

(b) *Luciæ, & Geminiani.* Martyres anno 303. Baron. eo an. n. 115. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die ſequ. Græci in Menologio.

(d) *Sebaſtianæ.* Circ. 83. Acta apud Græcos in Menologio.

(g) *Edithæ Virg.* Obiit ann. 984. Baron. eo an. n. 6. & Pagi t. 3. eodem ann. nu. 7. Ann. 880. ætatis 23. Sur.

(a) *Baron. an. 311. n. 18. an. 434. n. 9. ann. 451. n. 54. ann. 593. n. 101. & an. 766. n. 6. & ſeq. Lippoman. t. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & t. 9. poſterior. & Mombrit. t. 1.* (b) *Baron. an. 303. n. 115. Mombrit. t. 2. Uſuard. & Ado.* (c) *Baron. an. 303. nu. 113.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. an. 852. n. 18. & S. Euleg. memor. Sanctor. Martyr. lib. 2. c. 13.* (f) *Baron. in not. Beda de geſt. Anglor. lib. 3. c. 4. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (g) *Baron. an. 984. n. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & Radulph. in Polichron. lib. 7. c. 7.*

Sollicite cura, rectè te ipſum tractantem verbum veritatis. 2. ad Tim. 2.

(a) *Chalcedone Euphemiæ Virginis & Martyris.* Chalcedon, *Scutari.* Urbs aliàs Bithyniæ litoralis contra Byzantium, Boſphoro Thracio ab eo diviſa à VII. tantùm ſtadiis diſtans, olim inter primas, floruit tot Conciliis Æcumenicis clara, nunc ſemidiruta, pagi potiùs faciem habens, quàm Civitatis. Ferrar. General. Catal. Sanctor. *Vicentina Civitate Euphemiæ, & Innocentiæ Martyrum.*

Cardinal. Baron. in not. docet, Græcos de Euphe-

Nolite eſſe mendaces adversùs veritatem Epiſtol. Jacob 3.

Euphemia ad 25. Octobris agere, & quòd plures Euphemię fuere quemadmodum Euphemia Chalcedonensis diversis diebus celebratur. Apographa quippè Hieronymiana, apud Florentinium, hac die, & ad 13. Aprilis, Martyrol. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium, Menard. ad Sacramentarium Gregorii, Molan. Addit. ad Usuard. Rabanus, & Notker. Verum Græci in Menologio Canisii non ad 25. Octobris, ut Baron. sed ad 11. Julii, & iterum hac die 16. Septembr. & in Menologio Basilii neque mense Septembr. neque Octobr. memoratur.

(b) *Romæ Luciæ, & Geminiani*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ Victoris, Felicis, Alexandri, Papiæ: & in via Numentana ad Capua in Cimiterio majore Emerentianitis, Pasici, Felicis, Victoris, Speratæ, Navati, Chorenti, Secunda, Lupati*. Martyrol. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Romæ Papæ, Felicis, Victoris, Alexandri, Emerensia, & Euphemia, Sperati, Novati, Corinti, Secunda, Donati, Besia, Generosæ, item Secunda*. Martyrol. Corbejen. *Romæ Victoris, Felicis, Alexandri, Papia, Magni, in via Numentana ad cap. in Cœmeterio Martha, Emerentiani, Papies, Felicis, Victoris, Sperati, Navini, Chorinti, Secunda, Donati, Generosa. Item Secundæ, Lupati*. Silent de *Lucia*, & *Geminiana*. Ms. Divionen. *Lucii, & Geminiani*. Martyrol. de Peregrin. *Luciæ, & Betriani*.

vij. A Quartodecimo Kalendas Octobris. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u

25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

A B C D E F F G H M N P

14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

Commemoràtio Impressiònis sacròrum Stìgmatum, quibus sanctus Franciscus, Ordinis Minòrum institùtor, in suis mànibus, pèdibus, & làtere, mira Dei gratia in monte Alvèrniæ in Etrùria imprèssus fuit. (*a*) Romæ via Tiburtina natàlis sancti Justini presbyteri, & màrtyris, qui in persecutiòne Valeriàni, & Gallièni confessiònis glòria fuit insignis. Hic beàti Xysti Pontìficis, Laurèntii, Hippòlyti, aliorùmque plurimòrum sanctòrum còrpora sepelivit, ac demum sub Clàudio martyrium consummàvit. (*b*) Item Romæ sanctòrum màrtyrum Narcìssi, & Crescentiònis. (*c*) In Phrygia sanctæ Ariàdnæ martyris sub Hadriàno Imperatòre. (*d*) In Britànnia sanctòrum màrtyrum Sòcratis, & Stèphani. (*e*) Novioduni sanctòrum màrtyrum Valeriàni, Macrìni, & Gordiàni. (*f*) Augustodùni sancti Flocèlli pùeri, qui sub Antonìno Imperatòre, & Valeriano Præside multa passus, demum à feris discèrptus, martyrii corònam adèptus est. (*g*) Apud Leòdium beàti Lambèrti Episcopi Trajectènsis, qui cùm règiam domum zelo religiònis increpàsset, à nocèntibus innocens occisus, aulam regni cœlèstis perpètuò victùrus intràvit. (*h*) Eòdem die sanctæ Agathòcliæ ancillæ cujusdam mulieris infidèlis, quæ longo tèmpore verbèribus, aliisquè ærùmnis ab ea vexàta, ut Christum negàret, oblàta demum jùdici, & sæviùs laniàta; cùm in confessiòne fidei persisteret, excisa lingua, in ignem projècta est. (*i*) Còrdubæ sanctæ Colùmbæ vìrginis, & màrtyris. (*k*) Mediolàni depositio sancti Satyri confessòris, cujus insignia mèrita sanctus Ambròsius ejus frater commèmorat. (*l*) Romæ sanctæ Theodòræ matrònæ, quæ in persecutiòne Diocletiàni sanctis Martyribus sèdulò ministràbat. (*m*) Apud Bingiam in diœcèsi Moguntinènsi sanctæ Hildegàrdis virginis. (*n*)

(a) *Commemoratio Stigm. &c.* Die 14. Molan. & Martyrol. Beneventan. Die 16. Gorius histor. p. 2. pag. 64. Nil certum exculpi potest de die. S. Bonaventura in vit.

(h) *Lamberti*. Martyr anno 698. Baron. eo an. num. 3. & in not. Ann. 696. Sammarth. An. 708. Cointius eo an. n. 9 Ann. 707. Pagi t. 3. ad an. 698. nu. 1.

(l) *Satyri*. Obiit ann. 383. Baron. eo anno nu. 14. An. 388. Puricellus Dissert. Nazarian. c. 46. Die sequ. Maurolyc. Molan. Addit. ad Usuard. & Florentin.

(n) *Hildegardis Virginis*. Circ. 1160. Baron. in not. Circa 1178. Pagi t. 4. eo an. n. 9. Die 21. Maii Ferrar. & Artur. Cynecæo Sacr.

(a) Baron. in not. & S. Bonaventur. in Vit. (b) Baron. ann. 269. nu. 5. & sequ. Usuard. Ado, & alii. (c) Baron. in not. (d) Baron. an. 140. n. 4. & Græci in Menologio hac die. (e) Baron. in not. Usuard. Ado, aliique. (f) Iidem ibidem. (g) Baron. an. 154. n. 3. & an. 179. n. 37. Mombrit. t. 1. & Petr. de Natal. lib. 8. cap. 92. (h) Baron. an. 697. n. 1. & seq. & an. 698. n. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 86. Sigebert. de vir. illustr. c. 136. & in Chronic. ad an. 698. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 3. & lib. 4. c. 62. (i) Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die. (k) Baron. an. 853. num. 72. & sequ. & S. Eulog. Memorial. SS. lib. 3. c. 10. (l) Baron. an. 367. n. 17. & an. 383. n. 14. & Mombrit. t. 2. in vit. SS. (m) Baron. an. 303. n. 113. (n) Baron. in not. Sur. t. 5. prior. edition. Molan. Addit. ad Usuard. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 119. & lib. 3. c. 334.

Sermones absque mendacio. Job 36.

(c) *Item Romæ Narcissi, & Crescentionis.* Martyrol. Roman. vet. & de Peregrinis: *Narcisci, & Crescentiani.*

(e) *In Britannia Sacratis & Stephani.* Ferrar. hac die alium Stephan. ità panditat: *Apud Marsim Sanctorum Martyrum Joannis, Victoris, & Stephani.* At die sequent. Vespucius suo Martyrol. Florentiæ edito hos Martyres adnotat.

(f) *Novioduni Valeriani, Macrini, & Gordiani.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Neviduno Valeriani, Magrini, Gurdiani.* Martyrol. S. Vuillibrordi, & Ms. Roman. Barberinian. *Neveduno Valeriani, Macrini, Gurdiani.* De Peregrinis: *Nividuni Valeriani, Martini, & Crescentiani.*

(h) *Apud Leodium Lamberti Episcopi.* Leodium, seù Legia, Italis, *Liegi*, Germanis *Luick* Urbs Belgii Eburonum metropolis ad Mosam fluvium, à quo interluitur, inter Coloniam Agrippinam, & Bruxellas. Martyrol. Corbejen *In Gallia Vico, qui dicitur Leodius passio Landerberti Episcopi & Martyris.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Laodico S. Landeberti Episcopi & Martyris.* Martyrol. Bluman. *In Leodico Villa S. Landeberti Martyris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Gallia in Villa, quæ dicitur Leudecus, S. Lamberti Episcopi, qui sectando justitiam, adeptus est Martyrii palmam.* Raban. *In Gallia prope Civitatem Trajectum in Villa Landerico, passio Lamberti Episcopi.* Beda genuin. *xv. Kal. natalis S. Lamberti Episcopi & Martyris.* Ms. Reginæ Sueciæ, Romanum Monasterii S. Cyriaci, & Barberinian. *Landeberti.* Petr. de Natal. *Landeberti.*

Exultabunt labià, cum loquuta fuerint rectum. Prov. 23.

(l) *Mediolani Satyri Confessoris.* Puricellus de Monument. Basilicæ Ambrosianæ nu. 19. *Festum S. Satyri Levitæ, & Confessoris. Die 17. Septembris. Jacet ad S. Ambrosium.* Dungalus: *Ambrosius suum fratrem Satyrum, quem nimiùm dilexerat, juxta S. Martyrem Victorem sepelivit.* Dein Epitaphium S. Ambrosii exhibet.

Uranio Satyro supremum frater honorem
Martyris ad lævam detulit Ambrosius.

(n) *Apud Bingiam Hildegardis Virginis.* Bingium, *Bingen*, & *Pingen* Germanis. Oppidum valdè vetustum Germaniæ superioris, ad citeriorem Rheni ripam, ubi Nava amnis Rheno miscetur, inter Maguntiam, & Vosaviam, Maguntinæ diœcesis, ubi Virgin. Monasterium. Pagi t. 4. ad an. 1178. nu. 9. *Colonia in Monasterio S. Ruperti Sanctæ Hildegardis Abbatissæ.* Addit Mss. Carthus. Bruxellen. ad Greven. die 23. Jun. *S. Hildegardes Virgo apud Bingiam, quæ perdoctè conscripsit.*

vi. B Quartodecimo Kalendas Octobris. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

(a) *Thomæ.* Obiit circ. 1556.

(b) *Methodii.* Martyr sub Diocletiano Baron. in not. Sub Decio, & Valeriano, Suidas in Methodio.

(c) *Ferreoli.* Die sequ. Florentin.

(e) *Eustorgii.* Die 11. Aprilis Maurolyc. & Felic.

VAlèntiæ in Hispània sancti Thomæ à Villanòva Archiepìscopi & confessòris, cujus natàlis recòlitur sexto Idus Septèmbris. *(a)* Natàlis sancti Methòdii, Olympi Lyciæ, & pòsteà Tyri Epìscòpi, sermònis nitòre ac doctrina clarissimi: qui ad extrèmum novissimæ persecutiònis (ut scribit sanctus Hieronymus) in Chàlcide Græciæ martyrio coronatus est. *(b)* In territòrio Viennènsi sancti Ferrèoli màrtyris, qui cùm esset tribunìciæ potestàtis, jussu Crispini impiìssimi Præsidis tentus, & primò crudelissimè verberàtus, deindè gravi catenàrum pòndere

re

re onùstus, in tetèrrimum càrcerem trusus est; undè solùtis Dei nutu vìnculis, & jànuis càrceris patefàctis, èxiens, ab insequèntibus iterùm captus, martyrii palmam capitis obtruncatiòne percèpit. (*c*) Item sanctàrum màrtyrum Sophiæ, & Irènes. (*d*) Mediolàni sancti Eustòrgii primi Epìscopi, testimònio beàti Ambròsii cèlebris. (*e*) Gortynæ in Creta sancti Eumèni Epìscopi & confessòris. (*f*)

(a) *Chronic. Ordin. S. August.* (b) *Baron. an. 302. n. 62. & an. 402. n. 17. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. ann. 303. n. 130. & an. 475. nu. 15. Sur. t. 5. prior. edit. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 337. n. 69.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menologio.*

Viam justificationum instrue me. Psalm. 118.

(c) *In territorio Viennensi Ferreoli Martyris.* Martyrologium vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Galliis Civitate Vienna Ferrioli Martyris.* Martyrol. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. die sequent. *In Gallia Civitate Vienna, Ferreoli, & Dedicatio Basilicæ ipsius, Translatio Sanctorum multorum Corporum cum capite S. Juliani Martyris de Brivate, sub Altare positum.*

(d) *Item Sophiæ, & Irenes.* An hæc Irenes sit eadem cum ea, de qua ad 5. Aprilis, in cujus honorem illam præclaram Basilicam Justinianus Imperator Constantinopoli erexit, ut Procop. lib. 1. de ędific. Justinian. valdè incertum.

(e) *Mediolani Eustorgii Episcopi.* Martyrol. Antuerpien. *In Mediolano depositio Eutropi, Syxti, Medethei, Saturi,* seù *Satyri.* An Syxtus, & Medetheus sint verè Mediolani, vel vitio interpolantis librarii, scriptores Mediolanenses definiant.

Ferrar. sua Topographia, & Carthusiani Bruxellen. ex collection. Ms. asserunt, Eustorgium Episcop. Mediolanens. eum esse: *Qui Magorum Corpora è Byzantio Mediolanum transtulit.* De Satyro, Roman. Martyrolog. & Galesin. die præcedent.

Disceptatio Topographica.

(b) *Natalis S. Methodii, Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopi.* Olympus Urbs Lyciæ maritima ad Phænicis Montis radices, in Chelidoniarum Insulæ prospectu, inter Sacrum Promontorium, et Phaselidem, postremam Lyciæ urbem, in sinu Attalico, urbs olim clara. Martyrol. Ms. Pulsanen. Neapoli penès Clericos Regular. SS. Apostolorum: *Natalis S. Methodii, olim Ciliciæ, & posteà Tyri Episcopi.*

Nihilominùs videtur posse dici sphalma librarii *Ciliciæ*, pro *Lyciæ*. Cilicia namque non est Civitas, cujus potuerit esse Episcopus, sed Provincia, & amplissima: Adstipulaturque incertus quidam Author ad Oper. Dionys. Areopagitæ cap. ultim. de Eccles. Hyerarch. *Legi Methodii S. Martyris, & Olympii Adrianopolitani Episcopi Lyciæ Libros.*

In justificationibus non obliviscar Sermones. Psalm. 118.

Ast ex hoc laudato Scriptore tantùm elicitur, Methodium non fuisse Olympii Episcopum, sed Olympium nomen, Patria Adrianopolitan. & Lyciæ Episcopum.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, se hoc hausisse ex S. Hieronymo de scriptoribus Ecclesiasticis.

Verùm non proindè quiescendum; Opera namq; hujus Sancti Doctoris, ut Victorio visum, emendata fuere; hoc est diversam in plerisque locis nunc habent lectionem.

Rursùs adhùc Ferrarius pro his verbis Romani Martyrologii: *In Chalcide Græciæ,* reponit *Chalcide Syriæ.*

Nec refragantur Ferrario Martyrolog. Mss. Neapoli penès Cleric. Regular. scilicèt Beneventan. Capuan. & Plečhian. quibus annuunt alia nonnulla, quæ uno consensu *Græciæ*, non *Syriæ* efferunt.

Nam Græcia apud Hieronymum, interprete Sofrone, est in Chalcide Orientis, ut & Suidas in Methodio; si enim Gręcia suas habuerit Chalcides, aliam in Ætolia ad Euenum flumen, & Callidronium Montem (de qua Ptolom. & Strab.) Et in Eubœa alteram ad Euripum sitam, videtur Beatum Hieronymum de Chalcide Syriæ, & intellexisse, & scripsisse; de illa videlicèt, à qua, Ptolomeo, & Strabone Chalcedire nominata est. Regio enim hæc Syriæ S. Hieronymo nota, & familiaris, cujus eremum quadriennio incoluerit. Ut igitur hæc contentio penès ipsos Topographos remaneat, & sapientiores consenserint, Roman. Martyrologium sine ambage erit, si rescribat: *Natale S. Methodii Episcopi, qui ad extremum novissimæ persecutionis, (ut scribit S. Hieronymus) Martyrio coronatus est.*

v. C Tertiodecimo Kalendas Octobris. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

(a) *Januar. & Soc.* Die 21. Aprilis iterùm Græci in Menolog. Caniſii. Die præced. de Feſto, & ſociis in Menol. Baſilii.

(b) *Felicis, & Conſtantię.* Martyres circa 60. Petr. de Natal. An. 69. Jacobill. de Sanct. Umbriæ. Die ſequen. Martyrol. Veiſſemburg.

(c) *Pelei, & Soc.* Martyres ann. 309. Baron. eo an. n. 19. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die præced. Caniſ. & Baſil. in Menol.

(g) *Euſtochii Epiſc.* Circ. 450. Acta.

PUteòlis in Campània ſanctòrum màrtyrum Januàrii Beneventànæ civitàtis Epìſcopi, Feſti ejus diàconi, & Deſidèrii lectòris, Sòſii diàconi Ecclèſiæ Miſenàtis, Pròculi diàconi Puteolàni, Eutychii, & Acùtii: qui poſt vincula, & càrceres càpite cæſi ſunt ſub Diocletiàno Prìncipe. Corpus ſancti Januàrii Neàpolim fuit delàtum, atque honorificè in Ecclèſia tumulàtum: ubi ètiam beatiſſimi màrtyris ſanguis in ampùlla vìtrea adhuc ſervàtur, qui in conſpèctu càpitis illius pòſitus, velùt recens liquèſcere, & ebullìre conſpicitur. (*a*) Nucèriæ natàlis ſanctòrum màrtyrum Felìcis, & Conſtàntiæ, qui paſſi ſunt ſub Neròne. (*b*) In Palæſtina ſanctòrum màrtyrum Pèlei, Nili, & Eliæ Epiſcopòrum Ægypti, qui tèmpore perſecutiònis Diocletiàni cum plùrimis clèricis pro Chriſto igne conſùmpti ſunt. (*c*) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Tròphimi, Sabbàtii, & Dorymedòntis, ſub Probo Imperatòre: quorum Sabbàtius Antiochìæ juſſu Attici Præſidis tàmdiu flagris cæſus eſt, donec emìtteret ſpìritum: Tròphimus verò Synnadam ad Perènnium Præſidem miſſus, poſt multos cruciàtus, cum Dorymedònte ſenatòre càpitis decollatiòne martyrium conſummàvit. (*d*) Còrdubæ in perſecutiòne Aràbica ſanctæ Pompòſæ vìrginis & màrtyris. (*e*) Cantuàriæ ſancti Theodòri Epìſcopi, qui à Vitaliàno Papa in Angliam miſſus, doctrìna, & ſanctitàte refùlſit. (*f*) Turònis ſancti Euſtòchii Epiſcopi, magnàrum virtùtum. (*g*) In territòrio Lingoniènſi ſancti Sèquani presbyteri & confeſsòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 305. n. 1. & ſequ. item Græci in Menologiis, & Anton. Caracciol. Cler. Regul. c. 20. de Sac. Ecclef. Neapolit. monument.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 8. c. 96. Ferrar. Catal. SS. Ital. Maurolyc. & alii.* (c) *Baron. an. 309. nu. 19. Euſeb. lib. 8. c. 22. & 25. Nicephor. lib. 7. c. 16. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 251.* (d) *Baron. an. 281. nu. 1. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 6. Sur. t. 5. prior. edition. & Petr. de Natal. lib. 11. n. 251.* (e) *Baron. an. 853. n. 73. & S. Eulog. Memorial. SS. lib. 3. c. 11.* (f) *Baron. an. 690. n. 10. Beda de geſt. Anglor. lib. 3. c. 19. & 30. lib. 4. c. 1. & ſeq. & lib. 5. cap. 8. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 18. lib. 3. cap. 114. & lib. 4. c. 60.* (g) *Baron. in not. & S. Greg. Turonen. de geſt. Franc. lib. 2. c. 1. in fin. & lib. 10. c. 31.* (h) *Baron. ibidem & S. Greg. Turonen. de glor. Confeſſ. ca. 88. & Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict.*

State ſuccincti in veritate. Eph. 5.

Ut abundetis magis in ſcientia, & in omni ſenſu. Ad Phil. 1.

(a) *Puteolis in Campania Januarii Epiſcopi, Feſti Diaconi, Deſiderii Lectoris, Soſii Diaconi, Proculi Diaconi, Eutychii, & Acutii.* Puteoli, antè Dicearchia, *Pezzuolo* Italis. Urbs antiqua Campaniæ apud Sinum *Puteolanus* dictum, & apud Linternum, & Acheruſiam paludem, inter Sinveſſam, & Neapolim. Hic multa antiquitatis monumenta, lacus, & Balnea plura. Apographa Martyrologii S. Hieronymi apud Florentinium ad 7. Septembris: *Capua Civitate Benevento Seſonti, Januarii, Feſti, Acuti, Deſiderii.* Iterùm hac die: *Neapoli Januarii, & Augi*, ſivè *Ancii*, aut *Aniceti*, & ad 18. Octobris: *In Campania Civitate Puteolis Januarii, & Eutecii*, ſeù *Euticii*. Menolog. Caniſii: *Soſii, Proculi Diaconorum, Fauſti, & Deſiderii Clericorum, qui omnes Beneventani, ac Socii Januarii.* Item diverſis diebus Martyrizati: nempè Feſtus, & Deſiderius ad 7. Septemb. Proculus ad 17. & Soſius ad 23.

Be-

Beneventani, & Neapolitani inclytum Martyrem, & Præsulem Januarium Civem suum ad invicem esse contendunt, quemadmodum Scoti, & Hiberni de S. Brigida; ac Panormitani, & Catanenses de S. Agatha.

Beneventani apud Viperam in Chronologia Antistitum Beneventanorum, ex Sacris eorum tabulis hanc Antiphonam canunt.

Salve defensor Patriæ, Januari Sanctissime;
Tuo pio interventu culpas nostras ablue:
Ut Cælestis Regni sedem valeamus scandere.

Neapolitani quoque penès Antonium Caracciolum ex Cleric. Regular. tum de Sac. Eccles. Neapolit. Monument. tum in vit. hanc aliam in propriis Dypticis modulantur:

Inde virtutum radiis refulgens;
Hic triumphator cumulos volantes
Ignis extinxit, Patriam gubernat,
scilicèt *istam*.

Utraque pars, ut consideranti liquebit, conjecturis innititur, & pro utraque compertum, triplici modo aliquem esse posse & dici civem, scilicèt *Originis, Ortus, & Domicilii*: Rursùs multos lapides extare, nempè Mediolani, Capuæ, Nolæ, Puteolis, in quibus de Januariis insculptum videtur, ut in Inscriptionib. Gruteri; & tandem in Libro de Stirpe Januaria, Januarios diversos legi: quæ omnia valent, ut Martyr & Præsul Januarius Benevento, & Neapoli uti Civis adscribatur.

Cæterùm haud dubium, quin hæc pia contentio ad majorem gloriam incliti Martyris, & Episcopi redoleat; idcircò in eadem Beneventum, & Neapolis remaneant. Si tamen quæ suppetunt prostanda, solers lector scire cupit, recentiores eruditos consulat, inter quos Viperam, & Archidiaconum de Nicastro pro Benevento; Antonium Caracciolum Cleric. Regular. et P. Hieronym. Mariam à S. Anna Carmelitam Excalceatum pro Neapoli: quibus sanè visis, quorum dein sint potiora jura, & quibus causa adjudicanda, definiat: interim *Natalem Sanctorum nolite putare illum dici, quo nascuntur in terra de carne, sed de terra in Cælum*. S. Petr. Chrysol. Serm. 119. de S. Cyprian.

(b) *Nuceria Felicis*, & *Constantiæ*. Nuceria *Nocera* Italis; Altera urbs Umbriæ antiquissima in Apenn. Montis ascensu, ad præterfluentem Tinium amnem, media quasi inter Fulginium, & Callium. Altera, *Nocera de Pagani*. Urbs Campaniæ antiquissima apud montem Hirpinorum ultrà Sarnum fluvium in Picentinorum finibus. Ad 17. Septembris Martyrologii S. Hieronymi Apographa: *In Nocera Constantini*, seu *Constantis*, aut *Constantini*, & *Sanctini*. Verùm illud S. Vuillibrordi: *Constantia sanctina*. Hac verò die: *In Nuceria Hermei*, seù *Heremitis*, aut *Hermæ*, sivè *Heremæ*, *Felicis*, *Constantia*, *Privatæ*, *& Euphemia*, *Sigoni Presbyteri*, seù *Sygone*. Et iterum die sequ. Ms. S. Vuillibrordi: *In Nuceria Felicis, Privatæ, Constantii. Item Constantiæ*. Martyrol. Corbejen. & Blum. ac Martyrol. Ms. Plescan. Neapoli penès C.R.SS. Apost. *Nuceria Felicis, & Constantia; qui passi sunt sub Nerone.*

Ferrar. in calce ad suam novam Topographiam admonet, hos Martyres Nuceriæ haud coli repertum est.

(b) *In Palæstina Pelei, Nili, & Elia Episcoporum*. Martyrolog. Epternacen. seù Antuerpien. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Alexandria Dimetri*, seù *Demetri*, *Paeli*, seù *Pales*, aut *Pallei*, *Nili*, aut *Hilipari*, *Parimadi*, vel *Madi*, *Heli*, *Castoris*, *Saturi*, vel *Saturnini*, *Nicesti Episcopi*. Martyrol. Corbejen. *In Alexandria Demetri, Palei, Nilpacis, Madiheli, Castorie, Saturnini, Ceti Episcopi, Casti, Julii*. Menologium Basilii die præced. *Certamen Sanctorum Nili, Pelei, Heliæ, cum ceteris Ægyptiis genere*. Notker. hac die: *Sanctorum Martyrum Pelei, Nili, & Marci Episcoporum cum pluribus Clericis, igne consumptorum*. Valerius in not. ad Eusebium lib. 8. cap. 16. *Quidam Ægyptii Sacerdotes Peleus, ac Nilus cum aliquot aliis illic flammis assumpti periere*.

(d) *Eodem die Trophimi, Sabbatii, & Dorymedontis*. Martyrol. Corbejen. Lucen. & Veissemburgense: *In Alexandria Trofini*, seù *Trophimi*. Martyrolog. Antuerpien. & Rabanus: *Calcedoniæ Trophimi*. Petr. de Natal. *Trophimus, & Oceanus, atque Eustorgius Episcopus passi sunt Martyrium XIIII. Kal. Octobris*. Galesin. *Romæ Trophimi, & Oceani Martyrum*. An idem Trophimus, addubitandum: ex uno capite plures Martyres sub Trophimi nomine apud Græcos in Menologio; aliundè, Romanum Martyrologium non exprimit locum, ubi omnes hi Sancti Martyrizati, & solùm: *Sabbatium Antiochia cæsum* effert.

(b) *Nuceria Felicis, & Constantia, sub Nerone*. Anceps est Romani Martyrologii lectio, & ratione loci, ubi passi, & ratione Tyranni, sub quo.

Disceptatio Chronologico-Topographica.

Duo namque Nuceriæ extant, altera antiqua via Flaminia in Umbria; altera ad Campaniæ fines in Picentinis, *Nuceria Paganorum* dicta, ut suprà; modò Petrus de Natal. Felicem Presbyterum, & Constantiam Nuceriæ in Picentinis scribit, & S. Constantiæ Reliquias Salernum translatas. Jacobillus verò de Sanctis Umbriæ pag. 728. præstat, nobis Felicem Presbyterum, & Constantiam Matronam Nucerinos cives ex Umbria fuisse: palmamque Martyrii sub Nerone anno 69. consequutos miliario circiter uno à Civitate, via Flaminia, ab Incolis loci, Turris Neronis agnominata: Addit ultrà, horum corpora in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ tumulata donec anno 1580. in Cathedralem Nucerinam translata fuere; transposito interim alterius ex illis Martyribus capite ad majorem venerationem Pisaurum; & rursùs quòd Constantia vidua fuit S. Felicis Presbyteri discipula, quæ in propria domo Christicolas foveret: Ex quo videtur dubium, ubi ex Nuceriis præfatis hi Martyres signandi.

Posset tamen quis occurrere, tam Nuceriæ Umbriæ, quàm Picentinæ tribuendos, atque utro-

utrobique colendos, prout in ipsis Christianæ fidei crepundiis ipsam fidem susceperint, & sub Nerone pro Christo vitam profuderint.

Nihilominùs difficillimè putandum, binos Martyres Socios ejusdem nominis in eadem Neronis persequutione indistantibus ejusdem nominis Urbibus Martyrium subiisse.

Nec quia potuerint esse ejusdem nominis diversi, & sub interjectis diebus Martyres, atque in eadem Neronis persequutione, itaut utraque Nuceria suum Felicem, suamq; Constantiam habeant; Idcircò adest fundamentum ità contigisse; Quinimmò Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *In Nuceria Heremitis. Item Felicis, & Constantiæ, Privatæ, & Eufemiæ, Sinconi Presbyteri.* Rabanus ad 15. Septembr. *In Nuceria in Campania Constantii.* Maurolyc. die sequent. *Nuceriæ Felicis, & Constantiæ sub Nerone passorum.*

Verùm in Indicul. Reliquiarum Ecclesiæ Salerni, recensentur Reliquiæ S. Constantiæ ex Nuceria Campaniam translatæ.

At non ex hoc sequitur, Felicem, & Constantiam Martyres, Nuceriæ Paganorum tribuendos, quùm ibi non loquatur de Felice, & Constantia Martyre, sed de Constantia Virgine, non cum Felice, sed unà cum Marina, & Triphomene. Item Dacherius hac die: *In Nuceria Hermei, & alibi Felicis, Constantiæ, Privati, Euphemiæ, Sigone.* Et Dusfrenius: *In territorio Lingonis in Monasterio segesto depositio S. Tigonis Presbyteri & Confessoris, Felicis, Constantiæ, Privati, Euphemiæ, Sigone,* sive *Sigoni.*

Ex quibus Codicibus elicitur, plures fuisse Martyres nomine *Felicis*, & *Constantiæ*, licèt non omnes cum iisdem Sociis, in eadem Nuceria, & sub eadem persequutione: Adducti namque Codices non exprimunt sub Nerone, superaddito forsan ab aliquo inscio antiquario, in quodam hujus diei Codice: Idcircò pro securiori Lectione, & nè utraque Nuceria doleat de suis Martyribus raptis, saniorum judicio interposito, subducto, *sub Nerone*, proferatur: *Nuceriæ Sanctorum Martyrum Felicis, & Constantiæ.*

iv. D Duodecimo Kalendas Octobris. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	f	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

* Hodie Sol pervenit ad púnctum Æquinoctii Autumnalis in Signo Libræ; in quo Dies, & Noctes Æquales, & incipit Autumnus.

Vigilia sancti Matthæi Apòstoli & Evangelistæ. (*a*) Romæ passio sanctòrum màrtyrum Eustàchii, & Theopìstis uxòris ejus, cum duòbus filiis Agàpio, & Theopìsto, qui sub Hadriàno Imperatòre damnàti ad bèstias, sed Dei ope ab iis nil læsi, in bovem æneum candèntem inclùsi, martyrium consummàrunt. (*b*) Cyzici in Pròpontide natàlis sanctòrum màrtyrum Faustæ vìrginis, & Evilàsii, sub Maximiàno Imperatòre: quorum Fausta ab eòdem Evilàsio idolòrum sacerdòte decalvàta, & ad turpitùdinem rasa, suspènsa & torta est: deìndè cùm vellet eam mèdiam secàre, & carnifices lædere non valèrent, stupens Evilàsius, in Christum crèdidit, & dum ipse ètiam Imperatòris jussu fòrtiter torquerètur, Fausta càpite terebràta, clavis toto còrpore confixa, & sartàgini ignitæ impòsita, cum eòdem, voce de cælo vocàta, transìvit ad Dòminum. (*c*) In Phrygia sanctòrum màrtyrum Dionysii, & Privàti. (*d*) Item sancti Prisci màrtyris, qui punctim pugiònibus transverberàtus, càpite plexus est. (*e*) Perge in in Pamphylia sanctòrum Theodòri, & Philippæ matris ejus, ac sociòrum màrtyrum sub Antonìno Imperatòre. (*f*) Carthàgine sanctæ Càndidæ vìrginis & màrtyris, quæ sub Maximiàno Imperatòre plagis toto còrpore dilacerata, martyrio coronàtur. (*g*) Item sanctæ màrtyris Susànnæ filiæ Arthèmii idolòrum sacerdòtis, & Marthæ. (*h*) Eòdem die sancti Agapìti Papæ, cujus sanctitàtem beàtus Gregòrius Magnus com-

(b) *Eustachius, & Soc.* Die 20. Maii Ms. Cassinense.

(c) *Fausta & Soc.* Martyres an. 311. Baron. eo an. n. 19. An. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6 Die 4. Januar. & 16. Februar. Græci in Menolog. Die 7. Januar. Hraban. Notker. & Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard.

(f) *Theodori.* Die 21. Aprilis Typicum S. Sabæ Kalend. Genebrard. & Molan. Auctar. ad Usuard.

(i) *Agapiti.* Die 17. Aprilis in Menæis. Die 22. Holsten. Die 23. Maurolyc.

(k) *Chcerii Episc.* Circ. 440. Tabul. Ecclesiæ Mediolanen.

commèmorat. (*i*) Mediolani sancti Clicèrii Epìscopi & confessoris. (*k*)

(a) *Baron. an.* 103. *n.* 42. *& an.* 120. *n.* 4. *Radulph. de observat. Canon. c.* 19. *& Concil. Oxoniens. sub Innoc. III. c.* 1. (b) *Baron. in not. Lippoman. t.* 6. *& Sur. t.* 5. *prior. edition.* (c) *Baron. ann.* 311. *nu.* 19. *Lippoman. t.* 5. *Sur. t.* 1. *prior. edition. & Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 97. (d) *Baron. in not. Usuard. & alii.* (e) *Baron. ibidem, Græci in Menolog. & Galesin.* (f) *Baron. an.* 154. *n.* 3. *& Græci in Menologio.* (g) *Baron. ann.* 302. *nu.* 125. *Tabul. Eccles. Cordubens. & Galesin. hac die.* (h) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (i) *Baron. an.* 535. *n.* 28. *& an.* 536. *n.* 55. (k) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Mediolanen.*

Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Epist. Jacob. 1.

(b) *Eustachii, & Soc.* Martyrolog. de Peregrin. ad 20. Maii: *Eodem die S. Eustachii Martyris cum sociis suis*. Forsan iidem. Ms. quidem Cassinense hunc Eustachium cum Theopiste conjuge, & filiis ea die profert.

(c) *Cyzici in Propontide Faustæ Virginis, & Evilasii*. Cyzicus, *Chizico*, & *Spiga*. Urbs antiquissima Mysiæ minoris ad Hellespontum, & Propontidem; inter ostia Rhyndaci, & Esapi fluminum, instar Insulæ continenti ponte conjuncta, media inter Apameam, & Urbem Bithyniæ, & Lampsacum ejusdem oræ. Die 16. Februar, Menologium Græcor. Galesin. & alii: *Faustæ, Evilasii, & Maximi*. Beda genuin. *Erat Fausta annorum tredecim, & Evilasius octoginta*. Ms. Divionen. *Fausta annorum xvi*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. *Evilasius annorum Lxxx.*

(d) *In Phrygia Dionysii, & Privati*. Phrygia, *Germian*. Regio Asiæ minoris, Mysiæ, & Lydiæ confinis ad Occasum, Galatiæ ad Orientem, Cariæ, Lyciæ, & Pamphyliæ ad Meridiem, ad Septentriones verò ex parte Bithyniæ, & Galatia contermina, Sangario flumine separante. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Synnada Civitate Dormidoni, Dorothea, Privati, Felicis, Constantiæ, qui passi sunt sub Nerone*. Martyrol. Epternacen. *In Siria Phrygia Dorymis, Dionysi*. Martyrol. Corbejen. *Synnada Phrygia Dormidoni, Dorothei, Privati, Felicis, Constantia, item Felicis.*

In mansuetudine suscipite insitum verbum. Jacob. 1.

(f) *Perge in Pamphylia Theodori, & Philippæ matris ejus*. Menologium Basilii: *In Perga Pamphiliæ Sanctorum Martyrum Dionysii, Theodori, Philippæ matris, & Socratis*. Menologium Canisii die præcedenti: *Synade Dorimedontis, Dionysii, Dorotheæ, sivè Theodori, Philippæ matris Socratis, & reliquorum Phrygium Martyrum*. Perge, aut Perga, *Pirgi*; Urbs Pamphyliæ mediterranea, proxima tamen litori ad Cestrum fluvium, inter Attaliam maritimam, & Antiochiam Pisidiæ.

(i) *Eodem die Agapiti Papæ*. Aliis: *Agapeti*. Holstenius in suis animadversis tradit, vetus Kalendar. Aventino monte pictum memorias hujus Sancti Pontificis ponere die 22. Aprilis. Cardinalis Baron. in notis exponit ea die Festivitatem Translationis celebrari. At refert Anastasius: *Defunctus est Constantinopoli x. Kal. Maii, cujus Corpus in loculo translatum est usque in Basilicam B. Petri Apostoli, ubi & sepultus est xii. Kal. Octobris*. Ex quibus verbis liquet, diem vigesimam secundam Aprilis fuisse prioris sepulturæ, & diem hanc vigesimam Septembris, Translationis. Mss. quidem Romana, Barberinian. scilicèt, & Vaticanum S. Petri, ac Appendix ad Martyrol. Adonis, ea die 22. Aprilis hunc S. Pontificem colunt.

iij. E Undecimo Kalendas Octobris. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15 16	17
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
			18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28			

(a) *Matthæi Apostoli*. Die 6. Novemb. Græci in Menolog Basilii, & Sirleti. Die 1. Maii Mss. Martyrolog. Richenovien. Augustan. & Labbean Die 6. Maii Ms. Vatican. S. Petri.

NAtàlis sancti Matthæì Apòstoli & Evangelistæ, qui in Æthiòpia prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangèlium Hebræo sermònè conscriptum, ipso revelante, invèntum est unà cum còrpore beàti Bàrnabæ Apòstoli, tèmpore Zenònis Imperatòris. (*a*) In terra Saar sancti Jonæ Prophètæ, qui sepùltus est in Geth. (*b*) Romæ sancti Pàmphili màrtyris. (*c*) Item via Clàudia, vigèsimo ab urbe milliario, pàssio sancti Alexàndri Epìscopi, qui sub Antonino Imperatòre pro fide Christi vìncula, fustes,

(b) *Jonæ Prophetæ*. Circ. 440. ante Christum natum. Die 27. Jan. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. Canis. & Maurolyc.

equùleum,

(d) *Alexandri Episcop.* Die 17. Martii. Florent.& Hollsten. Die 2. Decemb. Appendix ad Adonem.

equùleum, làmpades ardèntes, ungulàrum laniatiònem, bèstias, ac fornàcis sùperans flammas, tandem glàdio cæsus, vitam adèptus est gloriòsam. Ejus corpus pòsteà beàtus Dàmasus Papa in Urbem trànstulit sexto Kalèndas Decèmbris, quo die festivitàtem illìus celebràndam instìtuit. (*d*) In Phœnìcia sancti Eusèbii màrtyris, qui ultrò Præfèctum àdiens, & se Christiànum esse denùncians, ab eo multis tormèntis afflìctus, càpite cæsus est. (*e*) In Cypro sancti Isàcii Epìscopi & màrtyris. (*f*) Ibìdem sancti Melètii Epìscopi & confessòris. (*g*) In Æthiòpia sanctæ Iphigèniæ vìrginis, quæ à beàto Matthæo Apòstolo baptizàta, & Deo dicàta, sancto fine quièvit. (*h*)

(a) *Baron. an.* 31. *n.* 71. *an.* 41. *n.* 14. *& an.* 1080. *n.* 45. *Euseb. hist. lib.* 3. *cap.* 1. *Socrat. lib.* 1. *c.* 15. *Dorotheus in Synopsi, Lippoman. t.* 5. *Sur. t.* 5. *prior. edit. & Petr. de Natal. lib.* 8. *c.* 106. (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. hac die de vit. & interit. Prophetar. c.* 16 *Isidor. c.* 45. *& Dorotheus c.* 6. (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. anno* 154. *n.* 3. *Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 102. (e) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die.* (f) *Iidem ibidem.* (g) *Iidem Baron. in not. & Græci in Menologio.* (h) *Baron. ibid. & Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 101.

In sensu sit tibi cogitatus, & omnis narratio tua. Eccl. 9.

(a) *Natalis Matthæi Apostoli & Evangelistæ.* Martyrolog. S Vuillibrordi: *In Perside Matthæi Apostoli.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Persida Civitate Tarseum S. Matthæi Apostoli, & Evangelistæ.* Florus addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Persida S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, qui orans, à tergo gladio percutitur, & occubuit.* Ms. Rom. Barberinian. *Qui passus est in Civitate Tharim.* Raban. *In Æthyopia sub Hirtaco Rege natalis S. Matthæi Apostoli, gladio percussi.* Ms. Vatican. S. Petri ad 6. Maii. *In Persia natale S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, qui Publicanus à Christo vocatus, primùm in Judæa posteà in Macedonia prædicavit, passus in Persia requievit in Montibus, cujus natalis celebratur* xi. *Kalend Octobris*: Tarsiana Urbs Carmaniæ, seù Persia Ptolomæo est, & Tarsum Carmaniæ, seù Persiæ Promontorium, de quo Arrianus in Indicis. Tarrium habet pro Tarsio Dacherius. Alii in Æthiopia, alii in Parthia, alii Hierapoli Syriæ, alii in Perside tradunt hunc Sanctum Apostolum, vel Martyrium consummasse, vel in pace quievisse.

Cardinal. Baron. in not. *In Naddaver Urbe.* Anonymus apud Æcumenicum: *Obdormivit Hiera Civitate Parthia, & ibi sepelitur.* Hippolytus: *Obdormivit Hierra Parthorum Civitate.* Phæculphus tom. 2. lib. 2. cap. 46. *Requiescit in Montibus Parthorum.*

Item de Prædicatione Roman. Martyrologium solùm *in Æthiopia.* Phæculphus: *In Macedonia.* S. Paulinus Nolæ Episcopus in fragmento Nat. xi. apud Hungal. *Parthiam* Matthæo singulariter tribuit.

Parthiam Matthæum complectitur, India Thomam.

Libbyum Lybies, Phyges accepere Philippum.

Ex tanti antiqui viri auctoritate videtur, saniorem esse lectionem, si proferret: *Qui in Parthia, & in Æthiopia prædicans.* Apographa quidem Martyrolog. S. Hieronymi ad 7. Octobris: *Nonis Octobris natalis S. Matthæi Evangelistæ.* Et sanè nulla loci nota.

In sapientia Sermonum, & in sensu seniorum verbum, Eccl. 9.

(b) *Jonæ Prophetæ.* Tabulæ Ecclesiæ Nuceriæ in schedis Antonii Caraccioli Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. addunt ad Roman. Martyrolog. *Cujus Ossa Nuceriam in Picentinis translata sunt.*

(d) *Item via Claudia Alexandri Episcopi.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi ad 17. Martii apud Florentinium: *Romæ Alexandri Episcopi, Theodoli Diaconi.* At hic *Alexander* non est idem, qui in Romano Martyrologio ea die, cujus Socius fuit Theodolus Presbyter ex Actis apud Surium, non verò Diaconus, uti neque dicitur Episcopus: de Theodolo Socio Alexandri Papæ, hic adhuc Presbyter fuit, & unà cum ipso Pontifice, & Eventio ad 3. Maii colitur. De Alexandro hac die 20. Septembris Romæ Appendix ad Adonem 26. Septembr. cuius Acta diffusè prosequutus, Sepulchralem Epigraphem adducit: *Hic requiescit Sanctus, & Venerabilis Martyr Alexander Episcopus, cujus depositio celebratur* xi. *Kal. Octobris.*

ij. I Decimo Kalendas Octobris. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

(a) *Vitalis.* Die 21. Januar. Carthuſian. Colonienſ. Addit. ad Uſuard.
(d) *Emmerami*. Martyr an. 702. Baron. eo ann. nu. 4. in Annalib. prior. edition. Anno 652. in Appendic. ad tom. IX. An. 750. Sur.

SEdùni in Gàllia, in loco Agàuno, natàlis ſanctòrum màrtyrum Thebæòrum, Mauritii, Exupèrii, Càndidi, Victòris, Innocèntii, & Vitàlis, cum sòciis ejùſdem legiònis, qui ſub Maximiàno pro Chriſto necàti, glorióſa paſſiòne mundum illuſtrarunt. (*a*) Romæ paſſio ſanctàrum virginum & màrtyrum Dignæ, & Emèritæ, ſub Valeriàno, & Galliène: quarum relìquiæ in Ecclèſia ſancti Marcèlli aſſervàntur. (*b*) Apud pagum Caſtrènſium ſancti Jonæ presbyteri, & màrtyris, qui cum ſancto Dionyſio profectus in Gàlliam, juſſu Juliàni Præfècti verbèribus cæſus, glàdio màrtyrium conſummàvit. (*c*) Ratiſpònæ in Bavària ſancti Emmeràmi Epìſcopi & màrtyris, qui ut àlios liberàret, mortem ſæviſſimam Chriſti cauſa patiènter sùbiit. (*d*) Antinoòpoli in Ægyto ſanctæ Iraìdis vìrginis Alexandrinæ, & sociòrum màrtyrum: quæ ad haurièndam è pròximo fonte aquam egrèſſa, cùm vidiſſet navim confeſsòribus Chriſti onùſtam, relicta hydria, pròtinus ſe illis adjùnxit, ac ſimul cum iis in urbem ducta, prima ómnium, poſt multa ſupplicia, càpite cæſa eſt; deinde Presbyteri, Diàconi, & Vìrgines, aliique omnes eòdem mortis gènere consùmpti ſunt. (*e*) Apud civitàtem Meldènſem beàti Sanctìni Epìſcopi, diſcìpuli ſancti Dionyſii Areopagìtæ, qui ejùſdem civitàtis Epìſcopus ab eo conſecràtus, primus illic Evangèlium prædicàvit. (*f*) In territòrio Conſtantiènſi ſancti Lautònis Epìſcopi. (*g*) In pago Pictaviènſi ſancti Florèntii presbyteri. (*h*) In territòrio Bituricènſi ſancti Silvàni confeſsòris. (*i*) Laudùni ſanctæ Salabèrgæ abbatìſſæ. (k)

(e) *Iraidis.* Die ſequ. Græci in Menol. Die 30. Maii in Menæis, & Synaxario Claromontano Societatis Jeſu. Die 28. Junii Florentin.
(h) *Florentii*. Die 30. Decembr. Molan. Addit. ad Uſuard.
(k) *Salabergæ.* Circ. 614. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 654. Cointius. Circ. 655. Mabillon.

(a) *Baron. an. 297. n. 1. & ſequ. Sur. t. 5. prior. edition. Mombrit. t. 2. Sigebert. de vir. illuſt. c. 159. & Ado in Chronic. ad an. 283. & 719.* (b) *Baron. an. 263. n. 57.* (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 106.* (d) *Baron. ann. 702. n. 4. & ſeq. Sur. t. 5. prior. edit. Uſuard. & alii.* (e) *Baron. an. 132. n. 15. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 7. c. 108. S. Antonin. p. 1. t. 6. c. 28. §. 1. & Sur. t. 5. prior. edit.* (g) *Baron. an. 552. nu. 17.* (h) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 107.* (i) *Baron. in not. & Uſuard. hac die.* (k) *Baron. ibid. Petr. in Catal. lib. 8. c. 114. Molan. Addit. ad Uſuard. & Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict.*

Nihil ſciens circa quæſtiones, vel pugnas verborum, veritate privatur. Ad Timoth. 6.

(a) *Seduni in Gallia in loco Agauno Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, cum ſociis ejuſdem legionis.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Gallia Civitate Sedunis Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Vitalis, cum ſociis ſuis v. Millium Dlxxxv. Martyr.* Martyrol. vetuſtiſſim. S. Vuillibrordi: *Sancti Mauricii cum vi. mill. Delxi. in Agaunis, & aliorum Candidi, Exuperii, Victoris, Innocentii, Vitalis.* Martyrol. Corbejen. *Sidunis Civitate in loco, qui dicitur Agaunus, Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis, cum Sociis ſex millibus quingentis octoginta quinque.* Martyrol. Bluman. *Civitate Seduniſſe Vallodero valenſe locum Agaunum natal. Sanctorum Maurici, Exuperii, Candidi, Vincentii, Vitalis, cum ſociis ſuis vi. millia Dlxxxv.* Hagiologium Franco-Gallicum Labbei: *In Galliis Civitate Seduno loco Agauno Sanctorum Martyrum Thebæorum Mauritii, Exuperii,*

Formam habe ſanctorum verborum. 2. ad Timoth. 1.

perii, *Candidi*, *Victoris*, *Innocentii*, *Vitalis cum Sociis eorum sex millibus sexcentis sexaginta quinque*, *qui sub Maximiano passi, pro Christo gloriosissimè coronati sunt*. Ms. Reginæ Sueciæ: *x. Kal. Sanctorum Martyrum Thebeorum Mauricii*, *Candidi*, *Exuperii*, *Victoris*, *cum viris octoginta quinque Martyrum*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Cum Sociis, quorum omnium numerus sex millia sexcentis sexaginta sex fuisse dicitur, jussu Maximiani Cæsaris pro Christi nomine gladio sunt interfecti*. Verùm præmittit: *Apud Agaunum*. Ms. Rom. Vatican. S. Petri *SS. Martyrum Thebeorum Mauricii*, *Candidi*, *Exuperii*, *Victoris*, *Innocentii*, *Vitalis*, *cum Sociis septem*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Cum sociis sex*. Græci in Magnis Menæis, & Maximus Cythereus ad 20. Februar. *Apud Urbem Amaseam Natalis Sanctorum Mauritii*, *& aliorum septuaginta militum*, *sub Maximiano Imperatore*. Hic tamen Mauritius videtur alius. In finibus Sequnorum est Agaunum, ex Eucher. Epist. ad Sylvium Episcopum apud Gallicos Scriptores: Notkerus *Sedunum* Civitatem in Hispania vocat: Verùm Vallesiæ Urbs Episcopalis est sub Archiepiscopatu Tarantasiensi, ubi in celeberrima Abbatia S. Mauritii Agaunensis cumulus Reliquiarum hujus Sanctæ Legionis honestissimè servatur.

(b) *Romæ Dignæ*, *& Emeritæ*. Ms. Vatican. S. Petri: *Romæ Dignæ*, *& Meritæ*. Ms. Rom. Barberinian. *Romæ Babillæ*, *Dignæ*, *& Meritæ*.

Disceptatio Topographica.

(d) *Ratisponæ in Bavaria Emmerami Episcopi*. Italis *Ratisbona*, Germanis *Regenspurg*, quæ & Regionopolis, sive Reginoburgium, priùs Augusta Tiberii. Urbs Germaniæ in Bavaria inferiori ad Danubium, ad Nabi, Imbri, & Reginæ amnes cum Danubio confluentes; in duo Danubio divisa, ponteque juncta. Urbs libera, ubi Comitia Imperii haberi mos est. Rabanus nulla loci nota: *x. Kal. Emmerami Martyris*. Vita à S. Cyrillo exarata in vetustissim. Ms. Palatino apud Holstenium: *Hemmerammi*.

(e) *Antinopoli in Ægypto Iraidis Virginis*, *& Sociorum Martyrum*. Antinopolis, seu Antinous; Urbs Ægypti olim Episcopalis in ripa Nili ulteriore, media fere inter Babilonem, & Copton.

Cardinal. Baron. in not. *De hac Græci hac die in Menologio*. At hoc Menologium die sequenti, & *Jerais* scribit. Synaxar. verò Claromontanum, & Menæa die 30. Maii: *Hierais*. Valerius in not. ad Euseb. lib. 5. c. 4. *Hiraidis*. Plures hujus nominis, & Alexandrinas ad 28. Jun. Florentinius prostat.

(h) *In Pago Pictavienfi Florentii Presbyteri*. Florentinius hac die duos Florentios promit, alterum Presbyterum Lugdunēsem, alterum Pictaviensem. Ipse inspiciendus.

Disceptatio Topographica.

(d) *Ratisponæ in Bavaria S. Emmerami Episcopi & Martyris*.

Quamvis Eminentissimus Baron. ad ann. 702. num. 4. & sequ. & in notis advocet vitam hujus Sancti Episcopi apud Sur. to. 5. à Cyrino scriptam, qui Episcopus Ratisponensis fuit, & eodem tempore.

Nihilominùs videtur, Surium depravatè scripsisse, tam in hujus Sancti vita, quàm in illa Cyrini, eos Ratisponenses Episcopos fuisse: liquet ex istius vitæ ms. Auctore suum decessorem *Josephum*, seque *Cyrinum* vocante: Cyrinus namque Ecclesiæ Ratisponensi non præfuit, sed Frisingensi; cujus Ecclesia Episcopalis VIII. sæculo erecta, primus Episcopus fuit *S. Corbinianus*, an. 830. demortuus, secundus *Erimbertus* frater, tertius *Josephus*, cui *Cirinus*, seù *Girinus* successit, qui Caroli Magni temporibus vitam Emmerami conscripsit, in qua nonnulla menda Cointius ad an. 649. n. 22. & ad 652. num. 13. indigitat.

Rursùs Eminentissimus Baron. in Annalibus prioris edition. supputat hunc Episcopum Martyrizatum anno Domini 702. & in Appendice ad tom. 9. posterior. editionis Coloniensis an. 652. & Sur. an. 730. Sed primus Ratisponensis Episcopus fuit *Vuicterpus*, secundus *Caribaldus*, qui Sæculo octavo sedere; ex quo Antistites, qui Populum Ratisponensem erudiere, fuerunt adventitii, & locum in Catalogo Episcoporum Ratisponensium habere nequeunt, ut animadvertit Pagi vir eruditus t. 3. ad an. 652. num. 7.

Quinimmò in vita hujus Sancti apud Canis. tom. 2. antiquar. Lection. hæc verba in ejus Tumulo insculpta videntur: *Emmeramus Pictaviensis Episcopus*, *prædicando Dei verbum*, *venit in Bavariam*, *& ibidem in Helfendorf passus est anno Domini DCLII. & hic translatus est*. Sammarthani quidem inter Pictavienses Episcopos numerant.

Verùm ex hoc Epithaphio Cointius refragatur, Pictaviensem Episcopum fuisse, asserendo patria Pictaviensem, & Episcopum in Aquitania secunda fuisse, cujus verò Civitatis incompertum; sed quòd audito ab eo, in partibus Pannoniæ multos Idololatra adhuc extare, Germaniam ingressus, Ratisponam venit, & à Theodo Bajoricæ Duce, seù Bavariæ (scilicet Theodo Primo, non verò Quarto, ut aliqui perperàm credidere) petitus, ut in sui Præfectura verbum Dei prædicaret, ibi aliquando moratus, Martyrium subiit, atque sepulturæ mandatus. Cæterùm nec Ratisponæ, nec alibi præfuit Episcopus; ut igitur hæc trica impræsentiarum abeat, & Saniores consenserint, absque loci nota, efferatur: *In Bavaria S. Emmerami Episcopi & Martyris*, *qui &c.*

j. G Nono Kalendas Octobris. 23

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

(a) *Lini Pap.* Martyr ann. 80. Baron. eo anno n. 1. An. 82. Euſeb. in Chronic. An. 67. Pagi to. 1. ad an. 78. n. 3. Die 24. Maii Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(b) *Theclæ.* Die ſequ. Cræci in Menol. Caniſ. Die 22 Februarii Maurolyc. Greven. aliiq.

(f) *Conſtantii,* Circ. 560.

Romæ ſancti Lini Papæ & màrtyris, qui primus poſt beàtum Petrum Apòſtolum Romànam Eccléſiam gubernàvit, & martyrio coronàtus, ſepùltus eſt in Vaticàno prope eùmdem Apòſtolum. (*a*) Icònii in Lycaònia ſanctæ Theclæ vìrginis & màrtyris, quæ à ſancto Paulo Apòſtolo ad fidem perdùcta, ſub Neròne Imperatòre in confeſſione Chriſti ignes, ac bèſtias devìcit, & poſt plùrima ad doctrìnam multòrum ſuperàta certàmina, Seleucìam vèniens, ibi requièvit in pace: quam ſancti Patres ſummis làudibus celebràrunt. (*b*) In Campania commemoràtio beàti Sòſii diàconi Miſenàtis, quem ſanctus Epìſcopus Januàrius, cùm de illius càpite, Evangèlium in Eccléſia legèntis, flammam vidèret exùrgere, màrtyrem futùrum pronuntiàvit: & non poſt multos dies, cùm ipſe eſſet annòrum triginta, martyrium cum eòdem Epìſcopo càpitis detruncatiòne ſuſcèpit. (*c*) In Africa ſanctòrnm màrtyrum Andrèæ, Joànnis, Petri, & Antònii. (*d*) In territòrio Conſtantienſi ſancti Patèrni Epìſcopi & màrtyris. (*e*) Ancònæ ſancti Conſtàntii Ecclèſiæ manſionàrii, miraculòrum gràtia conſpìcui. (*f*) In Hiſpània ſanctàrum mulìerum Xantìppæ, & Polyxenæ, quæ fuèrunt Apoſtolòrum diſcìpulæ. (*g*)

(a) *Baron. an. 80. n. 1. & ſequ.* (b) *Baron. an. 47. nu. 2. & ſequ. & Sur. t. 9. poſterior. edition.* (c) *Baron. an. 305. n. 1. & ſequ. Sur. t. 9. poſterior. edition. Anton. Caracciol. ex Cleric. Regular. de Sacr. Ecclеſ. Neapolit. Monument. ſelt. 6. c. 20. Uſuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. in not. & Uſuard.* (f) *Baron. ibidem, & S. Greg. Pap. lib. 1. Dialog. c. 5.* (g) *Baron. an. 61. n. 4. & Græci in Menologio.*

Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam. Prov. 13.

(a) *Romæ Lini, qui primus poſt B. Petrum.* Florus addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Qui ſecundus poſt B. Petrum.*

(b) *Iconii in Lycaonia Thecla Virginis.* Iconium, *Cogni.* Urbs Cappadociæ, inter Larandam, & Achatharam, ſub Lycaoniæ Metropoli, apud Tauri Montis radices, qui Iſauriam, & Cappadociam a Cilicia diſcriminat. Martyrolog. Hieronymian. Lucen *In Seleucia Tecle Virginis, que Rome igne depoſito evaſit.* Martyrol. Veiſſemb. ſeu Bluman. *Et ideo multum natale habet.* Martyrol. vetuſtiſs. S. Vuillibrordi: *In Oriente Teclæ.* Martyrol. Corbejen. *In Seleucia Tecla Martyris.* Mss. Richenovien. & Lætien. S. Lamberti ad 22. Febr. *Nicomedia.* Notker. *Seleucia.* Raban. *In Oriente Iconio Civitate.* Pluribus quidèm in locis, & variis diebus, hec Sancta legitur memorata; ut *Nicomedia* die 22. Februar. in *Aſia* die 22. Septembr. et 17. Novembr. & in *Thracia* die 20. Decembr. in Apographis Martyrologii S. Hieronymi apud Florentin. ſuo Martyrologio Occidentali hac die.

Fiant aures tuæ auſcultantes, ut audiant. Eſdr. 1.

(c) *In Campania Soſii Diaconi Miſenatis.* Martyrol. Antuerpien. *Et in Miſſerio Soſſi.* Verùm *In Miſeno* ſcribendum. Paulus Regius tradit. Corpus hac die Neapolim translatum; Antonius tamen Caracciolus ſuo ſingular. libello de Divis Neapolitan. eum redarguit erroris ex Actis S. Ianuarii, in quibus: *Sanctum Soſium Diaconum Cives ſuos Miſenates tulerunt, & poſuerunt in Baſilica, ubi nunc requieſcit, IX. Kal. Octobris.*

(e) *In territorio Conſtantienſi S. Paterni Epiſcopi & Martyris.* Ms. Uſuardi Monaſterii S. Germani de Pratis Pariſiis: *In territorio Civitatis Abrincæ S. Paterni Epiſcopi & Confeſſoris.* Sauſſayus hac die: *Eodem die in*

Agro Constantiensi repositio S. Paterni Episcopi Abricensis & Confessoris, cujus beatus transitus colitur die 6. Aprilis. Ex qua lectione unus Paternus datur, & hie ille idem qui ad 16. Aprilis. Baronius tamen duos definit Paternos, & hunc hujus diei alium ab illo, admonendo in notis: *Ponitur hic primus ejus Sedis Episcopus in tabulis Ecclesiæ Constantiensis, quas descripsit Demochares libro de Sacrific. Missæ*. At in Catalogo Episcoporum Constantiensium apud laudarum Democharem lib. 2. pag 39. numerantur Episcopi LXXII. absque ullius Paterni mentione, & primi eorum sunt *Oreptiolus*, *Exuperantius*, *Leonatus*, *Possessor*. Sammarthani etiam in Gallia Christiana hos referunt, nec Paterni meminere! Verùm quia Sesciacum Monasterium, in quo obiit S. Paternus Episcopus Abricensis, fuit in Diœcesi Constantiensi, idcircò in quampluribus Codicibus passim legitur: *In territorio Civitatis Constantiæ S. Paterni Episcopi & Confessoris*.

Disceptatio Historico--Chronologica Litteralis

(b) *Iconii in Lycaonia Theclæ Virginis & Martyris, sub Nerone imperatore*.

Martyrologia Mss. Sophianum, Beneventanum, Capuanum, Pleschianum penès Cleric. Regulares Sanctorum Apostolorum Neapoli; & nonnulla alia cusa, ut Usuardi, Rabani, & Notkeri nil ferunt de Martyrio sub Nerone Imperatore.

Nec obstar asserere, quòd hoc supposuere. Nam quemadmodum de Prisca Roman. Martyre sub Claudio ante Neronem, eam sub Claudio describunt, ita si Thecla passa fuisset sub Nerone, actum esset de ejus illustri titulo, quo passim est dicta Protomartyr fœminarum.

Rursùs hæc Sancta fidem Christi suscepit ann. 47. juxta Baronii supputationem, hoc est anno quinto Claudii, ut eo anno num. 2. & sequ. ac eodem anno 47. sivè ad summum 48. à suo viro accusata: ex quo valdè credibile, non multò pòst pro Christi fide multa subiisse, aut saltem Claudio non imperante, cujus Imperium, ex eodem Baronio, annis XIV. perduravit, subsequuto Neronis Imperio anno Domini 57.

Adhuc quippè pugnare videtur id, quod Romanum Martyrologium, & Breviarium præbent, hanc Sanctam in pace quievisse, quùm antiqui Patres ejus laudes prosequentes, in ipso Martyrio vitæ interitum pro Christo profudisse panditenr, ut ipsemet Baron. Addit. ad Calc. tom. 10. Annal. editionis Romanæ pag. 992. cui equidem ipse haud invitus adstipularetur; nisi dicendum, antiqua etiam Martyrologia Baronio refragari. Et nescitur quidem, quibus antiquis Scriptoribus contrarium fulciatur; alioquin non diceretur Protomartyr fœminarum: Quocircà ut hæc trica difficilè diluenda, evitetur, sanior erit Martyrologii Romani lectio, si majori sapientia præditi adjudicaverint, ut ita concinnetur: *Iconii in Lycaonia Sanctæ Theclæ Virginis, quæ à S. Paulo Apostolo ad fidem perducta, pro confessione fidei multa passa fuit, quam Sancti Patres summis laudibus celebrarunt*.

* *Initium Hyperberethai primi Syro--Macedonum mensis*. Pagi t. 1. in calc. ex Epoch. Cardinal. Noris.

*	A					Octavo Kalendas Octobris.				Luna.								24
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1					

FEstum beàtæ MARIÆ Vìrginis de Mercède. Augustodùni natàlis sanctòrum màrtyrum Andòchii presbỳteri, Thyrsi diàconi, & Felicis, qui à beàto Polycarpo Smyrnènsi Epìscopo ab Oriènte dirècti ad docèndam Gàlliam, ibidem flagèllis durissimè cæsi, ac tota die invèrsis mànibus suspènsi, & in ignem missi, sed non combùsti, tandem vèctibus eòrum colla feriùntur, & ita gloriosìssimè coronàntur. (*a*) In Ægypto pàssio sanctòrum Paphnùtii, & sociòrum màrtyrum. Is vitam in solitùdine agens, cùm audiret multos Christiànos in vinculis retinèri, divino spiritu còncitus, sponte Præfècto se offert, & Christiànam religiònem liberè profitètur: à quo primùm catènis fèrreis constringitur, & in equùleo diutissimè torquètur: deinde cum àliis plùrimis ad Diocletiànum mittitur, cujus jussu ipse palmæ affigitur, cæteri autem ferro necàntur. (*b*) Chalcèdone sanctòrum quadragintanòvem Màrtyrum, qui

(a) *Andochii, Thyrsi Diaconi, & Soc*. Die 1. Maii Maurolyc. Greven. & Canis. Die 29. Apr de Thyrso Diacono Ms. Roman. Altempsian.

(b) *Paphnutii*. Die 19. Apr. Combesitius.

(d) *Gerardi*. Martyr ann. 1047. Baron. eo ann. n. 19. Anno 1046. Pagi to. 4. ad an. 1047. nu. 9. Die 24. Febr. Martyrol. Vuitfordi.

(e) *Rustici Episc*. Circ. 395. Turon. de gest. Francor.

(f) *Geremari Abbat*. Circa 103. Acta. Die 18. Martii Vuitford. Die 8. Apr. Greven. & Canisius. Die 23. Maii Molanus.

qui post martyrium sanctæ Euphèmiæ sub Diocletiàno Imperatòre damnàti ad bèstias, & ab iis divìnitus liberàti, demum glàdio percùssi migravèrunt in cœlum. (c) In Pannònia sancti Gerárdi Episcopi & martyris, Hungaròrum Apòstoli nuncupàti, patrìcii Vèneti, qui primus pàtriam nòbili martyrio illustràvit. (d) Arvèrnis deposìtio sancti Rùstici Episcopi & confessòris. (e) In territòrio Belvacènsi sancti Geremàri abbatis. (f)

(a) *Baron. an. 169. n. 20. Petr. in Catal. lib. 8. c. 116. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 381. n. 18.* (d) *Baron. an. 1042. n. 2. & an. 1047. n. 9. Sur. t. 5. prior. editionis, Bonfin. de reb. Hungar. decis. 2. lib. 1. & 2. Trithem. lib. 3. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. c. 239. & Vuion. in vit.* (e) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de gest. Franc. lib. 2. c. 23. Sammarthani, Bellin. Saussayus, & alii.* (f) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Trithem. lib. 3. citat. c. 93.*

Ne sis velox ad proferendū sermonem. Ecclesiast. 5.

Apographa Martyrologii S. Hieronymi, Mss. antiqua Pulsanen. Pleschian. Patricianum, Capuan. & Sophianum Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolorum. Item Raban. Notker. Ado, & Martyrol. Rom. vet. panditant hac die: 8. *Kal. Octobris Conceptio S. Joannis Baptistæ.* Adstipulaturque in apparatu ad Annales num. 680. ipsemet Eminentissimus Baronius, hanc Præcursoris Conceptionem supputando ab Urbe condita an. 75●. Olympiade Clxxxxiiii. anno primo Augusti Imperatoris, à Triumvirali initio, anno xxxix. die verò viii. Kal. Octob. post æquinoctium solemni Jejunii tempore.

Quòd si diceretur, id sublatum, aut prætermissum in hoc novo Romano Martyrologio, ne quis suspicaretur, præter Deiparam Virginem, etiam Joannem Baptistam fuisse absque peccati labe conceptum.

Meminisse nunc oportebit, doctè à Cardinali Bellarmino observatum, Romanam scilicet Ecclesiam, nomine Conceptionis, non intelligere illud signare punctum, quo Beata Virgo concepta est, sed simpliciter Conceptionem in utero Annæ, Mariæ ejus filiæ, Matris Dei futuræ. Quamobrem Joannis Baptistæ, qui in utero sanctificatus est, Conceptio ita accepta celebrabatur, quod Bellarminus ipse affirmat posse celebrari; ut celebrant Græci in eorum Kalendario die præcedenti apud Genebrardum, & die 22. Septembris in Menologio Basilii. Quinimmò & Chrysostomus homil. de Natal. hujus Præcursoris expressè promit: *Conceptum 8. Kal. Octobris.* Neque valet subdere, non esse usum Ecclesiæ Latinæ tot festa multiplicare: Nam tot Latina Martyrologia magno consensu colunt: *Joannis Baptistæ Conceptionem.*

Cùm sapientia proferas responsum tuum. Ecclesiast. 5.

(a) *Augustoduni Andochii Presbyteri, Thyrsi Diaconi, & Felicis.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Gallia Civitate Augustodunensi vico Sodulo Andochi, Tyrsi, & Felicis Martyris.* Martyrolog. Corbejen. & Franco-Gallic. Labbei: *In Augustoduno Civitate Vico Sedeleco Andocii, Tyrsi, Apriles, & Felicis Martyrum, Lucerosæ.* Saussayus tradit, non fuisse Felicem à Polycarpo missum, sed in *Vico*, seù *Pago Sedelerum* Christianum resedisse, qui hospes priùs Andochii, & Thyrsi fuerit, deinde passionis, & Martyrii coronæ socius.

(c) *Chalcedone quadraginta novem Martyrum.* Menæa Mss Taurinens. Ducis Sabaudiæ ad 24. Aprilis: *Martyres Chalcedone occisi.* Acta SS. Bollandi ea die.

(e) *Arvernis depositio Rustici Episcopi & Confessoris.* Arverni, *Clermont.* Urbs antiqua Galliæ Aquitaniæ, ad Cemenorum Montis radices, in colle præcelso ad præterfluentem fluviolum Tiretenum in Elevarim illabentem, Arverniæ Ducatus Metropolis, & caput; Apud veteres antiqua Arvernorum sedes memorata: Dein Claromons appellata. Mss. Romana Barberinian. Vatican. & S. Cyriaci: *Alibi depositio Rustici Episcopi.*

Cardinal. Baron. in not. ipsum recenset septimum ordine Episcopum; Sammarthani verò octavum numerant. Duo alii Sanctissimi Episcopi hujus nominis, scilicet Rusticus Lugdunensis, & Rusticus Narbonensis iisdem temporibus floruere.

xxix B Septimo Kalendas Octobris. Luna. 25

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

(a) *Cleophæ.* Die 13. Octobr. Greci in Menolog.
(c) *Firmini Episcop.* Martyr an. 303. Baron. eo ann. nu. 130. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die 21. Maii Ms. Lætien. Sancti Lamberti.

(h) *Anacharii Episcop.* Circ. 611. Baron. eo an. n. 2. Cir. 573. Florentin. Die 31. Julii idem Florent. & Holsten. Die 11. Jan. Florar. Ms.

IN caſtèllo Emmaus natàlis beàti Clèophæ Chriſti diſcìpuli, quem tradunt in eàdem domo, in qua menſam Dòmino paràverat, pro confeſſiòne illius à Judæis occìſum, & glorióſa memòria ſepùltum. (*a*) Romæ ſancti Herculàni mìlitis & martyris, qui miràculis in paſſiòne beàti Alexàndri Epiſcopi ad Chriſtum convèrſus, ſub Antonìno Imperatòre poſt multa tormènta glàdio cæſus eſt. (*b*) Ambiàni in Gàllia beàti Firmìni Epiſcopi, qui in perſecutiòne Diocletiàni ſub Rictiovàro Præſide, poſt vària tormènta, càpitis decollatiòne martyrium ſumpſit. (*c*) Damàſci ſanctòrum martyrum Pauli, & Tattæ ejus conjugis, ac Sabiniàni, Maximi, Rufi, & Eugènii filiòrum: qui Chriſtiànæ religiònis accuſàti, verbèribus aliiſque ſupplìciis torti, ànimas Deo reddidèrunt. (*d*) In Aſia pàſſio ſanctòrum Bardomiàni, Eucàrpi, & aliòrum vigìntiſex Martyrum. (*e*) Eòdem die ſancti Anathalònis Epìſcopi, qui beàti Bàrnabæ Apòſtoli diſcìpulus, in ejus locum Eccleſiæ Mediolanènſis Epìſcopus ſuccèſſit. (*f*) Lugdùni depoſìtio ſancti Lupi Epiſcòpi ex anachoríta. (*g*) Antiſiodòri ſancti Anachàrii Epìſcopi & confeſsòris. (*h*) Bleſis ſancti Solèmnii Epiſcopi Carnotènſis, miràculis clari. (*i*) Eòdem die ſancti Princìpii Sveſſionènſis Epìſcopi, fratris beàti Remìgii Epìſcopi. (*k*) Anàgniæ ſanctàrum vìrginum Aurèliæ, & Neomìſiæ. (*l*)

(a) *Baron. an. 34. n. 193. & ſequ. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 8. c. 102* (c) *Baron. an. 303. n. 130. Petr. in Catal. lib. 8. c. 119. Uſuard. & Ado.* (d) *Baron. in not. & Graci in Menolog.* (e) *Baron. in not. & Galeſin.* (f) *Baron. ibid.* (g) *Baron. an. 441. n. 15. Raynaud. Indicul. SS. Lugdunenſ. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei, & Sauſſayus.* (h) *Baron. an. 611. n. 2. & Sammarthani.* (i) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. lib. de glor. Confeſs. c. 21. & Sigebert. in Chronic. an. 490.* (k) *Baron. an. 463. n. 7. Sidon. Apollinar. lib. 8. Epiſt. 14. & lib. 9. Epiſt. 8. & Sur. t. 5. prior. edition. in vit. S. Remigii.* (l) *Baron. in not.*

A ſapientibus diſces ſcientiam. Eccl. 8.

(c) *Ambiani Firmini Epiſcopi, in perſecutione Diocletiani.* Martyrol. Corbejen. ad 1. Septembr. *Ambianis Civitate S. Firmini Epiſcopi & Confeſſoris.* Et hac die: *In Gallia Ambianis civitate paſſio S. Firmini Epiſcopi & Martyris.* Raban. VII. *Kal. natale S. Firmini Epiſcopi.* Petr. in Catal. *S. Firmini Presbyteri.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Ambianis Civitate depoſitio S. Firmini Epiſcopi & Martyris, à Sebaſtiano Præfecto.* Martyrolog. Roman. & de Peregrin. *Rictiovaro Præſide.* Ms. Roman. Barberinian. *Et alibi depoſitio S. Firmini Epiſcopi.* Acta ferunt, *Firminum* fuiſſe S. Honeſti Presbyteri diſcipulum, à S. Saturnino Petri Apoſtoli diſcipulo *Ambianum* miſſum; unde impoſſibile videtur, eum ad Diocletiani tempora perduraſſe.

(e) *In Aſia Bardomiani, Eucarpi, & aliorum viginti ſex.* Aſia una ex tribus Orbis Terræ partibus, ab Europa Tanai fluvio, & Ægeo Mari diviſa, ab Africa ſinu Arabico Oceano, cæterum à Meridie, Ortu, & Septentrionibus definita, quæ propriè Aſia vocatur, & Aſia Magna. Apographum Hieronym. Luccen. & Bluman. *In Aſia Eucarpi, & Bardumani, & aliorum XXVI.* Martyrolog. Corbejen. *In Aſia Eucarpi, Bardonii cum aliis XX.* Martyrol.

Si inclinaveris aurem diſces Doctrinam Eccleſiaſt. 12.

tyrol. vetustissim. Antuerpien. sine loci præsignatione: *Natalis Bardomani, Eucarpi, & aliorum xxvi.* Mss. Romana Monasterii Sancti Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Bardoniani.* Kalendar. pervetustum Hieronym. Canonicor. Lucensium: *vii. Kal. Eucarpi, Marci.*

(g) *Lugduni depositio Lupi Episcopi ex anachorita.* Apographum Corbejen. *Episcopi & Confessoris.*

Cardinal. Baron. in not. suadet ex Anachorita factum Episcopum Lugdunensem, in Insula Lerini post Lupum Trecensem exercuit vitam Monasticam. Adstipulanturque Sammarthani. Sed asserunt Anachoritam ex Insula Barbara. Raynaudus verò in Indiculo, & Hagiologio Sanctorum Lugdunensium dissentit in Monachatu Lerinensi.

(h) *Antisiodori Anacharii Episcopi & Confessoris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Aunachara Episcopi.* Martyrol. S. Vuillibrordi: *Aunanti, vel Anemhni Episcopi.* Martyrolog. Veissemburgense penès Holsten. *Aunacliari Episcopi.* Ms. Reginæ Sueciæ: *Aunaci Episcopi.* De Peregrinis: *Aunarii Episcopi.*

Baronius in notis: *Aunarii, & Anguarii.* Florentinius verò ad 31. Jul. autumat: *Aunarii Episcopi* legendum.

(i) *Blesis Solemnii Episcopi Carnotensis.* Blesæ, *Blois.* Urbs Galliæ Celticæ apud citeriorem Ligeris ripam, media inter Aurelianos, & Turones, ubi sæpè Comitia Regni habentur. De Peregrinis sine loci nota: *Item Sancti Solennii Episcopi.*

(f) *Eodem die S. Anathalonis Episcopi, qui Beati Barnabæ Apostoli Discipulus.*

Disceptatio Litteralis.

Acta quidèm hujus Sancti non ferunt, Barnabæ Apostoli Discipulum fuisse.

Eminentissimus Baronius in notis indigitat S. Miroclis ejusdem Civitatis Episcopi inscriptionem, quæ indicat B. Barnabæ Apostoli fuisse Discipulum.

At si hoc antiquissimum, & gravissimum Epithaphium attentè inspiciatur, non exhibet *Discipulum*, sed *Socium Barnabæ*, ut per hæc verba.

Petri hospes Anathalon Domne probate,
Atque idem Socius Barnabæ Apostolici.

Idque ex Paulo Diacono adstruitur in Chronologio Episcoporum Metensium, scribente: *Anatholonem a Paulo Apostolo Mediolanum missum fuisse.* Igitur Petri Discipulus, & hospes fuit; proindè saniorum consilio censendum omittenda esse verba: *Barnabæ Apostoli Discipuli,* cùm aliundè non constet, ipsum Barnabæ subiisse disciplinam.

xxviij. C Sexto Kalendas Octobris. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

(a) *Cypriani, & Justinæ.* Martyres ann. 311. Baron. eo an. nu. 17. Anno 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 2. Octobr. Græci in Menolog.

(b) *Callistrati, & Soc.* Die sequent. Græci in Menolog.

Nicomediæ natàlis sanctòrum màrtyrum Cypriàni, & Justìnæ vìrginis, quæ sub Diocletiàno Imperatòre, & Euthòlmio Præside multa pro Christo perpèssa, ipsum quoque Cypriànum, qui erat magus, & suis màgicis àrtibus eam dementàre conabàtur, convèrtit ad Christum: cum quo pòsteà martyrium sumpsit. Horum còrpora feris objècta, noctu quidam nautæ Christiàni rapuèrunt, & Romam detulèrunt: quæ pòstmodum in Basilicam Constantiniànam translàta, prope Baptistèrium còndita sunt. (*a*) Romæ sancti Callistrati màrtyris, & aliòrum quadragintanòvem militum, qui in persecutiòne Diocletiàni, cùm Callistratus insùtus cùleo, & in mare demèrsus, Dei ope evasisset incòlumis, convèrsi ad Christum, cum eo pàriter martyrium subièrunt. (*b*) Item Romæ sancti Eusèbii Papæ. (*c*) Bonòniæ item sancti Eusèbii Epìscopi & confessòris. (*d*) Brìxiæ sancti Vigìlii Epìscopi. (*e*) Albàni sancti Senatòris. (*f*) In agro Tusculàno beàti Nili abbàtis, fundatòris monastèrii Cryptæ ferràtæ, magnæ sanctitàtis viri. (*g*) Tifèrni sancti Amàntii presbyteri, gràtia miraculòrum illùstris. (*h*)

(c) *Eusebii Papæ.* Obiit ann. 311. Baron. eo an nu. 40. Anno 310. Pagi t. 1. ad ann. 311. nu. 22. Die 2. Octobris Luitprand. & Abbo Floriac.

(h) *Amantii Presbyteri, & Soc.* Die 13. Novembr. Titerni. Ferrar. ad novam suam Topographiam in calce.

(*a*) *Ba-*

(a) *Baron. an.* 250. *n.* 5. *&* *an.* 311. *n.* 27. *Lippoman. t.* 6. *& Sur. t.* 5. *prior. edition.* (b) *Baron. an.* 303. *n.* 115. *Græci in Menolog. Lippoman. t.* 6. *& Surius t. citat.* (c) *Baron. an.* 311. *n.* 40. *Euseb. in Chronic. & Nicephor. in Chronic. & Petr. de Natal. lib.* 9. *c.*123. (d) *Baron. an.* 381. *n.* 82. *& an.* 397. *n.* 52. *ac Tabul. Eccles. Bononien.* (e) *Baron. an.* 400. *n.* 18. *& Tabul. Eccles. Brixien.* (f.) *Baron. an.* 450. *n.* 8. *Petr. de Natal. lib.* 11. *n.* 261. *Usuard. Ado*, *& alii*. (g) *Baron. an.* 976. *n.* 2. *& an.* 991. *n.* 14. (h) *Baron. in not. & S. Greg. Papa lib.* 3. *Dialog. c.* 35.

Vir in multis expertus cogitabit multa. Ecclesiast. 34.

(a) *Nicomediæ Cypriani*. Græci commiscent hunc *Cyprianum*, Patria *Antiochenum*, cum *Cypriano Episcopo Carthaginensi*. Plura de hoc Baron. in not. eruditè cumulat.

(c) *Item Romæ Eusebii Papæ*. Apographum Corbejen. & Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, Vatican. S. Petri, & Barberinian. *Romæ via Appia in Cœmeterio Callisti depositio Eusebi Episcopi & Confessoris*.

(f) *Albani S. Senatoris*. Albanum, seù Mons Albanus, *Albano* Italis. Oppidum Latii Albæ urbis notissimæ, & quondam clarissimæ, Ariciæ proximum. In Gallia etiam *Albanum*. Apographum Epternacen. *In Caballano S. Senatoris*. Maurolyc. & de Peregrin. *Civitate Albana Senatoris*. Petr. de Natal. *Martyris*. Saussayus supplement. ad Martyrol. Gallican. *Apud Albanum Galliæ Narbonensis oppidum S. Senatoris Confessoris*. An ex his variis, & ambiguis lectionibus sint plures ejusdem nominis *Senatoris*, aut in diversis locis eodem nomine *Albani*, alii decernant. In Gallia quidem *Senator* vixit, proindè *Albani in Gallia*: Romanum namque Martyrologium *Albani* simpliciter, sine aliquo addito discriminante effert.

(g) *Nili Abbatis*. Ferrar. de SS. Italiæ adscit: *Is Rosciani in Brutiis natus est*.

Disceptatio Historico-Litteralis.

(c) *Romæ Eusebii Papæ*. Maurolyc. hac eadem die: *Romæ Eusebii Papæ & Martyris, sub Maxentio, vel Galerio*. Et in præfatione testatur, ex antiquis Martyrologiis id hausisse. Item Petr. de Natal. *Hic Sanctus Pontifex pro Christi nomine martyrio coronatus, sub persequutione Constantini, antequàm fieret Christianus*.

Qui multa didicerit enarrabit intellectus. Ecclesiast. 34.

Eminentissimus Baronius in notis pro Martyrologii Romani assertione advocat Adonem, & vetera Mss.

Ast revera videtur, Adonem hujus non meminisse; sed Appendix ad Adonem permixta cum illa Mosandri protulit: *Romæ via Appia in Cœmeterio Callisti depositio S. Eusebii Episcopi & Confessoris*. Quemadmodum & Bucherii fragmentum: *vi. Kal. Octobris Eusebii in Callisti*, scilicet: *In Cœmeterio*. Quibus verbis *Eusebium*, ut *Martyrem* venerantur.

Potuit namque Eusebius persequutionis tempore aliqua pro fide pati, absque quòd Martyrium per mortis agonem complevisset, quamobrem Confessor, & Martyr in præadductis Codicibus dicitur; quia si, qui in tormentis Dominum confitentes fidem testati sunt, revera Martyres dici queunt, quamvis in pace quieverint; idcircò Galesin. in Martyrolog. *Confessorem*, & in notationibus *Martyrem* nuncupat.

Nihilominùs ex lectione prolata erit ita inferendum; undè nè anceps sit, si sapientioribus placeret, addendum videtur tò *Confessoris*. Quo explicaretur, ut suprà, aliqua pro fide passum fuisse, etsi Martyrio non completo, proferendo: *Romæ S. Eusebii Papæ & Confessoris*.

xxvij. C Quinto Kalendas Octobris. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

(a) *Cosmæ, & Damiani fratrum*. Die 1. Jul. & ad 16. Octob. Græci in Menologio.
(c) *Florentini & Soc.* Martyres ann. 407. Sammarthani.
(g) *Caii Episcop.* Circ. 102. Onufr.

ÆGææ natàlis sanctòrum màrtyrum Cosmæ, & Damiàni fratrum, qui in persecutiòne Diocletiàni post multa tormènta, vìncula, & càrceres, post mare, & ignes, cruces, lapidatiònem, & sagìttas divìnitus superàtas, càpite plectùntur: cum quibus ètiam referùntur passi tres eòrum fratres germàni, Anthìmus, Leòntius, & Euprèpius. (*a*) Romæ sanctæ Epicharidis mulieris senatòriæ, quæ in eàdem persecutiòne plumbàtis cæsa, glàdio percùssa est. (*b*) Tudèrti sanctòrum màrtyrum Fidèntii, & Terèntii, sub eòdem Diocletiàno. (*c*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Adùlphi, & Joànnis fratrum, qui in persecutione

(h) *Aderiti Episc.* Circ. 94. Panuin. Die 5. Maii Flor. Ms.
(i) *Eleazari.* Cir. 1325. Chronic. Ordin. Minor.
(K) *Hiltrudinis Virg.* Circ. 760. Molan. Indic. SS. Belgii.

tiòne Aràbica pro Christo coronàti sunt . (*d*) Sedùni in Gàllia sancti Florentini màrtyris , qui unà cum beàto Hilàrio post abscissiònem linguæ jussus est glàdio feriri . (*e*) Bibli in Phœnìcia sancti Marci Episcopi , qui & Joànnes à beàto Luca nominàtur . (*f*) Mediolàni sancti Caii Epìscopi , discìpuli beàti Bàrnabæ Apòstoli , qui multa in persecutiòne Nerònis passus , in pace quièvit . (*g*) Ravènnæ sancti Aderìti Epìscopi & confessòris . (*h*) Parìsiis sancti Eleàzari Còmitis . (*i*) In Hannònia sanctæ Hiltrùdinis vìrginis . (*k*)

(a) *Baron. an.* 285. *n.* 14. *Lippoman. & Sur. t.* 5. *prior. edition.* (b) *Baron. ann.* 303. *n.* 115. *& Græci in Menologio hac die* . (c) *Baron. an.* 301. *nu.* 121. *& Tabul. Eccles. Tudertin.* (d) *Baron. an.* 821. *n.* 80. *& S. Eulog. memor. Sanctor. lib.* 2. *cap.* 8. (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 8. *c.* 24. *Sammarthani , Saussayus , Usuard. Ado , & alii* . (f) *Baron. an.* 45. *n.* 42. *& Græci in Menologio hac die* . (g) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Mediolanen.* (h) *Baron. in not. Rubeus lib.* 1. *hist. Ravenn. & Pannin.* (i) *Baron. in not. & Sur. t.* 5. *prior. edition.* (k) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belgii* .

Stude,ut possis exprobanti respondere verbum.Prov.27.

(e) *Seduni in Gallia Florentini Martyris* . Seduni ,& Sedunum , *Sion* , Germanis *Sitten* . Urbs Galliæ , Vallesiæ regionis caput, in Helvetiorum , & Italiæ confinio , ad Rhodanum fluvium partem illius in plano irrigantem , in valle intra Alpes Graas , & Lipontias sita,duobus perstricta montibus : quorum citerior *Sancti Bernardi* dicitur, ulterior *Briga*. Media inter Oscelam, & Genevam . Martyrolog Hieronymian. Lucen. *In territorio Edue Civitate S. Florentini* . Martyrolog. S. Vuillibrordi : *Florentiani* . Martyrol. Corbejen. *In territorio Augustoduno Civitate Florentini , Silvani , Firmi* . Hagiologium Franco-Gallic. Labbei : *Castro Seduno Florentii Martyris* . Saussayus : *Castro Seduno ad Rhodanum Florentii , & Hilarii abscissis primùm linguis , mox capitibus* . Maurolyc. *Castro Seduno prope Augustodunum SS. Florentii,& Hilarii sub Croco Vuandalorum Rege* . Usuard. *In Castro Seduno Florentini, & Hilarii Martyrum* . Appendix ad Adonem sine agonis loco : *v. Kal. eadem die S. Florentini Martyris* . An modò *Florentius* , seù *Florentinus Sedunensis* sit idem , ac *Augustodunensis* , addubitandum : *Augustodunum* enim est primaria *Urbs Æduorum*,& *Urbs Ædua* Geographis dicta .

Cardinal. Baron. in notis suadet , tempore , quo Vuandali in Gallias irruperunt , hos Martyres Sedunenses passos . Sammarthani verò in secundo Episcopo Sedunensi , hunc Florentium Martyrem sub Vuandalis adnotant Ecclesiam rexisse Ortodorensem circ.an. 411.

(f) *Bibli in Phoenicia Marci Episcopi* . Biblus, & Byblus,*Gibelet*. Urbs Phoenicis apud Adonii fluminis ostia, inter Tripolim , & Berytum oræ ejusdem urbes præclaras, excelso loco sita, non procul à mari . Hic error primi Cabilonen. vitandus , *Marcum Bilbili Urbi Hispanica* tribuentis . Menologium Basilii hac eadem die alium *Marcum* promit ex Antiochia Pisidiæ Niceam adductum, ibique cum sociis obtruncatum.

(h) *Ravennæ Aderiti Episc.*Florar.Ms. *Et Discipulus S. Apollinaris ejusdem Urbis Episcopi.*

Labia deosculabitur , qui recta verba respondet. Prov. 24.

(a) *Ægeæ Sanctorum Martyrum Cosmæ, & Damiani Fratrum* . Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Ad Acia Civitate Cosme , & Damiani* . Martyrolog. Corbejen. & Bluman. *Aducia Civitate* .

Disceptatio Topographica.

Sed pro Romano Martyrologio stant Usuard. Ado , Rabanus , & Notker. qui horum Sanctorum natale apud *Ægeam* Ciliciæ Urbem recolunt. Item Ferrarius in Topographia ad hoc Romanum Martyrol. refert, hos Martyres patria urbis *Ægea* fuisse ; & Acta apud Surium hac die subcollant : *Ibi sub Lycia Præside passos* .

Nihilominùs hęc Acta ambagibus referta videntur ; indicant hos Sanctos *Ægeæ* natos , & dein , quòd se esse *Arabes* coram Judice profitentur : *Nos, si vis scire, Arabia Provincia Cives sumus.* Quamobrem *Ægis in Sicilia* Saussayus hac ipsa die legit ; at nomen minùs *Arabiæ* commodum,ex quo Apographa Martyrologii S. Hieronymi , ut has ambages vitarent , *Adacia Civitate* protulere , sivè *Acia*, aut *Acila* , vel corruptè *Aducia* . Acila namque emporium est Arabiæ Regionis Plinio. In Arabia felice Promontorium Straboni .

Eminentissimus Baron. in notis admonet , hos Sanctos Cosmam , & Damianum esse illos,de quibus Gręci ad 1 Julii,& ad 17. Octob.

Ast ex tribus Anargyrorum coniugationibus penès Arcudium in Menolog. Basilii, quibus & eodem Cosmæ & Damiani nomine fuerunt , & Medicinæ artem tractaverunt, & Anargyrorum cognomen habuere ; hi non videntur . Menologium namque Canisii ad 1. Julii agit : *De Cosma , & Damiano* Romanis , *Anargyrorum cognomine , Medicina artem tractantibus , qui cùm Roma degerent , præceptore invidensi per dolum ab eo in mon-*

tem per ſimulationem legendi herbas deducti, lapidibus obruti ſunt. Et ad 17. Octobris de aliis ſine loci nota: *Eadem die certamen Sanctorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani, fratrumque illorum Anthimi, Leontii, & Eutropii*. Quod idem in Menologio Baſilii. Quemadmodum de Coſma & Damiano Medicis Theodotæ pientiſſimæ fœminæ filiis, vita quieta perfunctis in loco *Phereman* nomine ſepultis, eadem Menologia Caniſii, & Baſilii ad 1. Novemb. de Coſma verò & Damiano Ægęenſibus nulla mentio in his Menologiis. Ex quo elicitur, nil certi de quibus Medicis Anargyris, & gratuitis Coſma & Damiano hac die ſignandum, cùm ex adductis Menologiis omnes producti ſub nomine Coſmæ & Damiani, quàm hac die recenſeantur; maximòpere quòd aliundè hac ipſa die Kalendarium Fronti, & Sacramentarium Gregorii recolunt Coſmam & Damianum Medicos Romanos; undè vèl omnes hac die colendi, vel Romanum Martyrologium, ſignando tantùm Coſmam & Damianum Ægęos, eſſet aut mutilum, aut dubium; ut igitur ex his ambagibus immune ſit, & majori ſapientia prædìti adjudicaverint, nullo expreſſo loco, ut in prælibatis Menologiis Baſilii & Caniſii, auſpicetur: *Natale Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani, qui in perſequutione &c.*

xxvj. 25 E Quarto Kalendas Octobris. Luna. 28

* *Initium ſecundi Menſis Ægyptiaci Paophi, ſeù Babæ*. Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardin. Noris.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

A B C D E F F G H M N P

25 26 27 28 29 1 30 1 2 3 4 5

IN Boèmia ſancti VVenceslài Ducis Boemòrum & màrtyris, ſanctitàte, & miràculis gloriòſi, qui in domo fratris ſui necàtus, victor pervènit ad palmam. (*a*) Romæ ſancti Privàti martyris, qui ulcèribus plenus, à beàto Callìſto Papa ſanàtus, inde ſub Alexàndro Imperatòre ob Chriſti fidem plumbàtis cæſus eſt uſque ad mortem. (*b*) Ibìdem ſancti Stactèi màrtyris. (*c*) In Africa ſanctòrum màrtyrum Martialis, Laurèntii, & aliòrum viginti. (*d*) Antiochìæ Piſidìæ ſanctòrum martyrum Marci paſtòris òvium, Alphìi, Alexàndri, & Zòſimi ejus fratrum, Nicònis, Neònis, Heliodòri, & triginta militum, qui ad miràcula beàti Marci credèntes in Chriſtum, divèrſis in locis, variiſque modis martyrio coronàti ſunt. (*e*) Eòdem die pàſſio ſancti Maximi ſub Dècio Imperatòre. (*f*) Tolòſæ ſancti Exupèrii Epìſcopi & confeſsòris, qui beàtus vir quantùm ſibi extiterit parcus, quantùmque àliis largus, ſanctus Hieronymus relàtu proſecùtus eſt memoràbili. (*g*) Genuæ ſancti Salomònis Epìſcopi & confeſsòris. (*h*) Brixìæ ſancti Silvìni Epìſcopi. (*i*) Eòdem die ſanctæ Euſtòchii vìrginis, filiæ beàtæ Paulæ, quæ ad Præsèpe Dòmini cum àliis virginibus enutrita, præclàris mèritis fulgens migràvit ad Dòminum. (*k*) In Germània ſanctæ Lìobæ vìrginis, miràculis claræ. (*l*)

(a) *VVenceslai*. Martyr an. 938. Baron. eo an. n. 6. Ann. 918 Sigebert. in Chronic. Anno 936. Pagi t. 3. eo ann. nu. 6. Die 4. Martii Ms. Pragen. Martyrol. Colonienſ. cuſum anno 149. Greven. Caniſ. Ferrar. & alii.

(g) *Exuperii Epiſc.* Die 8. April. Maurol. Caniſ. & Ferrar.

(l) *Lioba Virgin.* Cir. 725. Baron. eo anno n. 14. Circ. 800. Vita.

(h) *Baron. an. 938. n. 6. Æneas Sil. hiſt. Boem. c. 14. & 15. Joan. Dubran. hiſt. Boem. lib. 4. & 5. & Sur. t. 7. prior. edition.* (b) *Baron. an. 226. n. 3. & Sur. tom. relat. in Act. S. Calliſti Pap. ad 14. Octob.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 262. Uſuard. & alii*. (d) *Baron. an. 253. n. 52.* (e) *Baron. an. 305. num. 16. & Græci in Menologio*. (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ann. 386. nu. 3. an. 394. n. 98. an. 404. n. 126. an. 405. n. 60. & an. 406. n. 35.* (h) *Baron. an. 441. num. 10. & 12. & Petr. in Catal. lib. 11. c. 265.* (i) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Brixien. & Capreol. in Annalib. Brixiæ*. (K) *Baron. an. 382. n. 41. an. 398. n. 17. ann. 409. n. 14. an. 416. n. 32. & an. 419. n. 98. & ſequ.* (l) *Baron. an. 725. num. 14. Sur. t. 5. prioris edition. & Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedicti.*

Græci

Testimonia credibilia facta sunt Psalm. 92.

Græci in Menologio *Baruch* hac die his verbis memorant: *Commemoratio Sancti Prophetæ Baruch*. Romanum quidem Martyrologium omnes Prophetas, uti par est, recenset, & illorum Prophetias Ecclesia recitat in Breviario Romano, & Missali.

(c) *Romæ Stactei Martyris*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Roma natalis Stactæ*. Ms. Roman. Vatican. S. Petri: *Stracti*. Petr. de Natal. *Stacteus Confessor Romæ quievit 4. Kal. Octobris*: Maurolyc. *Romæ Stractei Præsulis*. Ferrar. Catal. SS. Italiæ hac die: *Apud Bedam Sterteum legi, apud alios Stateum*. An *Sterteus*, *Stateus*, *Stacteus* pro uno codemque Martyre accipiendi, addubitandum.

Cardinal. Baronius in notis pro uno Martyre asserit. Petr. tamen de Natal. & Maurolyc. ex vetustis Martyrologiis *Stacteo* aliquam differentiam addunt, nempe tò *Episcopum*, nisi hac die duo *Stactei* Romæ colendi, alter *Martyr*, alter *Episcopus*.

(d) *In Africa Martialis, Laurentii, & aliorum viginti*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Martialis, Laurenti, Gurgili, Marii, Faustini, Victoris, Candidæ, Variæ, Longera, Celennæ, Donata, Leæ, Luciosæ, Emili, Placedi, & aliorum xx. Longæ, Victoria, Prisca*. Martyrol. Antuerpien. seù Sancti Vuillibrordi: *In Africa Marcialis, & aliorum xx. Levi .... Longa, Secunda, Valeria, Donata, Leæ, Luciosa, Emili, Gageli, Placidi, & aliorum xx. Item Longæ. Item Victuria, Prisci*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Laurentii, Faustini, Victuriæ, Candida, Valeriæ, Donata, Lucæ, Luciosa, Gagili, Placidi, & aliorum multorum, Longini, Victuria, Prisciniani*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Lætien. S. Lamberti: *In Africa Martialis, Laurentii, Faustini, & Candidi*. Ms. Tornacen. Monast. S. Martini: *In Africa Martialis, Marii, Faustini*. Ms. Vatican. *In Africa Martialis, Lauri*.

Baron. in not. Martialis, & Sociorum docet meminisse Cyprianum Epist. 21. edit. Pamel. At quia idem Cyprian. Epistol. 34. Laurentinum vocat, fatetur Baronius se fluctuare, an putandi iidem.

(g) *Tolosa Exuperii Episcopi & Confessoris*. Tolosa, *Tolouse* Gallis, *Tolosa* Italis. Urbs Galliæ Aquitaniæ antiqua, ad Garumnæ fluminis citeriorem ripam, media quasi inter Narbonem, & Burdigalam: Metropolis, & caput Regionis Occitanæ, ubi multa antiquitatis, & magnitudinis monumenta. Mss. Tornacen. & Lætien. *Eodem die Exuperii Episcopi*, sine loci nota.

Nisi perhibeant testimonium, quis leget S. August. Serm. 69. de divers.

Baron. ad an. 405. & in not. unum Exuperium recenset Presbyterum, & Rhetorem. Duos verò Pagi tom. 2. ad ann. 416 num. 10. alterum Rhetorem tempore Constantini Magni an. 335. alterum Episcopum Tolosanum an. 409 Martyrolog. Reginæ Sueciæ Ms. penès Holstenium ad 1. August. alium Exuperium Episcopum promit: *Bajocas depositio Exuperii Episcopi*.

(h) *Genuæ Salomonis Episcopi*. Genua, *Genova*. Urbs Liguriæ maritima antiquissima, & præclarissima, totius oræ Ligusticæ caput, emporiumque famosissimum, Curuo litori imposita. Martyrolog. Corbejen. *Genua Civitate depositio Salonii Episcopi & Confessoris*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Genua Civitate Salvini Episcopi*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. ac Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Gallia Civitate Genua depositio Sancti Saloni Episcopi & Confessoris*. Usuard. Appendix ad Adonem, & Ms. Sancti Sabini de Levitania: *Soleni*; at vitium Librarii pro *Saloni*. Canisius ad oram Libri, *Salomonis* notat. Verùm hic *Salomon*, aut *Salon*, videtur alius, & pro Genua, *Geneva Allobrogum*, seù *Gallia*.

Baronius quidem in notis sanè Usuardum arguit, qui hunc Salomonem *Salonium* vocavit, quùm diversum putet Salomonem à Salonio in Galliis Episcopo, & S. Eucherii coævo. Adstipulanturque Bellin. Maurolyc. & Galesinius. Rursùs Baronius ibidem adscit, ipsum *Salonium* vigesimumprimum Episcopum *Lugdunensem* fuisse. Sammarthani verò Salonium vigesimumprimum Episcopum *Genevensem* numerant, qui Concilio Lugdunensi anno 567. interfuit, & Concilio Parisino 4. an. 573. & sine addita Sanctitatis nota. Verùm Hagiologium Franco-Gallicum Labbei die sequ. panditat: 3. *Kalend. Octobris Civitate Januis S. Salonis Episcopi & Confessoris*. Si tamen hic *Salonius* sit alius, Scriptores Gallici decernant.

xxv.xxiv. F Tertio Kalendas Octobris. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

(a) *Memoria B. Michaelis Archangeli.* An. 488. Sigebert. An. 533. Chron. Metenſ. Anno 494. Labbeus t. 1. Bibliothec. An. 506. Chron. S. Michaelis Britanniæ Minoris.
(c) *Gudelia.* Martyr cir. 347. Græci in Menolog.

IN monte Gargàno veneràbilis memòria beàti Michaèlis Archàngeli, quando ipsius nòmine ibi conſecràta fuit Ecclèſia, vili quidem facta ſchèmate, ſed cœlèſti prædita virtùte. (*a*) In Thràcia natàlis ſanctòrum màrtyrum Eutychii, Plauti, & Heraclèæ. (*b*) In Pèrſide ſanctæ Gudèliæ màrtyris, quæ cùm plùrimos convertiſſet ad Chriſtum, ac Solem, & ignem adoràre noluiſſet, ſub Sapòre Rege poſt multa tormènta, cute càpitis detràcta, ligno affixa mèruit obtinère triùmphum. (*c*) Ibidem ſanctòrum màrtyrum Dadæ, Sapòris Regis conſànguinei, Caſdoæ uxòris, & Gabdèlæ filii, qui honòribus ſpoliàti, ac vàriis tormèntis dilaniàti, poſt longos càrceres glàdio ſunt animadvèrſi. (*d*) In Armènia ſanctàrum vìrginum Ripſimis, & ſociàrum màrtyrum ſub Tiridate Rege. (*e*) Antiſiodòri ſancti Fratèrni Epìſcopi & màrtyris. (*f*) In Pontecùrvo apud Aquìnum ſancti Grimoàldi presbyteri & confeſsòris. (*g*) In Pàlæſtina ſancti Quirìaci anachoritæ. (*h*)

(d) *Dadæ, & Soc.* Circ. 243. Act. Græcorum.
(e) *Ripſimis, & Soc.* Die ſequ. Græci. Die 27. Octobris Acta apud Sur.
(h) *Quiriaci.* Obiit ætatis 103. Acta.

(a) *Baron. an. 60. n. 20. & ſeq. & an. 493. nu. 42. Petr. de Natal. lib. 9. c. 130. & Sur. t. 9. poſterior. edition.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. num. 264. Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (d) *Iidem ibidem.* (e) *Baron. an. 311. n. 22. Graci hac die, Lippoman. t. 6. & Sur. tom. 5. prior. edit.* (f) *Baron. in not. Demochar. de Sacrific. Miſſ. Uſuard. Ado, & alii.* (g) *Baron. in not. & Tabul. Eccleſ. Aquinat.* (h) *Baron. an. 532. n. 13. & Græci in Menol.*

Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Prov. 9.

(a) *In Monte Gargano memoria Michaelis Archangeli.* Mons Garganus, *Monte di S. Angelo*, Apuliæ Dauniæ, in mare Hadriaticum inſtar Peninſulæ excurrit, in cujus ora Sypontum urbs everſa, cui Manfredonia ad milliarium ſubſtituta. In Monte Fanum S. Angeli Sancto Michaeli Archangelo dicatum, & ſumma veneratione à finitimis populis colitur. Raban. III. *Kal. Dedicatio Eccleſiæ S. Angeli Michaelis in Monte Germano*; at vitium *Germano*, pro *Gargano*. Sacramentar. Gregorii: *Dedicatio Baſilicæ S. Michaelis*. Et Kal. Fronti: *Dedicatio Eccleſia S. Archangeli* Græci in Menologio hanc Dedicationem ſignant, ſed die 8. Junii, & 6. Septembris memoriam agunt S. Michaelis Archangeli.

(b) *In Thracia Eutychii, Plauti, & Heracleæ.* Thracia, *Romania* Italis; Regio Europę, inter Hamum montem in Septentriones, & Mare Ægæum in Auſtrum contenta. Ad occidentem verò Neſus fluvius. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Tracia Eutici, Plaudi, Placidi, Ambuti, Eraclia, Tracia.* Martyrolog. Epternacen. *Civitate Eracla Eutici, & Plauti, Placidi, Ambodi.* Martyrol. Corbejen. *In Thracia Eutici, Plauti, Planoiti, Ambuti, Araclia. Thracia, Donata.* Maurolyc. *In Tracia Abdera Civitate Eutichii, Plauti, Heraclea.* Petr. de Natal. *Eutichius Epiſcopus, Plautus, & Heraclas Martyres paſſi ſunt in Thracia* III. *Kal. Octobris.* Uſuard. *Heracleæm* pro *Heraclea.* Beda *Platum* pro *Plauto.* de Peregrin. *Paulatum.*

Amanti Doctrinam multa concedetur doctrina. S Ephr. Syr. apud Voſſ.

(f) *Antiſiodori Fraterni Epiſcopi & Martyris.* Apographa Martyrol. S. Hieronym. & Mss. Attrebaten. Eccleſię S. Marię, Tornacen. Monaſt. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Antiſiodoro depoſitio S. Fraterni Epiſcopi.* Martyrolog. Pulſanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolorum, Hagiolog. Labbei, & de Peregrinis: *Epiſcopi & Confeſſoris.* Sauſſayus: *Epiſcopi & Martyris.* Uſuardus verò, & Bellinus *Confeſſorem* vocant. Sammarthani tamen hiſtor. Epiſcopor. Antiſiodorenſ. c. 9. 3. *Kal. Octobris Fraterni Epiſcopi, qui eodem die Conſecrationis, à Barbaris Urbem vaſtantibus eſt Martyrio coronatus.*

(g) *Grimoaldi Presbyteri & Confeſſoris.* Romæus in Catal. *Bombioci, quod eſt Calabriæ oppidum prope Thenpſam S. Cyriaci Monachi Ordinis Baſiliani.*

xxiij. E Pridie Kalendas Octobris. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

IN Bèthlehem Judæ depositio sancti Hierònymi presbyteri, & Ecclèsiæ Doctòris, qui òmnium stùdia literàrum adèptus, ac probatòrum monachòrum imitàtor factus, multa hæresum monstra glàdio suæ doctrìnæ confòdit: demum cùm ad decrèpitam usque vixìsset ętàtem, in pace quièvit, sepultùsque est ad Præsèpe Dòmini: cujus corpus pòsteà Romam delàtum, in Basìlica sanctæ MARIÆ Majòris cònditum fuit. (*a*) Eòdem die sancti Leopàrdi màrtyris, ex domèsticis Juliàni Apòstatæ, cui caput Romæ amputàtum fuit, & corpus ejus Aquisgrànum pòsteà translàtum. (*b*) Solodòri in Gàllia pàssio sanctòrum màrtyrum Victòris, & Ursi ex gloriòsa legiòne Thebæòrum, qui primò sub Maximiàno Imperatòre diris supplìciis excruciàti, sed cœlèsti super eos lùmine coruscànte, ruèntibus in terram minìstris, erèpti; deinde in ignem missi, sed in nullo pènitùs læsi, novissimè glàdio consummàti sunt. (*c*) Placèntiæ sancti Antonìni màrtyris, ex eàdem legiòne. (*d*) Eòdem die sancti Gregòrii Epìscopi magnæ Armèniæ, qui sub Diocletiàno multa passus, tandem in pace quièvit. (*e*) Cantuàriæ in Anglia sancti Honòrii Epìscopi & confessòris. (*f*) Romæ natàlis sancti Francìsci Bòrgiæ Societàtis JESU, de quo sexto Idus Octòbris festum celebràtur. (*g*) Ibìdem sanctæ Sophìæ vìduæ, matris sanctàrum vìrginum Fidei, Spei, & Charitàtis. (*h*)

(a) *Hieronymi*. Obiit ætatis 95. Baron. ann. 420. nu. 39. Ætatis fermè 90. Mabillon. t. 2. Analect. pagina 42. Ætatis 88. & mensibus sex. Pagi t. 2. ad ann. 420. nu. 21. Quo anno, & cujus ætatis, incertum apud Victorium.

(d) *Antonini*. Die 4. Julii Placentiæ. Hæc dies, dies Translationis Baron. in not. Die 13. Novembr. dies Translationis. Ferrar. ad 4. Julii.

(f) *Honorii Episc.* Obiit an. 653. Baron. eo an. nu. 11. Ann. 654. Beda.

(g) *Francisci Borgiæ*. Obiit an. 1572. Vita.

(a) *Baron. an. 372. n. 40. An. 382. n. 25. & an. 420. n. 39. & plerique alii Scriptor.* (b) *Baron. an. 297. n. 15. & Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belg.* (c) *Baron. an. 608. n. 14. & Sigebert. in Chronic. ad an. 608.* (d) *Baron. an. 297. Petr. in Catal. lib. 8. c. 33. & Campius hist. Eccl. Placentin. Italicè edita.* (e) *Baron. an. 311. n. 21. & an. 325. n. 28. Græci in Menologio, Nicephor. lib. 8. c. 14. & 35. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition. hac die.* (f) *Baron. ann. 653. nu. 11. Beda hist. Angliæ lib. 2. c. 2. & 19. & Trithem. lib. 3. c. 62. & lib. 4. c. 54.* (g) *Breviar. Roman.* (h) *Baron. an. 122. n. 2. Metaphrast. Mombrit. & alii.*

Sententiam puram labia loquuntur. Job 33.

(a) *In Bethlehem Judæ depositio S. Hieronymi Presbyteri*. Bethlehem, Plinio *Betholene*, Italis *Bettelemme*. Urbs Palęstinæ in Judæa Hierosolymis proxima, nunc diruta, paucis ædibus, & templis adhuc extantibus. Cardinal. Baron. in not. suadet ex Prospero in Chronic. hunc Sanctum ex hac vita migrasse: *Theodosii Nonum, & Constantii Tertium Coss. est is annus à Christo Domino (secundùm veriores Chronographos) quadrigentesimus vigesimus.* Pagi tamen t. 2. ad eum annum 420. animadvertit laudatum Prosperum, scripsisse S. Hieronymum obiisse: *Pridie Kal. Octobris ætatis suæ xcv.* & natum sub Consulatu Bassi, & Ablavii, anno cccxxxi. à quo usque ad 420. sunt anni nonaginta extremo incompleto, & non nonagintaquinque, ut ipse Prosper, & Baron.

Purus sermo habet doctrinam, & intelligentiam. Job. 11.

(d) *Placentiæ Antonini Martyris*. Placentia, *Piacenza*; Urbs Galliæ Togatæ Cispadanæ, sivè Æmiliæ, antiqua Romanorum Colonia, apud Padum flumen, nec procul à Trebia, ubi Pado commiscetur. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Antuerpien. Sancti Vuillibrordi: *In Placentia Civitate S. Antoni*, seù *Anthoni*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *Antonini*. Martyrolog Corbejen. *Martyris*. De Peregrinis:

Con-

Confessoris. Acta tamen satis Martyrium indicant, & Petr. in Catal. jungit hunc Antoninum cum Mauritio Martyre. Plura de hoc Sancto Florentinius eruditè cumulat hac die, & ad 3. Septembris.

(e) *Gregorii Episcopi*. Acta, & Tabulæ Eccles. Neapolitan. ad Rom. Martyrol. subcollant: *Caput ejus Neapolim translatum in Ecclesia ejus nomine ædificata*.

(h) *Romæ Sophiæ Viduæ, matris Fidei, Spei, & Charitatis*. De Peregrin. *Eodem die S. Sophia Viduæ*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Romæ passio S. Sophiæ cum tribus filiabus suis Pistis, Elpis, & Agapis*. Ms. Rom. Barberinian. sine loci nota: *Sanctarum Pistis, Elpis, Agapis, Sophiæ*.

OCTOBER.

	xxij.	A				Kalendis Octobris.					Luna.										1
* Græcis *Hyperberetheus*.	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u		
	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27		
				A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
				28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8						

(a) *Remigii Episc.* Obiit an. 542. Baron. An. 543. Sigebert. in Chronic. Anno 533. Cointius. An. 530. Pagi t. 2. ad an. 541. nu. 10.

REmis in Gàllia sancti Remìgii Epìscopi & confessòris, qui gentem Francòrum convèrtit ad Christum, Clodovèo ipsòrum Rege sacro fonte baptìsmatis, & fidei sacramèntis initiàto: & cùm annos plùrimos in Episcopàtu explèsset, sanctitàte, & miraculòrum virtùte conspìcuus decèssit è vita Idibus Januàrii: ejus tamen festìvitas hac die recòlitur, qua sacrum ipsius corpus pòsteà fuit translàtum. (a) Romæ beàti Arètæ màrtyris, & aliòrum quingentòrum quàtuor. (b) Tomis in Ponto sanctòrum màrtyrum Prisci, Crescèntis, & Evàgrii. (c) Ulyssipòne in Lusitània sanctòrum màrtyrum Veríssimi, Màximæ, & Jùliæ soròrum ejus, qui in persecutiòne Diocletiàni passi sunt. (d) Tornàci sancti Piatònis presbyteri & màrtyris, qui cum beàto Quintìno, ejùsque sòciis ab urbe Roma in Gàlliam prædicatiònis causa perrèxit, ac pòsteà in persecutiòne Maximiàni consummàto martyrio migràvit ad Dòminum. (e) Thessalonìcæ sancti Domnìni màrtyris sub eòdem Maximiàno. (f) In Portu Ganda sancti Bavònis confessòris. (g) Urbe Vèteri sancti Sevèri presbyteri & confessòris. (h)

(g) *Bavonis*. Obiit ann. 631. Baron. eo anno n. 15. Ann. 630. Sigeb in Chronic. Anno 657. Henschen. ad 6. Februar. in Vit. S. Amandi. Ann. 653. Mabillon. Sæcul. 2. Benedict. Anno 649. Pagi t. 2. ad an. 631. nu. 13. Die 10. Maii Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(a) *Baron. an. 471. n. 34. An. 499. n. 15. & seq. an. 542. & an. 843. n. 11. Sigebert. de vir. illust. c. 123. Trithem. de vir illust. Ordin. S. Benedict. lib. 2. c. 52. & lib. 4. c. 198. & Flodoard. lib. 1. cap. 20. & 21.* (b) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii*. (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 303. n. 138. Vasaus in Chronic. Flos Sanctor. hispan. & Thesaur. Concion. t. 2.* (e) *Baron. ann. 303. nu. 131. Petr. in Catal. lib. 9. c. 11. Miræus hist. Floriacens. lib. 5.* (f) *Baron. an. 304. n. 49. & Græci in Menologio hac die*. (g) *Baron. an. 631. n. 15. Sigebert. de vir. illust. c. 171. Sur. t. 5. prior. edition. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 10.* (h) *Baron. in not.*

Erudimini qui judicatis. Psalm. 2.

(a) *Rhemis in Gallia Remigii Episcopi*. Rhemi, quo nomine non tam Urbs, quàm Populi exprimuntur: etiam *Duro Cotortum* dicta *Reims*. Urbs Galliæ Belgic. antiquissima Campaniæ Metropolis, ubi Reges Galli inaugurari solent, in planitie Vela fluvio irrigata. Hìc oleum, quo Reges inunguntur cùm coronantur, cœlitus missum in ampulla Clodoveo primo Rege Christiano ad hæc usque tempora non sine miraculo durat. Media inter Lutetiam Parisiorum, & Metim Mediomatricum Metropolim. *Remigii Episcopi*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi, aliaque tum Mss. quàm cusa, item Notker. & Menar-

Nullus sine sapientia benè judicat. S. August. de liber. arbitr.

nardus ad Sacramentar. Gregorii pagin. 182. *Remedium* promunt; verùm *Remigius* legendum.

(c) *Temis in Ponte Prisci, Crescentis, & Evagrii*. Martyrol. S. Vuillibrordi percurrit: *Crescentis*. Ms. Roman. Barberinian. *In Civitate Tumis Prisci, Crescenti, Evagri, & Sancti Meloti*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Thumis Civitate Prisci, Criscenti, Evagri Denegothia, Faustini, Martialis, Januarii*, Martyrologium Corbejen. *Prisci, Faustini. Martyris, Alexandri, Eopropi, Saturnini, Spei, Primi, Donati, item Digna, Passio Prispi. In Themis Julii*.

(d) *Ulysippone in Lusitania Verissimi, Maxime, & Julia Sororum ejus, in persecutione Diocletiani*. Ulysissippo, *Lisbona*. Urbs Hispaniæ Lusitaniæ, apud Ostia Tagi fluvii, Portugallici Regni caput, nobilissimaque Regia, urbs maxima totius Hispaniæ, ac cum primis Europæ conferenda. Florus Addit. ad Mss. Tornacen. & Lætien. *Elisippona Civitate Verissimi, Maximi, & Julia, qui passi sunt sub Datiano Præside*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ *Julii* pro *Julia*. De Peregrin. *Apud Provinciam Lusitanam Civitate Esaponia Verissimi, Maximæ, & Julia sororum*; reliquum Romani Martyrologii silet.

(h) *Severi Presbyteri*. Roman. hoc Martyrolog. ut alium indicat ab illo ad 15. Febr. de quo protulit: *In Provincia Valeria Severi Presbyteri*. At Ferrar. & Maurolyc. autumant esse eumdem, de quo S. Gregorius ea die natalem celebrat; Et quod hac die Kal. Octobr. translatio aut alia festivitas recolatur: Subdendo ea die Maurolyc. *Corpus Treviris extare Tabulæ Trevirenses testantur, cum Urbe vetere asservari fama sit*.

(g) *In Portu Ganda Bavonis Martyris*. Ganda Portus, Gandavum, seu Ganda priùs dicta Flandriæ in ora litorali, ac ob maris recessum portum esse desiisse. Ms. Roman. Barberinian. *Et alibi Vedasti, Pavonis, & Pietonis*. At non Pavonis, sed *Bavonis*, & videtur alius.

Disceptatio Chronologica.

(e) *Tornaci S. Piatonis Presbyteri in persecutione Maximiani*. Tornacum, *Tornay*, Germanis *Dornick*. Urbs antiquissima Belgii, Metropolis Nerviorum, Scalde fluvio divisa, media quasi inter Cameracum, & Gandavum. Petrus de Natal. lib. 9. cap 11. prostat hunc *S. Piatonem* in Galliam profectum, non cum *Quinctino*, ut Romanum Martyrologium; sed cum *Dionysio*, qui secundùm Eminentissimum Annalistam Baronium ad an. 109. nu. 38. sub *Trajano* Martyrii agonem consummavit.

At Tabulæ Ecclesiæ Tornacensis, & Molan. in Indic. SS. Belgii ferunt, S. Piatonem cum Quinctino Tornacum in Galliam prædicationis causa pertexisse, & martyrium consummasse an. 303. Diocletiani, & Maximiani Imperator. anno vigesimo juxta Baronii supputationem, ad eum annum num. 13.

Verùm hoc non comperitur ita certum apud omnes, ut quàmplures non aliter sentiant, apud Sirmondum, Launojum, aliosque Gallicos recentiores historicos, qui de Sancti Dionysii controversia agunt, qua forsan ratione Martyrol. Egyptiac. in Schedis Antonii Caraccioli ex Cleric. Regular. ac Martyrol. Molani secundæ editionis: *Tornaci S. Piatonis Presbyteri, qui cum B. Dionysio Episcopo ejusque Sociis abiit de Roma, & Gallias prædicationis causa petiit, ac postea consummato martyrio migravit ad Dominum*; subducta persequutione, sub qua Martyr obiit.

Sed dato, quòd S. Piato in Galliam cum Quinctino profectus Martyr obiisset an. 303. non idcircò haud dubium erit, an eo ævo durante Diocletiani persequutione, Galliæ Martyrum sanguine exundassent, ut Balutius in not ad c. 16. Lactantii in Libello precum à Donatistis Constantino Magno oblato, apud Optat. Milevitan. lib. 1. *Rogamus te Optime Imperator, quoniam de genere justo es, cujus Pater inter cæteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia, petimus, ut è Gallia nobis Judices dari præcipiat pietas tua*. Adstruit Eutropius initio lib. 10. ubi de *Constantino*, in hac persequutione Gallicum sanguinem fusum non fuisse, his verbis: *Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipuè. quod Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinosam temeritatem evaserant*. Ex his igitur Scriptoribus, Galliæ ab hac persequutione immunes fuere.

Adversùs tamen hos Scriptores reclamant historiæ plurimarum Galliç Civitatum, & Provinciarum, quç sub hac persequutione suos Martyres buccinant, ita ut vix ulla Civitas fuerit intra Gallias, quæ tunc Fidelium sanguine non madduisse dicatur.

Sed Balutius autumat, hoc contigisse initio, consuetudine, & solito Gentilium furore, quo quàmplures Christiani in Gallia aliquando cæsi, præcipuè Constantino contra Barbaros occupato, ut Bosquet. lib. 4. hist. Eccl. Gallicanæ. Elicitur ex Eusebio in fine libri de Martyribus Palæstinæ: *Nam quæ alterius sunt Regiones, Italia videlicet tota, & Sicilia, Gallia quoque, & quæcumque ad occasum Solis porriguntur, Hispania, Mauritania, & Africa, cum vix duobus primis persecutionis annis integris furorem belli expertæ erant, Divini Numinis præsentissimum auxilium & pacem brevi sunt consecutæ*.

Nihilominùs hæc ipsis summis Scriptoribus Gallicis, ac Pagi tom. 1. ad an. 303. nu. 6, & seq. expendenda relinquimus, & lectoris arbitrio definire: Verùm ne modo Romani Martyrolog. lectio dubia sit, & sapientiores annuerint, nulla persequutione expressa, ut Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini, ac Martyrolog. Ægyptiac. prælaudatum, efferat: *Tornaci S. Piatonis Presbyteri, & Martyris, qui &c. ac postea consummato Martyrio migravit ad Dominum*

xxj. B Sexto Nonas Octobris. Luna. 2
a b c d e f g h i k l m n p q' r ſ t u
11 12 13 14' 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
A B C D E *F* F G H M N P
1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

Feſtum Sanctorum Angelorum. Die 1. Martii. Sauſſayus, Molan. Caniſ. Tamayus, & alii. Die 8. Novembris S. Michaelis & aliorum Angelorũ feſtum. Græci in Menolog.

(a) *Eleutherii Militis, et Socior.* Martyres an. 302. Baron. eo an. n. 30. An. 303. Pagi t. 1. ad eum an. n. 6.

FEſtum ſanctòrum Angelòrum Cuſtòdum. Nicomediæ ſancti Eleuthèrii mìlitis & màrtyris, cum àliis innùmeris: qui, cùm Diocletiàni règia incèndio conflagràſſet, falsò hujus crìminis accusàti, jubènte eòdem ſævìſſimo Imperatòre, acervàtim necàti ſunt: quorum àlii glàdiis obtruncabàntur, àlii ìgnibus cremabàntur, àlii in mare præcipitabàntur: ſed horum primus Eleuthèrius, cùm diu cruciàtus, per singula tormènta validior redderètur, martyrium victòriæ ſuæ, ìgnibus velut aurum examinàtus, complèvit. (*a*) In territòrio Attrebatènſi pàſſio beàti Leodegàrii Auguſtodunènſis Epìſcopi, quem vàriis injùriis, & divèrſis supplìciis pro veritàte afflìctum, Ebroinus Major domus règiæ Theodorici interfècit. (*b*) Item ſancti Gerìni màrtyris, fratris ejùſdem beàti Leodegàrii, qui ibìdem lapìdibus òbrutus eſt. (*c*) Antiochìæ ſanctòrum màrtyrum Primi, Cyrilli, & Secundàrii. (*d*) Conſtantinòpoli ſancti Theòphili mònachi, qui pro defenſiòne ſanctarum Imàginum à Leòne Isàurico ſævìſſimè cæſus, & in exìlium pulſus, migràvit ad Dòminum. (*e*) Herfòrdiæ in Anglia ſancti Thomæ Epìſcopi & confeſsòris. (*f*)

(b) *Leodegarii.* Martyr ann. 685. Baron. eo an. nu. 11. Ann. 678. Pagi to. 3. ad eum an. nu. 22. Die ſeq. Raban.

(f) *Thomæ Epiſc.* Obiit an. 1287. Vit. Die 15. Febr. Galeſin. ex Annalib. Anglor.

(a) *Baron. an. 302. n. 30. Euſeb. hiſt. lib. 8. Petr. de Natal. lib. 9. c. 14. Raban. Notker. & alii.* (b) *Baron. an. 685. n. 11. Sigebert. in Chron. ad an. 685. Petr. de Natal. lib. 9. c. 13. prior. edit. Trithem. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 235. & lib. 4. c. 173. Molan. Indic. SS. Belg. Ducheſnius t. 1. hiſt. Franc. coat. pag. 600. & Sammarthani.* (c) *Baron. an. 685. num. 15. & Molan. Addit. ad Uſuard. & Indic. Sanctor. Belgii.* (d) *Baron. in not. item Molan. hac die.* (e) *Baron. an. 731. n. 6. & an. 735. n. 2. item Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. & Sur. t. 5. prior. edition.*

Nemo ſcit niſi qui accipit Apocal. 2.

(a) *Nicomediæ Eleutherii militis, cum aliis innumeris.* Ms. Roman. Barberinian. *In Nicomedia S. Eleutherii*; nil aliud; Adſtipulanturque Apographa Martyrologii S. Hieronymi penès Florentinium. Alium *Eleutherium Martyrem in Cæſarea Cappadociæ* ad 27. Septembris retulere eadem Apographa, Appendix ad Adonem, & Ferrarius ex Tabulis Græcorum, ex quibus: *In Cæſarea Cappadocia S. Eleutherii Martyris ſub Hadriano.*

(b) *In territorio Attrebatenſi Leodegarii Auguſtodunenſis Epiſcopi & Martyris.* Attrebates *Araſſ*, & *Arazzo* Italis, urbs antiqua Belgii, Scarpa fluvio irrigata, Arteſiæ Regionis caput, *Origiacum* Ptolom. dicta. Urbs gemino muro diviſa, media inter Ambianum, & Tornacum. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Paſſio S. Leodegari Martyris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. ac Martyrol. Corbejen. & Veiſſemburgenſe: *In Gallia S. Leodegarii Epiſcopi & Martyris* ſilent *Epiſcopi Auguſtodunenſis*. Ado: *Apud Attrebates Villa Siricinio S. Leodegarii &c.* Notker. *In Atrates*; at mendosè. Hagiolog. vet. Franco-Gallicum Labbei: *In territorio Adartenſi paſſio B. Leodegarii Auguſtodunenſis Epiſcopi, quem variis injuriis, & diverſis ſuppliciis afflictum Ebroinus Major domus regiæ interfecit.* Martyrolog. Ms. Pulſanen. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apoſtolorum *Beroinus* effert. Mss. Roman. Monaſterii Sancti Cyriaci, Barberinian. & Vatican. S. Petri: *Alibi depoſitio Leodegarii Epiſcopi & Confeſſoris.*

In mente habe qualiter acceperis. Apocal. 3.

(d) *An-*

(d) *Antiochiæ Primi, Cyrilli, & Secundarii*. Apographa Martyrologii S. Hieronym. Lucen. Bluman. & Corbejen. *In Antiochia Primi, Quirilli, Pitimi*. Apographum vetustissimum Antuerpien pro Pitini, *Epesini*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Antiochia Primi, Quirilli*. Ms. Barberinian. Rom. *Et Secundiani*. Maurolyc. & Galesin. *Antiochia Primi, Cyrilli, & Secundiani*.

(e) *Constantinopoli Theophili Monachi*. Græci in Menolog. *Natalis S. Patris nostri Theophili, qui fuit Monachus Religiosus, & timens Deum, sub Leone Isaurico, cujus impietatem, & execrabile odium in venerabiles imagines evertendas, & ejus hæresim in faciem exprobans, redarguit impium nefarium Antichristi præcursorem, & desertorem Christi appellans, aliaque similia obiiciens, quibus ad iram incitatus, primùm verberari eum jussit, & in carcerem conjici; inde postmodum eductus, Sanctas Imagines abnegare cogitur, quod omnino renuens, dira passus in exilium eiicitur, ubi in pace quievit.*

xx.	C			Quinto Nonas Octobris.				Luna.									3
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28 29
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
			1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			

(c) *Duorum Evvaldorum*. Martyres anno 693. Baron. eo an. nu. 9. Ann. 724. Codex Duchesnii. Anno 695. Pagi to. 3. ad an. 693. n. 4.

(f) *Gerardi Abbatis*. Obiit an. 958. Baron. eo an. n. 2 & in not. Ann. 959. Pagi t. 3. ad an. 958. n. 2.

ROmæ ad Ursum pileàtum sancti Candidi màrtyris. (*a*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Dionysii, Fausti, Caii, Petri, Pauli, & aliòrum quàtuor, qui primò sub Dècio multa passi, demum sub Valeriàno ab Æmiliàno Præside diu tormèntis vexàti, martyrii palmam meruèrunt. (*b*) Apud antiquos Sàxones sanctòrum màrtyrum duòrum Evvaldòrum, qui cùm essent Presbyteri, & Christum ibi prædicàre cœpissent, comprehènsi sunt à Pagànis, & occìsi: ad quorum còrpora noctu multa lux dìu appàrens, & ubi essent, & cujus essent mèriti, declaràvit. (*c*) In Africa sancti Maximiàni Epìscopi Bagajènsis, qui à Donatìstis iterùm atque iterùm sævissima passus, ex alta dènique turri præcipitàtus, & pro mòrtuo derelictus, glòria confessiònis illùstris pòstmodum quièvit in Dòmino. (*d*) In Palæstina sancti Hesychii confessòris, discìpuli sancti Hilariònis, & in peregrinatiòne sòcii. (*e*) Apud Belgas in diœcèsi Namurcènsi sancti Geràrdi abbàtis. (*f*)

(a) *Baron. in not.* (b) *Baron. an. 253. n. 101. & an. 260. n. 27. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 693. n. 9. Beda de gest. Anglor. lib. 5. c. 11. Sigebert. in Chron. ad ann. 693. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 139. & 140. Coint. ad an. 695. n. 2. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 15.* (d) *Baron. an. 402. n. 62. & an. 405. n. 21. & sequ.* (e) *Baron. ann. 372. n. 108.* (f) *Baron. an. 958. n. 2. & an. 959. n. 4. Sur. t. 5. prior. edition. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 270. Molan. Addit. ad Usuard. & Indicul. SS. Belgii, & Mabillon. Sæcul. 5. Benedict.*

Non possumus aliquid adversùs veritatem, sed pro veritate. 2. ad Corinth. 13.

Labium veritatis firmum erit, & in perpetuum. Prov. 12.

(a) *Roma Candidi*. Apographum vetustissimum S. Vuillibrordi: *Roma Candida*. Martyrolog. verò Monasterii Divitis Augiæ, seù Richenovien. *Candidi* aptiùs *Candidi* ex plurib. Codicib.

(b) *Eodem die Dionysii, Fausti, Caii, Petri, Pauli, & aliorum quatuor*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *S. Dionysii Episcopi & Martyris*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ: *Eodem die passio S. Dionysii*.

(c) *Apud antiquos Saxones passio duorum Evvaldorum*. Saxonia Regio Germaniæ magnæ amplissima. Frisium Orientalem, Thuringiam, Misniam, Lusatiam, Marchiam, & quæ nunc Saxonia dicitur, cum Ducatu Mechelburgensi olim complectens, hodie Saxonia dicta quidquid inter Visurgim ad Occidentem, & Albim ad Ortum, inter Thuringiam, & Misniam ad Meridiem, ac Holsatiam ad Septentriones continetur, in superiorem, & inferiorem divisa. Beda de gest. Anglor. *Duorum Evvaldorum, quorum alter Niger specie Hevvald, alter Albus Hevvl erant appellati, à Barbaris pro Christiana Religione in-*

interempti, & in Rhenum projecti sunt.

(d) *In Africa Maximiani Episcopi & Martyris*. Apographa. Martyrolog. S. Hieronymi: *In Africa Victoris, Urbani, Separgi*, aut *Sapargi*. Martyrol. Monasterii Divitis Augiæ, ac Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum S. Petri: *In Africa Victoris, Urbani*. Ms. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ: *In Africa Victoris, & Casti*.

Disceptatio Historico-Topographica Chronologica.

(b) *Eodem die Sanctorum Martyrum Dionysii &c.*

Lannojus in lib. de duobus Dionysiis, Sirmondus quoque in eadem dissertatione de duobus Dionysiis, & editione Conciliorum Galliæ; Aliique Sacræ Galliæ Scriptores, ac antiqua Martyrologia ferè omnia, uti & Romanum vetus, ferunt hac die Dionysium Areopagitam Episcopum Atheniensem, de quo hac eadem die Græci unà cum Fausto, Cajo, & Sociis, ut Romanum Martyrologium: & ad 9. Octobris alterum Dionysium Episcopum Parisiensem, ut ea die.

Eminentissimus Baron. in not. ad 9. Octobris sua spontione occurrit, altera harum dierum Natalem, altera verò Inventionem, aut forsan Translationem, sive denique Dedicationem Ecclesiæ Dionysii celebrari.

Sed nullum quidem extat Martyrolog. aut Monumentum, cujus lectura id deprehendi possit, quòd procul dubio in Apographis saltem Ecclesiæ Parisiensis, aut alterius Ecclesiæ Gallicanæ exponeretur: Quinimmo omnia ferè Martyrologia antiqua expresè pandunt in utraque die Natale, in duos, diversisque diebus compingendo Dionysios. Ita Usuardus Parisinus, Ado, Notker. Vespucius, de Peregrinis, ac Martyrol. Roman. vetus, et Mss. Neapolitana Pleschien. Pulsanen. & Sophian. apud Cleric. Regular. Sanctorum Apostolorum hac die buccinant: *Quinto Nonas Octobris Athenis Dionysii Areopagitæ, sub Hadriano diversis tormentis passi &c.* Et rursùs ad 9. Octobris: VII. *Idus Octobris Parisiis Dionysii Episcopi, cum sociis suis à Fescennino gladio animadversi*. Adstipulanturque Martyrologia Arvernen. Antisiodoren. Rhemen. Rodomacen. Augustodunen. Attrebaten. Trecen. San-Dionysii Turonen. & San-Dionysianen. olim.

Natal. Alexandri Sæcul. 1. suæ eruditissimæ histor. Ecclesf. par. 2. Differt. 5. obtrudit, laudata Martyrologia non indicare duos Dionysios, unum Athenis, alterum Parisiis passos, sed solùm bis memoriam unius, ut de Sancta Agnete Virgine & Martyre; aut unius Dionysii memoriam illis Urbibus celebrari: tametsi Parisiis, & non Athenis passi: exploratum in S. Ignatio Romæ Martyre, & in Antiochia ad 1. Februarii in Romano Martyrolog. culto; item in Sancto Paulino apud Phrygiam exule defuncto, & ad 31. Augusti Treveris signato, ac in aliis plurimis.

Verùm hæc Martyrologia, non solùm uniùs Dionysii memoriam diversis Urbibus, quamvis ibi non passi, aut aliis diebus bis celebrari, ut sæpe in hoc Romano Martyrologio, sed verè duos Dionysios discriminant, sub diversis diebus, Urbibus, sociis, ac Tyrannis; alterum scilicet cum Græcis hac die 3. Octobris: *Dionysium Areopagitam, & Atheniensium Episcopum sub Hadriano passum unà cum Fausto, Cajo, Petro, & Paulo, & aliorum quatuor*; alterum die 9. Octobris: *Dionysium Parisiensem sub Fescennino unà cum Rustico, & Eleutherio*. Ex quo Holstenius vir summus in Animadversis ad hoc Romanum Martyrologium sanè adnotat: *Omnia Martyrolog. Dionysium Atheniensem Episcopum & Martyrem, ab hoc Dionysio Parisiensi Episcopo itemque Martyre distinguunt, quos nunc omnes Hilduini authoritate malè confundunt.*

Adstruitque antiquissimus Quercetanus Turonensis in suis ad Bibliothecam Cluniacensem addit. notis pag. 160. scribendo: *Sed ut in S. Dionysio gradum sistamus, rem omnem paucis verbis terminat Martyrolog. Roman. vetus, quod Eribertus Rosuveydus vir in antiquitate peritissimus nuper evulgavit, Areopagitam enim Athenis, Parisiensem Lutetiæ, diversis, & temporibus, & diebus enarrat*. Quinimmò, & ante Rosuveydum Stephanus Paschalis in Iconibus Gregorio Turonensi hoc Carmen subscripsit.

Qui fuerit Græcus id ratione probatur:
Tempore quo nostro voluit Gregorium.

Item Presecnnius Epistol. ad Kedebium Chrysostomum tom. 2. Hispan. illust. col. 119. pluribus rationibus probare nititur, S. Eugenium Toletan. fuisse Discipulum non Areopagitæ, ut Uulgus autumat, sed Dionysii Parisiensis. Hugo Cardinal. in Act. 17. docet, Dionysium Areopagitam præfuisse Corintho; et Dionysius Carthusianus, Corintho, & Athenis: quinimmò Natalis ipse Alexandri sua histor. Ecclesf. Sæcul. 1. par. 2. Differt. 5. licèt affirmet: *Unum eumdem esse Atheniens. & Parisiens. verè Areopagitam*. Nihilominùs quùm ejus responsiones ad oppositum sint negativæ per logicam formam, demonstratione carent, & affirmativum tantùm probabile reddit, ut comperitur.

Quamobrem Innocent. III. post Concilium Lateranense ad B. Dionysii Cœnobium has literas Apostolicas misit: *Innocentius Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui S. Dionysii Parisiensis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Utrùm gloriosus Martyr, & Pontifex Dionysius, cujus venerabile corpus in vestra requiescit Ecclesia, sit ille censendus, qui Areopagita vocatur, diversæ sunt sententiæ diversorum; Quidam enim fatentur, Dionysium Areopagitam in Græcia fuisse mortuum, & sepultum; aliumque Dionysium extitisse, qui Christi fidem Francorum Populis prædicavit; Alii verò asserunt, illum post mortem B. Pauli venisse Romam, & à Sancto Clemente Papa in Galliam destinatum, aliumque fuisse, qui mortuus est in Græcia. Utrumque tamen egregium*

in

in opere, & sermone praclarum. Sed vestrum cupientes honorare Monasterium &c.

Sanè igitur Holstenius hac ipsa die in suis Animadversis hæret: *Utrùm omnia ea opera verè sint Dionysii Areopagita Discipuli S. Pauli Apostoli, qua vulgo extant hoc titulo, & eidem antiquissimo viro tribuuntur*. Modò quùm utriusque partis rationes summatim referat Scheltrat. par. 2. antiquit. illustr. Differt. 3. cap. 3. art. 3. & quæ suppetunt dicenda, fint eadem ferè, quæ & de pluribus Magdalenis, ac de aliis dicta: nè denuò impræsentiarum repetantur, solùm Lectori subiicimus, qualiter nonnunquam Ecclesia Romana ob graves occasiones, & causas quàmplures Sanctos uno eodemque nomine nuncupatos, licèt diversi sint, unico tamen officio, & celebritate eos complecti solet. Hoc igitur se tueri poterunt Recognitores Breviarii, & Martyrologii, atque editores, quando obiiceretur aliquid ipsis scriptum, editumque (v. g. de his duobus Dionysiis, de duabus Magdalenis, & similibus) tanquam à veritate historica alienum: quemadmodum, non unus Michael, sed plures sub eodem Michaelis nomine eodem die, & festo celebrantur, teste Suarez libr. 6. de Angel. cap. 10. num. 29. & hoc ipsum Romanum Martyrolog. die 6. Januar. sub uno Priscillæ nomine duas Priscillas recenset, & celebrat, ut Baronius in not. ad dictum diem. Hinc nè Parisienses ad 9. Octobris indignentur ob suum Dionysium raptum, & aliunde hæc trica sit penès Græcos, & Parisienses: sanior erit Romani Martyrologii lectio, dummodo majori sapientia præditi censuerint, ut cum Ms. Tornacen. proferat: *Eodem die S. Dionysii Episcopi & Martyris*.

xix. D Quarto Nonas Octobris. Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1

A B C D E F F G H M N P

2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

(a) *Francisci*. Obiit anno 1226. ætatis 46. Vita.

(d) *Petri*. Martyr an. 735. Sigeb. in Chronic. Ann. 742. Onuph.

Assìsii in Umbria natàlis sancti Francìsci confessòris, fundatòris Ordinis Minòrum, cujus vitam sanctitàte ac miràculis plenam sanctus Bonaventura conscripsit. (*a*) Corinthi natàlis sanctòrum Crispi & Caii, quorum mèminit sanctus Paulus Apòstolus ad Corinthios scribens. (*b*) In Ægypto sanctòrum màrtyrum Marci & Marciàni fratrum, & aliòrum penè innumerabìlium utriùsque sexus, atque omnis ætàtis: quorum alii post vèrbera, àlii post divèrsi gèneris horribiles cruciàtus, flammis tràditi, àlii in mare præcipitàti, nonnùlli càpite cæsi, plurimi inèdia consùmpti, àlii patibulis affixi, quidam ètiam càpite deòrsum verso, & pèdibus in sublime sublàtis, beatissimam martyrii corònam meruèrunt. (*c*) Damàsci sancti Petri Epìscopi & màrtyris, qui accusàtus apud Agarenòrum Prìncipem quòd fidem Christi docèret, lingua, mànibus, pedibùsque amputàtis, cruci affixus, martyrium consummàvit. (*d*) Alexandriæ sanctòrum presbyteròrum, & diaconòrum Caii, Fausti, Eusèbii, Chærèmonis, Lùcii, & sociòrum, ex qui bus àlii in persecutiòne Valeriàni màrtyres facti, àlii martyribus servièntes, mercèdem màrtyrum recepèrunt. (*e*) Athènis sancti Hieròthei discipuli beàti Pauli Apòstoli. (*f*) Bonòniæ sancti Petrònii Epìscopi & confessòris, qui doctrina, miràculis, & sanctitàte clàruit. (*g*) Lutètiæ Parisiòrum sanctæ Aureæ virginis. (*h*)

(g) *Petronii Episc.* Obiit an. 450. Theodosio Junior. & Valentiniano. August. Gennad. lib. de vir. illustr. c. 41. An. 306. Coss. Merobaude, & Saturnino, vel rectiùs secundùm fast. Onuphr. an. 383. anno 5. Theodos. Imper. Prosper.

(h) *Aureæ*. Circ. 630. Trithem. Circ. 637. Sigeb. in Chronic.

(a) *Baron. an. 1182. n. 6.* (b) *Baron. an. 52. n. 21.* (c) *Baron. an. 302. n. 75. Euf. in Chron. lib. 8. c. 8. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 742. n. 3. Graci in Menol. & hist. Miscell. lib. 21.* (e) *Baron. an. 260. n. 19. & sequ. & Graci in Menolog.* (f) *Baron. ann. 48. nu. 6. item Graci in Menolog.* (g) *Baron. an. 426. nu. 22. & an. 430. n. 61. Sur. t. 5. prior. edition. & Gennad. de vir. illust.*

Ordin. S. Benedict. (h) *Baron. an. 705. nu. 7. Petr. in Catal. lib. 9. c. 21. Sigebert. in Chronic. ad an. 637. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict.*

Qui quod novit loquitur, judex justitiæ est. Prov. 12.

(c) *In Ægypto Marci, & Marciani fratrum, & aliorum pœnè innumerabilium*. Ms. Romana Barberinian. Vatican. S. Petri, & Monasterii S. Cyriaci in Thermis, ac Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Ægypto Marci, & Marciani*, nil aliud. Martyrolog. vetustissim. S. Vuillibrordi: *Marcelliani*. Raban. *Mauriciani*. Ms. Aquisgranen. die præcedenti: *In Ægypto Marci, & Marciani, & Candidi*. Mss. Attrebaten. Eccles. S. Mariæ, Tornacen. Monaster. S. Martini, & Lætien. S. Lambertii: *Antisiodori depositio S. Marci Presbyteri*. At hic *Marcus* videtur alius.

Cardinal. Baron. in not. suadet, mendosè alicubi *Marcelliani*, pro *Marciani* legi; quia *Marcellianus, & Marcus* sunt alii à *Marco, & Marciano fratribus*, de quibus hac die. At hac ipsa die Notker. IV. *Nonas in Ægypto Marci, & Marcelliani fratrum* promit. An iidem, aut alii, ipsi videant.

(f) *Athenis Hierothei*. Græci in Menologio hac die: *Natalis S. Patris nostri Hierothei, qui fuit unus ex numero Areopagitarum, qui ab Apostolo Paulo instructus unà cum magno illo Dionysio: cùmque religiosè vixisset, migravit ad Dominum*.

(g) *Bononiæ Petronii Episcopi*. Bononia, prius *Felsina*, *Bologna* Italis; urbs olim Flaminiana, seù Æmiliæ antiquissima Colonia, ab Hetruscis condita, ex primis Italiæ urbibus, in planitie sub Apenninis collibus, quam Rhenus amnis, fossa deductus intus irrigat. Hujus inclytæ Urbis S. Petronius Præsul fuit, & modò ejusdem Urbis Sanctus Patronus. Alius ejusdem nominis, iisdemque fere temporibus in Galliis floruit Episcopus, Herculano, & Asporatio Consulibus.

Nè despicias narrationē sapientum. Eccl. 8.

xviij. E Tertio Nonas Octobris. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12				

Messànæ in Sicilia natàlis sanctòrum màrtyrum Plàcidi mònachi, discipuli beàti Benedìcti abbàtis, & fratrum ejus Eutychii, & Victorìni, ac Flàviæ vìrginis, eòrum soròris; item Donàti, Firmàti diàconi, Fausti, aliorùmque trigìnta Monachòrum, qui à Manùcha piràta pro Christi fide necàti sunt. (*a*) Eòdem die natàlis beàti Thrasèæ Epìscopi Eumèniæ, apud Smyrnam martyrio consummàti. (*b*) Trèviris sanctòrum màrtyrum Palmàtii, & sociòrum, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Rictiovàro Præside martyrium subièrunt. (*c*) Eòdem die pàssio sanctæ Charitìnæ virgìnis, quæ sub Diocletiàno Imperatòre, & Domìtio Consulàri, ignibus cruciàta, & in mare projècta, cùm inde incòlumis evasìsset, mànibus, & pèdibus abscìssis, dentibùsque convùlsis, in oratiòne pòsita spìritum emisit. (*d*) Antisiodòri depositio sanctòrum germanòrum Firmàni diàconi, & Flaviànæ virginis. (*e*) Ravènnæ sancti Marcellini Epìscopi & confessòris, (*f*) Valèntiæ in Gàllia sancti Apollinàris Epìscopi, cujus vita virtùtibus fuit illùstris, & mors signis ac prodìgiis decoràta. (*g*) Eòdem die sancti Attilàni Epìscopi Zamorènsis, quem Urbanus Secùndus in Sanctòrum nùmerum rètulit. (*h*) Romæ sanctæ Gallæ vìduæ, filiæ Symmachi Cònsulis, quæ viro suo defùncto, apud Ecclèsiam beàti Petri multis annis orationi, eleemòsynis, jejùniis, aliìsque sanctis opèribus intènta permànsit: cujus felicìssimum trànsitum sanctus Gregòrius Papa descripsit. (*i*)

(a) *Placidi*. Martyr anno 541. Baron. eo an. nu. 26. Ann. 539. Trithem. Anno incerto Mabillon. Sæcul. 4 Benedict.

(b) *Thraseæ Episcop*. Die 25. Martii Usuard. Ms. apud Henschen. ea die.

(d) *Charitinæ Virgin*. Martyr an. 308. Baron. eo an. nu. 27. An. 309. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

(f) *Marcellini Episc*. Ann. 230. Rubeus histor. Raven. Die præceden. Florentin.

(g) *Apollinaris Episc*. Circa 494. Sur. to. 10. prioris edition. Circ. 517. Sammarthan.

(i) *Gallæ Viduæ*. Die 6. Aprilis Usuio, Menard. Dorgan. Bucelin. & Ferrar.

(a) Ba-

(a) *Baron. an. 541. n. 26. Lippoman. t. 4. Sur. t. 5. prior. edition. Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. Mabillon. Sacul. 4 Benedict. & alii.* (b) *Baron. an. 173. n. 16. Euseb. hist. lib. 5. cap. 23. & Nicephor. lib. 4. c. 25. & 37.* (c) *Baron. in not. Sigebert. in Chronic. ad ann. 1071. Tabul. Eccles. Treviren. & Molan. hac die.* (d) *Baron. an. 308. n. 27. Graci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. in not. Usuard. & alii.* (f) *Baron. ibidem, Tabul. Eccles. Ravenn. & Rubens lib. 1. hist. Ravenn.* (g) *Baron. an. 509. num. 13. Sur. t. 10. posterior. edition. Sammarthani, & Hagiolog. vet. Franco-Gallic. Labbei.* (h) *Baron. an. 915. n. 4. Sur. t. 7. prior. edition. Thesaur. Concion. & Flos SS* (i) *Baron. an. 504. n. 58. S. Greg. Pap. lib. 4. Dialogor. c. 13. Petr. in Catal. lib. 9. c. 25. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 13.*

Sapientia attingit ubique. Sap 7.

(a) *Messanæ Placidi, Eutychii, & Victorini fratrum, ac Flaviæ eorum Sororis, Donati, Firmati Diaconi, Fausti, aliorumque triginta Monachorum*. Messana, *Messina*. Urbs Siciliæ antiqua, litoralis, primaria, cujus Portus ingens, falcatus, & tutissimus, Emporium celebre, ad fretum Mamertinum apud Pelorum Promontorium. Apographa Martyrologii S. Hieronymi Lucen. & Corbejen. ac Mss. Roman. Monasterii S Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Sicilia Placidi, seù Placiti, Eutici, & aliorum xxx.* Ms. Divionen. & Notker. *Euthychii*. Martyrol. vetustissim. Antuerpien. *In Sicilia Eutici, & aliorum VIII.* Martyrol. Mss. Rom. laudata Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri *Alibi Victorini, Fausti*. Martyrolog. vetustissim. Antuerpien. *Alibi Barici, Victurini* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. ultrà: *Fausti, Pelagi*. Martyrol. Corbejen. *Et Flavianæ Virginis*. At licèt in aliquibus nominibus cum sociis Placidi conveniant, nihilominùs alii putandi.

(c) *Treviris Palmarii*. An Martyr in persecutione *Diocletiani sub Rictiovaro Præside*, eadem trica, quæ de *S. Macra* die 6. Januarii.

(e) *Antisiodori SS. Germanorum Firmani Diaconi, & Flavianæ Virginis*. Apograph. Hieronymian. Lucen. & Corbejen. proferunt: *Firmati Diaconi, & Flavianæ Virginis Deo Sacratæ*. Martyrologium vetustissim. Antuerpien. promit: *Firmati Diaconi, & Flaviæ Virginis*.

(f) *Ravennæ Marcellini Episcopi & Confessoris*. Martyrologium Hieronymian. Lucen. & Corbejen. die præcedenti: *Et alibi Marcelli Episcopi*. Martyrolog. vetustissim. Sancti Vuillibrordi: *Romæ Balbinæ, Marcelli Episc.* Ms. Aquisgranen. penès Florent. *Romæ Marcelli Episcopi, Adaucti, Daci, Marubi*. Ferrar. Catal. SS. Italiæ, ex Tabul. Eccl. Ravennat. hac die. *Marcelli Episcopi & Martyris* Sur. tom. 10. posterior. edition. *Marcellum graviter afflictum è vita migrasse in persecutione Aureliani*. An *Marcelli*, pro *Marcellini* scriptum, & an idem, vel alius, & omnes Ravennatens. ipsi Ravennat. discutiant.

Sapientia à fine usque ad finem disponit. Sap. 8.

(a) *Messanæ Placidi Monachi, & Soc. qui à Manucha pirata.*

Disceptatio Chronologica.

Hoc ex Actis à Gordiano exaratis excerptum suam patitur mutationem quò ad hoc Martyrium, his Sanctis à Manucha Pirata inflictum. Idem namque Eminentissimus Baron. in not. candidè fatetur, ea innumeris scatere erroribus, inter quos, martyrio affectos hos Sanctos fuisse à Manucha Duce, eodemque Agareno pirata misso ab Abdala Rege, tunc Hispaniam possidente. Quo quidem tempore non Abdala, sed Theudis in Hispania regnabat, isque non Agarenus, sed Gothus ex Isidoro.

Licet ex hoc non videatur, cur à Manucha pirata hoc Martyrium patrari nequisset.

Nihilominùs, quùm à Baronio hoc Martyrium supputetur an. 541. ut eo anno nu. 26. quo ævo Agarenos, sivè Arabes in Hispania nullam ditionem possedisse compertum, sed diù post Sancti *Placidi* ætatem Hispaniam invasisse, anno scilicet 712. cæso Roderico Rege, & Vuisigothis in Cantabriam pulsis, hinc hæc diligentiùs expendenda, & modò pro tutiori lectione, quatenus sapientiores annuerint, percursis illis verbis: *Sub Manucha pirata*, proferatur: *Aliorumque triginta Monachorum, qui pro Christi fide necati sunt.*

xvij. F Pridie Nonas Octobris. Luna, 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

(a) *Brunonis.* Obiit anno 1105. Vit.
(b) *Sagaris Episcop.* Die 14. Mart. Maurolyc. Galesin. Felic. & plura Mss.
(c) *Marcelli, & Socior.* Martyr an. 253. Baron. eo ann. n. 97. Ann. 251. Pagi tom. 1. ad eum ann. n. 29. Die sequ. Martyrolog. Pleschian. Ms.

IN Calàbria sancti Brunònis confessòris, Ordinis Carthusianòrum institutòris. (*a*) Laodicèæ beàti Sàgaris Episcopi & martyris, qui fuit unus de antiquis Pauli Apòstoli discìpulis. (*b*) Capuæ natalis sanctòrum màrtyrum Marcèlli, Casti, Æmilii, & Saturnini. (*c*) Agènni in Gàllia natàlis sanctæ Fìdei vìrginis & màrtyris, cujus exèmplo beàtus Capràsius ad martyrium animatus, agònem suum feliciter consummàvit. (*d*) Item sanctæ Eròtidis martyris, quæ Christi amòre succènsa, ignis superàvit incèndium. (*e*) Trèviris commemoratio innumerabilium penè Martyrum, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Rictiovàro Præside ob Christi fidem vàrio mortis gènere necàti sunt: (*f*) Antisiodòri sancti Romàni Episcopi & màrtyris. (*g*) Opitèrgii sancti Magni Episcopi, cujus corpus Venètiis requièscit. (*h*)

(d) *Fidei*: Die 23. Martii Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.
(e) *Erotidis.* Martyr an. 303. Baron. eo an. nu. 124. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(h) *Magni Episc.* Circ. 630. Palm. in Chronic.

(a) *Baron. an. 1086. nu. 13. An. 1092. n. 10. & an. 1101. n. 14. Petr. Sutor. de vit. Carthusian. lib. 2. c. 7. Radulph. lib. 7. c. 4. Sur. t. 5. prior. edition. Franciscus de Puteo Lugdunens. Petr. Blom. aliique.* (b) *Baron. an. 172. n. 6. Euseb. hist. lib. 4. c. 25. Polycrat. lib. 3. c. 23. & Nicephor. hist. lib. 4. c. 10. & 37.* (c) *Baron. ann. 253. n. 97. & Petr. in Catal. lib. 11.* (d) *Baron. an. 303. n. 129. Petr. in Catal. lib. 9. c. 26. S. Antonin. 1. p. t. 8. c. 1. §. 24. Membrit. t. 1. Sur. t. 7. prior. edit. Flos SS. hispan. & Vasaus in Chron. hispan.* (e) *Baron. an. 393. n. 124. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. in not. Sigebert. in Chronic. ad an. 1071. & Molan. Addit. ad Usuard.* (g) *Baron. in not. & Sammarthani.* (h) *Baron. in not. & Petr. in Catal. in Appendice c. 17.*

Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad Roman. 15.

(a) *In Calabria S. Brunonis Confessoris.* Calabria, Italiæ regio extrema ad Orientem Solem vergens, Brutios, & Magnam Græciam complectitur, in Superiorem, seù Citeriorem, & Inferiorem, sivè Ulteriorem divisa. Cardinal. Baron. in not. docet, Sanctum *Brunonem* fuisse inter Sanctos à Leone x. Romano Pontifice relatum: Verùm hic Pontifex indultum tunc edidit, ut de eo Officium fiat; Compertum enim in Gallorum libello de cultu eorum, qui cum opinione Sanctitatis e vita migrarunt, non reperiri *Brunonem* Carthusianorum Patrem solemniter *Canonizatum*, neque Carthusiani Diploma aliquod de *Brunone Canonizato* perferre queunt, etsi non modò Sanctus, sed Sanctissimus putandus.

(c) *Capuæ Marcelli, Casti, Æmilii, Saturnini.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *Et Ammoni Presbyteri.* Martyrolog. Bluman. corripit *Saturnini.* Martyrolog Epternacen. præsignat: *In Apulia.* Martyrolog. Corbejen. *Capuæ Marcelli, Casti, Emeli, Saturnini, Donatelli. In Apulia Casti, Emeli, Saturnini, Ammonii Presbyteri.* Galesin. *Capuæ Marcelli, Casti, Saturnini, Regati, Antonii, & Austi.* Martyrolog. Ms Patrician Neapoli apud Cleric. Regular SS Apostolor. literis rubeis: *In Campania Civitate Capua SS. MM. Marcelli, & Apulei*; Literis verò nigris: *Quarti, & Marcellini.* In Schedis Antonii Caraccioli Cler. Regular. Ms. Pleschian. penès eosdem Patres die sequen. *Capua SS. Martyrum Marcelli, & Apulei.* Martyrolog. Rabani: *In Apulia Casti, & Apulei.*

(d) *Agenni in Gallia Fidei, Virginis.* Agennum, *Agen*; Urbs Aquitaniæ antiqua, ad Garumnam fluvium, inter Tolosam, & Burdegalam sita, in Vasconiæ, & Guiennæ confiniis. In honorem S. Fidei Virginis, & Martyris oppidum in territorio Agennensi denominatum est ad Turasicum fluvium. Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *In Gallia Civitate Agenno Fidis Virginis & Martyris.* Notker. quidem, & omnes antiqui *Fidis* promunt.

Omis scriptura utilis est ad docendum, & aderudiendum. 2. ad Timoth. 3.

(g) *An-*

(g) *Antisiodori Romani Episcopi & Martyris*. Martyrologia Hieronymiana penès Florentinium, Hagiologium Franco-Gallic. Labbei, & Raban. *In Civitate Antisiodoro depositio S. Romani Episcopi*, non addunt *Martyris*. Sammarthani: *S. Romanus 6. Octob.* Verùm hist. Episcopor. Antisiodorensium cap. 17. narrat: *Sanctum Romanum sedisse annos tres, dies quatuor, & bonis operibus gloriosum, ut fertur, decisione capitis martyrium complevisse pridie nonas, ac sepultum in Basilica S. Germani, imperante Justino minore.*

Disceptatio Topographica.

(c) *Capua natalis Marcelli, Casti, Æmilii, Saturnini.*

Romanum Martyrologium hos eosdem Martyres in *Africa* effert, ut de *Marcello* ad 19. Februar. & de *Casto*, & *Æmilio* ad 22. Maii.

Si quis diceret, hos Martyres Africanos à suis sedibus pulsos in Campaniam venisse, & Capuæ Martyrii laurea coronatos.

Ferrar. Catal. Sanctor. Ital. occurrit, adnotando, nullam in fine v. Sæculi persequutionem in Campania extitisse, quùm Vuandali Africam Martyribus cumularint, undè hi Sancti Afri martyrio Capuæ potuerint coronari; ex quo ad summum exules, & Confessores Capuæ venerandi.

Eminentissimus Baron. in not. suadet, fieri potuisse, ut tempore Vuandalicæ persecutionis in Africa necati, ab Africanis dein Episcopis ad Campaniæ litora appellentibus, Capuæ colloati fuere.

Ast Baronius ipse fatetur, à Victore lib. 1. de persequutione Vuandalica, hoc se excerpsisse, candidè subdendo: *Hæc tantùm nobis conjectura suppeditat.*

Sed utique hæc conjectura esset solida, & non pura divinatio: maximopere quòd Martyrolog. vetustissim. Antuerpien. prostat, horum Martyrum Reliquias fuisse quidem ex Africa translatas non Capuam, sed in Apuliam: *In Apulia Casti, Emeli, Marcelli, Saturnini.* Adstipulaturque Rabanus: *In Apulia Casti, & Æmili.*

Nec obtrudere officit, hos S. Capuanos esse alios ab Afris, aliisque diebus cultis, vel qui Capuę coluntur esse eosdem, qui Apuliæ; Daunia namque Apulia non longè à Capua distat, quò tamquam insignem Urbem translati.

Nam adhuc hæc conjectura erit divinatio. Baronius affirmat, hos Martyres Africanos esse eosdem, quos Capua veneratur. Ferrarius tamen aliundè negat, in Tabulis Ecclesiæ Capuanæ, quas & Mss. & impressas se vidisse fatetur, de his Martyribus agi, in quibus utique reperirentur, aut reperiri deberent, si eorum Reliquiæ ibi extarent, aut si ibi martyrizati. Nè igitur Capua modò doleat de suis sibi raptis Martyribus, nil certi decernere arbitramur; sed, ut Romanum Martyrologium fit sine hac trica, & sapientiores putaverint, rescribat: *Capuæ Festivitas Sanctorum Martyrum Marcelli, Casti, Æmilii, & Saturnini.*

xvi. G Nonis Octobris. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

(a) *Marci Papæ.* Die precedent. Liber Pontifical. Damas.

(b) *Sergii, & Bacchi.* Martyres ann. 309. Baron. eo an. n. 36. An. 310. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6.

ROmæ via Ardeatina depositio sancti Marci Papæ & confessòris. (a) In provincia, quæ nuncupàtur Augùsta Euphratèsia, sanctòrum màrtyrum Sèrgii, & Bacchi nobilium Romanòrum sub Maximiàno Imperatòre: quorum Bacchus tàmdiu nervis crudis cæsus est, quoadùsque toto còrpore discìssus, in confessiòne Christi emìtteret spìritum; Sèrgius verò clavàtis cothùrnis pedes indùtus, cùm in fide fixus manèret, data sentèntia, jussus est decollàri: cujus nòmine locus, ubi quièscit, Sergiòpolis appellàtus, ob præclara miràcula frequènti Christianòrum concùrsu honoràtur. (b) Romæ sanctòrum màrtyrum Marcèlli, & Apulèii, qui primò quidem Simòni mago adhæsèrunt, sed vidèntes mirabìlia, quę per Apòstolum Petrum Dòminus operabàtur, relìcto Simòne, Apostòlicæ doctrìnæ se tradidèrunt, ac post passiònem Apostolòrum sub Aureliàno Consulàri corònam martyrii reportàrunt, sepùlti non longè ab Urbe. (c) Item apud Augùstam Euphratèsiam sanctæ Jùliæ virginis, quæ sub Marciàno Præside martyrium consummàvit.

(c) *Justinę Virgin.* Martyr circ. 60. Acta.

(h) *Commemoratio S. Mariæ de Victoria.* An. 1571. *Annualitas Rosarii.* An. 1573.

màvit. (*d*) Patàvii sanctæ Justìnæ vìrginis & màrtyris, quæ a beàto Prosdòcimo, sancti Petri discìpulo baptizàta, cùm in fide Christi constànter persìsteret, Maximi Præsidis jussu gladio transverberàta migràvit ad Dòminum. (*e*) Apud Bitùricas sancti Augùsti presbyteri & confessòris. (*f*) In pago Rhemènsi sancti Helàni presbyteri. (*g*) Eòdem die commemoràtio sanctæ NARIÆ de Victòria, quam sanctus Pius Quintus Pòntifex Màximus, ob insìgnem victòriam à Christiànis bello navàli ejùsdem Dei Genitrìcis auxilio hac ipsa die de Turcis reportàtam, quotànnis fieri instituit: & Gregòrius Decimustèrtius annuam solemnitàtem Rosàrii ejùsdem beatìssimæ Vìrginis Domìnica prima hujus mensis ob eàmdem causam celebràndam decrèvit. (*h*)

(a) *Baron. 336. n. 1. & 65. Rufin. lib. 1. c. 22. Sozemen. lib. 2. c. 19. & Nicephor. in Chronic.* (b) *Baron. an. 309. n. 36. Græci in Menolog. Lippeman. t. 6. Nicephor. lib. 1. c. 14. Sur. t. 5. prior. edit. & Membrit. t. 2.* (d) *Baron. in not. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 9. c. 31. & Usuard.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 9. c. 32. Membrit. t. 2. & Tabul. Eccles. Patavina.* (f) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de glor. Confessor. cap. 80. Molan. & Galesin.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Rhemens. Molan. & Galesin.* (h) *Baron. in not.*

Ausculta sermones, & ad eloquia inclina aurem. Prov. 4.

(a) *Romæ via Ardeatina, Marci Papæ & Confessoris.* Apographa Martyrol. S. Hieronymi die præced. *Roma in Cœmeterio Balbinæ via Ardeatina S. Marci Episcopi.* Et hac die iterùm: *Romæ via Appia depositio Marci Episcopi & Confessoris.* Petr. de Natal. lib. 9. cap. 23. & 24. duos *Marcos Pontifices* describit; Alterum Papam natione Romanum, ex Patre Probo, successorem Felicis Primi Pontificis, hac die in Ecclesia S. Marci sepultum; Alterum Papam etiam patria Romanum, & Patre Prisco, successorem S. Silvestri in Cœmeterio Babilæ via Ardeatina hac ipsa die conditum, ambos Sancti titulo ornatos. Quòd si hoc verum esset, duplex relata memoria Sancti Marci Romani Pontificis in prælaudatis Apographis omni caret hæsitatione. At in re tam difficili alii, quibus uberior eruditio suppetit, decernant.

(b) *Augustæ Euphratesiæ Sergii, & Bacchi.* Augusta Euphratesia, urbs olim Comagenes: quæ Euphratesia dicta, ob Euphratis fluvii propinquitatem. Mss. Attrebaten. & Tornacen. sine palæstra: *Ipso die natale SS. Sergii, & Bacchi Martyrum.*

(c) *Romæ Marcelli, & Apuleii.* Martyrol. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Romæ via Appia depositio SS. Martyrum Apulei, & Marcelli Episcopi.* In Actis S. Lini: *Marcelli Presbyteri*; ut idem Baron. ad an. 69. num. 19. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *Ipso die Marcelli, & Apulei*, nulla loci nota.

Cardinal. Baron. tradit, hos Sanctos primò Simoni Mago adhæsisse, & inter alios Usuardum in notis accit; Adstipulaturque Petr. de Natal. lib. 9. c. 3. At Usuardus, non *Marcellum*, sed *Marcum* cum *Apuleio* narrat.

Baron. item in not. suadet, quæ de *Marcello*, & *Apulejo*, ex Actis Sanctorum Nerei, & Achillei se excerpsisse: Verùm neque apud Surium, neque in aliquo pervetusto Hagiologio, aliquid de *Apulejo* reperiri videtur.

Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea. Proverb. 4.

(a) *Romæ via Ardeatina S. Marci Papæ & Confessoris.*

Disceptatio Topographica.

Apographa Hieronymian. Lucen. & Corbejen. *Romæ via Appia* ferunt.

Verùm liber Pontifical. Damasi, & Abbo Floriacensis habent: *In Cœmeterio Balbinæ via Ardeatina, aut in Cœmeterio Marci, & Marcelliani.*

At quùm pars Cœmeterii Callisti priùs vocata fuerit Prætextati, dein Balbinæ in via Appia; & aliundè quùm hoc idem Cœmeterium peramplum adhuc viæ Ardeatinæ veteri incubabat; idcircò forsan, ab aliquibus *via Appia*, ab aliis *via Ardeatina* hi Sancti signantur. Cæterùm Bibliothecarius profectò in vit. Joan. Pap. VII. refert celebre Marci, & Marcelliani Cœmeterium via Appia: *Laboravit itaque in Cœmeteriis BB. Martyrum Marcelliani, & Marci, Damasique Pontificis.* Habet quoque in Gregor. Pap. III. *Basilicam B. Marci* (quam Baron. in not. accit) *via Appia repositam*:

Neque quia Petrus de Natal. ex hoc colligit, duos fuisse Romanos ac Sanctos Pontifices nomine *Marci*, ex quibus alter *via Ardeatina*, alter *via Appia*. Idcircò hoc est à communi receptum, alioquin Romanum Martyrologium non careret hujus duplicis S. Marci memoria. Cæterùm Basilica S. Marci indicata extra muros via Appia, & Cœmeterium Pretextati, quidem extitit quoque via Appia, & præcipuè illa pars hujus Cœmeterii, in qua dudum S. Balbina deposita, undè cœpit dein dici Sancti Marci Cœmeterium, inter viam Appiam, & Ar-

Ardeatinam, ficut ex Act. Nicolai Pontific. tom. 3. Concilior. Aringh. lib. 3. c. 17. Rursùs hi Sancti Martyres priùs extra Urbem sepulti, dein in Urbem translati ignoto prorsus sepulcro inventi fuerunt in SS. Cosmæ, & Damiani Ecclesia cum corpore S. Felicis Papæ, & S. Tranquillini Presbyteri, eadem vetusta marmoreaque Epigraphe retenta, ut idem Aringh. lib. 3. c. 12. *Hic requiescunt corpora Sanctorum Marci, & Martelliani, & Tranquillini Presbyteri*. Nihilominùs five unus, fivè duo hujus nominis Pontificis, nihil in re tam difficili decernere intendimus, sed abis uberioris eruditionis relinquimus; Interim si sapientioribus placeret, ut Roman Martyrolog. sine hac trica sit, proferatur: *Romæ depositio S. Marci Papæ & Confessoris*.

xv. A Octavo Idus Octobris. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15					

Sanctæ Birgìttæ vìduæ, quæ post multas sanctòrum locòrum peregrinatiònes divìno afflàta spìritu Romæ quièvit dècimo Kalèndas Augùsti: prìdie verò hujus dièi in Svèciam corpus ejus translàtum fuit. (*a*) Eòdem die natàlis beàti Simeònis senis, qui in Evangèlio Dòminum JESUM suis in ulnis suscepìsse lègitur. (*b*) Cæsarèæ in Palæstina pàssio sanctæ Reparàtæ vìrginis & màrtyris, quæ cùm nollet idòlis sacrificàre, sub Dècio Imperatòre vàriis tormentòrum genèribus cruciàta, demum glàdio percùtitur: cujus ànima in colùmbæ spècie de còrpore ègredi, cœlùmque conscèndere visa est. (*c*) Thessalonìcæ sancti Demètrii Procònsulis, qui cùm plùrimos ad Christi fidem perdùceret, Maximiàni Imperatòris jussu lànceis confòssus martyrium consummàvit. (*d*) Ibidem sancti Nèstoris màrtyris. (*e*) Hispali in Hispània sancti Petri màrtyris. (*f*) Laodicèæ sancti Artemònis presbyteri, qui sub Diocletiano per ignem martyrii corònam accepit. (*g*) In territòrio Lugdunènsi sanctæ Benedìctæ vìrginis & màrtyris. (*h*) Ancònæ sanctarum Palatiàtis, & Laurèntiæ, quæ in persecutiòne Diocletiàni sub Diòne Præside in exilium deportàtæ, labòribus & ærùmnis confèctæ sunt. (*i*) Rhotòmagi sancti Evòdii Epìscopi & confessòris. (*k*) Jerosòlymis sanctæ Pelàgiæ, cognomènto Pœnitèntis. (*l*)

(a) *Birgittæ Viduæ*. Obiit ann. 1373. Vit. Die 1. Martii Maurolyc. & Felicius.

(b) *Simeonis*. Die 2. Febr. Martyrol. Bruxellen. S. Gudilæ, & Aquisgranen. Die 3. Feb. Græci in Menologio. Die 4. Galesin. Canis. & Ferrar. Die 5. Januar. Hraban. Notker. Martyrol. Germanic. & plura Mss.

(c) *Reparatæ*. Martyr ann. 253. Baron. eo an. n. 125. Ann. 251 Pagi t. 1. ad eum an. nu. 29.

(d) *Demetrii*. Martyr an. 304 Baron. eo an. n. 50. Ann. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6. Die 26. Octob. Græci.

(g) *Artemonis*. Die 24. Martii in Menæis. Die 12. Aprilis in Menologio Basilii Imper. Die 13. in Kalend. Moscovitic. & Rutheric.

(i) *Palatiatis, & Laurentiæ*. Die 1 Octobris de Laurentia. Die 7. de Palatia. Anconæ. Ferrar. sua Topograph.

(a) *Baron. in not. & Sur. t. 4. prior. edition.* (b) *Baron. t. 1. ad. an. 1. num. 40. Usuard. Ado, & cæteri Latini.* (b) *Baron. an. 253. n. 125. & Mombrit. t. 2.* (d) *Baron. an. 304. n. 50. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. Sur. t. 5. prior edition. hac die.* (e) *Baron. an. 304. nu. 50. & Nicephor. hist. lib. 7. c. 18.* (f) *Baron. in not. Vasæus in Chronic. & Flos SS. hispan.* (g) *Baron. ann. 308. nu. 26.* (h) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 40.* (i) *Baron. an. 303. n. 122. & Petr. in Catal. lib. 11.* (K) *Baron. ibidem, Molan. Addit. ad Usuard. & Tabul. Demochar.* (l) *Baron. an. 451. n. 121. Græci in Menologio, & Nicephor. hist. lib. 14. c. 30.*

Veritatē meditabitur guttur meum. Proverb. 8.

(c) *Cæsareæ in Palæstina Reparatæ Virginis*. Apographum Hieronym. Lucen. sine loci præsignatione: *VIII. Idus S. Reparatæ*. Acta apud Mombritium: *Cæsarea passio S. Reparatæ Virginis & Martyris*. Appendix ad Adonem: 8. *Idus Reparatæ, & Cocla Virginis*. Corpus Florentiæ, quod etiam Lucenses se habere autumant.

(h) *In territorio Lugdunensi Benedictæ Virginis & Martyris*. Ms. Pulsanen. Neapoli apud

Cum justitia omnia verba, nihil illis tortuosum. Translat. ex Septuagint. Prov. 8.

apud Cleric. Regular. SS. Apoſtolorum : *In territorio Lugduni Clavari S. Benedictæ*. Mss. Attrebaten. Eccl. S.Mariæ, & Lætien.S. Lamberti : *in Aurimiaco S. Benedictæ Martyris*. Ms. Tornac. Monaſt.S.Martini *Eodem die natale SS. Virginum Ranebeoſſedis, & Benedictę Martyrum*. Aliam *Benedictam* Virginem & Martyrem ad 16. Novembris Trithem. de vir.illuſt.Ordin. S.Benedict. lib.3.c.264.

(l) *Jeroſolym. Pelagia*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Antiochia Dionyſi Epiſcopi, Januarii, Fauſtini Martyris, Martialis, Privati, Eracli, Juliani, & Pelagię*. Martyrolog. vetuſtiſſimum S. Vuillibrordi : *Antiochia Pelagię*. At hęc Pelagia Antiochena videtur alia. Menologia quidem Sirleti, & Baſilii tres Pelagias hac die venerantur, nempe Tharſenſem in Cilicia, Jeroſolymitanam in Monte Olivarum, pœnitentes, & Antiochenam in Syria.

xiv. B Septimo Idus Octobris. Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
A B C D E *F* F G H M N P
7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

LUtètiæ Pariſiòrum natàlis ſanctòrum màrtyrum Dionyſii Areopagitę Epìſcopi, Rùſtici presbyteri, & Eleuthèrii diaconi : ex quibus Dionyſius ab Apòſtolo Paulo baptizatus, primus Atheniènſium Epìſcopus eſt ordinàtus : deinde Romam vèniens, a beato Clemènte Romàno Pontifice in Gàllias prædicàndi gràtia dirèctus eſt : & ad præfatam urbem devèniens, cùm ibi per àliquot annos commiſſum ſibi opus fidèliter proſequerètur, tandem à Præfècto Feſcennìno poſt graviſſima tormentòrum gènera unà cum sòciis glàdio animadvèrſus, martyrium complèvit. (*a*) Eòdem die memoria ſancti Abrahæ Patriarchæ, & òmnium credèntium patris. (*b*) Apud Jùliam in territòrio Parmènſi via Clàudia, ſancti Domnìni màrtyris ſub Maximiàno Imperatòre; qui cùm vellet perſecutiònis ràbiem declinàre, à perſequèntibus glàdio transverberàtus, glorioſè occubuit. (*c*) Apud Caſsìnum ſancti Deùſdedit abbàtis, qui à Sicàrdo tyrànno in càrcerem truſus, illic fame, & ærùmnis confèctus, rèddidit ſpìritum. (*d*) In Hannònia ſancti Gislèni Epìſcopi & confeſsòris, qui relìcto Epiſcopàtu, mònachi vitam in monaſtèrio à ſe conſtrùcto exèrcens, multis virtùtibus clàruit. (*e*) Valèntiæ in Hiſpània Tarraconènſi ſancti Ludovìci Bertràndi, Ordinis Prædicatòrum, qui Apoſtòlico ſpìritu clarus, Evangèlium, quod Americànis prædicàverat, vitæ innocèntia, multìſque èditis miràculis confirmàvit. (*f*) Jeroſòlymis ſanctòrum Andronìci, & Athanaſiæ ejus cònjugis. (*g*) Antiochìæ ſanctæ Pùbliæ abbatiſſæ, quæ tranſeùnte Juliàno Apòſtata, Davìdicum illud cum ſuis virgìnibus canens : Simulàcra Gèntium argèntum, & aurum : & Similes illis fiant qui fàciunt ea : Imperatòris juſſu àlapis cæſa eſt, & gràviter objurgàta. (*h*)

(a) *Dionyſii & Soc.* Die 23. Martii Martyrol. Ms. Colonien. Carmel. Maurolyc. Felic.Galeſin.Ferrar. & Sauſſayus.

(d) *Deuſdedit*. Obiit circa 840. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 834. Pagi to. 3. eo an.n.22.

(e) *Gisleni Epiſc.* Circ. 640. Vit.

(g) *Andronici*. Circ. 380. Metaphr. Die 27.Febr.Metaphraſt. Molan. Sur.& alii. Die 2. Martii Magna Merça. Die 2. Maii Maxim. Epiſc.Cythereus. Die 6. Maii Menolog.Sirleti, & Calendar. Moſcovitic.

(a) *Baron. an.* 52. *n.* 1. *& ſeq. An.* 93. *n.* 22. *& an.* 109. *n.* 38. *& ſeq. Sur. t.* 5. *prior. edition. aliique plures.* (b) *Baron. in not. Gręci hac die, Sozomen. hiſt. lib.* 2 *c* 3. *& Beda.* (c) *Baron. an.* 303. *n.* 122. *Sur. to.* 7. *Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 42. *Unio in Schol. & Ferrar. de SS. Ital.* (d) *Baron. in not. Leo Oſtienſ. in Chronic. Caſſin. lib.* 1. *c.* 22 *& Tritkem. lib* 5. *de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. ca.* 274. (e) *Baron. in not. Sur. t* 5 *prior. edition. & Molan. Indic. SS. Belgii.* (f) *Diar. Dominic. Marcheſe.* (g) *Baron. in not. & Gręci in Menologio.* (h) *Baron. an.* 262.

362. n. 145. & sequ. Græci in Menologio hac die, & Theodoret. hist. lib. 3. c. 17.

Sapiens, quis resiltet ei?si voluerit contendere cum eo, nó poterit ei respondere. Job 2.

(a) *Lutetiæ Parisiorum Dionysii Areopagitæ Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutheris Diaconi. Ex quibus Dionysius &c.* Lutetia Parisiorum, *Paris* Gallis. Urbs Galliæ Celticæ in Belgicæ confinio, ad Sequanam fluvium, paulò antè accepto Matrona, interfluentem, urbemque in tres dividentem, hoc est urbem in sinistra fluminis ripa ad semicirculi formam accedentem; Universitatem in dextera, & ipsam quasi semicircularis figuræ, & Civitatem intra amnem antedictum, quasi insulam constitutam, cæteris diversis pontibus lapidibus juncta. Urbs maxima est: Civitas minima: Suburbia ampla utrinque adhærent. Hic totius Regni Senatus amplissimus: Apographa Martyrologii S. Hieronymi penes Florentinium: *Parisius Dionisii, seù Diunisi Episcopi, Eleutherii, & Rustici Presbyteri*; nil aliud. Beda genuin. *In Parisiis Sanctorum Martyrum Dionysii Episcopi, Rustici, Eleutherii.* Ms. Attrebaten. *Qui Trinitatem confitentes, trino glorioso meruerunt coronari martyrio.* Ms. Lætien. *Qui post nimia tormenta, securibus submiserunt colla, tempore Domitiani Principis.*

(b) *Eodem die Abraha.* Græci addunt: *Et Loch.*

(g) *Jerosolym. Andronici, & Athanasiæ ejus conjugis.* Martyrolog. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Cilicia Taraci, Probi, Andronici.* Sed hic Andronicus cum sociis ad 11. Octobris in Romano Martyrologio.

Disceptatio Chronologico-Topographica.

(a) *Lutetiæ Parisiorum Dionysii Areopagitæ Episcopi. Ex quibus Dionysius à Beato Clemente Romano Pontifice in Gallias prędicandi gratia directus est.*

Hæc Romani Martyrol. lectio suas habet ambages apud Scriptores Gallos, inter quos Bosquet. lib. 1. hist. Ecclesi. Gallican. n. 12. ubi asserit: *Dionysius, Martialis, Paulus, Julianus, Gratianus, Xistus, & alii modò sub Petro, modò à Clemente, modò ab aliis intra prima Christi passionis sæcula missi dicuntur: tot in historiam induxit errores obscura antiquitas.*

Eminentissimus Baron. pro Rom. Martyrolog. advocat ejusdem Dionysii Acta ex Hincmaro Rhemensi Episcopo ad Carolum Calvum Imperatorem scribente apud Sur. t. 5. prior. editionis pag. 742. *Patrem nostrum Dionysium Areopagitam à Beato Paulo Apostolo baptizatum, & Atheniensem ordinatum Episcopum, & in Gallias à B. Clemente directum; ex his, quæ Græca testificatio, & Sanctæ Romanæ Sedis attestatio, & Gallicana intimat contestatio, ratum in hac causa (quod longè ante dictum est) recognoscant.*

Ast utinam Abbreviatores, & Interpolatores, quæ nunquam Authoribus in mentem venere, sępè ipsis non attribuerent, licèt profiteantur, se nihil eisdem de suo addidisse. Acta namque relata ex S. Dionysii Actis à Visipio conscriptis collecta fuere, atque Ludovico Pio Imperatori & Galliarum Regi ab Hilduino San-Dionysiano Abbate oblata, quæ utpote vetustate ipsa absumpta, multis mendis ab Hincmaro dein trascripta fuere. Hic enim primò tradidit, Dionysium advenisse Romam desiderio videndi Apostolos Petrum, & Paulum, quos, ut inquit, martyrio a Nerone cæsos reperit, adeoque paulò post Apostolos cæsos Dionysius Romam pervenit, & antequam Athenis discederet, audivit tantorum Apostolorum Ecclesiæ Principum necem. Secundò, quòd Beatus Dionysius à Clemente Papa successore Petri exceptus, ab eodem post aliquod temporis spatium in Gallias directus fuit; quando Clemens non immediatè Petro successit, sed Linus, & Cletus ante Clementem ex Canone Missæ: *Sed & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Lini, Cleti, Clementis &c.* multis annis inter Petri necem, & Clementis Pontificatum interjectis; ex quibus dici nequit, Dionysium à Clemente exceptum, si paulò post necem Apostolorum, ut Hincmarus, Romam pervenit, defuncto Petro anno Christi 69. mense Junii, & Clemente Pontifice creato anno 93. juxta supputationes Baronii, & Panuinii. Tertiò scribit Hincmarus, Sanctiuum, & Antoninum Dionysii discipulos venisse Romam sedente Anacleto: quando ex probatis Chronographis, & Historicis, multò post Anacleti mortem Dionysius martyrium subiit, anno scilicèt VII. Evaristi, Anacleti successoris, & an. 1. Hadriani Imperatoris, ut ex Aristide, Beda, & Adone ipsemet Baron. colligit.

Tempus, & responsionem sapiens intelligit. Eccl. 18.

Plerique stant pro Hincmaro; qui licèt contra Hilduinum distinguant Dionysium Atheniensem à Parisiensi, asserunt tamen Parisiensem à Clemente in Gallias missum cum sociis, inter quos Beda, Maurolyc. & diversarum Gallicanarum Ecclesi. Martyrologia, in quibus: VII. *Idus Octobris Dionysii Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutheris Diaconi; qui Beatus Episcopus à Clemente Papa in Galliam prædicandi gratia directus est.*

Adstipulanturque Metaphrast. 9. Methodius Patriarcha Constantinopolitan. Michael Jerosolym. Syncellus, Anastasius Ecclesi. Roman. Bibliothecar. S. Thomas sermon. de S. Dionysio, Pagi tom. 3. ad ann. 834. num. 17. aliique historici.

Sed Maurolycus, cæterique Martyrologi id ex illo Bedæ excerpsisse videntur, cujus Martyrologio suspicandum quidem, ab aliquo recentiore tò *Clemente* additum; eo quia Notker. Ado, & Usuard. sępe ipsum Bedam exscribentes, hoc non ferunt; quamobrem Martyrolog. Mss. Plesschien. Pulsanen. & Sophianum Neapoli apud Cleric. Re-

 gular.

gular. SS. Apostolor. & alia excusa promunt hac die: *Apud Parisium SS. Martyrum Dionysii Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutherii Diaconi, qui Beatus Episcopus à Pontifice Romano in Galliam missus &c.* sine tò *Clemente*. Usuardus quidèm, quinimmò & alibi Baronius, adnotant Martyrologium Bedæ admodum succinctum, & breve, & illud adductum prolixum cerni, ut suspicandum, variis supplementis à Recentioribus in dies auctum fuisse; quod sanè constat ex multis sanctis post Bedam exortis, in eo positis, & ex eo quòd Pagi vir eruditus tom. 3. ad an. 834. num. 12. in genuino Bedæ Martyrologio hæc tantùm legit: *Parisiis natal. SS. Martyrum Dionysii Episcopi, Rustici, & Eleutherii*.

Metaphrastes, Methodius, & alii, qui Dionysium à Clemente in Galliam missum exararunt, ex Visbii Actis transcripsere, quæ quot nevis scateant, ex nuper dictis conijcitur, & ex genuinis ipsius S. Dionysii Actis Hilduino, & Visbio antiquioribus apud Bosquet. in hist. Gallican. quæ id non recitant: Et Eminentissimus Cardinal. Bellarmin. de scriptorib. Ecclesiastic. in Martiali ex Gregorio Turonensi, & Severo Sulpicio tradit, non ante Decium ad Gallias Dionysium perrexisse, nec ante Marci Antonini Imperatoris tempora in Galliis Martyria obiisse.

Verùm hæc omnia exhibita sunt non ut quidpiam certi decernamus, sed pro tricæ scitu inter ipsos Gallos; quorum aliqui cum Græcis sustinent, Dionysium Areopagitam esse alium à Parisiensi, sed quòd hic non fuit à Clemente in Gallias missus, ut Sirmondus, Launojus, aliique; & alii fuisse à Clemente missum affirmant, ut inter alios Pagi to. 3. ad an. 834. num. 17. Ex quo Sammarthani tom. 4. Galliæ Christianæ litem sine decisione relinquunt: Et Natalis Alexandri sua hist. Eccles. Sæcul. 1. par. 2. Dissert. 5. in puro negativo se habet, quod disceptationem infert; Hinc pro scitu Lectoris his porrectis, & quòd trica sit penès ipsos Parisienses, solers erit Romani Martyrologii lectio, si sapientiores annuerint, ut ad instar Martyrologii Corbejensis Dufresnii, aut Dacherii, subducto: *Areopagitæ*, & A B. *Clemente Romano Pontifice*, concinnetur: *Lutetiæ Parisiorum Natalis Sanctorum Martyrum Dionysii Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutherii Diaconi, ex quibus Dionysius in Gallias prædicandi gratia directus, & ad præfatam Urbem deveniens, cùm ibi per aliquot annos commissum sibi opus fideliter prosequeretur, tandem post gravissima tormentorum genera, cum sociis gladio animadversus, martyrium complevit*.

xiij. C		Sexto Idus Octobris. Luna.																	10
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u	
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
		8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17						

ROmæ sancti Francìsci Borgiæ Præpòsiti Generàlis Societàtis JESU, vitæ asperitàte, oratiònis dono, abdicàtis sæculi, recusàtis Ecclèsiæ dignitàtibus, memoràbilis. In Creta ìnsula beàti Pinyti inter Epìscopos nobilissimi. Hic Gnòsiæ urbis Epìscopus sub Marco Antonino Vero, & Lùcio Aurèlio Còmmodo flòruit; & in scriptis suis, velut in quodam spèculo, vivèntem sui reliquit imàginem. (*a*) Colòniæ Agrippìnæ sancti Gereònis màrtyris cum àliis trecèntis decem, & octo, qui in persecutiòne Maximiàni pro vera pietàte glàdiis patiènter colla subdidèrunt. (*b*) In territòrio ejùsdem urbis sanctòrum Victòris, & sociòrum màrtyrum. (*c*) Bonnæ in Germània sanctòrum màrtyrum Càssii, & Florèntii cum àliis plùrimis. (*d*) Nicomedìæ sanctòrum màrtyrum Eulàmpii, & Eulàmpiæ vìrginis ejus soròris, quæ cùm audìsset fratrem pro Christo torquèri, exiliens in mèdiam turbam, eùmque amplexàta, sòciam se illi adjùnxit: atque ambo in ollam fervèntis òlei conjècti, sed nulla ex parte læsi, unà cum àliis ducèntis, qui eo miràculo permòti credìderant in Christum, obtruncatiòne

(b) *Gereonis, & Soc.* Martyres ann. 303. Baron. eo ann. n. 124. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu. 6. Die præceden. Notker.

(c) *Eulampii, & Soc.* Martyres circ. 290. Acta apud Sur.

(f) *Paulini Episcop.* Die 14. Octobr. in Cantia. Florent. ea die.

(g) *Cerbonii Episcop.* Die 8. April. Flor. Ms.

(i) *Paulini Episc.* Circ. 570. Ferrar.

ne càpitis martyrium complevèrunt. (*e*) Eboràci in Anglia sancti Paulini Episcopi, discìpuli beàti Gregòrii Papæ, qui cum àliis ad prædicàndum Evangèlium illuc ab eo missus, Edvvìnum Regem, ejùsque pòpulum ad fidem Christi convèrtit. (*f*) Populònii in Tùscia sancti Cerbònii Epìscopi & confessòris, qui (ut sanctus Gregòrius refert) in vita, & morte miràculis clàruit. (*g*) Verònæ item sancti Cerbònii Epìscopi. (*h*) Càpuæ sancti Paulìni Epìscopi. (*i*)

(a) *Baron. an. 172. n. 8: & an. 175. nu. 15. Euseb. hist. lib. 4. c. 20. & 22. & Niceph. lib. 4. c. 8.* (b) *Baron. an. 297. n. 18. & sequ. & an. 303. n. 124. Sur. t. 6. prior. edit. Petr. de Natal. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 297. num. 18. Sur. t. 10. posterior. edition. Petr. in Catal. lib. 9. ca. 6. & Usuard.* (d) *Baron. ann. 297. n. 18. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 46.* (e) *Baron. in not. Graci in Menolog. Lipoman. t. 9. Sur. t. 5. prior. edition. & Beda in Epitom. & hist. ac Richard. Smitheus Episc. Calcedonens. Florar. hist. Eccl. Angl. lib. 1. c. 14.* (f) *Baron. an. 644. n. 1. Beda de gest. Anglorum lib. 3. c. 9. & 10. & Trithem.* (g) *Baron. an. 546. nu. 5. & sequ. S. Greg. Papa lib. 3. Dialog. c. 11. & Sigeb. in Chronic. ad an. 536.* (h) *Baron. an. 572. n. 8. & seq. & Cardinal. Valer. de Eccles. Veronens. p. 6. & 38.* (i) *Baron. in not. & Ferrar.*

Impleamini agnitione in omni sapientia, & in intellectu. Ad Colossens. 1.

(b) *Colonia Agrippina Gereonis Martyris, cum aliis trecentis decem & octo.* Die præced. Apographum Hieronym. Lucen. *In Gallia Civitate Colonia Agrippina natalis Sanctorum cccxvii.* Apographum Corbejen. *Sanctorum tredecim.* Item Notker. pridie: *Colonia Agrippina Gereonis & aliorum cccxviiii.* Beda genuin. *Trecentis quindecim.* Mss. Divionen. & Reginæ Sueciæ: *Septemdecim.* Denuò hac die Apographum Corbejen. *Agrippina Mallusii cum aliis trecentis triginta Martyribus.* Et Apographum Lucen. *Agrippini cum aliis cccxxx.* At *Agrippina* pro *Urbe*, non pro *Martyre* legendum. Martyrolog. Antuerpien. hac die: *Agrippina SS. Martyrum Maurorum cum aliis cccxxx.* Martyrolog. Bluman. *Agrippina Mallusi cum aliis cccxxx.* Ms. Vatican. S. Petri: *Et alibi Malusii cum aliis trecentis, & triginta.* Petr. de Natal. *Agrippina Geronis,* sivè *Gevionis cum aliis cccxxxviii.* Usuard. Ado, & de Peregrin. *Gereonis cognomento Mallusii.* At Petrus laudatus, & alii *Ballusium*, sivè *Mallosium*, aut *Mallusium*, & *Gereonem*, ut duos diversos Martyres ferunt; An verò hic *Gereon*, sivè *Mallusius*, sit idem ac *Gereon cum Sociis cccxviii.* à Militibus stipatoribus Maximiani cæsis, in Romano Martyrologio indicatis; Helinandus videndus.

(c) *In territorio ejusdem urbis Victoris, & Sociorum.* Helinandus: *Victoris, & Sociorum cccxxx.* Petr. de Natal. *Apud Francorum Xanthum, sivè Trojam, Malosus Victor cum Sociis xxx.* Beda genuin. sine palæstra: *vi. Idus passio S. Victoris Martyris.* Mss. Attrebaten. & Tornacen. *In Africa natale SS. Venusti, Crescentis, & S. Victoris Martyris.*

(d) *Bonnæ in Germania Cassii, & Florentii cum aliis plurimis.* Bonna, *Bonne*, Urbs Germaniæ inferioris ad Citerioris Rheni ripam, inter Confluentiam, & Coloniam Agrippinam Archiepiscopi Coloniensis apud Anturnacum, antiqua, elegans, & collegio nobilis. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Alibi Cassi, Quintati, Septimini, Venusti, Beati, Secundi, Donati, Serena, Criscenti, Taraci, Probi, Andronici, Niceti, Firmini, Eracli, Cassi, Eusebi, Florenti, Victoris.* Martyrolog. Corbejen. effert: *Septimi, Sereni, Crescenti;* & pro Taraci, *Natalis.* Petr. de Natal. *Apud Beronam Urbem Galliarum circa Rhenum Cassius, & Florentius cum aliis septem.* Alii *Veronam*, vel *Petronam* promunt.

Crescentes in scientia, quę dat omnibus affluenter. Ad Coloss. 1.

(f) *Eboraci in Anglia Paulini Episcopi.* Eboracum, Angliæ Metropolis, ad Abum flumen, inter Lincolniam, & Danelmum, Constantini Magni natalibus, ac multorum Regum sede decorata. De Peregrin. *In Britannia Paulini Episcopi et Confessoris.* Beda genuin. *In Britannia Paulini Episcopi Eburaci.* Mss. Rom. Barberinian. Monast. S. Cyriaci in Thermis *Pauli* panditant. Corpus Roffæ. Beda l. 2.

(g) *Populonii in Tuscia Cerbonii Episc.* Populonium, & Populonia, urbs olim Hetrurię maritima antiquissima, & una ex xii. primis Tuscorum Coloniis, apud Populonium promontorium, à Græcis solo æquata. Martyrolog. Corbejen. *Eo die natalis Sancti Cerbonii in Populonio.* Corpus Massæ: In Dial. Synchr. Florarium Ms. ad 8. Aprilis: *In Massa Civitate in Terra Jenensi Cerebonii Episcopi & Confessoris.*

xij. D Quarto Idus Octobris. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

(a) *Tharaci, & Soc.* Die sequ. Græci in Menolog. Die 25. Martii Mss. Vatican. S. Petri, & Usuard. Reginæ Sueciæ Die 5. Aprilis Martyrol. Monasterii S. Maximini Die 13. Maii Florentinius, & alia mss.

(d) *Sarmatæ.* Martyr ann. 362. S. Hieronym. in Chronic.

(h) *Gummari.* Obiit circa 775. Baron. eo an. nu. 15. Circ. 770. Beda Indicul. SS. Belgii. Anno incerto Pagi t. 3. ad an. 775. n. 12.

(l) *Placidia.* Circ. 460. Tabvl. Eccleſ. Veronenſ.

THarſi in Cilicia natàlis ſanctòrum màrtyrum Thàraci, Probi, & Andronìci, qui in perſecutiòne Diocletiàni longo tèmpore càrceris ſqualòre afflìcti, & tèrtiò divèrſis tormèntis, & ſuppliciis examinàti, in confeſſiòne Chriſti triùmphum glòriæ abſcìſſis cervìcibus ſunt adèpti. (*a*) In pago Vilcaſsino pàſſio ſanctòrum màrtyrum Nicàſii Epiſcopi Rhotomagènſis, Quirìni presbyteri, Scubìculi diàconi, & Pièntiæ vìrginis, ſub Præſide Feſcennìno. (*b*) Item pàſſio ſanctòrum Anaſtàſii presbyteri, Plàcidi, Genèſii, & ſociòrum. (*c*) In Thebàide ſancti Sarmatæ diſcìpuli beàti Antònii abbàtis, qui à Sarracènis pro Chriſto necàtus eſt. (*d*) Veſontiòne in Gàlliis ſancti Germàni Epìſcopi & màrtyris. (*e*) Ucètiæ in Gallia Narbonènſi ſancti Firmini Epìſcopi & confeſsòris. (*f*) In Scòtia ſancti Canìci abbàtis. (*g*) Lyræ in Bèlgia depoſitio ſancti Gummàri confeſsòris. (*h*) Apud Rhèdones ſancti Æmiliàni confeſsòris. (*i*) Tharſi in Cilicia ſanctàrum mulierum Zenaìdis, & Philonillæ ſoròrum, quæ beàti Pauli Apòſtoli conſanguìneæ, & in fide fuèrunt diſcìpulæ. (*k*) Veronæ ſanctæ Placìdiæ vìrginis. (*l*)

(a) *Baron. an. 290. n. 2. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (b) *Baron. an. 95. n. 7. & an. 98. n. 11. Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. ibid. & S. Hieronym. in Chron.* (e) *Baron. in not. Tabul. Eccleſ. Democh.ar. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (f) *Baron. an. 552. nu. 27.* (g) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 11.* (h) *Baron. an. 775. nu. 15. Sur. t. 5. prior. edition. Molan. in not. ad Uſuard. & Indicul. SS. Belgii.* (i) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Maurolyc.* (K) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (l) *Baron. ibidem, Tabul. Eccl. Veronen. & Cardinal. Valer. de antiq. monument. Epiſcop. Veronenſ. pag. 29. & 57.*

Ponam coram eis judicium, ut ſciam verba, quæ mihi reſpondeant. Job. 23.

(a) *Tharſi in Cilicia Tharaci, Probi, & Andronici.* Martyrol. Antuerpien. *In Anazobori Ciliciæ Taraci, Probi, & Andronici Presbyteri, Ampodi, Placidi, Fauſti, Januarii, Martialis, Marcelli.* Ms. Divionen. *Apud Theſſam Metropolim Martyrum Taraci, &c.* Quatuor Apographa Martyrol. S. Hieronym. & Florus ad 13. Maii. *S. Taracus, Probus, Andronicus Martyres in Paleſtina.* Mss. Richenovien. & Rhinovien. *In Oriente.*

(c) *Item Anaſtaſii Presbyteri, Geneſii, & Sociorum.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Acerno Siciliæ Tanaſi Presbyteri, Ampodi, Placidi, Fauſti, Januarii, Marcelli.* Martyrol. Corbejen. *In Acerno Sicilia Athanaſii Presbyteri, Ampodi, Placidi, Fauſti, Januarii, Martialis, Marcelli, Juviniani.* Ms. Roman. Barberinian. *In Acerno Sicilia Thanaſi Presbyteri, Placidi, Martialis.* Ms. Rom. Monaſt. S. Cyriaci: *S. Tanaſi Presbyteri, Ampodi, Fauſti, Januarii.* Ms. Vatican. S. Petri: *Et Marcelli,* ſine paleſtra. Maurolyc. quoq; ſine agonis loco: *Hac ipſa die Anaſtaſii Presbyteri, Placidi, Geneſii, & ſociorum Martyrum.* Ex quo accepiſſe videtur Roman. Martyrol. vel ex veterib. Mss. ut hac die notat Baron.

(d) *In Thebaide Sarmatæ diſcipuli B. Antonii Abbatis.* S. Hieronym. in Chronic. ad an. 22. Conſtantin. Imperat. *Sarmata, Amatus, & Macarius, diſcipuli Antonii inſignis habentur.*

(f) *Ucetia in Gallia Narbonenſi Firmini Epiſ. & Confeſ.* Ucetia, ſive Uzecia Urbs olim Africæ propriè dictæ, Aphrodiſio, Hadrumeto, & Tuburbo finitima; quæ hodie conjectura *Cayroham* dici videtur, vel non longè aberat.

Cardinal. Baron. ad an. 552. nu. 27. ſuadet, mendosè dici in exemplari, quo ipſe uſus eſt, Epiſcopum *Uticenſem* pro *Ucetienſi*: At correcta omnia exemplaria, & ipſa S. Firmini vita, *Ucetienſem Epiſcopum* teſtantur, ut

Qui audiebant, expectabant ſententiã, intenti tacebant ad conſilium. Job. 29.

ut Pagi tom. 2. ad an. 552. nu. 20. A quàmpluribus enim recentioribus Ucetia dicta est Utica, quæ quoque Urbs Africæ propriè dictæ litoralis antiqua, inter Tabracham, & Carthaginem: At est alia; Alium Firminum Mimate in Gallia, vulgò *Menne* ad 14. Januarii exhibet Sanssayus Martyrolog. Gallicano, ut Bolland. ea die.

Disceptatio Topographica. (a) *Tharsi in Cilicia natalis Sanctorum Martyrum Tharaci, Probi, Andronici.* Martyrolog. Corbejen. & Acta Præsidialia horum Martyrum promunt: *In Azorbo*, seù *Anazorbo Ciliciæ Tharaci, Probi, & Andronici &c.* Verùm corruptè *Azorbo*, seù *Anazorbo*, pro *Anazarbo*, quæ Urbs Ciliciæ est.

At horum insignium Martyrum Reliquias aliò, & aliò adsportatas, haud dubium, ex quo illorum solemnitates diversis diebus indicatæ; quemadmodum die septima Maii depositio sollemnis dictarum Reliquiarum obtigerit ex Cyrillo in Euthimio, teste Baronio in notis. Constat quidèm in Martyrologio Corbejensi ad 5. Aprilis: *In Cilicia natale SS. Tharaci, Andronici, & Probi.* In Martyrol. Lucensi, & Corbejensi ad 13. Maii: *In Palæstina natale Tharaci, Probi, & Andronici.* Florus: *In Palæstina.* Mss. Richenovien. & Rhinovien.: *In Oriente.* In iisdem Apographis Hieronymianis Lucensi, & Corbejensi ad 10. Octobris: *In Africa natale Tharaci, Andronici, Probi.*

Sed quùm ubique signetur tò *Natale*; hinc in tanta festi natalis diei, & loci varietate, aliquid certi statui nequit, ut proculdubio ex eorum Actis elicitur à Baronio ad annum Domini 290. num. 29. accitis; quæ ferunt, hos Martyres originem ex diversis locis duxisse, *Tharacum* scilicet ex Claudianopoli urbe Syriæ, *Probum* ex Thracia in Perge Pamphiliæ, & *Andronicum* ex Epheso. Præterea Græci in Menologio Canisii ferunt, Pompejopoli apud Tharsum Ciliciæ detentos fuisse, & Menologium Basilii die sequenti promit, tortos, diversisque tormentis excruciatos, demùm capite abscisso coronam Martyrii accepisse: quamobrem ubi Martyrium complevere, sine dubio nil determinatè signandum: Ex quo sanè videtur, Apographa Martyrologii S. Hieronymi die præcedenti nulla loci nota scripsisse: *Alibi Tharaci, Probi, Andronici.*

Quòd si quis obtruderet, horum Martyrum certamina, utpotè longiora, licèt partim in uno loco, partim in alio contigerint, tamen potuerint perfici *Tharsi in Cilicia*, ut apud Metaphrastem.

Acta tamen Præsidialia apud Rosuveydum suæ integritati restituta, quamvis loca passionis distinguant, palæstram tamèn consummati Martyrii non indicant; sed quòd Pompejopoli primùm interrogati, capti fuere; dein in Tharso Ciliciæ secundò interrogati multa pertulere; & demùm Anazarbum, aut, ut Menolog. Basilii, Mopsvestham transportati, agonem die 12. Octobris complevere: quo die Menologium Basilii eos veneratur.

Nec proficit subdere, hos Martyres hac die Tharsi in Cilicia cultos, esse alios ab iis, qui aliis diebus, & locis coluntur.

Nam quamvis non sit impossibile alios Martyres nomine *Tharaci, Probi, & Andronici* eadem die Martyrium consummasse; Nihilominùs videtur difficile, eadem tria nomina simul, & iterùm aliis diebus in eadem palæstra convenire: Maximopere quòd omnes Codices hos Christi Athletas, aliis diebus, aliisque locis signant, & de his intelligunt, eorum Acta advocando, ut ex collectis: quinimmo ipsemet Eminentissimus Baron. in notis suadet: *De his Græci in Menologio postridie.* Igitur in hac Codicum varietate, nè dubium sit Romanum Martyrologium, & sanioribus placeret, dempto *Tharsi in Cilicia*, auspicetur: *Natalis Sanctorum Martyrum Tharaci, Probi, & Andronici &c.*

xj. E Quarto Idus Octobris. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9

A B C D E *F* F G H M N P

10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

ROmę sanctòrum màrtyrum Evàgrii, Prisciàni, & sociòrum. (*a*) Ravènnæ via Lauretina natàlis sancti Edistii màrtyris. (*b*) In Lycia sanctæ Domninæ màrtyris sub Diocletiàno Imperatòre. (*c*) In Africa sanctòrum Confessòrum & martyrum quatuor millium nongentòrum sexagintasex, in persecutiòne Vvandàlica sub Hunnerico Rege Ariano: qui cùm essent partim Ecclesiàrum Dei Episcopi, partim Presbyteri, & Diàconi, associàtis sibi turbis fidèlium populòrum, pro defensiòne Ca-

(c) *Domninæ.* Martyr an. 305. Baron. eo an. n. 17. Anno 306. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(d) *Sanctorum Confessorū, & Martyrum, &c.* Die 7. Decembris Græci in Menolog.

(f) *Vualfridi Episc.* Obiit an.709. Baron. eo an. nu. 4. An. 712. Beda in Epitome. Die 24. April. Henschen. Ea die Fer. 5 post Majum Pagi to. 3. ad an. 709. n. 3.

Cathòlicæ veritàtis in horribilis erèmi exìlium trusi sunt: ex quibus plùrimi, dum crudèliter à Mauris ducerèntur, hastilium cuspìdibus ad currèndum impùlsi, & lapìdibus tunsi, àlii ligàtis pèdibus velut cadàvera per dura, & àspera loca tracti, & sìngulis membris discèrpti, ad extrèmum vàriè excruciàti, martyrium celebràrunt. Erant inter eos præcìpui Dòmini sacerdòtes Felix, & Cypriànus Epìscopi. (*d*) Celènæ in Pannònia sancti Maximiliàni Epìscopi Laureacènsis. (*e*) Eboràci in Anglia sancti Vualfridi Epìscopi & confessòris. (*f*) Mediolàni sancti Monæ Epìscopi, qui cùm de Epìscopo eligèndo agerètur, cœlèsti lùmine circumfùsus, eo signo mirabìliter in Pontificem illius Ecclèsiæ est assùmptus. (*g*) Verònæ sancti Salvìni Epìscopi. (*h*) In Syrià sancti Eustàchii presbyteri & confessòris. (*i*)

(a) *Baron. in not. & ver. Mss. apud Galesin.* (b) *Baron. ibidem, Rubeus hist. Raven. lib. 2. & Ferrar. General. Catal. SS.* (c) *Baron. ann. 305. n. 17. & Græci in Menolog. hac die.* (d) *Baron. an. 483. n. 85. & sequ. Græci in Menologio ad 7. Decemb. Victor lib. 2. de persequut. Vuandalica, Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. in not.* (f) *Baron. an. 709. n. 4. Beda de gest. Anglor. lib. 3. c. 28. lib. 4. c. 12. lib. 5. capit. 20. & in Epitom. Malmesburiens. de gest. Pontific. Anglor. lib. 3. pag. 268. & Molan. Addit. ad Usuard.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Mediolanen. & Galesin.* (h) *Baron. ibidem, Tabul. Eccles. Veronen. & Cardinal. Valer. lib. de antiqu. monument. Episcop. Veronens. pag. 10. & 41.* (i) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 11. n. 2. & 283. Usuard. & Ado.*

Nemo acquirit scientiam, nisi aut studiosus ad legendū, aut assiduus ad audiendum. S. Joan. Chrysost. c. 7 Matth. Homil. 18. post init.

(a) *Roma Evagrii, Prisciani, & Sociorum.* Apographum Hieronym. Lucen. *In Provincia Siria Evagri, & Prosini.* Apographum Corbejen. Appendix ad Adonem, & Ms. Rom. Barberinian. *In Provincia Syria Evagri, & Prosyria* Ms. Vatican S. Petri *Proseriæ.* Ms. Rom. Monasterii S. Cyriaci: *Seriæ.* Apographum Antuerpien. *In Syria Eustati Presbyteri, Eucharisti, Burri, Donata. Et in Campania Patria Civitate, Fortunatæ, Evagri, & Proseria, Fortunati, Prisciani.* An hic *Evagrius Syrus* sit idem qui in Romano Martyrol. nil certi statuimus. Baronius quidem in not. candidè suadet de Evagrio, Prisciano, & Sociis: *In aliquibus Codicibus in Syria passi dicuntur.*

(b) *Ravennæ Ædistii Martyris.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Edesti.* Ms. Lætien. S. Lamberti *Edisti:* Apographum Hieronymian. Lucen. & Corbejen. ac Petr. de Natal. *In Ravenna via Laurentina natalis S. Edisti.* Martyrolog. Pulsanen. Ms. Neapolipenès Clericos Regulares Sanctorum Apostolorum: *Via Laurentia.* Martyrolog. Sancti Vuillibrordi, & Raban. *Romæ Hedisti.* Notker. *Bodisti.* At aut alius, aut sphalma *Bodisti*, pro *Hedisti.* Consulendus Rubeus hist. Raven. Mss. quidem Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *Romæ depositio Saturi, & Calesti:* Ex quibus elicitur, luxatè poni *Bodisti*, aut *Hedisti*, pro *Calesti* Romæ posito: Ravennat. tamen, & Romani videant. Florentinius docet: *Via Laurentina*, à nemore Lauris consito dicitur.

(d) *In Africa Sanctorum Confessorum & Martyrum, quatuor millium nongentorum sexaginta sex.* Martyrolog. Roman. vetust. & Mss. Pleschien. Capuan. & Beneventan. Neapoli apud Cleric Regulares SS. Apostolorum: *Quatuor millium nongentorum septuaginta sex: Erant inter ipsos Felix, & Cyprianus Episcopi.* Ms. Pulsanen. prælaudatum addit: *Felix Episcopus Abdiritanus, & Cyprianus Episcopus Unizibirensis;* Consentitque victor Uticensis in his Civitatum vocabulis.

Legendo, & studendo invenitur scientia, & per solum studium lectionum homo factus est sciens. S. Joan. Chrysost. ibid.

(e) *Celona in Pannonia Maximiliani Episcopi Laureacensis.* Celenæ, *Glinech*, seù *Clrinek;* Pagus Noricorum in Austria, apud Onasum flumen, in Territorio, & Diœcesi quondam Laureacensi, nunc oppidulum apud Astiram Civitatem, in via, quæ inde Onasum, seù Anisum Civitatem ducit. Aliqui Codices: *Maximiani*, pro *Maximiliani.* Videnda Acta in Bibliotheca Tornacensi apud Molan. aut penès Cuspinian. in Austria.

(i) *In Syria Eustachii Presbyteri & Confessoris.* Aliis: *Eustasii.* Martyrolog. Corbejen. *In Ægypto Eustasii Presbyteri.* Bellinus: *In Scithia Eustachius Presbyter.* Appendix ad Adonem præsignat: *In Provincia Syriæ.*

x. F Tertio Idus Octobris. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

(a) *Carpi*. Die 25. Maii Greci in Menologio.

(b) *Fausti, Januarii, & Sociorum*. Die 28. Septembr. Cordubæ Ferrar. ad novam Topographiã in calce.

(e) *Danielis & Soc.* Martyres ann. 1221. Chronic. Franciscan.

(f) *Theophili Episcop.* Obiit an. 182. Baron. eo an. n. 6. An. 183. Nicephor. Euſeb. & Onuphrius.

(g) *Venantii Abbat.* Die 11. Octob. Notker. Appendix ad Adon. Raban. & Florus Addit. ad Mss. Attreb. Tornacen. & Lætien.

(h) *Chelidonis Virg.* Obiit an. 1152. Monument. Eccl. Sublacenſ.

IN Anglia ſancti Eduàrdi Regis, qui Nonis Januàrii defúnctus, hac die potiſſimùm recòlitur ob ejus còrporis translatiònem. Apud Tròadem Aſiæ minòris urbem natàlis ſancti Carpi diſcìpuli beàti Pauli Apòſtoli. (*a*) Còrdubæ in Hiſpània natàlis ſanctòrum màrtyrum Fauſti, Januàrii, & Martialis, qui primò equùlei pœna cruciàti, deinde ſuperciliis raſis, dèntibus evùlſis, àuribus quoque, & nàribus præciſis, ignis paſſiòne martyrium conſummàrunt. (*b*) Theſſalonicæ ſancti Florèntii màrtyris, qui poſt vària tormènta igne combùſtus eſt. (*c*) In Auſtria ſancti Colmànni màrtyris. (*d*) Apud Septam in Mauritània Tingitàna paſſio ſanctòrum ſeptem màrtyrum Ordinis Fratrum Minòrum, Danièlis, Samuèlis, Angeli, Domni, Leònis, Nicolài, & Hugolini: qui ob Evangèlii prædicatiònem, & Mahumèticæ ſectæ confutatiònem, à Sarracènis contumèlias, vìncula, & flagèlla perpèſſi, demum capìtibus abſciſſis, martyrii palmam adèpti ſunt. (*e*) Antiochìæ ſancti Theòphili Epiſcopi, qui ſextus poſt beàtum Petrum Apòſtolum ejùſdem Ecclèſiæ Pontificàtum tènuit. (*f*) Turònis ſancti Venàntii abbàtis & confeſsòris, (*g*) Apud Sublàcum in Làtio ſanctæ Chelidòniæ vìrginis. (*h*)

(a) *Baron. an. 58. n. 67. & an. 59. n. 16. & ſeq. Graci in Menolog. ad 25. Maii S. Paul. ad Timoth. c. 4. & Dionyſ. Areopagit. Epiſt. 8. ad Demophil.* (b) *Baron. an. 298. num. 9. Sur. to. 7. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 9. cap. 6. Ambroſ. Moral. Appendic. ad Eulog. de SS. Cordubenſ. Vaſæus in Chronic. & Flos SS. Hiſpan.* (c) *Baron. ann. 1012. nu. 20. & Græci in Menolog.* (d) *Baron. in not. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. ibid. S. Antonin. 3. par. t. 24. c. 7. §. 1. Sur. t. 5. prior. edition. hac die, Ferrar. de SS. Italia, & Chronic. Franciſcan.* (f) *Baron. an. 120. n. 30. an. 182. n. 6. & an. 170. nu. 7. & ſeq. Euſeb. & in Chronic. & hiſt. lib. 4. c. 19. Niceph. hiſt. lib. 3. c. 25. & lib. 4. cap. 9. Niceph. Epiſc. in Chronic. & S. Hieronym. de Script. Eccleſ. Epiſt. 151. ad Algaſiam qu. 6. & in proœm. ſup. Matth.* (g) *Baron. in not. & S. Greg. Turonen. vit. SS. Patr. cap. 16. de glor. Confeſſ. c. 15. & de geſt. Franc. lib. 10. c. 31.* (h) *Baron. ibidem.*

Doctrinam oris audite, qui eam cuſtodierit non periit labiis. Eccl. 13.

Verbum ſapiens quodcumque audierit ſciens ad ſe adiiciet. Eccl. 23.

(a) *Apud Troadem Aſiæ minoris Carpi Diſcipulus Pauli Apoſtoli*. Troas, quæ & Alexandria, urbs Phrygiæ minoris, quæ & *Troas* de nomine Urbis vocatur, maritima, inter Sigæum, & Lectum promontorium contra Tenedum Inſulam Trojæ, ſeù Ilio Urbi everſæ proxima, olim celebris, & ex regionis præcipuis: Ea nunc *Ernans* dici nonnullis videtur. Græci hac die in Menologio: *Agathonice Carpi, Papila, & aliorum*. At hic *Carpus* eſt alius, de quo cum ſociis Euſeb. hiſt. lib. 4. cap. 14. *De Carpo* verò *Pauli Diſcipulo*, ut Roman. Martyrol. ipſi Græci ad 25. Maii in eodem Menologio.

(b) *Corduba in Hiſpania, Fauſti, Januarii, & Martialis*. Martyrolog. de Peregrin. *Fauſtini*, pro *Fauſti*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Spaniis Godoba Civitate Fauſti, Marcia. In Galcidonia Adriani, Fauſti Januarii, Marcelli*. Lapſum Librarii *Godoba*, pro *Corduba*. Martyrol. Blumanii, ſeù Veiſſemburgenſe: *Corduba* legit. Martyrol. Antuerpien. *In Spanis Fauſti, Marcialis, Adriæ; & in Calcedonia Marcelli, & Albi, Fauſti, Januarii, Marcelli, & Albi, Fauſti, Januarii, Marcelli, Alexandri, Anaſtaſi Epiſcopi*. Martyrolog. Corbcjen. *In Hiſpanis Corduba Civitate Fauſti, Martia. In Calcedonia Adriani, item Fauſti, Januarii, Marcelli*. Mss Romana, Vatican. S. Petri, & Monaſterii S. Cyriaci: *In Spania Fauſti, Marciæ*. Ms. Barberinian. Roman. profert: *In Hiſpania Cordoba Civitate*. Mss. Tornacen.

Nnn &

& Lætien. S.Lambertii: *In Hispania Fausti, & Rustici*. Beda: *In Hispania Faustinus, Marcus, & Adria*. Raban. & Notker. *In Hispaniis Fausti, Marci, & Andriæ*. Maurolyc. *Eodem die Marci, Marcelli, & Adriani in Calcedonia*. Verùm Faustus, Martialis, & Januarius Cordubenses in Hispania videntur alii à Fausto, & Sociis in laudatis Codicibus.

(c) *Danielis, Samuelis, & Soc*. Hi omnes fuerunt Calabri, adnotat Caracciolus ex C. R. in schedis penès eosdem Cler. SS. Apostol. Neapoli.

x. G Pridie Idus Octobris. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

A B C D E *F* F G H M N P

12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

(a) *Callisti Papæ*. Martyr an. 226. Baron. eo ann. nu. 1. & sequ. Ann. 222. Pagi t. 1. ad an. 226. n. 2. Die 28. Septembr. idem Pagi ibid. Die 12. Octob. Florentin. in not. Die 7. Martii Ms. Roman. Altempsian. Die 8. April. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(b) *Fortunatæ Virg*. Martyr an. 308. Baron. eo an. n. 17. An. 309 Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 12. Octobr. Florent. & Raban.

ROmæ via Aurèlia natalis beàti Callìsti Papæ & màrtyris, qui Alexàndri Imperatòris jussu diùtiùs fame in càrcere cruciàtus, & quotìdie fùstibus cæsus, tandem è fenèstra domus, in qua custodiebàtur, præcipitàtus atque in pùteum demèrsus, victòriæ triùmphum promèruit. (*a*) Cæsarèæ in Palæstina sanctę Fortunatæ virginis & màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiàni post equùleum, ignes, bèstias, & àlia tormènta superata, spìritum Deo rèddidit; cujus corpus pòsteà Neàpolim in Campània delàtum fuit. (*b*) Item sanctòrum Carpònii, Evarìsti, & Prisciàni fratrum ejùsdem beàtæ Fortunàtæ, qui glàdio jugulàti, pàriter màrtyrii coronam percepèrunt. (*c*) Item sanctòrum Saturnini, & Lupi. (*d*) Arìmini sancti Gaudèntii Epìscopi & màrtyris. (*e*) Tudèrti sancti Fortunàti Epìscopi, qui (ut beàtus Gregòrius refert) in effugàndis spìritibus immùndis immènsæ virtùtis gràtia emìcuit. (*f*) Herbìpoli sancti Burchàrdi primi illìus civitàtis Epìscopi. (*g*) Brugis Flandròrum sancti Donatiàni Rhemènsis Epìscopi. (*h*) Trèviris sancti Rùstici Epìscopi. (*i*) Eòdem die depositio beàti Dominici Loricàti. (*k*) In Làtio sancti Bernàrdi confessòris. (*l*)

(g) *Burchardi Episcop*. Obiit an. 791. Baron. eo an. n. 7. & in not. Ann. 751. Mabillon. Sæcul. 3. Benedictin. par. 2. An. 754. Pagi tom. 3. ad eum an nu. 21. Die 2. Februar. Martyrol. Anglican. primę, & secudę edition. Canis. & Felic. Die 25. Uuio, & Galesin. Nec annus, nec dies mortis in vit. Anonym. apud Mabillon. loco citato.

(a) *Baron. an. 226. n. 1. & sequ. Euseb. in Chronic & hist. lib. 6 c. 15. Optat. contra Parmen. lib. 2. S. Augustin. Epist. 165. Niceph. Episc. in Chronic. Niceph. Callist. lib. 4. c. 19. Sur. t. 7. prior. edition. hac die, Mombrit. t. 2. & Petr. de Natal. lib. 9. c. 78.* (b) *Baron. an. 308. n. 17. Ferrar. de SS. Italiæ, & Anton. Caracciol. ex C. R. de Sac. Eccl. Neap. monum. c. 19.* (c) *Baron. in not. & idem Caracciol. ibid.* (d) *Baron. in not.* (c) *Baron. an. 359. n. 46. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 63.* (f) *Baron. an. 537. n. 11. & sequ. S. Greg. lib 1. Dialog c. 10. & Sigeb in Chronic. ad an. 699.* (g) *Baron. an. 791. n. 11. & an. 1026. n. 1. Sur. t. 1. Democh. in Tabul. Episcop. Herbipolen. Trithem. de vir. illust. Ord. S. Benedict. lib. 3. c. 186. & lib. 4. c. 184. Contius, aliique.* (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & in Indic. SS. Belgii, ac Sur. t. 5. prior. edition. hac die.* (i) *Baron. in not. Tabul. Democh. & Molan.* (K) *Baron. ann. 1061. n. 59. Lippoman. t. 8. & Sur. t. 5. relat.* (l) *Baron. in not.*

Quæ vidimus, hæc scribimus. Epist. 1. Joan. 1.

(a) *Romæ via Aurelia Callisti Papæ & Martyris*. Apographa Hieronym. Lucen. & Corbejen. *Romæ via Aurelia in Cœmeterio Calepodii, Calisti Episcopi, Saturi*. Apographum Antuerpien. *Romæ Calisti, & depositio Paulini Episcopi*. Petr de Natal. & Molan. *Callisti, & Magni*. Kalendar. pervetust. S. Hiernym. apud Canonic. Lucenses: 11. *Idus S. Callisti Papæ, & 10. Idus Callisti, & Agri*. Florentin.

(b) *Cæsarea in Palæstina Fortunatæ Virginis & Martyris*. Ad 12. Octobris Martyrol. Corbejen & Appendix ad Adonem: *In Campania SS. Eucharisti, Fortunati*. Martyrolog Hieronymian Lucen. *Et Prisciani*. At sphalma videtur Euchariſti, & Fortunati, pro *Evaristi, & Fortunatæ*; nisi alii. Martyrolog. Antuerpien. *In Campania Patria Civitate Fortunata, Evagri, Proferia*. Notker. & Raban. *In Campania Patriæ, Fortunatæ*. Histor. S. Fortunatæ apud Caracciol. Cleric. Regular. de

Non scribimus quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Epist 1. Joan. 2.

de Sac. Eccles. Neapolitan. Monum. Patriam Urbem tunc *Linternum* dici; ad quam ex Cęsarea Palęstinæ Corpus S. Fortunatæ translatum, & eversa Patria Civitate, Neapolim transpositum: Item Raban. die seq. *In Capua Libuli, & S. Fortunatæ in Patria.* At Caracciolus prælibatus in schedis Neapoli penès Cl. R. SS. Apost. autumat scribendum *Luperli*.

(c) *Item Carponis, Evaristi, & Prisciani*. Acta Proconsularia Mss. Neapoli à Baronio in notis laudata ferunt, hos Martyres ante sororem necatos, & pro Evaristo, *Eucharistum*: Verùm alia exemplaria Evaristum promunt.

(d) *Item Saturnini, & Lupi*. Martyrologium Hieronymian. Lucen. *In Cappadocia Lupi, Ampodi, Modesti, Luciani, Saturnini, Simplici, Saturi, Placidis*. Martyrolog. Rhyman. *Placidi*. Martyrolog. Epternacen. *Cappadocia Campaniæ Saturi, Lupi, Ampodi, Modesti, Luciani, Saturnini, Simplici, Saturi, Placidi, Domni, Lupi*. Martyrolog. Corbejen. *In Cappadocia Luprampodi, Modesti, Luciani, Saturnini, Simplici, Saturi, Placidi*.

Cardinal. Baron. in not. suadet, Bedam de Lupo tantùm egisse: & de Saturnino, & Lupo alia veter. Mss. Maurolyc. quidem, & Bellin. de utroq; efferunt, sed nulla loci nota.

(e) *Arimini Gaudentii Episcopi & Martyris*. Ariminum *Rimini*; urbs antiqua Galliæ. Togatę maritima, ad Arimini fluminis ostium. Colonia Romana nobilis antiqua. Urbs antiquis Scriptoribus celebris, ubi Pons marmoreus opus Augusti, & Arcus Triumphalis eidem Augusto erectus: Hic *Gaudentius Episcopus & Martyr sub Constantio, ab Arianis occisus, quia illorum Conciliabulo ibi habito restitit* Catal. lib. 9.

(h) *Brugis Flandrorum Donatiani Rhemensis Episcopi*. Brugæ, *Bruges*, urbs Galliæ Belgicæ, comitat. Flandriæ, post Gandauum maxima, & clarissima, proxima Slusæ, & Ostendæ oppidis maritimis. Apud aliquos olim *Gessoriacum Navale* dicta, deindè *Brucas* à pontium multitudine (pontem enim Germani, *Burg*, seù *Pruch* vocant) Verùm ex Antonini Augusti Itinerario *Gessoriacum Navale* alibi fuisse demonstratur. Ms. Attrebaten. Eccles. S. Mariæ: *Eodem die depositio Sancti Donatiani Episcopi*; nil aliud.

(i) *Treviris Rustici Episcopi*. Quoddam Ms. Treviren. S. Pauli ad 14. Jun. *S. Rusticus Episcopus & Martyr*. Baert. & Janning. in Sanctis prætermissis ea die: At si sphalma *Martyris* pro *Confessore*; alii definiant.

Disceptatio Chronologica.

(b) *Cæsarea in Palęstina S. Fortunatæ Virginis & Martyris, quæ in persecutione Diocletiani &c.*

Eminentissimus Baronius supputat hoc Martyrium anno Domini 308. ut eo ann. nu. 17. quo ævo, neque Diocletianus Imperii fasces ferebat, ut ipse Baron. ad eum annum num. 2. qui contra Panvinium vindicat, Diocletianum, & Maximianum Imperium abdicavisse die 19. Februarii anno Domini 304. ex Zosimo lib. 2. Euseb. hist. Idacio in Fast. & ex Chronic. Alexandrino: neque Urbanus Judex, sub quo hæc Sancta cum sociis necata, ut Acta Martyrii, dicto anno 308. Palæstinam regebat; sed Firmilianus.

Antonius Caracciolus vir summus ex Cleric. Regularibus suo singular. Libello de Sac. Eccl. Neapolitan. monumentis c. 19. adnotat, errorem prochronismi fuisse, consignare hoc martyrium anno Domini 308. sed erat ipsum contrahere ad annum 303 vigesimo Diocletiani, & Maximiani, quo anno Urbanus Præfecturam Palæstinæ inierat; proindè Cæsareæ, ubi hæc Sancta martyrizata, quam Præfecturam exercuit annis quatuor, teste ipso Cæsariensi lib. 8. c. 18

Sed hoc refragatur Eusebio lib. de Martyribus Palæstinæ cap. 2. scribenti, Palestinæ persequutionem in Christianos pervenisse anno tertio Diocletianæ persequutionis, cæpto primo anno mense Zanthico XIX. Diocletiani, propositis edictis imminente die salutaris Passionis; unde quùm annus, quo Pascha celebratum fuit die 18. Aprilis, inciderit in ann. 303. & exequutio non videatur statim per totum Imperium occurrere potuisse, idcircò anno tertio dictæ persequutionis, Initium mensis Aprilis an. 306. erit includendum, ad quem annum hoc Martyrium referendum; at hoc anno, ut Eminentissimus Baronius num. 5. ex Zosimo lib. 1. hist. Severus, & Maximianus in Tabulis scripti erant, nec ante ann. 305. hi Cæsares dicti, ut Pagi vir eruditus tom. 2. ad an. 306. num. 4.

Si quis verò obtruderet, dicto anno 308. hoc Martyrium infligi potuisse à Firmiliano, aut eodem anno alium Urbanum Judicem in Palæstina extitisse.

Hoc ex sua mente, & non scriptorum auctoritate produceret, quùm Acta Martyrii ferant Fortunatam sub Urbano, & non sub Firmiliano passam, nec Eusebius de hoc alio Urbano meminerit; Urbanus namque Cæsareæ Palęstinæ Præses videtur ille, qui Kalend. Junii S. Pamphilium Martyrem, ejusque Socios in teterrimum carcerem trusit, atque excruciatos reliquit Firmiliano successori occidendos, apud Euseb. lib. 8. c. 17. Hinc quemadmodum Pamphilius sub Maximiano Imperatore, Urbano Præside, Cæsareæ Palęstinæ mortem oppetiit, ita & Fortunata cum Fratribus suis.

Urget denuò Caracciolus, nil prohiberi; quin vel idem Urbanus Præfecturam Cæsariensem semel atque iterum habuerit, nempè sub Maximino, & Diocletiano, uti in Romano Martyrol. ad 12. April 1. Jun. 19. & 24. Augusti, & fortè alibi quoque fit mentio de hoc Urbano Præside, aut Judice sub Diocletiano; vel quòd eo ipso tempore, quo Diocletiani Imperium perduravit, Maximino Orientis Regna moderante, potuit Urbanus Cæsareæ præfici.

At utroque dato, adhuc Fortunata & Socii non sub Diocletiano, sed sub Maximino reponendi, ex ipso Eusebio lib. 8. cap. 17.

describente, vindice Deo tot Christianorum, & Fortunatæ sociorumque lanium miserandum vitæ exitum eodem Maximino jubente contigisse anno quinto persequutionis, qui in Christi an. 306. inciderit.

Cæterùm non est nostri animi in his definire, cujusnam partis sint potiora jura; sed ipsam tricam patefacere: quæ ut è Rom. Martyrologio impræsentiarum expungatur, sapientiores annuerint, quemadmodum hac ipsa die de S. Gaudentio non exprimit sub quo Martyrizatus sit, licèt Baron. in not. suadeat, sub Constantino Imperatore, ita modò percurso sub qua persequutione, referibat: *Cæsarea in Palæstina S. Fortunatæ Virginis & Martyris, quæ post equuleum, ignes &c.*

viij.	A					Idibus Octobris.			Luna.							15
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22					

(d) *Brunonis Episc.* Martyr ann. 1008. Baron. eo ann. n. 4. Ann. 1009. Sigeb. in Chronic. Ann 1003. Trithem.

(e) *Antiochi Episc.* Circa 375. Baron. in not. ad oram marginal. Circ. 420. Raynaud. Hagiolog. Lugdunens. pag. 3.

(f) *Severi Episc.* Circ. 435. Baron eo ann. n. 16. Circ. 455. Brovver. Annal. Trevirens. Die 16. Martii Animadversa nonnulla Carthusianor. Bruxellen.

Abulæ in Hispània sanctæ Terèsiæ vìrginis, fratrum ac Sorórum Ordinis Carmelitárum arctiòris observántiæ matris, & magistræ. Romæ via Aurèlia sancti Fortunàti mártyris. (*a*) Apud Colòniam Agrippìnam natális sanctòrum trecentòrum Mártyrum, qui in persecutiòne Maximiàni cursum sui agònis complevèrunt. (*b*) Carthágine sancti Agilèi mártyris, in cujus die natàli sanctus Augustinus de eo ad pòpulum tractàtum hábuit. (*c*) In Prùssia sancti Brunònis Epìscopi Ruthenòrum & mártyris, qui Evangèlium in ea regiòne prædicans, ab impiis tentus, mánibus pedibùsque præcisis, càpite truncàtus est. (*d*) Lugdùni sancti Antiochi Epìscopi, qui strènuè administràto Pontificii cùlmine, ad quod assùmptus fùerat, regnum cœlèste adèptus est. (*e*) Trèviris sancti Sevèri Epìscopi & confessòris. (*f*) Argentoràti sanctæ Aurèliæ vìrginis. (*g*) Cracòviæ sanctæ Heduvìgis Ducissæ Polòniæ, quæ pàuperum obsèquio dèdita, ètiam miràculis clàruit: quam, & Clemens Papa Quartus nùmero Sanctòrum adscripsit, & Innocèntius Undècimus ejus festum sextodècimo Kalèndas Novèmbris celebràri indùlsit. (*h*) In Germània sanctæ Theclæ abbatissæ. (*i*)

(a) *Baron. an. 303. n. 124. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de glor. Martyr. cap. 62. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. S. August. in natal. die S. Agilei, S. Greg. in Regest. lib. 10. Epist. 1. Possid. in Indicul. c. 9. & Sur. t. 1.* (d) *Baron. an. 1008. num 4. Sigeb. in Chronic. ad ann. 1009. hist. Sax. lib. 4. c. 28 & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 4. c. 116. & alii.* (e) *Baron. in not. Sur. to. 5. prior. edition. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 68.* (f) *Baron. an. 435. n. 16. & an. 479. n. 15. item Beda de gest. Anglor.* (g) *Baron. in not. Tabulæ Eccles. Argentinen. Molan. & Galesin.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 5. prior. edit. Chromer. lib. 7.* (i) *Baron. an. 725. Sur. t. 3. in Act. S. Bonifacii Episc. Moguntin. ad 5. Junii, & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 172.*

Auditum mente pertractа. Job. 4.

(a) *Roma Fortunati Martyris.* Ms. Rom. Barberinian. *Romæ natale S. Fortunata.* Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monast. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Romæ passio S. Silvani Martyris, & Fortunati.* Appendix ad adonem: *Roma via Aurelia Sancti Fortunati Martyris. Item Lubulsi, Modesti, & Fortunata.* Petr. de Natal. lib. 11. num. 290 & Maurolyc. *Romæ Fortunati, Capuæ, Luphili, & Fortunati.* Ferrar. Catal. SS. Italiæ ex antiquo Breviar. Capuan. & Galesin. *Idibus Octobris Capua Lupili, & Fortunati.* Ex quibus Codicibus duo *Fortunati* hac die, alter *Romæ*, alter *Capuæ*.

(b) *Apud Coloniam Agrippinam trecentorum Martyrum.* Colonia Agrippina, *Colonia* Italis, *Coeln* Germanis. Urbs Germaniæ inferioris ad citeriorem Rheni ripam, Ubiorum Metropolis; cujus Archiepiscopus unus ex Imperii Electoribus est, Italiæ Cancellarius. Media inter Moguntiam, & Antuerpiam.

Conceptum sermonem tenere quis potuerit? Job. 5.

Mar-

Martyrolog. Antuerpien. *In Gallils Colonia Agrippinæ natalis Maurorum.* Martyrol. Corbejen. Hieronym. Lucen. & Bluman. ac Mss. Attrebaten. & Tornacen. prælaudata *Maurorum de militibus*. Ms. Rom. Barberin. *Martyrum de militibus*. Martyrolog. Patrician. Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Apud Coloniam Agrippinam natalis SS. trecentorum Martyrum, & Militum, qui ex illa Sacra Thebeorum legione fuerunt*. Helinandus hist. recenset *Martyres cccl.* Petr. de Natal. lib. 9. cap. 67. *Martyres ccclx.* Baron. quidem in not. ſuadet, Codices in horum Martyrum numero ad invicem diſcrepare.

(d) *In Pruſſia Brunonis Epiſcopi*, Pruſſia, quæ & Pruthenia, *Pruſſen*. Regio Sarmatiæ Europææ, inter Viſtulam ad Occidentem, & Cronum, ſeù Niemenem ad Ortum; multis fluminibus à paludibus, quibus abundat, emiſſis irrigata, & ſinu Venedico alluitur. Bollandus tradit ex Hermoldo in Chronic. cap. 1. Pruſſios uſque ad 1170. lumen fidei non habuiſſe, contra Baronium, ferentem, S. Brunonem in Pruſſia an. 1008. ut eo anno num. 4. Pagi tamen opponit t. 4. ad eum ann. num. 2.

(e) *Lugduni Antiochi Epiſcopi*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi penes Florentinium, & Ms. Reginæ Sueciæ apud Holſten. ad 13. alium *Antiochum Epiſcopum Synnadæ Phrygiæ* panditant.

vij. B Decimoſeptimo Kalendas Novembris. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

(e) *Berchariì Abb.* Martyr an. 660. Baron in not. An. 661. Sigeb. in Chronic. An. 685. Pagi t. 3. eo an. n. 14. & 15. Die 26. Martii idem Pagi ibidem.

(g) *Lulli Epiſc.* Obiit ann. 787. Baron. in not. Ann. 786. Pagi t. 3. eo an. n. 11.

IN Africa ſanctòrum Màrtyrum ducentòrum ſeptuagìnta pàriter coronatòrum. (*a*) Ibidem ſanctòrum Martiniàni & Saturiàni, cum duòbus eòrum fràtribus: qui tèmpore Vvandàlicæ perſecutiònis, ſub Genſerico Rege Ariàno, cùm eſſent ſervi cujùſdam Vvàndali, à ſancta Màxima vìrgine, eòrum consèrva, ad Chriſti fidem convèrſi, pro conſtàntia fidei Cathòlicæ primùm nodòſis fuſtibus cæſi ſunt, & uſque ad oſſa laniàti: ſed cùm multo tèmpore tàlia paterèntur, & ſequènti die nihilòminùs ſemper incòlumes redderèntur, exilio tandem relegàntur: ubi cùm multos barbaròrum ad fidem Chriſti convertiſſent, & à Romàno Pontifice presbyterum, aliòſque miniſtros, qui eos baptizàrent, obtinuiſſent, noviſſimè vinctis pèdibus poſt terga currèntium quadrigàrum, inter ſpinòſa loca ſilvàrum juſſi ſunt pàriter interire: Màxima verò poſt multos ſuperàtos agònes divinitus liberàta, in monaſtèrio multàrum vìrginum mater ſancto fine quièvit. (*b*) Item ſanctòrum Saturnini, Nèrei, & aliòrum trecentòrum ſexagintaquìnque Màrtyrum. (*c*) Colòniæ ſancti Eliphii màrtyris ſub Juliàno Apòſtata. (*d*) Item ſancti Berchàrii abbàtis & màrtyris. (*e*) In territòrio Bituricènſi ſancti Ambròſii Epìſcopi Caturcènſis. (*f*) Mogùntiæ ſancti Lulli Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) Trèviris ſancti Florentini Epìſcopi. (*h*) Apud Arbònam in Germània ſancti Galli abbàtis, diſcìpuli beàti Columbàni. (*i*)

(h) *Florentini Epiſcop.* Die 19. Februar. Ms. Bruxellen. Carthuſiæ.

(i) *Galli Abbatis*. Obiit an. 640. Baron. in not. An. 645. Mabillon. Sæcul. 2. Benedict. Ann. 625. Cointius. Ann. 627. aut 628. Pagi t. 2. ad an. 627. n. 31. Die 19. Feb. Martyrol. Monaster. Aquicinctin. Maurolyc. Felic. & Vuitford.

(a) *Baron. an. 456. n. 13. Victor de perſecut. Vuandalic. lib. 1. Uſuard. Ado, & alii*. (b) *Iidem ibidem*. (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 362. num. 276. & Sur. t. 4. prior. edit.* (e) *Baron. in not. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 109 Sur. t. 5. prior. edition. hac die, Sigebert. in Chronic. ad an. 661. Mabillon. Sæcul. 2. Benedictin. aliique*. (f) *Baron. in not. & Uſuard.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 5. prior. edition. Marian. Scot. & Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 193. & lib. 4. c. 78.* (h) *Baron. in not. & Tabul. Demochar.* (i) *Baron. ibidem. Sigeb. de vir. illuſt.*

illust. c. 171. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem. lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. cap. 36. & Bolland. ad 19. Febr.

Qui vigilaverit ad sapientiam non laborabit. Sap. 6.

(a) *In Africa Martyrum ducentorum septuaginta.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Septingentorum sexaginta.* Martyrolog. Antuerpien. *In Asia Cerea, & aliorum cclxx.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Cercæ, & aliorum cclxx. Merei, Aufidi, Saturnini, Nerei.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Cecra, & cclxx. Meri, Aufidii, Saturnini, Nerei.* Martyrolog. Bluman. *Merei.* Ms. Roman. Barberinian. *In Africa passio Sanctorum Cejera, & aliorum ducentorum septuaginta.* Raban. *In Asia Cereæ, & aliorum cclxx.* Notker. & rectiùs: *In Asia Cerea. In Africa ducentorum septuaginta pariter coronatorum.* Maurolyc. *In Africa apud Lepim, seu Tripolim, Sanctorum Martyrum ducentorum septuaginta pariter coronatorum.*

Cardinal. Baron. in not. suadet sub fin. *Regnante Gilimere Rege Ariano nullus erat relictus in Africa Orthodoxus Antistes; qui antea fuerant exturbati; nec eo sunt amplius reversi, donec capto Gilimero.* Holstenius tamen animadvertit, revocatos fuisse Episcopos exules ab Hilderico Rege, statim post obitum Trasimundi, quando Bonifacius Carthaginensis fuit Episcopus electus, cui postea Reparatus successit, qui Justiniani Imperatoris, & Bonifacii Papæ temporibus, eidem Ecclesiæ præfuit.

(b) *Ibidem Martiniani, & Saturiani cum duobus fratribus.* Ms. Divionen. Martyrolog. Rom. vetus, & Canisius, sine agonis loco: *Sanctorum Martyrum Marciani, & Satyriani cum duobus fratribus eorum, & aliorum cclxx.*

(c) *Item Saturnini, Nerei, & aliorum trecentorum sexaginta quinque.* Petr. de Natal. lib. 11. nu. 291. *Saturninus Presbyter* scribit, & nulla loci nota. Aliqui Vuandalica persequutione hos Sanctos inscripsere; sed Baron. in notis candidè admonet: *Divinare est, cùm nullius authoritate probetur.* Quæ verba etiam in Martiniano, & Saturiano, & Sociis fratribus videntur modò accomodanda, quùm eos Romanum Martyrolog. Martyres ferat *tempore Vuandalicæ persequutionis.*

(i) *Apud Arbonam in Germania Galli Abbatis.* Arbona, *Arbon*, priùs Arbor felix; Oppidum Helvetiæ ad lacum Podamicum, sivè Constantiensem, haud longè ab Urbe Sancti Galli, mercimonio celebri, ac inter oppida & urbes Helveticas non infima, quæ ex Cœnobio crevit in Urbem: media inter Brigantium, & Constantiam. Martyrolog. Monasterii Aquicinctinen. ad 19. Februarii: *Sanctus Gallus Presbyter & Confessor in Alemannia.* Nonnulli addunt cum Rom. Martyrol. *Discipuli S. Columbani Abb.* Ms. Vatican. *XVII. Kal. Novemb. depositio S. Galli Confessoris, & aliorum pariter ducentorum septuaginta.* Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Octoginta.*

Disceptatio Chronologica.

(d) *Coloniæ S. Eliphii Martyris, sub Juliano Apostata.*

Assidentem illam foribus suis inveniet. Sap. 6.

Nedum Julianus Apostata in Galliis profitebatur se Christianum esse, Sacros Conventus adiens, teste Ammiano Marcellino, sed Catholicis quoque favebat adversùs Arianos, apud Hilarium contra Constantium.

Eminentissimus Baronius in notis animadvertit, duo tempora consideranda: priùs quùm Julianus in Galliis fuerit, antequam acclamatus Imperator; quo tempore Christianè se gessit: posteriùs verò, quando Cæsar ab exercitu acclamatus, exuens hypocrisim, palam Deos Gentilium coluit, ut ipsemet Julianus Epist. 39. ad Maximum Philosophum, quùm adhuc in Galliis esset, ubi in fine: *Deos publicè & palàm colimus, & totus meus exercitus pietatem amat.* Adstruit Zosimus lib. 3. his verbis: *Julianum in Galliis publicè immolasse.*

Nihilominùs ex eodem Baronio Julianus à militibus in Galliis alias acclamatus fuit, & electus Imperator, anno scilicet 360. ut eo anno n. 55. à quo anno usque ad 362. dum è Galliis discessit, quantum, saltem fictè Christianum se exhibuerit, & de rebus Christianorum benemeritum, penès ipsummet Eminentissimum Annalistam videndum; ex quo eo anno 362. quo hoc Martyrium obtigit, ut eo anno num. 276. denegat Baronius sequutum fuisse in Galliis sub Juliano Apostata; quemadmodum ad an. 361. erroris arguit Zosimum panditantem, in Galliis Julianum publicè immolasse, quùm quamdiu in Galliis fuerit, Deos ad summum secretò coluit.

Prælaudata tamen littera ad Maximum scripta non fuit in Galliis, sed quùm ex ipsis Galliis ad Illyrios pervenisset, ut ex ipso Baronio ad eumdem annum num. 5. res jam ultro citroque in apertum bellum à Juliano exposita. Quinimmò Baronius num. 6. narrat, tradidisse Ammianum, quòd Julianus non antea palam sacrificium exhibuit, neque se manifestum cultorem Deorum, quàm quùm Constantinopolim pervenisset.

Baronius in iisdem not. urget, Julianum à Galliis recedentem nobilissimam Galliarum Præfecturam Salustio omnium ipsi Juliano charissimo legasse; sub quo acerbissimo hoste Christianorum referuntur passi quatuor germani, Eliphius Tullensis vir ejus germanus, Eucharius Episcopus, & sorores Libaria, atque Susanna, ut profectò Acta apud Sur. tom. 5. hac die, item Sozomen. tom. 3. lib. 4. & S. Hieronym. de scriptorib. Eccles. in Hilario.

Sed hi Auctores, ex quibus Baronius, cæterique hoc nacti ex confuso Salustio decepti fuere: Duos namque Salustios distinguendos suadet Gotifridus in Prosopographia Cod. Theodos. verb. *Salustius*, & verb. *Secundus*, ubi ad an. 362. complures leguntur leges inscriptæ modò *Salustio P. F.* modò *Se-*

Secundo P. P. Et Hermantius in not. ad vitam S. Athanasii lib. 10. c. 11. qui eodem tempore floruit, ut Pagi vir erudit. tom. 1. ad eum an. 362. num. 32. & sequ. Alterum Salustium Præfectum Orientis Helpidii successorem, qui quantus Christianus fuerit, ex ipsius Martyrio cum sociis elicitur, apud Græcos, & Latinos in Ecclesiasticis monumentis: *xv. Kal. Decemb. natalis SS. Martyrum Elpidii, Marcelli, Eustachii, & sociorum: ex quibus Elpidius cùm esset ordinis Senatorii &c.* De hoc *Salustio*, dicto *Secundo*, scribit Ammianus lib. 22. cap. 3. *Brevi deindè Salustio promoto Præfecto Prætorii summam quæstionem agitandorum, ut fido commisit*. Et Baronius etiam ad an. 361. num. 9. narrat: *Deinde Secundo Salustio promoto Præfecto Prætorii*. Alterum Salustium Galliarum Præfectum, Nebridii successorem, cui quis postea in Gallica Præfectura successerit, incompertum, & quem Ammianus simpliciter *Salustium* vocat l. 23. cap. 5. de Juliano Augusto: *Litteras tristes Salustii Galliarum Præfecti suscepit*; anno scilicet 263. in Persidem pergendo, non acta à Salustio ea Galliarum Præfectura, nisi anno 263. quo Julianus Consul præcessit, ut prælaudatus Ammianus initio l. 23. *Julianus jam ter Consul, ascito in Collegium Trabeæ Salustio Præfecto per Gallias quater, ipse amplissimum inierat Magistratum.* Adhuc præter hos duos Salustios alius legitur in Baronio ad an. 386. Præfectus Urbis, sub Valentiniano Juniore; cui is Litteras dedit, de construenda S. Pauli Apostoli Basilica via Ostiensi; & hic Christianus fuit: ex iis igitur diversis Salustiis multa reperiuntur confusa, & quæ uno tribuenda, alteri signantur.

Nec officit subdere, fuisse Juliani tempore in Gallia Salustium Prætorii Præfectum, sub quo quàmplures Martyres dirè passos.

Nam hoc quoque dato, non contigisset sub Juliano Apostata degente in Galliis; neque sub Salustio ibi Præfecto, à quo Præfecturæ fasces susceptæ an. 263. ut probatum, & laudati Martyres in Galliis ann. 362. referuntur à Baronio num. 276. aliisque Scriptoribus; igitur ut hæc laboriosa trica impræsentiarum expungatur, & ea inter ipsos historicos tota sit, inito sapientiorum judicio, dempto tò Juliano, signetur: *Coloniæ Sancti Eliphii Martyris*.

vj. C Sextodecimo Kalendas Novembris Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

Sanctæ Heduvìgis vìduæ, Polòniæ Ducìssæ, quæ Idibus Octòbris obdormìvit in Dòmino. Antiochìæ natàlis sancti Herònis discìpuli beàti Ignàtii, qui post eum factus Epìscopus, viam magìstri pius imitàtor secùtus, pro commendàto sibi grege amàtor Christi occùbuit. (*a*) Eòdem die pàssio sanctòrum Victòris, Alexàndri, & Mariàni. (*b*) In Pèrside sanctæ Mamèltæ màrtyris, quæ à cultu idolòrum ad fidem Angèlico monitu convèrsa, à Gentìlibus lapidàta est, & in profùndum lacum demèrsa. (*c*) Constantinòpoli sancti Andrèæ Cretènsis mònachi, qui ob cultum sacràrum imàginum sub Constantino Coprònymo sæpiùs verberàtus, tandem amputàto àltero pede, rèddidit spìritum. (*d*) Aràusicæ in Gàllia sancti Florentìni Epìscopi, qui multis clarus virtùtibus quièvit in pace. (*e*) Capuæ sancti Victòris Epìscopi, eruditiòne, & sanctitàte conspìcui. (*f*)

(a) *Heronis.* Die 5. Maii Florarium Ms.
(c) *Mameltæ.* Die 5. Octobris Græci in Menologio.

(f) *Victoris Episcop.* Claruit circ. 480. Trithem. Circ. 517. Ado in Chron. Circ. 560. Marian. Scot.

(a) *Baron. an. 110. n. 8. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 3. cap. 30. Niceph. Episc. in Chronic. Nicephor. Callist. hist. lib. 3. cap. 15. S. Ignat. Epist. 13. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 11. n. 29.* (c) *Baron. ibid. & Græci in Menolog. ad 5. Octob.* (d) *Baron. an. 761. n. 24. & sequ. Græci in Menolog. hac die, Zonar. t. 3. Annal. Lippoman. tom. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. in not. Usuard. & Ado.* (f) *Baron. an. 174. nu. 6. Beda de ration. tempor. c. 49. & alii.*

(a) *An-*

Gum sapientibus tracta: Ecclesiast. 9.

(a) *Antiochiæ Heronis.* Alibi: *Herons, Heron, Heroe.*

(b) *Eodem die Victoris, Alexandri, Mariani.* Martyrologium Hieronymian. Lucen. *In Nicomedia Alexandri: in Mauritania Nini, Victoriæ, Nobilitanæ, Ma-ani, Luci, Cittini, Crescentiani, Rufiniani, Donati, Defensoris, Rusticiani, Serviliani, Socrati, Veneri, Januarii, Amstali, Quintiali, Memmæ, Tatriani, Primæ, Donatæ, Severæ, Victoriæ, Basillæ.* Martyrol. Bluman. profert: *Mariana, Crescentiani, Mamma, Tziciani.* Martyrol. Antuerpien. *In Alexandria Nicomedis: Nicomedia Alexandri: In Mauritania Nini, Victuria, Nobilitani, Mauritani, Luci, & Tinni, Crescentiani, Rufiniana, Donati, Defensoris, Rusticiani, Serviliani, Socrati, Veneri, Januarii, Neustuli, Quintasi, Memmia, Zidiaci, Prima, Donata, Severæ, Victoria, Basilla.* Martyrolog. Corbejen *Nicomedia Alexandri: In Mauritania Nini, Victuria, Nobilitani, Mauritani, Luci, Cittini, Crescentiani, Rufiani, Donati, Defensoris, Rusticiani, Serviliani, Socrati, Veneria, Januarii, Mustola, Quintasi, Memmæ, Primæ, Donata, Severæ, Victoria, Basilla, Magnili.* Ms. Vatican. S. Petri: *In Nicomedia Alexandri, Alibi, Mauriani, Crescentiani, Turiani, Donati.* Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Alibi Mauriani, Crescentis, Ruffiniani.* Ms. Monasterii S. Martini Tornacen. *In Mauritania Donati, Nobilitani, Crescentiani, Defensoris, & Rusticiani.* Ms. Lætien. S. Lamberti percurrit *Nobilitani.* Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ silet *Crescentiani.* Ms. Barberinian. Roman. *In Mauritania Nemllicii, Socrati, Veneris, Primæ, Donata, Victoria, Basilla.* De Peregrin. *In Africa Rufini, Marti, Valerii.*

(d) *Constantinopoli Andreæ Cretensis.*

A sapientibus disces. Ecclesiast. 8.

Eminentissimus Baronius ad an. 761. num. 5. recitat: *Martyrium S. Andreæ, qui est in Crisi.* Et Menologium Græcorum hac die inscribit: *xvi. Kal. Novemb. S. Andreas Crisis.* Rursùs idem Baron. dein ad an. 762. num. 1. asserit, hunc *Andream Crisim* esse eumdem, de quo hac die Roman. Martyrolog. quem in notis solùm discriminat ab alio Cretensi, de quo iidem Græci in Menologio. Pagi tamen tom. 3. ad an. 761. num. 2. admonet, perperam hac die confundi unum cum alio; *Crisis* namque hac ipsa die à Græcis cultus, fuit etiam Martyrizatus, ut Cretensis, ob causam sacrarum Imaginum, sed anno xx. Constantini Imperatoris, ut Theophanes, & *Cretensis* anno xxi ut Baronius ipse in notis ex vita Simeonis Metaphrast. apud Sur. tom. 5 Allatius verò in Diatriba de Simeon. scriptis pag. 76. enumerans Sanctorum vitas perperam ipsi Simeoni Metaphrasti attributas, ponit illam: *S. Andreæ Martyris in Crisi.*

(e) *Arausicæ in Gallia Florentini Episcopi* Arausio, quæ etiam Arausica, & Aurasica: *Oranges*; Urbs Galliæ Narbonensis, Provinciæ Carpentoracti, & Avenioni proxima, ad Argenteum fluviolum. De Peregrinis: *Civitate Aurisica Florentini Episcopi &c* Aliis: *Florentii*: Verùm hac ipsa die in Civitate Castellana apud Vejentes colitur *Florentius Martyr*, ubi ejus Sacræ Reliquiæ: modò facilè confundunt hunc *Florentium* cum *Florentino.*

(f) *Capuæ Victoris Episcopi.* Nusquam in Calendario Capuano reperitur.

vj. D Quintodecimo Kalendas Novembris. Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
A B C D E *F* F G H M N P
16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

(a) *Lucæ.* Die 15. Martii. Mss. Leodien. S. Lamberti, & Parisien. Labbei. Hac die natalis, & die 9 Maii Translat. Baron. in not. ad 9. Maii. Hac die Translatio, & die 21. Septembris natalis, seù passio. Florent.

(b) *Asclepiad.* Die 6. Jun. Ms. Leodien. S. Lambert. Maurol. & alii.

NAtàlis beàti Lucæ Evangelistæ, qui multa passus pro Christi nòmine, Spìritu sancto plenus òbiit in Bithynia: cujus ossa Constantinòpolim translàta sunt, & inde Patàvium delata. (*a*) Antiochiæ sancti Asclepìadis Epìscopi, qui unus fuit ex præclàro Màrtyrum nùmero, qui sub Macrìno gloriòsè passi sunt. (*b*) In territòrio Belvacènsi sancti Justi màrtyris, qui adhuc puer in persecutiòne Diocletiàni sub Rictiovàro Præside cæsus est. (*c*) Neocæsarèæ in Ponto sancti Athenodòri Epìscopi, fratris sancti Gregòrii Thaumatùrgi, qui doctrina clarus, in persecutiòne Aureliàni martyrium consummàvit. (*d*) In Mesopotàmia ad ripam Euphràtis sancti Juliani eremitæ. (*e*) Romæ sanctæ Tryphòniæ, uxòris quondam Dècii Cæsaris, quæ in crypta juxta sanctum Hippòlytum sepùlta est. (*f*)

(c) *Justi*: Martyr an 303. Baron. eo an. n. 131. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n 6.

(d) *Athenodori Episc.* Martyr an 275. Baron. eo an. n 9. Ann. 270. Bolland. ad 9. Febr. Menolog. Canisii.

(e) *Juliani Eremitæ.* Die 17. Januar. Menæa.

(a) Ba-

(a) *Baron. an. 51. n. 63. an. 58. n. 34. & an. 61. n. 6. Græci in Menolog. & Euseb. hist. lib. 3. cap. 4. & 18.* (b) *Baron. an. 196. n. 25. & an. 213. n. 11. Euseb. in Chronic. & hist. Eccles. lib. 6. c. 10. & 15. Nicephor. lib. 4. c. 19. & lib. 5. cap. 10. & 26. ac S. Hieronym. de script. Eccles. c. 38.* (c) *Baron. an. 303. n. 131. Petr. in Catal. lib. 9. c. 80. Mombrit. t. 2. & Sur. t. 5. prior. edition. hac die.* (d) *Baron. an. 233. n. 6. & 12. & an. 275. n. 9.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. an. 254. n. 50. & an. 269. Usuard. Ado, & alii.*

Cor sapientis erudiet os ejus. Prov.16.

(a) *Luca.* Apographa Martyrologii Sancti Hieronym. Corbejen. & Lucen. hac die: *In Oriente Translatio Corporis Luca Evangelistæ.* Apographum Antuerpien. *In Axiopoli natalis Luca Evangelista, Philippi Martyris, & Hermetis.* At videtur legendum: *xv. Kal. Novemb. natalis S. Luca Evangelista. Axipoli Filippi Martyris, & Hermetis.* Axiopolis urbs Mysiæ inferioris, ubi Danubius *Ister* appellari incipit. Ado Ms. Sancti Laurentii prope Leodicum *Luca Evangelista*; nil aliud. Mss. Tornacen. Monasterii S. Martini, & Lætien. Sancti Lamberti præsignant *Natalis*. Ms. Tamlacten. *Ordinatio.* Saussayus: *Memoria,*

(c) *In territorio Belvacensi Justi Martyris.* Territorium in Oppido, quod *S. Justi* dicitur, medium inter Bellovacum, & Claromontem, Bellovacorum nobili Abbatia Decoratum. Mombrit. tom. 2. Bellovacum, & Bellovaci, *Bauvois*, urbs Galliæ Belgic. perantiqua, Comitatus Bellovacensis caput secus fluviol. in Esiam amnem decurrentem. *Justus puer*, scilicèt Martyr ætatis annorum novem; an in persecutione Diocletiani sub Rictiovaro Preside, eadem nutatio, quæ de S. Macra ad 6. Januarii, eodem an. 303. Martyrizata.

(d) *Neocæsarea in Ponto Anthenodori Episcopi fratris Beati Gregorii.* Martyrologium Colonien. an. M.XD. cusum, Ms. Adonis Leodien. Monasterii S. Laurentii, & Florar. ad 9. Februarii: *Apud Pontum Provinciam Sancti Anthenodori Episcopi & Confessoris, fratris Beati Gregorii.* Greven. Auctar. ad Usuard. effert: *Beati Gregorii Niceni*. Ferrar. ea quoque die pro Anthenodori, *Alexandri*; at perperàm.

(e) *In Mesopotamia ad Ripam Euphratis, Juliani Eremitæ.* Mesopotamia, *Diarbech*, Regio Asiæ Euphrate, & Tigri fluminibus intercepta, undè & nomen obtinuit. Euphrates illam ab occasu, & Austro definit, & alluit, Tigris ab ortu, donec confluunt apud Apamiam infra Seleuciam magnam. Acta Græca penès Baertium, & Janningum ad 9. Jun. ferunt, hunc Julianum esse unum eumdemque cum Juliano Monacho ea die in Roman. Martyrologio. Refert namque Menologium Sirleti: *In Mesopotamia ad ripam Euphratis S. Juliani Eremitæ.* Ea Acta consulenda. Modò Baron. hac die ut alium refert.

Disceptatio Historico-Litteralis Topographica.

(a) *Natalis Beati Lucæ Evangelista, qui multa passus obiit in Bithynia: Cujus Ossa Patavium delata.*

Non leve dubium primò an hic S. Evangelista agonem Martyrii perfecerit, & in pace non quieverit: à quàmpluribus enim inter Martyres recensitur.

Licèt Græci hac die in Menologio Canisii, & in illo Basilii apud Metaphrastem in serm. de S. Luca hac die panditent, Lucam in pace in Domino obiisse.

Eruditus in verbo reperiet. Prov.16.

Non omnes tamen id pro certo habent referendo inter ipsos historicos Græcos Nicephor. Glycas, & S. Gregor. Nazianzen. hunc Evangelistam inter Martyres, quemadmodum ex Latinis S. Gaudentius Episcopus Brixian. serm. in Dedicat. Eccles. & Paulin. Nolan. Epist. 12. ad Sever. his versibus:

Hic Pater Andreas, & magno nomine Lucas
Martyr, & illustris sanguine Nazarius.

Posset quis obtrudere, laudatos Scriptores *Lucam* inter *Martyres* retulisse, ob multa pro Christi nomine ab eo passa, non verò ob agonem sub Martyrio completum; adstruuntque Isidorus, & Hieronymus, qui expresè scripsere, eum annos octoginta quatuor vixisse.

Sed prælaudati Scriptores expresè prostant, *Lucam* sub *Martyrio* spiritum Deo reddidisse: Glycas lib. 3. Annal. proditum esse memoriæ S. Lucam in Oleæ arbore suffixum fuisse: Nicephor. lib. 2. & Gregor. Nazianzen. præfat. Orat. in Julian. in quem his verbis invehit: *Nam victimas pro Christo cæsas veritus es, non magis pugiles extimuisti? Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, &c.* Prudentius etiam in sermone: *Horum quatuor habemus in præsenti reliquias, qui Regnum Dei, & justitiam prædicantes, ab incredulis, & iniquis occisi, Deo semper vivere operationum suarum virtutibus demonstratur, Joannes in Sebaste Provincia Palæstina, Thomas apud Indos, Andreas, & Lucas apud Patras Athajæ Civitatem consummari referuntur.*

Nec quia Hieronymus, & alii scripsere, eum vixisse octoginta quatuor annos, nil de Martyrio loquendo, eo quia id rati, officit, quin Lucas nequiverit ea ætate esse Martyr; ex quo Metaphrastes rectè apud Sur. tradidit: *Lucam per Martyrium in Domino quievisse.* Et licet alii: *Lucam Spiritu Sancto plenum in pace obdormisse* efferant hoc quatenus à Martyrii ærumnis requievit; quamobrem Roman. Martyrol. hoc dubium percurreret, si proferret: *Natalis Beati Luca Evangelista, qui multa passus per Martyrium in Domino quievit.*

Cujus ossa Patavium delata.

Apographa Martyrol. S. Hieronymi Lucen. & Corbejen. apud Florentin. hac die proponunt celebritatem Translationis venerandam Orientalibus, non Patavinis: *In oriente Translatio*

tio Corporis Lucæ Evangelistæ.

Quòd si quis subderet, duas harum Reliquiarum Translationes apud Historicos reperiri, unam de Achaja Constantinopolim, quam Baronius refert ad 9. Maii; alteram de Constantinopoli Patavium, de qua hac die in Roman. Martyrolog.

Erit inferendum, quòd si Roman. Martyrologium, & alia Martyrologia promunt, hac die Lucam in Bithinia quievisse, & die 9. Maii Corpus ex Achaja translatum, necesse est ut alia Translatio præcesserit ex Bithinia, vel ex Thebana Urbe in Achajam. In illa namque septem Portarum urbe S. Lucam obiisse Metaphrastes ostendit apud Surium; ex qua ad Bizanthinam Urbem translatus fuit; quamvis *ex Achia*, sivè *Achaja* cum corpore S. Andreæ ab Atthemio Constantii Imperatoris jussu prostet translatum; sed priùs illum ex Urbe Patras, hunc *ex Thebis Bœotiæ adsportatum* refert Florentin. vir erudit. in not. hujus diei.

De Translatione Patavium sub Constantio facta apud Maurolyc. quam Ferrar hac die in Catal. SS. Italiæ affirmat, Petrus de Natal. lib. 9. cap. 7. ut fabulam reiicit: Verùm si aliqua Reliquia Patavium translata fuerit, quemadmodum facilè obtingere potuerit, nil certi de hoc habetur. Nihilominùs nè Patavini indignentur, & sapientiores adjudicaverint, Roman. Martyrolog. concinnetur: *Natalis B. Lucæ Evangelistæ, qui multa passus per martyrium in domino quievit, cujus ossa ex Bithinia Constantinopolim translata, & indè (ut aliqui) Patavium delata.*

iv. E Quartodecimo Kalendas Novembris. Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

A B C D E F F G H M N P.
17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

ARènis in Hispània sancti Petri de Alcàntara confessòris Ordinis Minòrum, quem propter admiràbilem pœnitèntiam, mùltaque miràcula, Clemens Nonus Sanctòrum nùmero adscripsit. (*a*) Romæ natàlis sanctòrum màrtyrum Ptolomæi, & Lucii, sub Marco Antonino: quorum prior [ut scribit Justinus martyr] cùm impudicam mulierem ad fidem Christi convertisset, & castitatem còlere docuisset, ab impùro viro apud Præfèctum Urbìcium accusàtus, multo tèmpore squalòre càrceris maceràtus est, & ad ùltimum cùm de Christi magistèrio pùblica confessiòne testarètur, jussus est duci ad mortem. Lùcius quoque cùm Urbìcii sentèntiam improbàret, & se Christiànum liberè faterètur, similem sentèntiam excèpit: quibus & àlius tèrtius adjunctùs est, qui ètiam eòdem supplìcio damnàtus fuit. (*b*) Antiochiæ sanctòrum màrtyrum Beronìci, Pelàgiæ vìrginis, & aliòrum quadragintanòvem. (*c*) In Ægypto sancti Vari mìlitis, qui sub Maximìno Imperatòre dum sanctos septem mònachos in càrcere detèntos visitàret, atque reficeret, uno ex ipsis defùncto, in ejus locum subrogàri vòluit, & cum illis sævissima passus, martyrii palmam adèptus est. (*d*) Ebròicis sancti Aquilini Epìscopi & confessòris. (*e*) In territorio Aurelianènsi depositio sancti Veràni Epìscopi. (*f*) Apud Salèrnum sancti Austèrii Epìscopi. (*g*) In Hibèrnia sancti Ethbìni abbàtis. (*h*) Oxònii in Anglia sanctæ Fredesvvìndæ virginis. (*i*)

(c) *Beronici, & Soc.* Martyres ann. 311. Baron. eo an. n. 14. An. 312. Pagi to. 1. ad ann. 306. nu. 6.

(e) *Aquilini Episcopi*. Sedit ann. 24. Baron. in not. An. 42. Pagi t. 3. ad an. 682. nu. 29. Die 15. Febr. in Eccles. Cathed. Claud. Robert.

(h) *Ethbini Abbatis*. Circa 610. & obiit ætatis 83. Trith.

(i) *Fredesvvindæ Virginis*. Circ 730 Polidor. Virgil. hist. Anglican.

(a) *Chronic. Ordin. Minor. aliique ejusdem Ordinis Scriptor. in vit.* (b) *Baron. an. 164. nu. 18. & sequ. Euseb. lib. 4. c. 16. Niceph. lib. 3. c 33. S Justin. Martyr in Oration. ad Senat. Roman. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 311. n. 14. Usuard Ado, & alii.* (d) *Baron. in not. Græci in Menolog. Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition.* (e) *Baron. an. 682. n. 14.*

&

& Sur. t. 5. relat. (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ibidem.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 5. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 9. c. 84. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 54.* (i) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Oxoniens. Molan. Addit. ad Usuard. & Ferrar.*

Non te prætereat narratio seniorum. Eccl. 8.

(b) *Romæ Ptolomæi, & Lucii*. Martyrologium Patrician. Ms. Neapoli penès Clericos Regulares Sanct. Apostolorum: *Romæ Eutycii, Ptolomæi, Lucii, & Marcellini*. At fortasse efferendum, *Eutycius Ptolomæus*, puer ille sic dictus, alter verò *Lucius Marcellinus*. Alium Lucium cum sociis in Africa Martyrologii S. Hieronymi Apographa apud Florentinium die præcedenti protulere. Ea inspicienda.

(c) *Antiochiæ Beronici, Pelagiæ, & aliorum quadragintanovem*. Ms. Divionen. die sequenti: *Antiochiæ Berotæ, Pelagiæ, & aliorum quadragintanovem*. Hac die Ms. Barber. Rom. *In Antiochia Syriæ passio SS. Pelagii, & Beronici*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. adscit: *Pelagiæ, & aliorum xlviiii*. Martyrol. Corbejen. *Et aliorum xlviii*. Martyrol. Antuerpien. *Antiochiæ Pelagi, Buronici, item Pelagiæ, & aliorum viii*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Antiochia Pelagiæ, & Beronici*. Notker. *Antiochiæ Sanctorum Martyrum Beronici, Pelagiæ Virginis, & aliorum quinquagintanovem*.

Cardinal. Baron. in not. admonet, Bedam hac die Pelagiam Virginem & Martyrem cum Pelagia pœnitente confudisse.

(f) *In territorio Aurelianensi Verani Episc.* In tabul. Ecclesiæ Aurelianens. nullus hujus nominis reperitur Episcopus. Baron. quidem in notis suspicatur ex S. Gregorio Turonen. lib. 3. cap. 31. & lib. 9. c. 4. Episcopum fuisse *Cabilonensem*.

(i) *Oxonii in Anglia Fredesvvindæ Virginis*. Oxonium, *Oxford*, urbs Albionis in Angliæ Regno, apud Thamesim fluvium in altera ripa, Academia nobilis; ex qua Joannes Scotus subtilissimus Theologus cognomen accepit; aliquando *Bellositum* dicta. Media inter Londinum, & Vigorniam: *Fresdesvvinda virgo Monialis anno Domini Dccxxx*. Molan. in Addit.

Ab ipsis disces intellectū, & in tempore necessitatis dare responsum. Ecclesiast. 8.

* Hodie Sol ingreditur in signo Scorpionis, & in eo usq; ad 20. Novembris inclusivè.

iij. F Tertiodecimo Kalendas Novembris. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

(a) *Maximi Levitæ*. Die preced. Ferrar. de SS. Ital.
(b) *Caprasii*. Martyr an. 303. Baron. eo ann. n. 129. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(c) *Artemii Ducis*. Martyr an. 362. Baron. eo ann nu. 180. Ann. 363. Chronic. Alexandrin.

IN Aviensi civitàte prope Aquilam in Vestinis natàlis beàti Màximi levitæ & màrtyris, qui patièndi desidèrio, inquirèntibus se persecutoribus palam ostèndit; & post responsiònis constàntiam, equùleo suspènsus ac tortùs, deinde fustibus cæsus, ad ùltimum è sublìmi loco præcipitàtus occùbuit. (a) Agènni in Gàllia sancti Capràsii màrtyris, qui cùm ràbiem persecutiònis declìnans, latèret in spelùnca, tandem àudiens quàliter beàta Fides virgo pro Christo agonizàret, animatus ad toleràntiam passiònum, oràvit ad Dòminum, ut si eum glòria martyrii dignum judicàret, ex làpide spelùncæ limpidissima aqua manaret: quod cùm Dòminus præstitisset, secùrus ad àream certàminis properàvit, & palmam martyrii sub Maximiàno fòrtiter dimicàndo promèruit. (b) Antiochìæ sancti Artèmii Ducis Augustàlis, qui sub Constantino Magno præclàris militiæ honòribus functus, à Juliàno Apòstata, quem sævìtiæ in Christiànos arguèrat, fustibus cædi, aliìsque tormèntis afflìgi, ac demum càpite truncàri jubètur. (c) Colòniæ pàssio sanctàrum vìrginum Màrthæ, & Saulæ cum àliis plùribus. (d) Apud Mindam natàlis sancti Feliciàni Epìscopi & màrtyris. (e) Parisiis sanctòrum Geòrgii diàconi, & Aurèlii màrtyrum. (f) In Lusitània sanctæ Irènes vìrginis & màrtyris. (g) In pago Rhemènsi sancti Sindùlphi confessòris. (h)

(f) *Georgii, & Aurelii*. Die 27. Jul. S. Eulog. memor. Sanct.
(g) *Irenes Virg.* Martyr an. 653. Vasæus in Chronic.
(h) *Sindulphi*. Circa 600. Trithem.

 (a) *Ba-*

(a) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 9. c. 85. Sigeb. in Chron. ad an. 699. Usuard. & alii.* (b) *Baron. an. 303. n. 129. Sur. t. 5. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 9. c. 86. Mombrit. t. 1. & S. Greg. Turonen. hist. lib. 6. c. 12.* (c) *Baron. an. 312. n. 21. an. 324. nu. 9. & 11. ann. 336. n. 26. & an. 362. n. 180.* (d) *Baron. in not. & Usuard.* (e) *Baron. an. 203. n. 2. & ann. 254. n. 29. Sigebert. in Chron. ad an. 969. & Molan. Addit. ad Usuard.* (f) *Baron. an. 852. n. 17. & S. Eulog. memor. Sanctor. lib. 2. cap. 10.* (g) *Baron. in not. Flos SS. Hispan. & Vasæus in Chronic. Hispan.* (h) *Baron. in not. Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 46. & Molan. Addit. ad Usuard. hac die.*

Docete me, & tacebo; & si quod fortè ignoravi, instruite me. Job. 6.

(a) *In Aviensi Civitate prope Aquilam in Vestinis Maximi Levitæ & Martyris.* Avia, *Abie*, urbs olim Vestinorum in Aprutio apud Aquilam, sub Longobardorum adventu una cum Amiterno, & Forconio solo æquata. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapoli apud Clericos Regulares SS. Apostolor. *Apud Aviensem Provinciam natalis B. Maximi Levitæ &c.* Quænam lectio verior, antiquitas Geographi indicabit. Ptolomæo quippè Avia Civitas in Vestinis fuit, non Provincia.

(b) *Agenni in Gallia Caprasii Martyris.* Apographum S. Vuillibrordi: *In Galliis Civitate Agno, Caprasi.* Acta apud Sur. tom. x. posterioris editionis: *Agenno SS. Caprasii, Fidei, Primi, & Feliciani fratrum, eodem tempore capitibus cæsis.* Saussayus: *Caprasii Episcopi & Martyris.* Sammarthani tom. 2. Galliæ Christianæ disputant de hoc Sancto Caprasio primo Agennensi Episcopo. Petr. verò de Natal. lib. 9. c. 86. *Caprasius in occulto Christiano Episcopali titulo, ut in Actis, condecoratus.* At videndi ipsi Sammarthani.

(c) *Antiochiæ Artemii Ducis Augustalis.* Cardinal. Baron. in not. supputat hunc Ducem Augustalem, aliàs Præfectum Augustalem an. 362. sub Juliano Apostata. Holstenius tamen in Animadversis suadet, quòd Præfectus Ægypti *Augustalis* cæpit dici anno Domini 367. *Lupicino, & Jovino Coss.* ut vet. fragmentum, quod Scaliger Eusebio addidit, & tunc Tatianus Præfectus Ægypti primus *Augustalis* nomen obtinuit.

(f) *Georgi, & Aurelii.* Martyrolog. Pulsanen. Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apostolor. *Ipso die exceptio Sanctorum Martyrum Georgi Diaconi, & Aurelii.*

Respondete absque contentione id, quod justum est. Job. 6.

ij. G Duodecimo Kalendas Novembris. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

IN Cypro natalis sancti Hilariònis abbàtis, cujus vitam virtùtibus atque miràculis plenam sanctus Hierònymus scripsit. (*a*) Apud Colòniam Agrippinam natàlis sanctàrum Ursulæ, & sociàrum ejus, quæ pro Christiana religiòne, & virginitàtis constàntia ab Hunnis interfèctæ, martyrio vitam consummàrunt, & plùrima eàrum còrpora Colòniæ còndita fuèrunt. (*b*) Apud Ostia Tiberina sancti Astèrii presbyteri & martyris, qui, (ut in passiòne beàti Callisti Papæ lègitur) sub Alexàndro Imperatòre passus est. (*c*) Nicomedìæ natàlis sanctòrum Dàsii, Zòtici, Caii, & aliòrum duòdecim militum, qui post divèrsa tormènta in mare demèrsi sunt. (*d*) Maròniæ in Syria prope Antiochìam sancti Malchi mònachi. (*e*) Lugdùni sancti Viatòris ministri beàti Justi Lugdunènsis Episcopi. (*f*) In castro Laudunènsi sanctæ Ciliniæ matris beàti Remigii Epìscopi Rhemènsis. (*g*)

(a) *Hilarionis Abbat.* Obiit an. 372. Baron. eo an. n. 107. & in not. An. 370. Pagi t. 1. ad an. 372 n. 23.

(c) *Asterii.* Die 14. Octobr. Acta apud Sur. Die 19 Florentin. ea die.

(f) *Viatoris.* Circ. 380. Ado in Chronic.

(g) *Ciliniæ.* Circ. 449. Sigeb. in Chronic.

(a) *Baron. an. 362. n. 156. & sequ. & an. 372. n. 107. Niceph. lib. 9. c. 15. lib. 10. cap. 8. & lib. 11. c. 29. S. Hieronym. in vit. & alii.* (b) *Baron. an. 383. n. 3. & sequ. Mombrit. tom. 2. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 87.* (c) *Baron. an. 226. nu. 3. & an. 270. n. 6. & 14. & Sur. t. 7. prior. edition. in Act. S. Callisti Pap. ad 14. Octob.* (d) *Baron. in not. Usuard. & Ado.* (e) *Baron. an. 370. n. 79. & an. 372. n. 43.* (f) *Baron. in not. Ado in Chron.*

Chron. & Petr. in Catal. lib. 9. c. 90. (g) *Baron. in not. Sigeb. in Chronic. & Molan. Addit. ad Usuard.*

Super omnes docentes me testimonia meditatio mea est. Psalm. 118.

(a) *Apud Coloniam Agrippinam Ursulæ, & sociarum ejus*. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, & Tornacen. Monast. S. Martini, ac de Pereg. *In Colonia Agrippina passio Sanctarum undecim millium Virginum*. Martyrolog. Roman. vet. prosequitur: *Quæ pro Virginitatis constantia martyrio vitam consummaverunt* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Et Sanctæ Cilinie*. Histor. Ursulan. *Eodem die Sanctæ Antoninæ, & sex aliarum Virginum & Martyrum, Sodalium S. Ursulæ*. At de his Martyrologia Colonien. & Germanic. ad 19. Jan. De Martyrio S. Ursulæ, & sociarum videtur certum; de numero verò harum sociarum incertum; Quinimmò plura ad hujus historiam pertinentia prorsus fabulosa apud Baron. in not. & Pagi c. 1. ad an. 663. n. 5. Harum Martyrum aliquot insignes Reliquiæ Neapolim è diruta Civitate Lesina sub Clemente VIII. Pontif. translatæ, ac in Ecclesia S. Mariæ Annunciatæ venerabiliter collocatæ.

(c) *Apud Ostia Tiberina Asteris Presbyteri & Martyris*. Ostia Tiberina plurali numero dicitur, & Ostia numero singulari. Hujus Episcopus primum inter Cardinales locum tenet, ab eoque Rom. Pontifex coronatur. Olim Colonia antiquissima Latii ad Ostia Tiberis apud ulteriorem ripam, adverso Portus Romani urbis dirutæ, cujus præstantiam ipsæ ruinæ docent. *Asteris*. Aliis: *Austeri*, *Asteri*. Apographum Hieronymian. Lucen. & Corbejen. ad 19. Octobris: *Austeri*. Martyrol. Antuerpien. *Asteri*. Appendix ad Adonem ea ipsa die: *Istria Asteris*. Sphalma *Istria*, pro *Ostia*. Acta apud Surium *Asterium* efferunt. Corpus Romæ: Ibidem.

(d) *Nicomediæ Dasii, Zotici, Caii, & aliorum duodecim militum*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi Antuerpien. Lucen. & Corbejen. *In Nicomedia Dasii, Zotici, Cagi*, seù *Caii cum duodecim millibus*. De Peregrinis pro Zotici, *Cotici*. Appendix ad Adonem *Dasi*, pro Dasii. Ambigendum an sub hoc numero duodecim millium, comphrehendendæ S. Ursula, & Sociæ. Verùm hæ non *duodecim*, sed *undecim millia* signantur, & *Coloniæ*, non *Nicomediæ*.

In via testimoniorum delectatus sum. Psalm. 118.

Cardinal. Baron. in not. animadvertit, loco *duodecim millium*, restituendum *duodecim militum*. Petr. quidem de Natal. lib. 11. num. 294. ex veterib. Mss. prostat. *Dasius, Zoticus, & Cajus cum XII. Militibus apud Nicomediam passi sunt XII. Kal. Novemb.* Consentiuntque Ado, Usuard. Maurolyc. & Galesin. At cæteri Codices *duodecim millium* indigitant.

(f) *Lugduni Viatoris ministri Justi Lugdunensis Episcopi*. Ms. Roman. Barberinian. *Lugduni Galliæ natale Beati Viatoris pueri, & discipuli S. Justi Episcopi*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Lugduno Galliæ Justi Beati Viatoris pueri, discipuli S. Justi Episcopi*. Martyrolog. Antuerpien. *Lugduno Justi Beati Victoris pueri*. Martyrolog. Corbejen. *Lugduno Galliæ Viatoris pueri Discipuli S. Justi Episcopi*. Florentin. autumat scribendum: *Galliæ Justi pueri, Lugduno B. Viatoris Discipuli S. Justi Episcopi*. An S. Viator Lector, & Socius B. Justi Lugdunens. Episcopi, puer vocandus, aut quasi tò puer pro Administratore, seù Servo accipiendum, ambiguum: Ad diem 13. Julii visum fuit, quod Lectores erant Infantuli. Petr. quidem de Natal. ad 18. Octob. lib. 9. c. 89. exhibet Justum puerum Martyrem Antisiodorensem, & Saussayus Claromonte Arvernorum hac die alium Justum promit.

j.	A			Undecimo Kalendas Novembris								Luna.						22
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P				
			20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29				

(b) *Philippi Episc. & Soc.* Die 22. Aprilis Greven. Auct. ad Usuard.

(h) *Melanii Episc.* Die 6. Jun. Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

JErosòlymis beàti Marci Epìscopi, clarìssimi, & doctìssimi viri, qui primus ex Gèntibus Jerosolymòrum Ecclèsiam suscèpit regèndam, ac non multò pòst sub Antonino Imperatòre martyrii mèruit palmam, (a) Hadrianòpoli in Thràcia natàlis sanctòrum màrtyrum Philippi Epìscopi, Sevèri presbyteri, Eusèbii, & Hermètis, qui sub Juliàno Apòstata post càrceres, & flagèlla incèndio cremàti sunt. (b) Item sanctòrum màrtyrum Alexàndri Epìscopi, Heraclii militis, & sociòrum. (c) Firmi in Picèno sancti Philippi Epìscopi, & màrtyris. (d) Oscæ in Hispània sanctàrum vìrginum Nunilònis, & Alòdiæ soròrum, quæ à Sarracènis ob fìdei confessiònem capitàli sentèntia punitæ, mar-

(K) *Verecundi Episc.* Circa 533. Tabul. Eccl. Veronen.

(l) *Salome*. Die 27. Martii Petr. de Natal. & Vuitford. Die 11. Maii Rhemis Saussayus Martyrol. Gallican.

tyrium

tyrium conſummàrunt. (*e*) Apud Colòniam ſanctæ Còrdulæ, quæ una ex ſodàlibus ſanctæ Urſulæ, cùm aliàrum ſupplìciis, & cæde pertèrrita ſe occultaſſet, ejus rei pœnitens, poſtrìdie ſe ultrò pateſècit, & novìſſima òmnium martyrii corònam accèpit. (*f*) Hieràpoli in Phrygia ſancti Abèrcii Epìſcopi, qui ſub Marco Antonìno Imperatòre clàruit (*g*) Rhotòmagi ſancti Melànii Epìſcopi, qui à ſancto Stèphano Papa ordinàtus, illuc ad prædicandum Evangèlium miſſus eſt. (*h*) In Tùſcia ſancti Donàti Scoti Epìſcopi Feſulàni. (*i*) Verònę ſancti Verecùndi Epìſcopi & confeſsòris. (*k*) Jeroſòlymis ſanctæ Mariæ Salòme, quæ in Evangèlio lègitur circa Dòmini ſepultùram ſollìcita. (*l*)

(a) *Baron. an.* 138. *n.*10. *Euſeb. in Chronic. & hiſt. lib.* 4. *c.* 6. *Niceph. Epiſc. in Chronic. & Niceph. Calliſt. hiſt. lib.* 4. *c.* 25. *& S. Epiphan. hæreſ.*66. (b) *Baron. an.*362. *n.* 87. *Ado Auctar. Greven. ad Uſuard. & alii.* (c) *Baron. an.* 154. *n.* 3. *& Græci in Menolog. hac die.* (d) *Baron. in not. & Tabul. Eccl. Firman.* (e) *Baron. an.* 851. *n.* 5. *S. Eulog. memor. SS. lib.* 1. *c.* 7. *& Flos Sanctor.* (f) *Baron. an.* 383. *nn.* 3. *& ſequ. & in vit. Albert. Magni p.* 2. *c.* 9. (f) *Baron. an.* 163. *n.* 12. 14. *& ſequ. & an.* 362. *n.* 301. *Græci in Menolog. hac die, Lippoman. to.* 6. *& Sur. t.* 5. *prior. edition.* (h) *Baron. ann.* 260. *n.* 6. *& an.* 507. *n.* 27. *Vincent. lib.* 11. *c.* 74. *Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 93. *& alii.* (i) *Baron. in not.* (K) *Baron. ibid. & Cardinal. Valer. de antiq. monument. Epiſcop. Veronenſ. pag.* 12. *&* 43. (l) *Baron. t.* 1. *Annal. in Apparat. n.* 64. *& ſeq. Matth. in Evang. c.* 15. *&* 16. *Beda, Uſuard. Petr. de Natal. lib.* 4. *c.* 4. *& alii.*

Oportet eſſe qui curā habeat de doctrina ſermonis. Trāſlat. ex Syriac. ad Tit. 2.

(b) *Hadrianopoli in Thracia Philippi Epiſcopi, Severi Presbyteri, Euſebii, & Hermetis.* Ms Roman. Monaſterii S. Cyriaci: *Trajanopoli*. Martyrolog. Hieronymianum Lucen. & Corbejen. *In Adrionopoli Thraciæ Philippi Epiſcopi, Euſebi, & Hermetis, Severi, in Tracia item Severi.* Martyrologium Antuerpien. S. Vuillibrordi: *In Thracia Philippi Epiſcopi, Severi, & Hermæ Diſcipuli ejus, Severi, Euſebi, item Severi.* Ms. Rom. Barberin. *In Thracia S. Severi. In Antrianopoli Philippi Epiſcopi, Euſebii, Hermetis.* Ms Tornac. Monaſt. S. Martini: *Thracia Hermetis, Euſebii, Hermetis.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Philippi Epiſcopi, & Severi Presbyteri, & Hermetis Diaconi.* Ms. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ: *In Thracia natale Hermetis, Euſebii, & S. Philippiani.* Notker. *Apud Thraciam in Adrianopoli S. Philippi Epiſcopi, Euſebii, Severi Presbyteri, Hermetis Diaconi, qui Eccleſias ab Impiis ſpoliari contradicentes, Martyrio coronati ſunt.* Raban. *In Provincia Thraciæ, & in Adrianopolitana Civitate paſſio Philippi Epiſcopi, & Severi Presbyteri, atque Hermetis Diaconi.* Hadrianopolis, *Adrianopoli* Italis, *Endren* Turcicè; urbs Thraciæ ingens, & antiqua ad Hebrum flumen: ſuper quo pons mirus, ex marmore. Turcarum ante adeptam Chriſtianis Conſtantinopolim Regia, inter Philippopolim, & Byzantium.

(c) *Item Alexandri Epiſcopi, Heraclii militis, & ſociorum.* Menologium Caniſii, & illud Baſilii hac die: *Alexandri Epiſcopi*; nil aliud. An Alexander Epiſcopus cum ſociis in Rom. Martyrolog. ſit idem, qui ad 21. Septembris colitur, addubitandum. Baron. quidem in illius diei notis fatetur, ſe ignorare, cujus Civitatis ille Alexander fuerit Epiſcopus.

Ut poſſit exhortari per doctrinam ſanam. Translat. ex Syriac. ad Tit. 2,

(d) *Firmi in Piceno Philippi Epiſcopi & Martyris.* Firmum, & Firmium, *Fermo* urbs antiqua Piceni, Romanorum Colonia, in colle à litore Maris Hadriatici, media inter Anconam, & Caſtrum Novum, ſeù ut nunc Juliam novam.. Maſin. Bonon. perluſtrat. ad 26. Februar. *Bononia in Italia S. Philippi Epiſcopi & Martyris.* An idem ob aliquam Reliquiarum Translationem, vel alius; ipſi Firmani, & Bononienſes conſulant.

(g) *Hierapoli in Phrygia Abercii Epiſcopi.* Hierapolis, aliis in Aſia minori, aliis in Phrygia majori. Stephanus inter Phrygiam, & Lidiam. Strabo l. 3. ad Meandrum flumen è Regione Laodiceæ.

(h) *Rhotomagi Melanii Epiſcopi.* Aliis: *Melonis*, ſeù *Mellonis*; at corruptè.

Diſceptatio Chronologica Litteralis.

(l) *Jeroſolymis S. Maria Salome.* Vereri licèt de nomine *Maria* conjuncto cum *Salome*, Evangelium quidem ipſum S. Marci cap. 16. non *Mariam*, ſed ſimpliciter *Salome* nuncupat: *Cùm tranſiiſſet Sabbathum Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata.*

Si quis obtruderet, ex hoc textu potiùs oppoſitum elici, quia particula conjunctiva *&* refertur ad *Mariæ vocabulum*, ſcilicèt: *Et Maria Salome.*

Martyrologia antiqua refragarentur, quæ non ita ſentiunt. Martyrologium namque Pulſanen Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apoſtolorum: *item Sanctæ Salomone, quæ in Evangelio legitur circa Domini Sepulturam ſollicita.* Martyrolog. Rom. vet. *Et Salome, quæ in Evangelio legitur.* Hoc idem in Beda, Uſuardo

ardo

ardo, quos Baron. indigitat in not. et Notkero. Ex vulgi more putandum irrepsisse hoc mendum: Vulgus enim Mulieres omnes Christi sepulturam curantes, *Marias* appellare solet, juxta animadversionem Niceph. Zetger. Schol. in Marc. Barrar. tom. 1. lib. 6. c. 15. & Petr. Duacens. Addit. ad Æstii oration. 14. Porrò nomen *Maria* apud Hæbreos idem ac Latinè *Matrona*, seù *Domina*, undè multoties appellativè potiùs, quàm propriè sumendum. Tradunt quoque Theophilact. & Euther. Matrem fuisse Jacobi, & Joannis filiorum Zebedei: *Salome* etiam dicebatur Mater Machabeorum Martyrum, ut Baronius ad 1. Augusti, quamvis luxatè eam vocet *Salomonem* ex corrupto fortasse Josephi interprete, ex quo hausit. Igitur adhibito Saniorum placito pro securiori lectione, delendum videtur tò *Maria*, & pronuntiandum · *Jerosolymis Sancta Salome, quæ &c.*

* B Decimo Kalendas Novembris. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

(a) *Servandi, & Soc.* Martyres ann. 303. Baron. eo anno n. 141. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. nu 6.

(b) *Theodori Presbyteri*. Die 23. Martii Canis. Martyrolog. Germanic. Addit. ad Greven. & Mss. Atrebaten. Tornacen & Letien. Die 8. Maii Græci in Menolog. & Maxim. Cythereus. Die 10. April. Notker. Appendix ad Adon. & Florentin. Die 11. Galesin.

IN Hispània prope Gades ad fundum Ursoniànum sanctòrum màrtyrum Servàndi, & Germàni, qui in persecutiòne Diocletiani sub Viatòre Vicàrio post vèrbera, squalòrem càrceris, famis ac sitis injùriam, & longìssimi itìneris labòrem, quem ferro onùsti pertulèrunt, novissimè martyrii sui cursum cæsis cervìcibus implevèrunt: ex quibus Germànus Emèritæ, Servàndus verò Hìspali cònditus est. (*a*) Antiochiæ in Syria natàlis sancti Theodòri presbyteri, qui in persecutiòne impii Juliàni comprehènsus, post equùlei pœnam, & multos ac durìssimos cruciàtus, lampàdibus ètiam circa làtera appòsitis inflammàtus, cùm in confessiòne Christi persìsteret, occisiòne glàdii martyrium consummàvit. (*b*) Granàtæ in Hispània beàti Petri Paschàsii Epìscopi Giennènsis, & màrtyris, Ordinis beàtæ MARIÆ de Mercède redemptiònis Captivòrum, qui passus est octàvo Idus Decèmbris. (*c*) Constantinòpoli sancti Ignàtii Epìscopi, qui cùm Bardam Cæsarem ob repudiàtam uxòrem arguìsset, ab eo multis injùriis affèctus, in exilium pulsus est: sed à Nicolào Romàno Pontìfice restitùtus, tandem in pace quièvit. (*d*) Burdigalæ sancti Severìni Coloniènsis Epìscopi & confessòris. (*e*) Rhotòmagi sancti Romàni Epìscopi. (*f*) Apud Salèrnum sancti Veri Epìscopi. (*g*) In territòrio Ambianènsi sancti Domìtii presbyteri. (*h*) In pago Pictaviènsi sancti Benedìcti confessòris. (*i*) Apud Villàcum in Pannònia sancti Joànnis de Capistràno confessòris, Ordinis Minòrum, vitæ sanctitàte ac zelo Cathòlicæ fidei propagàndæ illustris, qui Taurùnum arcem validìssimo Turcàrum exèrcitu profligàto, suis prècibus, & miràculis ab obsidiòne liberàvit. (*k*)

(d) *Ignatii Episc.* Die 14. Junii Mss. Bruxellen. S. Gudilæ, Cellonen. et Augustan.

(e) *Severini Episcop.* Circa 400. Baron. in not. ad oram marginal. Circa 399. Sigebert. in Chronic.

(f) *Romani Episcop.* Die 30. Maii Ferrar. in Catal.

(a) *Baron. an. 303. n. 141. Vasæus in Chron. Hispan. Marin. Sicul. de reb. Hispan. lib. 5. Thesaur. Concion. tom. 2. & Flos Sanct. Hisp.m.* (b) *Baron. an. 362. n. 45. & 115. Sozomen. hist. lib. 5. c. 7. Usuard. & Ado* (c) *Chronic. Ordin. de Mercede.* (d) *Baron. an. 858. n. 55. An. 863. n. 8. & 878. n. 43.* (e) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de glor. Confess. c. 45. & Sur. t. 5. prior. edition.* (f) *Baron. in not. Tabul. Demech. & Molan. hac die.* (g) *Baron. in notis, & Breviar. Salernitan.* (h) *Baron. ibidem, & Molan. hac die.* (i) *Baron. in not. & Usuard.* (K) *Chronic. Ordin. Minor.*

(b) *An-*

(b) *Antiochiæ in Syria Theodori Presbyteri*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi, Additio ad Adon. & Notker. ad 10. Aprilis: *Antiochia natalis S. Theodori Presbyteri*, & non addunt *In Syria*. Galesinius verò ad diem 11. Aprilis: *In Antiochia S. Theodori Presbyteri, Juliani Apostatæ Avunculi, ab eodem acerbè primo cæsi, deindè securi percussi*. An idem, dubitandum. Martyrolog. Roman. vet. hac die, & Ms. Roman. Barberinian. ad 2. Martii: *Antiochia in Syria Theodoriti Presbyteri*. Sozomen. quidem hist. lib. 5. c. 7. *Theodoretum* appellat. Quinimmo Cardinal. Baron. in not. suadet, tali vocabulo appellatum, ad differentiam alterius *Theodori*, qui eodem tempore ibidem, eademque ex causa diritissima passus est, idcirco forsan alii *Theodorici*, aut *Theodoriti* effecerunt.

* *Initium Dii Secundi Sacro-Macedonum Mensis, & Apellæi Secundi Macedonum Mensis*. Pagi tom. 1. in calc. ex Epoch. Card. Noris.

*XXIX. C Nono Kalendas Novembris. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

(a) *Felicis, & Soc.* Obiit ann. 302. Baron. eo an. n. 118. Ann. 303. Baluz. lib. 2. Miscell. Ann. 304. Pagi to. 2. ad 302. nu. 23. Die 15. Jan. Baluz. loc. cit. Die 16. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. Martyrol. German. & Galesin. Die 30. August. Ruinart. in Act. sincer. primor. Martyr.

(d) *Procli Episc.* Obiit ann. 446. Baron. eo ann. n. 19. Ann. 447. Pagi t. 2. ad an. 446. n. 8. Die 16. Febr. Menæa Græca.

(e) *Maglorii Episc.* Cir. 574. Cointius nu. 19. Circ. 620. Trithem.

(f) *Martini Abbat.* Die 9. Decemb. Ado.

VEnùsiæ in Apùlia natàlis sanctòrum màrtyrum Felicis Epìscopi Africàni, Audàcti, & Januarii presbyteròrum, Fortunàti, & Sèptimi lectòrum: qui tèmpore Diocletiàni à Magdelliàno Procuratòre multis diu vìnculis, & carcèribus in Africa, & Sicilia maceràti, cùm Felix nullàtenus sacros libros juxta Imperatòris edìctum tràdere voluìsset, tandem occisiòne glàdii consummàti sunt. (*a*) Apud Homeritas in civitàte Nagran pàssio sanctòrum Arètæ, & sociòrum trecentòrum, & quadraginta, tèmpore Justini Imperatòris, sub Dùnaan Judæo tyrànno: post quos Christiàna mùlier incèndio tràdita est; cujus filius annòrum quinque, cùm balbutièndo Christum confiterètur, nec blandìtiis, nec minis retinèri posset, in ignem, ubi mater ardèbat, se præcìpitem dedit. (*b*) Colòniæ sancti Evergìsli Epìscopi & màrtyris. (*c*) Constantinòpoli sancti Procli Epìscopi. (*d*) In Britànnia minòri trànsitus sancti Maglòrii Epìscopi, cujus corpus Lutètiæ Parisiòrum requièscit. (*e*) In Vertàno monastèrio sancti Martìni abbàtis. (*f*) In Campània sancti Marci solitàrii, cujus præclara òpera sanctus Gregòrius scripsit. (*g*)

(a) *Baron. an.* 302. *n.* 118. *& sequ. Beda, Usuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. an.* 522. *nu.* 34. *& sequ. Niceph. hist. lib.* 17. *c.* 16. *Lippoman. t.* 6. *& Sur. t.* 5. *prior. edit.* (c) *Baron in not. & Sur. t.* 5. *relat.* (d) *Baron. an.* 407. *n.* 12. *& sequ. An.* 425. *nu.* 10. *& seq. ann.* 434. *n.* 1. *& seq. & an.* 446. *n.* 19. *Socrat. lib.* 7. *c.* 39. 40. 41. *&* 44. *Theodoret. hist. lib.* 14. *c.* 38. 39. 43. 46. *&* 47. *& Græci in Menolog. hac die*. (e) *Baron. in not. Sur. tom.* 5. *prior. edition. Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 103. *Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib.* 3. *c.* 50. *& lib.* 4. *c.* 47. *& Molan. Addit ad Usuard.* (f) *Baron. in not. S. Greg. Turon. de glor. Confess. cap.* 17. *Ado, & alii*. (g) *Baron. ibidem, & S. Greg. Papa lib.* 3. *Dialog. c.* 16.

Loquere, & proba. S. Augustin. super Psal. 121.

Auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate. S. August. lib. 1. de ordin.

(a) *Venusiæ in Apulia Felicis Episcopi Africani, Adaucti, & Januarii Presbyterorum, Fortunati, & Septimi Lectorum*. Venusia, & Venusium, *Venosa* Italis. Urbs antiqua Apuliæ Peucetiæ, inter urbes nunc Basilicatæ, in Monte Apennini hamento apud Aufidum fluvium, Melphi, & Labello proxima. Horatio Flacco Poëta memorabilis. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Nicomedia Felicis, Rogati, Flaviani, & Vitalis*. Mss. Tornacen. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Lætien. S. Lamberti: *Nicomedia Rogati, Flaviani, Vitalis, Papyrii, Felicis*. At hic *Felix* videtur alius Martyrol. Roman. vet. *Venusiæ Felicis Episcopi Tubrocensis, Adaucti Presbyterorum, Fortunati, & Septimi Lectorum*. Sic etiam Beda: *Episcopi Tubrocensis*. Acta apud Baluzium lib. 2. Miscell. & Ado: *Episcopi Tiburensis*. Acta verò penès Sur. t. 5. prior. edit. à Baron. indigitata in not. Martyres ferunt: *Diocletiano novies, & Maximiano octies Consulibus tertio*

Kal.

Kal. Septemb. Acta penès Baluzium loc. cit. *Diocletiano octies, & Maximiano septies Consulibus Augustis, Felix decollatus est die octavo decimo Kal. Feb.* Videnda sunt Acta correctiora edita à Ruinarto in Act. sincer. primor. Martyr. Martyrol. Flori, & Martyrol. Messanense in schedis Antonii Caraccioli penès C. R. SS. Apost. Neapoli ad Rom. Martyrol. addunt: *Felix verò quinquagesimæ ætatis anno virgo obiit*; solers Lector Acta consulat.

(d) *Constantinopoli Procli Episcopi*. Menologium Græcorum hac die: *Procli Episcopi, qui fuit primùm Anagnostes S. Joannis Chrysostomi, ac demum ejus Sedis Episcopus.*

(g) *In Campania Marci Solitarii.* Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 20. *In Galliis in Arvernensi S. Marci*. Verùm hic licet iisdem ferè temporibus fuerit; tamen est alius, de quo S. Gregor. Turonen. in Vit. SS. Patr. cap. 14.

xxviij. D Octavo Kalendas Novembris. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

Romæ sanctòrum màrtyrum Chrysànthi, & Dariæ uxòris ejus, qui post multas, quas sub Celerino Præfècto pro Christo sustinuèrunt passiònes, jussi sunt à Numeriàno Imperatòre via Salària in Arenàrio depòni, atque illic vivèntes terra, & lapìdibus òbrui. (*a*) Item Romæ natàlis sanctòrum quadragintasex Mìlitum, qui simul baptizàti à Dionysio Papa, mox jubènte Clàudio Imperatòre decollàti sunt, ac via Salària sepùlti: ubi & àlii Màrtyres centum viginti & unus pòsiti sunt; inter quos fuèrunt quàtuor milites Christi, Theodòsius, Lùcius, Marcus, & Petrus. (*b*) Svessiòne in Gàllia sanctòrum màrtyrum Crispìni, & Crispiniàni nobilium Romanòrum, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Rictiovàro Præside post immània tormènta glàdio trucidati, coròнam martyrii consecùti sunt: quorum còrpora pòsteà Romam delàta fuèrunt, atque in Ecclèsia sancti Laurèntii in pane, & perna honorificè tumulàta. (*c*) Florèntiæ pàssio beàti Miniatis mìlitis, qui sub Dècio Prìncipe pro fide Christi egrègiè certans, nòbili martyrio coronàtur. (*d*) Tùrribus in Sardìnia sanctòrum màrtyrum Proti presbỳteri, & Januàrii diàconi, qui à sancto Cajo Papa ad eam ìnsulam missi, tèmpore Diocletiàni sub Bàrbaro Præside consummàti sunt. (*e*) Costantinòpoli pàssio sanctòrum Martyrii subdiàconi, & Marciàni cantòris, qui ab hærèticis sub Constàntino Imperatòre necati sunt. (*f*) Romæ sancti Bonifàcii Papæ & confessòris. (*g*) Petragòricis in Gallia sancti Frontònis, qui à beàto Petro Apòstolo Epìscopus ordinatus, cum Geòrgio presbytero magnam illius gentis multitùdinem ad Christum convèrtit, & miràculis clarus in pace quièvit. (*h*) Brixiæ natàlis sancti Gaudèntii Episcopi, eruditiòne, & sanctitàte conspicui. *i*) Gavalis sancti Hilàrii Episcopi. (*k*)

(a) *Chrysanti & Dariæ*. Die 19. Martii Græci in magnis Menæis, Menologio, & Antolog. ac Maxim. Cythereus. Die 12. August. Florentin. & Holstenius. Die 29. Novembr. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen.

(d) *Miniatis Militis.* Martyr an. 254. sub Decio. Baron. eo an. n. 29. Inter ann. 249. & 251. sub Decio Pagi t. 1. ad an. 251. n. 29.

(g) *Bonifacii Papæ.* Obiit an. 423. Baron. eo ann. nu. 10. Ann. 425. Prosper. in Chron. An. 422. Pagi t. 2. ad an. 423. n. 6. Die 4. Septemb. Florent. & Holsten.

(a) Baron. *an.* 284. *n.* 6. *Lippoman. t.* 7. *Sur. t.* 5. *prior. edition. & Ferrar. de SS. Ital.* (b) *Baron. an.* 269. *n.* 6. *Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an.* 303. *n.* 129. *Mombrit. t.* 1. *Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 106. *Sur. t.* 5. *prior. edition. & S. Gregor. Turonen. hist. lib.* 5. *c.* 34. *in fin.* (d) *Baron. an.* 254. *n.* 29. *Sur. t. relat. Sigebert. in Chronic. ad an.* 969. *& Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 108. (e) *Baron. an.* 303 *num.* 145. *& Fara de reb. Sardois.* (f) *Baron. an.* 351. *n.* 39. *& Græci in Menolog.* (g) *Baron. an.* 419. *& an.* 423. *n.* 10. *& sequ.* (h) *Baron. in not. Petr. Cluniacen. lib.* 1. *Epist.* 2. *& Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 109. (i) *Baron. an.* 316. *n.* 44. *An.* 369. *nu.* 27. *& an.*

386.

336. *num.* 7. (K) *Baron. in not. & Usuard. hac die.*

Occulta exquirit sapiens. Eccl. 39.

(a) *Romæ Chrysanthi, & Dariæ Uxoris ejus.* Ad 12. Augusti Martyrolog. Corbejen. *Romæ Chrysanti, & Dariæ, & qui cum eis passi sunt Claudii, Elariæ, Jasonis, Mauri, & Militum octogintasex.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. apud Florentinium, & Ms. Reginæ Sueciæ penès Holstenium: *Et Militum septuaginta.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Tornacen. ad 29. Novembr. *Eodem die passio Sanctorum Chrysanti, & Dariæ cum octoginta Militibus.* Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci in Thermis, ea quoque die: *Natale Sanctorum Chrysanthi, & Dariæ, & Mauri, & aliorum lxxii.* Acta Martyrii apud Verinum, & Armenium ferunt: *Solemnem Martyrii eorum diem ab incredibili virorum, & fæminarum, & puerorum multitudine celebratum esse;* Qualis hæc dies fuerit, non exprimunt, nec alio modo indicant.

Ferrar. de SS. Italiæ ad Rom. Martyrolog. addit: *Quorum deindè corporum pars Regium Lepidi in Æmilia, pars verò Uriam in Salentinis translata sunt.*

Cardinal. Baron. in not. suadet, Græcos de his in Menologio ad 19. Martii: At nedum dicta die, sed etiam hac ipsa 25. Octobris, Græci in Menologio, in Anthologio, & in Magnis Menæis, apud maximum Cythereum: & rursùs ad 16. Martii.

(b) *Romæ Quadragintasex Militum; Et via Salaria centum viginti & unus &c.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi penès Florentin. *Romæ Maximi, & aliorum cxx. Militum.* Acta S. Marcelli: *Per novem menses Sanctus Confessor Maximus cum cxx. Militibus arenas effodit.* Alii quidem Codices efferunt: *Militum cxxi.* ut Petr. de Natal. lib. 9. cap. 105. & alii cxx. ut Maurolyc.

Trahitur sapientia de occultis. Job. 21.

(c) *Suessione in Gallia Crispini, & Crispiniani.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Gallia Civitate Suessionis Crispini, & Crispiniani, Claudiani, Rogati, Papiri, Vitalis.* Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Galliis Suessionis Crispini, Crispiani, Claudiani, Rogati, Pafiri, Felicis, & Vitalis.* An Martyres sub *Diocletiano*, Præside *Rictiovaro*, idem dubium, ac de S. Macra ad 6. Januarii eodem anno 303. Martyrizata, ut Baron. ad eum annum n. 129.

(d) *Florentiæ Miniatis Militis.* Florentia, *Fiorenza* Italis. Urbs Hetruriæ ad Arnum fluvium interluentem, *Fluentia* priùs dicta. Urbs ampla, nobilis, elegantissima, atque ex primis Italiæ, nunc Magni Ducis Sedes, totius Hetruriæ caput. Ms Rom. Barberinian. *In Italia Civitate Florentiæ passio* S. *Miniati Martyris cum sociis suis.*

(e) *Turribus in Sardinia Prothi, & Januarii.* Martyrol. Epternacen. *In Sardinia in Turribus Gavini.* Martyrolog. Corbejen. *In Sardinia Savini, Saturi, Asteri, Chari.* Martyrolog. Hieronym. Lucen. pro Asteri, Chari, *Asbentari.* Verùm ad 27. Octobris promunt: *In Sardinia Prothi, Januarii, Tarsei, Comini,* seù *Comunis*, aut *Comminæ*. Consulendi Joannes Arca, & Fara de Sanctis Sardois.

(g) *Romæ Bonifacii Papæ.* Martyrol. Antuerpien. ad 4. Septembr. *Romæ Maximi, Bonifacii Episcopi, Magni, Marcelli Episcopi.* Martyrol. Flori adscit: Rom. Martyrol. *Qui post Petrum septuagesimus sedit ann. quinq; dies tredecim, & sepultus est in Basilica B. Petri Apostoli.* At plures illi Pontificatus annos dat Baronius in Annalibus.

xxvj. E Septimo Kalendas Novembris Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
A B C D E· F *F* G H M N P
24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

(a) *Evaristi Pap.* Martyr an. 111. Euseb. in Chronic. An. 121. Baron. eo an. nu. 1. Ann. 108. Pagi to. 1. ad an 109 nu. 12 Die sequen. Ado. Mense, & die incerto Pagi loc. cit.

(c) *Luciani, & Soc.* Martyres circ. 253. Acta.

ROmæ sancti Evaristi Papæ & màrtyris, qui Dei Ecclèsiam sub Hadriàno Imperatòre suo sànguine purpuràvit. (*a*) In Africa sanctòrum màrtyrum Rogatiàni presbyteri, & Felicissimi, qui in persecutiòne Valeriani, & Gallièni illùstri martyrio coronati sunt: de quibus ètiam scribit sanctus Cypriànus in epìstola ad confessòres. (*b*) Nicomediæ sanctòrum màrtyrum Luciàni, Flori, & sociòrum. (*c*) Eòdem die sancti Quodvultdèi Epìscopi Carthaginènsis, qui unà cum Clero à Genserico Rege Ariano in nàvibus fractis absque remigiis, & velis impòsitus, præter spem Neàpolim àppulit, ibique in exilio pòsitus, confessor occùbuit. (*d*) Narbòne sancti Rùstici Epìscopi & confessòris, qui clàruit tempòribus Valentiniàni, & Leònis Imperatòrum. (*e*) Apud Salèrnum

(d) *Quodvultdei.* Die 28. Octobr. Beda. Die 19. Jan. & cum titulo Patroni Ms. Calendar. Eccles. Neap. in Schedis Anton. Caracciol. Cl. Regul. Die 28. Novembr. de Sociis exulibus Martyrol. Flor.

(g) *Fulci Episc.* Cir. 1120. Tabul. Eccles. Papien.

lèrnum sancti Gaudiòsi Epìscopi. (*f*) Papiæ sancti Fulci Epìscopi. (*g*) Item sancti Quadragèsimi subdiàconi, qui & mòrtuum resuscitavit. (*h*)

(a) *Baron. an. 121. n. 1. Euseb. in Chron. & hist. lib. 3. c. 28. Niceph. in Chron. & alii.* (b) *Baron. an. 253. n. 42. An. 254. n. 35. & an. 260. n. 59. Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. & Mombrit. t. 2. vit. Sanct.* (d) *Baron. an. 428. n. 13. & an. 439. nu. 31. & Anton. Caracciol. ex Cleric. Regularib. de Sac. Eccl. Neapolitan. monument. c. 23. sect. 3.* (e) *Baron. an. 449. n. 58. & Usuard.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ibid. Tabul. Eccl. Papien. & Jacob. Valor. de Episc. Papien.* (h) *Baron. in not. & S. Greg. Pap. lib. 3. c. 17.*

Condire mentes debemus. S. Gregor. Papa hom. 10.

(c) *Nicomediæ Luciani, Flori, & Sociorum*. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Nicomediæ natalis SS. Martyrum Martiani, Flori, & Luciani, qui tempore Decii Imperatoris igni traditi sub Sabino Proconsule*. Ms. Vaticanum S. Petri: *In Nicomedia Luciani, Marciani, Floræ, Eracli*. Ms. Roman. Monast. S. Cyriaci in Thermis: *Erodii*, pro *Eracli*. Ms. Roman. Barberinian. *In Nicomedia Luciani, Marciani, Flori, Eracli, Tutti, Florini*. Martyrol. Bluinan. seù Veissemburgense Monasterii S. Petri: *In Nicomedia Luciani, Fori, Eracli, Tuti, Flori, Mariani*. Martyrol. Hieronym. Lucen. corripit *Mariani*. Martyrolog. S. Vuillibrordi: *Nicomediæ Luciani, Marciani, Flori, Heraclidæ, Titi, item Flori*. Martyrol. Corbejen. *In Nicomedia Luciani, Madiani, Florii, Heraclii, Turi*. Raban. *In Nicomedia Luciani, Flori, Heraclide, Martiani*. Beda: *Heraclii*. Petr. de Natal. lib. 11. cap. ult. nu. 302. sine præsignatione loci: *Amandi, Luciani, & Flori Confessorum*. Maurolyc. verò admonet esse alios, & promit: *Amandi Episcopi, Luciani, & Flori. Nicomediæ Luciani, Martiani, Floriani, Heraclii, Flori, & Ursæ Virginis*. Galesin. *In Africa Luciani, & Mariani. Nicomediæ Luciani, Marciani, Floriani, Heraclii, Flori, & Ursæ Virginis*. Ex quibus, & tot variis lectionibus elicitur, plures *Luciani* nomine, & *Flori* hac die.

(d) *Quodvultdei Episcopi*. Menardus apud Anton. Caracciol. de Sacr. Eccles. Neapolit. monument. hanc Epigraph. exhibet: *Domino sinceriter dilectissimo fratri, & Condiacono Quodvultdeo Augustinus Episcopus*. Alius *Quodvultdeus* legitur in vita S. Fulgentii à Mapheo edita: Cujus constantiam pluribus celebrat Victor. Caracciol. loc. citat. Item plura de hoc Sancto cumulat.

Disceptatio Topographica.

(f) *Apud Salernum S. Gaudiosi Episc.* Prælibatus Caracciolus loco laudato tradit, hunc S. Episcopum apud Salernum insignem Animarum Rectorem, utpotè verum Neapolitanum Civem prisci Neapolitani tam dignum Civem meritò sibi restituendum curarunt.

Musca tamen Presbyter Salernitanus in Catal. Præsul. ejusdem Ecclesiæ prostat ex adverso: *Corpus Gaudiosi Salerni requiescit in inferiori Crypta ejusdem Salernitanæ Ecclesiæ, non autem Neapoli asservatur. Africanus fuit Episcopus, & ob Vuandalorum persequutionem in Campaniam venit, & in Monasterio apud eam Urbem sancto fine quievit, & ejus mors in conspectu Domini pretiosa celebratur à Romana Ecclesia v. Kalendas Novembris. Quomodo verò fuerit gloriosum ejus Corpus Neapolim translatum, nescimus, sed dicant ii, qui nostra adversantur veritati: Gaudiosus verò noster Salerni Episcopatum gessit, vitamque ibidem cùm egisset, in Domino mortuus est; & hæc nè finxisse videamur, non obscuro doctissimi viri Cæsaris Baronii in not. ad Roman. Martyrologium in mense Octobris testimonio roborantur.*

Ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit. S. Greg. Papa homil. 10.

Verùm ex toto hoc discursu non liquet, hunc *Gaudiosum* in Crypta inferiori Cathedralis Ecclesiæ Salerni tumulatum reperiri, sed quod ibi reconditus fuit: Eminentissimus verò Baronius ex vulgi fama, & inani traditione asseruit in notis, Salernum ipsum pretiosum Corpus possidere. Sed quod verè fuerit Neapolim translatum, ex Actis penès Lectionaria præadductus Caracciolus eruit.

Baron. in prælibatis notis occurrit, suadendo, confusa esse Acta de his duobus Gaudiosis, & quod est unius, tribui alteri: & ex duobus unus aliquando efficitur, ut Acta hactenus, quæ extant Neapoli, & quæ ipse Baronius vidit.

Ast censendum, Baronium tantùm Acta legisse, non lectionaria Mss. penès Caracciolum, in quorum altero recentiori quidem non commiscetur: Primò quia scriptor est admodum antiquus, & propè ea tempora, quibus translatum ait Neapolim Corpus Beati Gaudiosi Salernitani Episcopi: Secundò quia multa adducuntur, non per affectatam stropham communicabilia. In primo namque Lectionario legitur lect. 8. tempus translationis sub Crimoaldo Principe anno 808. In secundo Lectionario ætas Episcopi, nimirùm quinquaginta annorum. Item in primo Lectionario fertur lect. 7. nomen, & dignitas impetrantis: *Milo quidam nomine*, & lect. 8. *Milus homo utique Deo charus*. Et in secundo Lectionar. lect. 22. locus, & ædes, ubi translatus, & tumulatus, nempe in vertice cujusdam Montis: Quæ Lectionaria, utpotè vetera, nonnisi valdè examinata, & probata, videntur ad publicum Ecclesiæ usum admissa. Accedit his Sannazarii testimonium duplici Hymno pro hoc S. Gaudioso, & unà cum dictis Lectionariis apud ipsum Caracciolum cap. 32.

Si quis urgeret, Acta Gaudiosi Salernitani per oscitantiam cum Actis Gaudiosi Bitinensis Episcopi commixta fuisse; & quòd Episco-

pus Bitinensis fuit ille Gaudiosus Neapolim translatus, & quem Neapolitani accepere.

Adducta à Caracciolo hoc non demostrant: Neque censendum, antiquos illos Præsules Neapolitanos (scribit Caracciolus) adeò vecordes, & stupidos fuisse, & illos etiam Ecclesiasticos viros pro Gaudioso Salernitano Episcopo non admodum multis seculis Gaudiosum Bitinensem Neapolim appulsum, recepisse, & celebrandum publicè per tot secula proposuisse.

Nihilominùs Musca obtrudit, præfata Lectionaria diversis nevis scatere; præcipuè, quòd hic S. Gaudiosus fuit successor Bonosi, & quòd ejus Translatio Neapolim sequuta fuit sub Crimoaldo Principe anno 800. quando primus Salerni Episcopus legitur S. Bonosus, & post Bonosum quinque alii recensentur, & anno 500. Laudentius Concilio Romano sub Simmaco Papa interfuit.

Ast videtur, quòd aut Musca ipse, aut alius Episcoporum Salerni Chronista, in illorum Episcoporum numeratione non habuit rationem temporis, præ aliis signatis Sanctis, mox subiiciendo Laudentium cæteris, qui Sancti non fuerunt: ex quo putandum, Bonosum, cui Gaudiosus successit, multis annis post Laudentium floruisse; nam quùm habeatur, Pomponium ædem illam ædificasse, cui Gaudiosus inservivit post Christi annum 500. verisimile diù post annum 500. ipsum Gaudiosum vixisse, atque Bonosum etiam ejus Prædecessorem post Gaudiosum Salerno præfuisse.

Et si in re incomperta conjecturare licet, videtur, Gaudiosum non multo antè tempore Crimoaldi Salerni Ducis decessisse; ab ipso namque Dux Neapolitanus Corpus hujus sui Civis petiit, & obtinuit: unde non multæ ætates præcesserant, aut secula, ejus memoria adhuc vigente, justæ petitioni factum fuit satis. Quod dilucidari posset ex illa magna annonæ caritate eo tempore Neapolim invadente, & ex bello inter Salernitanos, & Samnites: Sphalmata nonnulla, quæ in Catalogo Præsulum Salernitanorum apud Muscam, in ipso Caracciolo observanda, impræsentiarum satis prodita, ut eluceat nutatio existentiæ hujus Sancti Corporis apud Salernum: Modò ne inclyti Salernitani indignentur ob hunc S. Gaudiosum Episcopum ipsis raptum, & jure glorientur tam Præsulem insignem habuisse, saniorum judicio interposito, tutior erit Rom Martyrologii lectio, si pronuntiet: *Eodem die S. Gaudiosi Salerni Episcopi.*

xxvj. F Sexto Kalendas Novembris. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

(b) *Vincentii, & Soc.* Martyres circ. 303. Acta apud Vasæum.

(d) *Capitolinæ, & Soc.* Martyres ann. 304. Baron. eo ann. nu. 71. An. 305. Pagi to. 1. ad an. 303. n. 6.

(e) *Frumentii Episcopi.* Die 30. Novembris Græci in Menolog.

Vigìlia sanctòrum Apostolòrum Simònis, & Judæ. (*a*) Abulæ in Hispània pàssio sanctòrum Vincèntii, Sabìnæ, & Christètæ, qui primùm in equùleo àdeò sunt extènti, ut omnes membròrum compàges laxarèntur; deinde càpita eòrum lapìdibus superpòsita, usque ad excussiònem cèrebri vàlidis vèctibus sunt contùsa, atque ita martyrium complevèrunt, agènte Prǽside Daciàno. *b*) Apud castrum Tyle sancti Florèntii màrtyris. (*c*) In Cappadòcia sanctàrum màrtyrum Capitolìnæ, & Erotheidis ejus ancillæ, quæ sub Diocletiàno sunt passæ. (*d*) Apud Indos sancti Frumèntii Epìscopi, qui ibi primùm captivus, deinde Epìscopus à sancto Athanàsio ordinàtus, Evangèlium in ea provìncia propagàvit. (*e*) In Æthiòpia sancti Elèsbaan Regis, qui Christi hòstibus expugnàtis, misso règio diadèmate Jerosòlymam tèmpore Justìni Imperatòris, monàsticam vitam, ut vòverat, agens, migràvit ad Dòminum. (*f*)

(a) *Baron. in not. Concil. Oxonien. Beda, Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. Vasæus in Chronic. Flos SS. Hispan. & Thesaur. Concion. t. 2.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 304. & Saussayus.* (d) *Baron. an. 304. n. 71. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 327. n. 8. Græci in Menolog. Ruffin. hist. lib. 1. cap. 19. Theodoret. lib. 1. c. 23. Socrat. lib. 1. c. 15. Sozomen. lib. 1. cap. 23. & Petr. in Casal.*

Catal. lib. 9. cap. 113. (f) *Baron. an. 327. n. 8. Niceph. hist. lib. 17. c. 6. & Cedren. ann. quinto Justin. Imperat.*

Donec superest Spiritus in me, nec lingua mea meditabitur médacium. Job. 28.

(a) *Vigilia Apostolorum Simonis, & Judæ.* Mss. Divionen. Attreb. Tornac. Lætien. Rom. Monast. S. Cyriaci, Barberin. & Vatic. S. Petri: *Vigilia Apostolorum Simonis, & Thadæi.*

(c) *Apud Tyle Florentii Martyris.* Tyle, *Tele*. Oppidum olim Hispaniæ Tarraconen. Turri Syllanæ, & Vallisoleto proximum, nunc locus apud Forum Egurrorum, seù ut impræsentiarum dicunt Medinam Rivi Sicci, ostenditur, Concilio Telensi memorabilis: Martyrol. vetustissim. Antuerpien. *Alibi Florenti*. Martyrolog. Corbejen. *In Sardinia Poti, Comuna, & Sancti Florentii*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Sardinia Poti, Januarii, Tarsei, Comunt, & Sancti Florentii*. Martyrolog. Veissemburgense Monasterii Sancti Petri profert: *Tarrei, Commiri*. Appendix ad Adonem: *vi. Kal. Novemb. S. Florentii Presbyteri & Confessores*. Saussayus hac ipsa die: *In Castro Tile propè Lugdunum in Insula Barbara Cœnobio ad Ararim Sancti Florentii Martyris in persecutione Vvandalica*. Græci in Menologio ad 13. Octob. alium *Florentium* Martyrem in *Thessalonica* efferunt.

(e) *Apud Indos Sancti Frumentii Episc.* India, *Indostan* Incolis. Regio Asiæ magnæ, amplissima inter Orientales, quam Indus fluvius ab Occasu à Gedrosia, Arachosia, & Paropamiso dividit. Serus à Sinis ab Ortu; ab Austro Oceanus, à Septentrionibus Imaus, sive Emodes Mons: Ganges illam in duas secat, Citeriorem, quæ & intra Gangem dicitur, & Ulteriorem, que extra Gangem nominatur.

Qui sunt ex cõtentione non acquiescunt veritati. Ad Rom. 2.

Cardinal. Baron. in notis animadvertit, quod *vixit iisdem temporibus alius Frumentius Episcopus Auxumeos in Ægypto, ordinatus à S. Athanasio, confessione clarus; multa enim passus est ab Arianis, ob tuendam Catholicam fidem; in quem data Epistola Tyranni extat apud Athanasium in apologia ad Constant. col.* 330. Pagi tamen tom. 1. ad an. 327. nu 13. & Holsten. in hujus diei animadversis asserunt, hunc *Frumentium* omninò eundem esse; quia Indi illi, ad quos *Frumentius* ab Athanasio missus, non in Asia fuere, sed in extrema Africa circa principium Nili, qui Æthiopes etiam supra Ægyptum, & nostris temporibus Abyssini vocantur; Ex hisce aliquot Presbyteri Romę degunt propè Basilicam Vaticanam, qui se Indos dicunt, & Sanctum *Frumentium* nationis suæ Apostolum vocant, cujus memoriam solemniter venerantur. Metropolis istorum Æthiopum erat *Axumis*, sivè *Auxumis* Civitas occiduo itinere à mari remota.

xxv. G 25 Quinto Kalendas Novembris. Luna. 28

* *Initium tertii Mensis Ægyptiaci Athir*, seù *Athur*. Pagi t. 1. in calce ex Epoch. Cardinal. Nor.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

NAtàlis beatòrum Apostolòrum Simònis Chananæi, & Thaddæi, qui & Judas dicitur: quorum Simon in Ægypto, Thaddæus in Mesopotàmia Evangèlium prædicàvit: deìnde in Pèrsidem simul ingrèssi, cùm innùmeram gentis illius multitùdinem Christo subdidissent, martyrium consummarunt. (a) Romæ sanctæ Cyrillæ virginis, filiæ sanctæ Tryphòniæ, quæ sub Claudio Principe pro Christo jugulàta est. (b) Ibìdem sanctæ Anastasiæ seniòris virginis, & Cyrilli màrtyrum: illa in persecutiòne Valeriàni sub Probo Præfècto vìnculis constrìcta, còlaphis cæsa, igne & verbèribus cruciàta, cùm in confessiòne Christi immòbilis permanèret, abscissis mamillis, evùlsis ùnguibus, dèntibus comminùtis, mànibus pedibùsque præcisis, truncàta càpite, tot passiònum monìlibus ornàta migravit ad Sponsum: Cyrillus autem ei petènti aquam propinans, martyrium pro mercède accèpit. (c) Apud Comum sancti Fidèlis màrtyris sub Maximiàno Imperatòre. (d) Mogùntiæ sancti Ferrùcii màrtyris. (e) Meldis sancti Farònis Episcopi & confessòris. (f) Neàpoli sancti Gaudiòsi Epìscopi Africàni, qui ob persecutiònem Vvandalòrum

(a) *Simonis, & Judæ*. Die 10. Maii de *Simone*. Gręci in Menologio. Die 9. Maii de *Juda*. Calend. Ægyptiac. Seldeni. Die 16. Ms. Sinaxar. Græcum. Die 22. Menol. Basilii Imperat. & Ms. Synaxar. Constantinopolit. Die 19 Junii Gręci in Menolog. Die 29. Jun. de utroq; Notker.

(c) *Anastasia*. Die sequ. Græci in Menologio.

(f) *Faronis Episc.* Obiit an. 686. Baron. in not. Ann. 682. Pagi t. 2. ad an. 614. n. 35.

dalòrum in Campàniam vèniens, in monastèrio apud eam urbem sancto fine quièvit. (*g*) Vercèllis sancti Honoràti Episcopi. (*h*)

(a) *Baron. an. 44. n. 38. & sequ. & an. 68. n. 5. & sequ. & Græci in Menologio.* (b) *Baron. an. 269. n. 5. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. ann. 262. num. 57. Græci in Menolog. die sequ. Lippeman. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edit.* (d) *Baron. an. 303. n. 123. Mombrit. t. 1. & Sur. t. relat.* (e) *Baron. in not. & Sur. eod. tom.* (f) *Baron. an. 614. n. 17. Sur. t. 5. prior. edit. Sigebert. in Chron. an. 620. Vincent. in specul. lib. 24. c. 17. 18. & 19. Petr. in Catal. lib. 9. c. 117. Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 74. & lib. 4. c. 139.* (g) *Baron. an. 416. n. 20. & Anton. Caracciol. Cler. Regul. de Sac. Eccl. Neapol. Monument. c. 26. sect. 4.* (h) *Baron. an. 397. n. 42.*

Erudivit eum scientia. Isa. 4.

(a) *Natalis Apostolorum Simonis Chananai, & Thaddei, qui & Judas.* Menologium Basilii ad 29. Aprilis: *Simon Magnus Christi Apostolus ex Cana Galilaa, qui post aquam in vinum mutatam, adhasit, ac post ejus Ascensionem Edessa, cùm ibi, & per Mesopotamiam sacram fidem promulgasset, in pace quievit.* Martyrologii S. Hieronymi Apographa, scilicet Lucen. *In Cartagine Suffronisiani, & natalis Sanctorum Apostolorum Symonis Chananei, & Juda Zelotis, Amaranthi, Quinti, Luci.* Antuerpien. *Suani Civitate Persarum Simonis, & Juda Apostolorum, Marianæ, Arthe!adi, Kartaginis, Amaranta, Quinti, & Luci.* Gorbejen. *In Carthagine Sancti Suffronisani: Et alibi SS. Apostolorum Simonis Cananai, & Judæ Zelotis, Amaranti, Quinti, & Justi, Lucii.* Beda genuin. *v. Kal. natale Sanctorum Apostolorum Simonis, & Thadei.* Mss. Attrebaten. Eccles. S. Mariæ Tornacen. Monast. S Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Qui à Templorum Pontificibus occisi sunt in Suanis Civitate magna apud Persidam.* Ms. Roman. Barberinianum: *In Civitate Magna Silantis apud Persidem.*

(b) *Roma Cyrilla Virginis, filiæ S. Tryphonia.* Beda genuin. *Romæ Cyrillæ filia Decii Cæsaris, quæ sub Claudio Principe jugulata, & necata est gladio, & sepulta à Justino Presbytero cum Matre sua juxta S. Hippolitum.*

(f) *Meldis Faronis Episcopi.* Melde, *Meaulx.* Urbs Galliæ Belgic. antiqua in Brya, quæ regio pars est Campaniæ, ad Matronam fluvium præterfluentem, quam Torrens in duas dividit, pars colle assurgens, pars in planitie ad præterlabentem amnem. Media inter Lutetiam Parisiorum, & Castrum Theodorici: *Faro Episcopus xx. sub Childerico Anno Domini Dclxxxvi.* Vincent. lib. 24.

Cardinal. Baron. in not. pro hoc Sancto Episcopo vitam apud Surium indigitat. At hæc quot fabulis scateat, Coint. ad ann. 672. & Mabillon. Sæcul. 2. Benedict. videndi.

Disceptatio Historico-Chronologica.

(a) *Natalis Beatorum Apostolorum Simonis Chananai, & Thaddæi, qui & Judas dicitur.*

Romanum Martyrol. in multis ambagibus impræsentiarum nutat; & primò an duo Thaddæi fuerint, ut alter ipsorum dicatur Judas.

Eminentissimus Baronius in notis suadet, quòd sicut de duobus Simonibus, ita de duobus Thaddæis dicendum; Alter ex his Apostolus, alter ex numero septuagintaduorum Discipulorum, qui ad Abagarum missus in Syria prædicavit Evangelium, ut Euseb. hist. lib. 3. cap. 26. Beda in retract. in Act. Apostol. cap. 1. Niceph. hist. lib. 2. cap. 40. & cæteri Græci diversis diebus de Juda agentes, ac de Thaddæo tanquam inter se diversos memorant; *de Juda* scilicet *ad xiii. Kal. Julii*, & *de Thaddæo ad xii. Kal. Septembris.*

Quærite judicium. Isai 1.

Cæteri tamen Latinorum in oppositum quidem abiisse videntur. Occidentalis namque Ecclesia de uno tantùm Thaddæo commemorat, itaut quando Judam memorat, hunc absque Thaddæi agnomine: Sanctus Hieronymus quoque unum eundem fuisse tradit Thaddæum Apostolum cum illo, qui Ædessam ad Abagarum profectus; quem Lucas in Act. cap. 1. *Judam Jacobi*, & Matthæus in Evang. cap. 10. *Lebbæum* vocat. Et Loca, ubi Evangelium prædicavit apud Niceph. lib. 2. cap. 40. fuere: *Judæa, Galilæa, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria, & Mesopotamia.* De quo etiam Isidorus, & alii.

Eusebius tamen, & Author Syrorum Annalium apud eundem Eusebium lib. 1. histor. cap. 13. ex Christophorsoni versione refragantur: *Salvator excitatus à Mortuis, unus ex duodecim Apostolis, divino quodam impulsu, Thaddæum fratrem, qui erat in numero septuaginta Discipulorum Christi adscriptus, Prædicatorem, & Evangelistam Doctrinæ Christi, ad Ædessam usq; misit.* Ex quo apertè depromitur Thaddæum ex septuaginta Discipulis, non ex duodenario Apostolorum numero ad Ædessam missum fuisse; quod in Annalibus lingua Syriaca conscriptis adstruitur: *Postquàm Jesus assumptus fuit, Judas, qui & Thomas dicebatur, Thaddæum Apostolum unum ex septuaginta ad Abagarum misit.* Quibus verbis duo animadvertenda; quòd *Thomas* quoque *Judas* dicebatur, & quòd *Thaddæus* ad Abagarum missus, ex septuaginta Discipulis fuit, non ex duodenario Apostolorum numero.

Ast hæc valdè distant ab iis, quæ ab eadem histor. S. Hieronym. transtulit cap. 10. Matth. de Simone Chananæo, & Juda: *Simon Chananæus ipse est, qui in alio Evangelista scribitur Zelotes; Chana quippè Zelus interpretatur. Thad-*

dæum

dictum Apostolum Ecclesiastica tradit, historia missum Ædessam ad Abagarum Regem Chosidena (Chosdroenæ potiùs) qui ab Evangelista Luca Judas Jacobi dicitur, & alibi appellatur Lebbæus, quod interpretatur Corculum: credendumque est, eum fuisse trinomium, sicut Petrus, & filii Zebedei Boanerges, ex firmitate, & magnitudine fidei nominati sunt. Cum S. Hieronymo brevissimè consonat S. Hippolytus: *Judas, qui & Lebbeus, ubi Populo Ædessæ, ac toti Mesopotamia prædicasset, obiit Berythi, ac ibi sepelitur.* Quibus Sanctis Patribus adhærendum potiùs videtur, quàm allegatæ Eusebii assertioni: Ex quibus *Judas* ab Eusebio, & Syrorum Chronographo dictus *Thomas*, non pro *Juda* intelligendus, quasi *Thomas* nomen, *Judas* verò Agnomen: Et ita Eusebius interpretandus libr. 2. cap. 1. Quòd hic Thaddæus esset alius ab Apostolo, pugnaret, ut *Lebbeus* diceretur, eo quia hoc agnomen ejusdem Thaddæi fuit, ut ex Evangelio; & difficile credendum Lucam trinomium fecisse, nempe Thaddæi diversi ab alio, & Lebbæi. Verùm pro horum disceptatione legendi ipsi Scriptores, quùm modò sufficiat, ut prodita sit eorum trica; quæ adhuc prosequitur in Romano Martyrologio, asserendo:

Disceptatio Topographica.

Deindè in Persidem simul ingressi &c. Martyrium consummarunt.

At alter ipsorum in Ægypto, alter in Mesopotamia Evangelium prædicavere: Menologium Basilii Imperatoris ad 29. Aprilis: *Simon Magnus Christi Apostolus ex Cana Galilæa, qui post aquam in vinum mutatam, adhæsit, ac post ejus Ascensionem, Ædessæ, cùm ibi, & per Mesopotamiam Sacram Fidem promulgasset, in pace quievit.*

Eminentissimus Baron. in notis respondet, simul tandem convenientes in Perside Martyrio coronatos fuisse, ut Beda, Usuard. Ado, & alii ex Actis ipsorum Apostolorum.

Sed hi Scriptores intelligendi prout simul hac, aut alia die de ipsis agunt, non verò quatenus sentiant, in eadem Regione eodemque tempore Martyrizatos, à Persarum Sacerdotibus occisos fuisse; Simon enim apud Egesippum sub Trajano agonem Martyrii complevit, & Judas sub Domitiano ab Infidelibus suspensus, saggittisque vulneratus, sed ubi, scriptores siluere, sicut in qua Provincia Evangelium prædicavit, antiquioribus Patribus subobscurum fuit, ita & ubi Martyrizatus: Socrates quippè, Origenes, Eusebius, Theodoretus, & Chrysostomus de aliis Apostolis loca peregrinationis, & Apostolatus referunt, de *Simone* nullum verbum: Et qui dein scripsere, variè senserunt. Author nomine Isidori cap. 82. & 83. de vit. & obit. Sanctor. tradit, Simonem in Ægypto Evangelium prædicasse. Nicephor. lib. 2. cap. 40. addit, in Africa, & tandem apud Britannos. Id ipsum Dorotheus in Synopsi, & Græci in Menologio. Legendus Florentinius doctissimus in Indicul. Apostolor.

Verùm quamvis Auctores non conveniant in Regione, ubi hi Apostoli Evangelium annuntiavere, conveniunt tamen in Regione, ubi mortem oppetiere: Quemadmodum nonnulli perperàm tradiderunt, hunc Simonem esse eundem cum illo, quem passum in Trajani persequutione habet Eusebius in Chronic. & hist. lib. 3. cap. 26. Sophron. apud Hieronym. & Beda de retract. in Act. Apostolor. uti & Florentin. suo Martyrolog. Occidental. exercit. 5. in Indicul. Apostol. prostat, Judam nequisse ad Trajani tempora pervenire.

Ast hoc non officit, quin diversa de loco Martyrii scribantur. Hippolyt. & Doroth. tradunt, Judam *Berythi* occubuisse. Anonymus Æcumenii *Beritho*. Menologium Græcorum, *Antipodi*. Indicul. Bolland. & Pseudo-Abia: *Suanis Civitate Persarum*. Grammat. *Nereæ*. Tregulf. Lexoviens. *Neriti Armeniæ Urbe.*

Ex hac igitur tanta lectionis diversitate de loco Martyrii, elicitur quanta sit dubietas; quæ etiam refragatur tempori, quo hi Apostoli Martyrizati, ut exploratum; Igitur nè Roman. Martyrologium in his non levibus ambagibus implicetur, omissis cæteris in hac trica videndis apud Florentin. loco prælaudato; dummodò majori Sapientia prædìti annuerint, concinnetur: *Natalis Beatorum Apostolorum Simonis, & Judæ, qui, prædicatione cùm innumeram Gentis multitudinem Christo subdidissent, Martyrium consummarunt.*

(b) *Romæ S. Cyrillæ, quæ sub Claudio Principe.*

Disceptatio Chronologica.

Hæsitandum videtur, an hoc Martyrium sub Claudio: Nam licèt Beda, Usuardus, Ado, & alii, ex quibus Cardinal. Baronius in notis, ex Actis S. Laurentii apud Sur. ad 10. Augusti deprompserunt, in quorum fine hoc Martyrium extat.

Nihilominùs hæc Acta planè adulterina, & supposititia dignoscuntur. In his disertè legitur, *Laurentium, & Xistum Papam, Decio Imperante*, morte affectos, *Valeriani Præfecti* jussu, & tamen utriusque Martyrium certè contigit *Valeriani, & Gallieni* temporibus. Rursus eadem Acta ferunt, venisse Decium in Persidem, & occupasse *Babiloniam, Bactrianam, Hircaniam, & Assyriam*, quæ merè fabulosa, Decio post Imperium adeptum in Persidem numquam profecto; quamobrem Martyrium: *Triphoniæ, & Cyrillæ filiæ* sub *Valerio* reponitur à Pagi viro erudito tom. 1. ad an. 268. num. 6. Ut igitur hæc nutatio expungatur, & sapientioribus placeret, quemadmodum ad 18. hujus Romanum Martyrologium de *S. Triphonia* non effert sub *Claudio*, sed: *Romæ S. Triphoniæ &c.* ita dempto quoque modò *sub Claudio*, rescribatur: *Romæ S. Cyrillæ Virginis, filiæ S. Triphoniæ, quæ pro Christo jugulata est.*

xxiv. A Quarto Kalendas Novembris. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

(b) *Zenobii Presbyteri.* Martyr circ. 300. Euseb. in Chronic. & hist.

(c) *Valentini*. Die 29. Augusti. Florentin.

IN Lucània sanctòrum màrtyrum Hyacìnthi, Quincti, Feliciàni, & Lùcii. (*a*) Sidòne in Phœnicia sancti Zenòbii presbyteri, qui sub novissimæ persecutiònis accerbitàte àlios ad màrtyrium exhòrtans, màrtyrio & ipse dignàtus est. (*b*) Eòdem die sanctòrum Episcopòrum Maximiliàni màrtyris, & Valentini confessòris. (*c*) Bèrgomi sanctæ Eusèbiæ vìrginis & màrtyris. (*d*) Jerosòlimis natàlis beàti Narcissi Epìscopi, sanctitàte, patièntia, ac fide laudabilis, qui centum, & sèxdecim annòrum migràvit ad Dòminum. (*e*) Augustodùni sancti Joànnis Epìscopi & confessòris. (*f*) Cassìope in ìnsula Corcyræ sancti Donàti, de quo scribit beàtus Gregòrius Papa. (*g*) Viènnæ depositio beàti Theodòri abbàtis. (*h*)

(d) *Eusebii*. Martyr circa 367. Guar. lib. de SS. Bergomen.

(e) *Narcissi* Circ. 214. Euseb. in Chron.

(a) *Baron. in not. S. Greg. in regist. lib. 7. Indict. 2. Epist. 12. Beda, Usuard. & alii.* (b) *Baron. in not. Euseb. hist. lib. 8. c. 25. Niceph. lib. 7. c. 16. item Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard.* (d) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Bergomens. & Galesin. hac die.* (e) *Baron. in not. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 4. cap. 19. lib. 5. cap. 12. & lib. 6. c. 8. & 9. Niceph. lib. 5. c. 9. & 10. & S. Epiphan. in Panar. heres. 66.* (f) *Baron. in not. & Tabul. Eccl. Augustodunens.* (g) *Baron. in not.* (h) *Baron. ibid. & Molan. hac die.*

Auris zeli audit omnia. Sap. 1.

(a) *In Lucania Hyacinthi, Quincti, Feliciani, & Lucii.* Lucania, *Basilicata*. Regio Italiæ in Reg. Neapolitano inter Picentinos, & Brutios, atq; inter Apenn. Montem, & oram maris Tyrreni contenta. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Lucania Sanecinti, Quinti, Feliciani, & Lucini.* Martyrol. Bluman. Monast. S. Petri effert: *Sacinti.* Martyrol. Corbejen. *In Lucania Sacinti .... Quinti, Feliciani, & Luci.* Ms. Rom. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Lucania Sacincti, Quinti, Feliciani, & Lucii.* Ms. Rom. Barberinian. pro Quinti, *Quintini*. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monast. S. Martini, & Leodien. S. Lamberti: *In Lucania Luciani, Quinti, & S. Feliciani Martyris.* Raban. *In Lucania S. Jacinthi, Quinti, Feliciani, Lucini.*

(c) *Eodem die SS. Episcoporum Maximiliani Martyris, & Valentini Confessoris.* Chronic. Dextri ad an. 429. *Prope Tudem in Gallæcia in Oppido Vianensi SS. Pontifices Maximilianus, & Valentinus clarent.* Molan. Addit. ad Usuard. *In Pataviensi Civitate Triumphus SS. Episcoporum Maximiliani Martyris, & Valentini Confessoris.*

Cardinal. Baron. in not. *Vetera manuscripta, ex quibus Molanus in Additionibus ad Usuard. hac die.* At in his Additionibus legitur: *In Civitate Pataviensi Triumphus Sanctorum Episcoporum Maximiliani Martyris, & Valentini Confessoris.* Et is est Maximilianus Episcopus Laureacensis, & Valentinus Passaviensis, quorum corpora anno 1285. in Ecclesia Passaviensi collocata. Pataviæ tamen in Norico S. Valentinus est Patronus. Saussayus ad 7. Octobris alium Valentinum Tungrensem Episcopum; & alium Argentoratensem Episcopum Sammarthani tom. 2. Galliæ Christianæ ferunt.

Ut possit exprobrāti respondere. Proverb. 26.

(f) *Augustoduni Joan. Episcopi.* Cardinal. Baron. in not suadet, hunc *Joannem*, cui successit in Episcopatu *Vualfridus*, esse alium à *Joanne Episcopo Eboracensi* die 7. Maii. Pagi tamen tom. 3. ad an. 687 num. 7. & ad 721. num. 6. unum eundemque esse tradit.

(g) *Cassiope in Insula Corcyra Donati.* Cassiope, *Cassopo*. Oppidum olim Corcyræ Insulæ Maris Jonii in ora ad Aquilonem versa, nunc disiectum, & desertum; manet Ecclesia dicta *S. Maria di Cassope. S. Donatus Confessor.* Corpus Venetiis.

Discrepatio Topographica.

(a) *In Lucania Sanctorum Martyrum Hyacinthi, Quincti, Feliciani, & Lucii.*

Licet Romano Martyrologio alia Martyrologia adstipulentur, hos Martyres variis solùm dictionibus in *Lucania* signando; tamen quàmplura quoque extant, quæ ipsos Martyres alibi indigitant. Maurolyc. *Luca Civitate Tusciæ in Italia Hyacinthus, Quinctus, Lucius, & Felicianus Martyres.* Beda item ad 12. Julii: *Luca Hetruriæ Civitas alios habuit Episcopos doctrina, sanctitatisque laude claros, tum Martyres, nempè Hyacinthum, Quinctum, Lucium, & Felicianum.* Quòd

Quòd si quis subderet, *Lucam* pro *Lucania* hos Authores scripsisse; quia Urbs *Luca* ab Ecclesiasticis Scriptoribus pervetusto Romanæ Curiæ stilo haud dubium *Lucana* vocata fuit; quamobrem prælaudati Martyrologi neque à primis, neq; à Rom. Martyrol. discrepant.

Videretur, quòd hi Martyres in ea Civitate venerationem accepere, ubi an aliquando culti, valdè incertum. Rursùs Ferrar. Catal SS. Italiæ locum effert Martyrii non longè à Canciano Urbe in Picentinorum, & Lucanorum confinio ad Compsanam Metropolim spectante; ubi celebris est S. Feliciani memoria; quemadmodum de S. Hyacintho apud Civitatem Reatinam in Sabinis, non in Lucania celebris erat; Cujus festum in Rom. Martyrologio ad 9. Septembr. unde Petr. de Natal. lib. 11. num. 305. protulit: *Hyacinthus, Quinctus, Felicianus, & Lucius Martyres in Lucana Provincia passi sunt* IV. *Kal. Novemb.* Quinimmò Calend. perantiquum Hieronymian. apud Canonicos Lucenses penès Florent. inscribit: *Quarto Kal. Quinti, Lucini*, nulla loci nota. At nè Lucani contristentur ob horum Sanctorum raptum, & sapientiores annuerint, Romanum Martyrologium promat: *Eodem die Sanctorum Martyrum Hyacinthi, Quincti, Feliciani, & Lucii.*

xxiij. B Tertio Kalendas Novembris Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

IN Africa natàlis sanctòrum Màrtyrum ducentòrum viginti. (*a*) Tingi in Mauritània pàssio sancti Marcèlli Centuriònis, qui càpitis abscissiòne martyrium complèvit sub Agricolào agente vices Præfècti Prætòrio. (*b*) Alexandriæ sanctòrum trèdecim Màrtyrum, qui cum sanctis Juliàno, Euno, & Macàrio passi sunt sub Dècio Imperatòre. (*c*) Ibìdem sanctæ Eutròpiæ màrtyris, quæ Màrtyres visitans, cum illis sævissimè cruciata rèddidit spìritum. (*d*) Caràlis in Sardìnia sancti Saturnìni màrtyris, qui in persecutiòne Diocletiàni sub Bàrbaro Præside càpite truncàtus est. (*e*) Apamèæ sancti Màximi màrtyris sub eòdem Diocletiàno. (*f*) Legiòne in Hispània sanctòrum màrtyrum Clàudii, Lupèrci, & Victòrii, filiòrum sancti Marcèlli Centuriònis; qui in persecutiòne Diocletiàni, & Maximiàni, sub Diogeniano Præside jussi sunt decollàri. (*g*) Ægææ in Cilìcia pàssio sanctòrum Zenòbii Epìscopi, & Zenòbiæ soròris ejus sub Diocletiàno Imperatòre, & Lysia præside. (*h*) Altìni sancti Theonèsti Epìscopi & màrtyris, qui ab Ariànis occisus est. (*i*) Parìsiis sancti Lucàni màrtyris. (*k*) Antiochìæ sancti Serapiònis Epìscopi, eruditiòne clarissimi. (*l*) Càpuæ sancti Germàni Epìscopi & confessòris, magnæ sanctitàtis viri: cujus ànimam in in hora òbitus ejus ab Angelis in cœlum ferri sanctus Benedìctus aspèxit. (*m*) Potèntiæ in Lucània sancti Geràrdi Epìscopi. (*n*)

(b) *Marcelli Papæ.* Martyr an. 298. Baron. eo an. n. 1. & 4. An. 303. Pagi t. 1, ad an. 398. nu. 2.

(c) *Sanctorum tredecim Martyr.* Ann. 253. sub Decio Baron. eo ann. n. 144. An. 248. sub Philippo. Pagi t. 1. ad an. 252. nu. 3. cùm de Serapione, Apollonia, aliisque.

(g) *Claudii, & Soc.* Martyres an. 298. Baron. eo an. nu. 9. Ann. 306. Vasæus in Chron. An. 303. Pagi t. 1. ad an. 298. nu. 2.

(n) *Gerardi Episc.* Obiit an. 1120. Monum. Eccles. Potent. Ann. 1128. Bot. par. 2. hist. libr. 11. pag. 11.

(a) *Baron. in not. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 298. n. 1. & 4. Sur. tom. 5. prior. edition. Flos SS. Hispan. Vasæus in Chronic. Hispan. & Ruinart. in Act. Sincer. Martyr.* (c) *Baron. ann. 253. num. 104. Euseb. ex Epistol. Dionys. lib. 6. c. 34. & Græci in Menologio.* (d) *Baron. in not. item Græci in Menologio hac die.* (e) *Baron. an. 303. num. 145. Mombrit. tom. 2. vit. SS. & Fara de reb. Sard.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog. ad 15. Septemb.* (g) *Baron. an. 298. n. 9. & an. 303. nu. 138. Vasæus in Chronic. ad an. 306. & Flos SS. Hispan.* (h) *Baron. an. 285. nu. 13. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 6. & Sur. t. 5. hac die.* (i) *Baron. in not. Sigebert. in Chronic. ad ann. 425. & Petr. in Catal. lib. 10. cap. 9.* (k) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard. hac die.* (l)

Baron. an. 191. n. 1. & sequ. & an. 213. n. 11. Euseb. in Chronic. & hist. lib. 6. c. 10. & Niceph. Callist. lib. 4. c. 20. & 27. (m) *Baron. an. 520. n. 72. & an. 579. n. 21. hist. Miscel. lib. 15. & S. Greg. lib. 2. Dialog. c. 35. & lib. 4. c. 40.* (n) *Baron. in not. & Tabula Ecclesiæ Potens.*

Putavi sine affirmatione tractanda. S. Augustin. quæst. 2. de diverſ.

(a) *In Africa Martyrum* 220. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Veissemburgense Monasterii Sancti Petri : *In Africa passio Sanctorum Martyrum ccxx. Felicis, Quinti, Lucæ, Luciani, Victoris, Vitalis, Donati, Petri, Mari, Januarii, Firmæ, Hermetis, Urbani, Attici, & passio S. Feliciani cum sociis suis.* Martyrolog. vetustissim. Antuerpien. pro Lucæ, *Luciæ*. Martyrol. Corbejen. *In Africa passio Sanctorum Martyrum numero centum viginti*. Reliquum ut suprà; verùm pro *Firmæ*, effert *Firiæ*. Appendix ad Adonem: *In Africa Martyrum ducentorum viginti. Item passio S. Feliciani cum sociis suis*. Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *In Africa Martyrum ducentorum triginta*.

(b) *Tingi in Mauritania Marcelli Centurionis, Agricolao Præfecti Prætorio*. Tingis, *Tangeri*. Urbs olim Mauritaniæ clarissima litoralis, ex qua Provincia Tingitana, tanquam ex Metropoli, & primaria Urbe dicta, apud fretum Herculeum ex adverso Carthejæ Urbis Hispanæ, inter Septam, & Zilium: hodie obscurior sub Lusitanis cæteris oræ urbibus. Ms. Divionen. *Civitate Tingitana passio S. Marcelli Centurionis*; nil aliud. Ms. Roman. Barberinian. sine palestra: *Eodem die passio S. Marcelli Martyris*. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monast. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti, etiam nulla loci nota: *Passio Sancti Marcelli, qui amputatione capitis martyrium consummavit jussu Agricolai Principis*. Corpus *Legione*. Flos SS.

(g) *Apameæ Maximi Martyris*.

Cardinal. Baron. in not. suadet, hunc Martyrem esse, quem memorant Græci in Menologio ad 15. Septembris. At Menologium Basilii ea die: *Adrianopoli Sanctorum Martyrum Maximi, Theodoti, & Asclepidiori Thraciæ nati*. Et Menologium Canisii sine agonis loco, tantùm panditat: *S. Maximi ense consummati*.

(l) *Antiochiæ Serapionis Episcopi*. Martyrologii S. Hieronymi Apographa, apud Florentin. *In Antiochia Januarii, Martiani, Nazari, Gervasi, & Celsi pueri*. De hoc verò Serapione silent.

Relinquam doctrinam quærentibus. Eccl. 24.

xxij. C Pridie Kalendas Novembris. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

(b) *Nemesii Diaconi, & Soc.* Die 27. August. Florus Addit ad Mss. Atrebaten. Tornacen. & Lætien.

(d) *Quinctini.* Martyr ann. 303. Baron. eo an. n. 130. Ann. 304. Pagi to. 1. ad an. 303. nu. 130.

(g) *Vuolfangi Episcop.* Obiit an. 999. Baron. in not. An. 994. Pagi t. 4. eo an. num. 2.

Vigilia òmnium Sanctòrum. (*a*) Romæ natàlis beàti Nemèsii diàconi, & Lucillæ vìrginis filiæ ejus : qui cùm à fide Christi flecti nequàquam possent, jubènte Valeriàno Imperatòre, decollàti sunt octàvo Kalèndas Septèmbris : quorum còrpora à beàto Stèphano Papa sepùlta, deinde à beato Xysto via Appia hac die honèstiùs tumulàta, Gregòrius Quintus in Diacòniam sanctæ MARIÆ Novæ trànstulit, unà cum sanctis Symphrònio, Olympio Tribùno, Exupèria ejus uxòre, & Theodùlo filio, qui omnes Symphrònii òpera convèrsi, & ab eòdem sancto Stèphano baptizàti: martyrio coronàti fùerant. Quæ sanctòrum còrpora, Gregòrio Decimotèrtio Summo Pontìfice, ibidem invènta, sub altàri ejùsdem Ecclèsiæ honorificèntiùs collocàta sunt sexto Idus Decèmbris. (*b*) Eòdem die sanctòrum Ampliàti, Urbàni, & Narcìssi, quorum mèminit sanctus Paulus ad Romànos scribens : qui ob Evangèlium Christi à Judæis, & Gentìlibus cæsi sunt. (*c*) In Gàllia apud Augùstam Veromanduòrum sancti Quinctìni civis Romàni, òrdinis Senatòrii, qui sub Maximiàno Imperatòre martyrium passus est : cujus corpus post annos quinquagintaquìnque, revelànte Angelo, invèntum est incorrùptum. (*d*) Constantinòpoli sancti Stachis Epìscopi, qui à beàto Andrèa Apòstolo

ſtolo primus ejuſdem civitàtis Epiſcopus ordinàtus eſt. (*e*) Mediolàni ſancti Antonini Epiſcopi & confeſsòris. (*f*) Ratiſpònæ ſancti Vuolfgàngi Epiſcopi. (*g*)

(a) *Baron. in not. Concil.* Oxonien. *Beda, Uſuard. Ado, & alii, qui de Divin. Offic.* (b) *Baron. an. 259. nu. 22. & ſequ. & Sur. t. 4. prior. edition. in Act. S. Stephan. Pap. ad 2. Auguſt.* (c) *Baron. an. 58. n. 56. & an. 98. nu. 23. ac Græci in Menolog. hac die.* (d) *Baron. an. 303. n. 130. Sur. t. 5. prior. edit. Beda, Uſuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 44. n. 31. an. 58. n. 56. & an. 314. nu. 95. Græci in Menolog. Niceph. Epiſc. Conſtantinopolit. in Chronic. Doroth. in Synopſi, & Niceph. Calliſt. hiſt. lib. 8. c. 7.* (f) *Baron. in not. Beſut. & Galeſin.* (g) *Baron. an. 978. nu. 1. & an. 1003. nu. 12. Sur. to. 5. prior. edition. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 229. & lib. 4. c. 226. & Lambert. in Chronic.*

Sermo abſq; mendacio vera ſcientia probatur. Job. 36.

(d) *In Gallia apud Auguſtam Veromanduorum Quintini.* Auguſta Veromanduorum, *Vermand.* Urbs olim Galliæ Belgicæ præclara, & antiqua, nunc locus cum Abbatia ad fluviolum, qui in Somonam labitur, inter Fanum S. Quinctini, & Peronam: Ejus ſedes Noviomum devoluta. Martyrol. Antuerpien. *Auguſta Veromandorum Quintini Martyris.* Martyrolog. Corbejen. *Auguſta Viromandorum in Gallia S. Quintini.* Ms. Vatican. ſine palęſtrę præſignatione: *Quintini Martyris, Felicis, Donati, & aliorum viginti novem.* Ms. Rom. Monaſterii S. Cyriaci effert *Quinti.*

Manifeſto veritatem, non abſcondam ſermonem. Job 12.

* Græcis *Dius.*

N O V E M B E R.

xxj. D Kalendis Novembris. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

(b) *Cæſarii Diaconi.* Martyr circ. 100. Die 7. Octobr. Græci in Menolog. Die 21. April. Holſten. & Florent.

(c) *Benigni.* Die 26. Aprilis Sauſſayus in Martyrol. Die 1. Maii Maurolyc. Greven. Caniſ. & Ferrar.

(d) *Mariæ Ancillæ.* Die 17. Martii Caniſ. Notker. Galeſin. & Salazar. Die 13. Maii Raban.

FEſtivitas òmnium Sanctòrum, quam in honòrem beàtæ Dei genitrìcis Vìrginis MARIÆ, & ſanctòrum Màrtyrum Bonifacius Papa Quartus, dedicàto templo Pàntheon, cèlebrem, & generàlem inſtituit agi quotànnis in urbe Roma. Sed & Gregorius item Quartus pòſtmodum decrèvit, eàndem feſtivitàtem, quæ variis modis jam in divèrſis Ecclèſiis celebrabàtur, in honòrem òmnium Sanctòrum ſolèmniter hac die ab univèrſa Ecclèſia perpètuò obſervari. (*a*) Tarracinæ in Campània natàlis ſancti Cæſàrii diàconi, qui dièbus multis in cuſtòdia maceràtus, pòſteà cum ſancto Juliàno presbỳtero in ſaccum miſſus, in mare præcipitàtus eſt. (*b*) In caſtro Diviòne ſancti Benigni presbỳteri, qui à beàto Polycàrpo miſſus in Gàlliam ad prædicàndum Evangèlium, poſtquam ſub Marco Aurèlio Imperatòre à Terèntio jùdice graviſſimis tormèntis multìpliciter eſt afflictus, tandem collum ejus vecte fèrreo tundi, & corpus lancea perforàri jubetur. (*c*) Eòdem die ſanctæ Mariæ ancìllæ, quæ Chriſtiànæ religiònis nòmine accuſàta, ſub Hadriàno Imperatòre diris verbèribus afflicta, equùlei extenſiòne, & ungulàrum laceratiòne vexàta, martyrium complèvit. (*d*) Damàſci pàſſio ſanctòrum Cæſàrii, Dècii, & aliòrum quinque. (*e*) In Pèrſia ſanctòrum màrtyrum Joannis Epiſcopi, & Jacòbi presbỳteri ſub Sapòre rege. (*f*) Tarſi ſan-

(g) *Cyreniæ, & Julianæ* Martyres ann. 303. Baron eo anno n. 15. Ann. 304. Pagi t. 1 ad an. 303. num. 6.

(K) *Vigoris Epiſc.* Circ. 580. Acta apud Sur.

ctàrum Cyrèniæ, & Juliànæ ſub Maximiàno Imperatòre. (*g*) Arvèrnis ſancti Auſtremònii primi ejùſdem civitàtis Epìſcopi. (*h*) Pariſiis deposìtio ſancti Marcèlli Epìſcopi. (*i*) Bajocis ſancti Vigòris Epìſcopi, tempore Childebèrti Francòrum Regis. (*k*) Tibure ſancti Severìni mònachi. (*l*) In pago Vvaſtinènſi ſancti Maturìni confeſsòris. (*m*)

(a) *Baron. an. 607. n. 1.* (b) *Baron. an. 603. n. 1. & 3. & an. 687. nu. 2. & seq. & Sur. t. 6. prior. edit.* (c) *Baron. ann. 169. nu. 20. Sur. t. 6. citat. Petr. in Catal. lib. 10. cap. 3. & Mombrit. t. 1.* (d) *Baron. an. 140. n. 4. Vincent. lib. 11. cap. 86. & 87. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 4.* (e) *Baron. in not. & Graci in Menologio hac die.* (f) *Baron. an. 344. n. 18. & Graci in Menologio hac ipsa die.* (g) *Baron. ann. 305. nu. 15. item Graci in Menolog.* (h) *Baron. an. 46. n. 2. Sur. t. 7. prior. edition. hac die, S. Greg. Turonen. hist. Franc. lib. 1. cap. 30. & Petr. Cluniacen. lib. 1. Epist. 2.* (i) *Baron. an. 324. nu. 98. Sur. to. 6. prior. edition. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 7.* (K) *Baron. in not. Sur. t. 6. relat. Petr. in Catal. lib. 10. c. 5. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 272. & lib. 4. cap. 131.* (l) *Baron. in not. Beda, Usuard. & Ado.* (m) *Baron. ibid. Petr. in Catal. lib. 10. c. 6. & Mombrit. t. 2.*

Nihil innovetur prçter id, quod traditum est S. Steph. Papa.

(a) *Festivitas omnium Sanctorum*. His Kalendis Jejunium obſervabatur, ex S. Iſidoro lib. 2. cap. 29. Iſaiæ Prophetæ à Domino demandatum in cap. 36. num. 2. 6. & 9. ut in Menſe novo Jejunium indiceret omni Populo; qui uſus laudabilis apud Regulares remanſit. Festivitas hæc omnium Sanctorum tantùm Romæ à Boniſacio IV. primò instituta, ut Baronius. Dein Greg IV. an. 835. eam aliis Orbis Eccleſiis indixit, & Officium compoſuit, ut omnium Martyrum, & aliorum Sanctorum quorum ſingula feſta celebrari nequeunt, in hac die convenirent, juxta S. Cypriani Epiſtol. 34. commendantem: *Eorum natalitia annua die celebranda eſſe cum Missa Sacrificio*. Martyrologium Hieronymianum Corbejen. *Festivitas omnium Sanctorum, Petri, Mammeri, Saturnini, Magni, & paſſio Eustachis Martyris cum uxore & filiis*.

(b) *Tarracinæ in Campania Cæſarii Diaconi*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi penès Florentin. ad 21. April. *In Terracina Campania natalis S. Cæſarii*. Eadem illud Reginæ Sueciæ Ms. apud Holſtenium; at profert *In Campania* ſolùm. Hac verò die Apographum Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Tarracina Meldegati, Juliani, Victoris, Felicis, Criſcentis. Item Felicis, Satti, Perſeveranti, Octavia, Caſſia, Maxima, Rista, Saturnina, Donata, Simplicii, Cæſarii*. Apographum Corbejen. *In Terracina Meldegati, Juliani, Victoris, Felicis, Sati, Perſeveranti, Octavia, Ceſſia, Eriſtei, Saturnini, Simplicii, Primi, Cæſarii, Magni, Justi*. Beda genuin. *Eodem die natalis S. Cæſarei Diaconi, & Juliani Presbyteri*. Molan. Addit. ad Uſuard. autumat, duos Cæſarios Tarracinæ colendos, unum Martyrem tantùm, alterum Diaconum & Martyrem. Adſtruitque Bellinus hac ipſa die: *Tarracinæ in Campania natalis S. Cæſarei Diaconi, &c. Eodem die S. Cæſarii Martyris*. Menologium Græcorum apud Caniſium: *Kalend. Novemb. Sanctorum Martyrum Cæſarii, Daſii, & aliorum quinque: qui detenti in Urbe Damaſco, variiſque cruciatibus vexati, enſe obtruncati ſunt*. At hic eſt alius Cæſarius; quemadmodum iidem Græci ad 7. Octobris venerantur: *Terracina Cæſarium Diaconum Africanum cum Juliano Presbytero*. Et ad 20. Decembris *Cæſarium Martyrem cum aliis ſociis*.

Sicut tradidi vobis tenete. 1. ad Corinth. 11.

(c) *In Castro Divione Benigni Presbyteri*. Beda genuin. *In Castro Diveon*. Divionum, & Divio, *Digion*, ſeù *Dion*. Urbs Galliæ Celticæ primaria licèt Epiſcopali careat Cathedra, Regiique tamen Præfecti ſedes eſt, ubi totius Regionis Senatus. Martyrolog. Hieronym. Lucen. *In Ligonica Civitate Castrodioni Benigni, Primi Martyris, & Sancta Maria Martyris, & S. Melanti*. Martyrologium Corbejen.: *Castro Divione paſſio S. Benigni Presbyteri, & Martyris, & S. Melanii*. Martyrol. vetuſtiſſim. Antuerpien. *Roremis Gallia Civitate Lingonenſi Benigni Presbyteri & Martyris*. Martyrol. Veiſſemburg. præſignat: *Lingonice Civitate Castro Dioni*. In Actis S. Benigni *Castrum Divionen.* legitur. Sauſſayus: *S. Benigni Burgundia Apoſtoli, & Protemartyris*. Hagiologium Franco-Gallicum Labbei, & Martyrolog. S. Savini de Levitania ſubdit: *Qui à Sancto Polycarpo miſſus in Galliam &c.*

(d) *Eodem die S. Maria Ancilla &c.* Vincent. Specul. hiſt. lib. 2. cap. 86. & 87. *Verona Civitate S. Maria Ancilla*, & ad oram libri *Netromenſium*. Maurolyc. *Nicomedienſium*, & Petr. de Natal. *Nicomediæ*. Sanè Roman. Martyrolog. nulla loci nota: *Eodem die &c.* Conſentiuntque Apographa Martyrolog. S. Hieronymi penès Florentinium, efferentia ſine palęſtra: *Sanctæ Marię Martyris*. Item Notker. Caniſius, Galeſin. & alii ad 17 Martii: *Maria Ancilla cujuſdam Tertulli ob fidem Christi plurima tormenta perpeſſa eſt*, & Raban. ad 13. Maii *S. Maria Ancilla post varia tormenta martyrium paſſa eſt*.

(i) *Pariſiis depoſitio Marcelli Epiſcopi*. Paris, *Pariſii*: Populi Galliæ. Urbs regia ampliſſima, & nobiliſſima inter omnes Urbes Europæas, ſedes antiquiſſima Galliæ Regum, ubi

Sena-

Senatus amplissimus, & Academia præclarissima. In tres, Sequana, & Matrona fluminibus, divisa, in eam quæ villa dicitur cæterarum maxima, in Civitatem fluminibus, tanquam Insulam interceptam, & Universitatem. Ms. Roman. Barberinian. *Parisiis Civitate natale S. Marcelli Episcopi & Confessoris.*

(k) *Bajocis Vigoris Episcopi*. Bajocæ Ptolom. Belocassii *Bajeux*. Urbs Galliæ Cel. Vellocassium in Normannia caput, in planitie à duobus fluminibus irrigata, inter Sagium, & Abrincas, Falesiæ, & Cadomo proxima. Ms. Roman. Barberinian. *Ipso die natale S. Vigoris.*

(l) *Tibure Severini Monachi*. Ms. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ: *Eodem die depositio S. Severini Monachi de Tiburtina Civitate.* Martyrolog. de Peregr. *Item S. Severini Monachi de Civitate Tiburtio.*

xx. E Quarto Nonas Novembris. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

(a) *Commemoratio omnium Fideliũ Defunctorum*. Anno 998. Sigebert. in Chron. Ann. 702. Amalar. Episc. Trevir. de offic. Eccl. Die 3. Febr. aliquam Commemorationem Græci in Menæis.

Commemoràtio òmnium fidèlium Defunctòrum. (*a*) Eòdem die natàlis sancti Victorìni Pictaviènsis Epìscopi, qui post multa èdita scripta (ut sanctus Hierònymus testatur) in persecutiòne Diocletiàni martyrio coronàtus est. (*b*) Tergèste pàssio beàti Justi, qui in eàdem persecutiòne sub Manàtio præside martyrium consummàvit. (*c*) Sebàste sanctòrum Cartèrii, Stiriaci, Tobìæ, Eudòxii, Agàpii, & sociòrum màrtyrum sub Licìnio Imperatòre. (*d*) In Pèrside sanctòrum Acìndyni, Pegàsii, Aphthònii, Elpidèphori, & Anempodìsti, cum plùrimis sòciis. (*e*) In Africa natàlis sanctòrum màrtyrum Pùblii, Victòris, Hermètis, & Pàpiæ. (*f*) Tarsi in Cilìcia sanctæ Eustòchii vìrginis & màrtyris, quæ sub Juliàno Apòstata, post dira tormènta, in oratiòne rèddidit spìritum. (*g*) Laodicèæ in Syria sancti Theodòti Epìscopi, qui non solùm verbis, sed rebus, & virtùtibus fuit ornàtus. (*h*) Viènnæ sancti Geòrgii Epìscopi. (*i*) In monastèrio Agaunènsi sancti Ambròsii abbàtis. (*k*) Cyri in Syria sancti Marciàni confessòris. (*l*)

(c) *Justi*. Martyr an. 303. Baron. eo ann. n. 123. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(d) *Carterii, & Soc.* Martyres ann. 315. sub Licinio Baron. in not. ad oram marginal. Non ante 319. Persequut. Liciniana. Pagi t. 1. ad an. 316. n. 11.

(a) *Baron. ann. 1048. num. 6.* (b) *Baron. an. 303. num. 11. & 126. & ann. 324. n. 126. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 12.* (c) *Baron. an. 303. n. 123. item Petr. in Catal. lib. 10. c. 9.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menologio hac die* (e) *Baron. an. 344. n. 21. Græci in Menolog. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6.* (f) *Baron. in not. Beda, & alii recentiores.* (g) *Baron. ibidem, & Petr. in Catal. lib. 10. c. 10.* (h) *Baron. an. 308. n. 26. Euseb. hist. lib. 7. c. ult. & Niceph. lib. 6. c. 36.* (i) *Baron. in not. & Ado in Chronic.* (k) *Baron. ibidem, Petr. in Catal. lib. 10. c. 15. & Trithem. lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. c. 273.* (l) *Baron. an. 384. n. 38. Græci in Menolog. & Theodoret. in Theophilo c. 3.*

Mea doctrina non est mea Joan. c. 7.

(a) *Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum*. Ex Petr. Damian. & Sigeb. in Chronic. ad an. 998. hæc Commemoratio una eademque die celebranda Odiloni Abbati tribuitur. Bonifacius tamen IV. mandavit, post omnium Sanctorum solemnitatem Commemorationem Fidelium omnium Defunctorum ubique locorum servari. Petr. de Natal. apud Demochar. lib. 4. c. 18.

(c) *Tergeste Justi*. Tergestum, & Tergeste, *Trieste*. Urbs antiqua Carnorum, litoralis, in Histriæ confinio, inter Aquilejam, & Justinopolim, Pucino proxima, Principibus Austriacis parens, & ex ea Sinus Tergestinus nominatur. Martyrol. de Peregrinis: *Ipso die passio Beati Justi Martyris, qui apud Trigestinam Civitatem Martyrio coronatus est.*

(f) *In Africa Publii, Victoris, Hermetis, & Papiæ*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Poliani, Victoris, Hermetis, Justi, Vital. Papæ*. Martyrol. vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Africa Publiani, Victoris, & Publiæ,*

Testimonium perhibeo illis, qui æmulationem habent. Ad Roman. 10.

pliæ, Syxti, Ippolyti, & Laurentii, Hermetis, Justi, Vitalis Papæ. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Lætien. Sancti Lamberti: *In Africa natale SS. Victoris, Hermetis, & Justi*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Africa passio SS. Popliarii, Victoris, Hermetis, Justi, Vitalis*. Ms. Roman. Barberinian. *Et Papæ*. Raban. *In Africa natalis Publii, Victoris, Hermetis, Justi, & Papæ*.

(h) *Laodicea in Syria Theodori Episc*. Ms. Divionen. *Laodicia Theodori Episcopi, qui arte Medicus fuit*.

Disceptatio Topographica.

(b) *Eodem die Victorini Pictaviensis Episc*. Pagi t. 1. ad an. 303. num. 9. Natalis Alexandri Sæcul. 4. hist. Eccles. par. 1. cap. 6. art. 2. & Launojus vindicant, hunc Victorinum Episcopum fuisse non *Pictaviensem* in Aquitania secunda, ut ipsi Eminentissimo Baronio, aliisque Scriptoribus persuasum, sed *Pitabionensem* in superiori Pannonia. Adstipulaturque Ferrar. sua nova Topographia ad hoc Roman. Martyrologium, asserendo in calce, *Victorinum* in Tabulis Episcoporum Pictaviensium non legi.

Quòd S. Hieronym. de Script. Eccles. & in Epistol. 13. ad Paulin. & 84. ad Magnum, atque in aliis locis, uti & Petr. in Catal. lib. 11. cap. 12. Beda, Usuard. Ado, plerique alii: *Victorinum Episcopum Pictaviensem, & Martyrem* inscripserint.

Hoc ex vulgari errore, quo *Victorinus* Episcopus *Pictaviensis* dicitur; Cæterùm antiquiores, & sinceriores Codices ex Græca versione Catalogi S. Hieronymi à Sophronio adornata perspicuum *Victorinum Pitabionensem Episcopum* detulere, non *Pictaviensem*.

Verùm Baronius in not. indigitat pro Victorino Episcopo Pictaviensi Gelasium I. Papam in I. Romana Synodo c. Sanct. Roman. distinct. 15. ubi *Victorini Pictaviensis*. Opera in classe Apocryphorum recenset.

At idem error, & in ipsam Romanam Synodum, & in omnes fermè Conciliorum editiones pervenit: *Victorino* namque *Pitabionensi* Episcopo ea Opera Launojus, ejusque Asseclæ adscribunt: & Labbeus Dissert. de Scriptorib. Eccles. legendus.

Posset quis obtrudere, *Victorinum Pitabionensem* Episcopum esse alium à Victorino Episcopo Pictaviensi, de quo Roman. Martyrologium, & Tabul. Ecclesiæ Pictaviens. ut primum ejus Sedis Episcopum numerant.

Nihilominùs Natal Alexandri, & Pagi prostant, hunc Sanctum *Victorinum Pitabionensem* Episcopum, exeunte tertio Ecclesiæ Seculo floruisse, atque anno 303. hac die IV. Non. Novembris Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus Martyrio pro fide Christi coronatum.

Quòd autem in Tabul. Eccl. Pictaviensis inter ejusdem Eccl. Episcopos *Victorinus Martyr* reperiatur, aut hic erit alius ab eo, de quo forsan hac die, & Auctores à Baronio acciti, cui adducta Opera attribuuntur, aut ob vocum similitudinem, inter *Victorini Episcopi Pictaviensis*, & *Victorini Episcopi Pitaviensis*, seù *Pitabionensis*, sphalma Librarii scripsit unum pro alio, & quæ uni tribuenda, alteri à Scriptoribus adscripta fuere. Pro cæteris, quæ suppetunt dicenda, Launojus, aliique Gallici Scriptores consulendi. Modò pro securiori lectione, si Doctiores consenserint, tò *Pictaviensis* correpto proferatur: *Eodem die natalis Sancti Victorini Episcopi, qui post multa edita scripta (ut S. Hieronymus testatur) in persecutione Diocletiani Martyrio coronatus est*.

Disceptatio Historico-Chronologica.

(h) *Laodicea in Syria S. Theodoti Episcopi*. Suam nutationem hæc alia Rom. Martyrologii lectio patitur. Theodoretus lib. 1. cap. 5. Epiphan. hæres. 69. & ipse Eminentissimus Baronius ad an. 318. n. 48. & seq. inter præcipuos Arianorum Duces hunc *Theodotum Laodicensem* Episcopum signant.

Cardinalis Baron. in notis ex adverso advocat Bedam, Usuardum, Adonem, aliosq; Anonymos, qui sacris fastis hunc *Theodotum* inscribunt; ex Eusebio lib. 7. cap. ult. & Nicephor. lib. 6. cap. 36.

Ast putandum, prælaudatos Martyrologos deceptos fuisse ex ipso Eusebio Cæsariensi, qui loc. cit. de Præsulibus præcipuarum Ecclesiarum Orientis ante persequutionem Diocletianam loquutus fuit, & *Theodotus* magnus quippè extitit Præsul ante Arianam hæresim obortam; sed dein in eam miserè prolapsus est, ut Theodoretus, & Epiphanius: Qui scriptores quùm non multò post *Theodotum* vixerint utpotè omnibus aliis Martyrologis antiquiores, ipsis subscribendum.

Verùm posset quis subdere, quòd postquam in Arianam hæresim hic *Theodotus* lapsus, potuisset ad Catholicum dogma reverti.

Nihilominùs hoc non contigit ex Epistol. Constantini Magni ad ipsummet *Theodotum* post Nicenum Concilium apud Gelasium Cyzicenum, referente, *Theodotum* fuisse Asseclam & fautorem Eusebii, & Theognii præcipuorum Arianorum: Item Theodoret. lib. 2. c. 20. tradit, *Theodotum*, unà cum Theognio ipso, & Eusebio Antiochiam ductum, ut ejus ope Eustachius Antiochenus sua Sede deponeretur. Rursùs hic *Theodotus* obiit ante Hierosolymitan Concilium ann. 336. cui Georgius Laodicenus Episcopus, & Arianus interfuit, teste Sozomen. lib. 3. c. 5. ex quo Valesius Dissert. de Rom. Martyrologio pagina 317. *Theodotum Laodiceuum Episcopum*, & hæreticum Arianum, Arianorumque præcipuum fautorem à Sanctorum Albo removet, quemadmodum Rabanus plerique alii è suis Martyrologiis eum expungunt. Alia, quæ addenda suppetunt, apud ipsum Valesium videnda. Impræsentiarum, quùm non cujuscumque sit hoc decernere, sed illorum, quibus à Romano Pontifice correctionis munus demandatum, pro nunc hæc sufficiunt indicata; interim pro tutiori lectione, si ipsi sapien-

pientiores definierint, subducto *Laodiceæ*, efferatur: *In Syria S. Theodoti Episcopi, qui* *non solum verbis, sed rebus, & virtutibus fuit ornatus.*

xix. F Tertio Nonas Novembris. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12				

Natalis sancti Quarti Apostolorum discipuli. (*a*) Cæsarèæ in Cappadòcia sanctòrum màrtyrum Germàni, Theòphili, Cæsàrii, & Vitalis, qui in persecutiòne Deciana òptimè duxèrunt martyrium. (*b*) Cæsaraugustæ sanctòrum innumerabilium Màrtyrum, qui sub Daciàno Hispaniarum Præside mirabiliter occubuèrunt pro Christo. (*c*) Vitèrbii sanctòrum màrtyrum Valentìni presbyteri, & Hilàrii diàconi, qui in persecutiòne Maximiàni ob Christi fidem cum saxi pòndere in Tiberim præcipitàti, & inde ab Angelo divìnitus erèpti, demum abscissis cervìcibus corònam martyrii percepèrunt. (*d*) In Anglià sanctæ Vvenefridæ virginis & màrtyris. (*e*) In monastèrio Claræva'lènsi depositio sancti Malachìæ Epìscopi Connerthènsis in Hibèrnia, qui multis virtutibus suo tèmpore claruit: cujus vitam sanctus Bernardus abbas conscrìpsit. (*f*) Eòdem die sancti Hubèrti Tungrènsis Epìscopi. (*g*) Viènnæ sancti Domni Epìscopi & confessòris. (*h*) Item depòsitio sancti Pirmìni Meldènsis Epìscopi. (*i*) Urgèllæ in Hispània sancti Hermengàudii Epìscopi. (*k*) Romæ sanctæ Sylviæ, matris sancti Gregòrii Papæ. (*l*)

(b) *Germani, & Soc.* Martyres ann. 254. sub Decio Baron. n. 26. Inter an. 249. & 251. Martyres sub Decio Pagi t. 1. ad an. 251. n. 29.
(d) *Hilarii Diaconi*. Die 14. Jun. Martyrol. Gallobelgic.
(g) *Huberti Episc.* Obiit an. 754. Baron. eo an. n. 17. An. 527. Cointius n. 37. Die 3. Maii Anonym. vita apud Pagi t. 3. ad an. 527. n. 4. Die 30. omnia Usuard. Exemplaria.

(h) *Domni Episc.* aliàs *Domnoli*. Circ. 612. Baron. eo ann. n. 18. Circ. 527. Ado in Chron.
(l) *Silvia*. Die 12. Martii Cajetan. Martyrolog. Siculo.

(a) *Baron. in not. Dorotheus in Synopsi, ex Hyppoliti Libello de 23. Discipul. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 254. n. 26. Petr. in Catal. lib. 10. c. 18. Usuard. Ado, aliique.* (c) *Baron. an. 393. n. 134. & 135. Petr. in Catal. lib. 10. c. 17. & Vasaus in Chronic. hispan.* (d) *Baron. an. 303. n. 121.* (e) *Baron. in not. & Sur. t. 6. prior. edit.* (f) *Baron. ann. 1124. n. 11. & an. 1237. n. 34. & sequ. atque S. Benard. Epist. 315. 316. & 317. & in Sermon. ejusdem.* (g) *Baron. an. 754. n. 17. & Sur. t. 6. prior. edition.* (h) *Baron. an. 612. nu. 18. & Molan. Addit. ad Usuard.* (i) *Baron. in not. Trithem. lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. c. 265. & lib. 4. c. 191. & Molan. hac die.* (K) *Baron. in not. Tabul. Ecclef. Urgellen. & Flos Sanct. Hispan.* (l) *Baron. an. 581. n. 4. & an. 604. n. 30. & 34.*

Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt. Ad Hebr. cap. ultim.

(b) *Cæsarea in Cappadocia Germani, Theophili, Cæsarii, & Vitalis.* Martyrologium Hieronym. Lucen. & Bluman. *In Africa Cappadociæ Germani, Theophili, Cæsari, Egrili, Vitalis* Martyrol. Corbejen. præsignat: *In Cæsaria Cappadociæ.* Martyrol. Antuerpien. *Cæsarea Cappadocia, Germani, Theofili, Vitalis, Justi, & Hermetis, Gobbani, Germani, Theofili, Cessari, Egrili, Vitalis.* Ms. Divionen. *Cappadocia SS. Martyrum*; silet *Cæsarea*. Reliquum ut Rom. Martyrol. Mss. Tornacen. S. Martini, Attreb. Eccl. S. Mariæ, & Lætien. S. Lamberti: *In Africa natale SS. Germani, Theophili, & Vitalis.* Raban. *Cæsarea Cappadocia Germani, Domnini, Theophili, Vitalis, Justi, & Hermetis.*

(d) *Viterbii Valentini Presbyteri, & Hilarii Diaconi.* Viterbium, prius Vetulonia, *Viterbo* Italis. Urbs Hetruriæ ad Montis Cimini radices, ex tribus, Vetulonia, Turrhena, & Longhola Urbibus proximis compacta, ac jussu Desiderii Regis mœnibus cincta. Hic jus dicit: *Valentini Presbyteri, & Hilarii.* Acta addunt *Demetrii Proconsulis, Eudoxiæ, & aliorum quorumdam Martyrum*: In Schedis Caracciol. Neapol. apud Cler. Regul. Sanctor. Apostolorum. Ms. Tornacen laudatum non præsignato loco: *Passio SS. Valentini, & Hilarii Martyrum.* Forsan alii; & prosequitur: *Ipso die passio innumerabilium Martyrum sub Datiano Præside.*

(g) *Eodem die Huberti Episcopi Tungrensis.* Mss. Attreb. Torn. & Lætien. prælaudata: *Eodem die S. Huberti Episcopi & Confess.* correpto *Tungrensis*. Omnia Usuard. exemplaria addunt.

In antiquis est sapientia. Job. 11.

dunt : *Et Confessoris*. Alii : *Episcopi Leodiensis*, alii : *Trajectensis*. Trajecto namque *Leodium*, antiquitus *Tungris*, & indè *Trajectum* Cathedram transtulit. Pagi tom. 3. ad ann. 327. num. 4.

xviij. G Pridie Nonas Novembris. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2
		A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P					
		3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13					

MEdiolàni sancti Càroli Borromæi Cardinàlis, & ejùsdem civitàtis Epìscopi, quem sanctitàte conspìcuum, & miràculis clarum Paulus Quintus in Sanctòrum nùmerum rètulit. (*a*) Bonòniæ sanctòrum màrtyrum Vitàlis, & Agrìcolæ, quorum prior posteriòris servus ànteà fuit, pòsteà consors, & collèga martyrii : in quem persecutòres òmnia tormentòrum gènera exercuèrunt, ita ut non esset in còrpore ejus sine vùlnere locus; quæ constànter pèrferens, in oratiòne spìritum Deo rèddidit. Agrìcolam verò plùrimis clavis crucis affigèntes interemèrunt. Eòrum translatiòni sanctus Ambròsius cùm interèsset, màrtyris clavos, sànguinem triumphàlem, & crucis lignum se collegisse refert, ac sub sacris altàribus condidisse. (*b*) Eòdem die natàlis sanctòrum Philòlogi, & Pàtrobæ, sancti Pauli Apòstoli discipulòrum. (*c*) Augustodùni sancti Pròculi màrtyris. (*d*) In pago Vilcassìno sancti Clari presbyteri & màrtyris. (*e*) Ephesi sancti Prophyrii màrtyris sub Aureliàno Imperatòre. (*f*) Cyræ in Lycia sanctòrum màrtyrum Nicàndri Epìscopi, & Hermæ presbyteri sub Libànio Præside. (*g*) Eòdem die natàlis sancti Pièrii presbyteri Alexandrìni, qui in divìnis Scriptùris nobìliter erudìtus, vita puríssimus, & ad Christiànam Philosophìam nudus pènitùs, & expedìtus, sub Caro, & Diocletiàno Princìpibus, regènte Alexandrìnam Ecclèsiam Theòna, florentìssimè dòcuit pòpulum, & divèrsos tractàtus èdidit : post persecutiònem verò omne vitæ suæ tempus Romæ versàtus, in pace quièvit. (*h*) Apud Ruthènos in Gàllia beàti Amantii Epìscopi, cujus vita sanctitàte, & miràculis èxtitit gloriòsa. (*i*) In Bithynia sancti Joannìcii abbàtis. (*k*) In Pannònia apud Albam Regàlem depositio beàti Emerici confessòris, filii sancti Stèphani Hungaròrum Regis. (*l*) In monastèrio Cervi frigidi, territòrii Meldènsis, sancti Felìcis de Valois, Fundatòris Ordinis sanctìssimæ Trinitàtis redemptiònis Captivòrum, cujus festum celebràtur duodècimo Kalèndas Decembris, ex decrèto Innocèntii Undècimi. Trèviris sanctæ Modestæ vìrginis. (*m*)

(b) *Vitalis, & Agricolæ*. Die 29. April. Notker. Die 27. Novembr Usuard.
(c) *Philologi, & Soc.* Die sequ. Græci in Menologio Sirleti.
(f) *Porphyrij*. Martyr circa 171. Græci in Menolog.
(i) *Amantii Episc*. Circa 125. Acta.

(k) *Joannicij Abbat*. Die 3. Novemb. Metaphrast.
(l) *Emerici Confess*. Obiit an. 1030. Baron. eo an. n. 3. & sequ. An. 1031. Martin. Polon. An. 1036. Chromer.
(m) *Modestæ*. Die 19. Martii Addit. Mss. ad Greven. Bollan. ea die.

(a) *Vita, & Breviar. Roman.* (b) *Baron. an. 303. n. 122. S. Greg. Turonen. hist. Francor. lib. 2. c. 16. & de glor. Martyr. c. 43. S. Ambros. lib. de exhortat. ad Virg. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 21. & alii.* (c) *Baron. an. 58. n. 56. & an. 59. n. 4. ac Græci in Menologio die sequ.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 11. n. 309. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.* (e) *Baron. in not. & Usuard.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (g) *Iidem ibid.* (h) *Baron. an. 285. n. 15. & sequ. Euseb. hist. lib. 7. cap. ult. & S. Hieronym. de Script. Eccles. & Epist. 84.*

ad

ad Magnum. (i) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edit. & S. Greg. Turonen. in vit. SS. Patrum cap. 4.* (K) *Baron. an. 846. n. 25. Graci in Menolog. Lippoman. to. 5. & Sur. t. 6. relat.* (l) *Baron. an. 1030. nu. 3. Martin. Polon. & Chromer.* (m) *Baron. in not. Sur. to. 2. prior. edit. in vit. S. Gelsrudis. Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Bened. lib. 3. c. 183. & Molan. Addit. ad Usuard.*

Principium sapientiæ posside sapientiam. Prov. 4.

(b) *Bononia Vitalis, & Agricola*. Die præcedenti Martyrol. Hieronym. Lucen. *Vitalis, & alibi passio Sancti Agricola*. Martyrol. Antuerpien. *Agrisoli*. Martyrol. Bluman. *Sancta Agricola*. Martyrol. Corbejen. *Agricula Virginis & Martyris*. At sivè *Agrisols*, sivè *Agricola*, aut Mulieris, aut Viri, semper alii à Vitali, & Agricola Bononiensibus. De his eadem Apographa ad 27. Novembris penès Florentin. *In Italia Civitate Bononia Agricola, & Vitalis*. Et Corbejen. addit: *Magnili, Julii*.

Card. Baron. in not. *De his etiam Usuardus, & alii recentiores*. At hac die non Usuardus sed Molan. Addit. ad Usuard. Usuardus namque ad 27. Novembr. uti, & Vvandelbert.

(c) *Eodem die Philologi, & Patroba*. Menolog. Græcorum die sequenti: *Commemoratio Sanctorum Martyrum Herma, Lini, Caii, Philologi, & Patrobæ, qui Christiana fidei confessione insignes, multa propter pietatem perpessi, ac plurimis ad Christi fidem conversis, quieverunt in Domino*. In notis prostat Baronius: *Patrobam Neapoli Episcopum tradit Dorotheus in Synopsi; Licèt Hippol. Mart. lib. de 72. Discip. testetur, Patrobam fuisse creatum Episcopum Puteolanum*. Antonius tamen Caracciol. ex Cleric. Regular. cap. 8. de Sacr. Eccles. Neapol. monument. exhibet, utrique Ecclesiæ præfuisse, *Neapolitanæ*, & *Puteolanæ*.

(d) *Augustoduni Proculi Martyris*. Apographa Lucen. Antuerpien Corbejen. & Appendix ad Adonem: *Augustoduno Galliæ depositio S. Proculi Episcopi*. Raban. & Ms. Sancti Savini de Levitania: *Augustoduno depositio S. Genesii Episcopi & Confessoris, & S. Quarti, & S. Proculi Episcopi*. Saussayus in Hagiologio Gallicano ex Tabul. Eccles. Augustodunens. *Augustoduno S. Proculi Episcopi & Martyris*. Sammarthani quidèm *S. Proculum* undecimum Episcopum *Æduensem* numerant: Modò an duo Proculi, unus Martyr, alter Martyr, & Episcopus, vel unus tantùm, qui simul Martyr & Episcopus, ipsi Augustodunenses consulendi. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, & Tornacen. Monast. S. Martini promunt: *Augustoduno S. Proculi Episcopi.*

(e) *In pago Vilcassino Clari Presbyteri & Martyris*. Vilcassinum Terr. in quo Velocasses Popu. Gall. juxta Sequanam inter Normandiam, & Franciam, *Levexin*; ubi pagus Vilcasinus S. *Clarus* ad Aptam fluvium. Martyrol. de Peregr. *In pago Vilcassino Sancti Clari Martyris*. Corripit *Presbyteri*. Aliis hic Clarus unus idemq; ac Clarus Monachus Salighevetadiensis ad 4. Januar. At diversus in Martyrolog. Menardi, ut Bolland. ea die.

(f) *Ephesi Porphyrii*. Ms. Vatic. S. Petri: *In Africa Primii, Cæsarii, Porphyrii*. Ms. Rom. Barberinian. subducit *Primii*. Roman. Monasterii S. Cyriaci, pro Cæsarii, *Gerii*. Ms. Vatican. S. Petri addit *Gregorii*.

Et in omni possessione tua posside intelligentiam. Prov. 4.

(h) *Eodem die Pierii Presbyteri*. Martyrolog. Rom. vet. in schedis Antonii Caracc. penes C.R. SS. Apost. Neapoli *Hierii*. Ms. Divionen. *Alexandriæ Hierii Presbyteri, vita purissimi, in Scripturis nobiliter eruditi*.

(i) *Apud Ruthenos in Gallia Amantii Episcopi*. Mss. Lætien. S. Lamberti, & Roman. Barberinian. *Redonis depositio S. Amandi Episcopi*. Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Et Amantii*. De Peregrin. *In Galliis Civitate Redonis S. Amantii Episcopi*. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Rotenis Gallia depositio S. Amanti Episcopi*. Martyrol. Corbejen. *Rotenis Civitate S. Amantii Episcopi & Confessoris*. Martyrol. Patrician. Ms. penès Cleric. Regul. SS. Apostolor. Neapoli: *In Gallia Civitate Rhetena B. Amantii Episcopi*. Hagiolog. Labbei: *In Galliis Civitate Rotinus S. Amantii Episcopi & Confessoris*. Galesin. *In Galliis Civitate Rhedonis S. Amantii Episcopi*. Sammarthani corrigunt Galesinium, *Redonensem Episcopum* scribentem, pro *Rutenense*: forsan affinitate nominum deceptum. An scribendum *Ruteni* sine aspiratione, videtur affirmativè; *Ruteni* namque, seù *Rodez*, urbs antiqua Galliç Aquitaniæ, quæ & *Segodunum* olim, postea *Rhodium* dicta, sub Guyennæ Ducatu, cujus ager inter Tarnem, & Lotham amnes comprehensus, *Roargois* hodie dicitur, ad Occitanam Regionem: *Et Rhuteni* cum aspiratione, idem ac *Prutheni*, Populi Sarmatiæ Europ. in Regno Polonorum; quorum Regio Pruthenia, & Prussia. Ptolom. Rutheni *Roxolani* potiùs appellantur, quorum Regio Russia. Videndi Ferrar. in Topographia, & Scaliger de Urbib. Galliæ.

Cardinal. Baron. in not. *De eodem mentio habetur in Actis S. Quinctiani ejusdem sedis Episcopi, de quo infrà Idibus Novembris*. At ibi de Quinctiano Episcopo Arvernorum, non Rhutenorum agitur, ut liquet.

(k) *In Bithinia Joannicij Abbatis*. Bithinia Regio Asiæ Minoris maritima, Ponto permista, ad Propontidem, & Euxinum mare extensa. Baron. in notis vitam hujus Sancti apud Sur. Simeoni Metaphrast. tribuit. Pagi verò tom. 3. ad an. 846. nu. 5. enucleat perperam ipsi Simeoni adscribi, ut ibi videndum: Hic Sanctus Abbas fuit Sacrar. Imagin. acerrimus defensor.

xvij. A Nonis Novembris. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3
	A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P						
	4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14						

(a) *Zacharis.* Die 5. Septembr. Græci in Menologio.
(b) *Elisabeth.* Die 10. Febr. Calend. Copticum. Bolland. ea die.
(d) *Galationis, & Soc.* Martyres ann. 253. sub Decio. Baron. eo ann. n. 125. An. 251. Decius interéptus. Pagi to. 1. ad eum an. n. 29.

SAncti Zachariæ sacerdòtis, & Prophetę, Patris beàti Joànnis Baptìstæ. (*a*) Item sanctæ Elisabeth ejùsdem sanctìssimi Præcursòris matris. (*b*) Tarracìnæ in Campània natàlis sanctòrum màrtyrum Felicis presbyteri, & Eusèbii mònachi, qui cùm sepèlìsset sanctos màrtyres Julianum, & Cæsàrium, & multos convèrteret ad fidem Christi, quos sanctus Felix prèsbyter baptizàbat, unà cum eo tentus est, & ambo ad forum Jùdicis ducti, nec superàti, inde in càrcerem inclùsi, nocte eàdem, cùm sacrificàre noluìssent, decollàti sunt. (*c*) Emèsæ in Phœnìcia sanctòrum màrtyrum Galatiònis, & Epistèmis cònjugis, qui in persecutiòne Dècii flagris cæsi, mànibus pedibùsque, & lingua ìnsuper mutilàti, dènique truncàto càpite martyrium consummàrunt. (*d*) Item sanctòrum màrtyrum Domnìni, Theotìmi, Philòthei, Silvàni, & sociòrum sub Maximìno Imperatòre. (*e*) Mediolàni sancti Magni Epìscopi & confessòris. (*f*) Brixiæ sancti Dominatòris Epìscopi. (*g*) Trèviris sancti Fibìtii ex abbàte ejùsdem civitàtis Epìscopi. (*h*) Aureliànis in Gàllia sancti Læti presbyteri & confessòris. (*i*)

(e) *Domnini, & Soc.* Martyres circ. 237. vel 238. Græci in Menologio.
(g) *Dominatoris.* Ante 490. Monum. Eccl. Brixian. Circ. 540. Acta.

(a) *Baron. an. 1. num. 53. Beda, Usuard. Ado, & alii plures.* (b) *Baron. eodem an. n. 56.* (c) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 10. c. 28. & Sur. t. 6. prior. edition. in Act. S. Cæsarii hac die.* (d) *Baron. an. 253. n. 125. Lippeman. tom. 5. & Sur. t. 6. relat.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Mediolanen. & Galesin. hac die.* (g) *Baron. in not. & Tabul. Eccles. Brixian.* (h) *Baron. in not.* (i) *Baron. ibid. & Usuard. hac die.*

Non te prætereat narratio seniorum. Eccl. 8.

(c) *Tarracinæ in Campania Felicis Presbyteri, & Eusebii Monachi.* Aliqui autumant, hunc Eusebium esse Eusebium Roman. Martyrem in Belgio. Bollandus tamen ad 17. Februarii enucleat, esse alium.

(e) *Emesæ item Domnini, Theotimi, Philothei, Silvani, & Sociorum.* Emesa, sive Emisa, *Ems.* Urbs Syriæ, quondam celebris, in Apamea regione apud Montem Antilibanum, Apameæ, & Laodiceæ finitima, inter Hierapolim, sivè Aleppum, & Damascum urbes clarissimas occurrens, ab iis quatriduo distans. Antiochiæ propior.

Apographum Hieronym. Lucen. Antuerp. & Corbejen. die præced. *In Nicæa natalis Sancti Domnini.* Hac verò die primum: *In Cæsarea Cappadociæ natalis Domnini, Cæsari, Antonini, Episani, Gregori, Appiani, Saturnini, Amanti, Publi.* Secundum: *Cæsareæ Cappadociæ Domnini,* nil aliud. Tertium: *In Cæsarea Cappadociæ Domnini, Cæsarii, Epiphanii, Gregorii, Appini, Saturnini, Amantii, Publii Martyris.* Ms. Roman. Barberinian. *In Cæsarea Cappadociæ natale SS. Domnini, Epiphanii, Antonini.* At hic Domninus cum Sociis, aut alius, aut sphalma librarii *Cæsareæ Cappadociæ,* sivè *Nicææ,* vel *Emesæ.* Eusebius de Martyribus Palæstinæ cap. 7. prostat, Domninum, & Socios Palæstinæ mortem sub Maximino oppetiisse.

Cardinal. Baron. in not. *Domnini, & Soc. Item Græci in Menologio hac die.* At Menologium Basilii apud Galesin. præter *Domninum,* & *Silvanum,* alios socios præterit.

(h) *Treviris Fibitii ex Abbate ejusdem Civitatis Episcopi.* Tabulæ Democharis inter Episcopos Trevirenses nullum hujus nominis *Fibitii,* seu *Fabbicii,* ferunt Episcopum. Porrò Chronic. Monast. Gennan. *Abbatem* eum nuncupat, Maurolyc. *Episcopum.*

(i) *Aurelianis in Gallia Læti Presbyteri & Confessoris.* Martyrolog. de Peregrin. *Aurelianis Sancti Leviti Presbyteri.*

Ab ipsis disces intellectū, & in tempore dabis responsum. Eccl. 8.

xvj.

xvj. B Octavo Idus Novembris Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

(c) *Severi Episc.* Martyr circ. 306. Vasæus in Chronic. Circ. 338. Molan.
(e) *Vuinoci Abbat.* Obiit ann. 716. Vit. apud Sur.

THinissæ in Africa natàlis sancti Felìcis màrtyris, qui confèssus, & ad tormènta dilatus, alio die (ut refert sanctus Augustìnus, Psalmum in ejus festivitàte ad pòpulum expònens) invèntus est in càrcere exanimis. (*a*) Theòpoli sanctòrum decem Màrtyrum, qui à Sarracènis passi lugùntur. (*b*) Barcinòne sancti Sevèri Epìscopi & màrtyris, qui ob fidem Cathòlicam clavo càpite confòsso, martyrii corònam accèpit. (*c*) In Phrygia sancti Attici. (*d*) Apud Bergas depositio sancti Vvinòci abbàtis, qui virtùtibus, & miràculis clàrus, fratribus ètiam sibi sùbditis multo tèmpore ministràvit. (*e*) Fundis in Làtio sancti Felìcis mònachi. (*f*) Lemòvicis in Aquitània sancti Leonàrdi confessòris, discipuli beàti Remìgii Epìscopi: qui nòbili gènere ortus, solitàriam vitam dèligens, sanctitàte, & miràculis clàruit, ac præcìpuè in liberàndis captivis ejus virtus ènituit. (*g*)

(f) *Felicis.* Circ. 560. S. Gregor lib. 1. Dialogor. c. 3.
(g) *Leonardi.* Obiit ann. 559. Trithem.

(a) *Baron. in not.* (b) *Baron. ann. 637. Beda, Usuard. Ado.* (c) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. Vasaus in Chronic. & Flos SS. Hispan.* (d) *Baron. in not. & Usuard. hac die.* (e) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edition. & Molan. Indic. SS. Belg.* (f) *Baron. in not. & S. Greg. lib.* 1. *Dialog. c.* 3. (g) *Baron. in not. Sur. t. citat. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict.*

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis. S. Hormid. cap. 22.

(a) *Thinissa in Africa S. Felicis Martyris.* Thinnissa, sive Thinissa, urbs olim Africæ propriè dictæ maritima, apud Apollinis promôt. inter Trabacam, & Uticam; nunc *Tamaclati* dici tradunt. Apographa Martyrol. S. Hieronymi Antuerpien. & Corbejen. *In Toniza Africa Felicis.* Lucen. verò effert *Tonize.* Apograph. Veissembur. Monast. S. Petri. Usuard. & Ado: *In Toniza.* Beda: *Tunissa.* Alicubi: *Tinissa.* Ms. Divionen. *Toniza Africæ Felicis Martyris, & alterum quadraginta Martyrum.* Antonino in Itinerario: *Toniza.* Urbs propè Hipponem. Ptolomæo *Thinissa* in 2. Tabul. Africæ Provincia Numidię.

Card. Baron. in not. animadvertit, veriorem Lectionem esse *Thinissa*: Verùm *Tonize Episcopus* subscribit Concilio Carthaginensi sub S. Cypriano apud S. Augustin. lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 3.

(b) *Theopoli decem Martyrum.* Theopolis urbs Syriæ Sic urbs Antiochia ad Orontem præclarissima aliquando, vel ob religionem, vel ob felicitatem dicta, quasi Civitas, quam Deus inhabitaret, tanta erat illius pietas, & justitia. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regul. SS. Apostolor. & Martyrol. Rom. vet. in schedis Antonii Caracc. ex Cler. Reg. *Theopoli Sanctor. quadraginta Martyrum.*

Antiquitas non obest veritati. Ex Sanct. Joan. Chrysost. 1. Matth.

(d) *In Phrygia Attici.* Martyrol. de Peregrinis: *In Africa Atticii.* Apographa Corbejen. & Lucen. *In Frigia Januarii, Attici, Barici, Mammari, Venerici, & Venerii.* Martyrolog. Antuerpien. effert: *Mamari, Verecini.* Et Martyrolog. Bluman. *Milsani, Verecini.* Bellin. & Maurolyc. *In Africa Attici.* Sed aut alius *Atticus*, aut sphalma *Africa* pro *Phrygia.* Galesinius, & omnes Codices *Phrygia* constanter scribunt, & aptiùs.

Græci ad 26. August. agunt de Attico, & Sociis. Baronius verò in notis autumat, esse alium.

(e) *Apud Bergas Vuinoci Abb.* Bergæ, *Bergen.* Oppidum Galliæ Belgicæ in Flandriæ Comitatu, ad Culmam fluvium, seù fossam in colle. Ms. Tornacen. Monast. S. Martini: *In Cella Vuormholinsorta obitus Vuinoci Abbatis.* Monasterium ibi Votomolthen sub Carolo Calvo Rege.

(g) *Lemovicis in Aquitania Leonardi Confessoris.* Ms. Rom. Monasterii S. Cyriaci sine præsignatione loci: *Natale S. Leonardi.* Martyrolog. de Peregrinis: *Confessoris.*

(c) *Barcinone S. Severi Episcopi & Martyris.*

Disceptatio Topographica.

tyris. Barcino, Livio *Barchino*, *Barcelona* Italis, urbs Hispaniæ Tarrac. maritima, Cataloniæ Provinciæ caput, ab Hamilcare cognomento *Barca*, ante Christi Domini adventum an. CCXXXIIII. condita, à Romanis Faventia aliquando dicta: Urbs maximè præstans.

An hujus Urbis hic Sanctus Martyr fuerit Episcopus, ambiguum ex ipsomet Baronio in notis.

Molanus Addit. ad Usuard. indicat, fuisse unum ex septuaginta Episcopis, qui leges Gothicas in Hispania condidere, & à Barbaris Gothicis, qui Cataloniam incolebant, clavo capite confosso, palmam Martyrii ann. 338. duxisse.

Ast Baronius in laudatis notis: *Hæc Molan. undè acceperit, nondum invenimus.* Nec quidem alicubi legitur in Conciliis illis temporibus in Hispania peractis, Episcopus Barcinonen. nomine *Severi*: nec penès Sanctum Ildefonsum, qui seriem virorum illustrium eorundem temporum texit, ut idem Baron.

Quòd si Vasæus in Chronic. ad an. 306. Flos SS. Hispan. Thesaur. Concion tom. 2. & Padilia hac die hunc Sanctum Episcopum Barcinonensem passum panditant cum aliis quatuor Sacerdotibus in Diocletiani persequutione.

Hoc ex ipso Molano transcripsere: Quinimmo adhuc inter ipsum Molanum, & Vasæum extat trica, asserente Molano, hunc Sanctum Episcopum anno Christi 338. à Gothis Martyrizatum, & Vasæo anno 306. in persequutione Diocletiani, sub Daciano Præside; Ex quo quemadmodum Rom. Martyrolog. non exprimit sub quo fuit Martyr; ita implorato Saniorum consilio, subducto quoque *Barcinone*, tutiùs efferret: *In Hispaniis Sancti Severi Episcopi & Martyris*.

XV. C Septimo Idus Novembris. Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

Patàvii depositio sancti Prosdòcimi primi ejusdem civitàtis Epìscopi, qui à beàto Petro Apòstolo Epìscopus ordinàtus, ad prædicàndum Dei verbum ad prædictam civitàtem missus est: ubi multis virtùtibus, & prodigiis corùscans, beàto fine quièvit. (*a*) Perusiæ sancti Herculàni Epìscopi & màrtyris. (*b*) Eòdem die sancti Amarànthi martyris, qui apud Albigènsem urbem exàcto agònis fidèlis cursu sepùltus, vivit in glòria. (*c*) Melitìnæ in Armènia passio sanctòrum Hierònis, Nicàndri, Hesychii, & aliòrum trigìnta, qui in persecutiòne Diocletiani sub Lysia Præside coronàti sunt. (*d*) Amphìpoli in Macedònia sanctòrum martyrum Aucti, Tauriònis, & Thessalonicæ. (*e*) Ancyræ passio sanctòrum Melasippi, Antònii, & Carinæ sub Juliàno Apòstata. (*f*) Colòniæ sancti Engelbèrti Epìscopi, qui pro defensiòne Ecclesiàsticæ libertàtis, & Romanæ Ecclèsiæ obedièntia martyrium subìre non dubitavit. (*g*) Alexandrìæ beàti Achìllæ Epìscopi, qui eruditiòne, fide, conversatiòne, ac mòribus fuit insìgnis. (*h*) In Frìsia depositio sancti Vvillibròrdi Epìscopi Trajectènsis, qui à beàto Sèrgio Papa ordinàtus Epìscopus, in Frìsia, & Dània Evangèlium prædicàvit. (*i*) Metis sancti Rufi Epìscopi & confessòris. (*k*) Argentoràti sancti Florèntii Epìscopi. (*l*)

(b) *Herculani Episc.* Martyr an. 546. Baron. eo an nu. 30. Ann. 561. Marian. Scot.

(h) *Achillæ Episc.* Obiit an. 311. Baron. eo an. n. 61. An. 313. Pagi to. 1. ad an. 310. nu. 5. & ad 311. n. 25.

(i) *Vvillibrordi.* Obiit an. 736 Beda in Chron. Hand. & Anglor. lib. 5. c 12. Ann. 742. Cointius. An. 739. Mabillon. Secul. 3. Benedict. & Pagi tom. 3. ad eum an. n. 11.

(K) *Rufi Episc.* Die 11. Maii Martyrol. Meten. Greven Canis. & Saussayus.

(l) *Florentii Episc.* Obiit ann. 675. Acta. Die 3. Aprilis Canis. & Ferrar. Die 10. Maii Menolog Scoticum.

(a) *Baron. an. 46. nu. 2. Petr. in Catal. lib. 10. c. 33. Membrit. tom. 2. vit. SS. Patr. & Scard. de antiqu. Urb. Patav. class. 6.* (b) *Baron. an. 546. nu. 3. Membrit. loc. cit. & S. Greg. Pap. lib. 3. Dialog. c. 13.* (c) *Baron. ann. 254. nu 29. Petr. in Catal. lib. 10. c. 35. & S. Greg. Turonen. de glor. Martyr. c. 57.* (d) *Baron. an. 311. n. 21. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. an. 372. n. 79. & Græci in Menolog.*

nolog. (g) *Baron. in not. & Sur. t. 6. prior. edition.* (h) *Baron. an. 285. n. 15. An. 310. n. 15. & an. 311. n. 61. Beda, Usuard. & Ado.* (i) *Baron. an. 697. n. 10. Beda hist. Anglor. cap. 12. in fin. Sur. t. 6. prior. edition. & Trithem. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 137.* (K) *Baron. in not. Beda, & Ado.* (l) *Baron. ibid. Molan. Addit. ad Usuard. hac die, Sur. t. 6. relat. & Tabul. Demeebar.*

Auris tua ad verba ſcientiæ, & eſto patiens. Prov. 23.

(b) *Peruſia Herculani Epiſcopi*. Peruſia, *Perugia* Italis. Urbs Hetruriæ antiqua in Monte, apud Tiberim fluvium ad 11. mille paſſus præterfluentem, Arcem habet munitiſſimam. Accademia juris prudentia præſertim inſignis. Hic S. Herculanus Epiſcopus ſub Totila Gothorum Rege Martyrizatus: *Caput illius abſciſſum, iterum corpori mirabiliter copulatum*. Mombrit. to. 2. Trithem. lib. 3. de vir. illuſtr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 14. inter Ordin. S. Benedict. Monachos adnumerat. Et quidem S. Gregor Papa, ex monaſtica vita ad Epiſcopatum veniſſe, ſcribit.

Cardinal. Baron. in notis docet, duos ejuſdem nominis fuiſſe Peruſiæ Epiſcopos, & Martyres.

(c) *Eodem die Amaranthi Martyris apud Albigenſem Urbem*. De Peregrinis: *Apud Ambianenſem Urbem*. Baron. in not. ſuadet, temporibus Decii Imperatoris anno 254. mortem oppetiiſſe; Pagi tamen tom. 1. ad ann. 251. num. 29. oſtendit Decium eo anno 251. interemptum; Idcircò ſanè Roman. Martyrologium in ſua lectione non panditat, ſub quo hic Sanctus Martyr obierit.

(d) *Melitinæ in Armenia Hieronis, Nicandri, Heſychii, & aliorum triginta.* Melitine, ſeù Melitene, *Malatia*; urbs Armeniæ minoris, apud Euphratem flumen, quondam eximia Regionis, cui nomen dedit, Metropolis, ad quam Imperatores divertere ſoliti erant, media quaſi inter Sinim Coloniam, & Metitam, urbes ad Euphratem proximas: Galeſin. pro Hieronis, *Hirenis*, ſine Heſichio.

Doctrina viri per patientiam noſcitur. Prov. 19.

(h) *Alexandriæ Achillæ Epiſcopi*. Martyrol Roman. vetuſtiſſim. *Alexandria B. Achilles Epiſcopi*.

(i) *In Friſia Vuillibrordi Epiſcopi Trajectenſis.* Ms. Attreb. Eccl. S. Mariæ: *Ipſo die natale S. Vuillibrordi Confeſſoris*. De Peregr. *Friſia S. Vilebrordi Epiſcopi & Confeſſoris*. Alcuinus: *Die ſexto menſis Novembris, ideſt Octavo Idus ex hac peregrinatione ad perpetuam migravit Patriam, & ſepultus in Monaſterio Eſternaco, quod ipſe Deo conſtruxerat.*

Ordinatus primus Epiſcopus Trajectenſis ad Rhenum à Sergio Papa, in qua ordinatione ipſe Pontifex nomen *Vuillibordi*, ut barbarum, & pronunciatu aſperum, in *Clementem* mutavit: Verùm priori nomine potiùs reperitur. Baron. in not. tradit, ordinatum anno 696. Pagi tamen an. 690. ut tom. 3. ad an. 739. num. 11.

(K) *Metis Rufi Epiſcopi*. Martyrol. Meten. Greven. & Caniſ. ad 11. Maii: *Rufi Epiſcopi, & S. Agatimbri*.

xiv. D Sexto Idus Novembris. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6
			A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
			7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17				

(d) *Deuſdedit Pap.* Obiit ann 617. Baron. eo an. n. 1. An. 618. Pagi t. 2. ad ann. 617. n. 2. Ann. 676. Sigeb. in Chronic. Die 23. Martii Florarium Ms. penès Bolland. ea die.

(f) *Gotefridi Epiſc.* Die 5. Maii Ms. Antuerpien. Monaſt. Demonſtratenſ.

(e) *Villehadi Epiſc.* Obiit circ. 710. Baron. in not. Cir. 789. Pagi to. 3. eo ann. nu 11. Circ. 1118. Grátz. t. 12. ad eum an. n. ult.

OCtàva òmnium Sanctòrum. (*a*) Romæ via Lavicàna, tèrtio ab Urbe milliario, pàſſio ſanctòrum màrtyrum Clàudii, Nicòſtrati, Symphoriàni, Caſtòrii, & Simplìcii: qui primò in càrcerem miſſi, deinde ſcorpiònibus gravìſſimè cæſi, cùm à fide Chriſti mutàri non poſſent, juſſi ſunt à Diocletiàno in flùvium præcìpites dari. (*b*) Item via Lavicàna natàlis ſanctòrum quàtuor Coronatòrum fratrum, Sevèri, Severiàni, Carpòphori, & Victorìni, qui ſub eòdem Imperatòre ictibus plumbatàrum uſque ad mortem cæſi ſunt. Horum autem nòmina, quæ pòſteà interjèctis annis Dòmino revelànte oſtènſa ſunt, cùm minimè reperìri tunc potuìſſent, ſtatùtum fuit, ut annivèrſaria dies ipsòrum unà cum illis quinque ſub nòmine ſanctòrum quàtuor Coronatòrum recolerètur; qui mos ètiam, poſtquam revelàta ſunt, in Ecclèſia perſeveràvit. (*c*) Romæ ſancti Deùſdedit Papæ, qui tanti mèriti fuit, ut lepròſum òſculo à lepra ſanàverit. (*d*) Bremæ ſancti Villehàdi primi ejus civitàtis Epìſcopi

ſcopi

ſcopi, qui unà cum ſancto Bonifàcio, cujus diſcipulus fuit, in Friſia, & Saxònia Evangèlium propagavit. (*e*) Sveſſiòne in Gallia ſancti Godefrìdi Epiſcopi Ambianènſis, magnæ ſanctitàtis viri. (*f*) Apud Virodùnum ſancti Mauri Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) Turònis ſancti Clàri presbyteri, cujus ſanctus Paulinus epitàphium ſcripſit. (*h*)

(a) *Baron. in not.* (b) *Baron. an. 303. nu. 115. Mombrit, t. 1 & Sur. t. 6. prior. edit* (c) *Baron. an. 303. n. 115. & an. 849. n. 3. & sequ. Beda, & alii.* (d) *Baron. an. 614. n. 4. Ann. 615. n. 8. & an. 617. nu. 1.* (e) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edition. & Grantz. hist. Saxon. lib. 1. c. 14. & 15.* (f) *Baron. in not. & Sur. t. 6. relat.* (g) *Baron. in not. & Tabul. Democh.* (h) *Baron. in not.*

Sapientia habitat in conſilio. Prov. 8.

(b) *Roma Claudii, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtoris, & Simplicii.* Martyrologium Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Romæ Simphronii, Claudii, Caſtori, Nicoſtrati.* Martyrolog. vetuſtiſſimum S. Vuillibrordi: *Romæ Simphoriani, Claudii, Caſtoris, Nicoſtrati.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ Simplici, Symphroni, Claudii, Micoſtrati.*

(c) *Item Sanctorum quatuor Coronatorum fratrum Severi, Severiani, Carpophori, & Victorini.* Martyrol. Corbejen. corripit *Fratrum.* De Peregrin. pro Severi, *Severini.* Martyrol. Rom. *Ictibus plumbatarum uſque ad mortem caſi ſunt.* Ms. Attreb. Eccl. S Mariæ: *Qui ſub Fabiano Judice, jubentibus Maximiano, & Diocletiano Imperatoribus torti, & in mari merſi ſunt.* Ms. Lætien. S. Lamb. *Qui tertio torti, cùm ſuperari non poſſent, arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati ſunt.*

(f) *Godefridi Epiſc. &c.* Acta apud Sur. *Hic in Italiam veniens, poſtquam Romæ Sanct. Apoſtolorum limina viſitavit, Barium uſque ad viſendum S. Nicolaum peregrinatus eſt, & ibi ampulla Sacri liquoris ex ejus corpore manantis muneratus, miraculum inſigne conſpexit.*

(h) *Turonis Clari Epiſcopi.* Menardus, & Vuio in ſuis Martyrologiis, duos alios *Claros*, unum Viennæ Abbatem Monaſterii S. Marcelli, alterum in Germania Monachum Salingheuſtadienſem, ad 1. Februarii efferunt, ut Bolland. ea die.

Diſceptatio Topographica.

(b) *Romæ via Lavicana tertio ab Urbe milliario paſſio Sanctorum Martyrum Claudii, Nicoſtrati &c.*

Acta diffuſiora apud Mombrit. tom. 1. & Petr. de Natal. lib. 10. cap. 36. ex quibus aliqua Martyrologia hauſere, ferunt, hos Martyres, quùm in Pannonia lapidicidæ eſſent, ibique ſub Diocletiano Sirmium progrediente, mortem oppetiiſſe.

Si quis ſubderet, fieri potuiſſe, ut eorum corpora indè Romam translata, via Lavicana ſepulta fuerint, ac venerata.

Ex hoc ſequeretur, hanc celebritatem eſſe Translationis, non conſummati Agonis, quam Roman. Martyrologium promit via Lavicana contigiſſe.

Verùm nomen *Natale* in Roman. Martyrologio pro quacumque memoria uſurpatur, ſivè conſummati Martyrii, ſivè Reliquiarum Translationis.

Vir conſilii non diſperdet intelligentiam. Eccl. 32.

At non tò *Natale*, ſed *Paſſio* in Romano Martyrol. effertur *Via Lavicana tertio ab Urbe milliario*, adeoque pro memoria ibi conſummati Martyrii, ut conſideranti liquet; quamobrem quùm incertum apud prælibata Acta, in qua Urbe Pannoniæ hoc Martyrium obtigerit, ad explodandam hanc confeſionem Martyrolog. Antuerpien. die præcedenti incerto loco ſignavit: *Et alibi Simphorii, Nicoſtrati, Gaudii, Victoris, Caſtri, Balſami.* Qui cum hodiernis Romanis Martyrum nominibus convenientes, iidem eſſe videntur, licèt addantur, *Gaudius, Victor, & Balſamus*, undè Roma nè indignetur ob hos ſuos inclytos Martyres raptos, & ſapientiores adjudicaverint, videtur tutiùs proferendum: *Romæ SS. Martyrum Claudii, Nicoſtrati &c.*

Diſceptatio Hiſtorico-Literaria.

(c) *Item via Lavicana SS. quatuor Coronatorum fratrum Severi, Severiani, Carpophori, & Victorini, qui ſub eodem Imperatore ictibus plumbatarum uſque ad mortem caſi ſunt.*

Acta Hagiologii penès Florentinium virum eruditum narrant, cùm nunciatum eſt Diocletiano Imperatore, quòd hi Sancti reluctantes ſacrificare noluerint: *illico juſſit, ut ante ipſum ſimulacrum ictibus plumbatarum cæſi deficerent, qui cùm ducerentur, emiſerunt ſpiritum.* Ex quibus non ipſo plumbatarum tormento animam exhalarunt, ut Romanum Martyrologium.

In Sacramentario tamen Gregorii Martyrio coronati dicuntur, uti in Præfatione Coronatorum; *Celebrantes natalitia Coronatorum*; proindè ſub Martyrio ſpiritum reddidere.

Sed abſque eo quòd in ipſo plumbatarum tormento agonem perfecerint, digni eſſe potuerunt corona Martyrii, ob ærumnas antea pro Chriſti fide paſſas; undè Martyres dici debent, & coronati Martyrio à S. Gregorio buccinati.

Eminentiſſimus Baronius in notis pro Romano Martyrologio advocat Bedam, Uſuard. Adonem, & ipſa Acta Martyrii apud Mombritium.

Aſt hi Martyrologi, licèt de his Martyribus agant, tamen non exprimunt, eos ſub ipſo agone coronam Martyrii duxiſſe. Et

dato

dato quòd hoc forsan exprimerent, id ex actis accitis Mombritii excerpsere, quæ ipsemet Baron. in prælibatis notis candidè subdit, animadvertendo, esse in nonnullis corrigenda. Adstipulanturque Acta Hagiologii à Florentinio exhibita: qua de causa ut Romanum Martyrologium sine ambiguitate sit, & Doctiores adstruerent, rescribat: *Item via Lavicana natale Sanctorum quatuor Coronatorum fratrum, Severi, Severiani, Carpophori, & Victorini, qui sub eodem Imperatore multa pro Christi fide passi coronam martyrii meruerunt.*

xiij. E Quinto Idus Novembris. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

(a) *Dedicatio Ecclesiæ Salvatoris*. Die 29. Junii Florentin.
(b) *Theodori militis*. Die 17. Februarii Græci in Menolog. & Menæis. Molan. Gales. & Ferrar. Die 22. Februar. Calend. Copticum.

Romæ dedicàtio Basilicæ Salvatòris. (*a*) Amasèæ in Ponto natàlis sancti Theodòri mìlitis, qui tèmpore Maximiàni Imperatòris pro Christiànæ fidei confessiòne fòrtiter cæsus, & in càrcerem missus, deìnde Dòmino sibi apparènte, ac monènte, ut constànter, & viriliter àgeret, relevàtus est: novìssimè postquam equùleo suspènsus, & ùngulis corràsus est, ita ut ejus interiòra nuda apparèrent, ardèntibus ignibus comburèndus tràditur: cujus laudes sanctus Gregòrius Nyssènus præclàro encòmio celebràvit. (*b*) Tyànæ in Cappadòcia pàssio sancti Orèstis sub Diocletiàno Imperatòre. (*c*) Thessalonìcæ sancti Alexàndri màrtyris sub Maximiàno Prìncipe. (*d*) Apud Bitùricas sancti Ursìni confessòris, qui Romæ ordinàtus à successòribus Apostolòrum, primus eìdem Urbi destinàtur Epìscopus. (*e*) Neàpoli in Campània sancti Agrippìni Epìscopi, miràculis clari. (*f*) Constantinòpoli sanctàrum vìrginum Eustòliæ Romànæ, & Sòpatræ fìliæ Maurìtii Imperatòris. (*g*) Beryti in Syria commemoràtio Imàginis Salvatòris, quæ à Judæis crucifixa, tam copiòsum emìsit sànguinem, ut Orientàles, & Occidentàles Ecclèsiæ ex eo ubèrtim accèperint. (*h*)

(c) *Orestis* Martyr anno 304. Baron. eo an. n. 71. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(f) *Agrippini Episc.* Circ. 200. Paul. Regius. An. quo obiit sciri nequit Anton. Caracciol. C. R.

(a) *Baron. an. 312. nu. 50. & sequ. & an. 324. nu. 67. & sequ. Petr. in Catal. lib. 10. c. 38. Panvin. de Septem. Eccles. & Cardinal. Rasp. de Basilic. & Patriarch. Lateran. lib. 3.* (b) *Baron. an. 304. nu. 58. Sur. t. 6. prior. edition. Metaphrast. ad 17. Februar. & Capac. lib. 2. c. 18. pag. 608.* (c) *Baron. an. 304. nu. 71. & an. 371. nu. 84. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition* (d) *Baron. an. 304. nu. 49. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. an. 46. nu. 2. S. Gregor. Turonen. de glor. Confessor. cap. 86. Petr. Cluniacen. lib. 1. Epist. 2. & Petr. Æquilin. in Catal. lib. 10. c. 41.* (f) *Baron. in not. Paul. Regius., David Romæus de Monument. Eccles. Neapolitan. & Antonius Caracciolus Cleric. Regular. in iisdem Monument. c. 11.* (g) *Baron. an. 607. nu. 5. & Græci in Menolog.* (h) *Baron. an. 787. nu. 36. & seq.*

Quantum potestis, inspicite. S. Augustin homil. Lucæ 7.

(a) *Romæ Dedicatio Basilicæ Salvatoris.* Ad 29. Junii. Apographum Hieronymianum Corbejen. *Dedicatio Baptisterii antiqui Romæ*. Anastasius Bibliothecar. nuncupat, *Fontem Sacrum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus*. Florentinius adnotat, ea die non modò in Lateranensi Baptisterio Constantinum Imperatorem à S. Silvestro Papa mundatum à lepra, sed fortasse etiam ipse Fons ab eodem Pontifice per Dedicationem sanctificatus fuit sejunctim à reliqua Lateranensi Ecclesia, cujus Æncenias hac die Roman. Martyrol. recolit.

(b) *Amasea in Ponto Theodori militis.* Martyrol. Hieronymianum Lucen. *In Nicomedia natalis Theodori, & Damiani.* Maurolyc. *Heracleæ in Macedonia S. Theodori alterius militis, quem Licinius Imperator multipliciter cruciatum, tandem decollari jussit, cujus corpus Venetias est translatum:* At Ferrar. de SS. Italiæ: *Corpus in Ecclesia Brundusina, cujus est Patronus.* Prutil. verò ad margin. sui Martyrol. *Caput Cajetana habet Ecclesia.*

Cardinal. Baron. in notis duos prostat Theo-

Copiosiùs quàm loquimur cogitate. S. Augustin. homil. Lucæ 7.

Theodoros, unum agnomine *Ducis*, seù *Doctoris militum*, de quo ad 7. Februarii, alterum agnomine *Tyri*, & hac die. Bollandus verò vir eruditus in Act. Sanctor. t. 4. ad 7. Februar. pag. 889. in Addendis, tres Theodoros indicat, primum *Ducem Militum Heracleę in Ponto* die 7. Februar: Secundum etiam *Doctorem Militum* die 9. Februarii: & tertium agnomine *Tyri* hac die 9. Novembris Martyrizatum. Undè errore hic Theodorus ad 7. Februarii adnotatus: Ex quo videtur, Maurolycum facilè unum ex duobus militibus à Bollando relatis *Heraclea in Macedonia* posuisse; elicitur ex illis verbis appositis: *Sancti Theodori alterius militis*; Florentinius tamen autumat, duos hac die Theodoros recensendos, alterum *Amasea in Ponto*, alterum *Nicomedia*.

(e) *Apud Bituricas Ursini Episcopi & Confessoris*. Florus Addit. ad Ms. Tornacen. & de Peregrinis: *Ursicini Confessoris &c.*

(f) *Neapoli in campania Agrippini Episcopi*. Neapolis antè Parthenope dicta, *Napoli* vulgò. Urbs Campaniæ Maritima, nobilissima, ac urbium Italicarum maxima sedes Regni amplissimi: Ubi Præfectus Regius toti Regno jus dicit. Licèt vetera Ecclesiæ Neapolitanæ Calendaria, & Martyrologia indicant, hunc Sanctum Episcopum hac die obiisse, silent tamen annum mortis, ut Antonius Caracciol. C. R. c. 11. de Sacr. Monument. Eccles. Neapolitanæ; Et quod Joannes Diaconus de ejus secessu, & Sepultura in Chronico scripsit, nempè: *Plurimam auxit Domino turbam Credentium, & gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ collocavit, undè meritò audire meruit: Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Denique in Ecclesia Stephanię translatus cum honore quievit*. Id profectò intelligendum, quùm asseratur sepultus *In Ecclesia Stephania*, non de prima Agrippini translatione, sed de secunda à S. Joanne Episcopo celebrata.

(h) *Commemoratio Imaginis Salvatoris*. In Orientali, & Occidentali Ecclesia viguit antiqua consuetudo, ut hac die hæc festivitas recolatur: Et in Concil. Nicęn. 2. act. 4. recensetur.

xij. F Quartus Idus Novembris. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

Natàlis sanctòrum màrtyrum Tryphònis, & Respìcii, ac Nymphæ vìrginis. (*a*) In territòrio Agathènsi sanctòrum màrtyrum Tibèrii, Modèsti, & Florèntiæ, qui tèmpore Diocletiàni vàriis tormentis cruciàti, martyrium complevèrunt. (*b*) Antiochiæ sanctòrum Demètrii Epìscopi, Aniàni diàconi, Eustòsii, & aliòrum vìginti Màrtyrum. (*c*) Ravènnæ sancti Probi Epìscopi, miràculis clàri. (*d*) Aureliànis sancti Monitòris Epìscopi & confessòris. (*e*) In Anglia sancti Justi Epìscopi, qui unà cum Augustìno, Mellìto, & àliis à beàto Gregòrio Papa in eam ìnsulam missus ad prędicàndum Evangèlium, ibìdem sanctitàte cèlebris obdormìvit in Dòmino. (*f*) In òppido Milledùno sancti Leònis confessòris. (*g*) Icònii in Lycaònia sanctàrum mulìerum Tryphènnæ, & Tryphòsę, quę beàti Pauli prædicatiòne, & exèmplo Theclę, in Christiàna disciplìna plùrimùm profecèrunt. (*h*) In Paro ìnsula sanctæ Theoctìstis vìrginis. (*i*) Neàpoli in Campània natàlis sancti Andrèæ Avèllini Clèrici Regulàris, sanctitàte, & stùdio procurandæ proximòrum salùtis præcelebris. (*k*)

(a) *Tryphonis, & Soc.* Die 17. Febr. Græci in Menęis, Molan. Gales. & Ferrar. Die 11. Florar. Ms. Bolland. ea die

(b) *Tiberii, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo an. nu. 123. Ann. 304. Pagi t. 1. ad eũ an. 303. n. 6.

(d) *Probi*. Obiit ann. 175. Tabul. Eccles. Raven

(f) *Justi* An. 632. Beda.

(a) *Baron. an. 243. nu. 4. & an. 254. nu. 26. Ferrar. & Octavius Cajetan. de SS. Sicul. t. 1. pag. 115. de passione S. Nymphę* (b) *Baron. an. 303. nu. 132. Petr. in Catal. lib. 10. c. 46. Usuard. & Ado* (c) *Baron. in not. Beda, Usuard. & Petr. de Natal. lib. 11. nu. 314.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 10. cap. 45. Molan. Addit. ad Usuard. & Rub hist. Raven. lib. 1.* (e) *Baron. in not. Tabul. Demochar. Petr. de Natal. lib. 11. nu. 315. Saussayus, & Sammarthani.*

thani. (f) *Baron. an.* 601. *nu.* 27. *& an.* 604. *nu.* 76. *& Beda de gest. Anglor. lib.* 1. *c.* 29. *lib.* 2. *c.* 3. 5. 6. 7. 8. *&* 18. *& in Epitom.* (g) *Baron. in not.* (h) *Baron. an.* 58. *nu.* 55. (i) *Baron. an.* 902. *nu.* 8. *& sequ. Græci in Menolog. hac die, Lippoman t.* 5. *& Sur. t.* 6. *prior. edition.* (K) *Vita in Chronic. Religion. apud Silos, & alios præclar. ejusdem Religionis Scriptores.*

Convictus sapientiæ non habet tędium. Sap. 8.

(a) *Tryphonis, Respicii, & Nimphæ.* Florar. Ms. ad 4. Maij *S. Triphon Puer.*

Octav. Cajetan. de SS. Sicul. panditat hos Sanctos multa pro fide perpessos, extorres à Patria demortui sunt. Ferrar. ex antiquis Mss. *Quorum Corpora anno salutis* 1098. *Urbano II. Pontifice, & Mauritio Episcopo Portuensi in Ecclesia S. Mariæ in Monticello translata sunt.* Quę quidem Ecclesia à Clem. XI. P. Max. splendide renovata, quo ęvo multi quoque pro fidei constantia, & jurib. Eccl. exules acti.

(c) *Antiochia Demetrii Episcopi, Atriani Diaconi, Eustosii, & aliorum viginti Martyrum.* Martyrolog. Hieronymian. vetus Lucen. *In Antiochia natalis Demetri Episcopi, Aniensi Diaconi, Eustosi, & Sociorum ejus, Januarii.* Martyrolog. Bluman. *Aniènesi Diaconi, Eostori.* Martyrol. vetustissimum Antuerpien. S. Uuillibrordi: *In Antiochia Demetri, Aniesi, Eusloci, & Sociorum ejus.* Martyrolog. Corbejen. *In Antiochia Primi, Macharii Diaconi, Eustalii, & Sociorum ejus, Januarii, Candidiani.* Mss. Rom. Monast. S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri *In Antiochia Eustochii, & sociorum ejus.* Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *In Antiochia Demetrii, & Ammonesii Diaconi, Eustosii, & sociorum ejus.* Ms. Roman. Barberinian. legit *Demetrii Episcopi*, Raban. *In Antiochia Demetri Episcopi, Amnesi, Eustachii & sociorum ejus.* Appendix ad Adonem: *Antiochię Demetri Episcopi, Aniani Diaconi, Eustosii, & sociorum eorundem.* Petr. de Natal. ex antiq. Martyrologiis: *Demetrius Episcopus, Amatus Diaconus, Eustochius, & alii xx. Martyres Antiochiæ passi sunt* IV. *Idus Novembris.* Cardinal. Baron. in not. nil hac die memoratu dignum addit: undè pro parva differentia horum codicum, ad ipsosmet codices remittenda.

Convictus sapientię erit alloquutio. Sap. 8.

(e) *Aurelianis Monitoris Episcopi.* Aureliani, & Aurelia, *Orleans* Gallis, urbs Galliæ Celticæ, ad Ligerim fluvium, secundò genitis Regum dari solita, Regia, & ingens Academia, à Lutetia Parisiorum in Austrolibycum biduo distans, media inter Genabum oppidum antiquum, & Blesas: Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Civitate Aurelianis depositio Beati Mutoris Episcopi.* Ms Romanum Barberinian. *Amonitoris.* At ubique *Monitor* effertur.

xj. G Tertio Idus Novembris. Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u

21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9

A B C D E F F G H M N P

10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

(a) *Martini.* Obiit an. 402. Baron. eo an. n. 49. An. 400. Pagi. t. 2. ad eum an. 402. nu. 20.

(b) *Mennæ.* Martyr an. 307. Baron. eo an. n. 7. Ann. 267. Chronic. Alexandrin. Die 23. Maii Ordo Divin. officii Eccles. Cathedral. Claromōtan. pro ann. 1556.

(d) *Athenodori.* Martyr an. 304. Baron. eo an. nu. 74. An. 305. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 7. Decembr. Græci in Menolog. Die 8. Galesin.

Turònis in Gàllia natàlis beàti Martìni Epìscopi & confessòris, cujus vita tantis èxtitit miràculis gloriòsa, ut trium mortuòrum merùerit esse suscitator. (*a*) Cotyæi in Phrygia insìgnis pàssio sancti Mennæ Ægyptii mìlitis; qui in persecutiòne Diocletiàni, postquam abjècto militiæ cìngulo, mèruit cœlèsti Regi secrèta conversatiòne in erèmo militàre; procèdens in pùblicum, & se Christiànum libera voce declàrans, primò diris cruciatibus examinatur; novissimè fixis in oratiòne gènibus, Dòmino JESU Christo gràtias agens, glàdio cæsus est, ac multis post mortem miràculis clàruit. (*b*) Ravènnæ sanctòrum màrtyrum Valentìni, Feliciàni, & Victorìni, qui in persecutiòne Diocletiàni coronàti sunt. (*c*) In Mesopotamia sancti Athenodòri màrtyris, qui sub eòdem Diocletiàno, & Elèusio Præside, ignibus cruciàtus, & àliis supplìciis tortus, demum càpitis damnàtus, cùm càrnifex corruìsset, nec ullus àlius glàdio illum ferire ausus esset, orans obdormìvit in Dòmino. (*d*) Lugdùni sancti Veràni Epìscopi, cujus vita fide, & virtùtum mèritis fuit illùstris. (*e*) In monastèrio Cryptæ ferràtæ in agro Tusculàno sancti Bartholomæi abbàtis, sòcii beàti Nili, cujus vitam

ipse conscripsit. (*f*) In provìncia Sàmnii beàti Mennæ solitàrii, cujus virtùtes, & miracula sanctus Gregòrius Papa commèmorat. (*g*)

(a) *Baron. an. 375. nu. 2. & sequ. An. 397. nu. 16. & sequ. An. 402. nu. 49. & an. 845. nu. 38.* (b) *Baron. 307. n. 7. & an. 310. nu. 19. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (c) *Baron. an. 303. nu. 122. Tabul. Eccles. Ravenn. & Rub. hist. Ravenn. lib. 2.* (d) *Baron. an. 304. nu. 74.* (e) *Baron. an. 449. n. 42. Petr. in Catal. lib. 10. c. 50. Labbeus in Hagiolog. Sammarthani, Raynaudus*, & *alii.* (f) *Baron. an. 1044. nu. 4.* (g) *Baron. an. 573. num. 11. S. Gregor. Pap. lib. 3. Dialog. c. 26. & Sigebert. in chronic. an. 579.*

De intelligendis multa temeritate affirmanda. S. Augustin. lib. 9 c. 1.

(a) *Turonis Martini Episcopi*. Apographum Antuerpien. S. Willibrordi: *Galliæ civitate Turonis Martini, Victurini, Felicis, Nisæ, Juliani, Vincentii, item Januarii, Geddini, Bonifacii, Mirasi, Domni, Firmi, Mariæ, Felicitatis, Felicitæ, Innocentiæ, Fortunatæ, Principiæ, Domnicellæ, Clementini, Januariæ, Victuriæ*. At hic *Martinus* est alius.

(b) *Cotyæi in Phrygia Mennæ Ægyptii militis.* Cotyæum *Chiutaye*. Urbs Phrygiæ Magnæ, juxta Galatiæ confinia, citra Sangarium fluvium, Dorylajo, Nacoliæ, Gordo, ac Lyciadi Urbibus finitima. Apographa Hieronymiana Epternacen. & Lucen. *Alexandriæ Metropolis S. Minatis*. Maurolyc. *Mennantis*. Ado: *Mennatetis*. Acta: *Mena*. Omnes alii Codices: *Menna*. At *Mena* videtur scribendum. Chronicon Alexandrinum: *Anno cclxvii. Domini in Cælos Assumptio is Martyrium subiit S. Menas Cotyai Phrygiæ Salutaris Civitate Athyr xv. & ante diem iii. Idus Novemb.* Beda genuinus: *Ipso die natale S. Mennæ Martyris*. De Peregrinis: *In Scythia Metropoli Phrygiæ salutaris, passio S. Mennæ Martyris*, nil aliud. Martyrol. Rom. vet. *In Scythia S. Mennæ Constantinopolim translati*. Ex qua lectione duo habentur; alterum non in Phrygia, sed in Scythia passum; at suspicandum Librarii, aut Topographi mendacium: Cotyæum urbs est *Phrygia*, non *Scythia*, ut suprà, ex Ferrar. ad suam Martyrologii Roman. Topographiam; alterum quòd Constantinopolim translatus fuit: undè elicitur, hunc Mennam non esse alium ab illo, quem Baron. ad 10. Decembris ut diversum in notis refert, sed unum eundemque, fatente Baronio, illum Constantinopolim translatum, & Mennæ in eam Urbem translatio unica est, adeoq; unus Mennas.

(e) *Lugduni Verani Episcopi*. Apographum Hieronymian. Lucen. *Et Confessoris*. Ms. Pulsanen. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolorum *Veriani* promit. Ms. Patrician. apud eosdem Cleric. *Severiani*. Legendus Severt. de Episc. Lugdunen. Petr. de Natal. habet: *Verani Episcopi Gabalitani*. Raynaudus verò in Hagiologio Lugdunensi pag. 85. docet, fuisse alium.

Cardinal Baron. in notis suadet, hunc Veranum Episcopum Lugdunensem esse illum, ad quem Hilarius Papa Epistolam scripsit, & de quo Gennad. de vir. illustr. cap. 67. adnumerando eum vigesimum tertium Episcopum Lugdunensem: Raynaudus tamen in prælaudato Hagiologio prostat, Veranum, ad quem extat præfata Epistola, fuisse Veranum Venciensium Episcopum; Quemadmodum Sammarthani tradunt, Veranum Episcopum Lugdunensem ordine vigesimum primum subscriptum in Epistola Ceretii, & Salonii ad Leonem Papam, & de eo Gennadius loco laudato.

In his veritas exquirenda. S. Augustin. lib. 9. cap. 1.

(g) *Mennæ Solitarii*. Coxendix cujus Vitulani multa veneratione colitur, ut perspeximus.

Disceptatio Litteralis.

(c) *Ravennæ Valentini, Feliciani, & Victorini*. Ms. Roman. Barberinian. *Victurini*.

Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Ravennæ, Valentini, Feliciani, Octavi, Felitis, Januarii, Erundini, Victorini, Felicis, Nisi, Juliani, Vincenti Januari, Geddini, Bonifacii Martyris, Minaci, Domni, Firmæ, Mariæ, Felicitatis, Feliciæ, Innocentiæ, Fortunatæ, Principæ, Domnecellæ, Clementinæ, Januariæ, Victoriæ*. Martyrolog. Bluman. eadem, sed ex his profert: *Curundini, Nisi, Igiddini, Benifacii, Minaci, Principia, Domnæ, Cellæ, Clementini*. Martyrolog. verò Corbejen. *Eurundini, Nisei, Bonifacii Martyris, Minaci, Fortunati, Clementini, Victuriæ*. Martyrol Epternacen. seù Antuerpien. S. Vuillibrordi: *Ravennæ natalis Felicis, Valentini, Novelli, Octavi, Januarii, Hirundinis, Saturninæ, & Annibonis*.

Ex quibus Lectionibus videtur mutila hæc Romani Martyrologii lectio, quæ tantùm tres Martyres Ravennæ effert, nempe *Valentinum, Felicem, & Victorinum*.

Eminentissimus Baron. in not. pro Romani Martyrologii assertione advocat Adonem, Tabul. Ravennat. Eccles. & Rubeum histor. Ravenn. Adstipulanturque Maurolyc. Galesin. & Ferrar. Catal. SS Ital.

At laudatæ Tabulæ, & Rubeus si ita recenseant, non ex Adone, sed ex Appendice Adonis, quæ tantùm panditat: *Ravennæ Sanctorum Feliciani, & Victorini Martyrum*. Nec Maurolyc. & Galesin. aliud referunt, nisi id purum, quod in ipsa Appendice: uti Ferrar, nil aliud asserit, nisi hos Sanctos esse alios à Valentino, Solutore, & Victore, de quibus ad 13. Novembris; quæ Lectiones non faciunt, quin ipsæ quoque non sint mutilæ. Ravennam igitur gloriari oportet in tot suis Martyribus à prælaudatis Martyrologiis ei addictis: Quòcirca solers erit Martyrologii Romani lectio, si sanioribus placeret, ut proferat: *Ravennæ Sancti Valentini, & Sociorum, qui in persecutione Diocletiani coronati sunt*.

X

x. A Pridie Idus Novembris. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	ñ	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

NAtàlis ſancti Martìni Papæ & màrtyris, qui Romæ coàcta Synodo, cùm Sèrgium, Paulum, & Pyrrhum hærèticos damnàſſet, juſſu Conſtàntis Imperatòris hærètici per fraudem captus, & Conſtantinòpolim perdùctus, in Cherſonèſum relegàtus eſt; ubi ob Cathòlicam fidem ærùmnis confèctus vitam finìvit, multiſque miràculis claruit: cujus corpus pòſteà Romam translàtum, in Ecclèſia ſanctòrum Silvèſtri, & Martìni cònditum fuit. (*a*) In Aſia pàſſio ſanctòrum Aurèlii, & Pùblii Epiſcoporum. (*b*) In territòrio Senonènſi ſancti Patèrni màrtyris. (*c*) In portu Gandènſi ſancti Livìni Epìſcopi & màrtyris. (*d*) In Polònia ſanctòrum màrtyrum Benedìcti, Joànnis, Matthæi, Iſaac, & Chriſtini eremitàrum. (*e*) Avenióne ſancti Rufi, primi ejùſdem urbis Epìſcopi. (*f*) Colòniæ depoſitio ſancti Cunibèrti Epìſcopi. (*g*) Turiasòne in Hiſpània Tarraconènſi beàti Æmiliàni presbyteri, qui innùmeris miràculis clàruit: cujus admiràbilem vitam ſanctus Bràulio Cæſaraugustànus Epìſcopus deſcrìpſit. (*h*) Conſtantinòpoli ſancti Nili abbàtis, qui ex Præfècto Urbis factus mònachus, ſub Theodòſio Juniòre doctrìna, & ſanctitàte clàruit. (*i*) Item Conſtantinòpoli ſancti Theodòri Studitæ, qui pro fide Cathòlica advèrsùs Iconoclàſtas ſtrènuè pugnans, factus eſt in univèrſa Ecclèſia Cathòlica cèlebris. (*k*) Complùti in Hiſpània ſancti Dìdaci confeſsòris, Ordinis Minòrum, humilitàte cèlebris, quem Sixtus Quintus Sanctòrum catàlogo adſcrìpſit, cujus feſtum àgitur die ſequènti. (*l*)

(a) *Marti-ni Pap.* Obiit ann. 654. Baron. eo an. n. 1. & ſequ. Ann. 653. Onuphr. in Faſt. An. 655. Pagi t. 3. ad an. 654. n. 2. & ſeq. Die 13. April. Græci in Menològio, & in Menæis. Die 16. Septembris Pagi loc. cit. Die 16. Novembris Act. apud Sur.

(d) *Livini.* Martyr an. 633. Baron. in not. An. 694. Pagi t. 3. ad an. 654. n. 7. Anno incerto Mabillon. Secul. 2. Benedict.

(e) *Benedicti, & Soc.* Die 23. April. Dorgan. Martyrol. Benedictin.

(i) *Nili Abbat.* Circ. 407. Baron. eo anno n. 16. Circ. 500. Allatius Diatriba de Nilis, eorumque Scriptur.

(K) *Theodori.* Die præcedent. Combefit. t. 1. ſupplement. Bibliothec. SS. PP. pag. 855.

(a) *Baron. an. 649. & an. 654. n. 1. & ſequ. Sur. t. 6. prior. edition. Beda, Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 173. n. 18. & Euſeb. hiſt. lib. 5. c. 18.* (c) *Baron. in not. Uſuard. & alii.* (d) *Baron. an. 631. n. 15. Sur. t. 6. prior. edit. Molan. Addit. ad Uſuard. & Indic. Sanctorum Belg. Uxerius in Sylleg. Epiſtol. Hiber. & Balæus in ſua Bibliothec.* (e) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edition. Trithem. lib. 3. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. c. 31. & Chron. Polon.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ann. 631. n. 9. & Sur. t. 6. relat.* (h) *Baron. ibid. Vaſæus in Chronic. Hiſpan. ad an. 554. & Flos SS. Hiſpan.* (i) *Baron. an. 407. nu. 16. Græci in Menolog. hac die, Niceph. lib. 14. c. 30. 53. & 54. & Lippoman. t. 5.* (K) *Baron. an. 795. n. 91. An. 798. n. 1. an. 814. n. 19. & an. 826. n. 55. ac Pagi t. 4. ad an. 826. nu. 17.* (l) *Baron. in not. & Chronic. Ordin.*

Animadverte interpretationem, & verba. Prov. 1.

(a) *Martini Papæ & Martyris juſſu Conſtantii Imperatoris.* Martyrol. Pulſanen. Ms. Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apoſtolor. ad 10. Novembr. IV. *Idus Novemb. natale B. Martini Papæ, qui ob Catholicam fidem ab Imperat. Conſtantino hæretico ab Eccleſia raptus, & perductus Conſtantinopolim, relegatus ad Inſulam Cherſonenſem, ibidem vitam finivit.* Adſtipulanturq; *ſub Conſtantino* Luitprand. in Vitaliano, & Bibliotheca Floriacen. in Antiquitatib. Viennen.

(b) *In Aſia Aurelii, & Publii Epiſcoporum.* Martyrolog. vetuſtiſſimum S. Vuillibrordi: *In Cæſarea Cappadocia Antonini, Maurili, Pupli, Euſebii, Germani, Theophili, & Cæſari.* Martyrol. Hieronymianum vetus Lucen. & Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornac. Monaſter. S. Martini, Lætien. S. Lamberti ac Mss. Roman. Monaſterii S. Cyriaci, & Barberini-

Ad ſuſcipiendum judicium, ut detur ſcientia, & intellectus. Proverb. 1.

an. *In Africa Maurili, Publi*. Martyrolog. Corbejen. *Maruli*, pro *Maurili*: At Canisius autumat scribendum *Aureli*.

Cardinal. Baron. in notis reprehendit Bedam, qui Aurelium, & Publium Episcopos in Africa refert; quia in Asia fuerunt Martyres & Episcopi; Quamobrem Aurelius, & Publius in Africa in prælibatis Apographis erunt alii. Martyres enim solùm describuntur quemadmodum *Maurili*, & *Pupli*, seù *Aureli*, & *Publi* Cæsareæ Cappadociæ, cum adductis Sociis sunt producti.

(h) *Turiasone in Hispania Tarraconensi Æmiliani Presbyteri*. Turiaso, *Tarazona*. Urbs antiqua Hispaniæ Tarraconen. in Regno Aragonensi, apud fines Castellæ veteris sita, proxima Graccuri, & Belsino. Martyrolog. de Peregrinis: *Civitate Tyrrasina Beati Æmiliani Episcopi & Confessoris*.

(i) *Constantinopoli Nili Abbatis, sub Theodosio juniore*. Græci in Menologio, & Nicephor. lib. 14. cap. 54. à Baron. in not. acciti recensent *sub Mauritio* Imperatore, & alii *sub Marciano*.

(d) *In Portu Gandensi Sancti Livini Episcopi & Martyris*.

Disceptatio Topographica.

Ganda portus, locus aliquis Flandriæ in ora litorali Gandavensium portus, ob maris recessum forsan portus esse desiit. An hujus hic Sanctus fuerit Episcopus in dubium, quùm ejus vita in *Hybernia* Episcopum extitisse narret.

Eminentissimus Baronius in notis Tabulas, & Breviarium Ecclesiæ Gandensis indigitat. Ex quibus Sur. tom. 6. Acta descripsit: Adstipulaturque Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belgii. Quòd verò Hiberniæ fuerit Episcopus, non officit, quin dein Ecclesiæ Gandensi præesse nequiverit.

Ast hæc Acta apud Surium supposititia videntur. Ferunt namque, Livinum floruisse Episcopum Gandensem ann. 633. ut ipse Baron. in not. & Martyrem occubuisse an. 654. ut idemet Annalista ad eum ann. n. 2. quibus temporibus nullus Episcopus in eo Oppido.

Rursùs tradunt, Livinum fuisse comitem S. Foillani Martyris; & Foillanus Livini Discipulus est alius à Foillano Martyre, ut solerti Lectori penès eruditos viros Mabillon. Secul. 2. Benedictin. & Pagi tom. 2. ad annum 654. nu. 7. erit compertum. Modò sine dubio erit Romanum Martyrologium, dummodo sapientiores consenserint, si absolutè inscribat: *Eodem die S. Livini Episcopi & Martyris*.

ix. B Idibus Novembris. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
A B C D E F *F* G H M N P
12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

(b) *Valentini, & Soc.* Die præcedent. Ms. Tornacen.
(d) *Antonini, & Soc.* Martyres ann. 307. Baron eo anno n 20. Ann 308. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(e) *Arcadii, & Soc.* Die præcedent. Ms. Divionen.

Sancti Didaci confessòris, Ordinis Minòrum, cujus natàlis dies fuit heri. (*a*) Ravènnæ natàlis sanctòrum màrtyrum Valentìni, Solutòris, & Victòris, qui sub Diocletiàno Imperatòre passi sunt. (*b*) Aquis in provìncia Narbonènsi beàti Mìtrii clarìssimi màrtyris. (*c*) Cæsarèæ in Palæstina pàssio sanctòrum Antonìni, Zebìnæ, Germàni, & Ennathæ vìrginis, quæ sub Galèrio Maximiàno verbèribus cæsa, igne cremàta est: illi verò, cùm lìbera voce Firmiliànum Præsidem diis immolàntem impietàtis arguèrent, càpite cæsi sunt. (*d*) In Africa sanctòrum màrtyrum Arcàdii, Paschàsii, Probi, & Eutychiàni Hispanorum, qui cùm in persecutiòne Vvandàlica in Ariànam perfidiam nullàtenus declinàre paterèntur, à Genserico Rege Ariàno primùm proscrìpti, deinde in exìlium acti, atque atrocìssimis supplìciis cruciàti, postrèmò divèrso mortis gènere interèmpti sunt. Tunc & Paulìlli pùeruli germàni sanctòrum Paschàsii, & Eutychiàni constàntia enìtuit: qui cùm à fide Cathòlica divèlli non posset, fùstibus diu cæsus, ad infimam servitùtem damnàtus est. (*e*) Romæ sancti Nicolài Papæ vigòre Apostòlico præstàntis. Turònis sancti Brìtii Epìscopi, discìpuli beàti Martini Epìscopi. (*f*) Tolèti sancti Eugènii Epìscopi. (*g*) Arvèrnis sancti

(f) *Britii Episc.* Obiit an. 439. Baron. ad ann. 432. nu. 86. An. 548. S. Gregor. Turonen. hist. Franc. Ultra 444. non in vivis. Pagi to. 2. ad an. 432. nu. 17.
(h) *Quintiani Episc.* Die 15. Jun. Rhuteni, ubi primò Episcopus.

ſancti Quinctiàni Epiſcopi. (*h*) Cremònæ ſancti Homòboni confeſsòris, quem miràculis clarum Innocèntius Tèrtius in Sanctòrum nùmerum rètulit. (*i*)

(a) *Chronic. Ordin. Minor.* (b) *Baron. an. 303. n. 122. Rubeus hiſt. Raven. lib. 2. Beda, Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 570. n. 15. & S. Greg. Turonen. de glor. Confeſſ. c. 7.* (d) *Baron. an. 307. n. 20. & ſequ. Græci in Menolog. & Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 8. c. 19.* (e) *Baron. an. 437. n. 1. & ſequ. Proſper in Chronic. Uſuard. & alii.* (f) *Baron. an. 417. n. 26. & ann. 432. n. 86. & S. Greg. Turonen. hiſt. Franc. lib. 2. c. 21. & lib. 10. c. 31.* (g) *Baron. an. 636. n. 17. & an. 657. nu. 4. S. Ildefonſ. in libello de vir. illuſt. c. 14. & Vaſæus in Chron. Hiſpan. ad ad an. 651.* (h) *Baron. an. 514. n. 37. Sigebert. in Chronic. ad an. 506. & S. Gregor. Turon. in vit. SS. Patr. c. 4. & hiſt. Francor. lib. 2. c. 36.* (i) *Baron. an. 1197. nu. ult. Sur. tom. 6. prior. edition. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 55.*

Dedi cor meum, ut ſcirem doctrinam, erroreſque. Eccleſiaſt. 4.

(b) *Ravennæ Valentini, Solutoris, & Victoris.* Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini die præcedenti: *In Ravenna depoſitio Sanctorum Victoris, & Salutoris;* ſilet *Valentini.* Hac verò die Martyrolog. Epternacen. *Ravennis Civitate Valentini, Solutoris;* ſubducit, *Victoris* forſan librariorum oſcitantia. Galeſin. animadvertit, Ravennæ tres Martyres nomine *Valentini:* primum cum Feliciano die 11. Novembris, ſecundum cum Solutore, & Victore hac die; tertium cum Novale, & Agricola ad 16. Decembris.

(d) *Cæſareæ in Palæſtina, Antonini, Zebinæ, Germani, & Ennathæ Virginis.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Cæſarea Cappadociæ, Antonii, Gibennæ, Germanæ, Manicæ, & Adriani cum ſociis ſuis.* Martyrolog. Veiſſemburgen. Monaſt. S. Petri: *Germani* pro *Germanæ.* Martyrol. Antuerpien. adhuc *Germani,* & pro Manicæ, *Manniſæ.* Euſebius hiſt. Eccl. lib. 8. cap. 19. & Græci in Menologio à Baronio in not. accitis *Antonium* efferunt.

(f) *Turonis Britii Epiſcopi.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Turonis Civitate Galliæ depoſitio Bricci Epiſcopi & Confeſſoris.* Apographum Epternacen. *Brictionis,* & Corbejen. *Briccii.* Rabanus: *S. Bricii;* nil aliud.

Diſceptatio Topographico-Chronologica.

(d) *Cæſareæ in Palæſtina paſſio SS. Antonini, Zebinæ, Germani, & Ennathæ Virginis, ſub Valerio Maximiano.*

Prælaudata S. Hieronymi Martyrologii Apographa *Cæſareæ Cappadociæ* hunc S. Antoninum cum ſociis adſcribunt: & Euſebius hiſtor. Eccleſ. ſub Maximino Imperatore.

Eminentiſſimus Baronius in notis pro Romani Martyrologii aſſertione advocat Græcos, qui ita hac die in Menologio, & ipſum Euſeb. hiſt. lib. 8. cap. 19

Aſt Menologium Græcorum Caniſii die præcedenti, hos Martyres Cæſareæ obtruncatos proſtat, non eſprimendo, an fuerit *Urbs Palæſtinæ*, vel *Cappadociæ*, licèt luxatè *Maximiano,* pro *Maximino;* & illud Baſilii hac die eos profert ſine palæſtra: Quo verò ad Euſebium, utique illos *in Cæſarea Palæſtinæ* tribuit, & hac die XIII. *Menſis Dii*, qui eſt: *Idibus Novembris*, ſed ſubdit: *Ac crudeſcente ſub Maximino Imperatore, & Firmiliano Præſide perſecutionis incendio.* Adſtruitque Valeſius interpres Euſebii ad cap. 9. lib. 6. de Martyrib. Palæſtin. Undè ſi Euſebius favet Baronio quo ad Palæſtram, hos Martyres ex Cappadocia, ad Palæſtinam transferendo; refragatur tamen quo ad Tyrannum. Verùm Græci ſæpe luxatè pro Maximiani, Maximinum ſcribunt, hujuſmodi nomina non raro ad invicem depravando. Cæterùm Metaphraſt. & Suydas *Martyres Palæſtinæ ſub Maximiano* reponunt, ut apud Baron. ad ann. 309. num. 122. & ad an. 311. num. 3. & ſeq.

Mens contẽplata eſt multa, & didicit. Eccl. 1.

Sed quemadmodum pro Baronio, & ejus Aſſeclis non eſt referendum ad Euſebium, quo ad tò Maximinum pro Maximiano, ita neque ipſi Euſebio erit addicendum, quo ad ly Palæſtinæ, perperàm ſcriptum pro Cappadocia.

Quò ad Maximinum, vigent potiora jura pro Euſebio ipſi Martyrio ſuperſtite; Adſtipulatur S Hieronym. de Scriptoribus Eccleſ. quo errore factum eſt, ut Metaphraſt. & Suydas ex quibus Baron. aliique hauſere ſub Maximiano Martyres Cæſarienſes repoſuere; ut igitur impræſentiarum ſine hac nutatione ſit Romanum Martyrologium, & Doctiores faverent, ab utraque parte declinet, & concinnetur: *Cæſareæ paſſio Sanctorum Antonini, Zebinæ, Germani, & Ennathæ, quæ verberibus cæſa, igne Cremata eſt, illi verò, cum libera voce Diis immolantes impietatis arguerent, capite cæſi ſunt.*

viij. C Decimooctavo Kalendas Decembris. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
A B C D E *F* F G H M N P
13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

HEraclèæ in Thràcia natàlis ſanctòrum màrtyrum Clementìni, Theòdoti, & Philòmeni. (*a*) Alexandriæ ſancti Serapiònis màrtyris, quem perſecutòres ſub Dècio Prìncipe crudelìſſimis affecèrunt ſuppliciis, ita ut omnes ei junctùras membròrum priùs ſolvèntes, de ſuperiòribus domus ſuæ eum præcipitàrent, & ſic Chriſti martyr efficerètur. (*b*) Trecis in Gàllia ſancti Veneràndi màrtyris ſub Aureliàno Imperatòre. (*c*) Item in Gàllia ſanctæ Venerándæ virginis, quæ ſub Antonino Imperatòre, & Aſclepìade Præſide, martyrii corònam accèpit. (*d*) Gangris in Paphlagònia ſancti Hypàtii Epiſcopi, qui à magna Nicæna Synodo rèdiens, à Novatiànis hærèticis in via lapìdibus impetìtus, martyr occùbuit. (*e*) Emàſæ pàſſio plurimàrum ſanctàrum Mulìerum, quæ ſub ſævìſſimo Arabum duce Mady ob Chriſti fidem crudeliſſimè tortæ, atque necàtæ ſunt. (*f*) Bonòniæ ſancti Jucùndi Epìſcopi & confeſsòris. (*g*) In Hibèrnia ſancti Laurèntii Epiſcopi Dublinènſis. (*h*)

(b) *Serapionis*. Martyr an. 252. ſub Decio Baron. eo anno nu. 5. Ann. 252. Decius occiſus Pagi tom. 1. ad eum an. nu 29. & Bollandus ad 10. Febr. Die 8. Febr Martyrolog. Satisburien. Bolland. ea die.

(c) *Venerandi*. Martyr circ. 272. Tabul. Demochar.

(d) *Veneranda*. Martyr circ. 143. Acta.

(e) *Hypatii Epiſcop*. Die 25. Febr. Græci in Meneis. Die 31. Martii in Menol. & Molan.

(g) *Jucundi Epiſ*. Die 9. Novembr. Bononiæ. Ferrar. ad novam Topograph. in calce.

(h) *Laurentii Epiſc*. Die 2. Februar. Florarium Ms.

(a) *Baron. in not. Beda, Uſuard. Ado, & alii*. (b) *Baron. an. 252. num. 5. & an. 285. num. 17. & Euſeb. hiſt. lib. 6. c. 34.* (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 60.* (d) *Baron. ibid. item Petr. in Catal. c. 61.* (e) *Baron. an. 325. n. 35. & Græci in eorum Tabul.* (f) *Baron. an. 780. nu. 1. & 2. & hiſt. Miſcel.* (g) *Baron. in not. & Sigon. de Eccleſ. Bononien.* (h) *Baron. an. 1181. n. 14. & Sur. t. 6. prior. edition.*

Ut audiat ſapientiam auris tua, inclina ad cognoſcendam eam. Prov. 2.

(b) *Heracleæ in Thracia Clementini, Theodori, & Philomeni*. Martyrolog. Antuerpien. profert: *Filomeni*. De Peregrin. *Theodocii, Philomini*. Mss. Romana Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Eraclea Clementi, Theodoræ, Philomeni, & aliorum multorum, quorum nomina Deus ſcit*. Apographa Martyrol. S. Hieronymi penès Florentinium præſignant: *Eraclea Civitate Traciæ*; ut proferunt pro Clementi, *Clementini*: & addunt *Heracli*, ſeù *Eraclii*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Eraclea Civitate natale SS. Clementis, Clementini, Filomeni, Theodoti, & Eracli*. Ms. Rom. Barberin. ſignat: *In Eraclea Civitate Traciæ*; corripit *Clementis*, & adſcit ultrà: *Et natale S. Eradii*. Mss. Attreb. Eccl. S. Mariæ, & Torn. Monaſt. S. Martini: *in Heraclea Civitate Traciæ Clementini, Philomenis, & Heraclii*. Raban. *In Heraclea Civitate Tracia natalis Sancti Clentini* (Clementis ad oram libri notat Caniſius) *Theodora* (Theodoti) *Filimmi* (Philomeni) *Eracli, Martialis, Donati, & aliorum multorum Sanctorum*. Maurolyc. *Heraclea in Thracia Clementii Epiſcopi, Theodori, & Philominis*. At hic Clementius Epiſcopus Martyr in Thracia in aliis Apographis non repetitur.

(d) *In Gallia Sancta Veneranda Virginis, ſub Antonino Imperatore, Aſclepiade Præſide*. Hæc B. Virgo vulgò dicta *Sancta Veneranda*, eſt eàdem, quam Græci ad 27. Julii panditant Paraſceves: Itaque bis ponitur in hoc Romano Martyrologio, & 20. Martii unà cum Photina Samaritana, & hac die 14. Novembris ſola; illic nomine *Paraſceves*, hic nomine *Veneranda*.

Cardinal. Baron. refert tanquam duas. At revera una eademque eſſe videtur: conſtat namque, *Paraſcevem* (quæ 20. Martii) ſub *Antonino Imperatore*, & *Aſclepio*, ſivè *Aſclepiade Præfecto* mortem oppetiiſſe, quemadmodum *Veneranda* hac die 14. Novembr. ſub eodem Imperat. & Præfecto martyrizata refertur. Verùm traditur, diem 20. Mertii fuiſſe paſſionis, hanc verò 14. Novembris ſepulturæ. Videndi Petr. de Natal. lib. 10. cap. 61. Maraſrot. in Chronic. Calabr. Bard. hac die, de vit. SS. & Bentill. Societ. Jeſu lib. 2. in vit. S. Iren. cap. 7.

Si ſuſceperis ſermones intelliges, & ſcientiam invenies. Prov. 2.

(e) *Hypatij Epiſc*. Molan. ad 31. Martii: *S. Hypatius in Paphagonia Ancyranus Epiſcopus*. Menæa cuſa, & varia Synaxaria Mss. *Die 1. Ju-*

nii

nii S. P. N. Hipatii memoria. Baert. & Jannin. in Sanctis ea die prætermissis suspicantur, eundem esse, qui hac die cum titulo Episcopi Gangris.

Disceptatio Topographica.

(b) *Alexandriæ S. Serapionis, quem persecutores sub Decio Principe*.

Valesius in not. ad Eusebium vindicat, Alexandriæ persequutionem in Christianos motam fuisse, adhuc Philippo vivente.

Eminentissimus Baron. refert, persequutionem Alexandriæ ortam an. 252. & proindè *sub Decio*. Adstipulaturque Epist. S. Dionysii Episc. Alexandrini ad Fabium Antiochen. Episcopum, quam Eusebius recitat l. 6. c. 41.

Ast hanc Baronianam Chronologiam Pagi vir eruditus, ut proconsulmum refellit tom. 1. Chritic. Historico Chronologic. ad annum 250. nu. 3. contrahendo Alexandrinam persequutionem ad an. 248. ubi de ea disertè agit: Quamobrem Martyres, de quibus Dionysius Alexandrin. in declamata Epistol. ad Fabium Antiochenum Episcopum ab Eusebio relata, ante obitum Philippi Imperat. Martyrizati fuere.

Verùm Beda, Usuard. aliiq; Martyrol. hos Martyres Alexandrinos *sub Decio* promunt.

Nihilominùs hic error fuit, ex eo, quòd antiquitùs Scriptores, persequutionem motam sub Philippo, & Decio pro una reputarunt, ut in notis ad Eusebium Valesius admonet: Cæterùm hoc idem ad 8. Februar. disceptatum fuit, quùm de S. Cointa; nè eadem nunc denuò repetantur, ibi ea videnda; impræsentiarum, ut Rom. Martyrol. sit sine hac nutatione, & saniorum judicio non obstaret, efferat: *Alexandriæ S. Serapionis Martyris, quem Fide persecutores crudelissimis affecerunt suppliciis &c.*

vij. D Decimoseptimo Kalendas Decembris. Luna 15

a b c d e f g h i k l m n p q r s t t
25 26 27 18 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A B C D E F *F* G H M N P
14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

NAtàlis sancti Eugènii Epìscopi Toletàni & màrtyris, beàti Dionysii Areopagitæ discipuli, qui in territòrio Parisiènsi consummàto martyrii cursu, beàtæ passiònis corònam percèpit à Dòmino: cujus corpus Tolètum pòsteà fuit translàtum. (*a*) Nolæ in Campània beati Felicis Epìscopi & màrtyris, qui à quintodècimo ætatis suæ anno miraculòrum glòria clàruit, & sub Marciàno Præside cum àliis triginta agònem martyrii complèvit. (*b*) Edèssæ in Syria sanctòrum màrtyrum Gùriæ, & Samònæ sub Diocletiàno Imperatòre, & Antonino Præside. (*c*) Ibidem pàssio sancti Abibi diàconi, qui sub Licinio Imperatòre, & Lysània Præside ùnguibus laceràtus, in ignem conjèctus est. (*d*) In Africa sanctòrum martyrum Secùndi, Fidentiani, & Vàrici. (*e*) In Britànnia natalis sancti Machùti Epìscopi, qui à primævo ætàtis suæ tyrocìnio miràculis emìcuit. (*f*) Verònæ sancti Lupèrii Epìscopi & confessòris. (*g*) In Austria sancti Leopòldi ejùsdem provinciæ Marchiònis, quem Innocèntius Octàvus Sanctòrum nùmero adscripsit. (*h*)

(a) *Eugenii Episcop.* Martyr circ. 70. S. Antonin.

(b) *Felicis Episc.* Martyr circ. 257. Genebrard.

(d) *Abibi Diaconi*. Martyr sub Licinio an. 316. Baron. eo an. num. 48. Non ante ann. 319. Persequutio Liciniana. Pagi to. 1. ad an. 316. n. 11.

(f) *Machuti Episcop.* Obiit ant. 566. Baron. eo an. n. 19. An. 561. Sigebert. in Chronic. Ann. 570. Trithem. Ætatis 130. Vita.

(g) *Luperii* Circ. 800. Ferr.

(a) *Baron. in not. Breviar. Toletan. & Sur. t. 5. prior. edition. in Act. S. Gerardi Abbat. Bononiens. ad 3. Octobr.* (b) *Baron. in not. Genebrard. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 286. n. 31. & an. 299. n. 2. Græci in Menolog. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (d) *Baron. an. 316. nu. 48. & sequ. Græci in Menologio hac die, Metaphrast. & Aretas Cæsariens. in Act.* (e) *Baron. in not. & Beda hac die.* (f) *Baron. an. 566. n. 19. Sur. t. 6. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 35. & Sigebert. in Chronic.* (g) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. de antiqu. Monument. Eccles. Veronen. pag. 9. & 39.* (h) *Baron. an. 1131. num. 15. Sur. tom. 6. citat. hac die, & Joan. Franc. Pavin. de Canonizatione ipsius.*

(a) *Eu-*

Loquere, & proba. S. Augustin. Psalm. 22.

(a) *Eugenii Episcopi Toletani*. Duo alii Eugenii ejusdem pietatis, ejusdemque Ecclesiæ leguntur Episcopi, apud Ildefonsum de vir. illustr. cap. 12. & 14. Alter successit S. Justo, & alter post Eugenium hujus diei subrogatus.

(b) *Nola in Campania Felicis Episcopi & Martyris cum aliis triginta*. Martyrolog. Beneventan. Ms. Monasterii Sancti Petri: *Cujus Corpus Elpidius Presbyter in Nolensi Ecclesia sepelivit*. Ms. Divionen. nullo præsignato loco: *Felicis Episcopi, qui miraculorum gloria insignis fuit*.

(c) *In Africa Secundi, Fidentiani, & Varici*. Martyrolog. Hieronymian. vet. Lucen. *In Africa Secundini, Fidentiani, Varici, & Martialis. In Africa Civitate Siddini, Saturnini, Servii, Calendionis, Galani, Primigeni, Secundi, Theodoti, Demetri, Parentis, Saturæ*. Martyrol. Bluman. pro Galani, Primigeni: *Gelani, Primi, Geni*. Martyrolog. vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Africa Secundini, Fidentiani, Varisi, & Martialis In. Africa Civitate Ipponensi Syddini, Saturnini, Servi, Kalendionis, Galani, Seolindi, Theodoli, Demigri, Parentis, Stratori*. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Secundini, Fidentini, Varici, Martialis. In Africa Civitate Siddini, Saturnini, Calendionis, Galani, Primi, Genni, Secundæ, Theodoti, Demetri, Parentis, Saturæ, Firmæ*. Ms. Rom. Monasterii S. Cyriaci: *In Africa Secundini, Marcialis, Calendionis, Valerii, Fructuosi, cum aliis*. Ms. Vatican. S. Petri: *Cum aliis duodecim*. Ms. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, & Tornacen. Monast. S. Martini: *In Africa Secundi, Fidentiani, & Demetri*. Ms. Lætien. S. Lamberti pro Secundi, *Secundini*. Raban. *In Africa Secundi, Fidentiani, Felicis, & Martialis*.

(f) *In Britannia Machuti Episcopi*. Aliis: *Maclonis*. Martyrol. Corbejen. *Depositio S. Machuti Episcopi*. De Peregrinis sine loci nota: *Eodem die natale S. Arcuti Episcopi & Confessoris*.

Proba per authoritates, quæ Auctoritates suscipiunt. S. Thom. 1. par. qu. 32. art. 1.

vj. E Sextodecimo Kalendas Decembris. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

(c) *Eucherii Episc.* Obiit an. 463. Baron. eo an. n. 6. An 452. Gennad. de vir. illustr. c. 63. Ann. 456. Marcellin. in Chronic.

(d) *Fidentii Episc.* Circa 166 Monumen. Eccl. Patav.

IN Africa sanctòrum màrtyrum Rufini, Marci, Valèrii, & sociòrum. (*a*) Eòdem die sanctòrum màrtyrum Elpìdii, Marcèlli, Eustòchii, & sociòrum: ex quibus Elpìdius cùm esset òrdinis Senatòrii, & coram Juliàno Apòstata Christiànam fidem constantìssimè profiterètur, primùm equis indòmitis unà cum sòciis alligàtus, atque pertràctus, deinde in ignem conjèctus, gloriòsum martyrium consummàvit. (*b*) Lugdùni natàlis sancti Euchèrii Epìscopi & confessòris, viri admiràndæ fidei, & doctrìnæ, qui ex nobilissimo Senatòrum òrdine ad religiòsam vitam habitùmque convèrsus, diu intra septa spelùncæ spontè conclùsus, in oratiònibus, & jejùniis Christo servìvit; deinde apud præfatam urbem in Pontificali càthedra, revelante Angelo, solèmniter collocàtus est. (*c*) Patàvii sancti Fidèntii Epìscopi. (*d*) Cantuàriæ in Anglia sancti Edmùndi Epìscopi, cujus sanctitàtem Deus miraculòrum magnitùdine declaràvit. (*e*) Eòdem die depositio sancti Othmàri abbàtis. (*f*)

(e) *Edmundi Episc.* Obiit ann. 1246. vit. Die 14. Aprilis quædã Notation. Mss. ad Græven. Acta Bolland. ea die.

(f) *Othmari*. Obiit an. 758. Baron. in not. An. 759. Pagi t. 3. eo an. n. 2.

(a) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 11. n. 322.* (b) *Baron. an. 362. n. 25. & Græci in Menologio hac die.* (c) *Baron. an. 412. n. 34. An. 428. n. 11. an. 433. n. 27. an. 441. n. 4. & an. 463. n. 6. Sur. tom. 4. prior. edition. in vit. S. Cæsarii Episc. ad 27. August. Gennad. de vir. illust. c. 63. & S. Isidor. c. 15.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 10. c. 66. & Tabul. Eccl. Patavin.* (e) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 10. c. 68. Sur. tom. relat. Vincent. lib. 31. c. 67. & Catal. Script. Britan. Robert. Richius, & Robert. Bavon. in vit.* (f) *Baron. an. 759. n. 11. Sur. tom. 6. relat. & Trithem. lib. 3. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 233.*

(a) *In*

Da sapientiam sapientibus, da scientiam intelligentibus. Daniel. 2.

(a) *In Africa Rufini, Marci, Valerii, &c Soc.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Rufiniani, Marci, Valeri, Victoris, Pauli, Honorati, Donati, Barici, Vitalis, Januari, Justi, item alio loco in Africa Neri, Pauli, Adriani, Secundiani, Marcialis, Victoris, Antegoni, Aureliani, Marcelli, Marini, Secundini, Frontoni.* Martyrol. vetustissim. Antuerpien. *In Africa Januarii, Justa. Item Africa Neri, Pauli, Adriani, Secundiani, Marcialis, Victoris, Antigona, Aureliani, Marcelli, Marinæ, Secundinæ, Frontoni.* Martyrol. Corbejen. *In Africa Rufiniani, Marci, Valeri, Victoris, Pauli, Honorati, Donati, Barici, Vitalis, Januarii, Justi.* Ms. Rom. Monast. S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri ultrà: *Victoris, Marinæ, Secundinæ, Frumioni.* Ms. Divionen. *In Africa Rufini, Fidentiani, Augustini, Felicis.* Galesin. *In Africa Rufini, Marci, Valerii, Pauli, Honorii, Vitalis, & Januarii.* Raban. *In Africa Vitalis, Januarii.* De Peregrin. ut Roman. Martyrolog. at silet *Et Sociorum.*

(c) *Lugduni Eucherii Episcopi.* Apographum Antuerpien. *Cæsari Episcopi.* Apographum Hieronymian. Lucen. *Eugeri Episcopi.* Verùm sphalma in utroque, *Cæsari, & Eugeri,* pro *Eucherii Episcopi.* Apographum Corbejen. *Lugduno Galliæ depositio S. Eucheri Episcopi & Confessoris.*

Cardinal. Baron. in not. & in Annalib. refellit Lugduni duos Eucherios: Raynaudus tamen in Hagiologio Lugdunensi, & Sammarthani duos recensent Lugduni Eucherios Episcopos, alterum Seniorem ordine xx. alterum verò Juniorem ordine xxvii. & licèt secundo Sanctitatis titulum non asciscant, nihilominùs Saussayus utrumque hac ipsa die in suo Martyrologio veneratur. Videndus ipse Raynaudus.

(d) *Patavii Fidentii Episcopi.* Patavium, *Padova* Italis. Urbs antiqua Venetiæ ad Meduacum fluvium interlabentem, eamque penè circumfluentem, Academia Doctorum, & Scholarium numero præclara. Tito Livio Historiæ parente magis gloriabunda, quàm Antenore suo conditore. De Peregrin. *Eodem die S. Fidentii Episcopi & Confessoris, tertii Episcopi Patavini.* Tabul. Patavinæ *Confessorem* tantùm ponunt. Petrus tamen de Natal. martyrio coronatum docet.

Audiens sapiens sapientior erit. Prov. 1.

v. F Quintodecimo Kalendas Decembris. Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

NEocæsarèæ in Ponto natàlis sancti Gregòrii Episcopi, qui doctrìna, & sanctitàte illùstris, propter signa atque miràcula, quæ cum multa Ecclesiàrum glòria perpetràvit, Thaumatùrgus est appellàtus. (*a*) In Palæstìna sanctòrum màrtyrum Alphæi, & Zachæi, qui primo anno persecutiònis Diocletiàni post multa tormènta capitàlem sentèntiam subière. (*b*) Còrdubæ sanctòrum màrtyrum Aciscli, & Victòriæ germanòrum, qui in eàdem persecutiòne jussu Diònis Præsidis sævissimè cruciati, corònas à Dòmino illùstri passiòne meruèrunt. (*c*) Alexandrìæ sancti Dionysii Episcopi, summæ eruditiònis viri, qui multis confessiònibus clarus, & pro passiònum tormentorùmque diversitàte magnificus, plenus dièrum conféssor quièvit, Valeriàni, & Galliène Imperatòrum tempòribus. (*d*) Aureliànis sancti Aniani Episcopi, cujus mortem in conspèctu Dòmini pretiòsam miràcula crebra testàntur. (*e*) In Britànnia sancti Hugònis Episcopi, qui ex mònacho Carthusiàno ad Ecclèsiam Lincolnièsem regèndam vocàtus, multis clàruit miràculis, & sancto fine quièvit. (*f*) Turònis sancti Gregòrii Episcopi. (*g*) Floréntiæ sancti Eugènii confessòris, diàconi beàti Zenòbii ejùsdem civitàtis Episcopi. (*h*) In Germània sanctæ Gertrùdis vìrginis, Ordinis sancti Benedicti, quæ dono revelatiònum clara èxtitit.

(b) *Alphæi, & Soc.* Martyres an. 302. Baronius eo anno n. 85. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(c) *Aciscli, & Soc.* Die seq. Appendix ad Adonem.

(d) *Dionysii Episc.* Die 3. Octobr. Græci in Menologio. Die 18. Februarii Mss. Bruxellen. Treviren. & Tornacen. Maurolyc. Felic. & Bolland. ea die.

(e) *Aniani Episcop.* Die 14. Jun. Molan. Addit. ad Usuard. & Ecclef. Senonenf. ac varia Mss. apud Bellin.

(g) *Gregorii Episc.* Obiit circ. 570. Baron. in not. ad oram marginal. Ann. 594. Vit. apud Sur. An. 595. Pagi to. 2. eo ann. n. 2.

(h) *Eugenii Confessor.* Circa 424. Tabul. Eccles. Florent.

(a) *Baron. an. 233. n. 6. an. 245. n. 3. ann. 253. n. 119. ann. 256. n. 6. & an. 266. nu. 14. & sequ. Euseb. hist. lib. 6. cap. 23. & Socrat. lib. 4. c. 22.* (b) *Baron. an. 302. n. 85. & Græci in Menolog. hac die.* (c) *Baron. an. 303. n. 141. Vasæus in Chronic. Hispan. Beda, Usuard. & Ado hac die.* (d) *Baron. an. 253. nu. 100. ann. 260. n. 19. an. 263. ann. 266. num. 10. & an. 363. n. 14. & Euseb. hist. lib. 6. c. 33. & sequ.* (e) *Baron. an. 451. nu. 46. Petr. in Catal. lib. 10. c. 71. Sur. t. 6. prior. edition. & tom. 11. poster. S. Greg. Turonen. hist. Franc. lib. 2. cap. 7. Hagiolog. Franco-Gallic. Sammarthani, & Saussayus.* (f) *Baron. an. 1186. n. 17. an. 1189. n. 4. & an. 1191. n. 45. Sur. t. 6. relat. Molan. in Catal. Scriptor. Brit. & Petr. Sutor. lib. 2. de vit. Carthusian. c. 5.* (g) *Baron. in not. Sur. t. 6. relat. Petr. in Catal. lib. 10. c. 72. & Trithem. de Script. Eccles. & lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. cap. 10. & 51. & lib. 4. c. 45.* (h) *Baron. in not. & Tabul. Eccl. Florentin.*

Cunctis sermonibus nè accommodes cor tuum. Eccl. 7.

(a) *Neocæsareæ in Ponto Gregorii Episcopi.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Eraclea Civitate natalis SS. Gregorii, & Victoris.* Martyrol. Bluman. & S. Vuillibrordi: *In Eraclea Gragoria, & Victoris.* Martyrol. Corbejen. *In Heraclea Civitate Gregoriæ, Victoris, & Gemini.* Vitium quidem librarii *Gregoriæ*, pro *Gregorii*. Appendix ad Adonem: *Natale S. Gregorii Episcopi & Martyris apud Pontum.* At hic Gregorius Episcopus & Martyr in Ponto cum Sociis est alius à Gregorio Episcopo tantùm; de quo Neocęsareæ in Ponto hac die in Romano Martyrolog. celebris palæstra Martyrum sub Diocletiano fuit Heraclea in Ponto apud Eusebium histor. libr. 8. cap. 12. & oscitantia librarii quando reperitur *Heraclea*, sine *in Ponto*.

(b) *In Palæstina Alphai, & Zacchæi.* Martyrolog. Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Cæsarea Theodora, Alphei, Zacchei, Romani.* Martyrol. vetustissim. Antuerpien. promit: *Alphi, Sancti.* Ms. Vatican. S. Petri: *Victoris, Theodora, Alfa, Zachæi.* Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Factoris, Theodora, Alphai, Zachæi.* Eusebius Cæsariensis de Martyribus Palæstinæ, Valesio interprete, tribuit Palæstinæ Martyres Cæsarienses, *Zacchæum, & Romanum Diaconos, & Alphæum.*

Cardinal. Baron. pro Alpheo, & Zachæo: *Agunt de his etiam Græci hac die in Menologio, adduntque his item Micheam æquè Martyrem.* Verùm Menologium Canisii de iisdem die sequenti.

(c) *Cordubæ Acisceli, & Victoriæ Germanorum.* De Peregrin. *Civitate Corduba Asceli, & Victoria*; subducit *Germanorum*. Die sequ. Apographum Antuerpien. & Corbejen. *In Hispania Corduba Civitate Asciclæ Martyris.* Amanuensis vitium *Asciclæ*. Apographum Lucen. *In Spania Corduba Civitate Ascicli Martyris. Hac die colliguntur ibidem Rosæ.* Apographum Bluman. eadem; verùm luxatè *Ascicli*, pro *Ascicli*. Saussayus quidem hac die, & Tamayus die sequenti in Martyrolog. Hispan. *Ad quorum tumulos olim in die commemorationis eorum Rosæ divinitùs orta colligebantur ad laudem Domini Nostri Jesu Christi.* Adstipulanturque Usuard. & Ado: *Hac die colliguntur ibidem Rosæ ad commemorationem pretiosæ mortis.*

Baronius pro Asciclo accit *Prudentium hymn. 4. de Martyrib. Cæsaraugustan. in Peristeph.* At licèt Prudentius nil afferat de *Victoria*, jungit tamen *Asciclum* cum *Zoello*; Cecinit namque: *Corduba Asciclum dabit, & Zoellum.*

Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem. Eccl. 6.

(e) *Aurelianis Aniani Episcopi.* Apographum vetustissimum Antuerpien. *In Galliis Aureliani Episcopi & Confessoris.* Luxatum amanuensis *Aureliani*, loco Sedis Episcopalis, pro *Aniani* nomine. Alia Apographa Martyrologii S. Hieronymi, & de Peregrin. *Aniani Episcopi & Confessoris.* Beda genuin. *Natale S. Aniani Confessoris.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Eccl S. Mariæ, Tornacen. Monast. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Qui cùm à S. Evurtio Antecessore ejus, & Aurelianensi Populo futurus successor eligeretur, ut in ipso concordia divina electionis claresceret, triduano Jejunio peracto, nedum loquens parvulus allatus in Altari brevi positus Christi operante virtute, tertiò exclamavit: Anianus istius Civitatis est Pontifex institutus; sicque Episcopus creatus, posteà multis coruscavit miraculis.*

iv.

iv. G Quartodecimo Kalendas Decembris. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

(a) *Dedicatio Baſilicarum Petri, & Pauli.* Circ. 325. Pontifical.

(c) *Heſychii Martyris.* Die 4. Martii Menæa Mss. Chifflet. & Bibliothec. Mazarin. Die 10. Maii iterũ Græci.

(d) *Oriculi, & Soc.* Martyres circ. 430. Ado.

(f) *Odonis Abbatis.* Obiit an. 942. Baron. eo an nu. 7. An. 938. Sigebert. in Chronic. Joan. Monach. ejus Diſcipul. in vit. non memorat annum mortis, ſed diem, & hanc.

ROmæ dedicàtio Baſilicàrum ſanctòrum Apoſtolòrum Petri, & Pauli. Quarum primam in ampliòrem formam reſtitùtam Urbànus Octavus hac ipſa recurrènte die ritu ſolèmni conſecràvit. (*a*) Antiochiæ natàlis ſancti Romani màrtyris, qui tèmpòre Galèrii Imperatòris, cùm Aſclepiades Præfèctus in Ecclèſiam irrùmperet, eàmque fùnditus conàrètur evèrtere, cæteros Chriſtiànos hortàtus, ut ei contradìcerent, poſt dira tormènta, & lìnguæ abſciſſiònem (ſine qua tamen Dei præcònia loquebàtur) in càrcere làqueo ſtrangulatus, cèlebri martyrio coronàtur. Paſſus eſt ètiam ante ipſum puèrulus nòmine Barula, quì ab eo interrogàtus utrùm mèlius eſſet unum Deum còlere, an plures deos; cùm in unum Deum, quem Chriſtiàni colunt, credèndum eſſe reſpondiſſet, verbèribus cæſus, juſſus eſt decollàri. (*b*) Item Antiochiæ ſancti Heſychii màrtyris, qui cùm eſſet miles, & præcèptum audiſſet, ut quiſquis non ſacrificàret idòlis, cìngulum militiæ depòneret, repèntè cìngulum ſolvit: ob quam cauſam ligàto in dèxtra ejus ingènti ſaxo, in flùvium præcipitàri juſſus eſt. (*c*) Eòdem die ſanctòrum Oriculi, & ſociòrum, qui in perſecutiòne Vvandàlica pro fide Cathòlica paſſi ſunt. (*d*) Mogùntiæ ſancti Maximi Epiſcopi, qui tèmpore Conſtàntii multa paſſus ab Ariànis, confèſſor occùbuit. (*e*) Turònis trànſitus beàti Odònis abbàtis Cluniacènſis. (*f*) Antiochiæ ſancti Thomæ mònachi, quem Antiochèni ob peſtem ejus prècibus ſedatam, ſolemnitàte ànnua colvèrunt. (*g*) Lucæ in Tùſcia translatio ſancti Frigdiàni Epìſcopi & confeſsòris. (*h*)

(a) *Baron. an. 324. n. 62.* (b) *Baron. an. 302. n. 86. & 87. Græci in Menolog. Euſeb. hiſt. lib. 8. c. 12. & Mombrit. t. 2.* (c) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 76* (d) *Baron. ibidem, & Molan. Addit. ad Uſuard.* (e) *Baron. an. 353. n. 22. Sur. t. 5. prior. edition. & Trithem.* (f) *Baron. an. 936. n. 9. An. 938. n. 2. an. 941. n. 3. & an. 492. n. 7. Sur. t. 6. prior. edition. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 215. & Sigebert. in Chronic. ad an. 938.* (g) *Baron. in not. Niceph. hiſt. lib. 27. cap. 23. & Prat. Spiritual. c. 88.* (h) *Baron. in not. Franciot. hiſt. SS. Lucen. Ferrar. Catal. SS. Ital. Molan. Galeſin. Maurolyc. & alii.*

Sapientis oculi in capite ejus. Eccl. 2.

Ad intelligenda verba, et eruditionē doctrinæ. Prov. 1.

(b) *Antiochiæ Romani Martyris, & Barula.* De Peregrin. *Barrala.* Martyrologium Hieronymian. Lucen. & Bluman. *In Antiochia Civitate Romani Monachi, Barale, & Iſici Martyris.* Martyrolog. Antuerpien. *Barili.* Martyrolog. Corbejen. *Heſichii.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen. & Lætien. *Antiochia paſſio Romani Monachi, & Barais pueri.* Mss Roman. Monaſterii Sancti Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *in Antiochia Romani Monachi.* Ms. Divionen. & Martyrolog. Roman. vet. *Et Martyris.* An pro *Barala*, ſcribendum *Barula*, ambiguum. Euſebius quidem nil habet de Martyrio hujus Barulæ pueri; Aliundè Ado, Uſuard. & cæteri Latini *Baralas infans* efferunt. Quemadmodum Acta apud Mombrit. t. 2. *Barulam puerum*; quòcirca rectiùs *Barula* ſcribendum. Quo ad Romanum Monachum & Martyrem, hic videtur quidem alius à Romano Martyre tantùm. Videndi Baronius, & Florentinius in not. ad eorum Martyrologia.

Valesius in not. ad Eusebium de Martyribus Palæstinæ arguit erroris Græcos, qui hac die duos Romanos Martyres signant in Menæis, & miratur id Baronio hac ipsa die in notis placuisse; At Florentinius in suis notis hos duos Romanos sustinet.

(c) *Item Antiochia Hesychii militis & Martyris*. Martyrol. Roman. vetus: *Hesychii Palatini, & Martyris*. Florus: *Ysici Palatini & Martyris*. Ms. Divionen. *Hesycii Palatini & Martyris*. Græci ad 10. Maii: *S. Hesychius Martyr jussu Maximiani in fluvium præcipitatus*.

(h) *Lucæ in Tuscia Frigdiani Episcopi & Confessoris*. Apographum Hieronym. Lucen. *In Tuscia Lucca Civitate depositio S. Frigiani Episcopi*. De Peregrinis: *Eodem die Fridiani Episcopi & Confessoris*. Aliqua vetusta monumenta, *Fridianum, & Frigianum* proferunt. An hæc dies sit Translationis, vel depositionis, & quinam sit dies obitus, legendus ipse Florentinius vir clarissimus, patria inclytæ Lucæ, hac ipsa die.

iij. A Tertiodecimo Kalendas Decembris. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

IN òppido Marpurg in Germània depositio sanctæ Elisabeth vìduæ, Andrèæ Regis Hungaròrum filiæ, tèrtii Ordinis sancti Francìsci, quæ pietàtis opèribus assìduè intènta, miràculis clara migravit ad Dòminum. (*a*) Natalis beàti Pontiàni Papæ & màrtyris, qui ab Alexàndro Imperatòre cum Hyppòlito presbytero in Sardiniam deportàtus, ibìque fùstibus mactàtus, martyrium consummàvit: corpus verò ejus a beàto Fabiàno Papa Romam delàtum, atque in cœmetèrio Callisti sepùltum est. (*b*) Samarìæ sancti Abdìæ Prophètæ. (*c*) Romæ via Appia natàlis sancti Màximi presbyteri & màrtyris, qui in persecutiòne Valeriani passus, pòsitus est ad sanctum Xystum. (*d*) Cæsarèæ in Cappadòcia sancti Bàrlaam màrtyris, qui agrèstis licèt, & rudis, Christi sapièntia munìtus, tyrànnum vicit, & ignem ipsum fidei constàntia superavit: in cujus die natàli sanctus Basilius Magnus cèlebrem habuit oratiònem. (*e*) In civitàte Astiagènsi beàti Crispini Epìscopi, qui càpite amputàto, martyrii glòriam adèptus est. (*f*) Viènnæ sanctòrum màrtyrum Severìni, Exupèrii, & Feliciàni: quorum còrpora post multa annòrum currìcula, ipsis revelàntibus, invènta, & à Pontìfice, Clero, & pòpulo illius urbis honorìficè sublàta, condìgno honòre còndita sunt. (*g*) Eòdem die sancti Fausti diàconi Alexandrìni, qui primùm in persecutiòne Valeriàni cum sancto Dionysio in exìlium missus, deìnde in persecutiòne Diocletiàni ætàte longævus, glàdio animadvèrsus martyrium consummàvit. (*h*) In Isàuria pàssio sanctòrum Azæ, & sociòrum centum quinquagìnta Mìlitum sub Diocletiano Imperatòre, & Aquilino Tribùno. (*i*)

(a) *Elisabeth.* Obiit an. 1231. Montan. in vit. An 1216. Viola Sanctor.

(b) *Pontiani Pap.* Martyr an. 237. Baron. eo an. n. 10 An. 241. Euseb in Chronic. Ann. 235. Pagi to. 1. ad eum annum nu. 7. Die sequ. Beda, Ado, & Ms. Divionen. Die 13. August. Bucher. & Florentin. Die 28. Septembr. Pagi loc. cit. Die 30. Octobr. Luitprand. & Floriacensis.

(c) *Abdiæ Prophet.* Circa 930. ante Christ. nat Epiph. de vit. & interit. Prophet. c. 15 Die 24. Jun. Kalen. Carmelitan & Breviar. Ms Mechlin.

(e) *Barlaam.* Die 16. Novembris Græci in Menolog Die 27. Januar. Martyrolog. Gallo-Belgic. ut Bolland. ea die.

(a) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edition. S. Antonin. par. 3. tit. 19. c. 11. Grantz. hist. Saxon. lib. 7. c. 48. Sur. t. 6. prior. edition. Petr. in Casal. lib. 10. c. 79. & Minorita in Chronic. Ordin. Minor. lib. 9. par. 1. c. 10. ad 48.* (b) *Baron. an. 237. n. 1. & 10. Euseb. in Chron. & histor. lib. 6. c. 22. Optat. Milevit. lib. 2. contra Parmen. S. Augustin. Epist. 165. Nicephor. Episcop. Constantin. in Chronic. & Euseb. Callist. hist. lib. 5. c. 26. & alii.* (c) *Baron. in not. Græci in Menolog. Epiphan. de vit. & obit. Prophet. c. 15. Doroth. in Synopsi, & S. Hieronym. Epistol. 17. ad Eustoch.* (d) *Baron. an. 259. n. 12. & sequ. Usuard. Ado, & alii.* (e) *Baron. an. 304.*

304. n. 63. & sequ. & Greci in Menolog. ad 16. Novemb. (f) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 10. c. 84. Breviar. Toletan. Usuard. & Ferrar.* (g) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 82.* (h) *Baron. an. 260. n. 19. & sequ. & n. 29. Euseb. hist. lib. 7. c. 10. in fine, Usuard. Ado, & alii.* (i) *Baron. in not. & Graci in Menologio.*

Audite, et intelligite, discite, & præbete aures. Sap. 6.

(b) *Pontiani Papa & Martyris.* Ad 13. Augusti Martyrolog Hieronymian. Lucen. & Corbejen. *Romæ Ypoliti Martyris, Pontiani Episcopi, Luciani, Cornelii, Cassiani, Calesti cum sociis eorum.* Martyrolog. Bluman. *Epoliti*; silet *Calesti.* Martyrolog. vetustissim. S. Vuillibrordi: *Romæ Hippolyti, Pontiani Episcopi, Luciani, Cœlestis, Cassiani.* Bucher. *Hyppolisy in Tiburtina, & Pontiani in Callisti.* Onuphr. Schol. ad Platin. tradit, Pontianum Pontificem morte naturali obiisse. Historici tamen antiqui, quos Baronius sequitur, ferunt Martyrio affectum; alii *sub Alexandro*, alii *sub Maximino*, & alii *sub Severo*: at Severus Christianis favebat, eosque domo sua alebat, ut alibi visum.

(d) *Romæ Maximi Presbyteri & Martyris, in persecutione Valeriani.* De Peregrinis: *In persecutione Maximiani.* Ms. Divionen. *Romæ Maximini Presbyteri & Martyris, Faustini Diaconi, & Eusebii Martyrum.*

(e) *Cæsarea in Cappadocia Barlaam Martyris.* Apographa Martyrol. S Hieronymi Lucen. & Corbejen. *In Cæsarea Cappadociæ Maximi, Muciani, Neoferi, Tubis, seu Tobis, Januarii, Vitalis, Carterii, seu Casteri, Marciani, Dicenti, Zethori.* Apographum Antuerpien. corripit *Carterii*, seu *Casteri*, & ponit bis *Januarii*. Ms. Roman. Barberinian. *In Cæsarea Cappadocia Maximi, Neopheri, Januarii.* Mss. Vaticanum S. Petri, & Rom. Monast. S. Cyriaci in Thermis subdunt: *Muciani, & Vitalis.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monast. S. Martini: *Cæsarea natale SS. Januarii, Neopheri, & Vitalis.* Ms. Tornac. Monast. S. Martini prosequitur: *Castherii, Marciani, & Zephori.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Cæsarea Januarii, Casterii, Zethori, & Vitalis.* Raban. *In Cæsarea Cappadociæ natale Maximi, Muriani, Neophiti, & aliorum xl.* De Barlaam silent. An inter Anonymos lx. penès Raban. addubitandum. Verùm hic Maximus est alius à Romano.

(h) *Eodem die Faustini Diaconi.* Martyrolog. Roman. vet. *Fausti Diaconi, & Eusebii Collega ejus, Martyrum visitatorum.* Quid sibi velit hoc verbum *Visitatorum*, nondum certi aliquid comperitur. Putandum forsan idem significare, ac apud Optat. Milevitan. lib. 2. advers. Parmen. *Vindicatorum*; quos videlicet Episcopale, aut Synodale decret. facta diligenti inspectione ac visitatione, veros esse Christi Martyres, & publico cultu dignos pronunciasse. Aut fortasse tò *Visitatorum* activè sumendum; quatenus Christianos vinctos, & carceri conclusos visitare solerent: Est namque credibile, aliquibus industria, opibusque pollentibus, id pro munere olim injunctum fuisse, ut Christianos visitarent.

Sunt hi Sermones, ut non excidatis. Sap. 6.

(d) *Romæ Maximi Presbyteri & Martyris. In persecutione Valeriani.*

Disceptatio Historico-Chronologica Litteralis.

Eminentissimus Baron. in not. admonet, sibi hunc S. Maximum Presbyterum ignotum esse; & quidem licet Pamel. illum fuisse putet, qui aliquando Fidei Confessor, & dein Novatiano adhæsit, tamen rediit ad Ecclesiam, itaut ad ipsum uti ad cæteros Confessores scripsit Epistol. 16. 44. & alias: at non liquet, fuisse martyrio affectum.

Baronius in prælibatis notis statim subdit pro Romani Martyrologii assertione, hunc Maximum Presbyterum esse illum Maximum Commentariensem, à Sancto Stephano Papa & Martyre baptizatum, & persequutione Decii à ponte præcipitatum in Tiberim hac die XIII. Kal. Decembr.

Ast ex eo quòd hic Maximus vocetur *Presbyter*, videtur alius à Maximo *Commentariensi*, qui in relato Codice profectò non erat Presbyter, sed Carceris Custos, & Captivorum Nomenclator.

Exhibet ultrà Baronius in iisdem notis Acta hujus S. Maximi inserta in Ms. Codice S. Mariæ ad Martyres Romæ simul cum iis Sanctorum Eusebii, Marcelli, & Sociorum pag. 94. & ferunt in Cœmeterio ad Sanctum Sixtum sepultum.

Verùm suspicandum, an illi Maximo ad Sanctum Xystum sepulto adaptanda sint verba Martyrologii, ut alio ab hoc Maximo Presbytero, ut ea Acta indicant. Præterea Martyrolog. Patrician. Ms. Neapoli penès Cleric. Regular. SS. Apostolorum, & de Peregr. promunt, hunc Maximum imperante *Maximiano* subiisse Martyrium. Aliunde Maxim. Commentariensis in *Decii* persequutione effertur Martyrizatus, ut Baron. in notis, quemadmodum Roman. Martyrologium Maximum Roman. Presbyterum promit in persequutione Valeriani; undè ut hæc tricа expungatur, si sapientioribus consonum, correpto tò Presbyteri, rescribatur: *Romæ via Appia natale S. Maximi Martyris.*

* *Hodie Sol ingreditur in Signo Sagittarii, & in eo usque ad 20. Decemb. inclusivè.*

ij. B Duodecimo Kalendas Decembris. Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

A B C D E *F* F G H M N P

19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

(b) *Octavii, & Soc.* Die 20. Januar. Bellin. Galesin. Maurolyc. Felic. Ferrar. et de Peregrin.

(c) *Agapii, & Soc.* Martyres an. 305. Baron eo an. n. 7. An. 306. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

SAncti Felicis de Valòis confessòris. Messànæ in Sicilia sanctòrum martyrum Ampèli, & Caii. (*a*) Taurìni sanctòrum mártyrum Octavii, Solutòris, & Adventòris, Thebânæ legiònis militum, qui sub Maximiàno Imperatòre egrègiè decertàntes, martyrio coronati sunt. (*b*) Cæsarèæ in Palæstina sancti Agàpii màrtyris, qui sub Galèrio Maximiàno Imperatòre damnàtus ad bèstias, & ab iis nil læsus, lapìdibus ad pedes appènsis in mare demèrgitur. (*c*) In Pèrside pássio sanctòrum Nersæ Episcopi, & sociòrum. (*d*) Doròstori in Mysia sancti Dásii Epìscopi, qui cùm nollet in festo Satùrni impudicitiis ejus consentire, sub Basso Præside cæsus est. (*e*) Nicææ in Bithinia sanctòrum martyrum Eustàchii, Thespèsii, & Anatòlii in persecutiòne Maximìni. (*f*) Heraclèæ in Thràcia sanctòrum martyrum Bassi, Dionysii, Agapìti, & aliòrum quadraginta. (*g*) In Anglia sancti Edmùndi Regis & martyris. (*h*) Constantinòpoli sancti Gregòrii Decapolìtæ, qui ob cultum sanctàrum Imàginum multa passus est. (*i*) Mediolani sancti Benìgni Epìscopi, qui in magna barbaròrum perturbatiòne Ecclèsiam sibi commìssam summa constàntia, & religiòne administràvit. (*k*) Cabilòne sancti Silvèstri Episcopi, qui quadragèsimo secundo sui sacerdòtii anno plenus dièrum atque virtùtum migravit ad Dòminum. (*l*) Veronæ sancti Simplicii Epìscopi & confessòris. (*m*)

(f) *Eustachii, & Soc.* Martyres circ. 237. Græci in Menologio.

(i) *Gregorii Decapolitæ.* Die 18. April Acta Bolland. ea die.

(m) *Simplicii Episc.* Cir. 500. Ferrar.

(a) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. n. 3. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 297. n. 16. Petr. de Natal. lib. cit. n. 326. Usuard & Ado.* (c) *Baron ann. 305. nu. 7. & sequ. & Euseb. hist. Eccles. lib. 8. cap. 16.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (e) *Iidem ibidem.* (f) *Ibidem.* (g) *Baron. in not. & Beda.* (h) *Baron. an. 870. n. 45. Sur. t. 6. prior. edition. & Molan. Add. ad Usuard.* (i) *Baron. an. 731. n. 7. Græci in Menolog. hac die, & Bolland. ad 18. April.* (K) *Baron. an. 400. n. 12. & Tabul. Eccles. Mediolanen.* (l) *Baron. an. 453. n. 44. & an. 509. n. 13 Sur. t. 5. prior. edit & S. Greg. Turonen. de glor. Confess. cap. 85.* (m) *Baron. in not. & Card. Valor. de antiqu. Monument. Episc. Veronen. pag. 11. & 42.*

Testimonia, & judicia nec vera, nec falsa vendenda. S. August. Epist. 54.

(a) *Messanæ in Sicilia Ampeli, & Caii.* Aliis *Anselici, Amphelei, Appelici, Amphisii, Amphelici.* Martyrol. Hieronym. Lucen. *Ampeli, Gagi.* Martyrolog. Antuerpien. *Ampli.* Martyrol. Corbejen. & Bluman. *Ampheli, Caii.* Ms. Divionen. *Ampeli, Gaii.* Ms. Tornacen. *In Sicilia passio S. Ampelii,* non habet *Caii:* aut *Gagi.* Petr. de Natal. effert: *Mampeli.* Beda: *Gagi.* Ferrar. Cat. SS. Italiæ, & Maurolyc. Siculus Messanen præter nuda nomina nil aliud cumulant.

(b) *Taurini Octavii, Solutoris, & Adventoris* Taurinum, quæ & Augusta Taurinorum, *Torino* Italis, urbs antiqua Galliæ Cisalpinæ, & Transpadanæ apud Padum flumen in Liguriæ confinio: quondam sub Longobardis, ex præcipuis Italiæ, Ducum Sedes. Nunc etiam clara Pedemontanæ Regionis caput, ac Ducis Subaudiæ Sedes, ubi Senatus, & Academia, Duriæ fluvii aquis irrigata. Media inter Astam, aut cum aspiratione Hastam Pompejam, vulgo *Aste*, & Segusium. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Taurinis Civitate Octavi, Solutoris, Adventoris, & Agapæ Virginis, Baselisci, Saturnini, Emereti, Secundi.* Martyrol. Veissemburgense habet: *Agapi, Emeriti.* Martyrolog. Antuerpien. corripit *Adventoris,* & profert: *Agapis, Emeriti.* Martyrolog. Corbejen. *Bassilei* pro *Basilisci,*

Quæ falsa venduntur scelerate à volentibus dantur. S. August. Epistol. 54.

ftiifci, reliqua ut primum. Ms. Roman. Barberinian. ut Martyrol. Roman. at effert *Octavi*. S. Maxim. Ser. 77. inter Opera S. Ambrosii pro *Adventoris*, promit *Adventitii*, & Petr. de Natal. pro *Taurini Urbe*, signat *Taurini Martyris*, loco Octavii. Martyrol. de Peregrin. ad 20. Januarii: *Civitate Taurina Sanctorum Martyrum Solvatoris, Adventoris, & Octavi*.

(c) *Cæsarea in Palæstina Agapii, sub Galerio Maximiano*. Apographum Corbejen. & Hieronymian. Lucen. *In Cæsarea Agapiti*. Apographum Antuerpien. *In Cæsarea Cappadocia Agapiti, Orionis*. Cæsareæ quidem Palæstinæ Agapius inscribendus, & Agapius non Agapitus. Eusebius lib. de Martyr. Palæstin. ca. 6. de Agapio ursç obiecto, & laniato, non sub *Galerio Maximiano*, sed tradit *Præsente Maximino Imperatore vigesimo mensis Dii, quod est ante duodecimum* Kalendas *Decemb.*

(e) *Dorostori in Mysia Dasii Episc.* Cardinal. Baron. in not. laudat Græcos in Menologio. At Menologia Canisii, & Basilii non promunt *Dorostori in Mysia Dasii Episcop.* sed: *Dorostoli apud Istrum, Dassi*, sivè *Dasii Militis*; undè videtur alius: Istrum namque est alia Regio à Mysia.

(g) *Heracleæ in Thracia Bassi, Dionysii, Agapiti, & aliorum quadraginta*. Martyrol. vetustissim. S. Vuillibrordi: *In Eraclea Bassi, Dionysii*. Martyrol. Corbejen. Hieronymian. Lucen. & Bluman. addunt: *Orionis, & Dassi*. Mss. Roman. Barberinian. Monasterii S. Cyriaci, & Vaticanum S. Petri: *in Eraclea Bassi, Dionisii, Orionis*. Ms. Attrebaten Eccl. S. Mariæ *Eraclea natale S. Gagi, & Dionysii*. Ms. Tornac. Monaster. S. Martini ultrà: *bassi, & Ciassi*.

(h) *Edmundi Regis & Martyris*. Petr. de Natal. lib. 10. c. 89. & 90. duos alios Edmundos refert, Reges Anglorum, & impiè cæsos.

(i) *Gregorii Decapolita*. Dicitur *Decapolita*, ab Isauria, ubi natus. Regiungula Decapolis à decem Urbibus appellata.

j. C Undecimo Kalendas Decembris. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

(a) *Præsentatio Virginis Mariæ*. De ann. 700. hæc Festivitas in Eccles. Græca. De an. 1375. in Galliis. De an. 1585. universaliter sub ritu duplici à Xisto V.

(b) *Rufi*. Die 8. Apr. Tabul Græcæ, & Kalendar. Moscovitic.

JErosòlymis præsentàtio beàtæ Dei genitrìcis Vìrginis MARIÆ in Templo. (*a*) Eòdem die natàlis beàti Rufi, de quo sanctus Paulus Apòstolus ad Romànos scribit. (*b*) Romæ passio sanctòrum Celsi, e Clemèntis. (*c*) Apud Ostia Tiberina sanctòrum màrtyrum Demètrii, & Honòrii. (*d*) Rhemis sancti Albèrti Episcopi Leodiènsis & màrtyris, qui pro tuènda Ecclèsiastica libertàte necàtus est. (*e*) In Hispània sanctòrum màrtyrum Honòrii, Eutychii, & Stèphani. (*f*) In Pamphilia sancti Heliodòri màrtyris, in persecutiòne Aureliàni sub Aètio Præside: post quem ipsi tortòres convèrsi ad fidem, in mare demèrsi sunt. (*g*) Romæ sancti Gelasii Papæ, doctrina, & sanctitàte conspìcui. (*h*) Verònæ sancti Mauri Episcopi & confessòris. (*i*) In monastèrio Bobiènsi depositio sancti Columbàni abbàtis, qui multòrum cœnobiòrum fundator, plurimòrum monachòrum èxtitit Pater, multisque virtùtibus clarus, in senectùte bona quièvit. (*k*)

(g) *Heliodori*. Die 19. Decembr. Græci in Menolog.

(h) *Gelasii Papæ*. Die 19. Novembr. Marian. Scot. & Usuard. Die 4 Februar. Florar. Ms. & Pagi t. 2. ad an. 496.

(K) *Columbani Abbat.* Die 23. Novembris Martyrol. Luxovien. Bisontin. & Epternacen. ac Raban. & Florentin.

(a) *Baron. t. 1. in apparat. n. 47. & sequ. & Græci in Menolog. hac die*. (b) *Baron. an. 51. n. 3. & an. 58. n. 56. Doroth. in Synopsi, Paul. ad Roman. c. 16. Usuard. Ado, & alii*. (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. ibidem*. (e) *Baron. in not. & Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belg.* (f) *Baron. ibid. Vasæus in Chronic. Flos SS. Hispan. Thesaur. Concion. t. 2. hac die, & Laurent. Padil.* (g) *Baron. an. 275. nu. 10.* (h) *Baron. an. 492. ad an. 496.* (i) *Baron. in not. & Cardinal. Valer. de antiqu. Monument. Eccl. Veronen. pag 9. & 40.* (k) *Baron. an. 579. n. 14. Sigebert. in Chron. ad an. 598. Petr. in Catal. lib. 10. c. 95. Trithem. lib. 2. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. c. 5. & lib. 3. c. 26. & Mabillon. Sæcul. 2. benedictin.*

(b) *Rufi*

Scrutamini scripturas. Joann. 5.

(b) *Ruf.* In Tabul. Græcis, & Kalendar. Moscovitic. pingitur unà cum Sanctis Herodione, & Agabo.

(d) *Apud Ostia Tiberina Demetrii, & Honorii.* Martyrol. vet. Hieronymian. Lucen. Corbejen. & Bluman. *In Civitate Austis Demetri, Honori, Maximi, Quintiani, Sisinni, Stati, Tuti, Stefani, Pioni, Eracli, Macedoni, Veri, Teodoli.* Martyrolog. Antuerpien. S. Vuillibrordi: *In Civitate Astis Dimetri, Honori.* Maurolyc.& Galesin. *Hostia Demetrii, & Honorii.* An *Hostia*, pro *Astis*, alii decernant: *Hostia* namque propriè accedit ad Urbem *Astis*, seu *Astæ*. Urbs Liguriæ Comitatus caput, sub Pedemontano Principe. Media inter Genuam, & Eporediam: *Asta Pompeja* dicta.

(k) *In Monasterio Bobiensi Columbani Abbatis.* Bobium, *Bobio* Italis. Urbs Liguriæ intra Apennini Montes, in valle ad Trebiam flumen, medio itinere inter Placentiam, & Dertonam, & inter Ticinum, & Genuam. Nonnulli autumant priùs *Liburnam* dictam, quod Antonini Augusti itinerarium persuaderi videtur. Aliis hæc Urbs recens est, & ex Monasterio à S. Columbano Abbate extructo, in Civitatem crevit. Apographum Epternacen. *Columnani Abbatis.* Mabillon. Sæcul. 2. Benedictin. ex diversis Mss. Codicibus: *Animam membris solutam Cœlo reddidit xi. Kal. Decembris.* Patric. Flaming. in vit. ex Ms. Trevirensi. *1x. Kalend. Decembr.* Pagi t.2. ad an.615. n.14. pro concordia de die obitus controverso sentit, hunc Sanctum hac die 21. Novembr. è vita migrasse, & die 23. sepultum. Apographa quidem Martyrologii S. Hieronymi ad 23. Novembris: *Depositio S. Columbani Abbatis.*

Disceptatio Topographica Litteralis.

(c) *Romæ passio SS. Celsi, & Clementis.* Quùm de Sancto Clemente Pontifice omnes ferè Latini, & etiam Romanum Martyrologium memorent ad 23. Novembris, ut ea die, & aliundè in hodierna lectione de his Sanctis Celso, & Clemente Romanum Martyrologium paucis verbis se expedit, ambigendum modò, an hac die *Romæ* Martyrizati.

Errant nescientes scripturas. Maul. 22.

Eminentissim. Baron. in notis Mss. antiq. Monasterii S. Cyriaci in Urbe Roman. Martyrologium tutatur.

At Henschen. vir eruditus in Act. Sanctorum ad 23. Februarii, ex Græcorum Menæis ea die, Clementem prostat gladio percussum in *Græcia*, aut in alia Provincia, testando, se nil in dicto Ms. Apographo S. Cyriaci invenisse, neque de Clemente, neque de Celso, benè tamen apud Galesinium solùm de Clemente Romæ sine Celso; undè retur culpa Amanuensis pro *Ms. Galesinii*, exaratum *Ms. S. Cyriaci*, ex quo Baronius forsan deceptus, atque ex mole Annal. Ecclesiastic. distractus, dein *Ms. S. Cyriaci* pro *Ms. Galesinii* adnotavit.

Verùm Martyrologia Antuerpien. Corbejen & Richenovien. hac ipsa die promunt: *Romæ natalis S. Clementis.*

Nihilominùs hæc Martyrologia indicare intendunt pro tò *Natalis* venerationem hodiernam Clementis Romæ, & solùm ipsum Clementem ferunt: & in Rom. Martyrologio legitur *Passio*, vox nullatenus pro veneratione usurpanda, sed prò actu certaminis, hac die Romæ sequuto, ut liquet.

Nec officit subdere Apographa S. Hieronymi, & Bucherium ad 9. Novembris Clementem *Romæ* retulisse.

Nam Apographa protulere: *v. Idus Novembris Romæ natalis SS. Clementis, & Simpronii*, sivè *Symphronii*. Et Bucher. *v. Idus Romæ Clementis, Semproniani, Claudi, Nicostrati in Comitatu* nullo nomine *Celsi*, ex quo jam hic *Clemens* videtur alius, & quòd *Celsus* in Romano Martyrologio superadditus sit. Nè igitur hoc nutet, & Roma suos Sanctos Clementem, & Celsum habeat, si tale erit sapientiorum judicium, sedulò proferret, ut pro *Passio* præscribat *Natalis*, quo indicaretur festivitas sivè Translationis, sivè Venerationis, scilicet: *Romæ natalis SS. Clementis, & Celsi.*

* D Decimo Kalendas Decembris. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1							

ROmæ sanctæ Cæciliæ vìrginis & màrtyris, quæ sponsum suum Valeriànum, & fratrem ejus Tibùrtium ad credèndum in Christum perdùxit, & ad martyrium incitàvit. Hanc Almàchius Urbis Præfèctus post eòrum martyrium tenèri, atque illùstri passiòne post ignem superàtum glàdio fecit consummàri, tèmpore Marci Aurèlii Sevèri Alexàndri Imperatòris. (a) Colòssis in Phrygia sanctòrum Philèmonis

monis, & Apphiæ ſancti Pauli diſcipulòrum, qui ſub Neròne Imperatòre, cùm Gentiles in die feſto Diànæ invaſiſſent Ecclèſiam, cęteris fugièntibus tenti, juſſu Artòclis Præſidis verbèribus cæſi, & in fòveam uſque ad renes incluſi, lapidibus opprimùntur. (b) Item Romæ ſancti Mauri màrtyris, qui ex Africa vèniens ad ſepùlchra Apoſtolòrum, ſub Numeriàno Imperatòre, & Celerino Urbis Præfècto agonizàvit. (c) Antiochiæ Piſidiæ pàſſio ſanctòrum Marci, & Stèphani ſub Diocletiàno Imperatòre. (d) Auguſtodùni ſancti Pragmàtii Epiſcopi & confeſsòris. (e)

(c) *Mauri Martyris*. Die præcedenti Beda, & Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monaſter. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti.

(d) *Marci & Soc.* Martyres an. 305. Baron. eo an. nu. 16. Anno 306. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

(a) *Baron. an. 232. nu. 11. & an. 821. nu 9. & sequ. Caniſ. in Menolog. Græcor. Lippoman. t. 5. Sur. t. 6. prior. edition. Sigebert. in Chronic. ad an. 821. & Roſ. in vit.* (b) *Baron. an. 60. nu. 40. item Græci in Menologio hac die.* (c) *Baron. an. 284. nu. 8. Petr. in Catal. lib. 10. c. 93. & Uſuard. hac die.* (d) *Baron. an. 305. nu. 16. & Græci in Menologio hac ipſa die.* (e) *Baron. an. 490. nu. 22. & ſeq. Sidon. Apollinar. Epiſt. 2. lib. 6. Maurolyc. Galeſin. aliique.*

Dies Diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiā. Pſalm. 18.

(a) *Romæ Cęciliæ, Valeriani, & Tiburtii tempore Alexandri Imperat.* Apograph. Hieronymian. Lucen. & Corbejen. adſciuere *Maximum.* Martyrol. S. Vvillibrordi: *Romæ Cæciliæ, & in Oſtia Demetri, Honorati, Valeriani, Tiburtii, Maximi.* Calendar. Fronti, & Raban. *Die 22. Novembr. natalis S. Cæciliæ;* nil aliud. Menolog. Caniſii: *Sub Diocletiano Imperat.* Uſuard. *Sub Commodo.* Baron. *Sub Alexandro.* Acta SS Saturnini, Dativi, Felicis, & ſociorum aliam *Cæciliam* martyrem panditant apud Sur. t. 2. ad 11. Februar.

(c) *Romæ Mauri martyris.* Mss. Attrebaten. Eccleſ. S Mariæ, Tornacen Monaſterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti die præcedenti: *x. Kal. in Hiſtria civitate natale S. Mauri Martyris.* De Peregrinis adhuc pridie ita retulit, & denuo hac die ut Roman. Martyrolog. *Romæ S. Mauri Martyris ſub Celerino Præfecto:* forſan Maurus Hiſtriæ eſt alius. Iſtria, ſive Hiſtria cum aſpiratione, Italiæ Regio extrema, quaſi peninſula in Hadriaticum mare excurrens, intra ſinus Tergeſtinum, & Flanaticum intercepta; ſeu inter Formionem, & Arſiam.

(e) *Auguſtoduni Pragmatii Epiſcopi* Apographa Martyrol. S. Hieronymi penès Florentinium: *Pragmati.* De Peregrin. die præcedenti: *Plaſmatii.*

Cardinal. Baron. in not. indigitat Concilio Epaunenſi interfuiſſe; quod ſupputat in Annalibus actum an. 509. ut eo an. nu. 13. Pagi tamen ad eundem an. 509. nu. 21. ſuadet ex Sirmondo, laudatum Concilium an. 517. in Regno Burgundiæ celebratum. Mabillonius l. 2. de Re Diplomat. c. 23. nu. 4. in ejuſdem Concil. ſubſcriptionibus inter 27. Epiſcopos ibi ſubſcriptos hunc S. Pragmatium Epiſcopum Auguſtodunenſem non legit, neque numerat. Et licèt hic S. Epiſcopus reperiatur Concilio Aleratenſi ſubſcriptus, non idcircò omnes, qui ipſi Concilio interſuere, adhuc ſequenti Concilio Epaunenſi ſubſcripſere, ut Baronius autumat: Sed Epiſcopos, qui Fauſti literas ſubſignarunt tempore Leontii Arelatenſis, adnotat Pagi t. 2. ad an. 490. n. 14. fuiſſe alios ab iis, qui Epaunenſi Synodo intervenere.

Ad illuminationem ſciētiæ in manifeſtatione veritatis. 2. ad Corinth. 4.

xxix. E Nono Kalendas Decembris. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2					

* *Initium Apellæi, tertii Syro-Macedonum, & Audinæi tertii Macedonum menſis.* Pagi t. 1. in calc. ex Epoch. Cardinal. Noris.

NAtàlis ſancti Clemèntis Papę, qui tèrtius poſt beàtum Petrum Apòſtolum Pontificàtum tènuit, & in perſecutiòne Trajàni apud Cherſonèſum relegàtus, ibi alligàta ad collum ejus ànchora in mare pręcipitàtus, martyrio coronàtur: cujus corpus Nicolào Primo Pontìfice Romam translàtum, in Ecclèſia, quę ejus nòmine àntea fuerat extrùcta, honorìficè recònditum eſt. (a) Romę ſanctę Felicitàtis, matris ſeptem filiòrum màrtyrum, quę poſt eos, jubènte Marco Antonì-

(a) *Clementis Pap.* Martyr an. 102. Baron. eo an. nu. 1. & seq. An. 77. Pagi t. 1. ad ann. 100. nu. 2. Die praeced. Graeci in Menologio Sirleti. Die 25. Novembr. in Menolog. Basilii. Die 26. Apuil. Kalendar. Ms. praefixum ante S. Isidor. de Divin. Offc. Romę in Bibliothec. Vallicellan.

no Imperatòre, decollata est pro Christo. (*b*) Emèritæ in Hispània sanctæ Lucrètiæ virginis & màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiàni sub Daciàno Præside martyrium consummàvit. (*c* Cyzici in Hellespònto sancti Sisinii màrtyris, qui in eàdem persecutiòne post multa tormènta glàdio cæsus est. (*d*) Icònii in Lycaònia sancti Amphilòchii Epìscopi, qui sanctòrum Basilii, & Gregòrii Nazianzèni in erèmo sòcius, & in Episcopàtu collèga, post multa certàmina pro Cathòlica fide suscèpta, sanctitate, & doctrìna clarus quièvit in pace. (*e*) Agrigènti depositio sancti Gregòrii Episcopi. (*f*) In òppido Hasbàniæ sancti Trudònis presbyteri & confessòris. (*g*) Mantuæ beàti Joànnis Boni, Ordinis Eremitàrum sancti Augustini, cujus præclàram vitam sanctus Antoninus scripsit. (*h*)

(e) *Amphilochii Episc.* Obiit ann. 387. post ann. tres à Synodo æcumenica Constantinopolit. ann. 383. acto. Metaprast. An. 394. secundo Conciol. Constantinopolit. adhuc in vivis. Baron. eo an. n. 25.

(g) *Trudonis* An. 711. Baron. eo an. n. 11. An. 670. Trithem. lib. 3. c. 101.

(a) *Baron. an. 100. nu. 9. & sequ. an. 102. per totum: & an. 867. nu. 133. Lippom. t. 5. Sur. t. 6. prior. edition. & S. Hieronym. de Scriptor. Eccles.* (b) *Baron. an. 175. nu. 4. & seq. S. Gregor. Pap. homil. 3. in Evangel. S. Petr. Chrysolog. sermon. 124. & Mombrit. t. 1.* (c) *Baron. an. 303. nu. 139. Vasęus in Chronic. Hispan. & Flos. SS. Hispan.* (d) *Baron. an. 311. nu. 29. & Gręci in Menolog.* (e) *Baron. an. 363. nu. 87. an. 371. nu. 71. & an. 383. nu. 30. S. Hieronym. de Script. Ecclesiastic. Sozomen. hist. lib. 7. c. 9. Nicephor. hist. lib. 11. c. 20. & lib. 12. c. 9. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edit.* (f) *Baron. an. 592. nu. 23. & an. 594. nu. 20. Gręci in Menolog. Nicephor. lib. 17. c. 27. S. Gregor. in regist. lib. 1. Epist. 70. lib. 2. Epist. 12. Indict. 11. lib. 4. Indict. 14. Epist. 11. & lib. 7. Indict. 1. Epist. 24. Lippom. t. 5. & Sur. t. 6. relat.* (g) *Baron. an. 701. nu. 11. Sur. t. 6. relat. Trithem. lib. 3. de vir. illustr. ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 101. & Molan. Addit. ad Usuard. ac Indic. SS. Belg.* (h) *Chron. Ordin. Eremitar. S. Augustin.*

Quæ audis per multos testes commenda hominibus, qui idonei sūt. 2. ad Timoth.

(a) *Clementis Papę.* Cardinal. Baron. in not. *Gręci autem in Menologio postridie agunt.* At Menologium Cardinalis Sirleti pridie, et promit: *Clementis, & Petri Alexandrini.* Et Menologium Basilii die 25. Novembris.

(b) *Romę Felicitatis.* Martyrolog. Corbejen. *Romę Crysogoni, Sanctę Felicitatis, Maximi.* Martyrologium vet. Hieronymian. Lucen. ultià: *Et Marci Episcopi* Martyrolog. Bluman. pro Sanctę Felicitatis, *Sancti Felicitatis.* Martyrolog. Antuerpien *Romę in Cęmeterio Maximi, Felicitatis, & in Capua Crisogoni, Sancti Marci Episcopi.* Cęmeterium Maximi pars fuit Cæmeterii Callisti via Appia. Florentinius hac die videndus.

(c) *Emeritę in Hispania Lucretię Virginis & Martyris.* Ms. Patrician. penès Cleric. Regular. SS. Apostolor. Neapoli: *Lucij* nisi alius pro *Lucretię* Amanuensis forsan luxatum.

(e) *Iconii in Lycaonia Amphilochii Episcopi.* Iconium, *Cogni*; urbs Cappadociæ, Lycaoniæ Metropolis, apud Tauri montis radices, qui Isauriam, & Cappadociam à Cilicia discriminat, inter Larandam, & Achataram.

Cardinal Baron. in notis admonet, hunc S. Episcopum Concil. secundo Constantinopolitano interfuisse, *Arcadio tertium, & Honorio Secundum Coss.* nempe an. 394. ut etiam ad eundem an. nu. 25. Pagi tamen. t. 2. ad dictum an. nu. 1. supputat, *Arcadii 2. Honorii 2. Coss.* Ipsi Annalistæ inspiciendi.

(g) *In oppido Hasbanię Trudonis presbyteri & confessoris.* Hasbania. *Haspengavv.* Regiungula Belgii in Brabantia, inter Teneram, & Mosam, nunc oppidum primarium Regionis *S. Truyen* appellatum; medium inter Leodium, & Lovanium, ex quo oppido nomen *Trudo.* Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. & Lætien. *Ipso die in pago Hasbania depositio S. Trudonis Confessoris, qui mundum despiciens, maximis enituit virtutibus.* Ms. Roman. Barberinian. *Et alibi S. Trudonis confessoris.*

Sapientiam loquimur inter perfectos. 1. ad Corinth. 2.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Natalis S. Clementis Papę. qui in persecucione Trajani apud Chersonesum relegatus.*

Menologium Basilii promit exulem hunc S. Pontificem *sub Domitiano.*

Eminentiss. Baron. supputat, hoc Martyrium an. Dom. 102. quo annus tertius *Trajani* Imperat. agebatur, ut eo an n. 1. & seq. hoc enim anno fuit Clemens Anacleti successor, ut Scheltrat. p. 2. antiquit. illustr. differt. 3. c. 2. Panvinius, aliique. Adstipulaturque Canon Missæ: *Lini, Cleti, Clementis.*

Ast alia Pontificum Chronologia elicitur ex Chronic. Damasi, & Epiphanio hæres. 27. Epiphanius tradit, successorem Clementis fuisse Cletum, qui anno Domini 83. Pontificatum abdicavit. Et Chronic. Damasi consignat Clementem successorem Lini an. Domini 67. qui *annos novem, mensibus undecim*

sim, diebus duodecim vixit. Ex quibus videtur Clemens gubernasse Ecclesiam usque ad Christi annum LXXVI. cui successit Cletus, & Cleto Anacletus, & inde Evaristus: huic Chronologiæ annuit Pagi vir eruditus t. 1. ad annum 100. nu. 2.

Quòd dein Ecclesia suo Canone sequitur Chronologiam Baronii, Panvinii, & aliorum; hoc, quia hęc Chronologia est vulgaris, & Ecclesiæ mos est, se vulgo accommodare in materiis Chronologicis, nil tamen definiendo, ut alibi visum, cuilibet parti relinquendo illam Gronologiam sequi, quam maluerit.

Cæterùm videtur in re tam ambigua, Catalogum Damasi, utpotè omnibus Martyrologis scriptoribus antiquiorem, esse sequendum; Unde quùm annus septuagesimus septimus juxta Chronolog. Pagi erat *Vespasiani August. VIII. Domitiani Cæsaris VI.* juxta Baronii supputationem; secundùm verò illam Cardinal. Noris, *Vespasiani Augusti VIII. Domitiani Cæsaris VII.* sequitur, rectè Menologium Basilii posuisse hoc Martyrium sub *Domitiano*.

Baronius in notis advocat pro Romano Martyrologio omnia Acta, & apud Metaphrastem ex priscis monumentis & apud Lippoman. t. 5. necnon penès Sur. t. 6. prior. edition. quæ ferunt, S. Clementem in *Trajani* persequutione relegatum, atque martyrizatum.

Nihilominùs hi scriptores hoc forsan ex Menologio Basilii nacti, aliter interpretato; eo quia Acta laudata liquent alia ab iis, quæ in Basilii Menologio leguntur, Arcudio interprete, ubi: *Episcopus Romanus factus* (nempè Clemens) *à Domitiano Imperatore malè mulctatus, In Agyram Galatiæ relegatus, ubi pariete inclusus, obstructa lapidibus janua, atque legumine tantùm sustentatus, in hoc squalore luctuque excessit è vita; Cujus pretiosæ Reliquię ab Idolatris in profundum litus projectæ, ut Fideles referunt, in hanc usque diem miraculorum celebritate insignes*. sicut apud Florentinium virum eruditum hac ipsa die.

Quæ tandem in oppositum subdit Baronius, tum in Annalib. tum in not. de hujus S. Pontificis duratione, Pontificatu, & obitu, videnda penès Pagi t. 1. ad annum Domini 100. num. 1. ubi ea refellit: interim hęc Chronologica trica penès ipsosmet remaneat, quùm non intendamus eam definire, sed solùm, ut ea prodita, è Romano Martyrologio imprę̨sentiarum exulet, dummodò sapientiores adstipulentur, pro quo hæc lectio concinnetur: *Natalis S. Clementis Papæ, qui apud Chersonesum relegatus, ibi alligata ad collum ejus anchora, in mare præcipitatus est*.

xxviij.	F							Octavo Kalendas Decembris.			Luna.					24
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P				
			23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3				

NAtàlis sancti Chrysògoni màrtyris, qui post longa vìncula, & càrceres pro constantissima Christi confessiòne toleràtos, jubènte Diocletiàno, Aquilèjam perdùctus, ibìdem càpite cæsus, & in mare projèctus, martyrium consummàvit. (*a*) Romæ sancti Crescentiàni martyris, qui in passiòne beàti Marcèlli Papæ lègitur. (*b*) Amèriæ in Umbria sanctæ Firminæ virginis & màrtyris, quæ in persecutiòne Diocletiàni vàriè cruciàta, demum suspènsa, & lampàdibus ardèntibus adùsta, spìritum rèddidit. (*c*) Apud Corinthum sancti Alexàndri martyris, qui sub Juliàno Apòstata, & Sallùstio Præside pro Christi fide certàvit usque ad mortem. (*d*) Còrdubæ sanctàrum virginum & martyrum Floræ, & Mariæ, quæ post diutùrnos càrceres in persecutiòne Aràbica glàdio interèmptæ sunt. (*e*) Perùsiæ sancti Felicissimi màrtyris. (*f*) Mediolàni sancti Protàsii Epìscopi, qui apud Constàntem Imperatòrem in Concilio Sardicènsi causam Athanàsii defèndit, ac pro Ecclèsia sibi commissa, & pro religiòne multis perfùnctus labòribus, migravit ad Dòminum. (*g*) In castro Blàvio sancti Romàni presbyteri, cujus

(a) *Chrysogoni*. Die 22. Decembr. Græci in Menolog. Canisii, & Basilii. Die 13. April. Kalend. Aquilejen. Die 16. Menolog. Sirleti.

(b) *Crescentiani*. Martyr circ. 309. Act. S. Marcelli apud Sur. Die 4. August. Notker. Holsten. & Florentin.

(d) *Alexandri*. Martyr cir. 361. Græci in Menolog.

(h) *Romani*. Circ. 390. S. Gregor. Turonen.

(i) *Portiani*. Circ. 500. Idem Turonen.

cujus ſanctitàtis præcònium miraculòrum glòria declarat. (*h*) In territòrio Arvernènſi ſancti Portiàni abbàtis, qui ſub Theodorico Rege miràculis claruit. (*i*)

(a) *Baron. an.* 300. *&* 303. *n.* 123. *Lippoman. t.* 5. *Sur. t.* 6. *prior. edition. in Act. S. Anaſtaſia ad* 25. *Decemb & Membrit. to.* 1. (b) *Baron. in not. Sur. to.* 1. *prior. edition. in Act. S. Marcelli ad* 26 *Januar & Uſuard.* (c) *Baron. an.* 303. *n.* 121. (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. an.* 851. *n.* 7. *S. Eulog. in Mem. Sanctor. lib.* 2. *c.* 8 *Uſuard. & alii.* (f) *Baron. ibid. Criſpolſius lib.* 2. *c.* 5. *Ferrar. Uſuard. aliique.* (g) *Baron. an.* 347. *n.* 11. *& Tabul. Eccleſ. Mediolanen.* (h) *Baron. in not & S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſ. cap.* 46. (i) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & S. Greg. Turonen. in vit. SS.*

Intellige quod audis. S. Auguſtin. Sermon. 42. de Sanctis circa medium.

(a) *Chryſogoni*. Martyrologium Hieronymian. Lucen. *In Aquileja Civitate Sancti Criſogoni, Eleutheri, Maximi, & Anthiredoti Episcopi*. Martyrolog. Antuerpien præſignat: *Romæ*, & pro *Anthirodoti*, effert *Anthiredites Episcopi*. Martyrolog. Bluman. prænotat, ut Lucen. & profert aliter: *Et in Oppido Civitatis ejuſdem Anthirotidi*. Martyrol. Corbejen. eadem; Verùm promit: *Anthirodıti Episcopi*. Martyrolog Roman. vet VIII. Kalen. *Decembris S. Chryſogoni Martyris, & Zoili*. Ille namque *Zoilus*, qui, ut Acta, Beatum Chryſologum ſepelivit. Prælaudata Apographa Aquilejæ S. Chryſologum Martyrem adſcribunt, & Romæ ut Civem Romanum.

Cardinal. Baronius in notis admonet, Græcos de eo ad 16. April. in Menologio: At ſi hoc erit illud Cardinalis Sirleti, quo ipſe vir doctiſſimus eſt uſus, & penès Caniſium ad 22. Decembris panditat: *Natalis S. Martyris Chryſogoni in Urbe Roma ſub Diocletiano Imperatore*. Si verò illud Baſilii, adhùc eadem die hujus Martyris certamen promit.

Holſten. vir eruditus in ſuis poſthumis animadverſis ad hoc Roman. Martyrol. hac die ſuadet, hunc S. Chryſologum Jaderæ in Dalmatia ſepultum, uti et S. Anaſtaſiam, ſicut Conſtant. Porphyrogenit. impertitur libr. de Adminiſtr. Imper. cap. 29.

(b) *Romæ Creſcentiani Martyris*. Ad 4. Auguſti Martyrologium vetus Hieronymianum Lucen. *Roma via Tiburtina in Cimiterio natalis Creſcentiani, & Juſti, & natalis S. Sachinti*. Ms. Reginæ Sueciæ penès Holſtenium eadem, at effert: *In Cœmeterio S. Laurentii*. Martyrologium Corbejen ut primum, ſed ſignat: *Creſcentianæ, Juſtæ*. Martyrolog vetuſt. Antuerpien. *Romæ Creſcentiani, Juſtini, Quinti, Bartholomis*. Martyrolog. Veiſſemburgenſe Monaſt. S. Petri: *Romæ via Tiburtina natalis S. Laurentii Martyris, Creſcentianæ, Juſti, & natalis S. Sachinti*. Rectiùs Ms. Reginæ Sueciæ: *In Cœmeterio S. Laurentii*. At vitium *Creſcentianæ, Juſtæ*, pro *Creſcentiani, Juſti*. Notker. eadem die, & omnium ſaniùs: *Item Roma via Tiburtina Creſcentiani, & Juſti, item Juſtini Presbyteri, de quo narratur in paſſione S. Laurentii*.

(f) *Peruſiæ S. Feliciſſimi Martyris*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi: *In Peruſia Tuſciæ S. Feliciſſimi*. Antuerpien. *Feliciſſimæ*. At ſphalma. Bellin. verò, & Ferrar. *Feliciſſimi*. Galeſin. addit: *Confeſſoris*. Procop. lib. 1 & 3. Gothic rer. Principem Etruſcorum Urbem Peruſiam nuncupat.

Non ſecundùm ſenſum, ſed ſecundùm veritatem judicabis. S. Auguſtin. lib 1. de Catechizand. c. 3.

xxvij. G Septimo Kalendas Decembris. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

(a) *Catharinæ*. Martyr an. 307. ſub Maximino. Baron. eo ann. nu. 30. An 308. Perſecutio Maximini Pagi to. 3. ad an. 307. n. 6. Die 31. Maii Ms. Lugdunen. S. Stephani.

NAtàlis ſanctæ Catharìnæ vìrginis & màrtyris, quæ ob fidei Chriſtiànæ confeſſiònem Alexandrìæ ſub Maximìno Imperatòre in carcerem truſa, & pòſtmodum ſcorpiònibus diutiſſimè cæſa, tandem capitis obtruncatiòne martyrium complèvit: cujus corpus in montem Sìnai ab Angelis mirabiliter delàtum, ibidem frequènti Chriſtianòrum concùrſu pia veneratiòne còlitur. (*a*) Romæ ſancti Mòyſis præsbyteri & màrtyris, quem cum àliis detèntum in càrcere ſanctus Cyprià-nus per literas ſæpè eſt conſolàtus. Is cùm non tantùm advèrsùs Gentiles, ſed ètiam advèrsùs ſchiſmàticos, & hærèticos Novatiànos infracto ànimo ſtetìſſet, demum (ut ſanctus Cornèlius Papa teſtatur) in perſecutiòne Dècii exìmio, & admiràbili martyrio decoràtus eſt. (*b*) Antiochìæ ſancti Eraſmi màrtyris. (*c*) Cæſarèæ in Cappadòcia pàſſio ſancti Mercùrii militis, qui cuſtodièntis ſe Angeli patrocìnio, & bàrbaros vicit, & Dècii ſævitiam ſuperàvit, multiſque auctus tormentòrum trophæis, martyrio coronàtus migràvit in cœlum. (*d*) In Æmilia Itàliæ provìncia ſanctę Jucùndę vìrginis. (*e*)

(b) *Moyſis*. Martyr an. 255. ſub Decio Baron. eo ann. n. 39. Ann. 251. Decius occiſus Pagi t. 1. ad an. 251. nu. 29.

(d) *Mercurii*. Die 15. Jun. Uſuard. & alia Mss.

(e) *Jucundæ*. Die ſequen. Apograph. Hieronym. Lucen.

(a) *Baron. an. 307. n. 30. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 5. Sur. t. 6. prior. edition. Molan. Addit. ad Uſuard. Raban. & alii.* (b) *Baron. an. 238. n. 9. & an. 253. n. 81. ac Euſeb. hiſt. lib. 6. c. 35.* (c) *Baron. in not. Uſuard. & alii.* (d) *Baron. an. 253. n. 139. & an. 363. n. 57. & ſequ. Græci in Menolog. hac die, Lippom. t. 5. Sur. to. 6. relat. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 106. Deſider. Abbas lib. 4. Dialog. in fin. Erempert. in Chronic. & alii.* (e) *Baron. in not. & Ferrar. Catal. SS. Italiæ.*

Sume librum, ſcribe in eo, adhibui teſtes fideles. Iſai. 6.

(a) *Catharinæ*, ſeù *Ecatherinæ Virginis & Martyris*. Videtur omittendum non eſſe Rotæ tormentum ipſi Sanctæ Virgini adhibitum, atque divinitus profligatum: res adeo nota, & decantata, ut hoc tormentum pro præcipuo, & triumphali inſigni à Pictoribus omnibus ipſi Catharinæ videatur appoſitum: & aliunde in Romano Martyrologio ad 23. Aprilis, quùm de S. Felice, rotatum vertigo recenſetur.

(b) *Romæ Moyſis Presbyteri*. Auctor Anonymus Chronic Damaſi: *Moyſis, Fabiani Presbyteri, & Niceſtratis Diaconi, qui apprehenſi, & in carcerem miſſi.*

(d) *Cæſareæ in Cappadocia Mercurii militis.* Holſtenius in animadverſis: *Cujus Corpus requieſcit Beneventi*. Martyrolog. quidem Uſuardi, & alia Mss. ad 15. Jun. *Sanctus Mercurius Martyr Civitate Benevento*. Colitur namque ibi ut Patronus.

(e) *In Æmilia Italia Provincia Jucundæ Virginis*. Æmilia Regio Italiæ inter Ariminum ab ortu, & Trebiam flumen ab occaſu, atque inter Apenninum Montem à meridie, & Padum flumen à Septentrionibus comprehenſa. Nonnunquam Aemilia pro Regio Lepidi Civitate accepta, ex vit. S. Proſperi Epiſcop. Regienſis. Apograph. Hieronymian. Lucen. die ſequ. *Sanctæ Jocundæ*; nil aliud. Ferrat. addit: *Diſcipula Proſperi Epiſcopi Regienſis*.

Teſtimonium fidele ſapientiam pręſtat. Pſal. 18.

(a) *Natalis S. Catharinæ, quæ ſub Maximino Imperatore.*

Acta penes Metaphraſt. & Allat. Diatrib. de Simeonibus ferunt: *Anno trigeſimo quinto Imperante impio, ac ſcelerato Maxentio, &c.* Inde in eorum fine: *Hæc ego Athanaſius ſcriba, ſimulque famulus Dominæ meæ Catharinæ, commentaria ipſius conſcripſi in omni ſapientia.*

Diſceptatio Chronologica.

Eminentiſſim. Baronius in not. ſuadet, hæc Acta aliqua menda habere, inter quæ illud de *Maxentio*, cujus loco *Maximinus* reſtituen-

ſtituendus, ut alia Acta apud Sur. hac die, quæ efferunt, *Maximini juſſu* Catharinam Martyrio affectam.

Aſt quemadmodum pro *Maxentio*. Acta penès Metaphraſt. & Allatium cenſentur ſuppoſititia à Baronio, ejuſque Aſſeclis, ita ea quæ apud Surium pro *Maximino* ſunt mendoſa apud Metaphraſt. & Allatium; Adſtruitur quia hæc Sancta Virgo ab ipſo Baronio refertur Martyr *Sexto anno perſecutionis, ſeu Indictione Maximini*, quam ſupputat anno 307. Pagi nihilominùs vir eruditus ad ann. 308. eam protrahit, ut t. 1. ad an. 307. n. 6.

Baronius prolicit ex adverſo in Annalibus verba Euſeb. lib. 8. cap. 27. *Sola Mulier quædam Chriſtiana inter alias à Tyranno adulterii labe turpificatas ex Alexandrinis Mulieribus, nobiliſſima, ſplendidiſſimaque Maximini animum libidine furentem, & laſcivientem intemperantia, magnitudine altiſſimi animi devicit; quæ quamquam aliis rebus, ut opibus, generis ſplendore, & exquiſita doctrina inſignis fuit, tamen iſta omnia præ pudore poſt putavit. Iſtam quidem Maximinus licèt ſæpe oraſſet, ut ipſius cupiditati obſequeretur, eaque denegaſſet, ſeque mori paratam oſtenderet, tamen interficere non potuit (quippè libido potiùs, quàm iracundia mentis ſuæ tenebat imperium) ſed illam fuga mulctatam, omnibus facultatibus ſpoliavit.*

Sed hæc Mulier, ex narratione, exilio tantùm mulctata legitur Maximini juſſu, & non affecta Martyrio; Quamobrem Papebroch. vir erudit. in Ephemeridibus Græco-Moſcis priori tomo menſis Maii præfixis pro hac die ſuadet: *Acta apud utroſque quantum habent admirabilitatis, tantum etiam plures patiuntur difficultates ad obtinendam fidem*. Idcircò pro ſecuriori lectione, dummodò ſapientiorum judicio non obſtet, correpto *ſub Maximino imperat.* videtur reſcribendum: *Quæ ob fidei Chriſtianæ confeſſionem in carcerem truſa &c.*

(b) *Romæ S. Moyſis in perſecutione Decii.* *Diſceptatio Chronologica.*

Eminentiſſimus Baronius anno Domini 255. *anno 2. Gallii, & Voluſiani* conſignat hoc Martyrium, ut eo an. nu. 37. quo ævo Decii perſequutio non vigebat.

At Baron. in not. accit Cornelium Papam & Martyrem, egregium teſtem, ſcribentem ad Fabium Epiſcopum Antiochen. & productum ab Euſebio hiſt. lib. 6. c. 35.

Sed videtur, Euſebium hæc Acta penès lautum teſtem ex mendoſo Codice hauſiſſe. Ferunt namque, Cornelium de morte Moyſis ſcripſiſſe tamquam præterita, ad Fabium Antiochenum Epiſcopum; quando ex Literis Dionyſii Alexandrini ad Cornelium elicitur, Fabium initio Imperii Gallii, & Voluſiani obiiſſe, proinde non *anno ſecundo Gallii, & Voluſiani*, ut ipſe Baron.

Tradit ultrà Baronius, Cornelium, & Moyſen eodem anno Martyrizatos, & Cornelium die 14. Septembr. undè ſi Moyſes eodem anno, & hac die ut Roman. Martyrolog. paſſus fuit, dicendum Moyſen poſt Cornelii mortem vixiſſe; quod omnem Baronianæ Hiſtoriæ ſeriem everteret.

Tandem ipſemet Baronius eodem anno, & numero citat. candore ſui animi fatetur: *Verùm & multa alia ibi ſunt, in quibus Auctorem conſtat allucinatum*, nempè Euſebium. Pro ſedula igitur Romani Martyrologii lectione, ſi ſapientiores conſenſerint, demere erit: *In perſecutione Decii*, & producendum: *Demùm eximio, & admirabili martyrio decoratus eſt.*

(d) *Cæſareæ S. Mercurii, qui & Decii ſævitiam ſuperavit.* *Diſceptatio Chronologica.*

Quoque in hac lectione, pro eadem mutatione, tò *Decii ſævitiam*, pro ſecuriori lectione videtur expungendum.

Quamvis Baron. in prælibatis notis ex Actis penès Metaphraſtem ita recitet.

Tamen ſi ſanè ea inſpiciantur, adulterina patebunt; enarrant ſuppoſitum decretum adversùs Chriſtianos his verbis emiſſum: *Imperatores Triumphatores, Victores Auguſti, Pii, Decius, & Valerianus hæc communi conſilio*; quæ prorſus fabuloſa: Rursùs deſcribunt Decium in Perſia ingenti victoria potitum, ſeviſſimè Chriſtianos Perſas exagitaſſe: Quando Decius poſt Imperium adeptum nunquam in Perſide fuit, & aliunde Baronius anno 254. hoc Martyrium affigit; ut igitur hæc Chronologica trica è Romano Martyrolog. exulet, & ſapientioribus conſonaret, efferatur: *Cæſareæ in Cappadocia paſſio S. Mercurii militis, qui cuſtodientis ſe Angeli patrocinio, & Barbaros vicit, multiſque auctus tormentorum trophæis, martyrio coronatus migravit in Cælum.*

xxvi.

xxvj. A 25 Sexto Kalendas Decembris. Luna 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

A B C D E F *F* G H M N P

25 26 27 28 29 1 30 1 2 3 4 5

(a) *Petri Epiſcopi, & Soc.* Martyr an. 310. Baron. eo an. n. 2. An. 311. Pagi t. 1. ad ann. 310. n. 4. Die 24. Novembr. Græci in Menolog. Caniſii. Die 25. in Menolog. Baſilii, & Ado. Die 18 Febr. de Philea Martyrolog. Vuitford. Bolland. ea die.

(b) *Marcelli.* Die ſequ. Florent. & Ms. Vatican. S. Petri.

ALexandriæ natàlis ſancti Petri ejùſdem urbis Epìſcopi, qui cùm eſſet òmnibus virtùtibus exornàtus, Galèrii Maximiàni præcèpto càpite obtruncàtur. Paſſi ſunt ètiam Alexandrìæ in eàdem perſecutiòne ſancti màrtyres Fauſtus prèsbyter, Didius, & Ammònius, itemque Philèas, Heſychius, Pachòmius, & Theodòrus Epiſcopi Ægyptii, cum aliis ſexcèntis ſexaginta, quos perſecutiònis glàdius evèxit ad cœlos. (*a*) Nicomediæ ſancti Marcèlli presbyteri, qui Conſtàntii tèmpore ab Ariànis è rupe præcipitàtus martyr occùbuit. (*b*) Patàvii ſancti Bellini Epìſcopi & màrtyris. (*c*) Auguſtodùni ſancti Amatòris Epìſcopi. (*d*) Conſtantiæ ſancti Conràdi Epìſcopi. (*e*) Apud Fabriànum in Picèno beàti Silvèſtri abbàtis, inſtitutòris congregatiònis monachòrum Silveſtrinòrum. (*f*) In territòrio Rhemènſi natàlis ſancti Baſoli confeſsòris. (*g*) Hadrianòpoli in Paphlagònia ſancti Styliàni anachorèthæ, miraculis clari. (*h*) In Armènia ſancti Nicònis mònachi. (*i*)

(c) *Bellini Epiſc.* Cir. 1149. Monument. Eccleſ. Patavin.

(e) *Conradi Epiſc.* Anno 976. Tabul. Demochar.

(f) *Silveſtri Abbat.* Obiit an. 1267. Ætatis 90. Jacob. Fabrian. in Vit.

(g) *Baſoli.* Circ. 567. Sigeb. in Chronic.

(a) **Baron.** *an.* 300. *n.* 1. & 2. *an.* 305. *n.* 20. *an.* 306. *n.* 47. & *ſequ.* & *an.* 310. *n.* 2 *Rufin. hiſt. lib.* 1. *c.* 14. *Sozomen. lib.* 2. *c.* 16. *Niceph. lib.* 8. *c.* 44. *Euſeb. hiſtor. lib.* 8. *c.* 25. *Sur. t.* 6. *prior. edition* & *Petr. de Natal. lib.* 10. *c.* 109. (b) *Baron. an.* 310. *n.* 23. (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. in not. Beda, Uſuard.* & *Ado.* (e) *Baron. an.* 948. *n.* 3. *Tabul. Eccl. Demochar.* & *Molan. hac die.* (f) *Baron. in not. Lucid. in Chronic. lib.* 11. *c.* 7. *Hiſt. Camaldul. lib.* 2. *c.* 45. *Caſſanaus in Catal. par.* 2. *conſid.* 50. & *alii.* (f) *Baron. in not. Sigebert. in Chron. Petr. in Catal. lib.* 9. *c.* 69. & *Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. lib.* 3. *c.* 45. (h) *Baron. in not.* & *Græci in Menolog. hac die.* (i) *Baron. an.* 961. *n.* 3. & *ſequ. item Græci in Menolog. hac die.*

Qui audiunt verbum, cuſtodiunt illud. Luc. 11.

(a) *Alexandriæ Petri Epiſcopi. Paſſi ſunt Fauſtus Presbyter, Didius, & Ammonius, itemq; Phileas, Heſychius, Pachomius, & Theodorus Epiſcopi Ægyptii cum aliis ſexcentis ſexaginta.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Alexandria Petri, & in Aquileja Valeriani Epiſcopi, Ammonii, Serena, Romana.* Martyrol. Blumanii profert: *Valeriani Epiſcopi & Confeſſoris*, percurſo *Ammonio*. Martyrolog Corbejen. *Valeriani Epiſcopi & Confeſſoris*, at recenſet: *Ammonii*. Martyrolog. Antuerpien. S. Vuillibrordi: *In Alexandria Petri. In Aquileja Valentini Epiſcopi, & in Capua Nicandri, Caſſiani, Feliciſſimi, Saturnini, Ammonii, Sereni, Heromana.* Quo ad Ammonium, & Socios *Aquilejenſes*, liquent alii ab *Alexandrinis*. An omnes, vel aliqui tribuendi ſint Aquilejæ, vel Capuæ; ipſi Capuani, & Aquilejenſes videant. Modò ipſi Petro Alexandrino alii Socii hac die addicuntur. Martyrol. Rom. vet. *S. Petri Alexandrini Epiſcopi cum aliis Dcix:* nil aliud: Mss. Capuanum, Sophianum, & Pleſchianum Neapoli apud Cleric. Regular. SS. Apoſtolorum: *Natale S. Petri Alexandrini Epiſcopi & Martyris, cum quo ſimul, & alii plures ex Ægypto Epiſcopi trucidati ſunt cum Clericis, & Laicis ferè 660.* animadvertenda ſunt verba: *Cum quo ſimul*, ſcilicèt non ſolum in eadem perſecutione, ſed ſimul cum Beato Petro Epiſcopo. Adſtipulanturque Uſuard. Beda, & Rabanus.

Qui habet ſermonem, narret ſermonem. Jerem. 23.

(b) *Nicomedia Marcelli Presbyteri.* Die ſequenti Apographum Corbejen. & Hieronymian. vet. Lucen. *In Nicomedia Marcelli, Petri, Nomeri*, ſeù *Numeri, Sereni, Meliſi, Victorini.* Martyrolog. Epternacen. *Nicomediæ Marcelli, Petri, Numeri, Herena, Meloſis.* Ms Roman. Monaſterii S. Cyriaci pro Victorini, *Luctorini*. Ms. Lætien. S. Lamberti: *Nicomedia Natale Petri, & Sereni, quorum alter pro fide Chriſti Crucifixus, alter capite plexus.* Ms. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ mediat: *Marcelli*. Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini, & Roman. Barberinian ſine palæſtra: *Natale Sanct. Marcelli, Petri, & Sereni.* Raban. *In*

Nico-

Nicomedia natale Petri, Numeri, Hercua, & Meiosi. Beda hac die pro *Marcello*, legit *Marculi*; forsan alius à Marculo Pseudo-Martyre Donatista penès Optat. lib. 3.

(d) *Augustoduni Amatoris Episcopi.* Sammarthani: *Augustoduni in Polyandro S. Amatoris, primi Æduensis Episcopi.*

Disceptatio Chronologica.

(a) *Alexandriæ natalis S. Petri, qui Galerii Maximiani &c.*

Martyrologium Roman. de an. 1665. ferebat: *Maximini præcepto capite obtruncatur*. Dein anno 630. Eminentissimus Baron. ab hac sua primæva lectione recessit, efferendo hac die: *Galerii Maximiani præcepto*, quandò Acta penès Metaphrast. *sub Maximino* prostant.

Baron. id correxit, quia hoc Martyrium consignavit ann. 310. quo annus VI. Galerii Maximiani agebatur, cujus interitus ex Idacii Fastis sequutus an. 311. ut Baron. eo ann. à num. 9 ad 61. Hoc idem factum in S. Luciano Martyre olim ab ipsomet Baronio *sub Maximino*, & dein *sub Maximiano* recensito.

Ast ex Eusebio hist. lib. 7. pluries in hujus S. Petri laudes perorante, refertur Martyr anno nono persequutionis, & anno 310. annus octavus persecutionis currebat, ut Pagi vir eruditus to. 1. suæ Critic. Historic. Chronologic. ostendit ad eum annum num. 1. & sequ. proindè Martyrium S. Petri protrahendum erit ad annum 311. sequuto Galerii Maximiani Augusti interitu, & vigente Maximini persequutione; in quem annum 311. annus nonus persequutionis incidit.

Adstruit Valesius in notis ad Eusebium (ex Lactantio cap. 36. *Audito Nuncio* (nempe mortis Galerii Maximiani) *Maximinus dispositis ab oriente cursibus pervolavit, ut Provincias occuparet, ac Licinio morante, omnia sibi usque ad fretum Chalcedonium vindicaret, ingressusque Bithyniam quo sibi ad præsens favorem conciliavit, cum magna omnium lætitia sustollit censum; Discordia inter ambos Imperatores, ac penè bellum diversas ripas armatas tenebant, sed conditionibus certis, pax & amicitia componitur, & in ipso freto fœdus fit, ac dexteræ copulantur.*

Baronius rursus admonet, Achillam Episcopum Alexandrinum successisse S. Petro anno 311. ut ad eum annum nu. 61. quamobrem asserendum anno 310 Petrum Episcopum ad superos Martyrem evolasse. Adstruitque Gelasius Cyzicenus lib. II. hist. Concil. Nicæni cap. 11. referendo, post Petri Martyrium Ecclesiam Alexandrinam viduam Pastore anno uno remansisse, & in ea Achillas successit, qui cùm quinque tantùm mensibus fuisset superstes, Alexandrum habuit successorem.

Sed ex hoc ipso liquet, nullatenus Achillam ante an. 312. Ecclesiæ Alexandrinæ præfuisse: nam si Petrus hac die 26. Novembris pro fide occubuit, & anno nono persequutionis, ex nuper dictis anno 311. sequuto, sequitur, Achillam non ante an. 311. Cathedram Ecclesiæ Alexandrinæ ascendisse, nec Alexandrum ante an. 313. ipsi Achillæ successisse, initio cujus anni Euseb. in Chronic. scribit hoc accidisse. Quinimmò Nicephor. Constantinopolitan. & Theophan. in Tabul. unum Sedis annum Achillæ adscribunt, numero rotundo utentes: Auctor histor. Patriarchar. Constantinopolitanor. menses sex consignat, & dies à Gelasio neglectos, ac demum Theodoret. lib. 1 c. 11. tradit, Achillam exiguo tempore Ecclesiam rexisse.

Advocat tandem Baronius Acta apud Sur. & alia pleniora, interprete Anastasio, quæ testatur se vidisse; ex quibus aliqua exhibet ad an. 306. et sequ. ac in prælibatis notis, in quibus hoc celebre Martyrium sub Maximino enarratur.

Combefisius tamen hæsitat in notis ad pleniora Acta, an ea, quæ Surius edidit, sint eadem ac quæ latinè reddita, cum Actis Græcis Parisiis editis an. 1660. In his profectò describitur, Virginem quamdam juxta Cœmeterium Marci Apostoli orantem è Cœlo vocem venientem audisse: *Petrus Apostolorum principium, Petrus finis Martyrum, quod planè impletum est. Passus est clarissimus Sacromartyr, non sub Diocletiano, sed sub Maximino, & in hoc corrigenda esse Acta hæc.*

Cæterùm tàm Acta apud Surium, quàm quæ græcè, & latinè apud Combefisium, varias falsitatis, & suppositionis notas præferunt; nam præter eas à Baronio animadversas, continent rursus quemdam Millium Episcopum Alexandrinum post Sanctum Dionysium, Maximum, & Heraclum, ipsam Ecclesiam Alexandrinam rexisse, & Fideles condidisse sacra S. Petri in Ecclesia S. Theonæ; quæ omnia à veritate aliena.

Hæc namque Ecclesia tunc nondum ædificata erat, teste Athanasio in prima Apologia, ferente, eam extruendam curasse Alexandrum Episcopum, qui post Theonam sedit; unde si hæc Acta tot mendis scatent, quin etiam non illo de S Petri Martyrio sub Maximiano, aut anno 310. aut anno 311. Cæterum tota hæc Chronologica trica sit penes ipsos eruditos. Modò ne Roman. Martyrologium ipsam patiatur, quemadmodum à sua primæva lectione recessit, ita & ab hac posteriori expungatur, dummodò sanioribus videbitur, neutiquam proferendo sub qua persequutione, sed: *Alexandriæ natalis S. Petri ejusdem Urbis Episcopi, qui cùm esset omnibus virtutibus exornatus, ob fidei constantiam capite obtruncatur.*

* *Initium quarti mensis Ægypriaci Cheac, seù Chiac.* Pagi tom. 1. in calce ex Epoch. Card. Noris.

xxiv. xxv. B Quinto Kalendas Decembris. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
		A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P					
		26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6					

(c) *Hirenarchi, & Soc.* Martyres ann. 311. Baron. eo an. nu. 20. Ann. 312. Pagi tom. 1. ad an. 303. n. 6. Die seq. Greci in Menolog.

(d) *Facundi, & Primitivi.* Martyres sub Marco Aurelio Commodo Flos SS. & Thesaur. Concion. Sub Diocletiano, Fausto, & Gallo Coss. Vasæus in Chronic. Sub Daciano Marin. Sicul. Sub Marco Aurel. Antonin. Moral. Die 31. Martii Kalend. pervetust. Sanctii Maximini.

(g) *Barlaam.* Die 30. Maii Menæa Mss. Divionen.

ANtiochìæ ſanctòrum màrtyrum Baſilèi Epìſcopi, Auxìlii, & Saturnìni. (*a*) In Pèrſia ſancti Jacòbi intercìſi, màrtyris conſpìcui, tèmpore Theodòſii Juniòris, qui cùm in gràtiam Iſdegèrdis Regis Chriſtum negâſſet, & proptèreà mater ejus, & uxor ab ipsìus ſe conſuetùdine ſubtraxìſſent, in ſe revèrſus, pro Chriſti confeſſiòne Regem àdiit, à quo iràto condemnàtus membràtim juſſus eſt concìdi, & càpite obtruncàri: quo tèmpore innùmeri àlii Màrtyres ibìdem paſſi ſunt. (*b*) Sebàſte in Armènia ſanctòrum màrtyrum Hirenàrchi, Acàcii presbyteri, ac ſeptem mulìerum; quarum conſtàntia Hirenàrchus commòtus, ad Chriſtum convèrſus, ſub Diocletiàno Imperatòre, & Màximo præſide unà cum Acàcio ſecùri percùtitur. (*c*) In Gallæcia apud Cæam flùvium ſanctòrum Facùndi, & Primitìvi, qui ſub Attico Præſide paſſi ſunt. (*d*) Aquilèjæ ſancti Valeriàni Epìſcopi. (*e*) Apud Regium in Gàllia ſancti Màximi Epìſcopi & confeſſòris, qui à primæva ætate omni gràtia virtùtum prǽditus, primùm Lirinènſis cœnòbii Pater, deìnde Regienſis Ecclèſiæ Epìſcopus, ſignis, & prodìgiis ìnclytus èxtitit. (*f*) Apud Indos Perſis finìtimos ſanctòrum Bàrlaam, & Jòſaphat, quorum actus miràndos ſanctus Joànnes Damaſcènus conſcripſit. (*g*) Lutètiæ Pariſiòrum depoſitio ſancti Severìni mònachi & ſolitàrii. (*h*)

(a) *Baron. in not.* (b) *Baron. an.* 420. *n.* 24. *Græci in Menolog. Niceph. hiſt. lib.* 14. *c.* 20. *Sur. t.* 6. *&* 7. *prior. edition. Petr. in Catal. lib.* 10. *c.* 112. *Mombrit. t.* 2. (c) *Baron. an.* 311. *n.* 20. (d) *Baron. an.* 303. *n.* 138. *Theſaur. Concion. tom.* 2. *Marin. Sicul. hiſt. Hiſpan. lib.* 5. *Flos SanTtor. & Moral.* (e) *Baron. an.* 372. *n.* 41. *& an.* 381. *n.* 82. *& Ferrar.* (f) *Baron. an.* 441. *n.* 14. *Molan. Indic. SS. Belgii, & S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſ.* (g) *Baron. in not. Lippoman. t.* 5. *Sur. tom.* 6. *prior. edit. & Petr. in Catal. lib.* 10. *cap.* 114. (h) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Uſuard. & Maurolyc.*

Qui petit accipit, & qui quærit invenit. Matth. 7.

(a) *Antiochiæ Baſilei Epiſcopi, Auxilii, & Saturnini.* De Peregrin corripit *Auxilii.* Ad 21. Novembris Martyrologium Hieronym. Lucen. & Bluman. *In Antiochia Baſilei, Auxilii, Saturnini, Zeppiri* (ſecundum profert *Zepperi*) *& Matronæ, Baſiliſci* (ſecundum *Baſiliſca*) *Carali, Eutichi* (ſecundum *Eutici*) *Calendionis.* Martyrologium Antuerpien. *Antiochiæ Baſili, Zefiri, Matrona, Auxili, Saturnini, Baſiliſci, Heracli, Eutici, Kalendionis.* Martyrolog. Corbejen. *Antiochia Baſilei, & Auxilii, Saturnini, Zechiri, & Matrona, Baſiliſca, Carali, Euthicis, Calendionis, Evelpiſti.*

(c) *Sebaſte in Armenia Hirenarchi.* Id videtur non eſſe nominis, ſed Officii vocabulum. De Hirenarchi profectò munere, cum notitia utriuſque Imperii, Britanius de verb. ſignificat. latè differit; ſic namque ſuſpicatum de Longino, de Syncletico, aliiſque ſuo loco recenſitis. Sæpè enim ex B. Gregorii Papæ verbis lib. 4. Dialog. cap. 22. *Appellativorum* nomen vice *Propriorum* uſurpatur.

(d) *In Gallæcia apud Cæam fluvium Facundi, & Primitivi.* Gallæcia, *Gallicia* Regio Hiſpaniæ Tarraconen. Oceano occiduo, & ſeptentrionali, Regno Portugallico, & Legionenſi terminata, quam Minius fluvius, & Avus irrigant: Ex qua Topographia Cæa flumen longè abeſt à Gallæciæ finibus, eſtque in Legionenſi Regno, aut Caſtellę veteris apud Palantiam, ibique Oppidum S. Facundi dictum,

Quæritur ut inveniatur dulcius, invenitur, ut quæratur avidius. S. Auguſtin. lib. 15. de Trinitat.

atque Monasterium Benedictinorum.

Cardinal. Baron. in not. asserit: *Numerari inter filios S. Marcelli Centurionis, qui passus est in persecutione Diocletiani.*

At quum passi ferantur æra cclx. hoc est anno DCCII. ex eorum Actis; undè modò S. Marcelli filii asseruntur, & sub Diocletiano Martyrizati, nescitur. Accedunt plerique Hispani Scriptores, ut Morales, Mariana, Lucas Tudensis, Joann. Episc. Zamorenen. qui eos ducunt sub M. Aurelio Antonino passos; neque in antiquis Breviar. legitur filios S. Marcelli fuisse.

(e) *Aquileja Valeriani. Episcopi.* Die præcedenti Apographum Hieronymian. Lucen. *In Aquileja Valeriani Episcopi, Ammoni, Serena, Romana.* Apographum Corbejen. *Valeriani Episcopi & Confessoris*; & pro Serenæ, *Sereni*. Martyrolog. Bluman. subducit *Ammoni*. Martyrolog. Antuerpien. & Raban. *In Aquileja Valentini Episcopi.* Vitium quidem *Valentini*, pro *Valeriani.* In monumentis namque Episcoporum Eccl. Aquilejensis *Valentinus* non inspicitur.

Cardinal. Baron. in not. suadet, hunc S. Episcopum successorem habuisse *Chromatium* æque Sanctum, & eruditum. Ferrar. tamen prostat *Benedictum* in ea Ecclesia *Valeriano* successisse, & dein *Chromatium*.

(f) *Apud Regium in Gallia Maximi Episc. & Confessoris.* Rhegium Lepidi, *Reggio* Italis. Urbs antiquæ Galliæ Togatæ in Æmilia à Lepido deducta Colonia, apud Crustulum fluviolum, media inter Mutinam ad ortum hibernum, & Parmam ad occidentem Solem.

Baron. in not. recenset, hunc Maximum fuisse S. Prosperi successorem; Pagi t. 2. ad an. 441. num. 11. enucleat, nunquam Prosperum fuisse Regiensem Episcopum: quod Holstenius in animadversis aliqualiter adstruit: *Alii putant S. Prosperum Episcopum fuisse Regii Lepidi in Italia*, ex quo in dubium revocatur.

Baronius item allegat in notis de S Maximini laudibus homiliam extare S. Eucherii sub *nomine Eusebii Emisseni*. At animadvertit Holsten. hanc Homiliam Fausti Regiensis esse, non Eucherii, teste Dynamio in Act. S. Maximini, cui Faustus successit.

xxiij. C Quarto Kalendas Decembris. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	f	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

ROmæ sancti Rufi, quem cum omni familia sua Diocletiànus Christi màrtyrem fecit. (a) Apud Corinthum natalis sancti Sòsthenis discìpuli beati Pauli Apostoli, cujus mentiònem facit idem Apòstolus Corinthiis scribens. Hic ex principe synagògæ convèrsus ad Christum, ante Galliònem Procònsulem acriter verberàtus, præclaro initio fidei suæ primòrdia consecràvit. (b) In Africa sanctòrum màrtyrum Papiniàni, & Mansuèti Episcopòrum, qui tèmpore Vvandàlicæ persecutiònis sub Genserico Rege Ariàno pro fidei Cathòlicæ defensiòne candèntibus ferri làminis toto corpore adùsti, gloriòsum agònem consummàrunt. Quo ètiam tèmpore àlii sancti Epìscopi, Valeriànus, Urbànus, Crescens, Eustàchius, Crescònius, Crescentiànus, Felix, Hortulànus, & Florentiànus damnàti exìlio, cursum vitæ suæ implevèrunt. (c) Constantinòpoli sanctòrum màrtyrum Stèphani juniòris, Basìlii, Petri, Andrèæ, & sociòrum trecentòrum, & trigintanòvem Monachòrum, qui sub Constantìno Coprònymo pro sanctarum Imagìnum cultu vàriis excruciàti supplìciis, veritatem Cathòlicam effùso sànguine confirmarunt. (d) Romæ beàti Gregòrii Papæ Tèrtii, qui sanctitàte meritìsque præclarus migràvit in cœlum. (e)

(b) *Sosthenis.* Die 7. Decembr. Græci in Menol Die 11. Jun Ado, & Notker.

(d) *Stephani Junioris, Basilii, & Socior.* Martyres ann. 767. Baron. eo an. n. 11. Ann. 779. Sigebert. in Chron. An. 775. die 20. Novembr. Niceph. & Theophan.

(e) *Gregorii Pap.* Die 20. Novembr. aliqua exemplar. Mss. Die 24. alia, aliisque numeris alii. Ac die 28. in Catal. Reginon. Pagi t. 3. ad an. 741. n. 6.

(a) Ba-

(a) *Baron. an. 303. n. 117. & Petr. in Catal. lib. 10. c. 120.* (b) *Baron. an. 33. n. 41.* (c) *Baron. an. 442. n. 2. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. ann. 763. per totum an. 765. n. 2. & ann. 767. n. 11. Græci in Menolog. & Sur. t. 6. prior. edition.* (e) *Baron. an. 741. n. 9. Usuard. Ado, & alii.*

In corde abscondi eloquia. Psalm. 118.

(b) *Sosthenis*. Dorotheus in Synopsi ex Hippolyti libello de 72. Discipul. *Sosthenis Episcopi Colophonis: ad quam Ecclesiam ordinatus*.

(c) *In Africa Papiniani, & Mansueti Episcoporum, & Soc.* Martyrol. Rom. vetus: *Papini.* De Peregr. *Papini*. Ms. Divionen. *Papirii.* Ms. Tornac. Monast. S. Martini: *In Africa natale SS. Trophimi, Eusebii, Julii*. Mss. Lætien. S. Lamberti: *Et Theodoli Martyrum*. Fuit Papinianus Episcopus Uticensis, Mansuetus autem Uricitanus, & Socii, uti Valerianus Abensis, Urbanus Girbensis, Crescens Aquitanus, Eustachius sivè Eustrathius Sufetanus, Cresconius Eensis, Felix Adrumetinus, Crescentianus, Hortulanus, & Florentinianus, duo Tripolitani, & tertius Vicessebratenus. Hæc omnia ex Victore de persequutione Vvandalica lib. 1. & 3. Baron. cumulat in notis.

In labiis pronunciavi omnia judicia. Psalm. 118.

xxij. D Tertio Kalendas Decembris. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

(c) *Saturnini Episc.* Martyr an. 254. sub Decio Baron. eo ann. nu. 29. An. 251. Decius occisus Pagi to. 1. ad ann. 251. nu. 29. Die 26. Novembr. Florentin.

Vilia sancti Andrèæ Apòstoli. (*a*) Romæ via Salària natàlis sanctòrum màrtyrum Saturnìni senis, & Sisinii diàconi sub Maximiano Prìncipe: quos diu in càrcere maceràtos, jussit Præfèctus Urbis in equùleum levari, & àttrahi nervis, fùstibus ac scorpiònibus cædi, deinde eis flammas appòni, & depòsitos de equùleo càpite truncàri. (*b*) Tolòsæ sancti Saturnìni Epìscopi, qui tempòribus Dècii in Capitòlio ejùsdem urbis à Pagànis tentus, atque à summa Capitòlii arce per omnes gradus præcipitàtus, càpite collìso, excussòque cèrebro, & toto còrpore dilaniato, dignam Christo ànimam rèddidit. (*c*) Item pàssio sanctòrum Paramònis, & sociòrum trecentòrum septuagintaquìnque sub Dècio Imperatòre, & Aquilino Præside. (*d*) Ancyræ sancti Philòmeni màrtyris, qui in persecutiòne Aureliàni Imperatòris sub Felice Præside igne probàtus, mànibus pedibùsque, ac demum càpite clavis confixo, martyrium consummàvit. (*e*) Verulis sanctòrum màrtyrum Blàsii, & Demètrii. (*f*) Tudèrti sanctæ Illuminàtæ vìrginis. (*g*)

(a) *Baron. in not. Amalar. de Ordin. Antiph. c. 63. Concil. Oxonen. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 298. n. 12. & sequ. & an. 303. n. 110. ac Sur. t. 1. in Act. S. Marcelli ad 17. Januar.* (c) *Baron. an. 254. num. 29. Sur. t. 6. prior. edition. S. Greg. Turonen. hist. lib. 1. c. 30. de glor. Martyr. c. 48. & de glor. Confess. c. 20. & Petr. de Natal. lib. 1. c. 5.* (d) *Baron. an. 254. n. 27. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. an. 275. nu. 10. & Græci in Menolog.* (f) *Baron. in not. & Ferrar.* (g) *Baron. an. 303. n. 121.*

Veritas te non deleat. Prov. 3.

(b) *Romæ Saturnini Senis, & Sisinii Diaconi.* Apographum Hieronymian. Lucen. *Romæ Arasonis, Saturnini, Crisanti, & Dariæ, & aliorum lxx11.* Apograph. Corbejen. addit *Mauri.* Apograph. Antuerpien. *Romæ Saturnini, Chrisanti, Mari, Dariæ, & aliorum lx.* Apographum Veissemburg. Monast. S. Petri: *Romæ Arasonis, Hani, Saturnini, Chrisanthi, & aliorum lxx11. quorum nomina habentur in libro vitæ* Appendix ad Adonem apud Mosandrum: *Item Romæ Arasonis, Saturnini, Chrysanti, Mauri, & aliorum lxx11.* Kalendarium Ratoldi Abbat. penès ipsum Mosandrum: *Romæ Sancti Saturnini, Chrisanti, & Dariæ Virginis.*

Ut possis exhortari in Doctrina sana. ad Tit. 2.

Xxx 2 At

At hi Martyres Chrisanius, & Daria virgo videntur alii à Chrisanto, & Daria ejus conjuge etiam Romæ ad 25. Octobris. De Peregrinis: *Romæ Saturnini, & Sisinii Diaconi*; corripit *Senis*. Beda genuin. & Martyrolog. Roman. vet. *Romæ S. Saturnini Martyris, & Senis, & Sisinnii Diaconi*. Ms. Lætien. S. Lamberti prosequitur: *Qui post carcerem in eculeum levati, nervis arctati, tandem capite truncati sunt*. Amanuensis luxatum videtur, pro *Senis*, Sennis, nisi Sennius vocabulum sit viri, ut apud Gruteri inscriptiones pag. x1. videlicet: *I. Dix1. I. Dccexxv1.& I. Mxx1x.*

Disceptatio Topographica.

(c) *Tolosa Saturnini Episcopi*. S. Gregor. Turonen. lib. 1. de Miracul. cap. 48. tradit: *Saturninus Martyr ab Apostolorum discipulis ordinatus (ut fertur) in Urbem Tolosanam est directus*. Pro tò *ut fertur*, suspicari quidem licet, an *Tolosa* fuerit *Martyr & Episcopus*.

Eminentissimus Baronius pro Rom. Martyrologii assertione indigitat Acta Martyrii ex antiquis monumentis penès Sur. t. 6. prior. editionis.

Ast quamvis de S. Saturnino Episcopo agant hæc Acta, nihilominus an Tolosæ præfuerit, & ibi Martyrizatus, nil expresse ferunt: Quamobrem multiplici loco pro cujusque devotione, sive affectione adscribitur. Apographum Corbejen. *In Gallia Civitate Tolosa natalis Saturnini Episcopi & Martyris*. Et Apographum Hieronymianum Lucen. *In Civitate Nemetis S. Saturnini Episc. & Martyris*. Rabanus rectiùs *Nannetis*. Urbs in Armorica Regione.

Verùm poterit quis dicere, hunc esse alium à Saturnino Tolosæ producto, de quo Martyrol. Antuerpien. penès S. Vuillibroid. & Martyrolog. Gallican. apud Sausſayum, & alia Martyrologia: *Civitate Tolosa S. Saturnini Episcopi & Martyris*.

Sed hoc erit merè divinare. Nam Menardus non aliter difficultatem soluit, quàm asserere, Martyrologium Rabani esse mutilum, & post vocem Nannetis autumat interserendum nomen alicujus Sancti, qui Nanneti pertineat; quando nullibi comparatur nomen Sancti, qui hac die Nanneti recolitur; Et Sausſayus *Toleti in Hispania* promit fuisse Episcopum; & quùm Apographum Antuerpien. indicet *Hispania* venerari, videtur restituendum *Toleti*, pro *Tolosa*; aliter sphalma profectò: *In Spanis Tolosa*. Quamobrem Saturninus Episcopus Toletanus à Recentioribus, qui res Ecclesiar. Hispaniarum prosequuti ex Tabul. Eccles. Pompejopol. in Cantabria, asseritur fuisse S. Petri discipulum, à quo Roma Tolosam ad Evangelium prædicandum missus, atque in Pompejopolim pervenit; ex quo Acta Surii, sive aliorum, ipsum Tolosæ signarunt.

Plures tamen Galliæ Sacræ Scriptores referunt hunc S. Saturninum Tolosæ, & sub Decio Martyrem, proindè asserendum alium esse à Saturnino ab Hispanis Toleti adscripto.

Nihilominùs ipsimet Gallici Historici circa tempus Martyrii pluribus ambagibus involutum nondum extricarunt. Nam licèt Petr. de Natal. & S. Gregor. Turonen. doceant, à Discipul. Apostolor. ordinatum, & tempore Decii passum, Sammarthani tamen rem in suspenso relinquunt, Scriptores hinc inde congerentes pro Saturnino Episcopo Toletano, & pro alio Episcopo Tolosano; nec aliter Baronius ipse ex hac trica se expungit, nisi his verbis: *Sed ab antiqua lectione Romani Martyrologii haud facilè recedendum existimamus*. At quùm antiqua Codicum lectio non sit univoca, ut ex dictis, nè hoc Rom. Martyrolog. nutationem patiatur, & sapientiores consenserint, concinnetur: *Eodem die S. Saturnini Episcopi, qui à Paganis tentus, atque à summa Capitolii arce per omnes gradus præcipitatus &c.*

xxj. E Pridie Kalendas Decembris. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

APud Patras Archàjæ natàlis sancti Andrèæ Apòstoli, qui in Thràcia, & Scythia Christi Evangèlium prædicàvit. Is ab Ægèa Procònsule comprehènsus, primò in càrcere clausus est, deinde gravissimè cæsus, ad ùltimum in cruce suspènsus, in ea pòpulum docens biduo supervìxit: & rogàto Dòmino ne eum sìneret de cruce depòni, circùmdatus magno splendòre de cœlo, abscedènte pòstmodum lùmine, emìsit spìritum. (*a*) Romæ pàssio sanctòrum Càstuli, & Euprèpitis. (*b*) Constantinòpoli sanctæ Mauræ vìrginis & martyris. (*c*)

(c) *Troiani Episcop.* Die 10. Febr. Raban. Sausſayus, Notker Galesin Holsten. & Florentin.

(f) *Constantii*. Ann. 415. multa pertulit. Baron. eo ann. n. 25. An. 420. Prosp. in Chronic.

Item

Item ſanctę Juſtinę virginis & martyris. (*d*) Apud Sàntonas ſancti Trojani Epiſcopi, magnę ſanctitàtis viri, qui ſepùltus in terris, in cœlo ſe vìvere multis virtùtibus maniféſtat. (*e*) Romæ ſancti Conſtàntii confeſsòris, qui fòrtiter Pelagiànis reſiſtens, eòrum factiòne multa pertulit, quę illum ſanctis confeſsòribus ſociàrunt. (*f*) In Palęſtina beàti Zòſimi confeſsòris, qui ſub Juſtino Imperatòre ſanctitàte, & miràculis fuit insignis. (*g*)

(a) *Baron. an. 44. n. 31. & ann. 69. n. 24. & Græci in Menolog.* (b) *Baron. in not.* (c) *Baron. ibid. item Græci.* (d) *Baron. in not.* (e) *Ibidem, item Petr. in Catal. lib. 1. cap. 11. & S. Greg. Turonen. de glor. Confeſſ. c. 50.* (f) *Baron. an. 418. n. 25. & Proſper. in Chronic.* (g) *Baron. an. 525. num. 19. & ſeq. Evagr. Scholaſt. hiſt. lib. 4. c. 7. & Niceph. lib. 17. c. 4.*

Audite eruditiones, & ſapientes eritis. ex Hæbreo S. Pagnini in Proverb. 10.

(a) *Apud Patras Achajæ Andreæ Apoſtoli.* Patræ, *Patras*. Urbs Achajæ in Peloponneſo maritima, juxta Rhium promont. & ſinus Corinthiaci anguſtias. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Provincia Agagia Civitate Patras natalis S. Andreæ Apoſtoli.* Martyrol. Corbejen. effert: *In Provincia Achia.* Martyrol. Antuerpien. & Ms. Reginæ Sueciæ: *In Achia Civitate Patras.* Martyrolog. Bluman. ſeù Veiſſemburgenſe: *In Achaja Civitate.* Martyrol. Pulſanen. Ms. penès Cleric. Regul. SS. Apoſtol. Neap. *Apud Patras Achajæ natalis S. Andreæ Apoſtoli, qui etiam apud Scythiam prædicavit.* Martyrolog. Flori ſubcollat: *Ad ultimum in Cruce ſuſpenſus, ligatis manibus ac pedibus, funibus toto corpore tenſus, ut longiùs cruciaretur, biduo ibi ſupervixit, non ceſſans ea, quæ Chriſti ſunt, populum docere.* Notker. Raban. Ms. Tornacen. apud Henſch & aliud Reginæ Sueciæ penès Holſten alium Andream promunt, ſcilicèt: *In Bethlehem Civitate Judææ S. Andreæ, & Apo*rii, ſeù *Apponii*, aut *Apori*, vel *Appoſii*.

(b) *Romæ Caſtuli, & Euprepitis.* Apographum Corbejen. *Romæ Caſtuli, Theoduli, & Januarii.* Apographum Hieronym. Lucen. *Romæ Caſtori, Euprepetis, Saturnini, Criſanti, Mauri, Centuli, Theodoli, & Januarii.* Ms. Roman. Barberinian. *Romæ S. Maurilii, Conſuli, Theodoli.*

(c) *Apud Santonas Trojani Epiſcopi.* Santonæ, & Santonas, *Saintes*. Urbs antiqua Gall. Aquitan. ad Charantonum flum. ubi pons antiquus lapideus, multaque antiquitatis, & nobilitatis monumenta. Media ferè inter Egoliſmam ad eundem fluvium, & Rupillam Urbem maritimam. Ad 10. Februar. Apographum Corbejen. *Santonas Civitate depoſitio Urbani Epiſcopi.* De Peregrin. hac die: *Apud Santonas Trophiani Epiſcopi.* At Raban. Notker. Galeſin. Sauſſayus: *Trojani Epiſcopi Santonenſis, & Confeſſoris.* Ex quibus vitium liquet *Urbani*, ſeù *Trophiani*, pro *Trojani*; aut alii.

Qui eruditionem invenerit hauriet. Prov. 8.

D E C E M B E R.

* Græcis *Appellens.*

XX. F Kalendis Decembris. Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

(a) *Nahum Prophetę.* Circ. 700. ante Chriſtum natū Epiphan. de vit. & interit. Prophetar.

NAhum Prophètæ in Bègabar quieſcèntis. (*a*) Romæ ſanctòrum martyrum Diodòri presbyteri, & Mariàni diàconi, cum àliis plùribus, qui, jubènte Numeriàno Principe, martyrii glòriam meruèrunt. (*b*) Ibidem pàſſio ſanctòrum Lùcii, Rogàti, Caſſiàni, & Càndidæ. (*c*) Eòdem die ſancti Ansàni màrtyris, qui ſub Diocletiàno Imperatòre Romæ Chriſtum conféſſus, & in càrcerem truſus, deinde Senas in Tùſcia perdùctus, ibidem càpitis obtruncatiòne martyrii

(b) *Diodori, & Mariani.* Die 19. Martii Græci in Menæis. Die 24. Novemb. Uſuard Die 12. Auguſt. Florentin.

cursum

(g) *Proculi.* Die 1. Jun. Ferrar. Catal. Sanctor. Ital. & Ms. Strozzian.
(h) *Evasii Episc.* Die 15. Maii Missal. antiqu. Ambros. de ann. 522. & Breviar. Ambrosian. anno 1539.
(l) *Eligii Episc.* Obiit an. 665. Baron. eo ann. nu. 7. & in not. Ann. 658. Pagi t. 3. ad an. 665. n. 3.

cursum perfècit. (*d*) Amèta in Umbria sancti Olympiadis viri consulàris, qui à beàta Firmìna ad fidem convèrsus, sub Diocletiano in equùleo tortus, martyrium consummàvit. (*e*) Arbèle in Pèrsia sancti Ananiæ màrtyris. (*f*) Nàrniæ sancti Pròculi Episcopi & màrtyris, qui post multa egrègia òpera à Tòtila Gothòrum Rege jussus est decollàri. (*g*) In civitàte Casalènsi sancti Evàsii Episcopi & màrtyris. (*h*) Mediolani sancti Castritiàni Episcopi, qui in màxima Ecclèsiæ perturbatiòne virtùtum mèritis, ac rerum piè religiosèque gestàrum laude enìtuit. (*i*) Brìxiæ sancti Ursicini Episcopi. (*k*) Noviòmi in Bèlgia sancti Eligii Episcopi, cujus vitam admiràndam mùltiplex signòrum nùmerus commèndat. (*l*) Apud Virodùnum sancti Agerici Episcopi. (*m*) Eòdem die sanctæ Natàliæ uxòris beàti Hadriani màrtyris, quæ sub Diocletiàno Imperatòre sanctis Martyribus Nicomediæ in càrcere detèntis multo tèmpore ministràvit; impletòque eòrum certàmine, Constantinòpolim profècta, ibìdem in pace quièvit. (*n*)

(m) *Agerici Episc.* Anno 530. Baron. eo an nu. 55. Ann. 549. Sigebert. in Chronic.
(n) *Natalia.* Die 4. Martii Martyrol. Ms. Tornac. S. Martini.

(a) *Baron. an. 284. nu. 7. Græci in Menologio hac die, Joseph lib. 9. de antiqu. c. 12. de vit. & interit. Prophethar. c. 17. S. Hieronym. proœm. in Nahum, & Doroth. in Synopsi.* (b) *Baron. in not. Lippeman. t. 7. & Sur. t. 5. prior. edition.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 303. nu. 121. & Petr. in Catal. lib. 2. c. 14.* (e) *Baron. ann. 303. nu. 121. & Act. Eccl. Amerinæ.* (f) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (g) *Baron. in not.* (h) *Baron. ibid. & Galesin. hac die.* (i) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Mediolanen. & Galesin. hac die.* (l) *Baron. an. 631. num. 14. & 665. nu. 7. Sur. t. 6. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 1. c. 17. & Sigeb. in Chronic. ad an. 665.* (m) *Baron. an. 530. n. 55. S. Greg. Turonen. hist. Frantor. lib. 1. c. 44. & lib. 9. cap. 8. 10. 12. & 23. & Sigebert. in Chronic. ad an. 599.* (n) *Baron. in not. Usuard. hac die, & Petr. in Catal. lib. 1. cap. 18.*

Custodi ut semper læteris veritate vocabuli. Cassiodor. lib. 8. Epist. 10.

(c) *Romæ Lucii, Rogati, Cassiani, & Candidæ.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ Candidæ, Amboni, Filati, Lucii, Matronæ.* Martyrolog. Bluman. *Falati*, pro Filati. Martyrolog. Corbejen. *Romæ Candidæ, Amboni, Filati, Luci, Matronę, Justini.* Martyrol. Antuerpien. *Romæ Candidæ.* Raban. *Romæ Candidę, Viriboni, & aliorum xxx.*

(l) *Noviomi in Belgia Eligii Episcopi.* Apographum Hieronym. Lucen. *In Galliis Civitate Noviome depositio S. Eligi Episcopi & Confessoris.* Apographum Corbejen. & Bluman. *Noviomo.* Mss. Attrebat. Eccl. S. Marię, Torn. Monast. S. Martini, Lętien. S. Lamberti, et Rom. Barberin. *Noviomo Civitate depositio S. Elegii Episc. et Confessoris, natale S. Constantini* Noviomum *Noviomo* Castrum ætate D. Menardi, nunc Picardiæ Nobilis Civitas: hic S. Eligius Noviomensis, & Tornacensis fuit Episcopus penès Pagi t. 3. ad an. 665. n. 3.

Disceptatio Topographica.

(h) *In Civitate Casalensi Evasii Episcopi.* Est is Episcopus Astensis, & Patronus Casalensis. Acta Bolland. ad 15. Maii.

(g) *Narniæ S. Proculi Episc. & Martyris, qui à Totila Gothorum Rege.* Narnia, *Narni.* Urbs Umbriæ antiqua apud Sabinorum fines, ad Narem fluvium, unde nomen Urbis, præterfluentem, in Montis descensu. Ms. Romanum Monasterii S. Cyriaci; quo sepè Baron. in not. usus, & Vaticanum S. Petri efferunt: *Interamnæ, sivè Narnis, S. Proculi Episcopi & Martyris.* Ex qua assertione hæc Rom. Martyrologii lectio depromitur ambigua.

Qui à veritate auditum avertent, ad fabulas convertentur. 2. ad Timoth. 4.

Si quis diceret, duos Proculos Interamnenses fuisse Episcopos, alterum quorum Narniensem, de quo hac die, & apud Mombrit. t. 2. in Act. SS. Abbundi, & Carpophori.

Facilè obtruderetur, utrumque Proculum jam in Romano Martyrologio haberi, alterum ad 14. Februar. unà cum Valentino Episcopo & Martyre, aliisque Sociis, alterum ad 14. Aprilis, quem Petr. de Natal. ea die lib. 5. cap. 15. refert passum sub Totila: proinde Baron quemadmodum in illius diei notis duos Valentinos Interamnenses Episcopos adnotat, ita & duos Proculos. Verùm dictis diebus signatur simpliciter *Interamnæ*, non explicando de qua Inetramna.

Ast ex ipsomet Baronio eruitur, adductos nomine Proculos ejusdem Civitatis fuisse Episcopos, nempè Interamnæ Narniensis, altero quorum ad 14. Aprilis sub Totila, ut supra; alioquin tres Proculi Episcopi, & Martyres signandi, duo sub Totila, & tertius temporibus persequutionis Gentilium Romanorum Imperatorum; quod quidem neque in Martyrologiis vetustioribus, neque in perantiquis Tabul. Narniensibus habetur.

De uno namque Proculo Narniensi Eminentissimus Baron. in prælibatis notis docet

in

in Act.SS. Abundi, & Carpophori apud Mombrit. tom. 1. mentionem haberi, asserendo erroribus scatere.

Quinimmò hac die Tabul. Eccl. Ravenn. agunt de Proculo Episcopo successore S. Calogeri, sextoque ejusdem Ecclesiæ Episcopo, de quo Rubeus Histor. Ravennat. lib. 1. quamobrem de Peregrinis hac die profert: *Civitate Narnia S. Proculi Martyris*, sine caractere Episcopi, & aliunde Narnienses Episcopum hujus nominis, neque suum, neque alienum venerantur, ut Ferrar. sua nova Topographia. Modò nè dubia sit Romani Martyrologii lectio, & sapientiores non obstarent, proferat, ut Apographa prælaudata: *Interamna*, sivè *Narnis*, *S. Proculi Episcopi & Martyris*.

xix. G Quarto Nonas Decembris. Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1

A B C D E F *F* G H M N P

2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

(d) *Severi, Securi, & Soc.* Martyres circa 450. Petr. de Natal. & Ado. (f) *Petri Episc.* Obiit an. 449. Baron. eo an. nu. 60. Ann. 451. interfuit Concil. 4. Æcumenic. Act. Monument. Eccl.

ROmæ pàssio sanctæ Bibiànæ vìrginis, quæ sub Juliàno Imperàtore sacrìlego ob Christum tàmdiu plumbàtis cæsa est, donec rèdderet spìritum. (*a*) Ibìdem sanctòrum martyrum Eusèbii presbyteri, Marcèlli diàconi, Hìppòlyti, Màximi, Adrìæ, Paulìnæ, Neònis, Marìæ, Martànæ, & Aurèliæ, qui in persecutiòne Valeriàni sub Secundiàno Jùdice martyrium complevèrunt. (*b*) Item Romæ sancti Pontiàni màrtyris cum àliis quàtuor. (*c*) In Africa natàlis sanctòrum màrtyrum Sevèri, Secùri, Januàrii, & Victorìni, qui ibìdem màrtyrio coronàti sunt. (*d*) Aquilèjæ sancti Chromàtii Epìscopi & confessòris. (*e*) Apud Forum Cornèlii sancti Petri Epìscopi Ravennàtis, cognomènto Crhysòlogi, doctrìna, & sanctitàte cèlebris. (*f*) Veronæ sancti Lupi Epìscopi & confessòris. (*g*) Edèssæ sancti Nonni Epìscopi, cujus prècibus Pelàgia pœnitens ad Christum convèrsa est. (*h*) Tròade in Phrygia sancti Silvàni Epìscopi, miràculis clari. (*i*) Brixiæ sancti Evàsii Epìscopi. (*k*)

(g) *Lupi Episc.* Obiit inter ann. 500. & 600. Ferrar. (h) *Nonni.* Circ. 451. Nicephor. (K) *Evasii Episc.* Post an. 843. Ferr. Multò priùs Capreolus.

(a) *Baron. an. 362. n. 73. Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. ann. 259. nu. 8.* (c) *Baron. ibidem.* (d) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 21.* (e) *Baron. ann. 388. n. 89. & an. 399. n. 35.* (f) *Baron. an. 433. n. 24. an. 435. n. 22. an. 439. n. 14. & ann. 449. nu. 59. & 60. Petr. in Catal. lib. 1. c. 20. & Rubeus de monuments. Eccl. Raven.* (g) *Baron. in not. Cardin. Valer. de antiqu. Monument. Eccles. Veronen. pag. 9. & 40. & Ferrar.* (h) *Baron. in not. Niceph. hist. lib. 14. c. 30.* (i) *Baron. an. 406. n. 21. & an. 434. n. 4. Sozomen. hist. lib. 7. c. 36. Niceph. lib. 14. c. 39. & Græci.* (k) *Baron. in not. Ferrar. & Capreol.*

Qui scrutantur testimonia, in toto corde exquirunt ea. Psalm. 118.

(a) *Roma Bibiana.* Apographum Hieronymian. Lucen. & alia Mss *Viviana.* Ado hac die: *Roma Viviana, Fausti, & Dafrosæ filia.* Cardinal. Baron. in not. admonet, veriorem lectionem esse, ut scribatur *Vibiana.* Roman. nomen à Vibio.

(c) *Item Romæ Pontiani cum aliis quatuor.* Martyrolog. Hieronym. Lucen. *Roma Primiti, Pontiani, Primini.* Martyrolog. Bluman. pro Primiti, *Primenzi.* Martyrolog. Antuerpien. *Roma Pemeri, Pontiani, Pinimi.* Martyrolog. Corbejen. *Romæ Primentii, Pontiani, Primini, Juliani, Daphrosa, & Dimetri.* Ado: *Demetria.* Demetria quidem Soror fuit Daphrosæ, unà cum Viviana sepulta. Ms. Vatican. S. Petri: *Roma Primitivi, Pontiani, Priminii.* Ms. Roman. Monasterii S. Cyriaci: *Roma Primenti, Pontiani, Pisinni.* Ms. Attrebaten Eccl. S. Mariæ: *Roma Victorini, Demetri, Donati.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini. *Et passio SS. Primenti, Pontiani, Dafrosia, Juliani.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Roma Victorini, Primentii, Dafrosii, Demetrii, & Urbani.* Ms. Divionen. *Romæ Juviniani, & Fausti Martyrum, & Dafrosa Filia.* Ms. Roman. Barberinian. ultrà. *Et Agnetis, Secunda, Primiti, Viniani.* At hi martyres videntur alii ab iis, qui Romæ hac die in

Declaratio sermonum illuminat. Psalm. 118.

Roma-

Romano Martyroleg. De Peregrin. *Romæ S. Pontiani Martyris*; nil aliud.

(d) *In Africa Severi, Secundi, Januarii, & Victorini*. Ms. Roman. Barberinian. *In Mauritania Severi, Victorini, Fortunati*. Apographum Hieronymian. Lucen *In Mauritania Veri, Secundi, Januarii, Fortunati, Meggeni, Debbuchi, Victorini, Clementi, Pontiani, Candidi, Mammeriæ, Agnetis, Donati, Primi, Victorii, Secundi, Septimi, Maximi, Donati, Saturnini*. Apographum Bluman. post *Pontiani*, profert: *Candidę, Mammatiæ, Agnetis, Donata, Prima, Victuria, Secunda, Septima, Maximæ, Donatę, Saturinę*. Apographum Antuerpien *In Mauritania Veri, Securi, Januari, Victurini, Clementi, Pontiani, Candida, Mammarię, Agnetis, Donata, Primę, Victurina, Secunda, Septimæ, Maximę, Donatę, Saturninę*. Martyrol. Corbejen. *In Mauritania Severi, Januarii, Victorini, Fortunati, Meggeni, Debbuchi, Victurini, Clementi, Pontiani, Candidę, Mammariæ Agnetis, Donatę, Primę, Victurię, Secundæ, Septimię, Maximę, Donatę, Saturninę*. Raban. ut Roman. Martyrol. at promit *Veri*, pro *Severi*; quemadmodum Beda, & Galesinius, qui adscivere: *Securi, Januarii, & Victorini*.

Cardinal. Baron. in not. admonet, de his Martyribus agere Petrum de Natal. ubi ex Adone refert in persequutione Vuandalica Martyrizatos. At neque in Adone edito, neque in Appendice ad Adonem legitur in Africa sub persequutione Vvandalica passos; & Usuard. solùm panditat: *In Africa Sanctorum Martyrum Veri, & Severi fratrum*; proindè ex laudato Petro perperam id hauserunt Maurolyc. & alii, uti & Roman. Martyrolog.

(k) *Brixię Evasii Episcopi*. De Peregrin. die præcedenti sine præsignatione loci: *Ipso die S. Evasij Episcopi & Confessoris*.

xviij.	A	Tertio Nonas Decembris. Luna.																3
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
	3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12						

IN Sanciàno Sinàrum insula sancti Francìsci Xavèrii è Societàte JESU Indiàrum Apòstoli, multitùdine infidèlium, quos convèrtit ad Christum, & magnitùdine miraculòrum, præsèrtim in suscitàndis mortuis, & spìritu prophetìæ toto orbe conspìcui. Qui confèctus labòribus pro fide suscèptis, plenus mèritis obdormìvit in Dòmino quarto Nonas Decèmbris; ejus tamen festum jussu Alexàndri Sèptimi hac die celebràtur. (a) In Judæa sancti Sophonìæ Prophètæ. (b) Romæ sanctòrum màrtyrum Clàudii Tribùni, & uxòris ejus Hilàriæ, ac filiòrum Jasonis, & Mauri, cum septuagìnta milìtibus: ex quibus Clàudium jussit Numeriànus Imperàtor ingènti saxo alligatum, in flumen præcìpitem dari, mìlites verò, & filios ipsius Clàudii capitali sentèntia punìri. Beàta autem Hilària cùm filiòrum còrpora sepelìsset, ad eòrum sepùlchrum orans, pàulò pòst a Pagànis tenta migràvit ad Dòminum. (c) Tingi in Mauritània pàssio sancti Cassiàni màrtyris, qui exceptòris diu gerens officium, tandem cœlitus inspiràtus, execràbile duxit, Christianòrum neci deservìre; unde renùntians eìdem officio, sub Christiàna confessiòne triùmphum mèruit obtinère martyrii. (d) Item in Africa sanctòrum màrtyrum Clàudii, Crispini, Magìnæ, Joànnis, & Stèphàni. (e) In Pannònia sancti Agrìcolæ màrtyris. (f) Nicomedìæ pàssio sanctòrum Ambìci, Victòris, & Julii. (g) Mediolani sancti Mirocletis Epìscopi & confessòris, cujus aliquàndo sanctus Ambròsius mèminit. (h) In Anglia sancti Birini primi Epìscopi Dorcestriènsis. (i) Curiæ in Ger-

(b) *Sophonis*. Die 29. Iun. Hagiolog. Metricum Habessinorum.

(c) *Claudii, & Soc*. Die 19. Martii Græci in Menolog. & in Menæis, item Galesinius.

(h) *Mirocletis*. Ann. 387. in Vit. Baron. eo an. n. 4. Obiit an. 268. Chronic. Mediolanen. Die 30. April. Galesin.

(i) *Birini Episc*. Ann. 635. Baron. eo an. n. 9. & 10. Ann. 640 Trithemius de vir. illust. Ordin. S. Benedict.

(k) *Galgani*. Obiit an. 1181. Gregor. Ordin. Pædicator. in vita.

Germània sancti Lùcii Britannòrum Regis, qui primus ex iis Règibus Christi fidem suscèpit, tèmpore Eleuthèrii Papæ. (*k*) Senis in Tùscia sancti Galgàni eremitæ. (*l*)

(a) *Breviar. Roman. aliique.* (b) *Baron. in not. Græci in Menolog. Epiphan. de vit. & interit. Proph. c. 48. apud Isidor. & Doroth. in Synopsi c. 9.* (c) *Baron. ann. 184. n. 6. Sur. t. 5. prior. edition. Act. Chrisanthi, & Dariæ ad 25. Octob. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 23.* (d) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 1. c. 23. & Ferrar.* (e) *Baron. in not. & Beda.* (f) *Iidem ibidem.* (g) *Ibidem.* (h) *Baron. an. 313. n. 25. & an. 387. n. 4.* (i) *Baron. an. 635. num. 9. & 10. Beda de gest. Anglor. lib. 3. c. 7. Tritbem. lib. 3. de vir. illust. Ordin. S. Benedict. c. 140. & Catal. Scriptor. Britan.* (k) *Baron. an. 173. n. 3. & sequ. Beda de gest. Angl. lib. 1. c. 4. Petr. in Catal. lib. 1. c. 24. Marian. Scot. in Chronic. & alii.* (l) *Baron. in not. & Greg. Ordin. Prædicator. in vita.*

* Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Eccl. 4.

(c) *Romæ Claudii Tribuni, Hilaris uxoris ejus, Jasonis, & Mauri filiorum, cum septuaginta militibus.* Ms. Divionen. corripit: *Cum septuaginta militibus.* De Peregrinis: *Romæ Claudii, & Tribuni, & uxoris ejus Hilaris*: reliquum ferè ut Roman. Martyrolog. Corpus Mauri Lavelli propè Melphim Schedæ Caraccioli penès Cler. Regul. SS. Apostolorum Neapoli.

(d) *Tingi in Mauritania Cassiani Martyris.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. *Et in Tingi Cassiani.* Martyrolog. Antuerpien. *Et Intingi, Cassiani.* Martyrolog. Corbejen. *Et Intingi, Cassiani, Crispini.* Vitium quidem *Intingi Martyris* nomine, pro *in Tingi* loco. Raban. *Et in Tingi Cassiani Presbyteri.* At ex Prudentio apud Baron. in notis elicitur, Rabanum ex corrupto Codice additamentum *Presbyteri* rescripsisse.

(e) *In Africa Claudii, Crispini, Maginæ, Joannis, & Stephani.* Ms. Vatican. S. Petri: *In Africa Crispini, Magnæ, Joannis.* Ms. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ: *In Africa natale SS. Crispini, Magni, Joannis.* Mss. Tornacen. Monast. S. Martini, et Lætien. S. Lamberti: *Et Stephani.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Bluman. ac Ms. Barberinian. Roman. ultra: *Victoris, Martinæ.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Crispini, Magnæ, Joannis, Stephani Victoris, Martini, Saviniani.* Martyrolog. Antuerpien. *In Africa Crispinæ, Magiæ, Martyris.* Rabanus: *In Africa Crispini, Maginæ, Joannis, Stephani, Victoris.*

(g) *Nicomedia Ambici, Victoris, & Julii.* Apographum Hieronym. Lucen. *In Nicomedia Umbici, Felicis, Victori, Julii.* Martyrol. Veissemburgense corripit *Felicis.* Apographum Antuerpien. *Nicomedia Umbici, item Felicis, Victori, & Juli.* Apographum Corbejen. *In Nicomedia Umbuci. Item Felicis, Victorici, Julii.* Raban. *In Nicomedia Ambici, Victuri, Juli.* Pro *Umbico*, plures Codices *Ambicum* retinent.

Disceptatio Topographica.

(f) *In Pannonia Sancti Agricolæ Martyris.* Apographum Martyrologii S. Hieronymi, ac Ms. Roman. Barberinian. *In Bononia Agricolæ.* Ex qua lectione videtur ambigua hæc Romani Martyrologii, quæ effert: *In Pannonia Agricolæ.*

Verùm Beda, ac veter. Mss. & alii recentiores, uti Galesinius, Raban. cæterique *Pannoniam* retinent.

De mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccl. 4.

Sed hi Martyrologi ex aliquo luxato Codice rescripsere *Pannoniam* pro *Bononia*; quamobrem Apographum Antuerpien. *Bononiam* retinet, & profert: *Bononiæ Italiæ Agricolæ* ad omnino *Pannoniam* excludendam. Ita Apographum Corbejen. & Hieronym. Lucen. ad 27. Novembr. protulere: *In Italia Civitate Bononia Agricolæ, Vitalis.*

Ast idcircò Bononia signatur pro Bononia in Gallia Belgica ad oram Piccardiæ, cui potiùs hic Martyr tribuendus, & non Bononiæ in Italia: aut saltem Arvernis signandus, quo à Namasio Episcopo Reliquiæ translatæ, & à S. Ambrosio impetratæ; quamobrem nominibus *Agricolæ, & Vitalis*, Cathedralis Ecclesia dicata legitur apud S. Gregorium Turonen. ut pridiè nonas Novembris refert Saussayus, qua die ea translatio colitur.

Hoc tamen effugium non proficit, quia neque nomen Urbis, neque dies venerationis congruunt, quemadmodum minùs appositè Italiæ Bononiæ nomen ad Bononiam Gallicam traduceretur. Liquet ex S. Ambrosio in descriptione Martyrii Agricolæ, & Vitalis, quorum corpora cùm invenisset Bononiæ Italiæ quiescentia extulit, & solemni pompa, formaque authentica cum beato sanguine sub sacris illius Urbis Altaribus collocavit: Adstruitque Paulinus in vita Ambrosii, & Martyrolog. Roman. ad 14. Novembris eorum memoriam Bononiæ veneratur.

Quamquam enim una eademque die Agricola dominus, & Vitalis servus cursum Martyrii non confecerint, sed Agricola hac die, qua ejus natalis celebratur seorsim à Vitale, tamen in eadem Bononia ambo Martyres fuere. Modò hæc Topographica trica sit satis exhibita, nè Roman. Martyrologium eam patiatur, sapientiorum consilio proferat: *Eodem die Sancti Agricolæ Martyris.*

xvij. B Pridie Nonas Decembris. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

(b) *Theophanis, & Soc.* Martyr an. 780. Menſe Septembris ſub Leone Armeno Baronius eo an. n. 4. Ann. 772. Obiit Leo Armen. Theophan. hiſt. eo an. An. 780. Menſe Auguſti Leo Armen. deſiit vivere. Pagi tom. 3. ad eum an. n. 2.

(f) *Annonis Epiſcopi*. Obiit an. 1075. Baron. eo an. n. 29. An. 1077. Marian. Scot. in Chron. Die 29 Aprilis Martyrol. Coloniæ, & Lubecæ an. 1490. cuſum, ac Auctar. Greven.

(g) *Maruthæ Epiſcop.* Die 16. Febr. Græci in Menæis.

NIcomediæ pàſſio ſanctæ Bàrbaræ vìrginis & màrtyris, quæ in perſecutiòne Maximìni, poſt diram càrceris maceratiònem, lampadàrum aduſtiònem, mamillàrum præciſiònem, atque àlia tormènta, glàdio martyrium conſummàvit. (*a*) Conſtantinòpoli ſanctòrum Theòphanis, & ſociòrum. (*b*) In Ponto beàti Melètii Epìſcopi & confeſſòris, qui cùm eſſet eruditiònis prærogativa præcipuus, virtus tamen ànimi, & vitæ ſincèritas in eo longè magnificèntior èxtitit. (*c*) Bonòniæ ſancti Felìcis Epìſcopi, qui àntea Mediolanènſis Eccleſiæ ſub ſancto Ambròſio diàconus fùerat. (*d*) In Anglia ſancti Oſmùndi Epiſcopi & confeſſòris. (*e*) Colòniæ ſancti Annònis Epìſcopi. (*f*) In Meſopotàmia ſancti Marùthæ Epìſcopi, qui collàpſas in Pèrſia Dei Ecclèſias ob perſecutiònem Iſdegèrdis Regis reparàvit, multiſque miràculis clarus, apud hoſtes ètiam mèruit honoràri. (*g*) Parmæ ſancti Bernardi Cardinàlis, & ejuſdem civitàtis Epìſcopi. (*h*)

(a) *Baron. in not. Græci in Menolog. Sur. t. 6. prior. edit. & Mombrit. t. 1.* (b) *Baron. an. 780. n. 4. & hiſt. Miſcella. an. 5. Leonis Armen.* (c) *Baron. an. 285. nn. 17. & an. 371. n. 74. & Euſeb. hiſt. lib. 7. c. 9.* (d) *Baron. an. 397. n. 52. & S. Paulin. in vit. S. Ambroſ.* (e) *Baron. an. 1067. n. 16. Ranulph. lib. 7. c. 3. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (f) *Baron. an. 1055. n. 27. & an. 1075. n. 29. ac item Molan. Addit. ad Uſuard.* (g) *Baron. an. 408. n. 4. Socrat. hiſt. lib. 6. c. 14. & lib. 7. c. 8. Sozomen. lib. 8. c. 16. Niceph. lib. 14. cap. 18. S. Joan. Chryſoſtom. epiſt. 14. & Græci in Tabul.* (h) *Baron. in not. Breviar. Monach. Vallis Umbroſæ, Tabul. Eccleſ. Parmen. Molan. & alii.*

Omnia, quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. ad Eph. 5.

(a) *Nicomediæ Barbaræ Virginis & Martyris in perſecutione Maximini*. Antiqui Codices videntur inter ſe varii. Uſuard. Ado, & alii: *In Tuſcia*. Aliique: *Nicomediæ*. Metaphraſt. *Eliopoli*. Item nonnulli tempore *Maximiani*. Ms. Roman. Barberinian. *Romæ Barbaræ Virginis, Pudenti*. Mss. Rom. Monaſterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri ſine palæſtra: *S. Barbaræ Virginis, Eraclii, Chriſtiani, Pudentis, Victoris*. Ms. Attrebaten. Eccleſ. S. Mariæ, & de Peregrin. ad 16. Decembris: *In Tuſcia S. Barbaræ Virginis & Martyris, ſub Maximiano Imperatore*.

(b) *Conſtantinopoli Theophanis, & Sociorum*. Hi ſocii fuere *Jacobus Protoſpatarius, Papias, & Strategius*, omnes Aulici Leonis Armeni Imperat. qui unà cum aliis Religioſis ob cultum Sacrar. Imagin. Martyrizati. Cedren. in Compend. Annal.

Omne quod manifeſtatur lumen eſt. Eph. 5.

(c) *In Ponto Meletii Epiſcopi & Confeſſoris*, Alius *Meletius* legitur *Epiſcopus Antiochen.* In ejuſdem Epiſtol. apud S. Baſil. 69. & ad Ital & Gallos. Item in eodem Baſil. ad eundem Epiſt. 56. 57. 58. & 59.

(g) *In Meſopotamia Maruthæ Epiſcopi*. Græci ad 16. Februar. in Menæis: *S. Maruthas Epiſcopus, qui à Theodoſio Magno ad Regem Perſarum miſſus, Regis filiam à ſpiritu maligno obſeſſam liberavit, & petitis Sanctorum Martyrum in Perſide paſſorum reliquiis, ad eorum honorem conditam à ſe Urbem Martyropolim appellavit.*

xvi.

xvj. C Nonis Decembris. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4

A B C D E F F G H M N P

5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

(b) *Chriſpinæ.* Martyr ann. 302. ſub Diocletian. Baron. eo ann. nu. 125. Ann. 303. perſequutio Diocletian. cæpit. Pagi t. 1. ad ann. 302. num. 3.

(d) *Baſſi Epiſcopi.* Martyr an. 254. ſub Decio. Baron. eo an. nu. 29. Ann. 251. Decius interemptus. Pagi t. 1 ad eum annum nu. 29.

(h) *Nicetii Epiſcop.* Die 1. Octobris Nonnulli.

MUtalæ in Cappadòcia ſancti Sabbæ abbàtis, qui in Palæſtina miro ſanctitàtis exèmplo refùlſit, pro fide Cathòlica advèrſus impugnàntes ſanctam Synodum Chalcedonènſem ſtrènuè laboràvit. (*a*) Thebèſte in Africa ſanctæ Chriſpìnæ nobiliſſimæ fèminæ, quæ tempòribus Diocletiàni, & Maximiàni, cùm ſacrificare nollet, juſſu Anolìni Procònſulis decollàta eſt: quam ſanctus Auguſtinus ſæpè laudibus cèlebrat. (*b*) Thagùræ in Africa ſanctòrum màrtyrum Jùliæ, Potàmiæ, Criſpìni, Felìcis, Grati, & aliòrum ſeptem. (*c*) Nicææ apud Varum flùvium ſancti Baſſi Epìſcopi, qui in perſecutiòne Dècii, & Valeriàni à Perènnio Præſide ob Chriſti fidem equùleo tortus, làminis candèntibus uſtus, fùſtibus, & ſcorpiònibus cæſus, in ignem injèctus, cùm evaſiſſet illæſus, duòbus clavis confixus, illùſtre martyrium conſummàvit. (*d*) Papìæ ſancti Dalmàtii Epìſcopi & màrtyris, qui in perſecutiòne Maximiàni paſſus eſt. (*e*) Corfinii in Pelignis ſancti Pelini Epìſcopi Brundusìni, qui ſub Juliàno Apòſtata, cùm ejus oratiòne Martis templum corruìſſet, à templòrum pontificibus diriſſimè cæſus, atque octoginta & quinque vulnèribus confòſſus, màrtyrii corònam promèruit. (*f*) Item ſancti Anaſtaſii màrtyris, qui ardòre martyrii ſpontè ſe perſecutòribus òbtulit. (*g*) Trèviris ſancti Nicètii Epiſcopi, miræ ſanctitàtis viri. (*h*) Polyboti in Aſia ſancti Joànnis Epiſcopi, cognomènto Thaumatùrgi. (*i*)

(a) *Baron. an. 518. n. 59. & an. 531. n. 23. & 25. Græci in Menolog. Lippoman. t. 5. Sur. t. 6. prior. edition. & Coteler. monument. Eccleſ. Græc.* (b) *Baron. an. 302. n. 125. & S. Auguſt. in Pſalm. 120. & 137. item in Sermon. 53. de Verb. Domin. in lib. de Virgin. c. 44. in fin. & in Sermon. 44. de Diverſ. c. 2. in fin.* (c) *Baron. an. 302. n. 125. Petr. de Natal. lib. 10. c. 130. Beda, Uſuard. & alii.* (d) *Baron. an. 254. n. 29. Petr. in Catal. lib. 1. c. 30. & Tabul. Eccleſ. Papien.* (e) *Baron. an. 303. n. 123. Sur. t. 6. & 7. prior. edition. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 32.* (f) *Baron. in not. & Acta Eccl. Brunduſin.* (g) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (h) *Baron. an. 529. n. 14. & ſequ. & an. 595. n. 90. S. Greg. Turonen. Vit. SS. Patr. c. 17. & Sigeb. in Chronic. ad an. 528.* (i) *Baron. an. 731. n. 7. & Græci in Menolog.*

Dum ſapio reſpondebo, & veritas teſtificatur. Eſdr. 3.

(a) *Mutalæ in Cappadocia Sabbæ Abbatis.* Mutala, vicus quondam Cappadociæ in Sebaſtenſi territorio apud Montem Argæum, ubi Monachorum Cœnobium fuit. An his temporibus extet, neſcitur. S. Sabba Abbas Lauram in Palæſtina inter Hiercuntem, & lacum Aſphaltidem conſtruxit. Ms. Vatican. S. Petri fine loci nota: *S. Sabbæ Monachi, & aliorum octo.* Ms. Rom. Monaſt. S. Cyriaci: *S. Sabæ, & aliorum viginti.* Ms. Roman. Barberinian. *Et alibi S. Saba Confeſſoris.*

(b) *Thebeſte in Africa Chriſpinæ.* Ms. Pulſanen. Neapoli apud Cleric. Regular. Sanct. Apoſtolorum: *Apud Coloniam Thebeſtinam Sanctæ Criſpinæ Virginis.* Colonia Thebeſtina in Numidia eſt. Antonin. in Itinerar.

(c) *Thaguræ in Africa Juliæ, Potamiæ, Criſpini, Felicis, Grati, & aliorum ſeptem.* Ferrar. nova Topographia ad Roman. Martyrolog. Thagura olim Urbs Africæ propriè dictæ mediterranea: inter Murem, & Cirtam, quæ an extet, & quod nomen habeat,

Ad illuminationem ſcientiæ in manifeſtatione veritatis. 2. ad Corinth. 4.

fatetur non potuisse scire. At Antonino in Itinerario Thagura Urbs est Numidiæ. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Numili, Felicis, Juli, Potamiæ. Item Crispini, Eracli, Missi, Victoris, Trophimi, Evoarpioni, & aliorum VIII. SS. Candori, Mamsamoni, Pauli, Marci, Sussi, Brivati. Fulgenti, Matrona, Filadi, Sanctę, & Mariæ.* ˙˙ .yrol. Veissemburgense Monast. S. Petri effert: *Pontamiæ, Evocarpion, Privati*. Martyrolog. Antuerpien. *Civitate Tegora Juli, Potamia, Crispina, & aliorum VII. In Africa Humili, Felicis, Eracli, Misi, Victoris, Trosimi, Serapionis, & aliorum VIII. Gaudami, Pauli, Marci, Sussi, Privati, Fulgenti, Matrena, Fedali, Sancta, Mariæ*. Martyrol. Corbejen. *In Africa Humili, Felicis, Julii, Patomia. Item Crispini, Heracli, Missa, Victoris, Trophimi, Evoarpion, & aliorum VIIII. Sanctorum Candori, Nausam oni, Pauli, Marci, Justi, Primati, Fulgentii, Matronæ, Feladi, Sanctæ, Mariæ.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Africa Humilii, Felicis, Julii, Potamia, Victoris.* Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini: *In Africa Felicis, Julii, Potamia, Privati, Fulgentii, & S. Crispini Martyrum.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Africa Felicis, Privati, Fulgentii, & alii, & S. Crispinæ Virginis*. Ms. Barberinian. Roman. *In Africa natale SS. Humilii, Felicis, Julii, Potamia, Crispini, Trophimi, Eucarpione.* Raban. *In Africa Civitate Togara natale Julii, Potamia, Grati, & aliorum VII* Petr. de Natal. *In Civitate Togara*. At aptiùs Roman. Martyrologium: *In Civitate Thagura*.

(c) *Papia Dalmatii Episcopi*. Corpus Quadrigenti, oppidulo Alexandrino. Raban. sine loci nota, & absque addito Episcopi, hac die: *Nonis Decembris natale Dalmatii Martyris*. An alius, ambiguum. Martyr namque sub Maximiano, & nonnulli Episcopum Papien. faciunt.

xv. D Octavo Idus Decembris. Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
		A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
		6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15					

(a) *Nicolai Episcop.* Die 27. Maii Ms. Bruxellen. S. Gudilæ.

(b) *Dionysiæ, & Soc.* Die sequ. Græci in eorum Tabul.

(c) *Asellæ.* Circ. 381. Baron. eo an. nu. 46. Circ. 400. S. Hieronym. Epistol. 29.

MYræ, quæ est metròpolis Lyciæ, nàtalis sancti Nicolài Epìscopi & confessòris, de quo inter plura miraculòrum insìgnia illud memoràbile fertur, quòd Imperatòrem Constantìnum ab intèritu quorùmdam se invocàntium, longè constitùtus, ad misericòrdiam per visum mònitis deflèxit, & minis. (*a*) In Africa sanctarum mulierum Dionysiæ, Dativæ, Leòntiæ, & religiòsi viri nòmine Tèrtii, Æmiliàni mèdici, & Bonifàcii, cum àliis tribus, qui omnes in persecutiòne Vvandàlica sub Hunnerico Rege Ariàno pro defensiòne Cathòlicæ fidei gravìssimis, & innùmeris suppliciis cruciàti, confessòrum Christi nùmero sociàri meruèrunt. (*b*) Ibidem sancti Majòrici filii sanctæ Dionysiæ, qui cùm esset adolescèntulus, àc tormènta pavèsceret, matris obtùtibus verbìsque corroboràtus, cæteris fòrtior factus, in tormèntis rèddidit spìritum: quem amplexàta mater domi sepelivit, & ad ejus sepùlchrum assìduè orare consuèvit. (*c*) Eòdem die sancti Polychrònii presbyteri, qui tèmpore Constàntii Imperatòris, cùm ad altàre Missas àgeret, invàsus est ab Ariànis, & jugulàtus. (*d*) Granàtæ in Hispània pàssio beàti Petri Paschàsii màrtyris, Ordinis beàtæ MARIÆ de Mercède redemptiònis Captivòrum, & Epìscopi Giennènsis: cujus Festivitas Clemèntis Papæ Dècimi jussu celebratur dècimo Kalèndas Novèmbris. Romæ sanctæ Asèllæ vìrginis, quæ (ut beàtus Hierònymus scribit) ab ùtero matris benedìcta, vitam jejùniis, & oratiònibus usque ad senèctam prodùxit. (*c*)

(a) Ba-

(a) *Baron. an. 316. n. 36. An. 318. n. 38. an. 325. n. 36. & an. 326. n. 85. & sequ. Græci in Menolog. Lippoman. t. 5. Sur. t. 6. prior. edition. & Mombrit. t. 2. Vit. SS.* (b) *Baron. anno 484. n. 80. & sequ. Victor. lib. 3. de persecut. Vuandalic. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. ibidem n. 81. Victor. itidem lib. laudato, ac Beda, Usuard. & Ado.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (e) *Baron. an. 382. n. 46. S. Hieronym. Epistol. 15. 29. & 140. ac Pallad. cap. 29.*

Sapiens est, cui res sapiunt prout sunt. S. Bernard. serm. 51. super Cantic.

(a) *Myra Metropol. Lyciæ, Nicolai Episc. & Confessor.* De Peregrin. *Apud Mirream Metropolim Lyciæ.* Mss. Rom. Monasterii S. Cyriaci, Barberinian. & Vatican. S. Petri: *S. Nicolai Episcopi*; nil aliud. Ms. Attrebaten. Eccles. S. Mariæ: *Eodem die depositio S. Nicolai Confessoris.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Confessoris & Episcopi.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *In Mirentium Civitate S. Nicolai Episcopi.* Ms. Divionen. *S. Nicolai Episcopi Myrorum Lyciæ.* Myra, quæ & Myrrhea, *Myri*, Urbs Lyciæ quondam nobilissima Metropolis, ad Limyrum fluvium, haud procul à litore, in colle Phello, Antiphello, & Pataræ finitimis Urbibus proxima; Nunc eversa jacet.

(b) *In Africa Dionysiæ, Dativæ, Leontiæ, Tertii, Æmiliani Medici, Bonifacii, cum aliis tribus sub Hunnerico.* Martyrolog. Roman. vet. pro Leontiæ, *Leontii.* De Peregrin. pro Dativæ, *Datiane*, et Æmiliano corripit *Medici*: subducendo *sub Hunnerico Rege.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Africa Zeloti, Fortunati, Gai, Hermogenis, & Rogatiani.* Apographum Bluman. pro Gaddi, *Gatti.* Apographum Corbejen. *Gai*, & pro Rogati, *Regatiani.* Mss. Divionen. & Rom. Monasterii S. Cyriaci, ac Vatican. S. Petri: *In Africa Zetuli, Fortunati, Gaithi, Hermogenis, & Rogati* Ms Rom. Barberin. subducit *Gaithi*, & pro Zetuli, effert *Zeloti.* Mss. Attrebat. & Tornac. prælaudata efferunt: *In Africa Rogati, Ermogenis, & Fortunati.* At hi videntur alii Martyres Afri, qui in persequutione Vuandalica; & forsan recentiores. Martyrolog. *Ms Pulsanen. Neapoli penès Cleric. Regular. Sanctorum Apostolorum, ut Roman. Martyrolog. verùm nomina trium Anonymorum exprimit, nempe: *Servii, Victoris, & Joannis adolescentis.*

(d) *Polychronii.* Græci in Menolog. hac die: *Commemoratio S. Martyris Polychronii, viri sanctitate, & miraculorum operatione insignis. Hic in Synodo Nicæa celebrata ex Lectore Diaconus, & dein Presbyter est ordinatus. Postquam verò Magnus Constantinus excessit, statim hæresis Ariana multos perturbare cæpit; itaque perversæ opinionis homines cùm invenissent S. Polychronium altari assistentem, repente in eum insilientes, gladiis jugularunt, & Mystico, ac Divino sanguini sanguinem Martyris addiderunt.*

(e) *Asellæ.* Id cognomen nobilis Romanæ familiæ. Meminit Cicer. orat. 6. *In Verrem P. Annii Aselli.*

Sapientię est contęplatio veritatis. S. Augustin. sermon. in Mont. c. 3.

vi. E Septimo Idus Decembris. Luna: 7

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

(a) *Ordinatio S. Ambrosii Episc.* An. 374. Valętiniani Imperat. XI. Baron. eo an. nu. 1. & seq. An. 378. Valentin. Imp. XI. S. Hieronym. in Chronic. Die 3. Decembris Apograph. Martyrolog. S. Hieronym. penès Florentin. Die 31. Martii Florar. Ms. Beda, Raban. Die 3. Maii Ms. Tàlacten.

MEdiolàni ordinàtio sancti Ambròsii Episcopi, & Ecclèsię Doctòris, cujus sanctitàte, & doctrina universalis Ecclèsia decoràtur. (*a*) Alexandriæ natàlis beàti Agathònis militàris, qui in persecutiòne Dècii cùm prohibèret quosdam volèntes illùdere cadavèribus Màrtyrum, clamor repèntè totius vulgi advèrsus eum extòllitur: oblàtus autem Jùdici, cùm in confessiòne Christi persisteret, càpite pro pietàte damnàtus est. (*b*) Antiochiæ sanctòrum martyrum Polycarpi, & Theodòri. (*c*) Tubùrbi in Africa sancti Servi martyris, qui in persecutiòne Vvandàlica sub Hunnerico Rege Ariàno fùstibus diutissimè cæsus, tròchleis frequènter in sublime elevatus, atque ictu cèleri super silices ponderе còrporis dimìssus, & lapìdibus acutissimis perfricatus, martyri palmam adèptus est. (*d*) Theàni in Campània sancti Urbàni Episcopi &

* (b) *Agathonis Martyris* Die 12. Januar. Galesin. & Martyrol. German.

(g) *Pharæ*, aliàs *Burgundophara*. Obiit an. 620. Sigebert. in Chronic. Anno 640. Trithem. An. 632. Cointius ad eum ann. nu. 23. & Sammarthani to. 4. Galliæ Christian. pag. 361. Die 9. Octobr. Cointius ibid. Die 2. Apr. Ferrar.

& confessòris. (*e*) Apud Sàntonas in Gàllia sancti Martini abbàtis, ad cujus tùmulum crebèrrima divìnitus fiunt miràcula. (*f*) In pago Meldensi sanctæ Pharæ vìrginis. (*g*)

(a) *Baron. an. 374. nu. 1. & sequ. an. 390. nu. 21. & sequ. & an. 397. nu. 36. & sequ. & Greci in eorum Hagiologiis.* (b) *Baron. in not. Beda, Usuard. & Ado.* (c) *Baron. ibidem, item Beda.* (d) *Baron. an. 484. nu. 82. & Victor. lib. 3. de Persequut. Vvandalic.* (e) *Baron. ibid. & Tabul. Eccles. Thean.* (f) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. hist. Francor. lib. 7. c. 10. & de glor. Confess. c. 57. Usuard. Ado, & alii* (g) *Baron. an. 614. n. 17. Sigebert. in Chron. ad an. 620. Sur. t. 5. prior. edition. in Act. S. Pharon. Episc. ad 28. Octobris, Petr. in Catal. lib. 1. c. 39. & Trithem. de vir. illustr. Ordin. S. Benedict. lib. 3. c. 55.*

Audi, disce, & in verbis attende. Ecclesiast. 16.

(a) *Ordinatio S. Ambrosii.* Cardinal. Baron. in not. *Greci eandem celebrant solemnitatem. Natalemque, dicunt, ut constat ex eorum Menologio hac die.* At Menologium tàm Canisii, quàm Basilii in laudabili elogio vitæ, quod texunt, obdormitionem in Domino hac ipsa die recolunt, non verò natalem Ordinationis.

(b) *Alexandria Agathonis militaris.* Ms. Divionen. *Alexandria Agathoni Martyris, & Militis.*

(c) *Antiochia Polycarpi, & Theodori.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Antiochia civitate Policarpi, Theodoli, & Sapidici.* Martyrol. Veissemburgense Monasterii S. Petri pro Theodoli, *Theodoti.* Martyrolog. Corbejen. *In Antiochia Policarpi, Theodori, & Sapici, Severini, Secundini, Victorini, Clemensis, & Primę.* Vvandelbert. cecinit. *Septenas retinet Polycarpus cum Theodoro.*

Ut scias quomodo oporteat unicuique respondere. Ad Colossens. 4.

xiij. F Sexto Idus Decembris. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	23	22	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

(a) *Conceptio Virginis Mariæ.* Die sequent. Græci in Menolog. Die 22. Febr. Ms. Colonien. S Mariæ ad Gradus. Die 13. Maii Ms. Tamlacten.

(b) *Eutychiani Pap.* Sedit an. 9. Baron. ad an. 283. nu. 14. An. 8. Ms. Lætien. S Lamberti. An. 28. Florus. Die præcedenti Apographa Antuerpien. & Bluman. Chronic. Damasi, & Indicul. Bucherii. Die 25 Jul. Pseudo-Luitprand. Abbas Floriacen. Florus, & Ms. Lętien. citat.

CONcèptio glorióſæ semper Vìrginis genitrìcis Dei MARIÆ. (*a*) Romæ beàti Eutichiani Papæ, qui per divèrsa loca trecèntos quadragintaduòs Màrtyres manu sua sepelivit; quibus & ipse sociàtus, sub Numeriàno Imperatòre martyrio coronàtus est, & in cœmetèrio Callisti sepùltus. (*b*) Alexandriæ sancti Macàrii martyris, qui tèmpore Dècii cùm à Jùdice multis verbis ad negàndum Christum suaderètur, & eò majòri constàntia fidem suam profiterètur, vivus ad ùltimum jubètur exùri. (*c*) Trèviris sancti Euchàrii, discìpuli beàti Petri Apòstoli, & primi ejùsdem civitàtis Epìscopi. (*d*) In Cypro sancti Sophrònii Epìscopi, qui pupillòrum, orphanòrum, ac viduarum defènsor mirìficus, & pàuperum atque oppressòrum òmnium adjùtor fuit. (*e*) In monastèrio Luxoviènsi sancti Romarìci abbàtis, qui cùm in aula Theodobèrti Regis primus esset, renùntians sæculo, monàstica ètiam observantia cæteris antecèlluit. (*f*) Constantinòpoli sancti Patàpii solitàrii, virtùtibus, & miràculis clari. (*g*) Verònæ ordinàtio sancti Zenònis Epìscopi. (*h*)

(c) *Macarii.* Martyr anno 253. sub Decio. Baron. eo an. n. 104. Inter ann. 249. & 251. Martyr sub Decio Pagi t. 1 ad an. 251. n. 29. & Bolland. ad 10. Februarii.

(d) *Eucharii Epist.* Die 24. Martii Addit. Mss. ad Greven.

(a) *Baron. t. 1. in Apparat. nu. 30. & sequ. Græci in Fastis, & S. Bernard. Epistol. 174.* (b) *Baron. an. 283. nu. 14. & sequ. Euseb. hist. lib. 7. c. 26. Optat. lib. 2. contra Parmen. Nicephor. in Chronic. & S. Augustin. Epist. 165.* (c) *Baron. an. 253. nu. 104. Euseb. lib. 6. c. 34. Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 46. nu. 2. S. Gregor. Turonen. vit. SS. Patr. c. 17. Petr. Cluniacen. lib. 1. Epist. 2. Marian. Scot. ad an. 74. & Tabul. Democbar. de Sacrif. Missæ.* (e) *Baron. in not. & Græci in Menolog. hac die.* (f) *Baron. an. 617. nu. 14. 15. & 19. Petr. in Catal. lib. 1. c. 44. & Trithem. lib. 3. de Vir. illustr. Ordin. S. Benedict. c. 9.* (g) *Baron. in not. Græci hac die, Lippom. t. 5. & Sur. t. 3. prior. edition.* (h) *Baron. in not.* (a) *Con-*

Da mihi linguam eruditã, ut sciam sustẽtare eum, qui lapsus est verbo. Isaiæ 50.

(a) *Conceptio Virginis Mariæ*. Hoc festum temporibus S. Sabbæ Abbatis an. 430. & die sequent. in Ecclesia Græca. In Anglia ex divina revelatione à Latinis an. 1070. ut Baron. in not. & Petr. de Natal. lib. 1. c 42. Dein in Ecclesia lugdunensi in Gallia sine apostolica authoritate. Accessit tandem assensus Ecclesiæ, ex decret. de Reliq. & venerat. SS. à Sixto IV. edito, & à Concil. Tridentino confirmato. Martyrol. Ms. Colonien. S. Mariæ ad Gradus ad 22. Februar. *Conceptio Beatę Marię Virginis*. Forsan ibi votiva aliqua solemnitas, uti hac die per universam Ecclesiam.

(b) *Romæ Eutichiani Papę sub Numeriano* Ms. Vatican. S Petri: *Depositio Eutyciani Episc.* nil aliud Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Romæ Euticiani, Eusebi Episcopi, Urani presbyteri, & Successi Episcopi*. Martyrolog. Bluman. corripit: *Romę Euticiani*, auspicando *Eusebi, &c.* Martyrol. Corbejen. *VI. Idus Decembris. Eusebii Episcopi, Usanni presbyteri, Successi Episcopi*. Martyrolog. Antuerpien. *Romę depositio Eticiani Episcopi, Eusebi Episcopi, & Tiranni presbyteri*. Mss. Romana monasterii S. Cyriaci, Barberinian. & Vatican. S. Petri: *Romę S. Eusebii Episcopi, & Urani presbyteri, & Successi Episcopi*. Ms. Lætien. S. Lamberti silet *Eusebii*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini subducunt *Romę*. Saussayus supplement. ad Martyrolog. Gallican. *VI. Idus Decembris depositio Eusebii, Uzani presbyteri, & Successi Episcopi*: asserendo ex Toletana Ecclesia excerpsisse. Sammarthani verò inter Tolosanos Episcopos *Successum non recensent*. Florus Addit. ad prelibata Mss. Tornacen. & Lætien. ad 25. Junii: *VIII. Kal. & S. Euticiani Papæ & Martyris, qui cùm Ecclesiam Romanam annis viginti octo post Petrum rexisset, trecentos quadraginta duos martyres propriis manibus sepelivit, passusque est martyrium temporibus Aureliani.*

(c) *Alexandrię Macarii Martyris*. Martyrolog. Roman. vetus: *Macarii subdiaconi genere Limbici.*

(b) *Romę B. Eutichiani &c. qui sub Numeriano Imperatore martyrio coronatus est.*

Inclinate aurem, audite testem, dedi ducem, & præceptorem. Isai. 55.

Eminentissimus Baronius in suis eximiis Annalibus pro hoc Martyrio nullum testem in medium producit.

Quamvis in not. ad hoc Roman. Martyrolog. advocet Bedam, Usuardum, Adonem, & alios Anonymos recentiores.

Disceptatio historico-literalis.

Quia non raró multa Martyrum Acta tametsi interpolata & vitiosa, ab illius tamen ævi Authoribus prolata, & laudata fuere, & deiu à posterioribus admissa: quòcirca Authores adducti ex aliquo corrupto codice transcripsere. Elicitur ex Bucherio, penès quem hic S. Pontifex, non in Indiculo deposition. Martyrum, sed in altero Episcoporum describitur: *VI. Idus Decembris Eutychiani in Callisti*. Et uterque Indicul. scriptus quidem sub Constantio Constantini Magni filio, videtur omnibus Martyrologis antiquior, ut Pagi vir eruditus sanè adnotat t. 1. ad an. 283. nu. 2. proindè summa fides eis adhibenda: Nec qui hunc S. Pontificem corona martyrii condecorant, conveniunt sub quo Martyrizatus; Baronius *sub Numeriano*: Et Florus ad 25. Julii *sub Aureliano*. Si igitur Roman. Martyrol. proferret: *Romę B. Eutichiani Papę*, non officeret quin posset cadere dubium, an Martyr quoque occubuisset; quemadmodum è contra pronunciando: *B. Eutichiani Papæ & Martyris*, de ejus Martyrio expresè signato, locus hæsitandi non remaneret: quamobrem licèt aliquando quàmplures Sancti in Martyrologiis *Pontifices* tantùm vocentur, non indè infertur non fuisse Martyres, ut manifestum in S. Callisto Pontifice, de quo antiquum Kalendar. Fronti ad 14. Octobris: *Natalis S. Callisti Pontificis*, & nihilominus Martyrio affectum fuisse promit Bucher. lib. de Doctrin. Tempor. Mense Octobris. Ut igitur hęc trica expungatur, & peritiores adstipulentur, videtur promendum: *Romæ B. Eutichiani Papæ, qui per diversa loca trecentos quadraginta Martyres manu sua sepelivit & multa passus, in Cęmeterio Callisti sepultus.*

xij. G Quinto Idus Decembris. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17

(a) *Leocadiç Virginis.* Martyr ſub Diocletiano an. 303. Baron. eo an. n. 129. An. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.
(f) *Syri.* Die 7. Febr. Martyrol. Satisburien. & Vvitſor. Die 8. nonnulla Kalendar. Bolland. ea die.

(i) *Gorgoniç Virgin.* Die 23. Februar. Græci in Menęis, & Maxim. Cytheræus.

TOlèti in Hiſpània natàlis ſanctæ Leocàdiæ vìrginis & màrtyris, quæ in perſecutiòne Diocletiani Imperatòris à Præſècto Hiſpaniàrum Daciàno dira càrceris cuſtòdia maceràta, cùm graviſſimos beatæ Eulàliæ, & reliquòrum Martyrum cruciàtus audìſſet, gènibus in oratiòne pòſitis, impollùtum ſpìritum Chriſto rèddidit. (*a*) Carthàgine ſancti Reſtitùti Epìſcopi & màrtyris, in cujus ſolemnitàte ſanctus Auguſtinus de eo ad pòpulum ſermònem hàbuit. (*b*) Item in Africa ſanctòrum màrtyrum Petri, Succèſſi, Baſſiani, Primitìvi, & aliòrum viginti. (*c*) Lemòvicis in Gàllia ſanctæ Valèriæ vìrginis & màrtyris. (*d*) Verònæ ſancti Pròculi Epìſcopi, qui in perſecutiòne Diocletiàni còlaphis ac fùſtibus cæſus, & civitàte pulſus, tandem in Ecclèſiam ſuam reſtitùtus quièvit in pace. (*e*) Papiæ ſancti Syri primi ejùſdem civitàtis Epìſcopi, qui Apoſtòlicis ſignis, & virtùtibus clàruit. (*f*) Apamèæ in Syria beàti Juliàni Epìſcopi, qui tèmpore Sevèri ſanctitàte reſulſit. (*g*) Petragòricis in Gàllia ſancti Cypriàni abbatis, magnæ ſanctitàtis viri. (*h*) Naziànzi ſanctæ Gorgòniæ ſoròris beàti Gregòrii Thęòlogi, cujus ipſe virtùtes, & miràcula conſcripſit. (*i*)

(a) *Baron. an. 303. nu. 139. Petr. in Catal. lib. 1. c. 48. Marin. Sicul. lib. 5. rer. hiſpan. Theſaur. concion. t. 2. hac die, & Flos hiſpan.* (b) *Baron. an. 303. nu. 73. An. 397. nu. 55. & an. 408. nu. 17.* (c) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. n. 4. & Beda.* (d) *Baron. ibidem. Petr. in Catal. lib. 6. c. 29. in Act. S. Martial. Molan. Addit. ad Uſuard. & Epiſtol. S. Martial. ad Toloſan.* (e) *Baron. an. 303. nu. 123. Petr. in Catal. lib. 1. c. 49. & lib. 7. c. 72. in Act SS. Firmi, & Ruſtici.* (f) *Baron. an. 46. nu. 2.* (g) *Baron. an. 173. n. 21. Græci hac die, & Euſeb. hiſt. lib. 5. c. 15.* (h) *Baron. in not. S. Gregor. Turonen. de glor. Confeſſor. c. 100. Petr. in Catal. lib 1. c. 51. & Trithem. lib. 3. de vir. illuſtr. S. Benedict. lib. 3. c. 252.* (i) *Baron. an. 389. nu. 37. 48. & 49. Græci in Tabul. & S. Gregor. Nazianzen. in oration.*

Argue ſapientem, & diliget te. Prov. 9.

Audiens Sapiens Sapientior erit. Prov. 1.

(a) *Toleti in Hiſpania Leocadię Virginis & Martyris.* Martyrol. Roman. Vetus: *Leocadiæ Virginis*; Corripit *Martyris*; Animam in carcere quidem Deum orans, naturali morte profudit Et quamvis lata ſignificatione tò *Martyr* hoc loco ſumatur, nihilominùs quia die ſequenti adhuc in Hiſpania Eulalia Virgo & Martyr celebratur, ſanè Martyrol. Rom. vetus è Leocadia tò *Martyr* expunſit ut eam ab *Eulalia* ſecernat.

(c) *In Africa Petri, Succeſſi, Baſſiani, Primitivi, & aliorum viginti.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Africa Petri, Succeſſi, Baſini, Victori, Tonini, Porphyri, Urbani, Januarii, Mizini, Publiciani, Paſcenti. Item Urbani, Bonifatii, & aliorum XII.* Apographum Bluman. effert: *Victoris, Purpuri, Januarii, & aliorum XI. Silvanæ, Valentinę, Mariæ, Donatæ, Victuriæ, Agnillæ, Inventię, Rogatę.* Apographum Antuerpien. ſine palęſtra: *V. Idus Decembris Natalis Petri, Succeſſi, Turni, Puplicani, Paſcenti, Item Urbani, Bonifaſię, & aliorum XII.* Apographum Corbejen. *In Africa Petri, Succeſſi, Baſini, Victoris, Tonini, Porphyri, Urbani, Januarię, Malani, Paſcenti, Item Urbani, Boniſacii, & aliorum vigintitrium.* Ms. Vatican. nulla loci præſignatione: *Petri, Succeſſi.* Ms. Roman. Barberinian. *In Africa Petri, Succeſſi, Baſini, Porphyrii, Urbani. In Africa Generati, Polentiæ, Silvanæ, Valentinę, Felicis, & Zutyciani.* De Peregrin. & Bellin. *In Africa Petri, Succeſſi, Baſſiani.* Raban. *In Africa Petri, Succeſſi, Turni, Publiciani, & aliorum xx.* Maurolyc. *In Africa Sanctorum Petri, Succeſſi, Baſſini, Porphyrij,*

&

& Urbani. Petr. de Natal. efert: *Porphyriæ*.

(g) *Apameę in Syria Juliani Episc.* Sunt & aliæ Urbes *Apameæ* dictæ, scilicèt *in Pisidia*, & *in Bythinia*.

xj. A Quinto Idus Decembris. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9

A B C D E *F* F G H M N P

10 11 12 13 14 15 14 16 15 17 18 19

ROmæ ſancti Melchiadis Papæ, qui in perſecutiòne Maximiàni multa paſſus, rèddita Eccleſiæ pace, quièvit in Domino. (*a*) Eòdem die ſanctòrum màrtyrum Carpòphori presbyteri, & Abùndii diàconi, qui in perſecutiòne Diocletiàni primò fùſtibus crudeliſſimè cæſi, deinde in càrcerem, negàto cibo, & potu, retrùſi, & rurſum in equùleo torti, & poſt hæc diu in càrcere maceràti, noviſſimè gladio percùſſi ſunt. (*b*) Emèritæ in Hiſpània pàſſio ſanctæ Eulàliæ vìrginis, quæ ſub Maximiàno Imperatòre, cùm eſſet annòrum duòdecim, juſſu Daciàni Præſidis pro confeſſiòne Chriſti plùrima tormènta perpèſſa eſt: noviſſimè in equùleo ſuſpènſa, & exungulàta, fàculis ardèntibus ex utròque làtere appòſitis, hauſto igne, ſpìritum rèddidit. (*c*) Item ibìdem ſanctæ Jùliæ vìrginis & màrtyris, quæ beàtæ Eulàliæ sòcia fuit, & illi ad paſſiònem properànti comes indivìdua adhæſit. (*d*) Alexandriæ ſanctòrum màrtyrum Mennæ, Hermògenis, & Eùgraphi, qui ſub Galèrio Maximiàno paſſi ſunt. (*e*) Apud Leontìnos in Sicìlia ſanctòrum màrtyrum Mercùrii, & ſociòrum mìlitum, qui ſub Tertyllo Præſide tèmpore Licìnii Imperatòris glàdio cæſi ſunt. (*f*) Ancyræ in Galàtia ſancti Gemèlli màrtyris, qui poſt dira tormènta ſub Juliàno Apòſtata crucis ſupplìcio martyrium conſummàvit. (*g*) Viènnæ ſancti Sindùlphi Epìſcopi & confeſsòris. (*h*) Brìxiæ ſancti Deuſdèdit Epìſcopi. (*i*) Laureti in Picèno Translàtio ſacræ Domus Dei genitrìcis MARIÆ, in qua Verbum caro factum eſt.

(a) *Melchiad. Pap.* Obiit anno 313. Baron. eo an. n. 47. & ſeq. An. 314. Pagi t. 1. ad an. 313. n. 15. Die 9 Jan. Cuſpian. in Catal. Rom. Pontific. Die 10. Martyrol. German. Bucher. Florentin. & Holſten. Die 11. Ms. Monaſterii S. Martini Treviren.

(b) *Carpophori, & Socior.* Martyres circa 290. Baron. in not. ad oram marginal. Circa 304. Jacobil. hiſtor. S. Felician. Die 8. Aug. de Carpoph. Florentin.

(c) *Eulaliæ Virg.* Martyr an. 303. Baron. eo an. n. 130. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. *Die* ſequ. Florentin.

(d) *Juliæ*. Die 25. Febr. Ferrar. in novo Catal SS. Italiæ.

(f) *Mercurii, & Soc.* Die 25. Jun. de Mercurio Auct. Greven. ad Uſuard

(a) *Baron. an. 313. n. 29. & ſequ. & n. 47. Euſeb. in Chron. Optat. Milevit. lib. 2. S. Auguſtin. Epiſt. 165. & Niceph. in Chronic.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib. 1. c. 93. Theſaur. Concion. t. 2. Flos SS. & Mombrit. t. 1.* (c) *Baron. an. 303. n. 138. Petr. in Catal. lib. 1. c. 54. Flos SS. Hiſpan. Theſaur. Concion. t. 2. S. Greg. Turonen. de glor. Martyr. lib. 1. cap. 91. & S. Iſidor. hiſt. Goth. æra* 491. (d) *Baron. an. 303. n. 139. Petr. in Catal. lib. 1. cap. 55. Uſuard. & Ado.* (e) *Baron. an. 307. n. 34. & ſequ. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (f) *Baron. in not.* (g) *Baron. ibid. Græci in Monolog. & Metaphraſt. ad 22. April. in Act. S. Theodori Sicæota.* (h) *Baron. in not. & Ado in Chron. ad an. 669.* (i) *Baron. itidem in not. & Tabul. Eccleſ. Brixien.*

Ponam in lucem ſcientiam, & non prætcribo veritatem. Sap. 6.

(a) *Roma Melchiadis Papæ*. Aliis: *Meliadis, Miltiadis, Melciadis*. Ms. Rom. Monaſterii S. Cyriaci: *Romæ Melciadis Epiſcopi & Confeſſoris, & aliorum duodecim*. Bucher. Indic. Pontific. Roman. ad Canon. Victor. pag. 272. habet: *Miltiadem ſediſſe à Conſulatu Maximian. VIII. ſolo, quod fuit menſe Septemb. Voluſiano, & Rufino uſque in 3. Idus Januarii, Voluſiano, & Januario Conſulibus.* Sub 10. Januar. Florus Addit. ad Mss. Attrebaten. Tornacen & Lætien. ac complura alia Mss. apud Bolland. ea die.

(b) *Eodem die Carpophori Presbyteri, & Abundii Diaconi*. Ad 8. Auguſti Apographa

Accipite per ſermonem, & proderit vobis. Sapient. 6.

Martyrologii S. Hieronymi, nempe vet. Lucen. VI. *Idus Augusti natalis Secundini, Severiani, Carpophori, Victorini, Albani*. Apographum Veissemburgense Monasterii Sancti Petri pro Secundini, Carpophori, *Secundi*, *Corperi*. Apographum, Corbejen. pro Albani, *Albini*. Apographum Antuerpien. *Romæ Secundi, Severiani, Carpophori*. An hic Carpophorus sit idem, ambiguum. Roman. namque Martyrolog non exprimit locum, & suo Carpophoro addit *Presbyteri*, uti Abundio *Diaconi*. Martyrolog. Roman. vet. præsignat *Spoleti*; At his extat inter Hispalim, & Spoletum, ut eruditè apud Baron. in not.

(c) *Emeritæ in Hispania Eulaliæ Virginis*. Apographum Epternacen. seù Antuerpien. S. Vuillibrordi: *In Spanis Eulaliæ, Victuri, Currentis, Adriani, Eracli, Eminenti, Prudenti, Miggini, Victoriani, Pauli, Marci*. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monasterii S. Martini die 12. Decembris: *In Hispanis S. Eulaliæ, & alterius Virginis nimium tortæ*.

(e) *Alexandriæ Mennæ, & Secior.*

Cardinal. Baron. in not. admonet, hunc Mennam esse alium ab eo, de quo ad 11. Novembris. At videtur idem ex ipsomet Baron. iisdem notis suadente, Corpus Mennæ Constantinopolim translatum: proindè quùm Mennæ Translatio in eam Urbem unica sit, liquet unus Mennas, die 11. Novembris ob ejus Translationem Cotyæi cultus: quamòbrem Martyrolog. Roman. vet. ea die sanè protulit: *In Scythia S. Mennę Constantinopolim translati*.

Compsæ in Hirpinis. S. Mennas Martyr colitur.

Disceptatio Topographica.

(e) *Emeritę in Hispania passio S. Eulaliæ virginis &c*. Emerita, *Merida* Urbs Hispaniæ Lusitaniæ ad Anam fluvium, media inter Pacem, Augustam, & Turrim Juliam, olim inter Urbes Hispanicas clarissima, nunc ejus dignitas Metropolitana, quæ maxima erat, Compostellæ ascita. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Hispan. Civitate Almeri S. Eulalię Virginis & Martyris*. Et Beda genuin. *Natale S. Eulalię Virginis in Barcelona Civitate Hispania*. Ex quibus lectionibus dubia videtur hæc Romani Martyrologii: *Emeritæ in Hispania*.

Quòd si obtruderetur, luxatè scriptum *Almeria*, pro *Emeritę*; eo quia Beda, Usuard. Raban. Vuandelbert. & alii Anonymi à Baronio in notis acciti constanter *Emeritæ in Hispania* efferunt.

At luxatè quidem fuisset scriptum *Almeria*, pro *Emerita*, si non extaret in Hispania Urbs *Almeria* dicta Geographis Hispaniæ Bethicæ litoralis, ab *Emerita* Urbe Lusitaniæ veteris omninò diversa.

Verùm duas Eulalias Martyres Bollan. & Henschen. viri clarissimi ad 12. Februarii in Hispania agnoscunt, alteram *Barchinonensem*, de qua forsan Beda genuin hac die, alteram *Emeritę*, & de hac ferè omnes Latini hac ipsa die illius illustrem agonem celebrant.

Nihilominùs Raban. & Beda genuin. laudatus Eulaliam Barchinonensem hac die memorant, & Emeritensem ad 12. Decembris, quarum Acta apud Petr. in Catal & utriusque inter se confusa, & quùm Julia S. Eulaliæ Barchinonensis socia hac eadem die in Romano Martyrologio, & ferè apud omnes Latinos recolatur, sequitur, eam hac etiam die celebrari. Ut igitur sedulà sit Romani Martyrologii lectio, & sapientiores annuerent, ut Martyrolog. vetustissimum Antuerpien. S. Vuillibrordi, inscribat: *In Hispania passio S. Eulalię Virginis, quę &c.*

x. B Tertio Idus Decembris. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

(a) *Damasi Pap.* Obiit ann. 384. Baron. eo an. nu. 11. Ann. 382. Nicephor. An. 383. Pagi t. 1. ad an. 384 n. 2. & ad ann. 385. num. 2. Mense Octob. Marcellin. Comes in Chron. Die 2. Jul. Mss. Attrebaten. Ecclesiæ S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, & Roman. Barberin. Die 10. Decembris Florentin.

(c) *Victorici, & Soc.* Martyres an. 303. Baron. eo an. num. 128. Ann. 304. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6. Die 2. Maii Ms. Lætien. S. Lamberti.

(f) *Sabini Episcop* Die 17. Januar. Placentiæ Ferrar. ad novam Topograph. in calce.

ROmæ sancti Dàmasi Papæ & confessòris, qui Apollinàrem hæresiàrcham damnàvit, & Petrum Episcopum Alexandrinum fugàtum restituit: multa ètiam sanctòrum Màrtyrum còrpora invènit, eorùmque memòrias vèrsibus exornàvit. *(a)* Item Romæ pàssio sancti Thrasònis, qui cùm Christiànos laborántes in thermis, aliisque opèribus pùblicis fatigàtos, & in càrcere pòsitos de suis facultàtibus àleret, jubènte Maximiàno tentus, cum àliis duòbus, Pontiàno, & Prætextàto, màrtyrio coronàtus est. *(b)* Ambiàni sanctòrum màrtyrum Victòrici, & Fusciàni sub eòdem Imperatòre, in quorum nàribus, & àuribus jussit Rictiovàrus Præses immìtti tarìnchas, & clavis ardèntibus tèmpora transfigi, deinde òculos evèlli, ac pòstmodum eòrum còrpora jaculàri; sicque unà cum sancto Gentiano eòrum hòspite, capitibus amputàtis, migravèrunt ad Dòminum. *(c)* In Pèrside sancti Bàrsabæ màrtyris. *(d)* In Hispània sancti Eutychii màrtyris. *(e)* Placèntiæ sancti Sabìni Episcopi, miraculis clari. *(f)* Constantinòpoli sancti Danielis Stylitæ. *(g)*

(a) *Baron. an. 384. n. 11. & sequ. Optat. Milevit. lib. 2. Ruffin. hist. lib. 2. c. 10. Sozomen. lib. 6. c. 23. Niceph. in Chron. & S. Augustin. ad Generos. Epist. 165.* (b) *Baron. ann. 298. nu. 12. & Sur. t. 1. in Act. S. Marcelli ad 16. Januar. & t. 4. prior. edit. in Act. S. Susannæ.* (c) *Baron. an. 303. n. 128. Petr. in Catal. lib. 1. c. 17. & Mombrit. tom. 1.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menolog.* (e) *Baron. ibidem, Vasæus in Chron. Hispan. Thesaur. Contion. tom. 2. & Laurent. Padil.* (f) *Baron. an. 381. n. 83. & S. Greg. Pap. lib. 3. Dialog. c. 10.* (g) *Baron. an 446. n. 17. an. 489. n. 4. & an. 522. n. 20. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 5. prior. edit. & Niceph. hist. lib. 15. c. 31. & lib. 16. c. 6.*

Discant homines, & servi sint sapientiæ. S. Clem. Alexandrin. l. 6. Strom.

(a) *Romæ Damasi Pap.* Apograph. Antuerpien. S. Vuillibrordi: *Depositio Damasi, Eulaliæ, Traconis, Pontiani, Capitulini, Prætextati, & aliorum decem.* Die præcedenti Apograph. Hieronymian. Lucen. *Romæ depositio Damasi Episcopi, Germani, Euladi, Evangeli, Drasonis, Mauri.* Apographum Corbejen. pro Euladi, *Euludi.*

(b) *Item Romæ Thrasonis, Pontiani, & Prætextati.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. & Corbejen. adscivere: *Capituli, & aliorum sine numero multorum.* Martyrolog. Epternacen. seù Antuerpien. die præcedenti: *3. Idus Decembris Romæ Trosonis, Pontiani, Capitulini, Prætextati, & aliorum LXXII.* Raban. Notker. & Rosuveydus ad 14. Januar. *Pontiani Martyris, sub Antonino Imperatore, apud Spoletum in Umbria.* An hic Pontianus fuerit alius, Bolland. vir summus ea die consulendus. De Eulalia verò, an Romæ hac die efferenda, ut alia ab Hispana aliis diebus recensita, videtur annuendum.

(c) *Ambiani Victoris, & Fusciani.* De Peregrin. *Civitate Ambianis Sanctorum Martyrum Ambiani, Victorici.* Ms. Barberinian. Roman. *In Gallia Civitate Ambianense natale SS. Victrici, & Fusciani Martyrum.* Mss. prælaudata Attrebat. Eccl. S. Mariæ, & Tornacen. Monast. S. Martini: *Et Prætextati.*

(e) *In Hispania Eutychii.* Apographum Hieronymian. Lucen. & Antuerpien. *Eutici.* Apographum Corbejen. *Futiciani.* Quænam lectio sanior, Hispani ipsi decernant.

Sapientiæ est sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere. S. Gregor. lib. 11. cap. 15.

xi. C Pridie Idus Decembris. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C.	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

Romæ ſanĉti Synèſii màrtyris, qui tèmpore beàti Xyſti Papæ lectòr ordinàtus, cùm multos convertiſſet ad Chriſtum, apud Aureliànum Imperatòrem accusàtus, glàdio percùſſus, martyrii corònam accèpit. (*a*) Alexandriæ ſanĉtòrum màrtyrum Epìmachi, & Alexàndri, qui ſub Dècio Imperatòre cùm fuiſſent multo tèmpore in vinculis, & divèrſis ſuppliciis affècti perduraſſent in fide, ignibus tandem consùmpti ſunt. (*b*) Ibidem ſanĉtàrum Ammonàriæ virginis, Mercùriæ, Dionyſiæ, & altèrius Ammonàriæ: quarum prima in eàdem Dècii perſecutiòne, inauditis tormentòrum genèribus ſuperatis, ferro cædènte beàtum vitæ finem percèpit: tres verò àliæ, cùm Judex à fèminis ſuperàri erubèſceret, ac dubitàret ne eàdem in illàs exèrcens cruciamènta, eàrum ètiam conſtàntia vincerètur, ſtatim juſſæ ſunt decollàri. (*c*) Eòdem die ſanĉtòrum màrtyrum Hermògenis, Donàti, & aliòrum vigintiduòrum. (*d*) Trèviris ſanĉtòrum màrtyrum Maxèntii, Conſtàntii, Creſcèntii, Juſtini, & ſociòrum, qui in perſecutiòne Diocletàini ſub Riĉtiovaro Præſide paſſi ſunt. (*e*)

(a) *Synesij Martyris*. Die 22. Febr Græci in Menæis, & Maxim Cyther.

(b) *Epimachi, & Alexandri*. Martyres an. 273 ſub Decio. Baron. eo an. n 105. Ann. 251. Decius occiſus Pagi to. 1. ad eum an. nu. 29. & Bolland. ad 17. Februar. Die 1. Novembris Græci de Epimacho.

(c) *Ammonaris, & Socior.* Die 12. Februarii Caniſ. Galeſin. & Auĉtar. ad Uſuard. Die 25. April. Florarium Ms.

(d) *Hermogenis, & Soc.* Die 10. Decembris Græci in Menolog. Caniſii, & Baſilii.

(a) *Baron. an. 275. n. 4. Græci in Faſtis, & Herman. Contraĉt. in Chronic. ad an. 275.* (b) *Baron. an. 253. n. 105. Euſeb Hiſt. lib. 6. c. 34. Græci in Tabul. Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 253. nu. 105. Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 34. Beda, & alii.* (d) *Baron. in not. & Theſaur. Concion. t. 2.* (e) *Baron. an. 303. n. 124. & Sigibert. in Chronic. an. 1071.*

Secundum ſcientiam judicium labiorum attendite. Job. 13.

(a) *Romæ Synesii Martyris*. Cardinal Baron. in not. *De eod. in Græci agunt hac die in Menolog.* At Græcorum Menæa, & Maximus Cythereus ad 22. Februar. *Synesii gladio occiſi*. An idem, Bollandus ea die affirmat.

(c) *Ammonariæ Virginis, Mercuriæ, Dionyſiæ, & alterius Ammonariæ*. De Peregrin. *Item Alexandriæ Sanĉtarum Mulierum Antonariæ, Mercuriæ, & Dionyſiæ. & iterum Amonariæ*. Vitium putandum Antonariæ, pro *Ammonariæ*; tò namque *iterum* refertur ad primam Martyrem.

(d) *Eodem die Hermogenis, Donati, & aliorum viginti duorum*. Mss. Attrebat. Ecclesiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini: *Natale Sanĉtorum Hermogenis, & Donati*; nil aliud. Mss. Divionen. & Rom. Monaſterii S. Cyriaci, Barberinian. & Vatican. S. Petri ultrà: *Et aliorum triginta duorum*. Apographa Martyrologii S. Hieronymi Antuerpien. Corbejen. & Bluman. *Et alio loco Hermogenis, Donati, & aliorum xxii.* Apographum Hieronymian. Lucen. *In Hiſpania Civitate Almiriæ Eulaliæ Virginis, Hermogenis, Donati, & aliorum xxii.* Addubitandum an pro Emerita, *Almeria* ſcriptum. Rabanus quidem hac ipſa die. *In Hiſpania Civitate Emerita Eulaliæ Virginis, Hermogenis, Donati, & aliorum xxii.* Verùm hi Martyres alii. Incerto namque loco, & *Donati*, non *Donata* in Romano Martyrologio, aliiſque Codicibus ſignatur. Item Caniſius ad 10. Decembr. *Alexandriæ Hermogenis, Menæ, Calliceladi, & Eugraphi, ſub Maximiano Imperatore coronatorum*; hic quoque Hermogenes verendum, an idem, quùm Galeſinius promat: *Alexandriæ Hermogenis, Donati, & aliorum xxii.*

(e) *Treviris Maxentij, Conſtantij, Creſcentiani, Juſtini, & Sociorum, in perſecutione Diocletiani, Riĉtiovaro Præſide*. Aĉta Martyrii ferunt: *Treviris Conſtantii, Creſcentii, Juſtini, ejuſdem Civitatis clariſſimi Senatorum, & Juſtini, Leandri, & Severi*. An Martyres in perſequutione Diocletiani, Riĉtiovaro Præſide, par trica, quæ de S. Macra ad 6. Januarii. Paſſi fuere eodem ann. 303. ut Baron. eo an. n. 124.

Audite ſermonem percipite auribus veſtris. Job. 13.

viij. D Idibus Decembris. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
A B C D E *F* F G H M N P
13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

(a) *Luciæ.* Die 6. Febr Mss. Leodien. S Lambert. & Aquiſgran. S. Maximi penès Bolland. ac Apographa Antuerpien. & Corbejen. ea die apud Florentin.

(b) *Euſtratij, & Soc.* Martyres ann 311. Baron. eo ann. n. 20. Ann. 312. Pagi t. 1. ad ann. 303. n. 6.

SYracùſis in Sicìlia natàlis ſanctæ Lùciæ vìrginis & màrtyris, in perſecutiòne Diocletiàni: quam cùm lenònes, quibus, jubènte Paſchàſio conſulàri, tràdita erat, ut à pòpulo caſtitàti ejus illuderètur, dùcere vellent, nullatenus eam movère potuèrunt, nec fùnibus àdditis, nec boum jugis plùrimis: deinde verò picem, reſinam, fervens oleum nil læſa sùperans, tandem glàdio in gùtture percùſſa martyrium consummàvit. (*a*) In Armènia pàſſio ſanctòrum màrtyrum Euſtràtii, Auxèntii, Eugènii, Mardàrii, & Orèſtis, in perſecutiòne Diocletiàni: ex quibus Euſtràtius primò ſub Lyſia, deìnde Sebàſte ſub Agricolào Præſide unà cum Orèſte exquiſitis tormèntis cruciàtus, in fornàcem miſſus rèddidit ſpìritum: Orèſtes autem in ſtratum fèrreum ignitum pòſitus migravit ad Dòminum: cæteri apud Arabracos ſæviſſimis agitàti ſuppliciis ſub Lyſia Præſide diverſimodè màrtyrium conſummàrunt. Eòrum còrpora pòſteà Romam translàta, in Ecclèſia ſancti Apollinàris honorìficè ſunt collocàta. (*b*) Apud Sardìniam in Sulcitàna ìnſula pàſſio ſancti Antiochi ſub Hadriano Imperatòre. (*c*) Cameràci in Gàllia ſancti Authbèrti Epiſcopi & confeſsòris. (*d*) In pago Pontino ſancti Judòci confeſsòris. (*e*) In territòrio Argentoratènſi ſanctæ Othìliæ vìrginis. (*f*)

(d) *Authberti Epiſcop.* Obiit an. 709. Baron. eo an. n. 7. Ann. 568. Pagi tom. 3. ad ann. 650. num. 2. Die 31. Martii Martyrolog. Colonien. Carmelitar.

(a) *Baron. an. 303. nu. 146. Græci in Menolog. Sacramentar. Gregorij, Sur. t. 6. prior. edit. & Mombrit. t. 2.* (b) *Baron. an. 311. n. 20. & an. 316. n. 45. Græci in Menolog. Lippom. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (c) *Baron. in not.* (d) *Baron. an. 654. n. 12. & an. 709. n. 7. Sur. t. 6. relat. Sigeb. in Chron. ad ann. 650. 651. & 658. & Molan. Indic. SS. Belg.* (e) *Baron. an. 653. n. 13. Sur. t. 6. prior. edit. Sigeb. in Chron. ad ann. 653. Vincent. Hiſt. lib. 24. cap. 105. & 106. Petr. in Catal. lib. 1. cap. 65. & Molan. Addit. ad Uſuard.* (f) *Baron. in not. Molan. item Add. ad Uſuard. & Chron. Germ.*

Nè deſpicias narrationè ſapientum. Eccl. 8.

(a) *Syracuſis in Sicilia Luciæ Virginis.* Syracuſis, & Syracuſa. *Syracoſa*, & Siragoſa Italis. Urbs antiquiſſima Siciliæ, & Inſulæ totius ampliſſima, ex iiii. Urbibus conſtans, & gemino portu prædita; hodie longè minor effecta: *Vallis Notæ* dicta, caput inter Leontinos. Apographa Martyrologii Antuerpien. & Corbejen. hac die, & ad 6. Februarii *Luciam Syracuſanam* venerantur: forſan una ex his diebus, dies aliqua ſolemnis translationis, altera Paſſionis, quænam verò Paſſionis, & quænam Translationis, cordatus lector Martyrologos conſulat.

(b) *In Armenia Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Oreſtis.* Armenia Regio Aſiæ maxima, in Majorem, & Minorem diviſa, Major Turcomania dicta, ultra Euphratem, Minor à Majore in occaſum recedit, Euphrate intercedente.

Cardinal. Baron. in notis ſuadet, horum Sanctorum Acta fuiſſe *Euſebij Monachi Sebaſteni, qui ea tradidit Araucinis, penes quos celebrior erat eorum memoria.* At in hujus diei ad hoc Roman. Martyrolog. animadverſis Holſtenius vir eruditus admonet, *Arabracenis* legendum, ex Nicephor. Calliſto, Arabracenorum Civitas, in Conſtantino Porphyrogenito, & in Menologio.

In antiquis eſt Sapientia. Job. 12.

(d) *Cameraci in Gallia Authberti Epiſc & Confeſſor.* De Peregrin. *Autiberti.* Ms. Attrebaten. Eccleſ. S. Mariæ: *In Gallia Cameraco Civitate depoſitio S. Autberti Epiſcopi & Confeſſoris, per quem Dominus miracula operari dignatus eſt præclara.*

(f) *In*

(f) *In territorio Argentoratensi Othiliæ Virginis*. Argentoratum, *Argentina* Italis, *Strasburg* Germanis. Urbs antiqua Germaniæ superioris in Rheni citeriore ripa, ubi Elsa amnis Rheno miscetur. Hic Othilia Virgo An. Domini Dcc. quam ferunt natam cæcam, lume n in Baptismo recepit. Molan. Addit. ad Usuardum.

vij. E Decimonono Kalendas Januarii. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

(a) *Heronis, Arsenij, & Soc.* Martyres ann. 253. Sub Decio Baron. eo an. n. 106. Inter ann. 249. & 251. Persequutio sub Decio. Pagi t. 1. ad ann. 251. nu. 29.

(d) *Nicasij Episcop. & Soc.* Martyr an. 407. Baron. eo anno n. 40. Ann. 453. Sigeb. in Chronic An. 450. Pagi to. 1. ad ann. 407. n. 10. Die 4. Decembr. alii apud Florentin. hac die. Die præced Sur. to. 12. poster. edition. & Frodoard. lib 1. hist.

(e) *Spiridionis*. Die 12. Decemb. Græci in Menologio.

ALexandriæ sanctòrum màrtyrum Herònis, Arsènii, Isidòri, & Diòscori puèri: quorum tres primos Judex in persecutiòne Deciàna vàriis tormèntis dilànians; cùm pari constàntia vidèret armàtos, tradi ignibus jubet: Diòscorus verò multipliciter flagellàtus, divino nutu ad consolatiònem fidèlium dimissus est. (*a*) Antiochiæ natàlis sanctòrum màrtyrum Drusi, Zòsimi, & Theodòri. (*b*) Eòdem die pàssio sanctòrum Justi, & Abùndii, qui sub Numeriàno Imperàtore, & Olybrio Præside in ignem injècti, cùm evasissent illæsi, gladio percùssi sunt. (*c*) Rhemis pàssio sanctòrum Nicàsii Epìscopi, Eutròpiæ vìrginis soròris ejus, & sociòrum màrtyrum, qui à bàrbaris Ecclesiæ hòstibus cæsi sunt. (*d*) In Cypro insula natalis beàti Spiridiònis Epìscopi, qui unus fuit ex illis confessòribus, quos Galèrius Maximiànus dextro òculo effòsso, & sinistro pòplite succiso, ad metàlla damnàverat. Hic prophetię dono, & signòrum glòria inclytus fuit, & in Nicæno Concilio philòsophum Ethnicum Christiànæ religiòni insultàntem devìcit, & ad fidem perdùxit. (*e*) Bèrgomi sancti Viatòris Epìscopi & confessòris. (*f*) Papiæ sancti Pompèii Epìscopi. (*g*) Neàpoli in Campània sancti Agnèlli abbàtis, gràtia miraculòrum illùstris, qui obsèssam urbem sæpè visus est Crucis vexillo ab hòstibus liberàre. (*h*) Mediolàni sancti Matroniàni eremitę. (*i*)

(a) *Baron. an. 253. n. 106. & Euseb. hist. lib. 6. c. 34.* (b) *Baron. in not. Beda, Usuard. & Ado.* (c) *Baron. in not. ac Breviar. Toletan.* (d) *Baron. an. 407. nu. 4. & an. 45. n. 42. Sur. t. 7. prior. edit Petr. in Catal. lib. 1. c. 69. Mombrit. t. 2. & Sigeb. in Chron. ad an. 453.* (e) *Baron. an. 325. n. 37. & sequ. An. 338. nu. 10. & sequ. & an. 347. n. 11. Græci in Menolog. ad 12. Decemb. Ruffin. lib. 1. c. 5. Socrat. lib. 8. c. 15. & 42. Lippom. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edit.* (f) *Baron. in not. & Galesin.* (g) *Baron. ibidem, & Tabul. Eccles. Papien.* (h) *Baron. in not. Paul. Regius, & Antonius Caracciol. Cler. Regul. de Sac. Monument. Eccl. Neapol. c. 22.* (i) *Baron. item in not. Galesin. & Tabul. Eccles. Mediolan.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Eccl. 4.

Qui sunt ex contentione nõ acquiescunt veritati. Ad Roman. 2.

(b) *Antiochia Drusi, Zosimi, Theodori.* Ms. Divionen. sine palæstra. Ms. Rom. Barberinian. *In Antiochia natale SS. Drusi, & Sociorum ejus.* Martyrol. Hieronym. Lucen. ultrà: *Numero 111. Zosimi, & Theodori, & Sanctę Luciæ Virginis.* Martyrolog Viennense Bluman. pro Luciæ, *Luca*. Martyrolog. Antuerpien. pro Drusi, *Drusine*, & efferr *Lucæ*. Martyrolog. Corbejen. *In Antiochia Drusi, & Sociorum ejus numero trium, & S. Luciæ Virginis*. Ex hac lectione depromitur, hos tres Anonymos esse alios ab iis, qui S. Drusio sequuntur, nempe *Zosimus, Theodorus, & Lucius*; quemadmodum hac Lucia Antiochena erit alia à Syracusana, qua ratione forsan Hagiologia Bluman. & Antuerpien. pro Luciæ, *Luca* protulere.

(d) *Rhemis Nicasij Episcopi, Eutropiæ Virginis Sororis ejus, & sociorum Martyrum.* De Peregrinis corripit *Sociorum Martyrum*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, Vatican. S. Petri, & Barberinian. ac Apograph.

An-

Antuerpien. *Rhemis natale S. Nicasii Episcopi*; nil aliud Martyrolog. Hieronym. Lucen. alieno charactere: *Rhemis S. Nigasi Episcopi*. Dein proprio apice: *Et S. Anastasii, & Sacrepias, Pedice, Theuduli*. Apographum Bluman. *Remis S. Nicasii Episcopi, Sacrepi, Aspedia*. Apographum Corbejen. addit: *Theoduli*. Frodoard. *Rhemis S. Nicasii Episcopi, Eutropia Virginis, Florentii Diaconi, & Jocundi*. Rabanus. *Rhemis Nicasii Episcopi, Aspidia, & Theoduli*.

(h) *Neapoli in Campania Agnelli Abbatis*. Anton. Caracciolus ex Cleric Regularib. de Sacr. Eccles. Neapolit. Monument. cap. 22. ex Actis: *Obiit an. 590. xix. Kalend. Januarii, postridie festi S. Luciæ Virginis, gentilis suæ*; tradit namque fuisse Syracusis in Sicilia oriundum, atque ex S. Luciæ Virginis & Martyris familia. Adstipulanturque Paulus Regius, & Cajetan. de Sanct. Sicul.

Disceptatio Topographica. (f) *Bergomi S. Viatoris Episcopi & Martyris*. Bergomum, Italis *Bergamo*. Urbs Venetiæ in Cœnomanis, in ascensu Montis constructa, inter Brixiam, & Novocomum, olim Ducum Mediolanensium, nunc Venetis parens. Hagiologium Hieronymian. Lucen. apud Florentin. virum clarissim. & Raban. hac ipsa die: *Lugduno Galliæ S. Viatoris Episcopi*.

Ex adverso posset quis occurrere, Viatorem Episcopum Lugdunensem esse alium à *Bergomensi*; quamobrem Ms. Romanum Barberinianum non addit *Episcopi*, sed: *Lugduni S. Viatoris*, quasi alius; Quinimmò Apographa Martyrologii S. Hieronymi, Bluman. Antuerpien. & Corbejen. ac Martyrolog S. Sabini de Levitania hac eadem die promunt: *xix. Kal. Januar. Lugduno Civitate depositio S. Victoris Episc.* Non enim proferunt *Viatoris*.

Sed leve quidem obiectum ex ipsomet Eminentissimo Baronio in not. candidè suam dubietatem fatente, his verbis: *Beda de eodem, licèt ponat in Galliis*.

Quòd dein laudata Apographa aut tò *Episcopi* non addidere, aut *Victorem* protulere, hoc forsan, vel oscitantia, vel sphalma librarii; maximòpere quia in serie Episcoporum Lugdunensium apud Scriptores Gallos non legitur nomen *Victoris Episcopi*, neque apud Raynaudum, neque apud Sammarthanos; unde facilè Amanuensis erratum *Victoris*, pro *Viatore*, ob æquipollentiam vocum, interjecta C. pro *A*.

Verùm de S. Viatore Episcopo Lugdunensi Roman. Martyrologium ad 21. Octobris egit, qua die quoque Apographum Hieronymian. Lucen. laudatum, ac Raynaudus, & Saussayus: Ex quo elicitur hac die in Romano Martyrologio cultum esse *Viatorem Episcopum Bergomensem*, quem Galesin. ex Tabul. ipsius Ecclesiæ profitetur excerpsisse, & Baronius ex eo nactus.

Ast ille Viator ad 21. Octobris cultus, non legitur Episcopus, sed Socius S. Justi Episcopi Lugdunensis, & titulo Confessoris ornatus, ut ea die Roman. Martyrolog. panditat: *Lugduni S. Viatoris Ministri B. Justi Lugdunensis Episcopi*. Eadem ferè ea die Martyrolog. Corbejen. proferendo: *Lugduno Galliæ Viatoris pueri, Discipuli S. Justi Episcopi*. Puer nempe par est ac *Administrator*, seù *Servus*, adnotat ea die Florentinius vir eruditus: Idcircò forsan Apographum Corbejen. ad discrimen relati *Viatoris*, hac die promit sub nomine *Victoris*.

Nec assertio Galesinii est sua trica immunis; quùm adhuc de hoc Viatore lis extet inter Brixienses, & Bergomenses, qui in suis propriis respectivè Ecclesiarum Tabulis hunc S. Viatorem, ut proprium Præsulem reperiunt; sicut Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ex iisdem Tabulis tradit. Verùm hæ Tabulæ ferunt hac die Brixiensem ad Cœlum migrasse, Bergomensem verò Kalend. Januarii: In hac igitur nutatione accurata erit Romani Martyrologii lectio, si sapientiores faverent, ut correpto *Bergomi*, proferat: *Eodem die S. Viatoris Episcopi & Confessoris*.

vj. F Decimooctavo Kalendas Januarii. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

OCtàva Conceptiònis beàtæ MARIÆ Vìrginis. Ordinàtio sancti Eusèbii Epìscopi Vercellènsis, cujus natalis dies Kaléndis Augùsti recensètur. Romæ sanctòrum màrtyrum Irenæi, Antònii, Theodòri, Saturnìni, Victòris, & aliòrum decem & septem, qui in persecutiòne Valeriani pro Christo passi sunt. (*a*) In Africa pàssio sanctòrum Fau-

(a) *Irenæi, & Soc.* Martyres an. 260. Sub Valeriano Baron. eo an. nu. 57. An. 259. Valerianus à Persis cæsus Henschen. & Papebroch. ad 17. April. quum de S. Innoc. Episcopo c. 1. nu. 29. Die 18. Decemb. Florent.

Faustini, Lùcii, Càndidi, Cæliàni, Marci, Januàrii, & Fortunàti. (*b*) Ibidem sancti Valeriàni Epìscopi, qui cùm esset annòrum plus octoginta, in persecutiòne Vvandàlica sub Genserico Rege Ariàno, convèntus ab eo, ut tràderet Ecclèsiæ utensilia, idque constànter renuisset, extra civitàtem singularis jussus est pelli; cùmque præcèptum esset, ut nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitàre, multo tempore in strata pùblica nudo sub àere jacens, in confessione, & defensiòne Cathòlicæ veritàtis cursum beàtæ vitæ complèvit. (*c*) In territòrio Aurelianènsi sancti Maximìni confessòris. (*d*) Apud Ibèros trans Pontum Euxìnum sanctæ Christiànæ ancillæ, quæ virtùte miraculòrum gentem illam tèmpore Constantìni ad fidem Christi perdùxit. (*e*)

(c) *Valeriani Episc.* Martyr in Africa anno 456. in persequutione Vuandalica Baron. eo an. n. 19. Anno 459. Persequutio Vvandalica in Africa Hensch. ad 5. April. de Martyribus Afris.

(d) *Maximini.* Circ. 527. Acta. Die 15. Jan. quoddam Kalend. Sanctorum Ordin. Benedict.

(a) *Baron. an. 262. n. 57.* (b) *Baron. in not. Beda, & alii.* (c) *Baron. an. 456. n. 19. & Victor. Uticensis de persequut. Vuandalic.* (d) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. Beda, Usuard. Ado, & alii hac die.* (e) *Baron. an. 327. n. 11. & sequ. Ruffin. hist. lib. 1. c. 10. Socrat. lib. 1. c. 26. Sozomen. lib. 2. c. 6. Theodoret. lib. 1. c. 24. Cassiodor. lib. 9. c. 45. Nicephor. lib. 8. c. 34. & 45. Suidas, & alii.*

Possìde sapientiam nè declines à verbis Prov. 4.

(a) *Romæ Irenai, Antonij, Theodori, Saturnini, Victoris, & aliorum decem & septem.* Die 18. Decembr. Apographum Hieronymian. Lucen. *xv. Kal. Januarii Romæ Luca Virginis, & Auccia Regis simul, & Antonini, Erenei, Theudori, Papensæ, Apollonia, Amamiæ, Penetis, Cosei, Arionis, Papisci, & Saturii, Victoris, cum aliis* VIIII. Apographum Corbejen. *Romæ Luciæ Martyris, & Auccia Regis simul, & Antonini, Erenei, Papensæ, Apollonia, Apamia, Poenicis, Cusserenicnis, Papissci, Saturij, Satarij.*

(b) *In Africa Faustini, Lucij, Candidi, Celiani, Marci, Januarij, & Fortunati.* Mss. Rom. Monast. S. Cyriaci in Thermis, & Vatic. S. Petri: *in Africa S. Fausti, Lucij, Candidi Martyrum.* Mss. Attrebat. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *in Africa natale SS. Candidi, Cæciliani, Fausti.* Ms. Roman. Barberinian. pro Candidi, *Caudi*. Martyrol. Hieronym. Lucen. *In Africa Fausti, Luci, Candidi, Mathri, Marci, Januari, Victori, Caciliani, Maximi, Marcia, Fortunata, Machaoma, Victoria, Secunda, Primi, Saturnini, Macrusi, Nini, Restituti, & aliorum numero* XI. Martyrolog. Antuerpien. *In Africa Fausti, Luci, Candidi, Cæliani, Maximi, Victoris, Caciliani, Marcia, Masumia, Macharia, Victuria, Secundæ, Primæ, Saturnina, Macrosa, Nimia, & aliorum numero* XI. *Macrosa, item Nimia, Restituta, & aliorum numero* XI. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Faustini, Lucij, Candidę, Materi, Marci, Januarij, Victori, Caciliani, Maximi, Marcia, Machaoniæ, Victoria, Secunda, Prima, Saturnina, Machrosę, Ninę, Restitutę, & aliorum* XI. Raban. *In Africa Faustini, Lucij, Candidi, Celiani, Marci, Maximi, Januarij, & Fortunati.*

(c) *Ibidem Valeriani Episcopi.* Ms. Divionen. sine loco: *XVIII. Kalend. Januarij Valeriani Episcopi & Confessoris.* De Peregrinis tò *Confessoris* hunc S. Episcopum honorat. Ex eadem profectò lectione Rom. Martyrol. videtur hic Sanctus hoc titulo condecorandus.

Auris sapientum quærit doctrinam. Proverb. 18.

(d) *In territorio Aurelianensi Maximini Confessoris.* Apographa Hieronym. Lucen. & Corbejen. *In Civitate Aurelianensi Maximi Presbyteri & Confessoris.* Maximum Bellin. Maurolyc. & Hagiolog. Franco-Gallicum Labbei nuncupant. Beda verò, Usuard. Ado, Vuandelbert. & Petr. de Natal. cum Romano Martyrologio: *Maximinum*. Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regul. SS. Apostolorum: *In territorio Aurelianensi S. Maximini Presbyteri, & Abbatis.* Saussayus: *Abbatis Miciacensis, & Confessoris.* Monaci olim, & ipsi Abbates nullo Ordine Clericali erant præditi, sed merè Laici, ex iis, quæ Cassian. Collat. 3. cap. 1. Epiph. Epistol. ad Joan. Hierosolymitan. apud Hieronym. tom. 2. Epist. 6. & S. Thom. secunda secundæ articul. 8. ad 2. Idcircò rectè expressum *Presbyteri, atque Abbatis.*

(a) *Romę Sanctorum Martyrum Irenęi, Antonii, &c. qui in persecutione Valeriani.*

Disceptatio Topographica.

Maurolyc. hos Martyres producit unà cum Beata Lucia Virgine, & Auceia Persarum Rege ab ipsa ad fidem Christi converso, sub Ælio Præfecto, Diocletiano Imperante, Martyrii palmam adeptos.

Posset quis obtrudere, Martyres apud Maurolyc. esse alios à recensitis hac die in Rom. Martyrologio. Adstruitur ex ipsis Martyribus nempe Lucia, seù Luceja Virgine, & Anceja Rege, qui non Romæ, sed Thessalonicæ leguntur in vetusto Martyrologio Hieronymian. Lucensi ad Kal. Jun. & dein ad 25. Augusti, quibus diebus etiam Apographa An-

Antuerpien. & Corbejen. promunt: *Thessalonicæ Luciæ Virginis, & Augæ Regis, Rogati &c.*

Sed ex numero Martyrum ibi non admodum diverso ab eo hac die in Romano Martyrologio videtur vix dubitandum, an sint iidem; maximòpere, quòd Luciam, seù Lucejam cum sociis Anonymis, Beda, Raban. Ado, Notker. Vuandelbert. & Rom. Martyrolog. ad 25. Junii *Romę* protulere.

Et quamvis inverisimile videatur, ut Luciæ Virginis, & Auceja Regis memoria peragatur, tam distinctis, & variis sociis, nisi essent alii Martyres, qui *Thessalonicę*, & alii, qui *Romę*.

Nihilominùs ex aliqua solemni Reliquiarum translatione id facile contingere potuerit. Rursus eorum Acta apud Petr. de Natal. lib. 6. cap. 4. ferunt, Lucejam Virginem, & Aucejam Regem Romam profectos, ibi palmam Martyrii fuisse adeptos 8. Kalend. Julii undè verisimile hos Sanctos utpotè Thessalonicenses origine à laudato S. Hieronymi Martyrologio in ea Urbe fuisse cultos; quàmquam Romæ Martyrium consummaverint; quùm aliunde idem Hieronymian. Martyrolog. ad 18. Decembris iterum panditet: *Romę S. Lucę* (seù *Luciæ*, aut *Lucęę*) *Virginis, & Auceję Regis simul, & Antonini, Erenei, Theodoli &c.* Exemplo perspicuo de S. Ignatio Episcopo, & Martyre, qui certò Antiochię non occubuit, sed Romæ, & tamen in Romano Martyrologio ad 1. Februarii legitur: *Antiochiæ S. Ignatij Episcopi*. Item de S. Eustachio bis in Græcorum Menologio recensito ad 25. Februarii *Berohæ*, & ad 5. Junii *Antiochiæ*. Quemadmodum apud Latinos de S. Agnete Martyre bis mense Januarii in Romano Martyrolog. memorata, aliis quàmpluribus percursis.

Ast dato, quòd Luceja, & Auceja cum sociis Thessalonicens. alii à Romanis fuissent, non officeret, quin Maurolycius Irenæum, Antonium, & Socios unà cum Luceja, & Aceja Romanis, de quibus Roman. Martyrolog. sub Ælio Præfecto Diocletiano Imperante Martyres non referat. Idcircò ut impræsentiarum hæc nutatio abeat. Sicut ad 25. Junii Roman. Martyrolog. de Lucia Martyre, & Sociis Romæ, non protulit sub qua persequutione, ita sano sapientiorum consilio, rescribat: *Romę Sanctorum Martyrum Irenæi, Antonij, Saturnini, Victoris, & aliorum decemseptem.*

v. G Decimoseptimo Kalendas Januarii. Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

A B C D E F F G H M N P

16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

TRium pueròrum, Ananìæ, Azarìæ, & Misaèlis, quorum còrpora apud Babylòniam sub quodàm specu sunt pòsita. (*a*) Ravènnæ sanctòrum màrtyrum Valentini magistri militum, Concòrdii ejus filii, Navàlis, & Agricolæ, qui in persecutiòne Maximiàni pro Christo passi sunt. (*b*) Fòrmiis in Campània sanctæ Albinæ vìrginis & màrtyris sub Dècio Imperatòre. (*c*) In Africa pàssio plurimàrum sanctàrum Vìrginum, quæ in persecutiòne Vvandàlica sub Hunnerico Rege Arriano suspèndia, pòndera, laminàsque ignitas toleràntes, màrtyrii agònem feliciter consummàrunt. (*d*) Viènnæ beàti Adònis Epìscopi & confessòris. (*e*) Aberdòne in Hibèrnia sancti Beàni Epìscopi. (*f*) Gazæ in Palæstina sancti Ireniònis Epìscopi. (*g*)

(a) *Ananis, Azariæ, & Misaelis.* Die seq. Græci in Menolog. Canisii. Die 25 Martii Usuard. Ms. apud Henschen. & Papebroch. ea die. Die 24. April Raban & Notker. Die 22 Julii Metaphrast.

(c) *Albinæ.* Martyr anno 254. Sub Decio Baron. eo ann. nu. 29. & sequ. An. 251. Decius peremptus Pagi to. 1. ad eum an. n. 29.

(e) *Adonis.* Obiit ann. 875. Baron. eo ann. n. 37. An. 875. Pagi t. 3. ad an. 878. n. 5.

(a) *Baron. in not. Græci in Menolog. die sequ. Joseph. lib. 10. de antiqu. cap. 11. Isidor. de vit. & obit. Sanctor. c. 60. S. Athan. serm. 3. Lippom. tom. 5. & Petr. de Natal. lib. 5. c. 61.* (b) *Baron. an. 303. nu. 122. Rub. hist. Raven. lib. 2. Petr. de Natal. lib. 11. c. 13. Beda, Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 254. n. 29.* (d) *Baron. an. 483. n. 77. & Victor. de persecut. Vuandal. lib. 1.* (e) *Baron. an. 878. num. 37.* (f) *Baron. an. 398. n. 98. & Molan. hac die.* (g) *Baron. in not. & Lippom. t. 5.*

Si multitudinem scientiæ desiderat quis, sciat versutias sermonum, & dissolutiones argumentorú. Sap. 8.

(a) *Ananiæ, Azariæ, & Misaelis*. Ad 24. Aprilis Apographum Hieronymianum Lucen. & Corbejen. VIII. Kal. *Maii hac die Sydrac, Misac, Abdenago, iterato nomine, qui & Ananias, Azarias, Misahel in Babilonia Civitate Magna de camino ignis ardentis sunt liberati*. Martyrolog. Antuerpien. *Babiloniæ Magnæ Ananiæ, Azariæ, Misael egressio de igne*. Aliud Apographum penes Florentinium effert: *babylone Magorum*. Notker. *In Babilone Metropoli Chaldæorum*. Græci in Menologio Basilii ad 17. Decembr. *Ananiam, Azariam, Misaelem cum Daniele Propheta truncato capite martyrium complevisse*. Si constaret, hos tres pueros subiisse martyrium, ut in hoc Menologio, dies 17. Decembris erit festum Martyrii, & illa 24. Aprilis liberatio à camino ignis.

(b) *Ravennæ Valentini Magistri, Concordii filii, Navalis, & Agricolæ*. Martyrol. Antuerpien. *Ravennæ Valentini, Navalis, Agricola, Concordia*. Ms. Vatican. S. Petri eadem, & effert: *Navalis*. Martyrologium Corbejen. *Ravenna Valentini, Navalis, Agricola, Concordia, Justini*. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monast. S. Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Ravennæ natale Sanctorum Valentini, Navalis, & Concordii*. Le Peregrinis: *Ravenna Valentini, Navalis, & Agricola*. Petr. de Natal. Bellin. & Maurolyc. *Navalem* promunt.

Card. Baron. in not. pro his Martyribus inter alios Adonem advocat: At Florentinius vir eruditus admonet, pro Adone substituendum Usuardum; cùm apud Adonem tam editum, quàm Ms. optimæ notæ nihil de his ipsi Florentinio legere contigerit; & aliunde Usuardus *Concordium* silet, uti Petr. de Natal. Bellin. & Maurolyc. Calendar. quidem Ms. Hieronymian. Lucense: *XVII. Kalen. Valentini, Navalis*.

(c) *Viennæ Adonis Episc*. Ms. Viennen. apud Mabillon. Secul. IV. Benedictin. par. 2. in Elogio historico hujus Sancti: *XVII. Kalend. Januarii S. Adonis Viennensis Episcopi, miræ sanctitatis viri, anno ab Incarnatione Domini DCCCLXXV. indict. VIII. rexit Ecclesiam suam XVI. annos, sepultus est in Ecclesia Apostolorum Viennæ*.

Baron. in not. docet, hunc Adonem perduxisse suum Chronicon usque ad annum Domini 880. Pagi tamen prostat usque ad annum 874. & quòd illud postea ab alio continuatum fuit, ut tom. 3. ad ipsum an. 878. num. 8.

(f) *Aberdone in Hibernia Boani Episcopi*. Aberdona non *Hiberniæ* urbs, ut in Romano Martyrologio etiam correcto, sed Britanniæ Secundæ, *Aberdin* vulgò, seù *Scotiæ*, litoralis, urbs primaria ad Deæ amnis ostia, in ora ad ortum vergente, inter Brechinam, & Elegenam ejusdem oræ Civitates. Urbs clara Episcopio, Academia, & Emporio Veteribus *Devana* dicta putatur.

Sapientiæ est vera ostendere quæ vera sunt, falsa demonstrare. S. Gregorius PP. lib. 11. cap. 15.

iv. A Sextodecimo Kalendas Januarii. Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
A B C D E *F* F G H M N P
17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

(a) *Floriani, & Soc.* Martyres ann. 640. aut 641 Baron. in not. ad oram marginal.

(b) *Lazari Episcop.* Die 7. Martii Græci in Menæis. Die 18 Ms Bruxellen S. Gudilæ.

(d) *Olympiadis.* Die 25. Julii Græci in Menologio.

ELeutheròpoli in Palæstina sanctòrum màrtyrum Floriàni, Calanìci, & sociòrum quinquaginta, & octo, qui tèmpore Heràclii Imperatòris à Sarracènis ob Christi fidem occisi sunt. (*a*) Massiliæ in Gallia beàti Làzari Episcopi, quem Dòminus in Evangèlio à mòrtuis suscitàsse lègitur. (*b*) Bigàrdis prope Bruxèllam sanctæ Vivìnæ virginis, cujus egrègiam sanctitàtem miracula crebra testàntur. (*c*) Constantinòpoli sanctæ Olympìadis viduæ. (*d*) Andàniæ apud Septem Ecclèsias beatæ Beggæ viduæ, soròris sanctæ Gertrùdis. (*e*) Romæ sancti Joànnis de Matha, fundatòris Ordinis sanctissimæ Trinitàtis redemptiònis Captivòrum; cujus festìvitas agitur sexto Idus Februàrii ex decrèto Innocèntii Undècimi. Eòdem die trànslatio sancti Ignàtii Episcopi & martyris, qui tèrtius post beàtum Petrum Apòstolum Antiochènam rexit Ecclèsiam: cujus corpus ab urbe Roma, ubi ipse sub Trajano passus fùerat, Antiochiam delatum, extra portam Daphniticam in cœmetèrio

(e) *Beggæ Vidua.* Obiit an. 698. Baron. in not. ex Sigeb. in Chronic. An. 694. sub fine, vel ann 695. & die incerto Pagi to. 3. ad an. 698. n. 11.

(f) *Translatio S. Ignatii Episc.* Die 20. Decemb. Martyrol. Antuerpien.

tèrio Ecclèsiæ pòsitum fuit : in qua celebritàte sanctus Joànnes Chrysòstómus conciònem ad pòpulum hàbuit : pòstmodum verò ejus relìquiæ rursus Romam translàtæ sunt, & in Ecclèsia sancti Clemèntis unà cum còrpore ejúsdem beàtissimi Papæ & màrtyris summa veneratiòne recònditæ. (*f*)

(a) *Baron. in not. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 74.* (b) *Baron. an. 34. n. 1. & 4. & an. 35. num. 5. Græci in Tabul. Zonaras 3. par. Annal. in Leone Philosopho. Act. Marthę, Magdalenę, & Maximini, ac S. Greg. Turonen. de glor. Martyr. c. 3.* (c) *Baron. in not. Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belgii, Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 388. n. 44. an. 398. n. 62. an. 400. n. 65. & an. 404. num. 65. & seq.* (e) *Baron. an. 687. n. 9. Molan. Addit. ad Usuard. & Indic. SS. Belgii, & Sigeb. in Chron. ad an. 698.* (f) *Baron. an. 438. num. 12. Beda, Usuard. Ado, & alii recentiores.*

Sapientia in certamine loquelæ. Sap. 8.

(a) *Eleutheropoli in Palæstina Floriani, Calanici, & Sociorum quinquaginta, & octo.* Eleutheropolis, *Hebron*. Urbs Palæstinæ apud Seregam fluviolum in mare apud Ascalonem labentem, inter Hierosolymam, & Ascalonem quasi diei itinere utrinque dissita. Ea nunc jacet, ex illius ruinis nova non longè Hebron constructa. Apographa Martyrolog. S. Hieronymi, nempe vetus Lucen. *In Africa Victoris, Victoriani, Adjutoris, Quarti, Honorati, Simplici, Ampamoni, Felicis, Vincenti, & aliorum simul xx1111. Octosi, Quinti, Victoriæ, Diostori*. Bluman. *& aliorum x1111. simul, Octori, Quinti, Donati*. Antuerpien. *In Africa Victoris, Victoria, & aliorum xxx111.* Corbejen. *In Africa Victoris, Victoriani, Adjutoris, Quarti, Honorati, Simplicii, Ampamoni, Felicis, Vincenti, & aliorum triginta novem simul, & Octori, Quinti, Donati, Victoriæ, Dioscori, Justiniani*. De Peregrinis: *In Oriente apud Eleotropolim Civitatem Sanctorum Martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt*. Mss. Roman. Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri, ac Galesinius: *In Africa Victuri, Victoris, & alii triginta, & tres*. Ms. Roman. Barberinian. *In Africa natale SS. Victorini, Victoriani, Adjutoris, Honorati, Vincentis, Felicis, & aliorum xx1v.* De Floriano, & Calanico silent; an putandi inter Anonymos, incompertum.

Disceptatio Topographica.

(b) *Massiliæ in Gallia Beati Lazari Episcopi, quem Dominus in Evangelio à mortuis suscitasse legitur.*

S. Gregor. Turonen. Launojus, & quàmplures Gallici scriptores ferunt, *hunc Lazarum in Græcia* quievisse.

Eminentissim. Baron. in not. pro Martyrolog. Romano occurrit, admonendo, corpus S. Lazari fuisse primitùs *Massiliæ* conditum, & dein alibi translatum: & primò de Translatione Constantinopolim facta Græci ad 17. Octobris; & rursùs Cedren. de Leone VI. Imper. asserit nobilem Basilicam eidem Sanct. erexisse: quemadmodum de alia translatione è Cypro habetur apud Zonaram 3. par. Annal. in eodem Leone.

Ast si hæc Translatio fuit facta Constantinopolim, ut ex adductis, asserendum, corpus S. Lazari non fuisse primitùs *Massiliæ* conditum, sed alibi, nempe *Ephesi*, undè in Regiam Urbem Constantinopolim dein translatum. Adstipulaturque Menologium Cardinal. Sirleti latinitate donatum, ad 17. Octobris efferendo: *Relatio pretiosarum Reliquiarum sancti, & justi Lazari, quas Reliquias celeberrimus, & fidelissimus Imperator Leo, divino zelo commotus, in templo pulcherrimo sub Sancti viri nomine dicato, ex Urbe Citiensi Constantinopolim translatas in argenteis loculis reposuit*. Urbs profectò est *Citium* Insulæ Cypri, ex qua Lazari translatio fieri debuit, & anno circiter 386. quo Imperium Orientis Leo adeptus est. Annuitque Prosa in iisdem Ecclesiis Parisien. & Bellovacen. canendo: *Discedit Lazarus, deserit Patriam, Mare, timens sævitiam Judæorum, devenit Citium in Cyprum Insulam Flos Sanctor. Præsulum sublimatus mundo venit, Deo gratias, tandem per martyrium est à Deo coronatus, & in Cœlo collocatus ordine Cœlestium*. Item Flodoard. lib. de Palæstin. triumph. *Hic prope Bethaniam tibi Lazare Sancte Sepulchrum*. Ex quo Launojus colligit, non fuisse in *Galliis* mortuum, nec ibi conditum.

In Doctrina verbum ut is qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere. Ad Tit. 2.

Natal. Alexandri vir clarissimus sua eruditissima hist. Ecclesiast. Secul. 1. Dissert. xv1. hoc infringere intendit, obtrudendo, Lazarum Cyprum forsan profectum, atque ibidem Episcopum fuisse antequam in Gallias appelleret: ex quo contingere potuit, Cypros in grati animi significationem huic Sancto Episcopo templum erexisse, à Massiliensibus sacrarum illius Reliquiarum parte obtenta, eamque in eo collocasse, quam inde Leo Augustus Constantinopolim transferri jussit.

Sed hoc erit divinare ex Græcis in Menologio, Venetiis ann. 1628. Typis mandato, & Sanctorum legendis, ibidem quoque cusis ann. 1630. *Leo mittens in Cypri Insulam has Sanctas Reliquias in Urbe Citiorum sub terra reconditas ferè à mille annis in loculo mar-*

morco, in quo insculptum alienæ linguæ caracteribus: Lazarus quatriduanus, & Amicus Christi. Quæ verba patefaciunt, Cypros non jam partem Reliquiarum à Massiliensibus obtinuisse, sed totum corpus ipsos possedisse.

Cassianus quidem, Salvianus, Victor Massiliensis, Eucherius Lugdunensis, Cæsarius Arelatensis, aliique Gallici, & Sacri Scriptores, atque suarum Ecclesiarum Magistri, nusquam Beati Lazari Episcopi adventus in Massiliam meminere, ubi si fuisset Episcopus, & tot virtutes patrasset, aliquo præconio ipsum extulissent.

Quòd si quis diceret, Reliquias Constantinopolim ex Insula Cypro translatas, non fuisse Lazari, fratris Mariæ Magdalenæ, & Marthæ, sed alterius Lazari, nempe Monachi, qui Citii in Cypro floruit ann. 822. unde Græci recentiores hunc cum altero ob nominis agnationem incautè confudere.

Hoc objectum nullius erit momenti. Cypri quoque hoc idem in ipsos Massilienses adducere queunt, quòd scilicet Reliquiæ Sancti Lazari Massilia aliò translatæ, non fuere Lazari Episcopi, Mariæ, & Marthæ fratris, sed alterius ibi quiescentis; à Massiliensibus ob nominis agnationem in unum compinctis. Cæterùm Græci sanè unum ab altero sejungunt, de Lazaro Evangelii ad 9. Octobris in Magnis Menæis hoc metricum prophonema recitando:

Constantinopolim relegens vestigia Christi.
Talibus exclamans: Lazare adesto foras.

De Lazaro verò Monacho ad 16 Octobr. promunt: *Constantinopoli S. Lazari Monachi, qui cum sacras Imagines pingeret, &c.* De quo etiam Romanum Martyrolog. ad 23. Februarii.

Alia, quæ in Græcos pro eorum Lazaro Evangelico opponi valent, in subtilibus negationibus consistere videntur, & alibi in similibus jam resoluta, impræsentiarum exhibitis hinc inde rationibus pro hoc Sancto Episcopo, sivè *Massiliæ*, sive *alibi* quiescente, ut Romanum Martyrologium ex his ambagibus exploderetur: quemadmodum Martyrologium vetustissimum Ms. Eccles. Metropolitanæ Aquensis penès ipsum Natal. Alexandri loco prælaudato tantùm pandirat: 16. *Kal. Januar. Beati Lazari, quem Dominus Jesus in Evangelio legitur resuscitasse à mortuis*; ita nè Massilienses contristentur ob suum Lazarum raptum, si sapientiores adstipulentur, correptis omnibus aliis, efferatur: *Massiliæ in Gallia Beati Lazari Episcopi.*

iij. B Quintodecimo Kalendas Januarii. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

PHilippis in Macedònia natàlis sanctòrum màrtyrum Rufi, & Zòsimi, qui ex eo nùmero discipulòrum fuèrunt, per quos primitiva Ecclèsia in Judæis, & Græcis fundata est: de quorum ètiam felìci agòne scribit sanctus Polycarpus in epistola ad Philippènses. (*a*) Laodicèæ in Syria passio sanctòrum Theotimi, & Basiliàni. (*b*) In Africa sanctòrum martyrum Quincti, Simplicii, & aliòrum, qui sub Dècii, & Valeriàni persecutiòne passi sunt. (*c*) Ibidem sancti Moysètis martyris. (*d*) Item in Africa sanctòrum màrtyrum Victùri, Victòris, Victorini, Adjutòris, Quarti, & aliòrum triginta. (*e*) Mopsvèstiæ in Cilicia sancti Auxèntii Episcopi, qui olim sub Licinio miles, pòtiùs elègit cingulum exùere, quam uvas Baccho offèrre: factùsque Episcopus, præclarus mèritis in pace quièvit. (*f*) Turònis sancti Gratiani Episcopi, qui à sancto Fabiano Papa ejùsdem civitàtis primus Episcopus ordinàtus, multis clarus miràculis obdormivit in Dòmino. (*g*)

(c) *Quincti, & Soc.* Martyres an. 253. sub Decio. Baron. eo an n 98. Inter ann 229. & 251. Persequutio Decii. Pagi tom. 1. ad ann. 251. n. 29.

(f) *Auxentii Episc.* Martyr an. 316. sub Licinio. Baron. eo ann. nu. 35. Non ante ann. 219. Persequutio Licinii. Pagi t. 1. ad ann. 316. n. 11.

(a) *Baron. an.* 109. *n.* 37. *Beda, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. in not. item Beda, & alii.* (c) *Baron. ann.* 253. *nu.* 98. (d) *Baron. in not. Beda, & Usuard.* (e) *Baron. ibidem.* (f) *Baron. an.* 316. *n.* 35. *Suidas, & Lippeman. t.* 4. (g) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de gest. Francor. lib.* 1. *c.* 30. *& lib.* 10. *c.* 31.

(b) Lao-

Hic manſuetus ad audiendum verbum, ut intelligas. Eccl. 5.

(b) *Laodiceæ in Syria Theotimi, & Basiliani*. Apographa Corbejen. & Hieronym. Lucen. *Theotimi*. Apographum Antuerpien. *Teotevi*. Apographum Bluman. *Theoni*.

(c) *In Africa Quinti, Simplicii, & aliorum*. Mss. Romana Monaſterii S. Cyriaci in Thermis, & Vatican. S. Petri: *In Africa S. Quinti*; nil aliud. Mss. Attrebaten. Eccleſiæ S. Mariæ, & Tornacen. Monaſterii S. Martini: *In Africa natale Sanctorum Vincentii, Rogatiani*. Ms. Roman. Barberinian. *In Laodicea Civitate natale SS. Quinti, Simplicii, Paulæ, Victoriæ, Privati*. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *In Africa Quinti, Simplici, Pompini, Pauli, Aritſæ, Creſci, Degni, Datuli, Menſeci, Rogatiani Martyris, Honorati, Evaſi, Victori, Privati, Timi, Salvatoris, Siti, Terſuri, Victorici, Victo, Ceciliani, Sentimini, Ruſtici, Lucaniæ, Honorati, Reductulæ, Victoriæ, Felicitatis, Quintulæ, Spinuca, Privatulæ, Cæciliæ, Saturnini, Cæciliani, Namſomonis, Felicis, Vincenti, Aucſthi, Muſci, Adiutoris*. Martyrolog. Antuerpien. *In Africa Victoris, Victoriani, Adiutoris, Quarti, Honorati, Simplici, Ampamoni, Felicis, Vincenti, & aliorum xxviii. Tuturi, Quinti, Donati, Victoriæ*. Martyrolog. Corbejen. *In Africa Quinti, Simplici, Pompini, Artiſca, Chreſti, Digni, Datuli, Urbani, Martyri, Honorati, Evaſi, Victurini, Salvatoris, Terturini, Victuriæ, Ceciliani, Septimi, Ruſtici, Beſſæ, Vicitiani, Honorati, Lucaniæ, Reductulæ, Victuriæ, Privatulæ, Cæciliæ, Saturnini, Phæmonis, Felicis, Vincenti, Areſti, Muſci, Sidinni, Adjuteris*. Martyrolog Bluman. *In Africa Quinti, Simplici, Pompini, Creſti, Digni, Datuli, Feliciani, Moyſetis, Rogatiani, Marthyri, Honorati, Evaſi, Victuri, Privati, Timi, Salvatoris, Siti, Tecuri, Victorici, Caliani, Sentimini, Ruſtici, Baſſæ, Spinæ, Caeciliani, Namſamonis, Areſti, Lucaniæ, Honorati, Reductulæ, Victoriæ, Felicitatis, Quintulæ, Spinucæ, Privatulæ, Caciliæ, Saturnini, Ceciliani, Namſomonis, Felicis, Vincenti, Areſti, Muſci, Siddini, Adjuteris*. Maurolyc. *In Africa Quinti, Digni, & Honorati*. Raban. *In Africa Quinti, Simplicii, Pomponii, & Honorati*.

Eſto firmus in veritate ſenſus, & ſcientiæ. Eccl. 5.

(e) *Item in Africa Victuri, Victoris, Victorini, Adiutoris, Quarti, & aliorum triginta*. Ms. Roman Barberinian. *Et alibi natale Sanctorum Digni, Badegiſili, Honorati cum aliis triginta*.

(f) *Mopſueſtiæ in Cilicia Auxentii Epiſcopi*. Mopſueſtia, *Mopſos* Plin. Urbs Ciliciæ antiqua, ad Tauri Montis radices, Pyramo fluvio præterfluente impoſita, ubi Conſtantius Imperator contra Julianum proficiſcens, extremum diem clauſit. *Hic Auxentius primùm miles, deinde Epiſcopus*. Alius reperitur *Auxentius Martyr ſub Diocletiano*, apud Euſeb. lib. 8. & alius cum Euſtatio, & Mardario.

(g) *Turonis S. Gratiani Epiſc*. Martyrolog. Pulſanen. Ms. Neapoli penès Clericos Regulares Sanctorum Apoſtolorum expungit *Epiſcopi*, ponitque *Gratiani* tantùm. Turonenſes conſulendi.

ij. C Quartodecimo Kalendas Januarii. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

ALexandriæ in Ægypto beati Nemèſii màrtyris, qui primò per calùmniam quaſi latro Jùdici delàtus, eòque crimine abſolùtus, mox in perſecutiòne Dècii Chriſtiànæ religiònis nòmine Æmiliàno Jùdici accusàtur: à quo geminàtis ſuppliciis excruciàtus, cum latrònibus juſſus eſt incèndi, Salvatòris dèferens ſimilitùdinem, qui una cum latrònibus pèrtulit crucem. (*a*) Nicææ ſanctòrum Darii, Zòſimi, Pauli, & Secùndi màrtyrum. (*b*) Nicomediæ ſanctòrum màrtyrum Cyrìaci, Paùlilli, Secùndi, Anaſtàſii, Sindìmii, & ſociòrum. (*c*) In Mauritània ſancti Timòthei diacòni, qui ob Chriſti fidem poſt diros càrceres in ignem conjèctus, martyrium conſummàvit. (*d*) Gazæ in Palæſtina pàſſio ſanctàrum Meuris, & Theæ. (*e*) Antiſiodòri ſancti Gregòrii Epiſcopi & confeſsòris. (*f*) Aureliànis ſancti Adjùti abbàtis, prophetiæ ſpiritu illùſtris. (*g*) Romæ ſanctæ Fauſtæ matris ſanctæ Anaſtàſiæ, nobilitàte, & pietàte insignis. (*h*)

(a) *Nemeſii*. Martyr an. 253. Sub Decio. Baron. eo ann. nu. 106. Ann 251. Decius interemptus. Pagi t. 1. ad eum ann. n. 29.

(f) *Gregorij Epiſcop*. Die 19. Maii Hiſt. Epiſc. Antiſiodorenſ. c. 13.

(g) *Adiuti Abbat*. Die 27. Januar. Carthuſian Colonienſ. Addit. ad Uſuard. Caniſ Felicius, Menard. Maurolyc Dorgan. & Sauſſayus.

(a) *Ex-*

(a) *Baron. an. 253. nu. 106. & Euseb. hist. lib. 6. c. 34.* (b) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. Maurolyc. Galesin. & alii.* (c) *Baron. ibid. & Beda.* (d) *Baron. in not. & Græci in Menologio.* (e) *Baron. an. 398. nu. 101. & iidem Græci in Menologio.* (f) *Baron. in not. Hagiolog. Franco-Gallic. Labbei, Saussayus, Sammarthani, & alii.* (g) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib. 3. c. 31. Carthusian. Coloniens. Addit. ad Usuard. Dorgan. Saussayus, Menard. Canis. Felic. aliique.* (h) *Baron. an. 300. nu. 4. & Nicephor. lib. 14. in fine.*

Cor Sapientis intelligitur in Sapientia. Ecclesiast. 13.

(a) *Alexandriæ in Ægypto Nemesii martyris, qui Judici delatus* Ms. Divionen. *Apud Ægyptum.* Ms. Roman. Barberinian. & de Peregrin. *qui Judici Æmiliano delatus &c.*

(b) *Nicea Darii, Zosimi, Pauli, & Secundi Martyrum.* Martyrolog. Hieronymian Lucen. *In Nicea civitate Bithyniæ Zosimi, Pauli, Cypriani, Anastasii, & Fiddini Episcopi, Crisanti, & Darii.* Martyrolog. Veissemburgen. Monasterii S. Petri. *Vittiniæ civitate Zosimi, Pauli, Cyriaci.* Martyrol. Antuerpien. pro Vittiniæ rectiùs *in Bithinia* Martyrol. Corbejen. *In Nicæa civitate Bithyniæ, Zosimi, Pauli, Secundi, Cyriaci.* Die sequenti iterum Martyrologium Antuerpien. *In Nicæa civitate Bithyniæ Zosimi, Pauli, Secundi, Cyriaci.* Ms. Roman. Barberinian. pro Cyriaci, *Quinti.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri subducunt *Civitate Bithyniæ*, & corripiunt *Quinti.* Ms. Attrebaten. sine palæstra: *Natale Sancti Cyrici.* Ms. Lætien. S. Lamberti: *Zosimi, & Cirici.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini. *Et Pauli in civitate Bithyniæ.* De Peregrin. & Usuard. *Civitate Nicæa S. Darii Martyris.* Raban. *Nicomediæ Zosimi, Cyriaci, Pauli, & Secundi.*

(f) *Antisiodori Gregorii Episc. & Confessoris.* Apographum Corbejen. *Antisiodoro B. Gregorii Papæ.* Adstipulaturque Beda.

Cardinal. Baron. in notis redarguit Bedam pro tò *Gregorii Papæ*: Ast titulus *Papa* olim aliis Episcopis communis erat, & sub Gregorio VII. vetitum, nè aliis quam Romano Pontifici tribueretur. Baron. item in iisdem not. suadet, fuisse decimum tertium ejus sedis Episcopum; Sed hist. Episcopor. Antisiodorens. cap. 13. fert, per annos duodecim Sedem tenuisse.

(g) *Aurelianis Adjuti Abbatis.* Carolus Sansteyus lib. 3. Annal. Aurelian. Inscript. X. vocat *Avitum* Quænam lectio sanior, Aurelianens. inspiciendi.

(h) *Romæ Faustæ.* Nicephor. lib. 14. in fine, *Flaviæ* pro *Faustæ*. Ita & Suydas.

Auris bona audit Sapientiam cum concupiscentia. Ecclesiast. 3.

j. D Tertiodecimo Kalendas Januarii. Luna. 20

a b c d e f. g h i k l m n p q r f t u

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

A B C D E *F* F G H M N P

20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

*Hodie Sol pervenit ad punctum solstitii, seù Tropici Capricorni, & in eo usque ad 20. Januar. & incipit Hiems.

(c) *Eugenii, & Macarii.* Die 23. Januar. Raban. Galesin. Molan. & Ferrar. Die 19. Februar. Græci.

Vigilia sancti Thomæ Apòstoli. (*a*) Romæ sanctòrum màrtyrum Liberàti, & Bàjuli. (*b*) Alexandrìæ sanctòrum màrtyrum Ammònis, Zenònis, Ptolemæi, Ingènis, & Theòphili mìlitum, qui tribunàlibus astàntes, cùm quidam Christiànus in supplìciis pòsitus trepidàret, & jam penè ad negàndum declinàret, vultu, òculis, ac nìtibus illum conabantur erìgere: cùmque hac de causa totius pòpuli clamor in eos prosilìret, prorumpèntes in mèdium, Christiànos se esse testati sunt: per quorum victòriam Christus, qui suis eam ànimi constantiam dèderat, gloriosìssimè triumphàvit. (*c*) Gèldubæ sancti Jùlii màrtyris. (*d*) In Aràbia sanctòrum màrtyrum Eugènii, & Macàrii presbyteròrum, qui à Juliàno Apòstata, cùm ipsìus impietàtem arguìssent, sævìssimis plagis affècti, atque in vastìssimam erèmum relegàti, glàdio cæsi sunt. (*e*) Antiochìæ natàlis sancti Philogòni Epìscopi, qui ex causìdico ad eam Ecclèsiam regèndam Dei nutù accersìtus, advèrsùs Arium unà cum sancto Alexàndro Epìscopo, & sòciis primùm pro fide Cathòlica certamen ìniit, clarùsque mèritis quièvit in Dòmino: cujus ànnuam festivitàtem sanctus Joànnes Chrysòstomus præclàro encòmio celebràvit. (*f*) Brìxiæ sancti Domìnici Epìscopi & confessòris. (*g*)

(f) *Philogoni Epis.* Obiit an. 319. Baron eo an. n. 27 Al. circ. 321. Pagi t. 1. ad an. 319. nu. 7.

(g) *Dominici Epis.* Die 7 Maii Kalendar. Missalis Mediolanēsis an. 1550. cusi.

(a) Ba-

(a) *Baron. in not. Concil. Oxonien. & Durand. lib. 6. c. 7.* (b) *Baron. in not. Beda, & Usuard.* (c) *Baron. an. 523. nu. 107. Euseb. hist. lib. 6. c. 34. & Petr. de Natal. lib. 11. c. 30. nu. 17.* (d) *Baron. in not.* (e) *Baron. an. 362. nu. 98. & sequ. Græci in Menologio hac die, Lippom. t. 6. & Sur. t. 5. prior. edition. in Act. S. Artemii Martyr. ad 20. Octobr.* (f) *Baron. an. 314. nu. 92. & sequ. an. 319. nu. 27. & an. 440. nu. 30. et Nicephor. Callist. hist. lib. 8. c. 6. 7. 8. 9. & 14.* (g) *Baron. in not. Tabul. Eccles. Brixian. & Rempert.*

Custodi Sermones, & recõde tibi. Prov. 7.

(b) *Romę Liberati, Bajuli.* Mss. Romana Barberinian. S. Cyriaci, & Uaticanum S. Petri *Romę Zephirini Episcopi, natale S. Liberati.* De Peregrin. *Item in Amphitreo S. Liberati, & S. Gregorii Episcopi.* Apographum Hieronymianum Lucen. & Raban. *In Thracia civitate Gildo Bajuli. In Oriente natalis Theclę, & Sancti Liberati.* Petr. de Natal. *In Amphitrea Liberati Confessoris.* Maurolyc. *In Amphigea.*

(c) *Alexandrię Ammonis, Zenonis, Ptolemæi, Ingenis, & Theophili.* Martyrol. Roman. vetus pro Ingenis, *Ingenici.* De Peregrinis: *Ingenii.* Ms. Divionen. sine Loci pręsignatione: *Beatorum Martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui, & Theophyli.*

(d) *Geldubę Julii.* Gelduba, *Gelb*, oppidum olim Germaniæ inferioris ad Rhenum fluvium, apud Nuessium, & Dusseldorpium, nunc Pagus obscurus, inter Nuessium & Theutoburgium, haud procul à Rheno. Apographum Bluman. *Gildoba Julii.* Apographum Corbejen præsignat: *In Thracia civitate Gildoba.* Saussayus Supplement. ad Martyrol. Gallican. *Geldube ad Rhenum S. Julii Martyris.* Uuard. *Geldebæ in Tracia:* cujus tamen nullus ex scriptoribus meminit. Ferrar. sua nova Topographia ad Roman. Martyrolog.

Disceptatio Topographyca.

(b) *Romę Sanctorum Martyrum Liberati, & Bajuli.*

Usuardus *In Amphitrea* Legit, ut ex Baronio in notis; & licet difficile non sit affirmare Romæ, ex translatis ibi Reliquiis, hac die coli unà cum Bajulo; maximòpere, quòd aliunde Amphitrea, seu Amphirea est Geographis ignota.

Nihilominùs hanc Translationem nullum Hagiologium memorat, quinimmò ita hac die hi Martyres Romæ coluntur, ut si ibi cursum Martyrii adhuc *Liberatus* perfecisset; Et asserere modò hanc venerationem Romæ fieri ob Reliquias eò translatas, erit sine fundamento divinare, Romano Martyrologio illicitum.

Quòd ad *Amphitream*, seù *Amphiream* ut alii; hæc est Achaiæ urbs; quemadmodum Amphissa, vel Amphisa, urbs Magnæ Gręciæ. Verùm an modo legẽdum pro Amphitrea, *Amphissa*, nil certi profectò signandum; quod est id de quo Beda arguit Usuardum, qui pro certò esset *Amphitreę Liberatum*: quam obrem quum utraque urbs extet in Oriente, sane Apographum Hieronymianum vet. Lucen. & Rabanus hac die ferunt: *In Oriente Natalis S. Liberati.*

Justi sunt omnes Sermones, recti intelligentibus, æqui invenientibus scientiam. Prov. 8.

Nec cujusdam momenti erit seldere, Liberatum in Oriente cultum, fuisse Confessorem, & non Martyrem, ut ex Petro de Natal. qui ex vetustis Martyrologiis confictur, hæc se hausisse: *Liberator confessor & Gregorius Episcopus eodem die* (nempè 13. Kal. Januarii) *in Amphitrea claruerunt.*

Nam nequit certò id asseri. Nec verba Petri laudati indicant, Martyrem non occubuisse: & aliunde tò *Confessor* non raro in Sacris fastis addicitur iis, qui pro fide Christi multa pertulere, & censentur ut Martyres. Martyrologium enim Hieronymianum Lucen. & Rabanus, ut Martyrem in Oriente exhibent: Pro securiori igitur lectione, si sapientiores consenserint, videtur proferendum: *Romę S. Bajuli, & eodem die S. Liberati, martyrum.*

Disceptatio Topographica.

(d) *Geldubę S. Julii Martyris.*

Apographum vetustissimum Antuerpien. seu Epternacen. S. Vvillibroidi: *In Thracia S. Julii.*

Verùm Usuardus à Baronio in notis accitus legit: *Gelduba in Tracia S. Julii.* Adstipulaturque Petr. de Natal. lib. 11. c. 130. nu. 16. & Martyrol. Corbejen.

Ast videtur mendum in hoc Usuardi codice, ex eo quòd *Gelduba*, sive urbs, sive oppidum *in Thracia* apud Geographos non invenitur: Ortelius namque non agnoscit *Geldubam* nisi apud Usuardum: Et Stephano Epitomatori Gelduba, aut Gildo, seu Geldum, ut alii, urbs est Libię, diversa à Gelduba, sive Oppido, sive Castello Rheno impolito. Plin. lib. 19. c. 5. vel urbs Germaniæ Tacito: Idcircò Saussayus supplemento ad Martyrolog. Gallicanum nè hic Sanctus Martyr suæ Galliæ desit, Geldubę ad Rhenum eum tribuit: Sed forsan alius à Julio in Thracia. Ut igitur Romanum Martyrologium ab hoc dubio abeat, & sapientioribus videbitur, ut Apographum Antuerpien. S. Vvillibrordi, enunciet: *In Thracia S. Julii Martyris.*

E — Duodecimo Kalendas Januarii. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

(a) *Thomæ.* Die 6. Octobris Græci in Menologio. Die 3. April. Martyrolog. Mss. Augustan. & Labbean.

(b) *Joannis, & Festi.* Die 23. Decembr. Martyrol. Antuerpien S. Vuillibrordi.

CAlaminæ natàlis beàti Thomæ Apòſtoli, qui Parthis, Medis, Perſis, & Hyrcànis Evangèlium prædicàvit, ac demum in Indiam pervèniens, cùm eos pòpulos in Chriſtiàna religiòne inſtituiſſet, Regis juſſu lànceis transfixus occùbuit: cujus reliquiæ primò ad urbem Edèſſam, deinde Orthònam translatæ ſunt. (*a*) In Tùſcia ſanctòrum martyrum Joannis, & Feſti. (*b*) In Lycia ſancti Themiſtoclis màrtyris, qui ſub Dècio Imperatòre pro ſancto Diòſcoro, qui quærebàtur ad necem, ſe òfferens, equùleo tortus, raptàtus, ac fùſtibus cæſus, martyrii corònam adèptus eſt. (*c*) Nicomedìæ ſancti Glycèrii presbyteri, qui in perſecutiòne Diocletiàni multis tormèntis vexàtus, in ignem demum conjèctus martyrium conſummàvit. (*d*) Antiochìæ ſancti Anaſtaſii Epiſcopi & màrtyris, qui, Phoca imperànte, à Judæis ſæviſſimè necàtus eſt. (*e*) Trèviris ſancti Severìni Epiſcopi & confeſsòris. (*f*)

(c) *Themiſtoclis.* Martyr an. 254. ſub Decio Baron. eo an nu 26. Ann. 251. Decius occiius tom. 1. ad eum an. n. 29.

(d) *Glycerij.* Martyr an. 301. Baron. eo ann. n. 26. Ann. 303. Pagi tom. 1. ad eum an. n. 6.

(f) *Severini Epiſcopi.* Circ. 300. Tabul. Demochar.

(a) *Baron. an. 44. n. 33. an. 57. n. 113. & an. 78 n. 2. Græci in Menolog. ad 26. Octobris, Euſeb. hiſt. lib. 3. c 1. Ruffin. hiſt. lib. 1. c. 9. Socrat. lib. 1. c. 15. S. Joann. Chryſoſtom. homil. in Apoſtol. S. Greg. Nazianz. orat. ad Arianos, & S. Greg. Pap. in Evang. homil. 17.* (b) *Baron. in not. Beda, Uſuard. Ado, & alii.* (c) *Baron. an. 254. nu. 26. & Græci in Menolog.* (d) *Baron. an. 301. n. 26. & ſeq. Græci in Menolog. Niceph. hiſt lib. 7. c. 6. Lippeman. tom. 5. & Sur. t. 4. prior. edit.* (e) *Baron. an. 598. n. 16. & an. 609. n. 4.* (f) *Baron. in not. Molan. hac die, & Tabul. Demochar.*

Auditu auris audivit, nunc oculus videt. Job. 44.

(a) *Calamina natalis Thomæ Apoſtoli.* Calamina, *Malepur* Indis, *S. Tomaſo* noſtris. Urbs Indiæ Citer. in ora litorali ad ortum verſa, ultra Cory promontorium. Apographum Hieronymian. Lucen. & Bluman *XII. Kalen. Januar. in Meſopotamia Civitate Edeſſa Translatio Corporis S. Thomæ Apoſtoli, qui translatus ab India, cujus paſſio ibidem celebratur v. Non. Julii.* Martyrologium Corbejen. *In Meſopotamia natalis, & translatio S. Thomæ Apoſtoli, qui translatus eſt ab India, cujus paſſio ibidem celebratur.* Martyrolog. Antuerpien. *Paſſio S. Thomæ Apoſtoli in India.* Beda genuin. *XII. Kal. Januar. Natal. S. Thomæ Apoſtoli.* Florus Addit ad Mss. Attrebaten & Lætien. *Qui paſſus eſt, Lancea quippe transfixus occubuit: hujus etenim Corpus translatum apud Ediſſam Civitatem.* Ms Tornacen. *Quinto nonas Julii.* Martyrologia Mss. Augustan. & Labbean. ad 3. April. *S. Thomas Apoſtolus in India, ſeù Nicia.* Alii: *Thomæ, Evagrii, Benigni, & Sociorum.* Forſan *Thomæ* loco Civitatis intruſo, ſcilicet *Thomæ in Scythia SS. Evagrii, Benigni, & Sociorum.*

Holſtenius in not. animadvertit: *Maliapur legendar. antiqu. in India Citeriori, ſeù Ethiopiæ hic S. Apoſtolus fuit Martyr.* At hic locus Geographis veteribus ignotus apud Parthos, Medos, etiam Indos nuncupatos, ut Ruffinus.

(b) *In Tuſcia Joannis, & Feſti,* Tuſcia, quæ & Hetruria, *Toſcana* Italis. Regio Italiæ notiſſima. Macra, Tiberi fluminibus, Appenn. Mon. & pelago Tyrrheno definita. Ad 23. Decembr. Apographum Antuerpien. *Et alibi Joannis, & Feſti.* Apographum Hieronymian. Lucen. pro Feſti, *Felicis.* Verùm cùm *Felicis* pro Feſti vix differat, & ambo incerto loco ſignentur nempe *Alibi*, ſphalma librarii facilè unum pro alio ſcriptum eſt. Ceterùm Ferrarius ſua nova Topographia ad hoc Roman. Martyrologium ſuadet, hos Sanctos Martyres nuſquam in tota Tuſcia potuiſſe reperiri, & in Catal. Sanctorum eos nullibi comparat.

(c) *Antiochiæ Anaſtaſii Epiſcopi.* Sauſſayus ſuo Martyrolog. Gallicano ad 7. Januar. *Apud Zenonas S. Anaſtaſii Epiſcopi.* Bollandus vir eruditus ea die admonet, eſſe alium; & quidem hic *Antiochiæ*, & ille apud *Zenonas*,

Illa ſunt rata quæ vi[illegible] S. Felix 3. Epiſt 7

xxix F Undecimo Kalendas Januarii. Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r f t u
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
A B C D E *F* F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2

(a) *Triginta Martyr.* Circa 286. Acta.
(d) *Ifchyrionis.* Die 14. Feb. Martyrolog Satisburien. & Vuitford. Bolland. ea die.

ROmę via Lavicàna inter duas Lauros natàlis fanctòrum triginta Martyrum, qui omnes una die in perfecutiòne Diocletiàni martyrio coronàti funt. (*a*) Ibidem fancti Flaviàni Expræfècti, qui fub Juliàno Apòftata pro Chrifto infcriptiòne damnàtus, & ad Aquas Taurìnas in exilium miffus, illic orans, fpiritum Deo rèddidit. (*b*) Apud Oftia Tiberina fanctòrum màrtyrum Demetrii, Honoràti, & Flori. (*c*) Alexandriæ fancti Ifchyriònis màrtyris, qui cùm ad facrificàndum convitiis, & injùriis cogerètur, atque contèmneret, præacùta fude per mèdia vifcera tranfverberàtus neci tràditur. (*d*) In Ægypto fanctòrum Chæremonis Epìfcopi Nilòpolis, & aliòrum plurimòrum Màrtyrum: quorum alii, fæviènte Dècii perfecutiòne, fuga difpèrfi, in folitudinibus erràntes, à bèftiis interèmpti funt; àlii fame, frìgore ac languòre consùmpti; àlii à barbaris & latrònibus necàti, màrtyrii glòria coronàti funt. (*e*) Nicomediæ fancti *Zenònis* militis, qui cùm Diocletiànum Cèreri inmolàntem derisiffet, maxìllis confràctis, dentibùfque excùffis, capite truncàtus eft. (*f*)

(e) *Chæremonis Epifcopi, & Soc.* Martyres an 253. fub Decio Baron. eo ann. nu. 108. Inter an. 249. & 251. Perfequutio Decii. Pagi t. 1. ad ann. 251. n. 29.
(f) *Zenonis Militis.* Martyr an. 302. Baron. eo ann. n. 34 & feq An. 303. Pagi to. 1. ad eundem an. n. 6.

(a) *Baron. in not. Beda, Ufuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 362. num. 173.* (c) *Baron. in not. Ufuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 253. num. 107. & Eufeb. hift. lib. 6. c. 34.* (e) *Baron. an. 253. n. 108. item Eufeb. loc. cit.* (f) *Baron. ann. 302. n. 34. & 35. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edit.*

Cor fapientis erudiet os ejus. Prov. 16.

(a) *Romæ triginta Martyrum.* Apographum Hieronymian. Lucen. recenfet: *Sanctorum ccc. Martyrum.* At omnes Codices fignant: *xxx. Martyrum.*

(c) *Apud Oftia Tiberina Demetrii, Honorati, & Flori.* De Peregrin. *Florij.* Mss. Atrebaten. & Tornacen. die præcedenti: *Romæ, paffio S. Honorati Epifcopi.* Ms. Roman. Barberinian. *Alibi paffio Sanctorum Focæ, Florii, Honorati Epifcopi & Confefforis.* Martyrolog. Hieronym. vet. Lucen. *Hoftia natalis Sancti Demetri, & Honorati, Felicis, Flori. Et in Porto Romano, natalis S. Arifloni, & in Oppido Civitate Romæ via Portuenfe depofitio Felicis Epifcopi.* Martyrol. Antuerpien. *In Oftea Demetri, & Honorati, Felicis, Flori, & in Portu Romæ Arifloni. Item Romæ depofitio S. Felicis Epifcopi.* Martygolog. Corbejen. *Ex Oftia Sanctorum Demetrii, Honorati, & alibi natalis SS. Felicis, Januarij. Romæ via Salenfe depofitio S. Felicis.* Chartufian. Colonienfes not. ad Greven. ad 18. Maii: *Sancti Silvinus, Populus, Hilarius, Honoratus Epifcopi apud Tolofam.* An hic Honoratus fit idem, Janningus, & Baertius viri eruditi ea die affirmant in SS prætermiffis.

(d) *Alexandriæ Ifchyrionis Martyris.* Beda, & de Peregrin. *Chiridionis.* Ufuard. *Schyridionis.* Martyrol. Satisburien. & Vuitford. fub nomine *Syri*, & *Cheremonis* ad 14. Februar. Bolland ea die. Martyrolog Roman. vet. *Alexandriæ S. Ifchyrionis Martyris, & aliorum plurimorum, inter quos Cheremon.* An hic Cheremon fit idem ac Cheremon Epifcopus Nicopolis in Ægypto, ambiguum.

Labia fapientum diffeminabunt fcientiam. Prov. 15.

xxviij. G Decimo Kalendas Januarii. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

(a) *Victoriæ. Die* 21. Decembris Florentin. (b) *Viginti Martyrum*. An. 311. Baron. eo an. nu. 17. Ann. 312. Pagi t. 1. ad an. 303. n. 6.

Romæ ſanctæ Victòriæ vìrginis & màrtyris, quæ in perſecutiòne Dècii Imperatòris, cùm eſſet deſponsàta Eugènio pagàno, & nec nùbere vellet, neque ſacrificàre, poſt multa facta miracula, quibus plùrimas Deo Virgines aggregàverat, à carnìfice percùſſa eſt glàdio in corde, rogàtu ſui ſponſi. (*a*) Nicomediæ natàlis ſanctòrum vigìnti Màrtyrum, quos Diocletiàna perſecùtio graviſſimis tormèntis cruciàtos, màrtyres Chriſti fecit. (*b*) Ibidem pàſſio ſanctòrum Migdònii, & Mardònii, quorum alter in eàdem perſecutiòne igne crematus, alter in foſſam projèctus occùbuit: tunc ètiam paſſus eſt Diàconus ſancti Anthimi Epiſcopi Nicomediènſis, qui cùm literas perfèrret ad Martyres, à Gentìlibus tentus, & lapìdibus òbrutus, migràvit ad Dòminum. (*c*) In Creta ſanctòrum màrtyrum Theodùli, Saturnìni, Eùpori, Gelàſii, Eunicìàni, Zètici, Cleòmenis, Agathòpi, Basìlidis, & Evariſti, qui in perſecutiòne Dècii crudèlia paſſi, càpite cæſi ſunt. (*d*) Romæ beàti Sèrvuli, de quo ſanctus Gregòrius ſcribit, quòd à primæva ſui ætàte uſque ad finem vitæ paralyticus jàcuit in pòrticu prope Ecclèſiam ſancti Clemèntis, & demum Angelòrum càntibus invitàtus, tranſivit ad glòriam paradiſi; ad cujus tùmulum Deus miràcula crebèrrimè oſtèndit. (*e*)

(d) *Theoduli, & Soc.* Martyres ann. 254. ſub Decio. Baron. eo an. num. 26. An. 251. Decius cæſus Pagi t. 1. ad eum an. n. 29.
(e) *Servuli*. Circ. 580. Acta.

(a) *Baron. an. 253. n. 29. S. Aldelmus de laud. virg. Petr. in Catal. lib. 1. c. 83. Uſuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 311. n. 17. Petr. in Catal. lib. 1. cap. 84. & alii.* (c) *Baron. an. 301. n. 37. & an. 302. n. 38. & ſequ. Lippoman. t. 5. Nicephor. hiſt. lib. 1. c. 5. Sur. t. 6. prior. edition. & Metaphraſt.* (d) *Baron an. 254. n. 26. Græci in Menolog. hac die, Lippoman. t. 5. & Sur. tom. 6. citat.* (e) *Baron. in not. Beda, Uſuard. Ado, & alii.*

Argue in omni doctrina. 2. ad Timoth. 3.

(a) *Romæ Victoria, quæ cùm eſſet deſponſata Eugenio Pagano*. Apographum Corbejen. *x. Kal. Januar. depoſitio Sanctæ Victoriæ Romæ ſub Decio, quæ cùm eſſet deſponſata viro pagano, & Rel.* .... De Peregrin. *Cuidam pagano*. Ad 21. Decembr. Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Romæ paſſio Sanctorum Victoriæ, Bitanzæ, Zoſimi, Secundi, Aurili, Siliaci*. Martyrolog. Antuerpien. *Romæ depoſitio Sanctorum Victoria, & boshania, Secundi, item Zoſimi, & Seriaci*.

(b) *Nicomediæ viginti Martyrum*. Hagiologium vet. Hieronymian. Lucen. *In Civitate Nicomedia Sanctorum ccxlv. Martyrum ſimul coronatorum, quorum nomina Deus ſcit*. Antuerpien. *Antiochiæ natalis Martyrum xxxv. & in alio loco Evariſti, Victoris, & aliorum Dccxxxiii. Siſti, Apollinis*. Raban. *In Nicomedia natale Martyrum xxxv. Et in alio loco Evariſti, Victoris, & aliorum Dxxxii*. Hagiol. Bluman. ſeù Veiſſemburgenſe Monaſt. S. Petri: *Nicomediæ natalis Sanct xxx. Martyrum*. Ms. Roman. Barberinian promit *xxxv*.

(e) *Romæ Servuli*. Galeſin. ad 26. Febr. At diverſus; ille namque Epiſcopus Veronenſis in Italia, ut Bolland. ea die adnotat.

Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. 2. ad Timoth. 3.

* *Initium Audinai quarti Syro-Macedonu, & Peritii quarti Macedonum mensis*. Pagi t. 1. in Calce ex Epoch. Cardin. Noris.

xxvij. A Nono Kalendas Januarii. Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
A B C D E *F* F G H M N P
24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

(c) *Gregorii*. Die 23. Jan. Raban. Galeſin. Molan. & Ferrar. Die 4. Febr. Merola Sanctuar. Cremonen.

(e) *Euthymii*. Martyr an. 302. Baron. eo an. n. 4. An. 303. Pagi t. 1. ad eum an. n. 6.

(h) *Irmina Virgin*. Circa 710. Trithem.

Vigilia Nativitàtis Dòmini noſtri JESU Chriſti. (*a*) Antiochìæ natàlis ſanctàrum Vìrginum quadragìnta, quæ in Deciàna perſecutiòne per divèrſa tormènta martyrium conſummàrunt. (*b* Apud Spolètum ſancti Gregòrii presbyteri & màrtyris, qui tempòribus Diocletiàni, & Maximiàni Imperatòrum primò nodòſis fuſtibus cæſus, ac deinde, poſt craticulam & càrcerem, càrduis fèrreis in gènibus percùſſus, & ardèntibns lampàdibus per làtera incènſus, tandem eſt decollàtus. (*c*) Trìpoli ſanctòrum màrtyrum Luciàni, Metròbii, Pauli, Zenòbii, Theotimi, & Druſi. (*d*) Nicomedìæ ſancti Euthymii màrtyris, qui in perſecutiòne Diocletiàni, cùm multos ad martyrium præmiſiſſet, ipſe enſe transfixus, eos ſecùtus eſt ad corònam. (*e*) Burdigalæ ſancti Delphini Epiſcopi, qui Theodòſii tèmpore clàruit ſanctitàte. (*f*) Romę natàlis ſanctæ Thaſillæ vìrginis, àmitæ ſancti Gregòrii Papæ, de qua ipſe teſtàtur, quòd in hora èxitus ſui JESUM ad ſe venièntem vìderit. (*g*) Trèviris ſanctæ Irmìnæ vìrginis, filiæ Dagobèrti Regis. (*h*)

(a) *Baron. in not. S. Greg. Turonen. de geſt. Francor. lib.* 10. *cap.* 31. *Amalar. de Ord. Antiph. c.* 14. *Microlog. cap.* 22. *& cæteri qui de Offic. Eccleſiaſt.* (b) *Baron. in not. Petr. in Catal. lib.* 1. *c.* 89. *Beda, Uſuard. Ado, & Vuandelbert.* (c) *Baron. an.* 303. *n.* 121. *& an.* 378. *nu.* 51. *Mombrit. t.* 2. *& Sur. t.* 6. *prior. edition.* (d) *Baron. in not. Petr. de Natal. lib.* 11. *n.* 21. *Beda, Uſuard. & Ado*. (e) *Baron. ann.* 302. *n.* 42. *& ſequ. Lippoman. t.* 5. *& Sur. t.* 6. *relat. in Act. SS. Indes, & Lomnæ ad* 26. *Decemb.* (f) *Baron. an.* 374. *n* 12. *An.* 398. *n.* 11. *& an.* 451. *nu.* 189. (g) *Baron. an.* 581. *n.* 4. *& ſequ. & S. Greg. Pap. lib.* 4. *Dialog. c.* 16. *& in Evangel. hom.* 38. (h) *Baron. in not. Trithem. de vir. illuſt. Ordin. S. Benedict. c.* 138. *& Ado*.

Ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaq; Pſalm. 118.

(b) *Antiochiæ Virginum quadraginta*. Martyrolog. Antuerpien. & Corbejen. *Antiochiæ Syria*. Martyrolog. Hieronym. Lucen. & Bluman. *In Antiochia Syria natalis Sanctarum Virginum xl. Canonicarum*.

(d) *Tripoli Luciani, Metrobii, Pauli, Zenobii, Theotimi, & Druſi*. Mss. Attrebaten. Eccl. S. Mariæ, Tornacen. Monaſterii Sancti Martini, & Lætien. S. Lamberti: *Roma natale Sanctorum Metrobi, Pauli, & Luciani*. corripit Theoſimi, & Druſi. De Peregrin. *Civitate Tripoli S. Luciani*; nil aliud. Apograph. Hieronym. Luc. *Antiochia Syriæ natalis SS. Virginum xl. Canonicarum, & aliorum duorum ſimul, Droſi, & Donati*. Apograph. Antuerpien. S. Vuillibrordi: *Druſi*. Apographum Bluman. *Druſi*. Raban. *Druſii*.

Diſceptatio Chronologica.

(b) *Antiochiæ natalis Sanctarum Virginum quadraginta, quæ in perſecutione Deciana.*

Menologium Baſilii eſſert, has quadraginta Martyres Adrianopolitanas Heracleam Traciæ ad Licinium Tyrannum tranſmiſſas, partim gladio, partimque igne pro Chriſto agonem ſubiiſſe.

Respondebo exprobrantibus mihi verbum. Pſalm. 118.

Quòd ſi quis obtruderet, has quadraginta Martyres eſſe alias ab iis, quæ Canonicæ fuere, ſcilicèt ſub Regula viventes, ut in præadductis Hagiologiis; Adſtipulanturque Raban. & Vuandelbert. apud quem ita de his quadraginta Virginibus Canonicis: *Vitam voto, & virtute Cælo dedicaviſſe*, nempe Moniales fuiſſe.

Occurreret Græcorum Menologium penès Caniſium ad Kalend. Septembris, qua die expreſsè Mulieres Martyres Virgines nuncupat, & Moniales; de quibus hac die Menolog. Baſilii; Idcircò licèt aliæ eſſe potuerint, nihilominùs erit divinare, quòd ita fuiſſet: quùm idem numerus videatur, & ſub eadem Licinii perſequutione, ut in Romano Martyrolog. hac ipſa die.

Nec officit subdere, sub Decii persequutione Sacras Virgines non legi voto obstrictas, ac simul, & sub Regula in Sacris Cynecæis advixisse.

Nam Euseb. lib. 2. hist. c. 17. refert nedum ipsa Decii persequutione vigente, sed & ante ipsam Mulieres extitisse in Asceteriis, voto obstrictas. Adstruitque Ammian. Marcellin. Scriptor, & Ethnic. lib. 18. sub fin. Cynecæa ipsa, & Christianorum Monasteria sub Constantio, & Juliano ita describens: *Inventas tamen aitas Virgines Christiano ritu Divino cultui sacratas custodiri intactas, & Religioni servire solito more nullo vetante præcepit* Quare, præstito sapientiorum judicio, accurata erit Romani Martyrologii lectio, si absolute proferat: *Antiochia natalis Sanctarum Virginum quadraginta, quæ per diversa tormenta Martyrium consummarunt.*

Disceptatio Topographica.

(d) *Tripoli Sanctorum Martyrum Luciani, Metrobii, Pauli, Zenobii, Theotimi, & Drusi.* Apographa Martyrologii S. Hieronymi penes Florentinium: *In Tripoli Civitate Luciani: Roma natalis Metrobi, Pauli, Zenonis,* seù *Fenoti*, aut *Zenoti, Theutimi, Themisti*, aut *Themisti*. Adstipulanturque Bellin. & Petr. de Natal.

Eminentissimus Baron. in not. pro Rom. Martyrologio indigitat Usuardum, Bedam, Adonem, & veter. Anonym. Mss.

At quamvis *Tripoli* Beda hos Martyres promat, scilicet *Tripoli Civitate*; Usuard. tamen vetustioris editionis Lovaniensis penès Florentinium eruditum, Lucianum tantùm *Tropoli*, seù *Tripoli* habet, & Ado editus, sivè Rosuveydi, sive Mosandri, neque Lucianum, neque alium ex Martyribus Tripoli adductis effert. Aliundè gemina hujus nominis *Tropolis*, sive *Tripolis* reperitur altera Pheniciæ Emporium, Tripolis Syriæ dicta, altera Africæ litoralis, ab Europeis *Tripolis Barbarica* dicta, in Regione olim Bisacena ad Syrtem minorem. Quænam modò ex his, non constat, quùm Roman. Martyrol. proferat *Tripoli* sine addito. Quemadmodum incompertum, an omnes hi Martyres Tripoli signandi sint; idcircò sanè Rabanus tantùm Lucianum Tripoli signat, & reliquos quinque Martyres sub Metrobio antesignano, locum tamen agonis, vel venerationis corripit: quamobrem pro securiori Romani Martyrologii lectione, si saniores faverent, erit impræsentiarum asserendum: *Eodem die Sanctorum Martyrum Luciani, Metrobii. &c.*

xxvj. B Octavo Kalendas Januarii. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

ANno à creatiòne mundi, quando in princìpio Deus creàvit cœlum, & terram, quinquies millèsimo centèsimo nonagesimonòno. (*a*) A dilùvio verò anno bis millèsimo nongentèsimo quinquagesimosèptimo. (*b*) A nativitàte Abrahæ anno bis millèsimo quintodècimo: A Mòyse, & egrèssu pòpuli Israel de Ægypto, anno millèsimo quingentesimodècimo: Ab unctiòne David in Regem anno millèsimo trigesimosecùndo: Hebdòmada sexagesimaquinta juxta Danièlis prophetìam. (*c*) Olympìade centèsima nonagesimaquàrta. (*d*) Ab urbe Roma còndita anno septingentèsimo quinquagèsimosecùndo. (*e*) Anno Impèrii Octaviàni Augùsti quadragesimosecùndo, toto Orbe in pace compòsito, sexta mundi ætàte, JESUS Christus ætèrnus Deus, æternìque Patris Filius, mundum volens advèntu suo piissimo consecràre, de Spìritu sancto concèptus, novèmque post conceptiònem decursis mènsibus, [*Hìc dicitur alta voce, & omnes genua flectunt.*] in Bèthlehem Judæ nàscitur ex MARIA Vìrgine factus Homo. *Hic autem altius, & in tono passionis.*

NAtivitas Domini nostri JESU Christi secùndùm carnem. (*a*) *Quod sequitur, legitur in tono lectionis Martyrologii, & surgunt omnes.*

(a) *A Mundi Creatione.* Buting *Ann.* 3968. Bosuet *An.* 3983. Natal. Alexandri hist. Eccl. Secul. 1. par. 1. Dissert. 2. q. 1. *Anno* 4000. Usserius. *Ann.* 4004.

(b) Natal. Alexandri: *A Diluvio anno* 3244. De Peregrinis. *A Diluvio anno* 1951.

(c) Natal. Alexandri *Hebdomadum Danielis* 450. De Peregr. *Hebdomada sexagesimatertia juxta Danielis Prophetiam, scilicet anno* 440. *vel circ.*

(d) Natal. Alexandri, & de Peregrinis: *Olympiade* 193. De Peregrinis addit. *A prima Olympiade anno octingentesimo.*

(e) Natal. Alexandri Tillemont, Pagi, & Card. Noris: *Urbis Romæ condita* 749.

Eò-

(b) *Anastasia.* Die 22. Decemb. Græci in Menolog. Sirleti, & Basilii. Die 26. Febr. in Urbe Lusitana, Villanicosa. Cardos. in Hagiologio Lusitano.

(c) *Eugenia.* Die præcedenti Græci in Menologio.

(d) *Passio multorum millium* Ann. 302. Baron. eo ann. n. 33. Ann. 303. Pagi tom. 1 ad eum an n. 6. Lecen. Græci in Menolog.

Eòdem die natàlis sanctæ Anastàsiæ, quæ tèmpore Diocletiàni, primò diram, & immìtem custòdiam à viro suo Pùblio perpèssa est, in qua tamen à Chrysògono confessòre Christi multùm consolàta, & confortàta fuit; deinde à Floro Præfècto Illyrici diùtina custòdia maceràta, ad ùltimum mànibus, & pèdibus extènsis ligàta est ad palos, & circa eam ignis accènsus, in quo martyrium consummavit in insula Palmària, ad quam cum ducèntis viris, & septuaginta fèminis deportàta fùerat, qui vàriis interfectiònibus màrtyrium celebràrunt. (*b*) Romæ in cœmetèrio Aproniàni sanctæ Eugèniæ virginis, quæ tèmpore Gallièni Imperatòris post plùrima virtùtum insignia, post sacros virginum choros Christo aggregàtos, sub Nicètio Urbis Præfècto diu agonizans, novissimè glàdio jugulàta est. (*c*) Nicomediæ pàssio multòrum millium Martyrum, qui cùm in Christi Natàli ad Domìnicum convenìssent, Diocletiànus Imperàtor jànuas Eccèsiæ claudi jussit, & ignem circumcirca paràri, tripodèmque cum thure præ fòribus poni, ac præcònem magna voce clamàre, ut qui incèndium vellent effùgere, foras exìrent, & Jovi thus adolèrent: cùmque omnes una voce respondìssent, pro Christo se libèntiùs mori, incènso igne consùmpti, eo die nasci meruèrunt in cœlis, quo Christus in terris pro salùte mundi nasci dignàtus est. (*d*) Barcinòne in Hispània natàlis sancti Petri Nolàsco confessòris, ac fundatòris Ordinis beàtæ MARIÆ de Mercède redemptiònis Captivòrum, virtùte, & miràculis clàri; cujùs festum còlitur jussu Alexandri Sèptimi prìdie Kalèndas Februàrii.

(a) *Baron. in apparat. n. 117. & seq. & in notis.* (b) *Baron. an. 300. n. 3. & sequ. & an. 303. nu. 145. Lippom. t. 5. Sur. t. 6. prior. edit. & Mombrit. t. 1.* (c) *Baron. an. 188. & an. 262. n. 55. Lippom. t. 5. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (d) *Baron. an. 301. n. 41. & sequ. & an. 302. n. 33.*

Adhuc quærimus, & talia quærentem nemo juste deprehendit. S. August. lib. 9. de Trinit.

(a) *Nativitas Domini Nostri Jesu Christi secundum Carnem.* Stephan. Titheitas, & Photius Bibliothecar. nu. 232. quæstionem exhibent de die Natalis Domini, producendo opinionem eorum, qui die 5. Januarii natum Dominum volunt, & eorum, qui hac die 25. Decembris. Ita omnia turbata, & incerta reddere valuit vetustas.

(b) *Eodem die Anastasia.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *Et in Cimiterio Aproniani via latina Roma passio S. Eugenia Virginis, Syrma, & Anastasia.* Martyrolog. vetustissimum S. Vuillibrordi: *Roma S. Eugenia Virginis, & Sirmi Anastasia.* Cardinal. Baron. in not. duas *Anastasias* refert, alteram hac die *sub Diocletiano*, & alteram ex Nicephor. lib. 7. c. 14. *sub Valeriano* die 28. Octobris. Florentin. addit tertiam *Sirmii*, & hac die.

(c) *Roma in Cœmeterio Aproniani Eugenia Virginis.* De Peregr. à Baronio in præfatione ad Rom. Martyrolog. laudatus: *In Cœmeterio Semproniani.* Martyrol. Hieronymian. vet. Lucen. *Roma Jovini, Pastoris, Basilei, Villorianæ, Aucellis, Eutices, Simphorianæ, Saturnini, Timedi, Ignati, Cyriaci, Gagi, Januariæ, Darilis, & in Cimiterio Aproniani via Latina Roma passio Sancta Eugenia Virginis, Syrma, & Anastasia.* Martyrolog. vetustiss. S. Vuillibrordi: *Roma Jovini, Pastoris, Basilei, Villorina, Accia, Eutici, Simphoriani, Saturnini, Temodi, Ignati, Cyriaci, Zagii, Januaria, Dasivi. Roma Sanctæ Eugeniæ Virginis.* Græci in Menologio Canisii die præcedenti i. VIIII. *Kal. Januar. Eugenie, Proti, & Hiacynti geminorum fratrum, ac Sancta Eugenia Eunuchorum.*

Quæritur, ut inveniatur dulcius, invenitur, ut quæratur avidius. S August. L. 9. de Trinit.

Disceptatio Chronologica.

(a) *Olympiade centesima nonagesima quarta.* Non levis natatio sub qua Olympiade, aut quo anno natale Christi adscribendum. Sanctus Hippolytus Portuensis suo Canon. Pasch. S. Epiphan. hæres. 5. & alii anno Juliano 44. ante æram vulgarem 2. adscripsere. Apollinar. Laodicænus apud S. Hieronym. Comment. 9. in Daniel. Genebrard. in Chronic. Lucid. lib. 7. de Emendat. tempor. cap. 2. & Labb. de Concord. Chronolgic. Anno Juliano 45. ante æram vulgarem. Jul. African. in Fragment. apud Petavium l. 8. Auctar. capit. 1.

pit. 1. Beda de Tempor. ratione c. 45. Aliique Anno Juliano 46. æræ nostræ vulgaris primo. Quidam alii antiqui innominati apud Epiphanium hæres. 51. Anno Juliano 54. æræ vulgaris 9. Sulpicio Camerino, & Gneo Poppæo Sabino Coss. quam sententiam sectati sunt Anastas. Nicæn. lib. 6. in Exameron, Epiphan Diacon. in 7. Synod. t. 2 lect ultim. & Nicephor. Patriarcha Constantinopolitan in sua Chronolog. Ex quibus omnibus depromitur, Christum natum anno Mundi 5501. qui cum anno 9. æræ vulgaris convenit.

Natal. Alexandri histor. Eccles. Secul. 1. par. 1. Dissert. 2 quæst. 1. anno Juliano 41. desinente ante æram vulgarem Coss. Augusto Cæsare undecimo sive duodecimo, & Lucio Cornelio Sylla secundo, anno Mundi 4000. Olympiade centesima nonagesimatertia. Consentiunt huic Olympiadi Martyrol. Pulsanen. Ms. Neapoli penès Cleric. Regul. SS. Apostolor. de Peregrinis, ac Leker. Kepler. & Georgius Heruvaius, sentientes, Epocham à Christo nato quatuor, vel quinq; annis ante vulgatam Dionysii Epocham inchoandam esse; hoc est Christum Dominum natum non anno secundo Olympiadis nonagesimæ quartæ, ut Eminentissimus Baron. aliique nonnulli, sed anno secundo Olympiadis centesimæ nonagesimætertiæ. Quamobrem Natale Christi apud Chronographos in longissimam, gravissimamque tricam reducitur, sub qua Olympiade supputandum.

Verùm Olympias centesima nonagesima quarta elicitur ex Chronologia Eusebii, ab Ecclesia Romana in suo Martyrologio sequuta.

Sed non idcircò cæteris anteponenda, & sine trica. Ecclesia namque Romana sequitur Chronologiam Eusebii, non quatenus illam suo probavit judicio, sed prout à pluribus receptam eo ævo, quo editum fuit Roman. Martyrologium; quùm ipsa Romana Ecclesia in ratione temporis se populari usui accommodet: Cæterùm ad hujusmodi controversiarum disceptationes judicium suum non interponit, nec ad eas minutias, & nutationes gravitatem, majestatemque suam demittit.

Eminentissimus Baronius pro Rom. Martyrologii assertione in notis occurrit, Natale Christi esse colligendum ex temporibus per Romanos Consules, quibus temporibus recensitis, videtur Olympiade Eusebiana obtigisse.

Ast quis in rebus Romanis paulò versatus ignorat, variatam sæpè fuisse in ea Republica Regiminis formam? Creati siquidem fuere post annum ab Urbe condita circit. 300. Regimini Consules Decemviri, paucosque post annos propter Appii, Claudii, & Collegarum ejus importentem libidinem rem iterum ad Coss. rediisse constat ex Liv. lib. 4. & Dionys. Halicarn. lib. 10. Roman. Hist. Quin etiam decennio post decem viros creatos, Tribunos militum cum potestate consulari creare cæperunt, primùm ternos, deinde quaternos, usque ad senos, idque per annos circiter septuaginta, nè videlicet Consulatus dignitas cum plebe communicaretur. Neque id stabili, & constanti lege, sed binos rursus Consules non raró fuisse interjectos, ut Liv. eodem libr. Enimverò si per Baron. virum siquidem in temporum supputatione diligentissimum ratio dirigendi annos per Consules adeo firma sit; Cur invenire nequeunt Chronographi *Junicum*, sivè *Vinicum Consulem*, quem Juvenal. Satir. 15. memorat? Præterea quod Baronius putat à suffectis Coss. signatos fuisse annos, id profectò nutat; nam quamvis detur ita constanter servatum tempore Dionysii Cassii, quod pro certo quidem non est dandum, postea tamen Romana Republica in pejus ruente, haud raró suffecti Coss. signarunt annos, ut planè liquet ex antiqua Inscriptione DCVII. apud Gruter. in Indic. hist. verb. *Consul*.

Demùm post mortem Aureliani Cæsaris adeo atrocia extitere tempora, ut neque de spatio quatuor succedentium Imperat. neq; de Coss. per eos annos creatis convenire possint Historici. Exemplo perspicuo sunt illi Gordiani Coss. qui suffecti nè fuerint, an verò Ordinarii statui plane nequit, aliis eos in fastis collocantibus, aliis verò tanquam suffectos è fastis eos expungentibus, ut Panuinius.

Ex his igitur exploratum habetur ante, & post Dionysii ætatem, Consulatum adeò variasse, ut ab eo certa ratio temporum duci nequeat; undè S. Augustin. lib. 2 de Doctrina Christiana cap. 28 *Nam & per Olympiades, & per Consulum nomina multa sæpè quæruntur à nobis, & ignorantia Consulatus, quo natus est Dominus Jesus, & quo passus est nonnullos coegit errare*. Igitur ut lectio Romani Martyrologii in re tam gravi sine ulla trica sit, & Doctiores arriderent, videtur corripiendum: *Olympiade centesima, quadragesimaquarta*, & prosequendum: *Ab Urbe Roma condita &c.*

xxv. 25 C Septimo Kalendas Januarii. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

(a) *Stephani.* Die sequenti Calendar. Copticum, sive Syriac. Romæ in Colleg. Maronit & Græci in Menologio.
(c) *Dionysii Pap.* Obiit ann. 272. Baron. eo an. nu. 21. An. 275. Euseb. in chronic. Anno 269. Pagi. t. 1. ad an. 271. n. 9. Die seq. Ind. Bucher. & Beda Die 19. Januar. Carmelitæ.

JErosòlymis natàlis sancti Stèphani protomàrtyris, qui à Judæis non longè post Ascensiònem Dòmini lapidàtus est. (*a*) Romæ sancti Marìni òrdinis Senatòrii, qui sub Numeriàno Imperatòre, & Marciàno præfècto Christianæ religiònis causa comprehènsus, equùleo, & ùngulis servili more punìtus, in sartàginem deinde conjèctus, sed igne in rorem convèrso, liberàtus; feris quoque objèctus, & ab illis servàtus illæsus; tandem ad aram iterùm dùctus, cùm idòla oratiòne ejus corruissent, percùssus gladio, martyrii triùmphum adèptus est. (*b*) Item Romæ via Appia depositio sancti Dionysii Papæ, qui multis pro Ecclèsia impènsis labòribus, fidei documèntis clarus effùlsit. (*c*) Ibidem sancti Zosimi Papæ & confessòris. (*d*) In Mesopotàmia sancti Archelài Episcopi, doctrina, & sanctitàte cèlebris. (*e*) Majùmæ sancti Zenònis Episcopi. (*f*) Romæ sancti Theodòri mansionàrii Ecclèsiæ sancti Petri, cujus mèminit beàtus Gregòrius Papa. (*g*)

(d) *Zosimi Pap.* Obiit an. 418. Baron. eo an. n. 69. Ann. 419. Prosper in Chronic. Die præced. Anastas.
(g) *Theodori.* Circ. 560. Baron. in not. ad oram marginal.

(a) *Baron. an. 34. nu. 300. an. 415. nu. 1. & sequ. an. 416. nu. 16. & sequ. & an. 418. n. 37. & sequ. Nicephor. hist. lib. 2. c. 3. Glycas par. 3. Annal. S. Hieronym. ad Riparium Epist. 57. Beda, Usuard. Ado, & alii.* (b) *Baron. an. 284. nu. 8. Vincent. lib. 13. c. 38. & 40. Mombrit. t. 2. & Petr. in Catal. lib. 1. c. 6.* (c) *Baron. an. 272. nu. 21. & 22. Euseb. in Chron. & hist. lib 2. c. 24. Optat. lib. contra Parmen. Nicephor. Episc. Constantinopol. in chronic. & S. Augustin. Epistol. 165.* (d) *Baron. an. 418. nu. 69. & sequ. Nicephor. relat. in Chronic. & alii.* (e) *Baron. an. 277. nu. 4.* (f) *Baron. an. 382. nu. 72. Sozomen. hist. lib. 7. c. 27. Nicephor. hist. lib. 4. c. 47. & lib. 13. c. 2.* (g) *Baron. in not. & S. Gregor. Pap. lib. 3. Dialogor. c. 24.*

Audi & accipe consilium intellectus. Ecclesiast. 6.

(a) *Stephani.* Apographum vet. Hieronymian. Lucen. *In oppido Jerosolymitano villa Capharg. natalis passio S. Stephani primi Martyris, Diaconi, & Apostoli, qui lapidatus est à Judæis.* Martyrol. Bluman. corripit *Apostoli.* Apographum Antuerpien. *Hierosolymis S. Stephani Diaconi primi Martyris.* S. Gregor. in Sacramentar. oration. supèr Dyptica Stephanum inter Apostolos numerat: Menardus id factum retur, quatenus par Apostolis rèputetur.

(b) *Romæ Marini ordinis Senatorii Marciano Præfecto.* Ms. Tornacen. Monasterii S. Martini: *Eodem die Romæ passio S. Marini;* nil aliud. De Peregrinis adscit: *Viri clarissimi, Martiano Imperatore.*

(c) *Romæ Dionysii Papæ.* Martyrol. Hieronymian. vet. Lucen. & Corbejen. *Romæ depositio S. Dionysii, Helia, Dorostoli.* Martyrol. Antuerpien. *Et depositio Dionysii Episcopi; & alibi Helia, Dorostoli.*

Vir consilii non disperdet intelligentiam. Ecclesiast. 32.

xxiv. D Sexto Kalendas Januarii. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

(a) *Joan. Apostoli*. Die 26. Septemb. Græci in Menolog. Die 21. Febr. Martyrol. Mss. Lætien Tornacen. & Aquicenctinen. ac Auct. Greven. Die 25. Jun. Martyrol. Coloniæ, & Lubecæ an. 1690. cuſ.

APud Epheſum natàlis ſancti Joànnis Apòſtoli & Evangeliſtæ, qui poſt Evangèlii ſcriptiònem, poſt exilii relegatiònem, & Apocalypſim divinam, uſque ad Trajàni Principis tèmpora perſevèrans, totius Aſiç fundavit, rexitque Ecclèſias; & confèctus sènio, ſexagèſimo octavo poſt paſſiònem Dòmini anno mòrtuus, juxta eàndem urbem ſepultus eſt. (*a*) Alexandriæ ſancti Màximi Epìſcopi, qui ſatis clarus, & insignis titulo confeſſionis effectus eſt. (*b*) Conſtantinopoli Sanctorum confeſsòrum Theodòri, & Theòphanis fratrum, qui à pueritia in monaſtèrio ſancti Sabæ nutriti, cùm pòſteà pro ſanctàrum Imàginum cultu advèrsùs Leònem Armènum ſtrènuè decertàrent, ejus juſſu verbèribus affècti, exilio relegàntur: ſed eo mòrtuo, rurſus Theòphilo Imperatòri, qui eàdem impietàte detinebàtur, conſtànter reſiſtèntes, verbèribus iterùm cæſi, in exilium pulſi ſunt, ubi Theodòrus in càrcere expiràvit: Theophanes verò, pace demum Ecclèſiæ rèddita, factus Nicænus Epìſcopus, quièvit in Dòmino. (*c*) Ibidem ſanctæ Niceratis virginis, quæ ſub Arcàdio Imperatòre claruit ſanctitate. (*d*)

(b) *Maximi Episc.* Obiit an. 285. Baron. eo an. nu. 15. An. 282. Pagi t. 1. ad an. 285. nu. 7.

(a) *Baron. an. 98. nu. 13. & ſequ & an. 101. nu. 2. & ſequ. Euſeb. lib. 3. c. 25. S. Joan. Chryſoſt. homil. in laud. duodecim Apoſtolor. Lippom t. 6. & Petr. de Natal. lib. 6. c. 3.* (b) *Baron. an. 272. nu. 2. & an. 285. nu. 15. Nicephor. hiſt. lib. 6. c. 34. Euſeb. in Chronic. & hiſt. lib. 7. c. 10. 12. & 14. Uſuard. & alii.* (c) *Baron. an. 817. nu. 47. An. 821. nu. 73. an. 833. nu. 1. an. 835. nu. 43. & an. 841. nu. 29. Græci in Menologio hac die, Lippom. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (d) *Baron. an. 404. nu. 64. Sozomen. hiſt. lib. 8. c. 23. & Nicephor. lib. 13. c. 25.*

Quod ſcimus loquimur, quod vidimus teſtamur. Joan. 3.

(a) *Apud Epheſum Natalis S. Joannis Apoſtoli*. Epheſus, *Efeſo*, & *Fegena*. Urbs Joniæ maritima, Aſiæ propriè dictæ, apud Cayſtri fluvii oſtium, cui ab occaſu Samius Inſula adjacet. Inter Miletum Cariæ Metropolim, & Smyrnam urbem Jonicam. Apographa Martyrologii S. Hieronymi Antuerpien. Corbejen. & Lucen. *VI. Kal. Januar. Aſſumptio S. Joannis Evangeliſtæ apud Epheſum*. Græci in Menologio ad 26. Septembris: *6. Kal. Octobris migratio Sancti glorioſi, & celebris Apoſtoli, & Evangeliſtæ Joannis, cognomento Theologi.*

(d) *Niceratis Virginis*, Sozomen. & Nicephor. à Baron. in not. acciti hanc Sanctam græcè latinè *Nicaretam*, quæ vox interpretatur *Victrix virtus*; quàmobrem Nicephor. inquit: *Talis ſuo ipſius recens nomini Nicareta fuit*. At *Nicerata* vocabulum in Romano Martyrologio ductum videtur à medica arte, qua pollebat, ut ex mox laudatis hiſtoricis; & ex S. Joan. Chryſoſtomo Epiſtol. 4. ad Olympiadem. An modò *Nicerata* nomen ſit ſexus, vel artis, addubitandum Nicerata namque delicatius unguentum eſt, ejuſque meminit Martial. lib. 6. Epigr. 54. & lib. 12. Epigr. 66.

Si manſeritis in Sermone cognoſcetis veritatem. Joan. 8.

xxiij.

xxiij. E Quinto Kalendas Januarii. Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

(a) *Sanctorum Innocent.* Die ſeq. Græci in Menolog.
(d) *Indes, Domnæ, & Soc.* Martyres ann. 293. Baron. eo an.nu. 3. Ann. 303. Pagi t. 1. ad an.293.n.3. Die 27. April. Authim.

IN Bèthlehem *Judæ* natàlis ſanctòrum Innocèntium, qui ab Heròde Rege pro Chriſto interfecti ſunt. (*a*) Ancyræ in Galatia ſanctòrum màrtyrum Eutychii presbyteri, & Domitiani diàconi. (*b*) In Africa natàlis ſanctorum màrtyrum Càſtoris, Victòris, & Rogatiàni. (*c*) Nicomediæ ſanctòrum martyrum Indes eunùchi, Domnæ, Agapis, & Theòphilæ virginum, & ſociòrum, qui in perſecutiòne Diocletiàni poſt longa certamina divèrſo mortis gènere corònam martyrii ſunt aſſecùti. (*d*) Neocæſarèæ in Ponto ſancti Troàdii màrtyris, in perſecutiòne Dècii: cui agonizanti ſanctus Gregòrius Thaumatùrgus in ſpìritu àdfuit, eùmque ad ſubeùndum martyrium roboràvit. (*e*) Arabiſſi in Armènia inferiòri ſancti Cæsàrii màrtyris, qui ſub Galèrio Maximiàno paſſus eſt. (*f*) Lugdùni in Gàllia natalis ſancti Franciſci Salèſii Epiſcopi Gebennènſis, propter flagrantiſſimum zelum in convertèndis hærèticis ab Alexàndro Sèptimo in Sanctòrum nùmerum relàtus: ejus feſtus dies àgitur de mandato ejùſdem Pontificis quarto Kalèndas Februàrii, quando illìus ſacrum corpus inde Annèſium translàtum fuit. Romæ ſancti Domniònis presbyteri. (*g*) In Ægypto ſancti Theodòri mònachi, diſcipuli ſancti Pacòmii. (*h*) In monaſtèrio Lirinènſi ſancti Antònii mònachi, miràculis clari. (*i*)

(e) *Troadii.* Martyr an.255 ſub Decio. Baron. eo an. nu. 134. An. 251. Decius interēptus. Pagi t. 1. ad eum an.nu. 29. Die 11. Martii, & 6. Maii Græci in Menologio, & in Menæis.
(h) *Theodori Monachi.* Die 16. Maii. Græci in Menæis cuſis, & Manuſcipt.

(a) *Baron. an. 1. nu. 47. & ſequ. & an. 58. nu. 94. Græci in Menologio die ſequ. Origen. in Matth. homil. 3. Irenæus adverſ. hæreſ. lib. 3. c. 18. S. Auguſtin. Serm. 8. 9. 10. & 11. de Sanct. S. Petr. Chryſolog. Serm. 152. & 153. Beda, Uſuard. & alii.* (b) *Baron. in not. Uſuar. & alii.* (c) *Baron. ibidem, & Molan. apud Uſuard.* (d) *Baron. an. 293. nu. 3. an. 301. n. 6. & ſequ. & an. 302. n. 41. Græci in Menologio, Nicephor. hiſt. lib. 7. c. 6. Lippom. t. 5. & Sur. t. 6.* (e) *Baron. an. 255. nu. 134. & S. Gregor. Nyſſen. in Act. S. Gregor. Thaumaturgi.* (f) *Baron. an. 311. nu. 22. & Græci.* (g) *Baron. an. 379. nu. 17. & an. 402. nu. 130.* (h) *Baron. an. 404. nu. 130. & vit. Patr. par. 1.* (i) *Baron. an. 388. nu. 14.*

Tene ſapientiam, nè dimittas eam. Prov. 4

(a) *In Bethlehem Judę Sanctorum Innocentium.* Apographum Antuerpien. *Bethlem Juda natalis Infantum.* Apographum Hieronymian. Lucen. & Corbejen. *Bethleem natale Sanctorum Infantium, & Lactentium, qui ſub Herode pro Chriſto paſſi ſunt.* Apographum Bluman. corripit *Lactentium.* Petr. de Natal. Catal. SS. lib. 1. c. 10. *In qua perſecutione centum & quadraginta quatuor millia Infantes interfecti eſſe creduntur, qui & in Apocalypſi c. 14. deſcribuntur.*

Genebrard. verò in Chronic. ad an. Chriſti 3. definit, *Quatuordecim millibus Innocentibus in Bethleem ab Herode interfectis, habetur in Liturgia Æthiopum, & Græcorum.* Hoc idem penès Salmeron. tom. 3. tract 44. apud Idelfons. lib. 4. p. 3. cap. 7. *Occiſos fuiſſe in hac perſecutione quatuordecim mille, tradunt Æthiopes, quos Abyſſinos vocant, atque hunc numerum in canone aſſerunt, & ritu ſuo ac more celebrant.* Ceterùm hic numerus videtur congruentior primo, quem non liquet credibilem fuiſſe in Bethleem parva urbe admodum Hieroſolymę proxima, ut ab ea niſi vi tamille paſſus diſtet, & quòd in eadem a bimatu & infra, centum & quadraginta quatuor millia Infantes interfecti fuere. Meritò igitur in his ſacris Ephemeridis non legitur numerus.

(b) *Ancyra in Galatia. Eutychii Presbyteri, & Domitiani Diaconi.* Apographum Martyrologii S. Hieronymi penès Florentinium:

Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Prov. 13.

Eusici. Ms. Roman. Vatican. S. Petri sine palæstra: *Natale Eutycii presbyteri, Domitiani Diaconi, Castoris.*

(c) *In Africa Castoris, Victoris, Rogatiani* Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Africa Castoris, Octavi, Victoris, Sattica, Rogati, Eusebii, Probati, Januarii, Catonis, Saturi, Restituta, Saturnina.* Martyrolog. Bluman. *Gatta*, pro Gatticæ. Martyrolog. vetustissim. Antuerpien. *In Africa Castori, Octavi, Victoris, Latti, Rogata, Eusebi, Propati, Januari, Saturi, Catonis, Restituti, Saturnini.* Martyrolog. Corbejen. *In Africa Castori, Octavi, Victoris, Gata, Domitia.*

(d) *Domnæ*. Alius *Domnina*. Græci in Menologio Canisii die 1. Martii aliam *Domnam* promunt in Syria cum Sociis.

xxij. F Quarto Kalendas Januarii. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ t u

10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

A B C D E *F* F G H M N P

29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

(a) *Thomæ Episc.* Martyr ann. 1163. Baron. eo an. n. 19. An. 1171. Scriptor. Galli. Pagi t. 4. ad an. 1170. n. 2.

(b) *David.* Circ. 1018. ante Christũ natum. Lucid.

(c) *Trophimi.* Die 14. April. Græci in Menologio, in Menæis. Synaxar. & Hanth† olog.

(d) *Bonifacii*. Die 14. Octobr. Calend. Fronti, Ado, Usuard. Florentin. & alii.

(h) *Ebrulphi. Abbatis*. Circ. 590. Acta.

CAntuàriæ in Anglia natàlis ſancti Thomæ Epiſcopi & màrtyris, qui ob defenſiònem juſtitiæ, & Eccleſiàſticæ immunitàtis, impiòrum hòminum factiòne, in Baſilica ſua glàdio percùſſus migràvit ad Chriſtum. (*a*) Jeroſòlymis ſancti David Regis & Prophètæ. (*b*) Arelàte natàlis ſancti Tròphimi, cujus mèminit ſanctus Paulus ad Timòtheum ſcribens: qui ab eòdem Apòſtolo Epiſcopus ordinàtus, præfatæ urbi primus ad Chriſti Evangèlium prædicandum dirèctus eſt: ex cujus prædicatiònis fonte (ut ſanctus Zòſimus Papa ſcribit) tota Gàllia fidei rivulos accèpit. (*c*) Romæ ſanctòrum màrtyrum Calliſti, Felìcis, & Bonifacii. (*d*) In Africa pàſſio ſanctòrum màrtyrum Dominici, Victòris, Primàni, Lybòſi, Saturnìni, Creſcèntii, Secùndi, & Honoràti. (*e*) Viènnæ in Gàllia ſancti Creſcèntis, diſcìpuli beati Pauli Apòſtoli, & primi ejùſdem civitàtis Epìſcopi. (*f*) Conſtantinòpoli ſancti Marcèlli abbàtis. (*g*) In pago Oxymènſi ſancti Ebrùlphi abbàtis & confeſsòris, tèmpore Childebèrti Regis. (*h*)

(a) *Baron. an. 1163. nu. 19. & an. 1170. nu. 46. & in not.* (b) *Baron. an. 34. nu. 145. item Beda.* (c) *Baron. an. 46. nu. 2. & an. 59. nu. 1. S. Gregor. Turonen. de gest. Francor. lib. 1. c. 30. Petr. Cluniacen. lib. 1. Epist. 2. contra Heinrician. 5. & S. Doroth. in Synopsi, ac alii.* (d) *Baron. in not. & Beda hac die.* (e) *Idem ibidem.* (f) *Baron. an. 46. nu. 2.* (g) *Baron. an. 466. nu. 2. & sequ. & an. 469. nu. 4. Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edition.* (h) *Baron. in not. Sur. t. relat. & Usuard. hac die.*

In labiis sapientis invenitur veritas. Prov. 10.

(d) *Roma Callisti, Felicis, & Bonifacii.* Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci in Thermis, & Vatican. S. Petri, ac Martyrolog. Antuerpien. & Corbejen. *Roma Felicis, & Bonifacii Episcopi*. Ms Roman. Barberinian. & Martyrolog. Hieronymian. Lucen. addunt: *De ordinatione*. Maurolyc. *Bonifacii Episcopi & Confessoris*. Tò *Confessoris*, idem ac *Martyris* lato modo.

(e) *In Africa Dominici, Victoris, Primiani, Lybosi, Saturnini, Crescentii, Secundi, & Honorati*. Apographum vet. Hieronym. Lucen. *In Africa Domici, Victuri, Crescenti, Primiani, Libosi Episcopi, Secundi, Honorati, Victoriæ, Felicis*. Martyrolog. Mss. Antuerpien. & Corbejen. *In Africa Victoris, Domitii, Criscentis, & Primiani, Libosi Episcopi, Secundi, Saturnini, Honorati, Victorini, Saturi, Felicis* Mss. Attrebat. Eccles. S. Mariæ, Tornacen. Monasterii S. Martini. & Lætien. S. Lamberti. *In Africa SS. Domitii, Victuri, Primiani, Honorati, Saturi*. Mss. Romana Monasterii S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Africa Crescentis, Primiani, Secundi, Saturnini, Honorati*.

Alium Primianum Episcopum & Martyrem ad 23. Februar. Anconę in Piceno exhibet Ferrar. Catal. Sanctorum Italiæ.

(h) *In Pago Oxymensi Ebrulfi Abbatis & Confessoris*. Sphalma quidem Topographicum in Martyrolog. Romano, confundit *Oxymum* cum *Auximo*, autumat, idem esse pagum

Labium veritatis firmum, & in perpetuum. Prov. 12.

gum Oxymensem, ac Auximum; Auximum urbs Italica est in Piceno, Oxymum Gallica in Normandia: Ferrar. nova sua Topographia. Ms. Barberinian. Roman. *In pago Oxmense otico Monasterio depositio S. Ebrulfi Confessoris.*

xxj. G Tertio Kalendas Januarii. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

(a) *Sabini Episcopi, Exuperantii, & Soc.* Martyres anno 301. Baron. eo an. n. 20. Ann. 303. Pagi to. 1. ad an. 301. n. 3. Die 31. Maii Greven. & Canis. Die 15. Maii de Exuperantio Florar. Ms. Die 30. Piazza in Sanctuar. Rom.

(c) *Anysia.* Martyr an. 303. Baron. eo ann. n. 84. Ann. 304. Pagi tom. 1. ad eundem ann. n. 6.

SPolèti natàlis ſanctòrum màrtyrum Sabìni Epìſcopi, Exuperàntii, & Marcèlli diaconòrum, ac Venuſtiàni Præſidis, cum uxòre, & filiis, ſub Maxmiàno Imperatòre: ex quibus Marcèllus, & Exuperàntius primùm equùleo ſuſpènſi, deinde fùſtibus gràviter mactàti, pòſteà ùngulis abràſi, & làterum exuſtiòne alsàti, martyrium complevèrunt: Venuſtiànus autem non multò pòſt unà cum uxòre, & filiis glàdio necàtus eſt: ſanctus verò Sabìnus poſt mànuum detruncatiònem, & diùtinam càrceris maceratiònem, ad mortem uſque cæſus eſt. Horum martyrium licèt divèrſo extìterit tèmpore, una tamen die recòlitur. (*a*) Alexandrìæ ſanctòrum Manſuèti, Sevèri, Appiàni, Donàti, Honòrii, & ſociòrum màrtyrum. (*b*) Theſſalonìcæ ſanctæ Anyſiæ màrtyris. (*c*) Ibìdem ſancti Anùſii ejùſdem civitàtis Epìſcopi. (*d*) Mediolàni ſancti Eugènii Epìſcopi & confeſsòris. (*e*) Ravènnæ ſancti Liberii Epìſcopi. (*f*) Aquilæ in Veſtinis ſancti Rainèrii Epìſcopi. (*g*)

(e) *Eugenij Episc.* Cir. 800. Monument. Eccleſ. Mediolanen.

(f) *Liberij Episc.* Circ. 205. Rubeus.

(a) *Baron. an. 301. n. 20. & an. 303. nu. 121. Paul. Diacon. de geſt. Longob. lib. 4. c. 5. Petr. in Catal. lib. 2. c. 19. Uſuard. & alii.* (b) *Baron. in not. Uſuard. & Vuandelbert.* (c) *Baron. an. 303. n. 84. Græci in Menologio, Lippoman. t. 5. & Sur. t. 6. prior. edit.* (d) *Baron. an. 378. n. 43. & an. 389. n. 74. & S. Ambroſ. Epiſt. 60. & 79.* (e) *Baron. in not. Beda, & Galeſin.* (f) *Baron. ibidem, & Rubeus hiſt. Ravennat. lib. 1.* (g) *Baron. in not.*

Sapientia eruditis cogitationibus intereſt. Prov. 8.

(a) *Spoleti Sabini Epiſcopi, Exuperantii, & Marcelli Diaconorum.* Spoletum, & Spoletium, Ptolom. *Spoleti* Italis. Urbs antiqua Umbriæ, quondam ſub Imperio Longobardorum florentiſſima, totius Umbriæ caput, & Ducum ſedes. Codex Ms. Colbertin. apud Balutium: *Savini*. De Peregrinis: *Exuperii*. Superium, & Marcellum non *Spoleti*, ſed apud *Aſſiſium* Martyrizatos, Acta ferunt.

(b) *Alexandriæ Manſueti, Severi, Appiani, Donati, Honorii, & Sociorum Martyrum.* De Peregrin. *Alexandria S. Manſueti Martyris cum aliis decem.* Martyrolog. Hieronym. Luccn. *In Alexandria Manſueti, Severi, Donata, Honori, Poleclili, Appiani, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani, Cleti.* Martyrol. Bluman. effert: *Donati, Policliti, Pampiani.* Martyrolog. vetuſtiſſim. Antuerpien. *In Alexandria, Manſueti, Severi, & Appiani, Donati, Honorii, Polycheti, Sereni, Papioni, Cliſſi,* Martyrolog. Corbejen. *In Alexandria Manſuete, Securi, Donati, Honorati, Policliti, Appiandi, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani, Cleti, Clementis.* Ms. Tornacen. Monaſterii S. Martini: *In Alexandria Manſueti.* Ms. Vatican. S. Petri progreditur ultrà: *Severi, Appiani, Donati, Honorii.* Ms. Roman. Barberinian. addit: *Securi, Appanis.*

Pretioſi ſpiritus vir eruditus. Prov. 17.

XX. 19.	A	Pridie Kalendas Januarii. Luna.																31
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
			A	B	C	D	E	*F*	F	G	H	M	N	P				
			1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11				

(a) *Silveſtri Papæ*. Die 1. Januar. Catal. Damaſi. Die 2. Græci in Menol. & Menæis.
(h) *Barbatiani* Circ. 425. Monumen Eccleſ. Raven.

ROmæ natàlis ſancti Silvèſtri Papæ, qui Magnum Conſtantìnum Imperatòrem baptizàvit, & Nicænam Synodum confirmavit: multìſque àliis rebus ſanctìſſimè geſtis quièvit in pace. (*a*) Item Romæ via Salària, in cœmetèrio Priſcillæ, ſanctàrum màrtyrum Donàtæ, Paulìnæ, Rùſticæ, Nominàndæ, Seròtinæ, Hilàriæ, & ſociàrum. (*b*) Apud Sènonas beatòrum Sabiniàni Epìſcopi, & Potentiàni, qui à Pontifice Romàno illuc ad prædicàndum dirècti, eàndem metròpolim confeſſiònis ſuæ màrtyrio illuſtràrunt. (*c*) Ibìdem ſanctæ Colùmbæ vìrginis & màrtyris, quæ, igne ſuperato, in perſecutiòne Aureliàni Imperatòris glàdio cæſa eſt. (*d*) Rhætiàriæ ſancti Hermètis exorciſtæ. (*e*) Càtànæ in Sicìlia pàſſio ſanctòrum Stèphani, Pontiàni, Attali, Fabiàni, Cornèlii, Sexti, Floris, Quinctiàni, Minervìni, & Simpliciàni. (*f*) Eòdem die ſancti Zòtici presbyteri Romàni, qui Conſtantinòpolim profèctus, alendòrum orphanòrum curam ſuſcèpit. (*g*) Ravènnæ ſancti Barbatiàni presbyteri & confeſsòris. (*h*) Eòdem die ſanctæ Melàniæ juniòris, quæ cum viro ſuo Piniàno Roma abſcèdens, & Jerosòlymam proficìſcens, ipſa inter fèminas Deo ſacras, vir inter mònachos religiòſam vitam exèrcuit; & ambo ſancto fine quievèrunt. (*i*)

(i) *Melaniæ*. Die 7. Januar. Martyrol German. Die 31. Razzius, & Felic.

¶ Et àlibi aliòrum plurimòrum ſanctòrum Martyrum & Confeſsòrum, atque ſanctàrum Vìrginum.

℞. Deo gràtias.

(a) *Baron. an. 324. n. 29. 36. 97. & an. 325. n. 58. Euſeb. in Chronic. Optat. lib. 2. contra Parmen. S. Auguſtin. Epiſt. 165. Nicephor. in Chronic. & aliis plur.* (b) *Baron. in not. & Ado.* (c) *Baron. an. 46. n. 2. Petr. in Catal. lib. 1. c. 25. & Mombrit. t. 2. ac Tabul. Demochar.* (d) *Baron. ann. 275. n. 6. Mombrit. t. 1. & Petrus in Catal. lib. 2. c. 24.* (e) *Baron. in not. Uſuard. Ado, ac cæteri recentior.* (f) *Baron. in not. & Tabul. Eccl. Catanens.* (g) *Baron. an. 330. n. 27. & Græci in Menolog.* (h) *Baron. in not. Sur. t. 6. prior. edition. Petr. in Catal. lib. 2. c. 23. & Rubeus lib. 3. hiſt. Raven.* (i) *Baron. an. 408. n. 42. & 43. an. 419. n. 104 an. 434. n 7. & an. 438. n. 15. & ſeq. S. Auguſt. Epiſt. 224. 225. 227. S. Hieronym. Epiſtol. 79. Græci in Menolog. & Lippom. t. 5.*

Non ſcripſi vobis quaſi ignoràtibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam. Epiſt. 1. Joan. 2.

(a) *Silveſtri*. Calendarium antiquiſſim. Bucherii: *Silveſtri in Priſcillæ Cœmeterio*. Catal. Damaſi: *Silveſter uſque in diem Kalendarum Januariarum*. Cardinal. Baron. in notis ſuadet, Græcos de hoc Sancto Kal. Januar. in Menologio agere At tàm in Menologio Sirleti, quàm in Sanctuario Baſilii agitur memoria hujus S Pontificis, & Conſtantini Baptiſmi die 2. Januar.

(b) *Romæ via Salaria in Cœmeterio Priſcillæ Donatæ, Paulinæ, Ruſticæ, Nominandæ, Serotinæ, Hilariæ, & Sociarum.* Martyrol. Hieronymian. Lucen. & Antuerpien. *Romæ Donati, Pauli, Rogati, Dominandæ, Hilarinæ.* Martyrol. Veiſſemburg. Monaſt. S. Petri pro Rogati, *Rogatæ*. Martyrolog. Corbejen. *Romæ Donatæ, Pauli, Rogatæ, Dominandæ, Hilarinæ.* Ms. Vatican. pervetuſtum S. Petri: *Romæ via Salaria in Cœmeterio Jordanorum Donatę, Paulinæ, Ruſticianæ, Nominandæ, Serotinæ, Saturninæ, Hilarianæ.* Ms. Roman Monaſterii S. Cyriaci in Thermis pro Hilarianæ, *Hilariæ*. Malmesburienſis: *Romæ Donati, Pauli, Rogati, Saturninæ, Hilariæ, Dominandæ, Rogatianæ, Serotinæ, Paulinę, Donatę.*

Baron. in not. *Ado de iiſdem agit*. Verùm non

Debemus ſuſcipere, ut cooperatores ſimus veritati. Joan. Epiſt. 3.

non Ado, ſed Additio apud Moſandium aliquos ex his Martyribus promit, nempe: *Romæ Donati, Pauli, Rogati, Dominandæ, & Hilarinę.*

(d) *Apud Senonas Columba.* Senones, & Senonæ, *Sens.* Urbs antiquiſſima Galliæ Celticæ, in Bryn regione, ad Itunam, ſeù Jonam fluvium in Sequanam illabentem. Apographum Hieronymian. Lucen. *Sennonis paſſio S. Columbæ Virginis.* Vitium *Sennionis*, pro *Senonas*. Ferrar. ex Surio, & Mombritio adnotat, hujus Martyris Corpus Ariminum exportatum, & in æde majori honorificè coli. Sauſſayus ſuo Martyrol. Gallicano incolam eſſe affirmat Galliæ Celticæ, & Baronius in notis ſuadet, hanc Columbam Martyrem Senonenſem eſſe aliam à Cordubenſi: Sed Florentinius hac ipſa die animadvertit, patere manifeſtè non eſſe aliam. Sedulus lector ipſos ſummos viros adeat, conſulat, & definiat.

(e) *Rhętiaria Hermetis Exorciſtæ.* Martyrolog. Hieronymian. Lucen. *Ratiaria*. Martyrolog. Antuerpien. *Ritiariæ*. Martyrolog. Corbejen. *Recia*. Corruptè *Recię*. Ferrar. ſua Topographia, Rhætiaria *Nuopoli*. Urbs Myſiæ ſuperioris ad Danubium ultra pontis Trajani veſtigia, & Ortelius adnotat *Rariariam*, & *Retiariam* vocari.

(f) *Catana in Sicilia Stephani, Pontiani, Attali, Fabiani, Cornelii, Sexti, Floris, Quinctiani, Minervini, Simpliciani.* Catana, ſeù Catina, vulgò *Catania*. Urbs Siciliæ maritima, in ora ad ortum verſa, antiqua valdè, Amenano fluviolo diviſa, inter Meſſanam Metropolim, & Syracuſas. Martyrol. Hieronymian. Lucen. *In Provincia Sicilia Civitas Catanenſis Stephani, Pomiani, Attali, Fabiani, Corneli, Xyſti, Florili, Quotti, Quintiani, Merervini, Simphoriani, Ammoni, Fortunati, Secundi, Sequentis, Apionis, Calendionis, Evelpiſti, Exuperanti, Saturnini, Agnetis, Paulina, Nominanda, Donata, Rogata.* Martyrolog. Corbejen. *In Provincia Cicilia Civitate Catanea Stephani, Potiani, Attali, Fabiani, Cornelii, Septi, Floridi, Gatę, Quintiani, Menervini, Symphoriani, Ammonii, Fortunati, Sancti, Sequentis, Ammoni, Calendionis, Evelpiſti, Exuperantis, Saturnini, Agnetis, Paulinę, Donatę, Nominanda, Rogati.* Mss. Rom. Monaſt. S. Cyriaci, & Vatican. S. Petri: *In Provincia Sicilię Civitate Catanentium Stephani, Pontiani, Attali, Flaviani, Corneli, Sexti, Floridi, Quintiani, Menerbini, Simphoriani.* Ms. Roman. Barberinian. addit: *Donati, Pauli.*

(i) *Melanię.* Die 8. Jun. Menæa Mss. Divionen. *S. Melania in pace quievit.* An ſit Melania ſenior, vel Junior erit divinare. Ipſa Menæa conſulenda.

LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EJUS.

MAR-

MARTYROLOGIA PARTICULARIA

Cum subsequentes Sancti in certis quibusdam Religionibus pro particularibus Ecclesiis, Conventibus, seù Ordinibus in propriis Martyrologiis à Summis Pontificibus ex indulto eorundem recitandi, hìc in fine extra Martyrologium universale pro majori recitantium commoditate adduntur.

MARTYROLOGIUM

Pro Sanctis Ordinis Sancti Patris Benedicti Abbatis.

Festa de quibus eo die fit Officium primo loco ponuntur.

JANUARIUS.

12. IN Anglia S. Benedicti Abbatis.

15. In Territorio Andegavensi Beati Mauri Abbatis Discipuli Sancti Patris Benedicti, cujus disciplinis ab infantia eruditus, quantum in eis profecerit inter alia, quæ apud eum positus gessit (res nova, & post Petrum pene inusitata) pedibus super aquas incedens, patefecit.

23. Toleti S. Idelphonsi Episcopi, qui ob singularem vitæ integritatem susceptamque defensionem adversus hæreticos Dei Genitricis Virginitatem impugnantes, ab eadem candidissima veste donatus, ac demum Sanctitate celebris in Cœlum vocatus.

30. In Hispania S. Adelelmi Abbatis.

FEBRUARIUS.

2. CAntuariæ in Anglia natalis Sancti Laurentii Episcopi, qui post Sanctum Augustinum eam Ecclesiam gubernavit, & Regem ipsum ad fidem convertit.

10. Apud Montem Casinum S. Scolasticæ Virginis Sororis S. Patris Benedicti Abbatis, qui ejus animam instar Columbæ migrantem è Corpore, in Cœlo ascendere vidit.

18. Toleti Sancti Helladii Episcopi & Confessoris.

27. Hispali in Hispania natalis S. Leandri ejusdem Civitatis Episcopi, cujus prædicatione, & industria Visigothorum gens adjuvante Reccaredo eorum Rege ab Ariana impietate ad Catholicam fidem conversa est.

MARTIUS.

1. IN Hispania Sancti Rudesindi Episcopi.

2. Apud Civitatem Werdam Sancti Suitberti Episcopi, qui tempore Sergii Papæ apud Frisones, Batavos, & alios Germaniæ populos Evangelium prædicavit.

3. Bambergæ Sanctæ Cunegundis Augustæ, quæ Henrico I. Imperatori nupta, cum Virginitatem, ipso annuente, servasset, bonorum operum meritis cumulata sancto fine quievit, & post mortem miraculis claruit.

8. In Hispania Sancti Veremundi Abbatis.

11. In Hispania Sancti Vincentii Abbatis et Martyris. Eodem die Cordubæ S. Eulogii Presbyteri, qui ejusdem Urbis Martyribus in persecutione Saracenorum adjungi meruit, quorum pro fide, certamina scribendo fuerat cumulatus.

13. In Hispania Sanctorum Martyrum Ramiri, & Sociorum Monachorum.

APRILIS.

4. HIspali in Hispania S. Isidori Episcopi sanctitate, & doctrina conspicui, qui zelo Catholicæ fidei, & observantia Ecclesiasticæ disciplinæ Hispanias illustravit.

16. Palentiæ S. Turribii Episcopi Austricensis, qui ope S. Leonis Papæ hæresim Priscilliani ex Hispania penitùs profligavit, clarusque miraculis in pace quievit.

21. Cantuariæ in Aglia S. Anselmi Episcopi

scopi sanctitate, & doctrina conspicui.

24. In Anglia depositio Sancti Mellit Episcopi, qui à Sancto Gregorio in Angliam missus, orientales Saxones, & Regem ipsorum ad fidem convertit.

29. In Monasterio Molisinensi S. Roberti primi Abbatis Cistertii.

MAJUS.

22. IN Pago Antisiodorensi Sancti Romani Abbatis, qui Sancto Patri Benedicto ministravit in spiritu: Indè in Gallias proficiscens, ædificato Monasterio, relictisq; multis sanctitatis alumnis, quievit in Domino.

25. In Hispania Sancti Gennadii Episcopi.

26. Cantuariæ in Anglia Sancti Augustini Episcopi, qui illuc una cum aliis à B. Gregorio Papa missus, genti Anglorum Christi Evangelium prædicavit, ibique virtutibus, & miraculis gloriosus obdormivit in Domino.

27. In Anglia depositio Venerabilis Bedæ Presbyteri sanctitate, & eruditione celeberrimi.

JUNIUS.

1. IN Cantabria S. Henneconis Abbatis.

5. In Germania S. Bonifacii Episcopi, Moguntini, qui de Anglia Romam veniens, & à Gregorio II. in Germaniam missus, ut fidem Christi illis gentibus evangelizaret, cum maximam multitudinem præsertim Frisonum Christianæ Religioni subjugasset, Germanorum Apostolus meruit appellari, novissimè in Frisia à furentibus Gentilibus gladio peremptus, martyrium consummavit cum Eobano, & quibusdam aliis servis Dei.

14. Cordubæ in Hispania S. Felicis Monachi & Martyris.

20 Hispali in Hispania S. Florentiæ Virginis, Sororis Sanctorum Leandri, & Isidori Episcoporum.

23. In Britannia Sanctæ Ediltrudis Reginæ & Virginis, quæ Sanctitate, & miraculis clara migravit ad Dominum, cujus corpus undecim post annis inuentum est incorruptum.

25. In Territorio Gulieti prope Nuseum S. Guglielmi Confessoris Patris Eremitarum Montis Virginum.

JULIUS.

7. IN Saxonia S. Vvilibaldi primi Eistetensis Episcopi, qui una cum S. Bonifacio laborans in Evangelio multas gentes convertit ad Christum.

8. Herbipoli in Germania S. Chiliani Episcopi, qui à Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium missus, cum multos ad Christum perduxisset, unà cum sociis Colomanno Presbytero, & Tornano Diacono trucidatus est.

AUGUSTUS.

1. IN Monasterio Sancti Claudii in Hispania natalis Sanctorum Martyrum Stephani Abbatis, & Sociorum Monachorum.

21. Senis in Tuscia Beati Bernardi Ptholomæi Abbatis, Congregationis Olivetanæ Fundatoris.

SEPTEMBER.

2. IN Monte Soracto S. Nonnosi Abbatis, qui oratione sua ingentis molis saxum transtulit, aliisque miraculis coruscavit.

16. In Anglia Sanctæ Edlitæ Virginis Edgari Anglorum Regis filiæ, quæ in Monasterio à teneris annis seculum hoc ignoravit potiùs, quam reliquit.

17. Cordubæ S. Columbæ Virginis & Martyris.

19. Cantuariæ S. Theodori Episcopi, qui à Vitaliano Papa in Angliam missus, doctrina, & sanctitate refulsit.

24. In Pannonia S. Gerardi Episcopi & Martyris, Hungarorum Apostoli nuncupati, patricii Veneti, qui primus patriam nobili Martyrio illustravit.

OCTOBER.

5. MEssanæ in Sicilia natalis Sanctorum Martyrum Placidi Monachi, Discipuli B. Patris Benedicti Abbatis, & fratrum ejus Eutychii, & Victorini, ac Flaviæ Virginis, eorum sororis. Item Donati, Firmati Diaconi, Fausti, aliorumque triginta Monachorum, qui à Manucha pirata pro Christi fide necati sunt.

10. Eboraci in Anglia Sancti Paulini Episcopi, Discipuli Beati Gregorii Papæ, qui cum aliis ad prædicandum Evangelium illuc ab eo missus, Eduvinum Regem, ejusque populum ad fidem Christi convertit.

15. In Prussia S. Brunonis Episcopi Ruthenorum, & Martyris, qui Evangelium in ea regione prædicans, ab impiis tentus, manibus, pedibusque præcisis, capite truncatus est. Eodem die in Germania S. Theclæ Abbatissæ.

16. Apud Arbonam in Germania S. Galli Abbatis, Discipuli Sancti Columbani.

17. In Regno Poloniæ S. Heduvigis Reginæ Viduæ.

NOVEMBER.

10. IN Anglia S. Justi Episcopi, qui una cum Augustino, Mellito, & alis

aliis à B. Gregorio Papa in eam insulam missus ad prædicandum Evangelium, ibidem sanctitate celebris obdormivit in Domino.

12. Turriasone in Hispania Tarraconensi S. Emiliani Abbatis, qui innumeris miraculis claruit, cujus admirabilem vitam S. Braulius Cæsaraugustanus Episcopus descripsit.

13. Festum omnium Sanctorum Monachorum Ordinis S. P. Benedicti.

17. In Germania S. Geltrudis Virginis Ordinis S. P. Benedicti, quæ dono revelationum clara extitit.

18. Turonis transitus B. Odonis Abbatis Cluniacensis.

24. In Monasterio Bobiensi depositio S. Columbani Abbatis, qui multorum Cœnobiorum fundator, plurimorum Monachorum extitit Pater, multisque virtutibus clarus in senectute bona quievit.

26. Apud Fabrianum in Piceno B. Silvestri Abbatis Institutoris Congregationis Monachorum Silvestrinorum.

D E C E M B E R.

24. In Hispania natalis S. Dominici Silensis Abbatis.

M A R T Y R O L O G I U M

Pro Sanctis Ordinis S. P. Dominici.

J A N U A R I U S.

10. AMaranthi in Lusitania Beati Gundisalvi Confessoris Ordinis Prædicatorum, qui plenus Spiritu, Sancti Patris sui Dominici prædicationem Evangelii, vitæ exemplo, & miraculorum frequentia jugiter obsignavit. Festum totum duplex.

23. Barchinonæ in Hispania S. Raymundi de Penniafort Confessoris, tertii Generalis Magistri Ordinis Prædicatorum, doctrina, sanctitate, ac miraculorum gloria insignis, qui ordinem B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum fundavit: Jacobo Aragoniæ Rege auctor fuit, ut Sacrum Inquisitionis officium in suis Regnis institueret. Ex insula Baleari majori Barchinonem mare trajecit, nullo navigio, solo pallio super aquas expanso ingenti miraculo vectus: Januis clausis Monasterium intravit, & quadraginta mortuos suscitasse memoratur, propè centenarius ad cælestem gloriam volavit ipso die Epiphaniæ, è cujus sepulchro perenni miraculo tenuis pulvis materia semper inexausta enascitur, quo varii languore curantur. Relatus est in Sanctorum numerum à Clemente VIII. Festum totum duplex cum octava simplici.

28. Tolosæ Translatio S. Thomæ de Aquino. Festum totum duplex.

M A R T I U S.

7. IN Monasterio Fossænovæ propè Tarracinam S. Thomæ Aquinatis Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris Ordinis Prædicatorum, nobilitate generis, vitæ sanctitate, & Theologiæ scientia præclarissimi, qui Virginitatis decus perpetuò coluit, & ob eximiam eruditionis præstantiam, Doctoris Angelici nomen jure promeruit, cujus scripta doctrinæ solida veritate conspicua, & Christi Domini ore commendata, veluti fulgentia lumina Catholicorum Ecclesiam, & cunctas Orthodoxi Orbis Accademias mirum in modum illustrant. Festum totum duplex cum octava simplici.

22. Senis in Thuscia B. Ambrosii Ordinis Prædicatorum sanctitate, prædicatione, & miraculis clari: Quem Romanæ Ecclesiæ Sanctorum Martyrologio Clemens VIII. adscribi jussit. Festum duplex.

A P R I L I S.

5. VEnetiæ in Britannia minori Sancti Vincentii Confessoris cognomento Ferrerii Ordinis Prædicatorum, viri Apostolici, qui potens opere, & sermone multa millia Infidelium ad Christum convertit præclaro illo insigni dono, quod vernaculo suæ gentis sermone apud diversæ linguæ varias nationes prædicans, ab omnibus clarissimè intelligebat. Virginitate conspicuus, prophetico spiritu, & multis clarus miraculis, ad tantarum virtutum coronas in Cœlum evolavit. Festum totum duplex cum octava simpliei.

13. In Oppido Tiphernatis Diœcesis B. Margarithæ Virginis, quæ cæca à Nativitate à Deo mirum in modum illuminata est; coque inspirante sororum tertii Ordinis S. Patris Dominici institutum amplexa est. Festum duplex.

20. In Monte Politiano S. Agnetis Virginis Ordinis S. Patris Nostri Dominici, quæ maximis virtutibus, & miraculis illustris, Divinis à Christo sponso muneribus decorari meruit, cui se parem in Cœlesti gloria fore, Sancta Catharina Senensis divinitùs accepit. Festum totum duplex cum octava solius memoriæ.

29. Mediolani S. Petri Martyris Ordinis Præ-

Prædicatorum, qui præclarum Virginitatis monile ad supremum usque vitæ spiritum sedulò conservans, & adversùs hæreticos verbo, & doctrina strenuè dimicans, ab eisdem gladio trucidatus, Catholicam fidem, quam vivens mirabili constantia propugnaverat, eandem occumbens fuso cruore egregiè consignavit; cujus eximia merita crebris miraculis illustrantur. Festum totum duplex cum octava simplici.

30. Romæ S. Catharinæ Virginis, Ordinis Sancti P. N. Dominici, quæ Virginitatem ab ipsa fermè infantia Christo consecratam, illibatam ad obitum usque custodivit, & innumeris virtutum coronis, mirabili vitæ innocentia excelluit, à Christo Sponso crebris ac dulcibus alloquiis recreata, dolorum, ac vulnerum ejus particeps fieri meruit; tandem dono prophetiæ, miraculis, ac doctrina præfulgens, victo, ac triumphato sæpè sæpiùs sathana, tertio Kalend. Maii ad Sponsi beatos amplexus in Cœlum ascendit. Sepulta est in Ecclesia S. Mariæ super Minervam, quam Pius II. in Sanctarum Virginum numerum adscripsit. Festum totum duplex cum octava simplici.

MAJUS.

5. Romæ S. Pii V. Papæ, & Confessoris, ex Ordine Prædicatorum, qui Cleri, populique moribus strenuè reformatis, hæresibus ubique compressis, victoria Navali apud Naupactum Christianis à Deo exorata, boni Pastoris partes omnes implevit. Festū totum duplex cum octava simplici.

10. Florentiæ S Antonini, ejusdem Urbis Archiepiscopi, Ordinis Prædicatorum, ob doctrinæ, & sanctitatis præstantiam invitus ad Episcopatum raptus, misericordia, ac pietate illustris, Sacerdotali quoque zelo mirificè excellens, prudentia, & consilio adeò celebris fuit, ut Antoninus consiliorum meritò vocaretur, virtutibus, & miraculis eximius, ætatis anno septuagesimo in Cœlum migravit sexto nonas Maii; sepultus in Ecclesia S. Marci, magna populi veneratione colitur. Festum totum duplex cum octava simplici.

12. In Monasterio Aveirensi Ordinis nostri natalis Beatæ Joannæ Virginis Lusitaniæ, Infantis Alphonsi V. Regis filiæ; cujus ob singularia merita, Innocentius XII. de Venerabilium S R E Cardinalium Sacris Ritibus, Præpositorum consilio, in toto Regno Portugalliæ, necnon in universo Prædicatorum Ordine Missam, & Officium de communi unius Virginis non Martyris celebrari permisit. Festum duplex.

24. Bononiæ Translatio S. P. N. Dominici Confessoris tempore Gregorii Papæ IX. cujus Sacrum Corpus inter alia miraculorum insignia, cùm in digniorem locum transferretur, tantam suavissimorum odorum fragantiam exalavit, ut animos omnium mira voluptate compleret, ita egregiè contestante Deo, quàm grata sibi fuerit Apostolici Viri præclara Sanctimonia. Festum totum duplex.

31. Venetiis B. Jacobi Salomonis, Ordinis Prædicatorum, qui Sancti Patris Dominici exemplar totum in sese exprimere cupiens, virginitatem, humilitatem, charitatemque in Deum, ac proximos impretermissè coluit, quem etiam Dominus prophetiæ dono, ac miraculorum gloria illustrem fecit. Ejus festum per aliquot Romanos Pontifices apud Foroliviensses, & Venetos primum institutum, demum Gregorius XV. in toto Prædicatorum Ordine celebrari reddidit. Festum duplex.

JUNIUS.

18. Festum Beatæ Osannæ de Andreasiis de Mantua, Ordinis Prædicatorum, sub ritu festi duplicis.

Licèt non sit in Martyrologio, celebratur tamē in toto Prædicatorum Ordine hoc festum nuper à Summo Pontifice concessum sub præfato ritu.

JULIUS.

9. In Oppido Gorcomiensi B. Joannis Coloniensis, Ordinis Prædicatorum, aliorumque sociorum, qui pro Ecclesiæ Romanæ primatu, & Eucharistiç Christi præsentia, martyrium consummarunt. Festum duplex.

AUGUSTUS.

4. Bononiæ Sanctissimi Patris Nostri Dominici Confessoris, Fundatoris Ordinis Fratrum Prædicatorum, viri illustrissimi sanguinis, nobilitate, sanctitate, & doctrina clarissimi, qui Virginitatem perpetuò illibatam servavit, & ob singularem meritorum gratiam tres mortuos suscitavit; cùmque prædicatione sua hæreses compressisset, ac plurimos ad religiosam, & piam vitam instituisset, octavo Idus mensis hujus inclytis operibus digna percepturus præmia, in Cœlum evolavit; Ejus tamen festivitas ex Constitutione Pauli Papæ IV. hac die celebratur. Festum totum duplex cum octava solemni.

8. Luceriæ in Apulia natalis S. Augustini Dalmatini, Lucerini Episcopi & Confessoris, Ordinis Prædicatorum, qui innumeris adhuc refulget miraculis; Cujus festum Clemens XI. in tota Dalmatia, necnon in Diœcesi Lucerina, Manfredoniæ, & Beneventana, ac in toto Prędicatorum Ordine celebrari concessit. Festum duplex.

16. Cracoviæ in Polonia S. Hiacynthi Confessoris, Ordinis Prædicatorum, qui è manibus Sancti Patris Nostri Dominici habitum Sacræ Religionis accipiens, admirabili vitæ innocentia, & doctrina excelluit, siccis pedibus ingentia flumina trajecit, & miracu-

lorum gloria inclytus fuit, dulcibus Sacræ Dei Genitricis alloquiis dignus, Virginitate insignis, ac Spiritu Sancto plenus, tandem carne deposita, ad æterna præmia evocatus est ipso die Assumptionis B. Mariæ, quem Clemens Papa VIII. in Sanctorum numerum retulit. Festum totum duplex cum octava simplici.

23. Mevaniæ in Umbria natalis B. Jacobi Confessoris, Ordinis Prædicatorum, qui renascentem in Umbria Nicolaitarum hæresim profligavit, multisque miraculis claruit. Festum duplex.

30. Limæ in Regno Peruano S. Rosæ Virginis, è Tertio Ordine S. P. Dominici, quam Clemens IX. Romanus Pontifex primum ab India Occidentali sanctitatis florem appellavit. Hæc primo ætatis quinquennio vovit Virginitatem, à Christo mirabiliter in Sponsam cooptata, cum purissimæ vitæ innocentia asperrimam pœnitentiam conjunxit, plurimis clara miraculis. Festum totum duplex cum octava simplici.

S E P T E M B E R.

15. Commemoratio Imaginis Sancti Patris Nostri Dominici. Festum totum duplex.

O C T O B E R.

10. Valentiæ in Hispania Tarraconensi S. Ludovici Beltrandi, Ordinis Prædicatorum, qui ad Occidentales Indos missus, cum tantùm Hispanico sermone illis ignoto prædicaret, innumeros ad Christianam fidem adduxit, multis in vita, & post mortem, quæ septimo Idus Octobr. secuta est, miraculis clarus, à Paulo V. Beatorum numero, & à Clemente X. Sanctorum albo adscriptus est. Festum totum duplex cum octava simplici.

N O V E M B E R.

9. Festivitas Omnium Sanctorum Ordinis Nostri. Festum totum duplex.

15. Coloniæ Agrippinæ, B. Alberti Magni, Episcopi & Confessoris ex Ordine Prædicatorum, cui ipsa Deipara Virgo in visu conspicua revelavit, Deum disposuisse per ejus doctrinam mirificè suam illustrare Ecclesiam; variis in vita, & post mortem claruit miraculis. Festum duplex.

27. Albæ Pompeæ in Subalpinis Beatæ Margarithæ de Sabaudia Viduæ, quæ Regia stirpe genita, spreto sæculi principatu, splendidissimisque nuptiis invictè recusatis, Ordinem S. Patris Dominici amplexa, calumnias, ægritudines, persecutiones, è Cœlo sub trium lancearum typo sibi præostensas fortiter excepit, ac per arctam patientiæ semitam Paradisum adiit. Festum duplex.

MARTYROLOGIUM

Pro Sanctis Ordinis S. P. Francisci.

J A N U A R I U S.

14. Romæ sanctissimi Nominis Jesu triumphus per sanctum Bernardinum Senensem reportatus sub Martino quinto, & Eugenio quarto. Quam sacratissimam Christi gloriam Officio solemni quotannis renovari Clemens septimus approbavit, & octavus indulgentiis auxit.

16. Marrochii in Africa passio sanctorum martyrum Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, & Othonis: qui post publicam Christi confessionem in carcerem trusi, posteà durissimè flagellis, & fustibus cæsi, donec penè viscera apparerent, & ossa, ac per totam noctem super testulas volutati; tandem capitis detruncatione primas martyrii Ordinis Minorum coronas meruere.

23. Jerosolymis Desponsatio beatæ Mariæ Virginis cum sancto Joseph.

31. Romæ beatæ Ludovicæ de Albertonibus viduæ, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, vita, & miraculis claræ.

F E B R U A R I U S.

1. Apud castrum Florentinum in Etruria beatæ Veridianæ virginis, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, fructibus pœnitentiæ dignis, & miraculorum gloria spectabilis.

5. Nangasaci in Japonia beatorum martyrum Petri, Baptistæ, Martini ab Ascensione, Francisci Blanco, Philippi à Jesu, Gundisalvi Garziæ, & Francisci à sancto Michaele, primi Ordinis: necnon Pauli, Gabrielis, Joannis, Thomæ, Francisci, Joachim, Michaelis cum filio suo Thoma, Bonaventuræ, Leonis, Mathiæ, Antonii, Ludovici, Pauli, Petri, Cosmæ, & Francisci, Tertii Ordinis; qui omnes pro Christi nomine vincula, carceres, ludibria, aliosque cruciatus perpessi, tandem cruci affixi, & hastis transverberati sunt.

7. Assisii in Umbria beati Antonii à Stronconio Confessoris, qui virginitatem incontaminatam custodivit, & prophetiæ dono illustratus fuit, cujus vita sanctissima, & mors in

in conspectu Domini pretiosa, multis miraculis acclamatur.

15. Patavii translatio sancti Antonii de Padua Confessoris Ordinis Minorum tempore Urbani Papæ quarti, cujus lingua ita integra, recens, ac rubicunda inventa est, ac si ipso die obiisset.

19. Apud Netinos in Sicilia sancti Conradi Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, qui generis nobilitate, ac virtutum splendore nitescens, prophetiæ dono, atque creberrimis miraculis in vita, & post mortem nunc usque coruscat.

23. Cortonæ in Tuscia beatæ Margaritæ, quæ divinitùs impulsa, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci habitu (quod ardenter concupierat) summa devotione suscepto, admirabilis pœnitentiæ austeritate fuit insignis.

MARTIUS.

6. Apud Gandavum in Flandria beatę Coletæ Virginis, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, posteà Ordinis sanctę Claræ virginis Reformatricis, quę Divinis exornata virtutibus, innumeris claruit miraculis.

8. Viterbii sanctæ Rosæ virginis, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, quæ ab ipsa primum infantia omni virtutum genere ornata, prophetiæ dono prędita, nedum octavo supra decimum expleto anno migravit ad Sponsum clara miraculis; cujus corpus usque hodie flexibili, & mirabiliter incorruptum perseverat.

11. Bononiæ beatæ Catharinę virginis, Ordinis sanctę Clarę, vitæ sanctitate illustris; cujus corpus incorruptum magno cum honore ibidem colitur.

14. Lugduni translatio sancti Bonaventurę Cardinalis, & Episcopi Albanensis, Doctoris Seraphici, tempore Eugenii quarti; cujus sacrum caput, capillamentum, labia, dentes, & lingua post centesimum sexagesimum annum, in nullo à vitali statu, & colore demutata, reperta sunt.

22. Auximi in Piceno sancti Benvenuti Episcopi & Confessoris, Primi Ordinis sancti Patris nostri Francisci, qui solicitudine pastorali, & vitę integritate prefulgidus extitit, quem sanctitate, & miraculis conspicuum Martinus Papa quartus in Sanctorum numerum retulit.

24. Officium sancti Archangeli Gabrielis ex concessione Alexandri Papę sexti.

30. Fulginii in Umbria beatę Angelæ Fulginatis viduę, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, quæ oratione, paupertate, abstinentia, & charitate insigniter claruit.

APRILIS.

15. Apud Podium Bonitium in Etruria beati Lucii à sancto Cassiano Confessoris, qui multis virtutibus exornatus, habitum Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci suscepit, in quo tot sanctitatis indicia prætulit, quot magnalia ante, & post obitum cœlitus ab eo fuere patrata.

16. In universo cœtu Familiæ Seraphicę solemnis memoria tam sancti Raphaelis Archangeli, *Dei medicinam* suo nomine exprimentis, quàm diei venerandæ, in qua sanctus Pater noster Franciscus, anno millesimo ducentesimo nono, per professionem suæ Regulæ in manibus Innocentii tertii, initium dedit Ordini Minorum ad inferendam infirmis peccatoribus spiritualem ac desursum affluentem medicinam. In cujus initii commemorationem statuta est professionis renovatio à singulis utriusq; sexus ejusdem cœtus personis, sive in communi, sive in particulari, pio fervore emittenda.

18. Marpurgi in Germania translatio sanctę Elisabeth Hungariæ viduę, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, tempore Gregorii Papę noni, cui duodecies centena millia fidelium interfuerunt.

28. Abulæ in Hispania in conventu Arenarum translatio sancti Petri de Alcantara Confessoris, à privato in publicum sepulchrum ab Antistite ejusdem urbis unà cum nobili sacello suis impensis ędificatum.

MAJUS.

13. Aquilerię in Hispania beati Petri à Regalado Confessoris, qui unus ex pręcipuis Instauratoribus Regularis Observantię apud Hispanias existens, tot virtutibus atque meritis illuxit, ut & vivus spiritu prophetico, & mortuus miraculis propè innumeris illustratus sit, & inter Beatos ab Innocentio undecimo adnumeratus fuit.

17. Apud Villam Regiam, oppidum Dertosanę Diœcesis, in regno Valentię, depositio sancti Paschalis Confessoris, Ordinis Minorum, cujus vita virtutibus, & sanctitate fuit omnino plena, quam miraculorum maximorum innumera multitudo quotidie commendat.

18. Aquilę in Vestinis translatio sancti Bernardini Senensis Confessoris, Ordinis Minorum, tempore Sixti Papę quarti.

19. Lohaneti in territorio Trecorensi, depositio sancti Ivonis Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, qui pro Christi amore causas pupillorum, viduarum, ac pauperum defendebat: quem sanctitate, & miraculis illustrem, Clemens sextus Pontifex maximus in Sanctorum numerum retulit. Ejus tamen Festivitas sexto Kalendas Novembris potissimùm celebratur, quando sacrum ipsius corpus Trecorium fuit translatum.

20. Aquilæ in Vestinis sancti Bernardini Senensis, Ordinis Minorum, qui verbo, &

exemplo Italiam illustravit.

21. Romæ Sancti Felicis Confessoris, Ordinis Cappuccinorum, qui mira abstinentia, charitate, & obedientia præditus, signis etiam hucusque coruscat.

24. Octava sancti Paschalis.

25. Assisii in Umbria translatio sancti Patris nostri Francisci, tempore Gregorii Papæ noni.

27. Octava sancti Bernardini.

30. Florentiæ beatæ Humilianæ de Cerchis viduę, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, virtute abstinentiæ, patientię, & miraculorum gloria insignis.

In Dominica quinta post Pascha pronuntiatur: Compluti in Hispania Translatio Corporis sancti Didaci Confessoris, Ordinis Minorum, quod post ducentos ferè annos ab ejus obitu integrum, incorruptum, ac tractabile, & odorem suavissimum spirans fuit repertum.

JUNIUS.

12. Cortonæ in Tuscia, beati Guidonis Confessoris, Seraphici Patris sancti Francisci discipuli, qui vitam in jejuniis, paupertate, humilitate, & asperitate ducens, verbo, & exemplo cunctis maximè profuit: signisque ac prodigiis vivus, & mortuus valdè refulsit, etiam in die Inventionis Capitis ipsius, quæ solemniter quotannis ibidem colitur.

13. Patavii sancti Antonii Lusitani Confessoris, Ordinis Minorum, vita, & miraculis, ac prædicatione illustris.

18. Translatio sancti Elzearii Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci.

20. Octava sancti Antonii de Padua.

27. Cornetì in Apulia beati Benvenuti Eugubini Confessoris: qui nobilitate, ac militia clarus, humilitati, charitati, patientię, atque obedientiæ sic studuit, ut & his paupertatem, orationem, & silentium adjiciens, innumeris miraculis coruscarit.

JULIUS.

8. Conimbriæ in Lusitania sanctæ Elisabeth viduæ, Portugalliæ reginæ, quæ pietate, & oratione, patientia, & charitate, atque castimonia insignis, necnon sub habitu Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, humilitatis, ac misericordiæ, & pœnitentiæ operibus jugiter intenta, miraculis in vita, & post mortem claruit.

9. Brielæ in Hollandia natalis undeviginti beatorum Martyrum, quorum undecim fuerunt Minoritæ; videlicet Nicolaus Pikius, Conventus Gorcomiensis Guardianus, Hieronymus ejusdem Vicarius, Guilaldus, Nicasius, Theodoricus, Antonius, Godefridus, Franciscus, alter Antonius, Petrus, & Cornelius, qui ab Hæreticis comprehensi, post vincula, & carceres, post ludibria, & opprobria, ac verbera, aliaque gravia pro fide Catholica constantissimè perpessa; ad ultimum conjunctis dorsis, nudi dilacerati que, suspendio coronam cœlestem adepti sunt.

14. Lugduni depositio sancti Bonaventuræ Cardinalis, & Episcopi Albanensis, Confessoris, & Doctoris, Ordinis Minorum, doctrina, & vitæ sanctitate celeberrimi.

21. Octava sancti Bonaventuræ.

24. Limæ in Peruano regno beati Francisci Solani Confessoris, Ordinis Minorum, qui zelo animarum ductus, in Indiam Occiduam trajiciens, tantum inibi laboravit in Evangelio disseminando, ut jure Peruani Imperii Apostoli nomen adeptus sit, & plenus meritis, & clarus miraculis in patriam cœlestem transierit, & à Clemente decimo inter Beatos relatus sit.

27. Apud Sandacense Polonię monasterium beatæ Cunegundæ virginis, Ordinis sanctæ Claræ, quę Boleslao pudico Poloniæ duci desponsata, cum eo annos quadraginta immaculato thoro, in perpetua castitate transegit: & viro orbata, atque monasticam vitam professa, sanctimonia, & miraculis stupendis coruscavit.

AUGUSTUS.

2. Assisii in Umbria Dedicatio Ecclesiæ sanctę Mariæ Angelorum, quæ etiam de Portiuncula nuncupatur, à Seraphico Patre nostro Francisco summo in honore habitæ, quam & caput sui Ordinis instituit, & in ea Indulgentiam plenariam à Christo Domino, sanctissimæ Deiparę Virginis interventu, obtinuit pro cunctis fidelibus, quam Honorius Papa tertius, ut Christi Vicarius, de ejusdem Christi mandato confirmavit. *At in locis, ubi hodie celebratur Festum Consecrationis propriæ Ecclesiæ priùs dicatur*: Festum Dedicationis hujus Ecclesiæ.

4. Bononiæ depositio sancti Patris nostri Dominici, Fundatoris Ordinis Prædicatorum, quem divina providentia, unà cum Seraphico sancto Patre nostro Francisco ad Catholicę Ecclesiæ fulcimentum perpetua germanitate disposuit.

11. Octava sancti Patris Dominici.

12. Assisii in Umbria sanctæ Claræ virginis, omnium Clarissarum Institutricis, quam vita, & miraculis celebrem, Alexander Papa quartus in numerum sanctarum Virginum retulit.

16. In Gallia Narbonensi apud Montem Pessulanum depositio sancti Rochi Confessoris, qui nobili genere ortus, sed pro Christo pauper, & humilis effectus, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci insignia detulit:

tulit:

tulit: tandem patientia, castitate, ac miraculis conspicuus, ad cœlestem patriam transiit: cujus virtus contra morbum epidemiæ maxime elucet.

18. Apud montem Falconem in Umbria beatæ Claræ virginis, ejusdem loci incolæ, nonnumquam Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci: quæ ob eximia illius merita Abbatissa electa, sanctissime præfuit, & spiritu prophetico, dono scientiæ, ac miraculorum gloria renitens, ad Christum sponsum perrexit in cœlum: in cujus corde, & vestigia Dominicę Passionis, singulari prærogativa, cernuntur infixa.

19. In Provincia apud castrum Brincolam depositio sancti Ludovici Episcopi Tolosani, primi Ordinis, vitæ sanctitate, & miraculis clari; cujus corpus inde Massiliam translatum, in Ecclesia Fratrum Minorum honorifice conditum est.

25. Lutetiæ Parisiorum sancti Ludovici Regis Francorum, Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, vitæ sanctitate ac miraculorum gloria illustris: quem Bonifacius Papa octavus in Sanctorum numerum retulit.

26. Octava sancti Ludovici Episcopi & Confessoris.

30. Romæ via Lavicana sanctæ Helenæ, matris Constantini Magni, piissimi Imperatoris, qui primus Ecclesiæ tuendæ, atq; amplificandæ exemplum ceteris Principibus prębuit.

S E P T E M B E R.

1. Apud Longum Campum in territorio Parisiensi, beatæ Isabellæ, virginis, Ordinis sanctę Claræ, sororis sancti Ludovici Galliarum Regis: quæ spretis hujus mundi oblectamentis, Christo sponso in humilitate, & paupertate inservire maluit: à quo crebris miraculis ante, & post obitum mirificata est in terris.

4. Viterbii translatio corporis sanctæ Rosæ Viterbiensis à templo sanctæ Marię de Podio, triginta post circiter menses ab ejus obitu, integri atque incorrupti, ad Monasterium sanctæ Marię de Rosis: in quo, vivens, se mortuam commoraturam prædixit, quod posteà sanctæ Rosę dumtaxat nuncupatum est.

11. Octava sanctę Rosę virginis Viterbiensis.

17. Commemoratio sanctorum Stigmatum, quibus sanctus Franciscus, Ordinis Minorum Institutor, in suis manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia, in monte Alverniæ in Etruria, penetraliter impressus est.

26. Salerni Picentinorum beatę Luciæ virginis, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, quæ plurimis fulsit virtutibus & miraculis gloriosis.

27. Parisiis sancti Elzearii de Sabrano, Comitis Ariani, Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci: qui unà cum beata Delphina conjuge sua, virginitatem illibatam conservans, plenus meritis migravit ad Dominum: quem in vita, & post mortem clarum, Urbanus quintus, Pontifex maximus, in Sanctorum numerum retulit.

O C T O B E R.

3. Vigilia sancti Patris nostri Francisci. Assisii in Umbria translatio sanctę Clarę virginis, tempore Alexandri Papę quarti, ad templum divi Georgii, ubi sanctissimi Patris nostri Francisci Corpus, viginti octo annis antè, positum fuerat: quasi quodam presagio futurorum, ut qui viam vitæ viventi paraverat, & morienti locum debitè præpararet.

4. Assisii in Umbria natalis sancti Patris nostri Francisci Confessoris, Trium Ordinum Fundatoris: cujus vitam sanctitate, ac miraculis plenam, sanctus Bonaventura, Episcopus Cardinalis, ac ejusdem instituti alumnus, fideliter conscripsit.

11. Octava Seraphici Patris nostri sancti Francisci.

13. Apud Ceptam in Mauritania Tingitana passio sanctorum septem Martyrum, Ordinis Minorum, Danielis, Samuelis, Angeli, Domni, Leonis, Nicolai, & Hugolini: qui ob Evangelii prędicationem, & Mahumeticæ sectæ confutationem, à Saracenis contumelias, vincula, & flagella perpessi, demum capitibus abscissis, martyrii palmam adepti sunt.

19. Arenis in Castella sancti Petri de Alcantara Confessoris, Ordinis Minorum, qui vitę austeritate, atque summis virtutibus exornatus, dono prophetię, & miraculorum extitit gloriosus, quem Clemens nonus in Sanctorum numerum retulit.

21. Apud Coloniam Agrippinam natalis sanctarum Ursulæ & sociarum ejus, quæ pro Christiana Religione, & virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ, martyrio vitam consummarunt, & plurima earum corpora Colonię condita fuerunt.

23. Apud Vilackum in Pannonia sancti Joannis à Capistrano Confessoris: qui eruditione, & vitæ sanctitate clarissimus, innumeros Gentiles, Judæos, Hęreticos, atque Schismaticos reduxit ad fidem Catholicam; & maximis pro Ecclesia perfunctus laboribus, quievit in Domino, miraculis in vita & post mortem celeberrimus.

26. Octava sancti Petri de Alcantara.

27. In Britannia Armorica translatio sancti Ivonis Confessoris, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, tempore Clementis Papę sexti.

30. Octava sancti Joannis à Capistrano.

NO-

NOVEMBER.

10. MAssiliæ translatio sancti Ludovici Episcopi Tolosani, Ordinis Minorum, tempore Joannis Papæ vigesimi secundi.

12. Compluti in Hispania sancti Didaci Confessoris: qui vita, virtutibus atque miraculis gloriosus, à Sixto quinto summo Pontifice, relatus est solemni ritu in Sanctorum numerum.

17. Cracoviæ in Polonia beatæ Salomeæ virginis, Ordinis sanctæ Claræ, Regis Halitiorum uxoris, quæ in matrimonio virginitatem admiranda virtute conservans, vitæ sanctimonia, & miraculorum frequentia extitit inclyta.

19. Octava sancti Didaci Confessoris. Eodem die in oppido Marpurg in Germania depositio sanctæ Elisabeth viduæ, Andreæ Regis Hungarorum filiæ; quæ sub habitu, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, pietatis operibus assiduè intenta, miraculis clara migravit ad Dominum, quam Gregorius Papa nonus Sanctorum catalogo adscripsit.

26. Aptæ in Phocensi Galliæ Provincia beatæ Delphinæ virginis, Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci, genere, sanctitate, & miraculorum gloria illustrissimæ.

27. Festum omnium Sanctorum Trium Ordinum Seraphici Patris nostri Francisci.

28. Neapoli in Campania beati Jacobi de Marchia Confessoris, Ordinis Minorum, qui altissima paupertate, cæterisque virtutibus præditus, ferventissimis concionibus ingentem multitudinem Infidelium convertit ad Christum; in vita & post mortem innumeris propè miraculis clarus, cujus corpus integrum, summa illius urbis veneratione colitur, contra irrumpentes Vesuvii flammas munimentum aliquando mirabile.

DECEMBER.

8. COnceptio Immaculata gloriosæ semper virginis Genitricis Dei Mariæ, unicæ ac singularis sub eodem mysterio Ordinis nostri Patronæ.

MARTYROLOGIUM

Pro Sanctis Eremitarum Ordinis S. P. Augustini.

JANUARIUS.

14. FEstum Sanctissimi Nominis JESU, quod os Domini nominavit, & vocatum est ab Angelo, priusquam in Virginis utero Salvator ipse conciperetur.

15. Festivitas sancti Pauli Eremitæ, qui in Thebaide à sextodecimo ætatis suæ anno usque ad centesimum decimum tertium solus in Eremo permansit. Ejus animam quarto Idus Januarii, qui fuit natalis dies ejusdem, inter Apostolorum & Prophetarum Choros ad Cœlum ferri ab Angelis sanctus Antonius vidit.

19. In Africa sancti Fulgentii Ecclesiæ Ruspensis Episcopi, Ordinis nostri, qui tempore Vuandalicæ persecutionis ob Catholicam fidem eximiamque doctrinam ab Arianis multa perpessus, & in Sardiniam relegatus, tandem ad propriam Ecclesiam redire permissus, vita & verbo clarus, Kalendis Januarii sancto fine quievit.

28. Mediolani in Cœnobio sanctæ Marthæ, beatæ Veronicæ virginis Ordinis nostri vitæ sanctitate & mirabilium visionum dono illustris, quæ Idibus Januarii migravit ad sponsum: ejus tamen festum hac die celebratur.

FEBRUARIUS.

3. PIctavis in Gallia sancti Hilarii Episcopi & Confessoris, qui ob Catholicam fidem, quam strenuè propugnavit, quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alia miracula mortuum suscitavit. Ejus natalis incidit Idibus Januarii, hac tamen die in Ordine nostro celebratur.

6. Commemoratio Patrum, Matrum, Fratrum, Sororum, Familiarum, & Propinquorum Ordinis nostri.

9. Sancti Canuti Regis & Martyris, cujus dies natalis agitur septimo Idus Januarii, à nobis tamen ad hanc diem festivitas ejus transfertur.

10. In Stabulo Rhodis territorii Senensis in Tuscia, natalis sancti Guilielmi, Ordinis nostri instauratoris, olim Aquitaniæ Ducis, & Pictavorum Comitis, qui sancti Bernardi Claravallensis opera ad unitatem Ecclesiæ reductus, principatu abdicato austerissimum vitæ genus arripiens, sanctitate, & miraculis clarus migravit in cœlum.

17. Octava sancti Guilielmi.

28. Papiæ Translatio Corporis sancti Patris nostri Augustini ex Sardinia insula, opera & pietate Luitprandi Longobardorum Regis; quod quidem in Ecclesia sancti Petri in Cœ-

Cœlo Aureo, nunc sancti Augustini, maxima populi veneratione requiescit.

MARTIUS.

17. IN Hibernia natalis sancti Patritii Episcopi & Confessoris, qui primus ibidem non solùm Christum prædicavit, & maximis virtutibus, ac miraculis claruit; sed etiam sancti Patris nostri Augustini exempla secutus, feras inter gentes monasticum intulit institutum, & feliciter propagavit.

18. Festum sancti Gabrielis Archangeli, qui beatæ Virginis Mariæ Incarnationis Dominicæ mysterium nuntiavit.

APRILIS.

9. ROmæ Translatio corporis sanctę Monicæ matris beati Patris nostri Augustini Episcopi, quod ex Ostiis Tiberinis, Martino quinto Summo Pontifice, in Urbem delatum, primò in Ecclesia sancti Tryphonis, deinde in templo ejusdem beati Patris Augustini honorificè reconditum fuit, ubi piè colitur.

MAJUS.

4. APud Ostia Tiberina natalis sanctæ Monicæ, beati Augustini Patris nostri dupliciter matris, quippe quæ & mundo & cœlo eum peperit, assiduis ad Deum precibus ac lacrymis contendens, ut ad Religionis orthodoxæ veritatem adduceretur. Tantæ Matris præclaram vitam in libro nono Confessionum testatam reliquit ejus filius Augustinus.

5. Mediolani Conversio sancti Patris nostri Augustini, quem beatus Ambrosius Episcopus Catholicæ fidei veritatem docuit, & hac die lustralibus lymphis expiavit annos natus triginta tres, eique sanctus Simplicianus monasticæ vitę rationem ostendit, quam ipse cum amicis amplexus in Africam mox invexit, ibique longe lateque propagavit.

11. Octava sanctæ Monicæ, matris beati Augustini Patris nostri.

14. Florentiæ sancti Antonini Episcopi Ordinis Prædicatorum sanctitate, ac doctrina celebris, qui migravit in cœlum sexto Nonas Maii; nos tamen hodie illius celebramus memoriam.

17. Mirandulæ in Æmilia sancti Possidii Calamensis Episcopi, discipuli sancti Patris nostri Augustini, ejusque mirabilis vitæ scriptoris accuratissimi.

22. Cassiæ in Umbria beatæ Ritæ viduæ, Monialis Ordinis nostri, quę post sæculi nuptias, æternum sponsum Christum unicè dilexit, & vitæ sanctitate ac miraculorum virtute maximè claruit.

JUNIUS.

5. ROmæ Canonizatio sancti Nicolai de Tolentino Ordinis nostri, quem Eugenius quartus ob egregiam vitæ sanctimoniam, & miraculorum magnitudinem, in sanctorum Confessorum numerum retulit anno salutis millesimo quadringentesimo sexto, ipsa die Pentecostes tum incurrente.

12. Salmanticæ in Hispania sancti Joannis à sancto Facundo Confessoris, Ordinis nostri, fidei zelo, vitæ sanctimonia, & miraculis clari, qui pridie quievit in Domino.

19. Octava S. Joannis à sancto Facundo Confessor. Ordinis nostri.

JULIUS.

7. COmmemoratio omnium Benefactorum Ordinis nostri.

AUGUSTUS.

13. MEdiolani natalis sancti Simpliciani Episcopi & Confessoris, qui sanctum Patrem Augustinum ad monasticam vitam adhortatus est, quique Ecclesiæ Romanæ quondam alumnus, sancto Ambrosio adversus Arianos laboranti adfuit, & in ejus locum postea subrogatus, sanctitate, & doctrina conspicuus quievit in pace.

16. Tagaste in Africa sancti Alipii Episcopi & Confessoris, qui beati Patris Augustini olim discipulus, posteà in conversione socius, in munere pastorali collega, & in certaminibus adversùs hæreticos commilito strenuus, ac demum in cœlesti gloria consors fuit.

18. In Montefalco Umbrię beatæ Claræ Virginis, Monialis Ordinis nostri, vitæ puritate, ac præclaris virtutibus illustris, in cujus visceribus Dominicę Passionis mysteria renovata, maxima cum devotione Fideles venerantur.

19. Cracovię in Polonia sancti Hyacinthi Confessoris, Ordinis Prædicatorum, quem Clemens Papa octavus in Sanctorum numerum retulit. Ejus transitus fuit decimo septimo Kalendas Septembris, hodie tamen in Ordine nostro celebratur.

23. Carthagine in Africa SS. martyrum Liberati Abbatis, Bonifacii Diaconi, Servi, & Rustici Subdiaconorum, Rogati, & Septimi Monachorum, & Maximi pueri, Ordinis nostri, qui in persecutione Wandalica sub Hunnerico Rege pro confessione Catholicę fidei, ac unici Baptismatis defensione, variis & inauditis suppliciis exagitati, demum super ligna, quibus concremandi erant, clavis confixi, cum ignis sępiùs accensus fuisset, ac divinitùs semper extinctus, ejus jussu remorum vectibus percussi, & comminutis cerebris, enecati, speciosum cursum certaminis sui,

sui, coronante Domino perfecerunt.

27. Vigilia sancti Patris nostri Augustini Episcopi & Confessoris.

28. Hyppone Regio in Africa natalis sancti Patris nostri Augustini Episcopi, & Ecclesie Doctoris eximii: qui beati Ambrosii Episcopi opera ad Catholicam fidem conversus, & baptizatus, eam adversùs Manichæos, & Pelagianos, aliosque hæreticos, acerrimus propugnator defendit: multisque aliis pro Ecclesia Dei perfunctus laboribus, ad præmia migravit in cœlum: cujus Reliquiæ primò de sua civitate propter barbaros in Sardiniam delatæ, & postea à Luitprando Rege Longobardorum Ticinum translatæ, ibi honorificè conditæ sunt.

Dominica prima post Festum S.P.N.Augustini.

Beatæ Mariæ de Consolatione, principalis Solemnitas Archiconfraternitatis Sodalium Cincturatorum.

SEPTEMBR.

4. OCtava sancti Patris nostri Augustini Episcopi & Confessoris, ac Ecclesiæ Doctoris eximii.

5. Appamiis in Gallia sancti Antonini Martyris, qui Theodorici Regis Francorum nepos religiosam vitam juxta Regulam sancti Patris Augustini amplexus, multis virtutibus ac miraculis clarus, ab impiis ob Christianam fidem martyrio coronatur. Passus est quarto Nonas Septembris, ejusque reliquiæ in Ecclesia Palentina magna veneratione asservantur.

6. Genuę in Monasterio sancti Thomæ beatæ Limbaniæ Virginis Ordinis Nostri, admirabili pœnitentia, & altissima contemplatione insignis, cujus anima evolavit ad Cœlum decimo nono Kalendas Septembris.

7. Cardone in Hispania sancti Raymundi Nonnati Cardinalis & Confessoris, Ordinis B.Marię de Mercede Redemptionis Captivorum, vitę Sanctitate, & miraculis clari. Ejus natalis fuit pridie Kalendas Septembris, at hac die in Ordine Nostro solemnis habetur.

10. Tolentini in Piceno depositio sancti Nicolai Confessoris Ordinis Nostri, virginitate, abstinentia, miraculorum magnitudine, maximisque virtutibus mirificè illustris.

17. Octava sancti Nicolai de Tolentino Confessoris Ordinis Nostri.

18. Valentiæ in Hispania sancti Thomæ de Villanova Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri, qui propter insignem, & flagrantem in pauperes charitatem Pater pauperum meritò appellatur: ab Alexandro septimo Kalendas Novembris in Sanctorum numerum relatus, cujus jussu Festum hac die celebratur.

25. Octava sancti Thomæ de Villanova Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri.

26. Romę via Appia beati Cornelii Papæ & martyris, qui in persecutione Decii post exilii relegationem jussus est plumbatis cædi, & sic cum aliis viginti, & uno promiscui sexus decollari. In Africa passio sancti Cypriani Episcopi Carthaginensis sanctitate & doctrina clarissimi, qui sub Valeriano, & Gallieno Principibus post durum exilium detruncatione capitis Martyrium consummavit sexto milliario à Carthagine juxta mare. Passio utriusque gloriosa incidit decimo octavo Kalendas Octobris, hac tamen die in Ordine nostro celebratur.

OCTOBER.

3. ALbæ in Pannonia sancti Stephani Regis, qui divinis virtutibus exornatus primus Hungaros ad fidem Christi convertit. Ejus memoria celebratur quarto Nonas Septembris, in nostro tamen Ordine hodie recolitur.

5. Commemoratio Impressionis Sacrorum Stigmatum, quibus sanctus Franciscus Ordinis Minorum institutor in suis manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia in Monte Alverniæ in Etruria impressus fuit, quæ à quinto decimo Kalendas Octobris ad hanc diem in Ordine Nostro perpetuo translata est.

7. In Bohemia sancti Vvenceslai Ducis Bohemorum, & martyris, sanctitate, & miraculis gloriosi, qui in domo fratris sui necatus, victor pervenit ad palmam quarto Kalendas Octobris, licèt à nobis hodie celebretur.

11. Calaris in Sardinia Translatio Corporis sancti Patris Augustini ex Hippone Regio, opera in primis sancti Fulgentii Episcopi Ruspensis, quod unà cum multis aliorum Sanctorum Reliquiis, mytra, & baculo pastorali, in eadem Civitate reconditum, multis miraculis claruit.

16. In Africa sanctorum Martyrum Martiniani, & Saturiani, cum duobus eorum fratribus: qui tempore Vuandalicæ persecutionis, sub Genserico Rege Ariano, cum essent servi cujusdam Vuandali, à sancta Maxima virgine, eorum conserva, ad Christi fidem conversi, & ut religiosam vitam in Cœnobio Trabacensi Ordinis sancti Patris Augustini profiterentur, persuasi, pro constantia fidei Catholicæ primùm nodosis fustibus cæsi sunt, & usque ad ossa laniati: sed cum multo tempore talia paterentur, & sequenti die nihilominùs semper incolumes redderentur, exilio tandem in vastam eremum inter Mauros relegantur. Ubi cum multos barbarorum ad fidem Christi convertissent, & à Romano Pontifice presbyterum, aliosque ministros, qui eos baptizarent, obtinuissent; novissimè vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca silvarum jussi sunt pariter interire:

Maxima

Maxima verò post multos superatos agones divinitùs liberata, in Monasterio multarum virginum mater sancto fine quievit.

23. Mantuæ beati Joannis Boni, Ordinis Nostri, pœnitentiæ virtute, & miraculorum præstantia insignis, cujus præclaram vitam sanctus Antonius scripsit.

N O V E M B E R.

14. Commemoratio Omnium Fratrum, & Sororum Defunctorum Ordinis Nostri. Compluti in Hispania sancti Didaci Confessoris, Ordinis Minorum, humilitate celebris, quem Sixtus quintus Sanctorum catalogo adscripsit. Natalis illius pridie Idus Novembris refertur, sed hac die à nobis colitur.

20. Romæ sancti Gelasii Papæ, qui è Schola, & Monasterio sancti Patris Nostri Augustini, ex Africa Vvandalica persecutione in Italiam veniens, prope Neapolim in Campania monasticam vitam egit; sed ob egregiam ipsius sanctitatem, ac doctrinæ præstantiam, à Clero Romano in summum Pontificem electus, singulari sapientia, & integritate Pontificatum gessit.

24. Apud Rhegium Lepidi sancti Prosperi Aquitani, ejusdem Urbis Episcopi, eruditione ac pietate insignis, qui adversùs Pelagianos pro fide Catholica, & pro doctrina sancti Patris Augustini sui magistri strenuè decertavit. Ejus memoria septimo Kalendas Julii in tabulis Ecclesiasticis habetur, hac tamen die à nobis ipsius Festum celebratur.

26. Sancti Felicis de Valois Confessoris, cujus memoria celebratur duodecimo Kalendas Decembris; à nobis tamen festivitas ad hanc diem transfertur.

D E C E M B E R.

16. In Africa passio plurimarum sanctarum Virginum Ordinis Nostri, quæ in persecutione Vvandalica sub Hunnerico Rege Ariano, suspendia, pondera, laminasque ignitas tolerantes, martyrii agonem feliciter consummarunt.

M A R T Y R O L O G I U M

Pro Sanctis Ordinis Carmeli.

J A N U A R I U S.

19. Romæ depositio Sancti Dionysii Papæ, Carmelitæ, qui monasticam, & verè propheticam vitam aliquandiù propè fluenta Jordanis egit; tandem pro Ecclesia Dei adversùs hæreticos plurimis laboribus exantlatis feliciter migravit ad Dominum.

22. Romæ ad aquas Salvias Sancti Anastasii Persæ Monachi Montis Carmeli, qui post plurima tormenta carceris, verberum, & vinculorum, quę in Cæsarea Palęstinæ perpessus fuerat, à Cosrhoe Persarum Rege multis pœnis affectus, ad ultimum decollatus est.

26. Alexandriæ Commemoratio Sancti Cyrilli ejusdem Urbis Episcopi, & Doctoris Carmelitæ, qui Catholicæ fidei præclarissimus propugnator, præsertim Nestorianos hæreticos insectatus est: quare Cœlestini primi Legatus in Concilio Ephesino, pestiferum illorum dogma penitus delevit; & beatam Virginem Mariam Dei Matrem verè esse confirmavit: Multa scripsit, plurimumq; pro Ecclesiæ Catholicæ defensione laboravit, cujus sermonibus tota ferè Syria in Divinis Officiis utitur. Demum cùm illam Ecclesiam multis annis sanctè gubernasset, spiritum Deo reddidit quarto Kalend. Februarii, Theodosio, & Valentiniano Imperantibus.

29. Condomii in Aquitania natalis Sancti Petri Thomæ Ordinis Carmelitarum, qui dum pro sui Ordinis perpetua conservatione & augmento frequentes ad Deum, & Beatissimam Virginem orationes funderet, ipsa nocte Pentecostes, cùm id instantiùs postularet, à Beatissima Virgine mirabili hoc responso dignatus est: Confidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem usque seculi est perseveratura: Elias namque ejus Institutor jam olim etiam à filio meo id impetravit. Patensis Episcopus, & non multò post Constantinopolitanus Patriarcha creatus; inde Legatus Apostolicæ Sedis pro transitu ad Terram Sanctam missus, cùm ibi illud sanctum opus providentia singulari promovisset, pro propagatione Catholicæ fidei ab Infidelibus telis confossus, martyrio coronatus est; cujus corpus Famagustæ elatum, ibidem honorificè colitur.

F E B R U A R I U S.

4. Florentiæ natalis S. Andreę Corsini Episcopi Fesulani, Ordinis Carmelitarum, multis miraculis clari.

11. Alexandriæ sanctæ Euphrosynæ Virginis, quæ ut virginitatem, quam Christo voverat, illæsam conservaret, dum ejus pater in Matrimonium ipsam collocandam efficaciter stabilivit, divino animata consi-

Eccc lio

ſio, abiectis propriis, quæ virginitatem prodere poterant, veſtimentis virilibus induta, ad quoddam Carmelitarum Monaſterium accurrens, inſtantiùs rogare cæpit, ut in numero fratrum adſciſceretur ſub Smeragdi nomine, & ſexum celans, & conſilium. Ubi adſcita omnibus ornata virtutibus, cùm ſanctè per multos annos vixiſſet omnibus ignota, donéc ſub vitæ finem à Patre tantæ rei neſcio, Deo id providente, viſitata, eidem ſtupenti, quæ eſſet aperuit, & beat iſſimam ſtatim animam Deo reddidit.

12. Romæ paſſio S. Teleſphori Papæ Ordinis Carmelitarum, qui quadrageſimale jejunium, Apoſtolica ordinatione inſtitutum, ob diverſam Eccleſiarum conſuetudinem, Pontificia Conſtitutione perpetuò ſtabilivit; item ordinavit, ut in Nativitate Domini tres miſſæ ab unoquoque Sacerdote celebrarentur; tandem cùm fidei Chriſti prędicandæ, & propagandæ feruenter incumberet, à tumultuante gentilium populo captus, abſciſſione capitis martyrii palmam adeptus, juxta corpus ſancti Petri in Vaticano ſepultus eſt.

25. Lemovicis in Gallia natalis ſancti Avertani Confeſſoris, Ordinis fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, aſſiduæ orationis, & admirabilis pęnitentiæ clari, cujus corpus in Lucenſi Eccleſia ſumma veneratione colitur.

M A R T I U S.

6. Conſtantinopoli natalis S. Cyrilli Confeſſoris, & Doctoris, Carmelitæ, cui Sacrum in Monte Carmeli facienti, Deus per Angelum duas tabulas argenteas literis Græcis inſcriptas afferentem, ex quibus calicem, & thuribulum efficeret, futuri ſeculi ſtatum revelavit; tandem cùm aliquot annos ſuum Ordinem ſumma cum laude rexiſſet, in Terra Sancta migravit ad Dominum, Philippo, & Othone Imperantibus.

13. In Thebaide depoſitio ſanctæ Euphraſiæ Virginis Conſtantinopolitanæ, Ordinis Sanctæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, tempore, & ſanguine Theodoſii Senioris.

29. In Monte Carmelo Sancti Bertoldi Confeſſoris, primi Prioris Generalis Latini Ordinis Carmelitarum, qui inter cætera præclara ſuę Sanctitatis indicia, animas quàmplurium fratrum ſuorum, quos Saracenorum abſumpſit gladius, cum corona martyrii ab Angelis in Cœlum deferri vidit.

Carmelitana Religio celebrat hac die Commemorationem centum quadraginta quatuor Martyrum Ordinis Carmelitarum, qui pro Chriſti Fide à Saracenis invaſtantibus toram ferè Palęſtinam, in variis locis interfecti ſunt, quorum animas cum corona Martyrii Sanctus Bertoldus in Cœlum deferri vidit.

A P R I L I S.

8. Ptolemaide in Palęſtina ſancti Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani, qui Carmeli Eremitis ſe adiunxit, eorumque regulam ad meliorem formam concinnavit, ipſiſque tradidit obſervandam, ac in Monte Carmelo, & in Urbibus Ptolomaide, Tyri, Sareptæ, Sidonis, Tripolis, & Libani Monaſteria extrui curavit.

M A J U S.

5. Leocatæ in Sicilia ſancti Angeli Presbyteri, Ordinis Carmelitarum, qui Beato Franciſco Stigmatum impreſſionem prædixit, à quo ſui Martyrii prædictionem accepit; Undè in Eccleſia Leocatenſi à nefario quodam, cujus ſororem publicè pœnitentiam agere feciſſet, ac ipſum à publico inceſtu avertere conaretur, in media concione quinquies pugione perfoſſus, flexiſque genibus pro perſecutoribus, populoque precatus, animam ſub columbæ ſpecie viſam efflavit.

16. Burdegalæ in Anglia S. Simonis Stochi Senenſis, Generalis totius Ordinis Carmelitarum, qui & Regulæ confirmationem à Summis Pontificibus impetravit, & à Beata Virgine Dei Matre Angelorum multitudine comitata, Scapulare humiliter orans accepit cum promiſſione, ut qui cum ipſo piè morietur, æternum non patietur incendium.

25. Florentiæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis, Ordinis Carmelitarum, vita, & ſanctitate illuſtris.

J U N I U S.

14. Samariæ in Palæſtina ſancti Eliſei Prophetę, diſcipuli, & ſocii ſancti Eliæ Carmelitarum Patriarchæ, miraculis præclari.

J U L I U S.

16. Commemoratio ſolemnis Beatiſſimæ Dei Genitricis Marię de Monte Carmelo, ad cujus honorem Carmelitę primi omnium inito Montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam Virginis typo inſignem conſpexerat, Sacellum conſtruxerunt; undè fratres Beatæ Marię de Monte Carmelo ex tunc ſunt appellati; quem titulum Summi Pontifices non modò confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere.

20. In Monte Carmelo ſancti Elię Prophetę, Ducis, & Patriarchę Carmelitarum, qui tyrannos verberavit, ſacrilegos interfecit, cujus oratione Cœlum dedit pluviam,

triennio

triennio siccitate clausit imbribus, pluriès ignem de Cœlo vocavit, ac demum virtutibus, & miraculis clarus igneo curru in Cœlum raptus ascendit.

A U G U S T U S.

7. MEssanę in Sicilia sancti Alberti Confessoris, Ordinis Carmelitarum, innumeris meritis, & miraculis illustris, in cujus sancta morte cùm populus Missam de Sancto Confessore, Clerus verò pro defuncto celebrari vellet, à Domino Divinum responsum expectandum Episcopus jussit. Quibus orantibus, duo Angeli in albis astantes, Missam: *Os justi meditabitur sapientiam*: de sancto Confessore celebrandam esse indicarunt.

S E P T E M B E R.

1. HIerosolymis natalis sancti Brocardi Confessoris, secundi Generalis Latini Carmelitarum, qui ut regularem observantiam augeret, à Beato Alberto Patriarcha Hierosolymitano postulavit regulam, brevi compendio omne Ordinis institutum complectentem, cujus directione maximè numero, & merito Ordo primęvus increvit.

24. In Pannonia passio sancti Gerardi Episcopi & Martyris, Ordinis Carmelitarum, qui pro propaganda fide lapidibus primùm appetitus, ac demum lancea percussus, cùm priùs genibus flexis eadem, quæ olim Protomartyr Stephanus, verba pro persecutoribus pronunciasset, Martyrii corona decoratus est.

O C T O B E R.

15. ABulę in Hispania sanctæ Teresię Virginis, Ordinis Carmelitarum, & fratrum, ac sororum arctioris observantiæ Matris, & Magistræ.

30. Antiochię sancti Serapionis Episcopi, Ordinis Carmelitarum, sanctitate, & eruditione conspicui.

D E C E M B R.

14. FOntiberi in Hispania natalis Beati Joannis à Cruce, Ordinis Carmelitarum, qui innumeris simul cum Sancta Teresia pro fundatione, & propagatione Carmelitarum Discalceatorum exantlatis, & superatis laboribus, meruit à Christo Domino interrogari, quid vellet pro laboribus? Respondit: Domine pati, & contemni pro te; demum meritis plenus, Ubedæ spiritum Deo reddidit, cujus corpus Segobiæ honorificè colitur.

16. Florentię translatio sanctæ Mariæ Magdalenę de Pazzis, Ordinis Carmelitarum.

17. Senis in Tuscia Beati Franci Carmelitæ Confessoris, qui propter admirabilem pœnitentiam, dum à Priore Conventus Carmeli Senarum indui parat, habitus, quo indueretur, ab Angelo palam delatus est; denique prophetico spiritu, ac omnibus virtutibus, miraculisque in vita, obituque, ac post obitum splenduit; Undè à Clemente quinto in Beatorum numerum est relatus.

18. Trimituntis in Cypro natalis sancti Spiridionis Episcopi, Ordinis Carmelitarum cujus solo tactu Constantinum Imperatorem gravi morbo laborantem Antiochię sanavit, ubi cùm quidam Aulicus illius maxillæ incussisset colaphum, pro exacta Dominicę legis observantia, ille prębuit & alteram. Demum multis miraculis clarus obdormivit in Domino. Ejus corpus longo pòst tempore Concyram delatum, pia fidelium veneratione colitur. Celebratur illius dies festus apud Gręcos pridie idus Decemb.

In tribus diebus Paschatis Resurrectionis.

Passio centum quadraginta quatuor millia Martyrum Ordinis Carmelitarum, qui pro Christi fide à Saracenis invastantibus totam ferè Palestinam in variis locis interfecti sunt, quorum animas cum corona Martyrii sanctus Bertoldus in Cœlum deferri vidit; Unde Carmelitana Religio celebrat eorum commemorationem in dictis tribus diebus, canendo ad Vesperas, loco *Deus in Adjutorium*, novies *Kyrie eleison*, *Christe Eleison*, *Kyrie Eleison*. More Missæ.

SYLLABUS.

NOMINUM SANCTORUM,

Quorum locus in Martyrologio non indicatur.

Abraham Patriarcha. 9. Octobris.
Aetherius mart. 18. Junii.
Agapitus Papa 20. Septemb.
Agathoclia mart. 17. Septembris.
Aicardus Abbas. 15. Septembris.
Aigulphus Abbas, & socii mart. 3. Septembris.
Alexander Episcopus, Heraclius, & socii mart. 22. Octobris.
Alexander mart. 30 Januarii.
Amandus, & Vedastus Episcopi. 6. Februarii.
Ampliatus, Urbanus, & Narcissus mart. 31. Octobris.
Anastasius, Placidus, Genesius, & socii mart. 11. Octobris.
Anastasius mart. 5. Decembris.
Anathalon Episcopus. 25. Septembris.
Anna mater Virginis. 26. Junii.
Anscharius Episcopus. 3. Februarii.
Anthelmus Episcopus. 26 Junii.
Anthusa mart. 27 Augusti.
Antonina mart. 1. Martii.
Apellius, Lucas, & Clemens mart. 10. Septembris.
Aphrodisius, Caralippus, Agapius, & Eusebius mart. 28. Aprilis.
Apollinaris virgo 5 Januarii.
Apollo, Isacius, & Crotates mart. 21. Aprilis.
Apollonius, & Leontius Episcopi. 19. Martii.
Arcadius mart. 12. Januarii.
Archelaus, Cyrillus, & Photius. 4. Martii.
Ardalio mart. 14. Aprilis.
Aristobolus mart. 15. Martii.
Ariston, Crescentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Justus, Felicissimus, Marcia, & Symphorosa mart. 2. Julii.
Attilanus Episcopus. 5. Octobris.
Bedae Venerabilis depositio. 27. Maii.
Bercarius Abbas & mart. 16. Octobris.
Bessarion anachoreta. 17 Junii.
Bonifacius, Eobanus, & alii mart. 5. Junii.
Bonifacius mart. 19. Junii.
Bonosus & Maximianus mart. 21. Augusti.
Cajus & Leo. 30. Junii.
Cajus Palatinus, & alii xxvij. 4. Martii.
Callinica & Basilissa mart. 22. Martii.
Calliopa mart 8. Junii.
Cantidius, Cantidianus, & Sobel mart. 5. Augusti.
Carpophorus & Abundius mart. 10. Decembris.
Charitina virg. & mart. 5. Octob.
Cleonicus, Eutropius, & Basiliscus mart. 3. Martii.
Crescens, Dioscorides, Paulus, & Helladius mart. 28. Maii.
Datrosa mart. 4. Januarii.
Dativus, Julianus, Vincentius, & alii xxvij. mart 27 Januarii.
Diomedes, Julianus, Philippus, Eutychianus, Hesychius, Leonides, Philadelphus, Menalippus & Pantagapa mart. 2. Septemb.
Dionysius, Faustus, Cajus, Petrus & alii quatuor mart. 3. Octob
Dominicus Loricatus. 14 Octobris.
Domitius, Pelagia, Aquila, Eparchius, & Theodosia mart. 23. Martii.
Domnina virgo & mart. cum sociis. 14. Aprilis.
Domninus, Theotimus, Philotheus, Silvanus, & socii mart. 5. Novembris.
Donatus, Sabinus & Agape mart. 25. Januarii.
Eleutherius & Leonides mart. 3. Augusti.
Elisabeth mater Praecursoris Domini. 5. Novembris.
Erotis mart. 6. Octobris.
Evellius mart. 11. Maii.
Eugenianus mart. 8. Januarii.
Evodius, Hermogenes, & Callista germani mart 2. Septemb.
Eusebius Episcopus & mart. 21. Junii.
Eusebius Palatinus, & alii ix. mart. 5. Martii.
Eusebius, Neon, Leontius, Longinus, & alii quatuor mart. 24 Aprilis.
Eustochius virgo. 28 Septembr.
Eutychius Confess. 24. Augusti.
Exuperius, & Zoes uxor, Cyriacus & Theodulus filii mart. 2. Maii.
Faustus mart. 16. Julii.
Faustus mart. 19 Novembris.
Felix, Luciolus, Fortunatus, Marcia & socii mart. 3. Martii.
Fidelium *Defunctorum* Commemoratio. 2. Novembris.
Firmus mart. 1 Junii.
Flavianus & Elias Episc. & Confess. 4. Julii.
Franciscus de Paula Ordinis Minimorum institutor. 2. Aprilis.
Georgius mart. 23. Aprilis.
Georgius Limniota mart. 24. Augusti.
Gilbertus Confess. 4. Februarii.
Gorgonius & Firmus. 11. Martii.
Gregorius Episc. 30. Septemb.
Hermogenes, Donatus & alii xxij. mart. 12. Decembris.
Herodion, Asyncritus & Phlegon. 8. Aprilis.
Hubertus Episc. 3. Novembris.
Joanna 24. Maii.
Joannis Baptistae Nativitas. 24. Junii.
Ejusdem Decollatio. 29. Augusti.
Joannes Chrysostomus. 14. Septembr.
Joel & Esdras Prophetae. 13. Julii.
Joseph Justus. 20. Julii.
Isidorus. 15. Januarii.
Julianus mart 7. Januarii.
Juliana virgo & martyr 30. Novembris.
Justus, & Abundantius mart. 14. Decembris.
Juvenalis mart. 7. Maii.
Latrones septem mart. 29. Aprilis.
Leo, Donatus, Abundantius, Nicephorus, & alii novem. 1. Martii.
Ligorius mart. 13 Septemb.
Lucia cum Antonino, Severino, Diodoro, Dione & aliis xvij. mart. 6. Julii.
Lucius mart. 20. Augusti.
Ludgerus Episcopus 26. Martii.
Lupus mart. 23. Augusti.
Macarius Episcopus. 10. Aprilis.
Macrobius, & Julianus mart. 3. Septembris.
Magnus mart. 1. Januarii.
Magnus, Castus, & Maximus mart. 4. Septembris.
Marcus, Marcianus puer parvulus, & Paulus mart. 3. Julii.
Mariae Virginis Conceptio. 8. Decemb.
Mariae Virginis Nativitas. 8. Septembris.
Sanctae Mariae de Victoria Commemoratio. 7. Octobris.
Maria mart. 1 Novembris.
Maro, Eutiches & Victorinus mart. 15. Aprilis.

Maxi-

Maximilianus mart. & Valentinus Confess. 29. Octobris.
Maximus, Quinctilianus, & Dada mart. 13. Aprilis.
Maximus mart. 28 Septembris.
Meletius cum sociis cclij mart 24 Maii.
Meneus, & Capito mart. 24. Julii.
Menignus mart. 15. Martii.
Mercurialis Episcopus. 23. Maii.
Moyses Anachoreta. 28. Augusti.
Niceas Episcopus. 22. Junii.
Nicetas mart 15. Septembris.
Nenna 5. Augusti.
Norbertus Episcop. Fundator Ordinis Praemonstratensis. 6. Junii.
Oriculus & socii mart. 18. Novembris.
Osea, & Aggaeus Prophetae. 4. Julii.
Othmarus Abbas. 16. Novembris.
Papius mart. 28. Junii.
Paramon, & socii ccclxxv. mar. 29. Novembris.
Paternus Episcopus. 16. Aprilis.
Perseveranda virgo. 26 Junii.
Petrus de Morono, seu Cœlestinus Quintus. 19. Maii.
Philemon & Domninus mart. 21. Martii.
Philetus, Lydia, Macedon, Theoprepides, Amphilochius & Cronidas mart. 27. Martii.
Philologus & Patrobas. 4. Novemb.
Photina Samaritana, Joseph, Victor, Sebastianus, Anatolinus, Photius, Photides, Parasceves, & Cyriaca mart. 20. Martii.
Pirminus Episcopus. 3. Novembris.
Polychronius mart. 6. Decemb.
Porcarius Abbas & quingenti Monachi mart. 12. Augusti.
Porphyrius Mimus mart. 15. Sept.
Principius Episcopus. 25. Septemb.
Proclus & Hilarion mart. 12. Julii.
Prosper Episcopus. 29. Julii.
Quadratus, Theodosius, Emmanuel, & alii quadraginta mar. 26. Martii.
Quartus. 3 Novembris.
Quadratus Episcopus. 21 Augusti.
Quodvultdeus Episcopus & Confess. 16. Octobris.
Rembertus Episc. 4. Februarii.
Robustianus & Marcus mart. 31. Aug.
Romulus mart. 5. Septembris.
Rosarii B. Virginis Solemnitas. 7. Octobris.
Rufinus & socii mart. 11. Augusti.
Rufinus & Rufinianus mart. 9. Septembris.
Rufus. 21. Novembris.
Sacerdos Episcopus. 5 Maii.
Saturninus, Nereus & alii ccclxv. mar. 16. Octobris.
Saturninus, Theophilus & Revocata mart. 6. Februarii.
Saturninus & Lupus mart. 14. Octob.
Serapion mart. 13. Iulii.
Severus & Memnon mart. 20. August.
Siridion Episc. 2. Ianuarii.
Socrates & Dionysius mart. 19. Apr.
Sophia & Irenes mart. 18. Septemb.
Strato mart. 9. Septembris.
Suranus Abbas. 24. Ianuarii.
Susanna, Marciana & Palladia cum parvulis suis mart. 24 Maii.
Simeon Stylita junior. 3. Septemb.
Simeon senex. 8. Octobris.
Synesius & Theopompus martyr. 21. Maii.
Thamel & socii mart. Item Theodorus, Oceanus, Ammianus & Julianus mart. 4. Septembris.
Theodorus & Pausilippus mart. 15. Aprilis.
Theodorus Trichinas. 20. Aprilis.
Thyrsus & Protectus mart. 24. Ianuar.
Trophimus & Eucarpius mart. 18. Martii.
Trophimus & Theophilus mart. 23. Iulii.
Tryphon, Respicius & Nympha virgo mart. 10. Novembris.
Valens Episcopus, & tres pueri mart. 21. Maii.
Valerianus, Urbanus, Crescens, Eustachius, Cresconius, Crescentianus, Felix, Hortulanus, & Florentianus Episcopi. 28. Novembris.
Venantius Episcopus & mart. 1. Aprilis.
Venerius Confess. 13. Septembris.
Victor, Zoticus, Zeno, Acindynus, Caesarius, Severianus, Chrysophorus, Theona, & Antoninus mart. 20. Aprilis.
Victor, Alexander, & Marianus mart. 17. Octobris.
Victorinus Episcopus & mart. 2. Novembris.
Vindemialis Episc. & mart. 2. Maii.
Zacharias Propheta. 6. Septemb.
Zacharias Joannis Baptistae Pater. 5. Novembris.
Zeno mart 5. Aprilis.
Zeno & Chariton mart. 3. Septemb.
Zoticus Presbyt. 31. Decemb.
Commemoratio Sanctorum mart. 24. Aprilis.
Item Episc. & Presbyt. 21. Maii.
Item triginta trium mart. 16. August.

SYLLABUS

NOMINUM OMNIUM SANCTORUM,

Qui in Romano Martyrologio continentur, ordine Alphabetico descriptus.

A

Aron Sacerdos, in Monte Hor. 1. Julii.
Aron martyr in Britannia sub Diocletiano, infra cum Julio. 1. Julii.
Abachum mart. Romae sub Claudio, infra cum Mario. 19. Januarii.
Abdias Propheta, Samariae 14. Jun. & 19. Novembris.
Abdiesus Diaconus mart. sub Sapore. 22. Aprilis.
Abdon, & Sennen mart. Romae sub Decio. 30. Julii.
Abedechalas Presb. & mart. in Perside sub Sapore, infrà cum Simeone. 21. Aprilis.
Abercius Episcopus Hierapolitan. 22. Octobris.
Abibonis Inventio. 3. Augusti.
Abibus Diaconus mart. Edessae sub Licinio. 15. Novembris.
Abilius Episc Alexandrin. 22. Febr.
Abraham Eremita, in Syria. 16. Mart.
Abraham Conf. Arvernis. 15. Junii.
Abraham Patriarcha. 9. Octobris.
Abrahamitae Monachi mar. Constantinopoli sub Theophilo. 8. Julii.
Absalon mart. Caesareae, infra cum Lucio. 2. Martii.
Abudemius mart. sub Diocletiano in Tenedo 15. Julii.
Abundantius mart. infra cum Leone 1. Martii.
Abundantius Diaconus mart. Romae sub Diocletiano, infra cum Abundio. 16. Septembris.
Abundius martyr, Romae, infra cum Alexandro. 27. Februarii.
Abundius Episc. Comensis. 2. April.
Abundius Mansionarius Eccles. S. Petri Ro-

Romæ. 14. Aprilis.

Abundius Presb. & mart. Cordubæ. 11. Julii.

Abundius mart. Romę ſub Valeriano, infra cum Irenæo. 26 Auguſti.

Abundius Presbyter, Abundantius Diaconus, Marcianus, & Joannes mart. Romæ ſub Dioclet. 16. Sept.

Abundius Diaconus mart. ſub Diocletiano, infra cum Carpophoro. 10. Decembris.

Abundius mart. ſub Numeriano, infra cum Juſto. 14. Decembris.

Acacius Presb. & mart. Sebaſte ſub Diocletiano, infra cum Hirenarcho. 27. Novembris.

Acathius Centurio mart. Conſtantinopoli ſub Diocletiano. 8. Maii.

Acatius Epiſc. Amidæ 9. Aprilis.

Acatius mart. Pruſæ, infra cum Patritio. 28. Aprilis.

Acatius mart. Mileti ſub Licinio. 28. Julii.

Accurſius mart. in Africa, infra cum Berardo. 16. Januarii.

Accepſimas Epiſcopus mart. ſub Sapore, in Perſide. 22. Aprilis.

Achillas Epiſc. Alexandrię. 7. Nov.

Achilleus Diaconus mart. in Gallia, infra cum Felice. 23. Aprilis.

Achilleus mart. Romæ, infra cum Nereo 12. Maii.

Acindynus mart. ſub Diocletiano, infra cum Victore. 20. Aprilis.

Acindynus, Pegaſius, Aphthonius, Elpidephorus, Anempodiſtus, & ſocii mart in Perſide. 2. Novemb.

Aciſcles, & Victoria mart. Cordubæ ſub Diocletiano. 17 Novembr.

Acutius mart. Puteolis ſub Diocletiano, infra cum Januario. 19. Sept

Acyllinus mart. Cartag. infra in Scillitani mart. 17. Julii.

Adalbertus Epiſcopus Pragenſis mart. 23. Aprilis.

Adauctus mart. Romæ ſub Dioclet. infra cum Felice. 30. Auguſti.

Adaucus mart in Phrygia, cum aliis plurimis ſub Maximiano Galerio. 7. Februarii.

Adelbertus Confes. in Hollandia. 25. Junii.

Adelphus Epiſc. Metenſis. 29. Aug.

Aderitus Epiſc. Ravennæ 27. Sept.

Adjutor Conf. in Campania ſub Vvandalis, infra cum Priſco. 1. Septembr.

Adjutor mart. in Africa, infra cum Victuro. 18 Decembris.

Adjutus mart. in Africa, infra cum Berardo. 16. Januarii.

Adjutus Abbas, Aurelian. 19. Dec.

Ado Epiſc. Viennen. 16 Decemb.

Adria mart. Romæ ſub Valeriano, infra cum Euſebio. 2. Decembr.

Adrio, Victor, & Baſilla mart. Alexandriæ. 17. Maii.

Adventor mart. Taurini ſub Maximiano, infra cum Octavio. 20. Nov.

Adulphus, & Joannes mart. Cordubæ. 27. Septembris.

Ædeſius mart. Alexandriæ ſub Maximiano. 8. Aprilis.

Ægidius Abbas, in Provincia Narbonenſi. 1. Septembris.

Æmiliana virg. Romæ. 5. Januarii.

Æmiliana mart. Romæ. 30. Junii.

Æmilianus mart. in Armenia infra cum Dionyſio. 8. Februarii.

Æmilianus miles, Tertulla, & Antonia virg. cum aliis mart. in Numidia ſub Valeriano 29 Aprilis.

Æmilianus mart. Doroſtori ſub Juliano. 18. Julii.

Æmilianus Epiſc. Cyzici. 8. Aug.

Æmilianus Epiſcopus Vercellen. 11. Septembris.

Æmilianus Confeſſ. Rhedonenſis. 11. Octobris.

Æmilianus presbyter Turiaſonen. 12. Novembris.

Æmilianus martyr, in Africa ſub Hunnerico, infra cum Dionyſia. 6. Decembris.

Æmilius mart. in Africa, infra cum Caſto. 22. Maii.

Æmilius, Felix, Priamus, & Lucianus mart. in Sardinia. 28. Maii.

Æmilius mart. Capuæ, infra cum Marcello 6. Octobris.

Ætherius Epiſcopus mart. in Cherſoneſo, infra cum Baſilio. 4 Mart.

Ætherius Epiſc. Viennenſis. 14 Junii.

Ætherius mart. ſub Dioclet. 18. Jun.

Ætherius Epiſcop. Antiſiodorenſis. 27. Julii.

Afra mart. Brixiæ ſub Adriano. 24. Maii.

Afra mart. Auguſtæ. 5. Auguſti.

Africanus mart. in Africa ſub Decio, infra cum Terentio. 10. Aprilis.

Agabius Epiſc. Veron. 4. Auguſti.

Agabus Propheta, Antiochiæ. 13. Februarii.

Agape, & Chionia virg. & martyres, Theſſalonicæ ſub Diocletiano. 3. Aprilis.

Agapes mart. infra cum Donato. 25. Januarii.

Agapes virg. & mart. Interamne. 15. Februarii.

Agapes virg. & mart. Nicomediæ ſub Diocletiano, infra cum Inde. 28. Decembris.

Agapitus Epiſc. Ravennæ. 16. Martii.

Agapitus Epiſc. Synnadæ. 24. Martii.

Agapitus Diaconus martyr, Romæ ſub Valeriano, infra cum Xyſto. 6. Auguſti.

Agapitus mart. Præneſte ſub Aureliano. 18. Auguſti.

Agapitus Papa. 20. Septembris.

Agapitus mart. Heracleæ, infra cum Baſſo. 20. Novembris.

Agapius martyr, Cæſareæ ſub Diocletiano, infra cum Timolao. 24. Martii.

Agapius mart. infra cum Aphrodiſio. 28. Aprilis.

Agapius, & Secundinus Epiſcopi, & martyres, Cirthæ in Numidia ſub Valeriano. 29. Aprilis.

Agapius martyr, in Palæſtina ſub Diocletiano, infra cum Timotheo. 19. Auguſti.

Agapius martyr, Edeſſæ ſub Maximiano, infra cum Baſſa. 21. Auguſt.

Agapius Epiſc Novarien. 10. Sept.

Agapius mart. Romæ ſub Adriano, infra cum Euſtachio. 20. Sept.

Agapius mart. Sebaſte ſub Licinio, infra cum Carterio. 2. Novembris.

Agapius mart. Cæſareæ ſub Galerio, Maximiano. 20. Novemb.

Agatha virg. & mart. Catanæ ſub Decio. 5. Februarii.

Agathangelus martyr, Ancyræ. 23. Januarii.

Agatho Papa, Romę. 10. Januarii.

Agatho Exorciſta mart. infra cum Cyrione. 14. Februarii.

Agatho & Triphina mart. in Sicilia. 5. Julii.

Agatho mart. Alexandriæ ſub Decio. 7. Decembris.

Agathoclia ancilla mart. 17. Septemb.

Agathodorus Epiſc mart. in Cherſoneſo, infra cum Baſilio. 4. Mart.

Agathodotus martyr Pergami ſub Antonino, infra cum Carpo. 13. Apr.

Agathonica martyr Pergami ſub Antonino, infra cum Carpo. 13. Apr.

Agathonica virgo & martyr Carthagine, infrà cum Baſſa. 10. Auguſti.

Agathonicus, Zoticus, & ſocii mart. Nicomediæ ſub Maximino. 22. Auguſti.

Agathopodes Diac. Antiochiæ, infra cum Philone. 25. Aprilis.

Agathopoles Diaconus & Theodulus Lector mart. Theſſalonicæ ſub Maximiano. 4. Aprilis.

Agathopus mart. in Creta ſub Decio infra cum Theodulo. 23. Decemb.

Agericus Epiſcopus Vvirodunen. 1. Decembris.

Aggæus mart. Bononiæ ſub Maximiano, infrà cum Hermete. 4. Jan.

Aggæus Propheta. 4. Julii.

Agileus martyr Carthagine. 15. Octobris.

Aglibertus mart. Pariſiis, infrà cum Agoardo. 24. Junii.

Agnellus

Am-

Ammonaria virgo, Mercuria, Dionysia, & Ammonaria mart. Alexandriæ sub Decio. 12. Decembris.
Ammonius miles mart. in Ponto, infrà cum Moseo. 18. Januarii.
Ammonius, & Alexander mart. in Cypro. 9. Februarii.
Ammonius infans mart. Alexandriæ, infrà cum Modesto. 12. Februarii.
Ammonius mart. Alexandriæ, infrà cum Dyonisio. 14. Februarii.
Ammonius Lector mart. Pentapoli, infrà cum Theodoro. 26. Martii.
Ammonius martyr, Alexandriæ sub Maximiano, infrà cum Fausto. 26. Novembris.
Amos Propheta, in Palæstina. 31. Mart.
Ampelius mart. in Africa sub Diocletiano, infrà cum Saturnino. 11. Feb.
Ampelus, & Cajus mart. Messanæ. 20. Novembris.
Amphianus mart. Cæsareæ Maximiano. 2. Aprilis.
Amphilochius mart. infrà cum Phileto. 27. Martii.
Amphilochius Episc. Iconii. 23. Nov.
Amphion Episcopus in Cilicia confess. sub Valerio Maximiano. 12. Iunii.
Ampliatus, Urbanus, & Narcissus mart. 31. Octobris.
Anacharius Episcopus Antisiodoren. 25 Septembris.
Anacletus Papa mart. Romæ. 13. Iun.
Ananias mart. Damasci. 25. Ianuarii.
Ananias Presb. mart. in Perside sub Sapore, infrà cum Simeone. 21. Apr.
Ananias mart. Arbele in Persia. 1. Dec.
Ananias, Azarias, & Misael in Babylonia. 16. Decembris.
Anastasia mart. Romæ sub Nerone, infrà cum Basilissa. 15. Aprilis.
Anastasia Senior, virgo, & Cyrillus martyr. Romæ sub Valeriano. 28. Octobris.
Anastasia mart. cum cclxx. in insula Palmaria sub Diocletiano. 25. Dec.
Anastasii duo mart. sub Constante, infrà cum Maximo. 12. Augusti.
Anastasius mart. Antiochiæ sub Diocletiano, infrà cum Basilissa. 9. Ian.
Anastasius Monachus, & socii Suppentoniæ. 11. Ianuarii.
Anastasius Persa monachus mar. cum lxx. sociis sub Chosroe. 22. Ianuarii.
Anastasius Sinaita Episcopus Antiochenus. 21. Aprilis.
Anastasius Papa Romæ. 27. Aprilis.
Anastasius, & socii mart. Camerini sub Decio. 11. Maii.
Anastasius Episc. Brixiens. 20. Maii.
Anastasius Episcopus Papiens. 30. Maii.
Anastasius, Felix, & Digna mart. Cordubæ. 14. Iunii.
Anastasius mart. Argentomachi, infrà cum Marcello. 29. Iunii.
Anastasius Episcopus Interamnen. 17. Augusti.
Anastasius mart. Salone sub Aureliano. 21. Augusti.
Anastasius mart. Aquilejæ. 7. Septem.
Anastasius Presb. Placidius, Genesius, & socii mart. 11. Octobris.
Anastasius mart. 5. Decemb.
Anastasius mart. Nicomediæ, infrà cum Cyriaco. 19. Decembris.
Anastasius Episcopus Antiochenus, & mart. 21. Decembris.
Anathalon Episcopus Mediolanens. 25. Septembris.
Anatolia virgo, & Audax mart. Thoræ sub Decio. 9. Iulii.
Anatolius mart. infrà cum Photina. 20. Martii.
Anatolius Episcopus Laodiceæ. 3. Iul.
Anatolius mart. Nicææ sub Maximino, infrà cum Eustachio. 20. Novemb.
Andeolus Subdiaconus mart. in Gallia sub Severo. 1. Maii.
Andochius Presbyter, Thyrsus Diaconus, & Felix mart. Augustoduni. 24. Septembris.
Andreas Corsinus Episc. Fesulanus, Florentiæ. 6. Ian. & 4. Febr.
Andreas Episc. Florent. 26. Febr.
Andreas mart. in Hellesponto, infrà cum Petro. 15. Maii.
Andreas, & socii milites mart. in Cilicia sub Maximiano. 19. Aug.
Andreas Presbyt. mart. Constantinopoli sub Leone Isaurico, infrà cum Hypatio. 29. Augusti.
Andreas, Ioannes, Petrus, & Antonius mart. in Africa. 23. Septemb.
Andreas Cretensis Monachus mart. sub Copronymo. 17. Octobris.
Andreas Avellinus, Neapoli. 10. Nov.
Andreas Monachus mart. Constantinopoli sub Copronymo, infrà cum Stephano. 28. Novembris.
Andreas Apostolus mart. in Achaja. 30. Novembris.
Ejusdem Translatio Constantinopolim. 9. Maii.
Andronicus, & Athanasia, Hierosolymis. 9. Octobris.
Andronicus mart. Tharsi sub Dioclet. infra cum Tharaco. 11. Octobris.
Anectus mart. Corinthi sub Decio, infrà cum Codrato. 10. Martii.
Anectus mart. Cæsareæ sub Dioclet. 27. Iunii.
Anempodistus mart. in Perside, supra cum Acindyno. 2. Novembris.
Anesius martyr in Africa, infrà cum Theodulo. 21. Martii.
Angelus Presb. Ord. Carmelit. mart. in Sicilia. 5. Maii.
Angelus mart. in Mauritania, infrà cum Daniele. 13. Octobris.
Anianus Episcopus Alexandrinus. 25. Aprilis.
Anianus Diaconus martyr Antiochiæ, infrà cum Demetrio. 10. Novembr.
Anianus Episcopus Aurelianen. 17. Novembris.
Aniectus Papa & mart. Romæ sub Antonino. 17. Aprilis.
Anicetus, Photinus, & alii plures martyr. Nicomediæ sub Dioclet. 12. Augusti.
Anna Mater B. Mariæ Virg. 26. Iulii.
Anna Prophetissa Ierosolymis. 1. Sept.
Annon Episc. Colonien. 4. Decemb.
Annuntiatio B. Mariæ Virginis. 25. Martii.
Ansanus mart. sub Dioclet. Senis. 1. Decembris.
Ausbertus Episcopus Rhotomagen. 9. Februarii.
Anscharius Episc. Bremensis. 3. Febr.
Anselmus Episc. Mantuan. 18. Martii.
Anselmus Episcopus Cantuariensis. 21. Aprilis.
Ansovinus Episcopus Camerini. 13. Martii.
Anterus Papa mart. Romæ sub Maximino. 3. Ianuarii.
Anthelmus Episc. Bellicens. 26. Iun.
Anthes mart. Salerni sub Dioclet. infrà cum Fortunato. 28. Augusti.
Anthia mart. Messanæ sub Adriano, infrà cum Eleutherio. 18. Aprilis.
Anthimus Episc. Nicomedien. mar. sub Dioclet. cum universo ferè suo grege. 27. Aprilis.
Anthimus Presbyt. mart. Romæ sub Dioclet. 11. Maii.
Anthimus martyr Ægææ sub Dioclet. infrà cum Cosma. 27. Septembris.
Antholianus mart. Arvernis. 6. Febr.
Anthusa virgo Constantinopolit. sub Copronymo. 27. Iulii.
Anthusa Senior mart. Tharsi sub Valeriano, infra eum Athanasio 22. Aug.
Anthusa Iunior mart. 27. Augusti.
Antidius Episcopus Vesontin. mar. 25. Iunii.
Antigonus mar. Romæ, suprà cum Alexandro. 27. Februarii.
Antinogenes mart. Emeritæ sub Dioclet. infrà cum Victore. 24. Iulii.
Antiochus Tribunus mart. Cæsareæ, infrà cum Nicostrato. 21. Maii.
Antiochus, & Cyriacus mart. Sebaste. 15. Julii.
Antiochus Episcopus Lugdunens. 15. Octobris.
Antiochus mart. in Sardinia sub Adriano. 13. Decembris.
Antipas mart. Pergami sub Domitiano 11. Aprilis.

An-

B

Bar-

C

conus

Clemens mart. Romæ, ſupra cum Celſo. 21. Novembris.
Clemens Papa, & mart. in Cherſoneſo ſub Trajano. 23. Novembris.
Clementinus, Theodotus, & Philomenus mart. Heracleæ. 14. Nov.
Cleomenes mart. in Creta ſub Decio, infra cum Theodulo. 23. Decembr.
Cleonicus, Eutropius, & Baſiliſcus mart. ſub Maximiano. 3. Martii.
Cleophas, Chriſti Diſcipulus mart. Emmaus. 25. Septembris.
Cletus Diaconus mart. Antiochiæ. 7. Januarii.
Cletus Papa, & mart. Romæ ſub Domitiano. 26. Aprilis.
Clicerius Epiſcopus Mediolanenſis. 20. Septembris.
Clinius Confeſſ. Aquini. 30. Mart.
Clodoaldus Presbyt. in Territorio Pariſien. 7. Septembris.
Clodulphus Epiſcopus Metenſis. 8. Jun.
Codratus, Dionyſius, Cyprianus, Anectus, Paulus, & Creſcens mar. Corinthi ſub Decio. 10. Martii.
Cointha mart. Alexandriæ ſub Decio. 8. Februarii.
Colmannus mart. in Auſtria. 13. Octob.
Colomannus Presbyt. mart. Herbipoli, ſupra cum Chiliano. 8. Iunii.
Columba virg. & mart. Cordubæ. 17. Septembris.
Columba virgo Senonen. mart. ſub Aureliano. 31. Decembris.
Columbanus Abbas Bobienſis. 21. Nov.
Columbus Presbyt. in Scotia. 9. Iunii.
Commemoratio Sanctiſſimi Nominis B. M. Virg. 12. Septembris.
Commemoratio S. Pauli Apoſtoli. 30. Juuii.
Stigmatum B. Franciſci. 17. Septembr.
S. Mariæ de Victoria. 7. Octobr.
Omnium Defunctorum 2. Novemb.
Imaginis Salvatoris à Judæis crucifixæ. 9. Novembris.
Conceptio B. M. Virg. 8. Decembr.
Conceſſa mart. Carthagine. 8. Aprilis.
Conceſſus mart. Romæ, infra cum Demetrio. 9. Aprilis.
Concordia mart. Romæ ſub Valeriano, infra cum Hippolyto. 12. Auguſti.
Concordius Presbyt. mart. Spoleti ſub Antonino. 2. Ianuarii.
Concordius martyr. Nicomediæ, infra cum Zenone. 2. Septembris.
Concordius mart. Ravennæ, ſub Maximiano, infra cum Valentino. 16. Decembris.
Conon mart. Perge ſub Decio, infra cum Papia. 26. Februarii.
Conon mart. in Cypro ſub Decio. 6. Martii.
Conon mart. cum filio, Iconii ſub Aureliano. 29. Maii.
Conradus Epiſc. Conſtantienſ. 26. Nov.
Conſortia virgo in Monaſterio Cluniacenſi. 22. Iunii.
Conſtantia mart. Nuceriæ ſub Nerone, infra cum Felice. 19. Septembris.
Conſtantinus Confeſſ. Carthagine. 11. Martii.
Conſtantinus Epiſcopus in Oppido Vapingo. 12. Aprilis.
Conſtantinus, Epheſi, infra in vij. Dormientes. 27. Iulii.
Conſtantius Epiſcop. Peruſin. mar. cum ſociis ſub Marco Aurelio. 29. Ian.
Conſtantius mart. filius Simplicii, apud Marſos. 26. Auguſti.
Conſtantius Epiſcopus Aquinas. 1. Sept.
Conſtantius Eccleſiæ Manſionarius, Anconæ. 25. Septembris.
Conſtantius Conf. Romæ. 30. Nov.
Conſtantius mart. Treviris ſub Diocletiano, infra cum Maxentio. 12. Dec.
Converſio S. Pauli Apoſt. 25. Ianuar.
S. Auguſtini Epiſc. Mediolani. 5. Maii.
Copres mart. Alexandriæ ſub Iuliano, infra cum Patermuthio. 9. Iulii.
Corbianus Epiſc. Friſingen. 8. Septem.
Cordula mart. Coloniæ. 22. Octobris.
Corebus Præfectus mart. Meſſanæ ſub Hadriano. 18. Aprilis.
Cornelia martyr, in Africa, infra cum Theodulo. 31. Martii.
Cornelius Centurio Epiſcop. Cæſareæ 2. Februarii.
Cornelius Papa, & mart. cum aliis xxj. Romæ ſub Decio. 14. Septembr.
Cornelius martyr, Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.
Corona xxx. Militum mart. Romæ ſub Diocletiano. 1. Ianuarii.
Militum xi. in Africa, infra cum Zotico. 12. Ianuarii.
Militum xl. Romæ ſub Gallieno. 13. Ianuarii.
Corona mart. in Syria ſub Antonino, infra cum Victore. 14. Maii.
Corſicus Presbyt. & Leo Subdiaconus. 30. Iunii.
Coſmas, & Damianus, Anthimus, Leontius, & Euprepius mart. Ægeæ ſub Diocletiano. 27. Septembris.
Cottidus diaconus, Eugenius, & ſocii mart. in Cappadocia. 6. Sept.
Craton mart. cum Uxore, & Familia ſua, Romæ. 15. Februarii.
Crementius mart. Cæſarauguſtæ, ſupra cum Cajo. 16. Aprilis.
Creſcens mart. Corinthi ſub Decio, ſupra cum Codrato. 10. Martii.
Creſcens mart. in Lycia. 15. Aprilis.
Creſcens, Dioſcorides, Paulus, & Helladius mart. 28. Maii.
Creſcens Epiſcopus Galatiæ, & Viennæ mart. ſub Trajano. 27. Iunii, & 29. Decembris.
Creſcens mart. Tibure ſub Adriano, infra cum Symphoroſa. 18. Iulii.
Creſcens martyr, in Ponto, infra cum Priſco. 1. Octobris.
Creſcens Epiſcop. in Africa, infra cum Valeriano. 28. Novembris.
Creſcens Epiſc. Viennenſ. 29. Decemb.
Creſcentia mart. in Lucania ſub Diocletiano, infra cum Vito. 15. Iun.
Creſcentiana mart. Romæ 5. Maii.
Creſcentianus mart. Turribus. 31. Maii.
Creſcentianus mart. Tiferni ſub Diocletiano. 1. Iunii.
Creſcentianus mart. in Campania ſub Diocletiano, ſupra cum Ariſtone. 2. Iulii.
Creſcentianus mar. Auguſtæ, infra cum Hilaria. 12. Auguſti.
Creſcentianus mart. in Africa ſub Valeriano, infra cum Cypriano. 14. Septembris.
Creſcentianus mart. Romę. 24. Nov.
Creſcentianus Epiſcopus Confeſſ. in Africa cum Valeriano 28. Novemb.
Creſcentius martyr. Romæ, infra cum Narciſo. 17. Septembris.
Creſcentius Conf. Florentiæ. 19. Apr.
Creſcentius puer mar. Romæ ſub Diocletiano. 14. Septembr.
Creſcentius mart. Treviris ſub Diocletiano, infra cum Maxentio. 12. Dec.
Creſcentius mart. in Africa, infra cum Dominico. 29. Decembris.
Creſcentius Epiſc. Viennenſ. 29 Dec.
Creſconius Epiſcop. & mart. in Africa infra cum Valeriano. 28. Novemb.
Criſpina mart. Thebeſte ſub Diocletiano. 5. Decembris.
Criſpinus Epiſc. Papien. 7. Januarii.
Criſpinus, & Criſpinianus mart. Sueſſione ſub Diocletiano. 25. Octobr.
Criſpinus Epiſc. Aſtiagen. & mart. 19. Novembris.
Criſpinus mart. in Africa, ſupra cum Claudio. 3. Decembris.
Criſpinus mart. Thaguræ, infra cum Julio. 5. Decembris.
Criſpulus mart. in Sardinia, infra cum Gabino. 30. Maii.
Criſpulus, & Reſtitutus mart. in Hiſpania. 10. Junii.
Criſpus Presbyt. mart. Romæ ſub Diocletiano, infra cum Joanne. 18. Aug.
Criſpus, & Cajus, Corinthi. 4. Octobr.
Cronidas Commentarienſis mart. infra cum Phileto. 27. Martii.
Crotates mart. ſub Diocletiano, ſupra cum Apolline. 21. Aprilis.
Crotildes Regina, Pariſiis. 3. Junii.
Crucis Dominicæ Inventio ſub Conſtantino. 3. Maii.
Ejuſdem Exaltatio ſub Heraclio. 14. Septembris.
Cteſiphon Epiſcopus Vergii, infr. cum Tor-

cii

tii mart. Romæ. 9. Aprilis.
Demetrius mart. in Africa. 14 Aug.
Demetrius Proconsul mart. Thessalonicę sub Maximiano. 8. Octobris.
Demetrius Episcopus Antiochenus, Anianus Diaconus, Eustosius, & alii viginti mart. 10. Novembris.
Demetrius, & Honorius martyr. apud Ostiam. 21. Novembris.
Demetrius mart. Verulis, supra cum Blasio. 29. Novembris.
Demetrius, Honoratus, & Florus martyr. Ostiæ. 22. Decembris.
Democritus, Secundus, & Dionysius mart. Synnade, 31. Julii.
Deogratias Episcopus Carthaginens. 22. Martii.
Derphuta mart. in Paphlagonia, supra cum Alexandra. 20. Martii.
Desiderius Episcopus Viennensis, & mart sub Theodorico. 11. Februarii, & 23. Maii.
Desiderius Confess. Pistorii, supra cum Barontio. 25. Martii.
Desiderius Episcopus Lingonien. & alii plurimi mart. sub Wandalis. 23 Maii.
Desiderius Lector mart. Puteolis sub Dioclet infra cum Januario. 19. Sept.
Deusdedit Conf. Romę. 10. Augsti.
Deusdedit Abbas Casinen. & martyr. 9. Octobris.
Deusdedit Papa Romę. 8. Novembr.
Deusdedit Episc. Brixiens. 10. Decemb.
Diaconus Eccl. Marsicanę mar. 14. Mar.
Diaconus S. Anthimi Episcopi mart. Nicomedię sub Diocletiano. 23. Dec.
Didacus Confess. ordin. Min. Compluti. 12. & 13. Novembris.
Didius mart. Alexandrię sub Maximino, infra cum Fausto. 26. Novemb.
Didymus mart. Alexandrię sub Diocletiano, infra cum Theodora. 28. April.
Didymus martyr Laodicee, infra cum Diodoro. 11. Septembris.
Digna virg. & mart Cordubæ, supra cum Anastasio. 14. Junii.
Digna virgo Tuderti. 11. Augusti.
Digna mart. Augustę, infra cum Hilaria. 12. Augusti.
Digna, & Emerita virg. & mart. Romę sub Valeriano 22. Septembris.
Diocles martyr in Istria, infra cum Zoello. 24. Maii.
Diocletius martyr Auximi sub Diocletiano, infra cum Sisinio. 11. Maii.
Diodorus mart. Perge sub Decio. 26. Februarii.
Diodorus, & Rodopianus mart. in Caria sub Diocletiano. 3. Maii.
Diodorus mart. in Campania, infra cum Lucia. 6. Julii.
Diodorus, Diomedes, et Didymus mart. Laodiceæ 11. Septembris.
Diodorus Presbyt. Marianus Diaconus, & alii plures mart. Romæ sub Numeriano. 1. Decembris.
Eorum Inventio Romę. 17. Jan.
Diogenes martyr in Macedonia, infra cum Timotheo. 6. Aprilis.
Diomedes Medicus martyr Nicææ sub Diocletiano. 16. Augusti.
Diomedes, Julianus, Philippus, Eutychianus, Hesychius, Leonides, Philadelphus, Menalippus, & Pantagapes mart. 2. Septembris.
Diomedes mart. Laodiceæ, supra cum Diodoro. 11. Septembris.
Dion mart. in Campania, infra cum Lucia. 6. Julii.
Dionysia mart. in Hellesponto, infra cum Petro. 15. Maii.
Dionysia, Dativa, Leontia, Tertius, Æmilianus, Bonifacius, & alii tres in Africa, sub Hunnerico. 6 Decem.
Dionysia mart. Alexandrię sub Decio, supra cum Ammonaria. 12. Decemb.
Dionysii duo mart. Cesareæ sub Diocletiano, infra cum Timolao. 24. Martii.
Dionysius, Æmilianus, & Sebastianus mart. in Armenia. 8. Februarii.
Dionysius, & Ammonius mart. Alexandrię. 14. Februarii.
Dionysius mart. Corinthi sub Decio, supra cum Codrato. 10. Martii.
Dionysius mart. Aquilejæ, sub Numeriano, infra cum Hilario. 16. Martii.
Dionysius Corinthiorum Episc. 8. Apr.
Dionysius mart. infra cum Socrate. 19. Aprilis.
Dionysius Episcopus Vienn. 8 Maii.
Dionysius mart. Romæ. 12. Maii.
Dionysius Episcopus Mediolanensis sub Constantio. 25. Maii.
Dionysius mart. Constantinopoli, infra cum Luciliano. 3. Junii.
Dionysius, Ephesi, infra cum Septem Dormientibus. 27. Iulii.
Dionysius mart. Synnadæ, supra cum Democrito. 31. Iulii.
Dionysius, & Privatus mart. in Phrygia. 20. Septembris.
Dionysius, Faustus, Cajus, Petrus, Paulus, & alii iv. mart. sub Decio. 3. Oct.
Dionysius Areopagita, Rusticus, & Eleutherius mart. Lutetiæ. 9. Octobr.
Dionysius Episcop. Alexandrinus Confessor sub Valeriano. 17. Novembris.
Dionysius mart. Heracleæ, supra cum Basso. 20. Novembris.
Dionysius Papa, Romæ. 26. Decembr
Dioscorides mart. Smyrnæ. 10. Maii
Dioscorides mart. supra cum Crescente. 28. Maii.
Dioscorus mart. in Ægypto sub Numeriano, infra cum Victorino. 25. Febr.
Dioscorus Lector mart. in Ægypto. 18. Maii.
Dioscorus puer Alexandrię sub Decio, infra cum Herone. 14. Decembris.
Doda virgo Rhemis, supra cum Bona. 24. Aprilis.
Dometius Monachus cum duobus Discipulis mart. Nisibi sub Iuliano. 7. Augusti.
Dominator Episcop. Brixiens. 5. Nov.
Dominica virg. & mart. in Campania sub Diocletiano. 6. Iulii.
Dominicus Abbas, Soræ. 22. Ianuarii.
Dominicus Calciatensis Conf. 12. Maii.
Dominicus Conf. Fundator Ordin. Prędicat. Bononiæ. 4. Augusti.
Ejusdem Translatio Bononiæ. 24. Maii.
Dominicus Loricatus. 14. Octobris.
Dominicus Episc. Brixiens. 20. Dec.
Dominicus, Victor, Primianus, Lybosus, Saturninus, Crescentius, Secundus, & Honoratus mart. in Africa. 29. Decembris.
Domitianus Abbas in Territorio Lugdunen. 1. Iulii.
Domitianus mart. Philadelphiæ, supra cum Cyrillo. 1. Augusti.
Domitianus Episc. Catalaunens. 9. Aug.
Domitianus Diaconus mart. Ancyræ, infra cum Eutychio. 28. Decembr.
Domitilla virgo, infra cum Flavia Domitilla. 7. Maii.
Domitius, Pelagia, Aquila. Eparchius, & Theodosia mart. 23. Martii.
Domitius mart. in Syria. 5. Julii.
Domitius Presb. Ambianens. 23. Octob.
Domna virg. & mart. Nicomediæ sub Diocletiano, infra cum Inde. 28. Dec.
Domnina, & socię virg. & mart. 14. Apr.
Domnina mart. in Lycia sub Diocletiano. 12. Octobris.
Domninus mart. infra cum Philemone. 21. Martii.
Domninus, Victor, & socii mart. Thessalonicæ. 30. Martii.
Domninus Conf. Ebreduni, infra cum Marcellino. 20. Aprilis.
Domninus mart. Thessalonicæ sub Maximiano. 1. Octobris.
Domninus mart. in Territorio Parmensi sub Maximiano. 9. Octobris.
Domninus, Theotimus, Philotheus, Silvanus, & socii mart. sub Maximino. 5. Novembris.
Domnio mart. Bergomi. 16. Iulii.
Domnio Episcopus Salonen. & milites octo mart. in Dalmatia. 21. Aprilis.
Domnio Presbyt. Romæ. 28. Decemb.
Domnolus Episc. Cenomanen. 16. Maii.
Domnus martyr in Mauritania, supra cum Daniele. 13. Octobris.
Domnus Episc. Viennens. 3. Novemb.
Donata mart. Carthagine, infra in Scillitan. mart. 17. Iulii.
Donata, Paulina, Rustica, Nominanda, Serotina, Hilaria, & sociæ mar.

Romæ

Romæ. 31. Decembris.
Donatianus, & Rogatianus mart. in Britannia sub Diocletiano. 24. Maii.
Donatianus Episcopus Catalaunensis. 7. Augusti.
Donatianus, Præsidius, Mansuetus, Germanus, Fusculus, & Lætus Episcopus, & mart. in Africa, sub Hunnerico. 6. Septembris.
Donatianus Episcopus Rhemensis. 14. Octobris.
Donatilla virg. mart. Tuburbi sub Valeriano, infra cum Maxima. 30. Julii.
Donatus, Sabinus, & Agapes martyr. 25. Januarii.
Donatus mart. Forosempronii, supra cum Aquilino. 4. Februarii.
Donatus Diaconus mart. in Africa, infra cum Primo. 9. Februarii.
Donatus, Secundianus, Romulus, & alii lxxxvj. mart. Concordiæ. 17. Feb.
Donatus, Justus, Herena, & socii mar. in Africa. 25. Februarii.
Donatus mart. infra cum Leone. 1. Mar.
Donatus martyr in Africa, infra cum Epiphanio. 7. Aprilis.
Donatus Episcop. Evoreæ. 30. April.
Donatus mart. Cæsareæ, infra cum Polyeucto. 21. Maii.
Donatus Episcopus Aretinus, & Hilarius Monachus mart. sub Juliano. 7. Augusti.
Donatus Presbyt. Sigisterici. 19. Aug.
Donatus mart. Antiochiæ, infra cum Restituto. 23. Augusti.
Donatus mart. Capuæ, infra cum Quinctio. 5. Septembris.
Donatus Monachus mart. Messanę, infra cum Placido. 5. Octobris.
Donatus Episc. Fesulan. 22. Octobris.
Donatus, Cassiope in Corcyra. 29 Oct.
Donatus mart. infra cum Hermogene. 12. Decembris.
Donatus mart. Alexandriæ, infra cum Mansueto. 30. Decembris.
Donvina mart. Ægeæ sub Diocletiano supra cum Claudio. 23. August.
Dorothea virg. & mart. Cæsareę. 6. Feb.
Dorothea virg. mart. Aquilejæ sub Nerone, infra cum Euphemia. 3. Sept.
Dorotheus mart. Tharsi, supra cum Castore. 28. Martii.
Dorotheus Tyrius Presb. & mart. sub Juliano. 5. Junii.
Dorotheus, & Gorgonius mart. Nicomedię sub Diocletiano. 9. Septemb.
Dorymedon mart. Synnadę sub Probo, infra cum Trophimo. 19. Septemb.
Droctoveus Abbas, Lutetię. 10. Martii.
Drogo Confess. Valencenis. 16. Aprilis.
Drusus, Zosimus, & Theodorus mart. Antiochiæ. 14. Decembris.
Drusus mart. Tripoli, infra cum Luciano. 24. Decembris.
Dula Ancilla mart. Nicomedię. 25. Mar.
Dulas mart. in Cilicia. 15. Junii.
Dunstanus Episc. Cantuariens. 19 Maii.
Duo Monachi mart. in Provincia Valeriæ. 14. Martii.
Duodecim Fratres mart. Beneventi. 1. Septembris.
Dympna virg. & mart. in Brabantia. 15. Maii.

E

Eadbertus Episcop. Lindisfarnen. 6. Maii.
Eadmundus, Angliæ Rex, & mar. 20. Novembris.
Ebrulphus Abbas, in pago Oxymensi. 29. Decembris.
Edilbertus Rex Cantiorum, in Aglia. 24. Februarii.
Edilburga virg. in Anglia. 7. Julii.
Ediltrudes virg. Regina Britanniæ. 23. Junii.
Edistius mart. Ravennæ. 12. Octobris.
Editha virg. in Anglia. 16. Septembr.
Edmundus Episc. Cantuariens. 16. Nov.
Eduardus Angliæ Rex. 5. Januarii, & 13. Octobris.
Eduardus Rex Britanniæ, & mart. 18. Martii.
Egbertus Presb. in Hibernia. 24. Apr.
Egdunius Presb. & vij. mart. Nicomediæ. 12. Martii.
Eleazarus mart. Lugduni, infra cum Minervo. 23. Augusti.
Eleazarus Comes, Parisiis. 27. Sept.
Elesbaan Rex Æthiopiæ. 27. Octobr.
Eleuchadius Episcopus Ravennæ. 14. Februarii.
Eleusippus mart. Lingonis sub M. Aurelio, infra cum Speusippo. 17. Januar.
Eleutherius Episcopus Constantinopolitan. & mart. 20. Februarii.
Eleutherius Episc. Tornacens. 20. Febr.
Eleutherius Episcopus Illyrici, & Anthia mart. Messanæ sub Adriano. 18. Aprilis.
Eleutherius Papa, & mart. Romæ. 26. Maii.
Eleutherius Conf. in Latio. 29. Maii.
Eleutherius mart. Constantinopoli sub Maximiano 4 Augusti.
Eleutherius, & Leonides mart. 8. Aug.
Eleutherius Episcopus Antissiodorens. 16. August.
Eleutherius Abbas, Romæ. 6. Septem.
Eleutherius miles mart. Nicomediæ, cum aliis innumeris sub Diocletiano. 2. Octobris.
Eleutherius, Diaconus mart. Lutetiæ, supra cum Dionysio. 9. Octob.
Elias, Jeremias, Esaias, Samuel, & Daniel mart. Cæsareæ sub Galerio Maximiano. 16. Februarii.
Elias Presb. Paulus, & Isidorus monachi mart. Cordubæ. 17. Aprilis.
Elias Episcopus Jerosolymitanus, infra cum Flaviano. 4. Julii.
Elias Propheta in Monte Carmelo. 20. Julii.
Elias Episcopus in Ægypto mart. sub Diocletiano in Palęstina, infra cum Peleo. 19. Septembris.
Eligius Episc. Noviomensis. 1. Dec.
Elipius mart. Colonię sub Juliano. 16. Octobris.
Elisabeth vidua Portugalliæ Regina, Ulyssipone. 4. & 8. Julii.
Elisabeth virg. Sconaugiæ. 18. Jun.
Elisabeth Mater B. Joannis Baptistæ, 5. Novembris.
Elisabeth vidua Marpurg. 19. Nov.
Eliseus Propheta, Samarię. 14. Junii.
Elphegus Episc. Cantuariens. & martyr. 19. Aprilis.
Elpidephorus mart. in Perside, supra cum Acindyno. 2. Novembris.
Elpidius Episcopus & mart. in Chersoneso, supra cum Basilio. 4. Martii.
Elpidius Confess. in Campania, infra cum Prisco. 1. Septembris.
Elpidius Episcop. Lugdunens. 2. Sept.
Elpidius Abbas, in Piceno. 2. Sept.
Elpidius, Marcellus, Eustochius, & socii mart. sub Juliano. 16. Novem.
Emerentiana virg. & mart. Romæ. 23. Januarii.
Emericus Hungarorum Regis filius. 4. Novembris.
Emerita virg. & mart. Romę sub Valeriano, supra cum Digna 22. Sept.
Emilas diaconus, & Jeremias martyr. Cordubæ. 15. Septembr.
Emmanuel mart. infra cum Quadrato. 26. Martii.
Emmelia, Cæsareæ, supra cum Basilio. 30. Maii.
Emmeranus Episcopus Ratisponens. & mart. 22. Septembris.
Emygdius Episcopus Asculan. martyr sub Diocletiano. 5. Augusti.
Encratis virg. & mart. Cęsaraugustæ. 16. Aprilis.
Engelbertus Episcopus Colonien. & mart. 7. Novembris.
Ennatha virg. & mart. Cæsareę sub Galerio Maximiano, supra cum Antonino. 13. Novembris.
Ennodius Episcopus Papiens. 17. Jul.
Eobanus mart. in Frisia, supra cum Bonifacio. 5. Junii.
Epaphras Episcopus Colossensis, & mart. 19. Julii.
Epaphroditus Episcopus Tarracinæ. 22. Martii.
Eparchius mart. supra cum Domitio. 23. Martii.

Eparchius Abbas Engolismens. 1. Jul.
Ephebus mart. Interamnæ, infra cum Proculo. 14. Februarii.
Ephisius mart. Caralis sub Diocletiano. 15. Januarii.
Ephræm diaconus, Edessæ. 1. Febr.
Ephræm Episc. & mart. in Chersoneso, supra cum Basilio. 4. Martii.
Epicharides mart. Romæ sub Diocletiano. 27. Septembris.
Epictetus, Jucundus, Secundus, Vitalis, Felix, & alii vij. mart. in Africa. 9. Januarii.
Epictetus mart. in Portu Romano, infra cum Martiale. 22. Augusti.
Epigmenius Presb. & mart. Romæ sub Diocletiano. 24. Martii.
Epimachus, & Alexander mart. Alexandriæ sub Decio. 12. Decembris. Idem Epimachus, infra cum Gordiano. 10. Maii.
Epiphana mart. sub Diocletiano apud Leontinos. 12. Julii.
Epiphania Domini. 6. Januarii.
Epiphanius Episcopus Papiensis. 21. Januarii.
Epiphanius Episcopus, Donatus, Rufinus, & alii xiij. mart. in Africa. 7. Aprilis.
Epiphanius Episc. Salaminę. 12. Maii.
Epipodius mart. Lugduni sub Antonino. 22. Aprilis.
Episcopi, & Presbyt. Confessores sub Constantio. 21. Maii.
Epistemis mart. Emesæ sub Decio, infra cum Galatione. 5. Novemb.
Epitacius Episcopus, & Basileus mart. in Hispania. 23. Maii.
Epolonius mart. Antiochię sub Decio, supra cum Babyla. 24. Januar.
Equitius Abbas in Provincia Valeriæ. 11. Augusti.
Erasma virg. & mart. Aquilejæ sub Nerone, infra cum Euphemia. 3. Sept.
Erasmus Episcopus, & mart. in Campania sub Diocletiano, & Maximiano. 2. Junii.
Erasmus mart. Antiochiæ. 25. Nov.
Erastus Episcopus Philippen. & mart. 26. Julii.
Erconvaldus Episcop. Londiniens. 30. Aprilis.
Ericus Rex Svetiæ, & mart. 18. Maii.
Erminus Episc. Laubiensis. 25. Aprilis.
Erutheides mart. in Cappadocia sub Diocletiano, supra cum Capitolina. 27. Octobris.
Erotis mart. 6. Octobris.
Esaias mart. Cæsareę sub Galerio Maximiano, supra cum Elia. 16. Febr.
Esaias Propheta mart. in Judæa. 6. Julii.
Esdras Propheta, infra cum Joele. 13. Julii.
Ethbinus Abbas, in Hibernia. 19. Oct.
Ethelvvoldus Episcopus Wintonien. 1. Augusti.
Evagrius Episc. Constantinopol. 6. Mar.
Evagrius, & Benignus mart. Tomis. 3. Aprilis.
Evagrius mart. in Ponto, infra cum Prisco. 1. Octobris.
Evagrius, Priscianus, & socii martyr. Romæ. 12. Octobris.
Evaristus mart. Cæsareę sub Diocletiano supra cum Carponio. 14. Octob.
Evaristus Papa, & mart. Romæ sub Hadriano. 26. Octobris.
Evaristus mart. in Creta sub Decio, infra cum Theodulo. 23. Decembris.
Evasius Episcopus Casalensis, & mart. 1. Decembris.
Evasius Episc. Brixiensis. 2. Decembr.
Eubulus mart. Cæsareæ sub Diocletiano. 7. Martii.
Eucarpius mart. infra cum Trophimo. 18. Martii.
Eucarpus mart. in Asia, supra cum Bardomiano. 25. Septembris.
Eucharius Episcopus Treviren. 8. Dec.
Eucherius Episcopus Aurelianen. 20. Februarii.
Eucherius Episcopus Lugdunens. 16. Novembris.
Eudocia mart. Heliopoli sub Trajano. 1. Martii.
Eudoxius, Zenon, Macarius, & socii 1104. Mart. Melitinæ sub Diocletiano. 5. Septembris.
Eudoxius mart. Sebaste sub Licinio, supra cum Catterio. 2. Novembris.
Evellius mart. sub Nerone. 11. Maii.
Eventius martyr supra cum x. & viij. mart. Cæsaraugustanis. 16. Aprilis.
Eventius Presbyt. & mart. Romæ sub Hadriano, supra cum Alexandro Papa. 3. Maii.
Evergislus Episcopus Colonien. & mar. 24. Octobris.
Eugendus Abbas in territorio Lugdun. 2. Januarii.
Eugenia virg. & mart. Romæ sub Gallieno. 25. Decembris.
Eugenianus mart. 8. Januarii.
Eugenius mart. in Africa, supra cum Aquilino. 4. Januarii.
Eugenius mart. Neocæsareę, infra cum Mardonio. 24. Januarii.
Eugenius Episcopus & mart. in Chersoneso, supra cum Basilio. 4. Martii.
Eugenius mart. in Syria, infra cum Paulo. 20. Martii.
Eugenius Episcopus & mart. in Africa, sub Hunnerico, infra cum Vindemiale. 2. Maii.
Eugenius Papa Romæ. 2. Junii.
Eugenius Episcopus Carthag. Salutaris, & Muritta diac. & alii mart. in Africa sub Hunnerico. 13. Julii.
Eugenius mart. Tibure, sub Adriano, infra cum Symphorosa. 18. Julii.
Eugenius mart. supra cum Apollonio. 23. Julii.
Eugenius mart. Romæ sub Gallieno, infra cum Lucilla. 29. Julii.
Eugenius mart. in Cappadocia, supra cum Cottido. 6. Septembris.
Eugenius mart. Damasci, infra cum Paulo. 25. Septembris.
Eugenius Episcopus Toletan. Confess. 23. Novembris.
Eugenius Episcopus Toletan. mart. in Territorio Parisiens. 15. Novembris.
Eugenius diac. Florentiæ. 17. Nov.
Eugenius mart. in Armenia, sub Diocletiano, infra cum Eustratio. 13. Decembris.
Eugenius, & Macarius Presb. & mart. in Arabia sub Juliano. 20. Decemb.
Eugenius Episcopus Mediolanens. 30. Decembris.
Eugraphus mart. Alexandriæ sub Galerio Maximiano, infra cum Menna. 10. Decembris.
Evilasius mart. Cyzici sub Maximiano, infra cum Fausta. 20. Septemb.
Eulalia virg. & mart. Barcinone sub Diocletiano. 12. Februarii.
Eulalia virg. & mart. Emeritæ sub Maximiano. 10. Decembris.
Eulampius, & Eulampia virgo, & alii cc. mart. Nicomediæ. 10. Octobris.
Eulogius diaconus mart. Tarracone, sub Gallieno, infra cum Fructuoso. 21. Januarii.
Eulogius Presb. & mart. Cordubæ. 11. Martii.
Eulogius Episcopus Edessæ. 5. Maii.
Eulogius, & socii mart. Constantinopoli. 3. Julii.
Eulogius Episcopus Alexandrinus. 13. Septembris.
Eumenus Episcopus Gortynæ. 18. Sep.
Eunicianus mart. in Creta sub Decio, infra cum Theodulo. 23. Decembr.
Eunomia mart. Augustæ, infra cum Hilaria. 12. Augusti.
Eunus mart. Alexandriæ, infra cum Juliano. 27. Februarii.
Eunus mart. infra cum Juliano. 30. Octobris.
Evodius, Hermogenes, & Callistus mart. Syracusis. 25. Aprilis.
Evodius Episcopus Antiochenus, & mart. 6. Maii.
Evodius mart. Nicęæ, infra cum Theodora. 2. Augusti.
Evodius, Hermogenes, & Callista mart. 2. Septembris.
Evodius Episcopus Rhotomagen. 8. Octobris.
Evortius Episcopus Aurelianen. 7. Sep.
Euphebius Episc. Neapolit. 23. Maii.
Euphe-

Exuperius mart. Viennæ, infra cum Severino. 19. Novembris.
Ezechiel Propheta, mart. in Babilonia. 10. Aprilis.

F

Fabianus Papa, & mart. Romæ sub Decio. 20. Ianuarii.
Fabianus mart. Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.
Fabius mart. Romæ sub Diocletiano, infra cum Maximo. 11. Maii.
Fabius mart. Cæsareæ. 31. Julii.
Fabricianus, & Philibertus mart. in Hispania. 22. Augusti.
Facundus, & Primitivus mart. in Gallæcia. 27. Novembris.
Faina virgo, & mart. Ancyræ, infra cum Theodoto. 18. Maii.
Fandila Presb. & mart. Cordubæ. 13. Junii.
Fantinus monachus, & Conf. Thessalonicæ. 30. Augusti.
Faro episcopus Meldensis. 28. Octob.
Faustinus episcopus Bononiens. 26. Februarii.
Faustinus, & Jovita mart. Brixiæ sub Hadriano. 15. Februarii.
Faustinus episcop. Brixiens. 16. Febr.
Faustinus, & alii xliv. mart. Romæ. 17. Februarii.
Faustinus, Timotheus, & Venustus mart. Romæ. 22. Maii.
Faustinus mart. Perusiæ sub Decio, infra cum Florentio. 5. Junii.
Faustinus mar. Romæ sub Diocletiano, infra cum Simplicio. 29. Julii.
Faustinus Confess. Tuderti. 29. Julii.
Faustinus, Lucius, Candidus, Cælianus, Marcus, Januarius, & Fortunatus mart. in Africa. 15. Decembr.
Fausta virgo, & Evilasius mart. Cyzici sub Maximiano. 20. Septemb.
Fausta mater S. Anastasiæ, Romæ. 19. Decembris.
Faustus, & alii xxiij. mart. Romæ. 24. Junii.
Faustus mart. sub Decio. 16. Julii.
Faustus mart. Romæ, supra cum Bono. 1. Augusti.
Faustus miles mart. Mediolani sub Commodo. 7. Augusti.
Faustus Presbyter, Macarius, & alii x. mart. Alexandriæ sub Decio. 6. Septembris.
Faustus mart. Antiochiæ, infra cum Timotheo. 8. Septembris.
Faustus mart. sub Decio, supra cum Dionysio. 3. Octobris.
Faustus mart. Alexandriæ sub Valeriano, supra cum Cajo. 4. Octob.
Faustus Monachus mart. Messanæ, infra cum Placido. 5. Octobris.
Faustus, Januarius, & Martialis mart. Cordubæ. 13. Octobr.
Faustus Diaconus Alexandrinus mart. sub Diocletiano. 19. Novemb.
Faustus Presbyt. Didius, & Ammonius, Phileas, Hesychius. Pachonius, & Theodorus Episcopi, Ægyptii, & alii mart. Alexandriæ sub Maximiano. 26. Novembris.
Febronia virgo, & mart. Sibapoli sub Diocletiano. 25. Junii.
Felices duo Episcopi, & mart. in Africa sub Valeriano, infra cum Nemesiano. 10. Septembris.
Felicianus episc. Fulginaten. & mart. sub Decio. 24. Januarii.
Felicianus, Philippianus, & alii cxxiv. mart. in Africa. 30. Januarii.
Felicianus mart. Romæ infra cum Fortunato. 2. Februarii.
Felicianus mart. Romæ sub Diocletiano, infra cum Primo. 9. Junii.
Felicianus miles mart. Massiliæ, infra cum Victore. 21. Julii.
Felicianus Episcopus & mart. apud Mindam. 20. Octobris.
Felicianus mart. in Lucania, infra cum Hyacintho. 29. Octobris.
Felicianus mart. Ravennæ sub Diocletiano, infra cum Valentino. 11. Novembris.
Felicianus mart. Viennæ, infra cum Severino. 19. Novembris.
Felicissima virgo, & mart. Faleriæ, infra cum Cratiliano. 12. Aug.
Felicissimus, Heraclius, & Paulinus mart. Tuderti. 26. Maii.
Felicissimus, & Felix mart. in Campania sub Diocletiano, supra cum Aristone. 2. Julii.
Felicissimus Diaconus mart. Romæ sub Valeriano, infra cum Xysto. 6. Augusti.
Felicissimus mart. in Africa sub Valeriano, infra cum Rogatiano. 26. Octobris.
Felicissimus mart. Perusiæ. 24. Nov.
Felicitas mart. Tuburbi sub Severo, infra cum Perpetua. 7. Martii.
Felicitas mart. in Africa, supra cum Cyrillo. 8. Martii.
Felicitas mart. Romæ sub Antonino. 23. Novembris.
Felicula mart. Romæ, infra cum Vitale. 14. Februarii.
Felicula virg. & mart. Romæ. 13. Junii.
Felinus, & Gratinianus mart. Perusiæ sub Decio. 1. Junii.
Felix Papa, & mart. Romæ sub Aureliano. 30. Maii.
Felix Secundus Papa, & mart. Romæ sub Constantio. 29. Julii.
Felix Papa, Romæ. 30. Januarii.
Felix Papa Tertius, Romæ. 25. Februarii.
Felix, & Januarius mart. Heracleæ. 7. Januarii.
Felix mart. in Africa, supra cum Epicteto. 9. Januarii.
Felix Presbyt. Nolanus. 14. Jan.
Felix, Symphronius, Hyppolitus, & socii mart. in Africa. 3. Febr.
Felix Episcopus Lugdunen. infra cum Lupicino. 3. Febr.
Felix mart. in Africa sub Dioclet. infra cum Saturnino. 11. Febr.
Felix mart. Adrumeti, infra cum Verulo. 21. Februarii.
Felix episcopus Metensis. 21. Febr.
Felix episcopus Brixiensis. 23. Febr.
Felix mart. infra cum Fortunato. 26. Februarii.
Felix, Luciolus, Fortunatus, Marcia, & socii mart. 3. Martii.
Felix mart. in Africa, supra cum Cyrillo. 8. Martii.
Felix episcopus in Anglia. 8. Mart.
Felix mart. Aquilejæ sub Numeriano, infra cum Hilario. 16. Martii.
Felix Diaconus mart. Gerundæ sub Diocletiano, infra cum Narcisso. 18. Martii.
Felix, & alii xx. mart. in Africa. 23. Martii.
Felix episc. Trevirensis. 26. Martii.
Felix mart. in Africa, infra cum Theodulo. 31. Martii.
Felix mart. supra in xviii. Mart. Cæsaraugustani. 16. Aprilis.
Felix mart. Alexandriæ, supra cum Aratore. 21. Aprilis.
Felix Presbyt. Fortunatus, & Achilleus Diaconi mart. Valentiæ in Gallia. 23. Aprilis.
Felix Diaconus mart. Hispali. 2. Maii.
Felix mart. Romæ sub Alexandro, supra cum Calepodio. 10. Maii.
Felix, & Gennadius mart. in Africa 16. Maii.
Felix episcopus Spoletan. & mart. sub Maximiano. 18. Maii.
Felix Ordinis Minorum Capucinorum. 18. Maii.
Felix mart. in Istria, infra cum Zoello. 24. Maii.
Felix mart. in Sardinia, supra cum Æmilio. 28. Maii.
Felix, & Fortunatus mart. Aquilejæ, sub Diocletiano. 11. Julii.
Felix Monachus, & mart. Cordubæ, supra cum Anastasio. 14. Junii.
Felix mart. Apolloniæ, infra cum Isauro. 17. Junii.
Felix Presbyt. & mart. Sutrii 23. Jun.
Felix mart. Romæ sub Antonino, infra in Septem fratres. 10. Julii.

H

He-

Heraclius, Paulus, Aquilinus, & alii duo mart. Novioduni. 17. Maii.
Herculanus episcop. Brixienf. 12. Aug.
Herculanus mart. in Portu Romano. 5. Septembris.
Herculanus Miles mart. Romę sub Antonino. 25. Septembris.
Herculanus episcopus Perusinus mart. sub Totila. 7. Novembris.
Ejusdem Translatio Perusiæ. 1. Mar.
Herena mart. in Africa supra cum Donato. 25. Februarii.
Herenia martyr in Africa, supra cum Cyrillo. 8. Martii.
Heribertus episcopus Colonien. 16. Martii.
Hermagoras episcopus Aquilejen. & Fortunatus Diaconus mart. 12. Jul.
Hermas Discipulus Beati Pauli, Romę. 9. Maii.
Hermas, Serapion, & Polyænus mar. Romæ. 18. Augusti.
Hermas Presb. mart. Myræ, infra cum Nicandro. 4. Novembris.
Hermelandus Abbas in Antro insula. 25. Martii.
Hermelus mart. Constantinopoli. 3. Augusti.
Hermengaudius episcopus Urgellenf. 3. Novembris.
Hermenegildus mart. Hispali. 13. Apr.
Hermes, Aggæus, & Cajus mart. Bononiæ sub Maximiano. 4. Januarii.
Hermes, & Adrianus mart. Massilię. 1. Martii.
Hermes mart. cum aliis pluribus, Romæ sub Aureliano Judice. 28. Aug.
Hermes mart. Hadrianopoli sub Juliano, infra cum Philippo. 22. Octob.
Hermes mart. in Africa, infra cum Publio. 2. Novembris.
Hermes Exorcista Rhætiariæ. 31. Decembris.
Hermias Miles mart. in Ponto sub Antonino. 31 Maii.
Hermippus mart. Nicomediæ sub Maximiano, infra cum Hermolao. 27. Julii.
Hermocrates martyr Nicomediæ sub Maximiano, infra cum Hermolao. 27. Julii.
Hermogenes mart. Antiochiæ, infra cum Petro, 17. Aprilis.
Hermogenes, Cajus, Expeditus, Aristonicus, Rufus, & Galatas mart. Melitinæ. 19. Aprilis.
Hermogenes mart. Syracusis, supra cum Evodio. 25. Aprilis, & 2. Septemb.
Hermogenes mart Alexandriæ sub Galerio Maximiano, infra cum Menna. 10. Decembris.
Hermogenes, Donatus, & alii xxij. mar. 12. Decembris.
Hermolaus Presb. Hermippus, & Hermocrates mart. Nicomediæ sub Maximiano. 27. Julii.
Hermylus, & Stratonicus mart. Singidoni sub Licinio. 13. Januarii.
Herodion, Asyncritus, & Phlegon Apostolorum Discipuli. 8. Aprilis.
Heron mart. Alexandriæ sub Severo, infra cum Plutarcho. 28. Julii.
Heron episcopus Antiochenus, & mar. 17. Octobris.
Heron, Arsenius, Isidorus, & Dioscorus puer mart. Alexandriæ sub Decio. 14. Decembris.
Heros mart. in Armenia sub Maximiano, infra cum Orentio. 24. Junii.
Herundo virg. Romæ, infra cum Redempta. 23. Julii.
Hesychius episcopus Carteriæ, infra cum Torquato. 15. Maii.
Hesychius mart. Dorostori. 15. Junii.
Hesychius mart. in Macedonia sub Trajano, infra cum Peregrino. 7. Julii.
Hesychius mart. supra cum Diomede. 2. Septembris.
Hesychius Confess. in Palæstina. 3. Octobris.
Hesychius mart. Melitinæ sub Diocletiano, infra cum Hierone. 7. Nov.
Hesychius Miles mart. Antiochiæ. 18. Novembris.
Hesychius episcopus Ægyptius, mart. Alexandriæ sub Maximiano, supra cum Fausto. 26. Novembris.
Hieron, Nicander, Hesychius, & alii xxx. mart. Melitinæ sub Diocletiano. 7. Novembris.
Hieronides, Leontius, Serapion, Selesius, Valerianus, & Straton martyr. Alexandriæ sub Maximino. 12. Sep.
Hieronymus Presb. Ecclesiæ Doctor, in Bethlehem. 30. Septembris.
Ejusdem Translatio, Romæ. 9. Maii.
Hierotheus discipulus B. Pauli, Athenis. 4. Octobris.
Hilaria, Digna, Euprepia, Eunomia, Quiriacus, Largio, Crescentianus, Nimmia, Juliana, & alii xx. mart. Augustæ. 12. Augusti.
Hilaria mart. Romæ sub Numeriano, supra cum Claudio. 3. Decembr.
Hilaria mart. Romæ, supra cum Donato. 31. Decembris.
Hilarinus Monachus mart. Aretii sub Juliano. 16. Julii, & supra cum Donato. 7. Augusti.
Hilarion mart. sub Trajano, infra cum Proclo. 12. Julii.
Hilarion Abbas in Cypro. 21. Octobr.
Hilarius episcopus Pictavien. 14. Jan.
Hilarius episcopus Aquilejen. Tatianus Diaconus, Felix, Largus, & Dionysius mart. sub Numeriano. 16. Martii.
Hilarius mart. Romæ, supra cum Demetrio. 9. Aprilis.
Hilarius episcopus Arelatensis. 5. Maii.
Hilarius mart. Seduni, supra cum Florentino. 27. Septembris.
Hilarius episcopus Gavalitanus. 25. Octobris.
Hilarius Diaconus mart. Viterbii sub Maximiano, infra cum Valentino. 3. Novembris.
Hilarius Papa Romæ. 10. Septembris.
Hildegardes virgo apud Bingiam. 17. Septembris.
Hiltrudes virg. in Hannonia. 27. Sept.
Himerius episcopus Ameriæ. 17. Junii
Hippolytus Presb. & mart. Antiochiæ. 30. Januarii.
Hippolytus mart. in Africa, supra cum Felice. 3. Februarii.
Hippolytus, Concordia, & alii xix. mart. Romæ sub Valeriano. 13. Aug.
Hippolytus episcopus Portuensis mart. Romæ sub Alexandro. 22. Augusti.
Hippolytus Presb. infra cum Pontiano Papa. 19 Novembris.
Hippolytus mart Romæ sub Valeriano, supra cum Eusebio. 2. Decemb.
Hirenarchus, Acacius Presb. & septem Mulieres mart. Sebaste sub Diocletiano. 27. Novembr.
Homobonus Conf. Cremonæ. 13. Nov.
Honorata virg Papiæ. 11. Januar.
Honoratus episcopus Arelaten. 16. Januarii.
Honoratus Abbas, Fundis. 16. Januar.
Honoratus episcopus Mediolanen. 8. Februarii.
Honoratus episcopus Ambian. 16. Maii.
Honoratus episcopus Vercellen. 28. Octobris.
Honoratus mart. Ostiæ, supra cum Demetrio. 22. Decembris.
Honoratus mart. in Africa, supra cum Dominico. 29. Decembris.
Honorius episcopus Brixien. 24. Apr.
Honorius episcopus in Anglia. 30. Septembris.
Honorius mart. Ostiæ, supra cum Demetrio. 21. Novembris.
Honorius, Eutychius, & Stephanus mart. in Hispania. 21. Novembris.
Honorius mart. Alexandrię, infra cum Mansueto. 30. Decembris.
Hormisda Papa Romę. 6 Augusti.
Hormisda mart. in Persia sub Sapore. 8. Augusti.
Horres mart. Nicææ, infra cum Theusera. 13. Martii.
Hortulanus episcopus, & Confess. in Africa, infra cum Valeriano. 28. Novembris.
Hospitius Confess. Niciæ. 21. Maii.
Hubertus episcopus Tungrensis. 3. Novembris.

Hugo

Iu-

Iuliana vidua, Bononię. 7. Februarii.
Iuliana mart. in Paphlagonia, supra cum Alexandro. 20. Martii.
Iuliana martyr, Augustæ, supra cum Hilaria. 12. Augusti.
Iuliana mart. Ptolemaide sub Valeriano, infra cum Paulo. 17. Augusti.
Iuliana mart. Myræ, infra cum Leone 18. Augusti.
Iuliana mart. Tarsi sub Maximiano, supra cum Cyrenia. 1. Novemb.
Iulianæ virg. & mart. Nicomediæ, sub Maximiano: Translatio Cumas. 16. Februarii.
Iulianus mart. 7. Januarii.
Iulianus mart. Bellovaci, infra cum Luciano. 8. Januarii.
Iulianus, Basilissa, Antonius, Anastasius, Celsus, Marcionilla, & alii mar. Antiochiæ sub Diocletiano. 9. Jan.
Iulianus Saba Senior in Syria. 14. Jan.
Iulianus mart. Sorę sub Antonino. 27. Januarii.
Iulianus mart. in Africa, supra cum Dativo. 27. Januarii.
Iulianus Episc. Cenomanens. 27. Jan.
Iulianus Episcopus Conchen. 28. Jan.
Iulianus mart Carthagine, infra cum Modesto. 12 Februarii.
Iulianus mart. Lugduni. 13 Febr.
Iulianus mart. cum quinque millibus in Ægypto. 16. Februarii.
Iulianus mart. Cæsareę. 17. Febr.
Iulianus mart. in Africa, infra cum Publio. 19. Febr.
Iulianus mart. in Africa sub Valeriano, infra cum Montano. 24. Febr.
Iulianus, & Funus mart. Alexandrię. 27. Februarii.
Iulianus Episcopus Toletan. 8. Martii.
Iulianus mart. Anazarbi. 16. Martii.
Iulianus Confess. Cæsareæ. 23. Martii.
Iulianus martyr in Africa, infra cum Quintiano. 23. Maii.
Iulianus mart. Perusiæ sub Decio, supra cum Florentio. 5. Junii.
Iulianus monachus, Edessæ. 9. Junii.
Iulianus mart. Tibure sub Hadriano, infra cum Symphorosa. 18. Julii.
Iulianus mart. Damasci, infra cum Sabino. 20. Iulii.
Iulianus mart. Romę, infra cum Petro. 7. Augusti.
Iulianus, Marcianus, & alii octo mar. Constantinopoli sub Leone Imperatore. 9. Augusti.
Iulianus mart. in Syria, infra cum Macario. 12. Augusti.
Iulianus mart. in Syria. 25 Augusti.
Iulianus mart. Brivate sub Diocletiano. 28 Augusti.
Iulianus mart. supra cum Diomede. 2. Septembris.
Iulianus mart. sub Maximiano, infra cum Theodoro. 4. Septembris.
Iulianus mart. sub Licinio, infra cum Macrobio. 13. Septembris.
Iulianus Eremita in Mesopotamia. 18. Octobris.
Iulianus, Eonus, Macarius, & alii tredecim mart. Alexandriæ sub Decio. 30. Octobr.
Iulianus Presb. mart. Tarracinæ, supra cum Cæsario. 1. Novemb.
Iulianus Episcopus Apameæ. 9. Decem.
Iulitta virg. & mart. Ancyræ, infra cum Theodoto. 18. Maii.
Iulitta mart. Tarsi sub Diocletiano, infra cum Quirico. 16 Junii.
Iulitta mart. Cæsareę. 30. Julii.
Iulius mart. in Africa, infra cum Paulo. 19. Januarii.
Iulius Presbyt. in Provincia Mediolan. 31. Januarii.
Iulius Papa, Romæ. 12. Aprilis.
Iulius mart. Dorostori, sub Alexandro. 27. Maii.
Iulius, & Aaron mart. in Britannia sub Dioclet. 1. Julii.
Iulius Senator martyr, Romæ sub Commodo. 19. Augusti.
Iulius mart. Nicomediæ, supra cum Ambico. 3. Decembris.
Iulius, Potamia, Crispinus, Felix, Gratus, & alii vij. mart. Thaguræ. 5. Decembr.
Iulius mart. Geldubę. 20. Decembris.
Ivo Presb. in Britannia. 9 Maii.
Iusta, Iustina, & Henedina mart. in Sardinia. 14. Maii.
Iusta mart. Carthagine, supra cum Catulino. 15. Julii.
Iusta, & Rufina virg. & mart. Hispali. 19. Julii.
Iustina mart. in Sardinia, supra cum Justa. 14. Maii.
Iustina mart. Muguntiæ, supra cum Aureo. 16. Junii.
Iustina virgo & mart. Nicomediæ sub Diocletiano, supra cum Cypriano. 26. Septembris.
Iustina virgo, & mart. Patavii. 7. Octobris.
Iustina virgo, & martyr. 30. Novembris.
Iustinus Philosophus martyr, Romæ sub Antonino 13. Aprilis.
Iustinus mart. Tibure sub Adriano, infra cum Symphorosa. 18. Julii.
Iustinus mart. in Territorio Parisiensi. 1. Augusti.
Iustinus Presbyt. & mart. Romæ sub Claudio. 17. Septembris.
Iustinus martyr Treviris sub Diocletiano, infra cum Maxentio. 12. Decembris.
Iustinus martyr in Africa, supra cum Donato. 25. Februarii.
Iustus mart. Romæ infra cum Macario. 28. Februarii.
Iustus Episcopus Urgellen. 28. Maii.
Iustus martyr in Campania sub Diocletiano, supra cum Aristone. 2. Julii.
Iustus miles martyr, Romæ. 14 Julii.
Iustus mart Trecis sub Aureliano, supra cum Claudio. 21. Julii.
Iustus, & Pastor mart. Compluti. 6. Augusti.
Iustus Episcopus Lugdunens. 2. Septembris.
Iustus mart. Belvacensis sub Diocletiano. 18. Octobris.
Iustus mart. Tergeste sub Diocletiano. 2. Novembris.
Iustus Episcopus in Anglia. 10. Novembris.
Iustus, & Abundius mart. sub Numeriano. 14. Decembris.
Iuvenalis Episcopus Narniensis. 3. Maii.
Iuvenalis mart. 7. Maii.
Iuventius, & Maximus martyr. Antiochiæ sub Juliano. 25. Januarii.
Iuventius Episcopus Papiensis. 8. Februarii, & infra cum Syro. 12. Septembris.
Iuventius mart. Romæ. 1. Junii.

L

Ladislaus Rex Hungariæ. 27 Junii.
Lætantius mart. Carthagine, infra in Scilitan. mart. 17. Julii.
Lætus mart in Hispania, infra cum Vincentio. 1. Septembris.
Lætus Episcopus, & mart. in Africa sub Hunnerico supra cum Donatiano. 6. Septembris.
Lætus Presbyt. Aurelianensis. 5. Novembris.
Lambertus Episcopus Lugdunensis. 14. Aprilis.
Lambertus martyr Cæsaraugustæ. 16. Aprilis.
Lambertus Episcopus Trajectensis, & mart. 17. Septembris.
Landelinus Abbas Valeneenis. 15. Junii.
Landoaldus Presbyt. & Amantius Diaconus Gandavi. 19. Martii.
Largio mart. Augustæ, supra cum Hilaria. 12. Augusti.
Largus mart. Romæ sub Maximiano, supra cum Cyriaco. 16. Martii, & 8. Augusti.
Largus martyr, Aquilejæ sub Numeriano, supra cum Hilario, 16. Martii.
Latinus Episcopus Bricien. 24. Martii.
Latro cum Christo Crucifixus. 25. Martii.
Latrones vij. mart. 29. Aprilis.
Laurentia mart. Anconæ sub Diocletiano, infra cum Palatiate. 8. Octobris.

Lu-

M

Mala-

Malachias Episcopus Connertensis. 3. Novembris.
Malchus martyr, Cæsareæ sub Valeriano, infra cum Prisco. 28. Martii.
Malchus, Ephesi, infra in Septem. Dormientes. 27. Julii.
Malcus Monachus, Maroniæ. 21. Octobris.
Mamans mart. Cæsareæ, sub Aureliano. 17. Augusti.
Mamelta mart. in Persìde. 17. Octobris.
Mambertus Episcopus Viennensis. 11. Maii.
Mamilianus mart. Romæ. 12. Martii.
Mamillus martyr in Africa, supra cum Cyrillo. 8. Martii.
Manahes Herodis Collactaneus, Antiochiæ. 24. Maii.
Mancius mart. in Lusit. 15. Maii.
Mandal mart. Romę sub Aureliano, supra cum Basilide. 10. Junii.
Manea martyr in Ponto, infra cum Marcellino. 27. Augusti.
Mansuetus Episcopus Mediolanensis. 19. Februarii.
Mansuetus Episcopus Tullensis. 3. Septembris.
Mansuetus Episc. & mart. in Africa sub Hunnerico, supra cum Donatiano. 6. Septembris.
Mansuetus Episcop. & mart. in Africa sub Genserico, infra cum Papiniano. 28. Novembris.
Mansuetus, Severus, Appianus, Donatus, Honorius, & socii martyr. Alexandr. 30. Decembris.
Manuel, Sabel, & Ismahel mart. Chalcedone sub Juliano. 17. Junii.
Mappalicus martyr, in Africa cum aliis plurimis. 17. Aprilis.
Maprilis mart. in Portu Romano, infra cum Martiale. 22. Augusti.
Marana, & Cyra, Beroeæ. 31. Januarii.
Marcella Vidua, Romę. 31. Januarii.
Marcella martyr, Alexandriæ sub Severo, infra cum Plutarcho. 28. Julii.
Marcellianus mart. Romæ sub Diocletiano, infra cum Marco. 18. Junii.
Marcellianus martyr in Tuscia sub Decio, infra cum Secundiano. 9. Augusti.
Marcellina virg. Mediolani. 17. Julii.
Marcellinus Puer mart. Tomis sub Licinio, supra cum Argeo. 2. Januar.
Marcellinus Episcopus Anconit. 9. Januarii.
Marcellinus martyr, Carthagine. 6. Apr.
Marcellinus Episcopus Ebredunens. & Vincentius, & Domninus ejus socii. 20. Aprilis.
Marcellinus Papa, Claudius, Cyrinus, & Antoninus, & xvij. millia martyr. Romæ, sub Maximiano. 26. Aprilis.
Marcellinus Presbyt. & Petrus Exorcista mart. Romæ sub Diocletiano. 2. Junii.
Marcellinus mart. Perusiæ sub Decio, supra cum Florentio. 5. Junii.
Marcellinus Presb. Daventriæ. 14. Julii.
Marcellinus, Tribunus, Mannea, Joannes, Serapion, & Petrus mart. in Ponto. 27. Augusti.
Marcellinus Episcopus Ravennæ. 5. Octobris.
Marcellus Papa, & mart. Romæ sub Maxentio. 16. Januarii.
Marcellus mart. in Africa, infra cum Publio. 19. Februarii.
Marcellus Episcopus Diensis. 9. April.
Marcellus, & Anastasius mart. Argentomachi. 29. Junii.
Marcellus Episcopus Apameæ, & mar. 14. Augusti.
Marcellus mart. Cabilone sub Antonino. 4. Septembris.
Marcellus Episcopus Treviren. & mar. 4. Septembris.
Marcellus, Castus, Æmilius, & Saturninus mart. Capuæ. 6. Octobris.
Marcellus, & Apulejus mart. Romæ. 7. Octobris.
Marcellus Centurio mart. in Mauritania. 30. Octobris.
Marcellus Episcopus Parisiensis. 1. Novembr.
Marcellus martyr sub Juliano, supra cum Elpidio. 16. Novembris.
Marcellus Presbyter martyr, Nicomediæ, sub Constantio. 26. Novembr.
Marcellus Diaconus mart. Romæ sub Valeriano, supra cum Eusebio. 2. Decembris.
Marcellus Abbas, Constantinopoli. 29. Decembris.
Marcellus Diaconus mart. Spoleti sub Maximiano, infra cum Sabino. 30. Decembris.
Marcia mart. supra cum Felice. 3. Mar.
Marcia mart. Cæsareæ, infra cum Zenaide. 5. Julii.
Marcia martyr in Campania sub Diocletiano, supra cum Aristone. 2. Jul.
Marciana virgo, & mart. in Mauritania. 9. Januarii.
Marciana mart. infra cum Susanna. 24. Maii.
Marciana virgo, & mart. Toleti. 12. Julii.
Marcianus martyr in Africa, supra cum Aquilino. 4. Januarii.
Marcianus Presb. Constantinopoli. 10. Januarii.
Marcianus Episcopus Terdonensis, & mart. 6. Martii.
Marcianus mart. Romæ, infra cum Petro. 26. Martii.
Marcianus, Nicanor, Apollonius, & alii mar. in Ægypto sub Galerio Maximiano. 5. Junii.
Marcianus martyr in Africa supra cum Fortunato. 17. Aprilis.
Marcianus Presb. Antisiodorens. 20. Aprilis.
Marcianus Episcopus Ravennæ. 22. Maii.
Marcianus Episcopus Siracusanus, & mart. 14. Junii.
Marcianus mart. Venafri sub Maximiano, infra cum Nicandro. 17. Junii.
Marcianus martyr, Iconii. 11. Julii.
Marcianus mart. Constantinopoli sub Leone, supra cum Juliano. 9. Aug.
Marcianus mart. Romę sub Diocletiano, supra cum Abundio. 16. Sept.
Marcianus mart. in Ægypto, infra cum Marco. 4. Octobris.
Marcianus cantor mart. Constantinopoli sub Constantio, infra cum Martyrio. 25. Octobris.
Marcianus Confess. in Syria. 2. Nov.
Marcionilla mart. Antiochiæ sub Diocletiano, supra cum Juliano. 9. Jan.
Marcus solitarius in Campania. 24. Octobris.
Marcus martyr, Nicææ, infra cum Theusetа. 13. Martii.
Marcus mart. Surrenti, infra cum Quinctо. 19. Martii.
Marcus, & Timotheus martyr. Romæ sub Anton. 24. Martii.
Marcus Evangelista mart. Alexandriæ sub Nerone. 25. Aprilis.
Ejusdem Translatio, Venetiis. 31. Januarii.
Marcus Episcopus Arinæ martyr sub Domitiano. 28. Aprilis.
Marcus, & Marcellianus mart. Romæ sub Dioclet. 18. Junii.
Marcus, Mucianus, & Paulus mart. 3. Julii.
Marcus mart. infra cum Robustiano. 31. Augusti.
Marcus Confessor in Campania, infra cum Prisco. 1. Septembris.
Marcus Episcopus Bibli. 27. Septembris.
Marcus, Alphius, Alexander, Zosimus, Nicon, Neon, Heliodorus, & xxx. milites mart. Antiochiæ. 28. Septembris.
Marcus, Marcianus, & alii martyr. in Ægypto. 4. Octobris.
Marcus Papa Romæ. 7. Octobris.
Marcus Episcopus Jerosolym. mart. sub Antonino. 22. Octobris.
Marcus miles mart. Romæ infra cum Theodosio. 25. Octobris.
Marcus martyr, in Africa, infra cum Rufi-

Cen-

Luciano, 8. Januarii.
Maximianus Episcopus Ravennæ. 21. Februarii.
Maximianus Episcopus Syracusanus. 9. Junii.
Maximianus Ephesi, infra in Septem Dormientes. 27. Julii.
Maximianus mart. supra cum Bonoso. 21. Augusti.
Maximianus Episcopus Bagajensis. 3. Octobris.
Maximianus Episcopus Lauracensis. 12. Octobris.
Maximilianus Episcopus, & mart. 29. Octobris.
Maximilianus Epis. Trevirensis. 29. Maii.
Maximinus Episcopus Aquensis. 8. Jun.
Maximinus Confessor Aurelianensis. 15. Decembris.
Maximus Episcopus Papiensis. 8. Jan.
Maximus Episcopus Nolanus. 15. Jan.
Maximus mart. Antiochiæ sub Juliano, supra cum Juventino. 25. Januarii.
Maximus, Claudius, Præpedigna, Alexander, & Cutias, mar. Ostiæ sub Diocletiano. 18. Februarii.
Maximus martyr in Africa supra cum Lucio. 18. Februarii.
Maximus, Quinctilianus, & Dadas martyr sub Diocletiano. 13. Aprilis.
Maximus mart. Romæ sub Alexandro, infra cum Tiburtio. 14. April.
Maximus, & Olympiades mart. Cordubæ, sub Decio. 15. Aprilis.
Maximus mart. Ephesi sub Decio. 30. Aprilis.
Maximus Episcopus Jerosolymitanus, sub Maximiano Galerio. 5. Maij.
Maximus, Bassus, & Fabius mart. Romæ sub Diocletiano. 11. Maii.
Maximus mart. Arvernis, supra cum Cassio 15. Maii.
Maximus Episc. Veronensis. 29. Maii.
Maximus Episcopus Taurinensis. 25. Junii.
Maximus mart. Damasci, infra cum Sabino 20. Julii.
Maximus Episcopus Patavinus. 2. Aug.
Maximus Monachus Constantinopoli, duo Anastasii, & alii plures mart. sub Constante. 13. Augusti.
Maximus puer martyr, Carthagine sub Hunnerico, supra cum Liberato. 17. Augusti.
Maximus mart. in Illyrico, supra cum Floro. 18. Augusti
Maximus B. Martini Discipulus. 20. Augusti.
Maximus Presbyter, & mart. Ostiæ sub Alexandro, infra cum Quiriaco. 23. Augusti.
Maximus mart. supra cum Magno. 4. Septembris.
Maximus, Theodorus, & Asclepiodotus mart. Adrianopoli sub Maximiano. 15. Septembris.
Maximus mart. Damasci, infra cum Paulo. 25. Septembris.
Maximus martyr, sub Decio. 28. Septembris.
Maximus Levita, & mart. apud Aquilam in Vestinis. 20. Octobris.
Maximus martyr, Apameæ sub Diocletiano. 20. Octobris.
Maximus Episcopus Moguntinus sub Constantio. 18. Novembris.
Maximus Presb. martyr, Romæ sub Valeriano. 19. Novembris.
Maximus Episcopus Regien. in Gallia. 27. Novembris.
Maximus mart. Romę sub Valeriano supra cum Eusebio. 2. Decembris.
Maximus Episcopus Alexandrinus. 27. Decembris.
Medardus Episcopus Noviomensis. 8. Junii.
Meinardus Eremita, & mart. in Monasterio Augiensi. 21. Januarii.
Medericus Presb. Lutetiæ. 29. August.
Melania junior, & Pinianus, Jerosolymis. 31. Decembris.
Melanius Episcopus Rhedonensis. 6. Januarii.
Melanius Episcopus Rhotomagens. 22. Octobris.
Melas Episcopus Rhinocoluræ sub Valente. 16. Januarii.
Melasippus, Antonius, & Carina mart. Ancyræ sub Juliano. 7. Novembr.
Melchiades Papa Romæ. 10 Decemb.
Meletius Episc. Antiochenus. 12. Febr.
Meletius Dux, & socii cclij. martyr. 24. Maii.
Meletius Episcopus in Cypro. 21. Septembris.
Meletius Episcopus in Ponto. 4. Decembris.
Meleusippus martyr, Lingonis sub M. Aurelio infra cum Speusippo. 17. Januarii.
Melitina martyr Marcianopoli sub Antonino. 15. Septembris.
Mellitus Episcopus in Anglia. 24. Apr.
Memmius Episcopus Catalaunensis. 5. Augusti.
Memnon Centurio mart. infra cum Severo. 20. Augusti.
Menalippus martyr, supra cum Diomede. 2. Septembris.
Menander mart. Prusæ, infra cum Patritio. 28. Aprilis.
Menander martyr Philadelphiæ, supra cum Cyrillo. 1. Augusti.
Menedemus mart. Constantinopoli sub Valente, infra cum Urbano. 5. Septembris.
Meneleus Abbas in Territorio Arvernen. 22. Julii.
Meneus, & Capito mart. 24. Julii.
Menignus Fullo martyr sub Decio. 15. Martii.
Mennas Episcopus Constantinopolitanus. 25. Augusti.
Mennas Ægyptius miles mart. in Phrygia sub Diocletiano. 11. Novemb.
Mennas solitarius, Samnii. 11 Nov.
Mennas, Hermogenes, & Eugraphus mart. Alexandriæ sub Galerio Maximiano. 10. Decembris.
Menodora, Metrodora, & Nymphodora virg. & mart. in Bithynia sub Maximiano. 10. Septembris.
Mercuria martyr Alexandriæ sub Decio, supra cum Ammonaria. 12. Dec.
Mercurialis Episcopus. 23. Maii.
Mercurius miles mart. Cæsareæ sub Decio. 25. Novembris.
Mercurius, & socii milites mart. in Sicilia sub Licinio. 10. Decembr.
Merulus Monachus Romæ, supra cum Antonio. 17. Januarii.
Metellus mart. Neocæsareæ, supra cum Mardonio. 24 Januarii.
Methodius Episcopus in Moravia. 9. Martii.
Methodius Episcopus Constantinopolitan. 14. Junii.
Methodius Episc. Tiri martyr in Chalcide sub Diocletiano. 18 Septembr.
Metranus martyr Alexandriæ sub Decio. 31. Januarii.
Metrobius mart. Tripoli, supra cum Luciano. 24 Decembris.
Metrodora virgo, & mart. in Bithynia sub Maximiano, supra cum Menodora. 10. Septembris.
Metrophanes Episcopus Constantinopolit. 4. Junii.
Meuris, & Thæa mart. in Palæstina. 19. Decembris.
Michæas Propheta in Judęa. 15. Jan.
Michael Episcopus Synnadæ. 23. Maii.
Michaelis Archangeli Apparitio in Monte Gargano. 8. Maii.
Ejusdem Dedicatio ibidem. 29. Septembris.
Migdonius, & Mardonius mart. Nicomediæ sub Dioclet. 13 Decembris.
Milburges virgo in Anglia. 23. Febr.
Miles Episcopus mart. sub Sapore in Perside 22. Aprilis.
Minervinus mart Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.
Minervus, & Eleazarus cum filiis octo mart. Lugduni. 23. Augusti.
Minias miles mart. Florentiæ sub Decio. 25. Octobris.
Mirocles Episcopus Mediolan. 3. Dec.
Misael in Babylonia, supra cum Anania. 26. Decembris.
Mitrius mart. Aquis. 13. Novembris
Modesta mart. Nicomedię, supra cum

N

O

P

Maximiano, supra cum Orentio. 24. Junii.
Philadelphus mart. in Sicilia, supra cum Alphio. 10. Maii.
Philadelphus mart. supra cum Diomede. 2. Septembris.
Philæas Episcopus Thmueos, & Philoromus tribunus mart. cum innumeris aliis sub Diocletiano. 4. Febr.
Philappianus mart. in Africa supra cum Feliciano. 30. Januarii.
Philastrius Episcopus Brixiensis. 18. Julii.
Phileas Episcopus Ægyptius mart. Alexandriæ sub Maximiano, supra cum Fausto. 26. Novembris.
Philemon, & Apollonius mart. Antinoi. 8. Martii.
Philemon, & Domninus mart. 21. Mar.
Philemon, & Apphias mart. Colossis, sub Nerone. 22. Novembris.
Philetus Senator, Lydia, Macedon, Theoprepides, Amphilochius, & Cronidas mart. 27. Martii.
Philibertus Abbas in Herio insula. 20. Augusti.
Philibertus mart. in Hispania sup. cum Fabriciano. 22. Augusti.
Philippa mart. Perge sub Antonino, infra cum Theodoro. 20. Septembr.
Philippus Episcopus Gortynæ sub M. Antonino. 11. Aprilis.
Philippus, & Jacobus Apostoli mart. Hierapoli, & Jerosolymis. 1. Maii.
Philippus Argyrio in Sicilia. 12. Maii.
Philippus Nerius Congregationis Oratorii Fundator Romæ. 26. Maii.
Philippus Diaconus de vij. Cæsareæ. 6. Junii.
Philippus mart. Romæ sub Antonino infra in Septem fratres. 10. Iulii.
Philippus, Zeno, Narseus, & decem infantes mart. Alexandriæ. 15. Julii.
Philippus mart. Nicomediæ infra cum Stratone. 17. Augusti.
Philippus Benitius Ordinis Servorum B Mariæ. 23. Augusti.
Philippus mart. supra cum Diomede. 2. Septembris.
Philippus mart. Alexandriæ. 13. Sept.
Philippus Episcopus Severus Presbyt. Eusebius, & Hermes mart. Hadrianopoli sub Juliano. 22. Octobris.
Philippus Episc. Firmii, & mart. 22 Oct.
Philo, & Agathopodes Diaconi Antiochiæ. 25. Aprilis.
Philogonius Episcopus Antiochenus. 20. Decembris.
Philologus, & Patrobas beati Pauli discipuli. 4. Novembris.
Philomena virgo Septempedana. 5. Iul.
Philomenus mart. Heracleæ supra cum Clementino. 14. Novembris.
Philomenus mart. Ancyræ sub Aureliano. 29. Novembris.
Philomilla beati Pauli Discipula Tarsi, infra cum Zenaide. 11. Octobr.
Philoromus Tribunus militum mart. in Ægypto sub Dioclet. supra cum Philæa. 4. Februarii.
Philoterus mart. Nicomediæ sub Diocletiano. 19. Maii.
Philotheus martyr, sub Maximino supra cum Domnino. 5. Novembr.
Phlegon Apostolorum Discipulus supra cum Herodione. 8. Aprilis.
Phocas martyr Antiochiæ. 5. Martii.
Phocas Episcopus Synope mart. sub Trajano. 14. Julii.
Phœbe Corinthi. 3. Septembris.
Photides mart. infra cum Photina. 20. Martii.
Photina, Joseph, Victor, Sebastianus, Anatolinus, Photius, Photides, Parasceves, & Cyriaca mart. 20. Mar.
Photinus Episcopus Lugdunen. Sanctus Diaconus, Vetius, Epagathus, Maturus, Ponticus, Biblides, Attalus, Alexander, Blandina, & alii mart. sub Marco Aurelio Antonino. 2. Junii.
Photinus mart. Nicomediæ sub Diocletiano, supra cum Aniceto. 12. Augusti.
Photius mart. supra cum Archelao. 4. Martii.
Photius mart. supra cum Photina. 20. Martii.
Pia mart. in Africa, supra cum Paulo. 19. Januarii.
Piaton Presb. & mart. Tornaci sub Maximiano. 1. Octobris.
Pientia virgo, & mart. in Pago Vilcassino, supra cum Nicasio. 11. Oct.
Picrius Presb. Alexandrinus sub Diocletiano. 4. Novembris.
Pigmenius mart. Romæ sub Juliano. 24. Martii.
Pinianus Ierosolymis supra cum Melania. 31. Decembris.
Pinytus Episcopus Gnossiæ sub Antonino. 10. Octobris.
Pionius Presbyt. & mart. Smyrnæ cum aliis xv. sub Decio. 1. Februar.
Piperion mart. Alexandriæ, supra cum Candido. 11. Martii.
Pirminus Episcopus Meldensis. 3 Nov.
Pius Papa, & mart. Romæ sub Marco Aurelio Antonino. 11. Jul.
Placidia virgo Veronæ. 11. Octobr.
Placidus Monachus, Eutychius, Victorinus, Flavia virgo, Donatus, Firmatus Diaconus, Faustus, & alii triginta Monachi mart. Messanæ. 5. Oct.
Placidus mart. supra cum Anastasio. 11. Octobris.
Plato Monachus Constantinopoli. 4. Aprilis.
Plato mart. Ancyræ. 22. Julii.
Platonides, & alii duo mart. Ascalone. 6. Aprilis.
Plautilla, Romæ. 20. Maii.
Plautus mart. in Thracia, supra cum Eutychio. 29. Septembris.
Plutarchus, Serenus, Heraclides, Heron, Serenus, Rhais Potamiena, & Marcella mart. Alexandriæ sub Severo. 28. Junii.
Podius Episcopus Florentinus. 28. Maii.
Pœmon Anacoreta in Thebaide. 27. Augusti.
Polius Diaconus martyr in Mauritania, infra cum Timotheo. 21. Maii.
Pollio mart. in Pannonia sub Diocletiano. 28. Aprilis.
Polyanus Episcopus & mart. in Africa sub Valeriano supra cum Nemesiano. 10. Septembris.
Polynæus mart. Romæ, supra cum Herma. 18. Augusti.
Polynæus mart. Prusæ, supra cum Patritio. 28. Aprilis.
Polycarpus Episcopus Smyrnen. mart. sub Marco Aurelio Antonino cum aliis duodecim. 26. Januarii.
Polycarpus Presb. Romæ. 23. Febr.
Polycarpus, & Theodorus mart. Antiochiæ. 7. Decembris.
Polychronius Episcopus Babylonius mart. in Perside sub Decio. 17. Feb.
Polychronius Presb. & mart. sub Constantio. 6. Decembris.
Polyeuctus mart. Melitinæ sub Decio. 13. Februarii.
Polyeuctus, Victorius, & Donatus mar. Cæsareæ. 21. Maii.
Polyxena Apostolorum discipula, in Hispania, infra cum Xantippa. 23. Septembris.
Pompejus mart. in Africa sub Decio, supra cum Terentio. 10. April.
Pompejus martyr in Macedonia sub Trajano, supra cum Peregrino. 7. Julii.
Pompejus Episcopus Papiensis. 14. Decembris.
Pomponius Episcopus Neapolitanus. 14. Maii.
Pomposa virgo, & mart. Cordubæ. 19. Septembris.
Pontianus mart. Spoleti sub M. Aurelio Antonino. 19. Januarii.
Pontianus mart. Romæ sub Commodo, supra cum Eusebio. 25. Augusti.
Pontianus Papa, & Hippolytus Presb. mart. in Sardinia sub Alexandro. 19. Novembris.
Pontianus, & alii quatuor mart. Romæ. 2. Decembris.
Pontianus mart. Romæ sub Maximiano, infra cum Thrasone. 11. Dec.

Pon-

Pu-

Ro-

Robustianus mart. Mediolani. 24. Maii.
Robustianus, & Marcus martyr. 31. Augusti.
Rochus Confessor in Monte Pessulano. 16. Augusti.
Rodopianus mart. in Caria sub Diocletiano, supra cum Diodoro. 3. Maii.
Rogatianus mart. in Britannia sub Diocletiano, supra cum Donatiano. 24. Maii.
Rogatianus Presb. & Felicissimus mar. in Africa sub Valeriano. 26. Octobris.
Rogatianus mart. in Africa supra cum Castore. 28. Decembris.
Rogati ij. mart. in Africa, supra cum Cyrillo. 8. Martii.
Rogatus mart. in Africa, infra cum Zotico. 12. Januarii.
Rogatus, Successus, & alii xvj. martyr. in Africa. 28. Martii.
Rogatus mart. in Africa, supra cum Aresio. 10. Junii.
Rogatus monachus mart. Carthagine sub Hunnerico supra cum Liberato. 17. Augusti.
Rogatus mart. Romæ supra cum Lucio. 1. Decembris.
Rogellus, & Servusdeus mart. Cordubæ. 16. Septembris.
Romana virgo Tuderti. 23. Febr.
Romanus Abbas in Territorio Lugdunen. 28. Februarii.
Romanus Abbas in Pago Antisiodoren. 22. Maii.
Romanus mart. Romæ sub Valeriano. 9. Augusti.
Romanus Episcopus Nepesinus, & mar. 24. Augusti.
Romanus Episcopus Antisiodorens. & mart. 6. Octobr.
Romanus Episcopus Rhotomagens. 20. Octobris.
Romanus mart. cum Barula puero Antiochiæ sub Galerio. 18. Novembr.
Romanus Presb. in Castro Blavio. 24. Novembris.
Romaricus Abbas Luxovien. 8. Dec.
Romualdus Anacoreta Ordin. Camaldulen. Ravennæ. 7. Februar. & 19. Junii.
Romula, Redempta, & Herundo virgo Romæ. 23 Julii.
Romulus mart. Concordiæ supra cum Donato. 17. Februarii.
Romulus mart. Cæsareæ sub Dioclet. infra cum Timolao. 24. Martii.
Romulus, & Secundus mart. in Mauritania. 24 Martii.
Romulus Episcopus Fesulan. & mart. cum sociis sub Domitiano. 6. Julii.
Romulus mart. sub Trajano. 5. Sept.
Rosa virgo Limæ in Regno Peruano. 26. Augusti.
Rosa virgo Viterbii. 4. Septemb.
Rosalia virgo Panorm. 4. Septembris. Inventio corporis. 15. Julii.
Rosius Confess. in Campania, supra cum Prisco. 1. Septembris.
Rosula mart. in Africa sub Valeriano, supra cum Cypriano. 14. Septembr.
Rudericus Presb. & Salomon martyr Cordubæ. 13. Martii.
Rufillus Episcopus Foropompilii. 18. Julii.
Rufina, & Secunda virg. & mart. Romæ sub Valeriano. 10. Julii.
Rufina virgo, & mart. Hispali, supra cum Justa. 19. Julii.
Rufina Cæsareæ infra cum Theodoto. 31. Augusti.
Rufinianus mart. infra cum Rufino. 9. Septembris.
Rufinus mart. Romæ, supra cum Macario. 28. Februarii.
Rufinus mart. in Africa, supra cum Epiphanio. 7. Aprilis.
Rufinus mart. Suessione, sub Diocletiano, infra cum Valerio. 14. Junii.
Rufinus, & Martia mart. Syracusis. 21. Junii.
Rufinus mart. Assisii. 30. Julii.
Rufinus Episcopus Marsorum, & socii, mart. sub Maximino. 11. Augusti.
Rufinus Confessor Mantuæ. 16. Aug.
Rufinus Episcopus Capuanus. 26. Augusti.
Rufinus Silvanus, & Vitalicus martyr. Ancyræ. 4. Septembris.
Rufinus, & Rufinianus mart. 9. Sept.
Rufinus, Marcus, Valerius, & socii mart. in Africa. 16. Novembris.
Rufus mart. Melitinæ supra cum Hermogene. 19. Aprilis.
Rufus mart. *Philadelphiæ*, supra cum Cyrillo. 1. Augusti.
Rufus Episcopus Capuanus, & mart. 27. Augusti.
Rufus, & Carpophorus mart. Capuæ sub Diocletiano. 27. Augusti.
Rufus mart. Damasci supra cum Paulo. 25. Septembr.
Rufus Episcopus Metensis. 7. Nov.
Rufus Episcopus Avenionen. 12. Novembris.
Rufus Apostolorum discipulus. 21. Novembris.
Rufus mart. cum sua familia Romæ sub Diocletiano. 28 Novembr.
Rufus, & Zosimus mart. in Macedonia. 18 Decembris.
Rumoldus Episcopus Dublinen. & mar. Macliniæ. 1. Julii.
Rupertus Episcopus Salisburgens. 27. Martii.
Rustica mart. Romæ supra cum Donata. 31. Decembr.
Rusticus mart. Veronæ sub Maximiano, supra cum Firmo. 9. Aug.
Rusticus Subdiaconus mart. Carthagine sub Hunnerico, supra cum Liberato. 17. August.
Rusticus Episc. Arvernensis. 24. Sept.
Rusticus Presb. mart. Lutetiæ, supra cum Dionysio. 9. Octobris.
Rusticus Episc. Trevirensis. 14. Oct.
Rusticus Episcopus Narbonens. 26. Octobris.
Rutilius mart. in Africa. 2. Augusti.
Rutilius, & socii mart. in Pannonia. 4. Junii.
Rutulus mart. in Africa, supra cum Lucio. 18. Februarii.

S

Sabas Gothus, & alii plures mart. in Cappadocia sub Valente. 12. Aprilis.
Sabas, & Septuaginta milites martyr. Romæ. 24 Aprilis.
Sabas Abbas in Cappadocia. 5. Dec.
Sabbatius mart. Antiochiæ sub Probo, infra cum Trophimo. 19. Septemb.
Sabel mart. Chalcedone sub Juliano, supra cum Manuele. 17. Junii.
Sabina mart. Romæ sub Hadriano. 29. Augusti.
Sabina virg. in Pago Tricassino. 29. Au.
Sabina mart. Abulæ, infra cum Vincentio. 27. Octobris.
Sabinianus mart. in Territorio Tricassino sub Aureliano. 29. Januarii.
Sabinianus Monachus mart. Cordubæ, supra cum Petro Presb. 7. Junii.
Sabinianus mart. Damasci supra cum Paulo. 25. Septembris.
Sabinianus Episcopus Senonen. & Potentianus mart. 31. Decembr.
Sabinus mart. supra cum Donato. 25. Januarii.
Sabinus Episcopus Canusii. 9. Febr.
Sabinus mart. Hermopoli. 13. Martii.
Sabinus Confessor Pictaviens. 11. Julii.
Sabinus, Julianus, Maximus, Macrobius, Cassia, Paula, & alii x. mart. Damasci. 20. Julii.
Sabinus Episcopus Placentinus. 11. Dec.
Sabinus Episcopus Spoleti, Exuperantius, & Marcellus Diaconi, Venustianus, & alii mart. sub Maximiano, 30. Decembris.
Sacerdos Episcopus in Territorio Petragoricensi. 4. Maii.
Sacerdos Episcopus Saguntinus. 5. Maii.
Sacerdos Episcopus Lugdunen. 1 Sept.
Sadoth Episcopus, & alii cxxviij. mart. in Perside sub Sapore. 20. Febr.
Sagar Episcopus Laodiceæ, & mart. 6. Octobris.

Marino. 5. Julii.
Selesius mart. Alexandriæ sub Maximino, supra cum Hieronide. 12. Sept.
Seleucus mart. Cæsareæ sub Maximiano supra cum Porphyrio. 16. Febr.
Seleucus Confessor in Syria. 24. Mart.
Senator Episcopus Mediolanensis. 28. Maii.
Senator Albani. 26. Septembr.
Sennen mart. Romæ sub Decio, supra cum Abdon. 30 Julii.
Septem Virgines, & mart. Sirmii. 9. Aprilis.
Septem latrones mart. à B. Jasone conversi. 29. Aprilis.
Septem Presbyteri, novem Diaconi, & septem Virgines mart. in Perside sub Isdegerde, supra cum Auda. 16. Maii.
Septem Fratres mart. Romæ sub Antonino, scilicet, Januarius, Felix, Philippus, Silvanus, Alexander, Vitalis, & Martialis. 10. Julii.
Septem dormientes Ephesi, scilicet Maximianus, Malcus, Martinianus, Dionysius, Joannes, Serapion, & Constantinus. 27. Julii.
Septem fratres Machabæi, & mater eorum mart. Antiochiæ sub Epiphane. 1. Augusti.
Septimus Monachus mart. Carthagine sub Hunnerico supra cum Liberato 17. Augusti.
Septimus lector mart. Venusiæ sub Diocletiano, supra cum Felice. 24. Oct.
Sequanus Presbyt. Lingonien. 19. Septembris.
Seraphina in Civitate Maniensi. 29. Julii.
Serapia virgo, & mart. Romæ sub Hadriano. 3. Septembris.
Serapion mart in Ægypto sub Numeriano, infra cum Victorino. 25. Februarii.
Serapion mart. Alexandriæ supra cum Cæreale. 28. Februarii.
Serapion Episcopus Thmueos. 21. Mar.
Serapion lector mart. Pentapoli, infra cum Theodoro. 26. Martii.
Serapion mart. sub Severo. 13. Julii.
Serapion, Ephesi, supra in septem Dormientes. 27. Julii.
Serapion mart. Romæ, supra cum Herma. 18. Augusti.
Serapion martyr in Ponto, supra cum Marcellino. 27. Augusti.
Serapion mart. Alexandriæ sub Maximino, supra cum Hieronide. 12. Septembris.
Serapion Episcopus Antiochenus. 30. Octobris.
Serapion mart. Alexandriæ sub Decio. 14. Novembris.
Serena uxor Diocletiani Romæ. 16. Augusti.
Sereni duo mart. Alexandriæ sub Severo, supra cum Plutarcho. 28 Junii.
Sergius mart. Cæsareæ. 24. Februarii.
Sergius martyr in Apulia sub Trajano, supra cum Mauro. 27 Julii.
Sergius Papa Romæ. 9. Septemb.
Sergius, & Bacchus mart. Augustæ Euphratesiæ sub Maximiano. 7. Octob.
Serotina mart. Romæ, supra cum Donata. 31. Decembr.
Servandus, & Germanus mart. in Hispania sub Diocletiano. 23. Octobr.
Servatius Episcopus Tungren. 13. Maii.
Servilianus mart. Romæ sub Trajano, infra cum Sulpicio. 20. Aprilis.
Servilius mart. in Istria, infra cum Zoelo. 24. Maii.
Servulus mart. Adrumeti, infra cum Verulo. 21. Februarii.
Servulus Confessor Romæ. 23. Dec.
Servus Subdiaconus mart. Carthagine sub Hunnerico, supra cum Liberato. 17. Augusti.
Servus mart. Tuburbi sub Hunnerico. 7. Decembris.
Servusdeus Monachus martyr Cordubæ, supra cum Gumesindo. 13. Januarii.
Servusdeus mart. Cordubæ, supra cum Rogello. 16. Septembris.
Severa virgo Treviris. 20. Julii.
Severianus, & Aquila mart. Cæsareæ. 23. Januarii.
Severianus Episcopus Scythopolis, & mart. 21. Februarii.
Severianus mart. sub Diocletiano, infra cum Victore. 20. Aprilis.
Severianus miles mart. Sebaste sub Licinio. 9. Septembris.
Severianus mart. Romæ sub Dioclet. supra in Quatuor Coronati. 8. Novembris.
Severinus Episcopus Neapolitan. 8. Januarii.
Severinus Abbas, Noricorum Apostolus 8. Januarii.
Severinus Abbas Agaunensis. 11. Februarii.
Severinus Episcopus Septempedanus. 8. Iunii.
Severinus mart. supra cum Lucia. 6. Julii.
Severinus mart. Novocomii, supra cum Carpophoro. 7. Augusti.
Severinus Episcopus Coloniensis. 23. Octobris.
Severinus Monachus Tiburæ. 1. Novembris.
Severinus, Exuperius, & Felicianus mart. Viennæ. 19. Novembris.
Severinus Monachus Lutetiæ. 27. Novembris.
Severinus Episcopus Trevirensis. 21. Decembris.
Severus mart. Alexandriæ, supra cum Petro. 11. Januarii.
Severus Episcopus Ravennæ. 1. Febr.
Severus Presb. in Provincia Valeriæ. 15. Februarii.
Severus Episcopus Neapolitanus. 30. Aprilis.
Severus Presb. Viennensis. 8. Augusti.
Severus, & Memnon Centurio mart. 20. Augusti.
Severus Presb. Urbeveteri. 1. Octobr.
Severus Episcopus Trevirensis. 15. Octobris.
Severus Presb. mart. Adrianopoli sub Juliano, supra cum Philippo. 22. Octobris.
Severus Episcop. Barcinonens. & mart. 6. Novembris.
Severus mart. Romæ sub Diocletiano, supra in Quatuor Coronati. 8. Novembris.
Severus, Securus, Januarius, & Victorinus mart. in Africa. 2. Decembr.
Severus mart. Alexandriæ, supra cum Mansueto. 30. Decembris.
Sex Virgin. & mart. Nicomediæ sub Maximiano. 19. Maii.
Sextus mart. Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.
Sidonius Episcopus Arvernen. 23. Aug.
Sidronius martyr Senonensis. 11. Julii.
Sigismundus Rex Burgundiæ, & mart. 1. Maii.
Silas Apostolorum discipulus in Macedonia. 13 Julii.
Silvanus Episcopus Emissenus, & alii duo mart. sub Maximiano Galerio. 6. Februarii.
Silvanus Episcopus in Campania. 10. Februarii.
Silvanus mart. in Africa, supra cum Lucio 18 Februarii.
Silvanus Episcopus in Phœnicia mart. sub Diocletiano, infra cum Tyrannione. 20. Februarii.
Silvanus mart. in Africa, supra cum Cyrillo. 8 Martii.
Silvanus Episcopus Gazæ, & alii mart. sub Galerio Maximiano. 4. Maii.
Silvanus mart. Romæ. 5. Maii.
Silvanus martyr in Istria, infra cum Zoello. 24. Maii.
Silvanus mart. Romæ sub Antonino, supra in septem fratres. 16. Julii.
Silvanus mart. in Pisidia, supra cum Bianore. 10. Julii.
Silvanus mart. Ancyræ, supra cum Rufino. 4. Septembris.
Silvanus Confess. Bituricens. 22. Sept.
Silvanus mart. sub Maximino, supra cum Domnino. 5. Novemb.
Silvanus Episcopus Troade. 2. Dec.
Silverius Papa, & mart. in Insula Pontia. 20. Junii.

mi-

T

fest. 18. Septembris.
Thomas Episcop. Herfordiensis. 2.Oct.
Thomas Monachus Antiochiæ. 18. Novembris.
Thomas Apostolus mart. Calaminæ. 21. Decembris.
Ejusdem Translatio Edessæ. 3. Julii.
Tomas Episcopus Cantuariensis, & mart. 29 Decembris.
Thraseas Episcopus Eumeniæ martyr Smyrnæ. 5. Octobris.
Thrason, Pontianus, & Prætextatus mart. Romę sub Maximiano. 11. Decembris.
Thyrsus, & Protectus mart. 24. Jan.
Thyrsus, Leucius, & Callinicus mart. Apolloniæ sub Decio. 28. Januarii.
Thyrsus mart. Alexandrię, supra cum Saturnino. 31. Januarii.
Thyrsus Diaconus mart. Augustoduni, supra cum Andochio. 24. Septemb.
Tiberius, Modestus, & Florentia mar. in Territorio Agathensi sub Diocletiano. 10. Novembris.
Tiburtius, Valerianus, & Maximianus mart. Romæ sub Alexandro. 14. Apr.
Tiburtius mar. Romæ sub Diocletiano. 11. Augusti.
Tiburtinus mart. in Sabinis, supra cum Hyacintho. 9. Septembris.
Tigides, & Remedius Episcopus in oppido Vapingo. 3. Februarii.
Tigrius Presbyt. & Eutropius Lector mart. Constantinopoli. 12. Januar.
Timolaus, duo Dionysii, Pausides, Romulus, duo Alexandri, & Agapius mart. Cæsareæ sub Diocletiano. 24. Martii.
Thimon Diaconus de vij. mart. Corinthi. 19. Aprilis.
Thimotheus discipulus B. Pauli Episc. Ephesinus, & mart. 24. Januarii.
Ejusdem Translatio Constantinopoli. 9. Maii.
Timotheus mart. Romę, sub Antonino, supra cum Marco. 24. Martii.
Timotheus, & Diogenes mart. in Macedonia. 6. Aprilis.
Timotheus, & Maura mart. in Thebaide. 3. Maii.
Timotheus, Polius, & Eutychius Diaconi mart. in Mauritania 21. Maii.
Timotheus martyr Romæ, supra cum Faustino. 22. Maii.
Timotheus Episcopus Prusiadis mart. sub Juliano. 10. Junii.
Timotheus, Thecla, & Agapius mart. in Palęstina sub Diocletiano. 19. Augusti.
Timotheus mart. Romę. 22. Augusti.
Timotheus, & Apollinaris mart. Rhemis. 23. Augusti.
Timotheus, & Faustus mart. Antiochię. 8. Septembris.
Timotheus Diaconus mart. in Mauritania. 19. Decembris.
Titianus Episcopus Opitergii. 16. Januarii.
Titianus Episcopus Brixiensis. 3. Mart.
Titus Discipulus B. Pauli, & Cretensium Episc. 4. Januarii.
Titus Diaconus mart. Romæ sub Gothis. 16. Augusti.
Tobias mart. Sebaste sub Licinio, supra cum Carterio. 2. Novembris.
Torpes mart. sub Nerone, Pisis in Tuscia. 17 Maii.
Torquatus Episcopus Aceitanus, Ctesiphon, Secundus, Indaletius, Cęcilius, Hesychius, & Euphrasius Episcopi in Hispania. 15. Maii.
Tornanus Diaconus mart. Ilerbipoli, supra cum Chiliano. 8. Iulii.
Tranquillinus mart. Romę sub Diocletiano. 6. Iulii.
Transfiguratio Domini in monte Thabor. 6. Augusti.
Translatio S. Andreę Apostoli Constantinop. 9. Maii.
Augustini Episcopi Papię. 28. Febr.
Dominici Ordin. Prędicat. Bononiæ. 24. Maii.
Francisci Confessoris Assisii. 25. Maii.
Frigdiani Episcopi Lucensis. 18. Novembris.
Gregorii Nazianzeni, Romæ. 11. Jun.
Herculani Episcopi, & mart. Perusiæ. 1. Martii.
Hieronymi Presbyteri, Romæ. 9. Maii.
Ignatii Episcopi, & mart. Antiochiæ. 17. Decembris.
Joannis Chrysostomi, Constantinopoli. 27 Januarii.
Julianæ virginis, & mart. Cumis. 16. Februarii.
Lauretanæ Sacræ Domus. 10. Decem.
Lucæ Evangelistæ, Constantinopoli. 9. Maii.
Marci Evangelistę, Venetiis. 31. Jan.
Marię Jacobi, Verulis. 25. Maii.
Marinę Virg. Venetiis. 17. Julii.
Martini Episcopi, Turonis. 4. Julii.
Matthæi Apostoli, Salerni. 6. Maii.
Monicæ Matris sancti Augustini, Romæ 9. Aprilis.
Nicolai Episcopi Myræ, Barii in Apulia. 9. Maii.
Stephani Protomart. Romę. 7. Maii.
Thomę Apostoli Edessæ. 5. Julii.
Timothei Ephesiorum Episcopi, Constantinopoli. 9. Maii.
Tres milites mart. Romę sub Nerone. 2. Julii.
Tres pueri in Babylonia. 16. Decemb.
Triphenes mart. Cyzici. 31. Januarii.
Triphina mart. in Sicilia, supra cum Agathone. 5. Julii.
Triphyllius Episcopus in Cypro. 13. Junii.
Tripos mart. Romæ sub Aureliano, supra cum Basilide. 10. Junii.
Troadius mart. Neocęsareę sub Decio. 28. Decembris.
Trojanus Episcopus Santonensis. 30. Novembris.
Trophimus, & Thalus mart. Laodiceę sub Diocletiano. 11. Martii.
Trophimus, & Eucarpius martyr. 18. Martii.
Trophimus, & Theophilus mart. sub Diocletiano. 23. Julii.
Trophimus, Sabbatius, & Dorimedon mart. Antiochiæ, & Synnadæ, sub Probo. 19. Septembris
Trophimus discipulus B. Pauli, & Episcopus Arelatensis. 29. Decembris.
Trudo Presb in oppido Hasbanię. 23. Novembris.
Tryphenna, & Tryphoosa Iconii. 10. Novembris.
Tryphon mart. in Africa, supra cum Aquilino. 4. Januarii.
Tryphon, & alii xij. mart. Alexandrię. 3. Julii.
Tryphon, & Respicius mart. & Nympha virg. 10. Novembris.
Triphonia uxor Decii, Romæ. 18. Oct.
Tryphosa Iconii, supra cum Tryphenna. 10. Novembris.
Turianus Episcopus in Brittannia. 13. Julii.
Turibius Episcopus Asturicensis. 16. Aprilis.
Turibius Archiepiscopus Stimensis in regno Peruano. 23. Aprilis.
Tychicus B. Pauli discipulus in Cypro. 29. Aprilis.
Tychon Episcop. in Cypro. 16. Junii.
Tyrranio, Silvanus, Peleus, & Nilus Episcopi, & Zenobius Presb. martyres, in Phœnicia sub Diocletiano. 20. Februarii.

V

Valens Episcopus, & mart. cum tribus pueris. 21. Maii.
Valens Diaconus, Paulus, & alii novem mart. Cæsareæ sub Maximiano. 1. Junii.
Valens Episcopus Veronensis. 26. Jul.
Valentina virgo, & mart. cum socia in Palæstina. 25. Julii.
Valentinus Presbyt. martyr Romæ sub Claudio. 14. Februarii.
Valentinus Episcopus Interamnens. & mart. 14. Februarii.
Valentinus Episcop. Trevirens. & mar. 16. Julii.
Valentinus Episcopus. 29 Octobris.
Valentius Presb. & Hilarius Diaconus mart. Viterbii sub Maximiano. 5. Novembris. Va-

Valentinus, Felicianus, & Victorinus mart. Ravennæ sub Diocletiano. 1. Novembris.
Valentinus, Solutor, & Victor mart. Ravennæ sub Diocletiano. 13. Novembris.
Valentinus, Concordius, Navalis, & Agricola mart. Ravennæ, sub Maximiano. 16. Decembris.
Valentio mart. Dorostori, supra cum Pasicrate. 25. Maii.
Valeria mart. Mediol. 28. Aprilis.
Valeria mart. Cæsareæ, infra cum Zenaide. 5. Julii.
Valeria virgo, & mart. Lemovicis. 9. Decembris.
Valerianus mart. Romæ sub Alexandro supra cum Tiburtio. 14 Aprilis.
Valerianus mart. Antiochiæ, supra cum Restituto. 23. Augusti.
Valerianus mart. Alexandriæ, sub Maximiano, supra cum Hieronide. 12. Septembris.
Valerianus mart. Cabilonensis. 15. Septembris.
Valerianus, Macrinus, & Gordianus mart. Novioduni. 17. Septembris.
Valerianus Episcopus Aquilejensis. 27. Novembris.
Valerianus, Urbanus, Crescens, Eustachius, Crescorius, Crescentianus, Felix, Hortulanus, & Florentianus Episcopi, & Confessores in Africa. 28. Novembris.
Valerianus Episcop. in Africa sub Genserico. 15. Decembris.
Valerius Episc. Cæsaraugustan. 28 Januarii.
Valerius Discipulus Beati Petri, & Episc. Trevirens. 29 Januarii.
Valerius, & Rufinus mart. Suessione sub Diocletiano. 14. Junii.
Valerius mart. in Africa supra cum Rufino. 16. Novembris.
Varicus mart. in Africa supra cum Secundo. 15. Novembris.
Varus miles, & septem Monachi mar. in Ægypto sub Maximino. 19. Octobris.
Vbaldus Episc. Eugubinus. 16. Maii.
Vedastus Episcop. Attrebatensis. 6. Februarii.
Venantius Episcop. & mart. 1. Aprilis.
Venantius, & alii decem mart. Camerini sub Decio. 18 Maii.
Venantius Abbas Turonis. 13. Octob.
Veneranda virgo mart. in Gallia sub Antonino. 14. Novembris.
Venerandus mart. Trecis sub Aureliano. 14. Novembris.
Venerius Episcopus Mediolanensis. 4. Maii.
Venerius Eremita in insula Palmaria. 25 Septembris.
Venustianus præses mart. Spoleti sub Maximiano supra cum Sabino. 30. Decembris.
Venustus mart. in Africa supra cum Heliodoro. 6. Maii.
Venustus mart. Romæ supra cum Faustino. 22. Maii.
Veranus Episcopus in Territorio Aurelianensis. 19. Octobris.
Veranus Episcopus Lugdunensis. 11. Novembris.
Verecundus Episcopus Veronens. 22. Octobris.
Verena virgo in Territorio Constantiensi. 1. Septembris.
Verianus mart. in Tuscia sub Decio supra cum Secundiano. 9. Augusti.
Veridiana virgo apud Castrum Florentium. 1. Februarii.
Verissimus, Maxima & Julia mart. Ulyssipone, sub Diocletiano. 1. Octobris.
Veronica virgo Monialis, Mediolani. 13. Januarii.
Verulus, Secundinus, Syricius, Felix Servulus, Saturninus, Fortunatus, & alii xvj. mart. Adrumeti in persecutione Vvandal. 21. Februarii.
Verus Episcopus Viennensis. 1 Augu.
Verus Episcopus Salernitanus. 23 Oct.
Vestina mart. Carthag. supra in Scillitani mart. 17. Julii.
Verius, Epagathus mart. Lugduni sub M. Aurelio Antonino, supra cum Photino. 2. Julii.
Veturius mart. Carthagine supra in Scitilliani mart. 17. Julii.
Viator minister B. Justi, Lugduni, 21. Octobris.
Viator Episcop. Bergomensis. 14. Decembris.
Victor mart. Ebreduni sub Diocletiano infra cum Vincentio. 22. Januarii.
Victor mart. Alexandriæ supra cum Saturnino. 31. Januarii.
Victor mart in Ægypto sub Numeriano infra cum Victorino. 25. Februarii.
Victor Confess. in Territorio Archiacensi. 26. Februarii.
Victor, Victorinus, Claudianus, & Bassa mart. Nicomediæ. 6. Martii.
Victor martyr, in Africa. 10. Martii.
Victor mart. supra cum Photina. 20. Martii.
Victor mart. Thessalonicæ supra cum Domnino. 30. Martii.
Victor, & Stephanus mart. in Ægypto 1. Aprilis.
Victor mart. Bracari. 12. Aprilis.
Victor, Zoticus, Xenon, Acindynus, Cæsarius, Severianus, Chrysophorus, Theonas, & Antoninus mart. sub Diocletiano. 20. Aprilis.
Victor mart. Mediolani sub Maximiano. 8. Maii.
Victor, & Corona mart. in Syria sub Antonino. 14. Maii.
Victor mart. Alexandriæ supra cum Adrione 17. Maii.
Victor, Alexander, Felicianus, & Longinus milites mart. Massiliæ. 21. Julii.
Victor, Stercatius, & Antinogenes mart. Emeritæ sub Diocletiano. 24. Julii.
Victor Papa & mart. Romæ. 28. Julii.
Victor Episc. Uticensis. 23. Augusti.
Victor mart in Hispania. 26. Augusti.
Victor Episc. & mart. in Africa sub Valeriano supra cum Nemesiano 10. Septembris.
Victor mart. Chalcedone sub Diocletiano, supra cum Sosthene. 10. Septembris.
Victor mart. in Africa sub Valeriano supra cum Cypriano. 14. Septembris.
Victor mart. in Gallia sub Maximiano supra cum Mauritio. 22. Septembris.
Victor, & Ursus mart. Solodori sub Maximiano. 30. Septembris.
Victor, & socii mart. in Territorio Coloniensi. 10 Octobris.
Victor, Alexander, & Marianus mart. 17. Octobris.
Victor Episcopus Capuanus. 17. Octobris.
Victor mart in Africa supra cum Publio. 2 Novembris.
Victor mart. Ravennæ sub Diocletiano supra cum Valeriano. 13. Novembris.
Victor mart. Nicomediæ supra cum Ambico. 3 Decembris.
Victor mar. Romæ sub Valeriano supra cum Irenæo 15. Decembris.
Victor mart. in Africa infra cum Victuro. 18 Decembris.
Victor mart. in Africa supra cum Castore. 28. Decembris.
Victor mart. in Africa supra cum Dominico. 29 Decembris.
Victoria mart. Cordubæ sub Diocletiano supra cum Acisclo. 17. Novembris.
Victoria virgo, & mart Romæ sub Decio. 23. Decembris.
Victorianus, duo Germani Aquisregienses, duo Frumenti mart. in Africa sub Hunnerico. 23. Martii.
Victorianus mart. in Hauria supra cum Aquilino. 16. Maii.
Victorianus mart. filius Simplicii mart. apud Marsos. 26. Augusti.
Victoricus mart. in Africa sub Valeriano supra cum Montano. 24. Februarii.

Victoricus, Fuſcianus, & Gentianus mart. Ambiani ſub Maximiano. 11. Decembris.
Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioſcorus, Serapion, & Papias mart. in Ægypto. ſub Numeriano. 25. Februarii.
Victorinus mart. Nicomediæ ſupra cum Victore. 6. Martii.
Victorinus mart. Nicomediæ ſupra cum Paſtore. 29. Martii.
Victorinus mart. Romæ ſub Trajano ſupra cum Marone. 15. Aprilis.
Victorinus mart. Arvernis ſupra cum Caſſio. 15. Maii.
Victorinus Confeſſor Camerini. 8. Junii.
Victorinus mar. Romæ ſupra cum Claudio. 7. Julii.
Victorinus Epiſcop. Amiterni mart. Romæ ſub Nerva Trajano. 5. Septembris.
Victorinus mart. Meſſanæ ſupra cum Placido. 5. Octobris.
Victorinus Epiſcop. Pictavienſ. mart. ſub Diocletiano. 2. Novembris.
Victorinus mart. Romæ ſub Diocletiano ſupra in Quatuor Coronati. 8. Novembris.
Victorinus mart. Ravennæ ſub Diocletiano ſupra cum Valentino. 11. Novembris.
Victorinus mart. in Africa ſupra cum Severo. 2. Decembris.
Victorinus mart in Africa, infra cum Victuro. 18. Decembris.
Victorius mart. Cæſareæ ſupra cum Polyeucto. 21. Maii.
Victorius Epiſcopus Cenomanen. 1. Septembris.
Victorius mart. Legione ſub Diocletiano ſupra cum Claudio. 30. Octobris.
Victoricius Epiſcop. Rhotomagen. ſub Juliano. 7. Augusti.
Victurus, Victor, Victorinus, Adjutor, Quartus, & alii xxx. mart. in Africa. 18. Decembris.
Vigilia Epiphaniæ Domini. 5. Januar.
Mathiæ Apoſtoli. 23 Februarii.
Joannis Baptiſtę. 23. Junii.
Petri & Pauli Apoſt. 28. Junii.
Jacobi Apoſtol. 24. Iulii.
Laurentii mart. 9. Auguſti.
Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis. 14. Auguſti
Bartholomæi Apoſtoli. 24. Auguſti.
Matthæi Apoſtoli. 20. Septembris.
Simonis, & Judæ Apoſtolorum. 27. Octobris.
Omnium Sanctorum. 31. Octobris.
Andreæ Apoſtoli. 29. Novembris.
Thomę Apoſtoli. 20. Decembris.
Nativitas Domini. 24. Decembris.

Vigilius Epiſcopus Trident. & mart. 26. Julii.
Vigilius Epiſcopus Brixienſis. 26. Septembris.
Vigor Epiſcopus Bajocenſis. 1. Novembris.
Vincentius Levita, & mart. Valentiæ. 22. Januarii.
Vincentius, Orontius, & Victor mar. Ebreduni ſub Diocletiano. 22. Januarii.
Vincentius martyr in Africa ſupra cum Dativo. 27. Januarii.
Vincentius Ferrerius Ord. Prædicat. in Britannia. 5. Aprilis.
Vincentius mart. Caucoliberi. 19. Aprilis.
Vincentius Confeſſ. Ebreduni ſupra cum Marcellino. 20. Aprilis.
Vincentius mart. in Portu Romano. 24. Maii.
Vincentius Presbyt. Lirinenſis. 24. Maii.
Vincentius Levita, & mart. Agenni. 9. Julii.
Vincentius mart. Romæ. 24. Julii.
Vincentius Subdiaconus mart. Romæ ſub Valeriano, infra cum Xyſto. 6. Auguſti.
Vincentius mart. Romæ ſub Commodo ſupra cum Euſebio. 25. Auguſti.
Vincentius, & Lætus mart. in Hiſpania 1. Septembris.
Vincentius Abbas, & mart. in Hiſpania. 11. Septembris.
Vincentius Sabina, & Chriſteta martyr. Abulę. 27. Octobris.
Vincula Sancti Petri Romæ. 1. Auguſt.
Vindemialis, Eugenius, & Longinus Epiſcopi, & mart. in Africa ſub Hunnerico. 2. Maii.
Vindonius Conſ. in Campania ſupra cum Priſco. 1. Septembris.
Virgines ſex mart. Nicomediæ ſub Maximiano 19 Maii.
Virgines ſeptem mart. Sirmii. 9. Aprilis.
Virgines quadraginta mart. Heracleæ, ſub Licinio. 1. Septembris.
Virgines quadraginta mart. Antiochię, ſub Decio. 24. Decemb.
Virgines plurimæ mart. in Africa ſub Hunnerico. 16. Decemb.
Viſitatio Beatæ Marię ad Eliſabeth. 2. Julii.
Viſſia virgo, & martyr, Firmii. 12. Ap.
Vitalianus Papa Romę. 27. Januarii.
Vitalianus Epiſcopus Capuanus. 16. Julii.
Vitalicus mart. Ancyrę ſupra cum Rufino. 4. Septembris.
Vitalis, Revocatus, & Fortunatus mar. Smyrnę. 9. Januarii.
Vitalis mart. in Africa ſupra cum Epicteto. 9. Januarii.

Vitalis, Felicula, & Zenon mart. Romæ. 14. Februarii.
Vitalis mar. Alexandrię ſupra cum Aratore. 21. Aprilis.
Vitalis mart. Ravennæ. 28. Aprilis.
Vitalis martyr in Campania ſub Diocletiano ſupra cum Ariſtone. 2. Jun.
Vitalis mart. Romæ ſub Antonino, ſupra in Septem fratres. 10. Julii.
Vitalis martyr, in Gallia ſub Maximiano, ſupra cum Mauritio. 22. Sept.
Vitalis martyr Cæſareæ ſub Decio, ſupra cum Germano. 3. Novembris.
Vitalis, & Agricola mart. Bononiæ. 4. Novembris.
Vitus, Modeſtus, & Creſcentia mart, in Lucania ſub Diocletiano. 15. Jun.
Viventiolus Epiſcop. Lugdun. 12. Jun.
Viventius Confeſſ. in Monaſterio Verſiaco. 13. Januarii.
Vivianus Epiſc. Santonen. 18. Auguſt.
Vivina virgo, Bigardis. 17. Decembris.
Uldaricus Epiſcop. Auguſtæ. 4. Julii.
Ulpianus mart. Tyri ſub Maximiano Galerio. 3. Aprilis.
Voluſianus Epiſcopus Turonen. 18. Januarii.
Urbanus mart. Antiochiæ ſub Decio, ſupra cum Babyla. 24. Januarii.
Urbanus mart. in Africa, ſupra cum Cyrillo. 8. Martii.
Urbanus Epiſcopus Lingonien. 2. Apr.
Urbanus mart. ſupra in xviij. mar. Cæſarauguſt. 16. Aprilis.
Urbanus Papa, & mart. Romæ. 25. Maii.
Urbanus mart. in Campania ſub Diocletiano, ſupra cum Ariſtone. 2. Julii.
Urbanus, Theodorus, Menedemus, & ſocii lxxvij. mart Conſtantinopoli, ſub Valente. 5 Septembris.
Urbanus mart. ſupra cum Ampliato. 31. Octobris.
Urbanus Epiſcopus Confeſſor in Africa, ſupra cum Valeriano. 28. Nov.
Urbanus Epiſcopus Theani. 7. Dec.
Urcifenus Epiſcopus Papien. 21. Junii.
Urſicinus mart. Ravennæ. 19. Junii.
Urſicinus Epiſcopus Senonenſis, 24. Julii.
Urſicinus Epiſc. Senonenſis. 24. Julii.
Urſicinus Epiſcopus Brixien. 1. Dec.
Urſicius mar. in Illyrico ſub Maximiano. 14 Auguſti.
Urſinus Epiſcopus Bituricenſis. 9. Novembris.
Urſmarus Epiſcop. in Cœnobio Laubien. 19. Aprilis.
Urſula, & ſociæ virg. & mart. Colonię. 21. Octobris.
Urſus Epiſcopus, Ravennæ. 13. Apr.
Urſus Epiſcopus Antiſiodorenſis. 30. Julii.

IN-

INDEX TOPOGRAPHICUS,

Nomina Provinciarum, Urbium, Oppidorum, ac locorum Omnium, quæ in hoc Martyrologio referuntur; Sanctorum item nomina, quæ ad eos pertinent, singulis eorum ordine Alphabetico subjuncta complectens.

A

Maximianus Episcopus & Confessor. 3. Octobris.
Montanus, Lucius, Julianus, Victoricus. Flavius, & socii mart. 24. Feb.
Moysetes mart. 18. Decembr.
Nemesianus, Felix, Lucius, alter Felix, Litteus, Polyanus, Victor, Jaderus, Dativus, & alii Episcopi, & Confess. 10. Septemb.
Papinianus, & Mansuetus Episcop. & mart. 28. Novembr.
Paulus, Gerontius, Januarius, Saturninus, Successus, Julius, Catus, Pia, & Germana mart. 19 Januarii.
Petrus, Successus, Bassianus, Primitivus, & alii xx. mart. 9. Decembris.
Petrus, & Aphrodisius martyr. 14. Martii.
Primus, & Donatus martyr. 9. Febr.
Publius, Victor, Hermes, & Papias mart. 2. Novembris.
Publius, Julianus, Marcellus, & alii mart. 19. Februarii.
Quadratus mart. 26. Maii.
Quinctianus, Lucius, & Julianus mart. 23. Maii.
Quinctus, Simplicius, & alii mart. 18. Decembris.
Rogatianus, & Felicissimus mart. 26. Octobris.
Rogatus, & Successus cum sociis xvj. mart. 28. Martii.
Rufinus, Marcus, Valerius, & socii mart. 16. Novembris.
Rutilius mart. 2. Augusti.
Salvius mart. 11. Ianuarii.
Saturninus, Dativus, Felix, Ampelius, & socii mart. 11. Februarii.
Saturninus, & alii novem mart. 22. Martii.
Secundus, Fidentianus, & Viricus mart. 15. Novembris.
Severus, Securus, Iannarius, & Victorinus. 2. Decembris.
Terentius, Africanus, Pompejus, & socii mart. 10. Aprilis.
Theodulus, Anesius, Felix, Cornelia, & socii martyres. 31. Martii.
Valerianus Episcopus, & Confess. 15. Decemb.
Victor mart. 10. Martii.
Victorianus, & duo germani Aquisregienses, item duo Frumentii martyr. 23. Martii.
Victurus, Victor, Victorinus, Adjutor, Quartus, & alii xxx. mart. 18. Decembr.
Zoticus, Rogatus, Modestus, Castulus, & alii quadraginta mart. 12. Januar.
Multi martyres. 6 Januarii.
Item plurimi. 9. Augusti.
Item 4966. Confessor. & mart. 12. Oct.
Item 220 mart. 30 Octobris.
Item plurimarum virg. & mart. 16. Dec.

In Agathensi Territorio.

Tiberius, Modestus, & Florentia mar. 10. Novemb.

In Agaunensi Monasterio.

Ambrosius Abbas. 2. Novembris.

Agenni in Gallia.

Caprasius mart. 20. Octobris.
Fides virgo, & mart. 6. Octobris.
Vincentius mart. 9 Junii.

Agrigenti.

Gregorius Episcopus. 23. Novembris.

Albæ in Pannonia.

Emericus Confess. 4. Novembris.
Stephanus Rex. 15. Augusti, & 2. Sept.

Albani.

Senator. 26. Septembr.

In Albigensi Civitate.

Amaranthus mart. 7. Novemb.
Salvius Episcopus, & Conf. 10. Septem.

Albintimelii in Liguria.

Secundus mart. 26. Augusti.

Alexandriæ.

Abilius Episcopus. 22 Februarii.
Achillas Episcopus. 7. Novembris.
Adrio, Victor, & Basilla martyr. 17. Maii.
Edesius mart. 8. Aprilis.
Agatho mart. 7. Decemb.
Alexander Episcopus. 26. Februarii.
Ammon, Theophilus, Neoterius, & alii xvij. mart. 18. Septembris.
Ammon Zeno, Ptolemæus, Ingen, & Theophilus mart. 20. Decembr.
Ammonaria Virgo, Mercuria Dionysia, & altera Ammonaria mart. 12. Decembris.
Anianus Episcopus 25. Aprilis.
Aphrodisius, & alii xxx. martyr. 30. Aprilis.
Apollonia virgo, & mart. 9. Februar.
Apollonius, & alii quinque mart. 10. Aprilis.
Arator, Fortunatus, Felix, Silvius, & Vitalis. 21. Aprilis.
Athanasius Episcopus. 2. Maii.
Basilides mart. 30. Iunii.
Basilla mart. 17. Maii.
Bassus, Antonius, & Protolicus. mart. 14. Februarii.
Besa mart. 27. Februarii.
Carealis. Pupulus, Cajus, & Serapion. 28 Februarii.
Cajus, Faustus, Eusebius, Cheremon, Lucius, & socii martyr. 4 Octobr.
Candidus, Piperion, & alii xx. mart. 11. Martii.
Catharina virgo, & mart. 25. Nov.
Cyrillus Episcopus. 28. Januarii.
Cyrion, Bassianus, Agatho, & Moyses mart. 14. Februarii.
Dionysius, & Ammonius mart. 14. Februarii.
Dionysius Episcopus, & Confess. 17. Novembris.

Epimachus, & Alexander mart. 12. Decembris.
Eulogius Episcopus. 13. Septembris.
Euphrosina virgo. 1. Januarii.
Euthymius 6. Maii.
Eutropia mart. 30. Octobris.
Eutychius, & alii mart. 26. Martii.
Faustus, Macarius, & socii decem mar. 6. Septembris.
Fronto Abbas. 14. Aprilis.
Gallicanus mart. 25. Junii.
Heracles Episcopus. 14 Julii.
Heron, Arsenius, Isidorus, & Dioscorus mart. 14. Decembris.
Joannes Eleemosynarius. 23. Januarii.
Isidorus mart. 5. Februarii.
Julianus, & Eunus mart. 27. Februarii, cum Macario, & alii xiij. mart. 30. Octobris.
Ischyrion mart. 22 Decembris.
Leonides mart 22 Aprilis.
Leontius, Serapion, Seleusius, Valerianus, & Strato martyr. 12. Septembris.
Macarius mart. 8 Decembris.
Mansuetus, Severus, Appianus, Donatus, Honorius, & socii mart. 30. Decembris.
Marcus Evangelista 25. Aprilis.
Marina virgo. 18. Junii.
Maximus Episcopus. 27. Decembris.
Mennas, Hermogenes, & Eugraphus. 10. Decembris.
Metranus mart. 31. Januarii.
Modestus, & Ammonius mart. 12. Februarii.
Nemesius mart. 19. Decemb.
Pantænus vir Apostolicus 7 Julii.
Patermuthius, Copres, Alexander mart 9 Julii.
Peleusius mart 7. Aprilis.
Petrus Severus, & Leucius mart. 11. Junii.
Petrus Episcopus, & Faustus, Didius, & Ammonius, Phileas, Hesychius Pachomius, & Theodorus cum aliis DCLX. mart. 26. Novembris.
Philippus, Zeno, Narseus, & decem infantes mart. 15. Julii.
Philippus mart. 13. Septembris.
Plutarchus, Serenes, Heraclides, Heron, & alter Serenus, Rhais, Potamiœna, & Marcella mart. 28. Junii.
Quinta mart. 17. Februarii.
Saturninus, Thyrsus, & Victor mart. 31 Januarii.
Secundus, & alii mart. 21. Maii.
Serapion Anachoreta. 21. Martii.
Serapion mart. 14. Novembris.
Syncletia. 5. Januarii.
Tharsicius, Zoticus, Cyriacus, & socii mart. 31. Januarii.
Theodora virgo, & Didymus mart. 28. Aprilis.

Theo-

Ni-

Solem-

C

Por-

Leo-

F

G

H

Bassus

Lam-

L

Lambesæ in Numidia.
Marianus, & Jacobus mart. cum aliis multis. 30. Aprilis.
Lampsaci in Hellespomo.
Petrus, Andreas, Paulus, & Dionysius mart. 15. Maii.
Laodiceæ in Syria.
Anatolius Episcopus. 3. Julii.
Artemon mart. 8. Octobris.
Diodotus, Diomedes, & Didymus mar. 11. Septembris.
Pelagius Episcopus. 25. Martii.
Sagar Episcopus, & mart. 6. Octobr.
Theodotus Episcop. 2. Novembris.
Theotimus, & Basilianus mart. 18. Decembris.
Trophimus, & Thalus mart. 11. Mart.
In Latio.
Bernardus Confess. 14. Octobris.
Laubiis.
Erminus Episcopus, & Conf. 25. Apr.
Theodulphus Episcop. 24. Junii.
In Cœnobio Laubiensi.
Ursmarus Episcopus. 19. Aprilis.
Laudæ.
Bassianus Episc. & Confess. 19. Jan.
Lauduni, & in Laudunensi Castro.
Cilinia mater S. Remigii. 21. Octobris.
Salaberga Abbatissa. 22. Septembris.
Laureti in Piceno.
Translatio Sacræ Domus Dei Genitricis Mariæ. 10. Decembris.
Lauriaci in Norico Ripensi.
Florianus mart. 4. Maii.
Legione in Hispania.
Claudius, Lupercus, & Victorius mar. 30. Octobris.
Vincentius Abbas, & mart. 11. Septembris.
Lemovicis in Gallia.
Leonardus Conf. 7. Novembris.
Martialis Episcopus, Alpinianus, & Austriclinianus Presb. 30. Junii.
Valeria virgo, & martyr 9. Decemb.
Leocatæ in Sicilia.
Angelus mart 5. Maii.
Leodigii in Belgio.
Lambertus Episcopus, & martyr. 17. Octobris.
Theodardus Episcopus, & mart. 10. Septembris.
Apud Leontinos in Sicilia.
Alphius, Philadelphus, & Cyrinus mart. 10. Maii.
Epiphana mart. 12. Julii.
Euthalia virg. & mart. 27. Augusti.
Mercurius, & socii mart. 10. Decembr.
Limæ in Regno Peruano.
Rosa virgo. 26. Augusti.
In Monasterio Lirinensi.
Antonius Monachus. 28. Decemb.
Caprasius Abbas. 1. Junii.
Vincentius Presbyt. 24. Maii.
In Lesbo Insula.
Passio quinque mart. 5. Aprilis.
In Libya.
Theophilus, & Helladius mart. 8. Jan.
Apud Lingonas, & in Territorio Lingoniensi.
Bernardus Abbas. 20. Augusti.
Desiderius Episcopus, & alii plures mart. 23. Maii.
Gregorius Episcopus. 4. Januarii.
Sequanus Conf. 19. Septembris.
Speusippus, Eleusippus, & Meleusippus Tergemeni martyr. cum Avia Leonilla. 17. Januarii.
Urbanus Episcopus. 2. Aprilis.
In Pago Lisvino.
Nemesius Confess. 1. Augusti.
Londini in Anglia.
Erconvaldus Episcopus. 30. Aprilis.
Lucæ in Tuscia.
Davinus Confess. 3. Junii.
Frigidianus Episc. 18. Martii.
Ejusdem Translatio. 18. Novembr.
Paulinus Episcopus cum sociis mart. 12. Julii.
Richardus Rex Anglorum. 7. Februar.
In Lucania.
Hyacinthus, Quinctinus, Felicianus, & Lucius mart. 29. Octobris.
Vitus, Modestus, atque Crescentia mart 15. Junii.
Lugduni, & in Territorio Lugdunensi.
Albinus Episcopus. 15. Septemb.
Alexander cum sociis xxxiv. mart. 24. Aprilis.
Antiochus Episcopus. 15. Octobris.
Aurelianus Episcopus. 16. Junii.
Baldomerus. 27. Februarii.
Bonaventura Episc. & Doct 14. Julii.
Benedicta virg. & mart. 8. Octobris.
Desiderius Episcop. & mart. 23. Maii.
Desiderius mart. 11. Februarii.
Domitianus Abbas. 1. Julii.
Elpidius Episc. & Conf. 2. Septembris.
Epipodius mart. 22. Aprilis.
Eucherius Episc. & Conf. 16. Novem.
Eugendus Abbas. 1. Januarii.
Franciscus Episcopus Gebennensis. 29. Januarii, & 28. Decembris.
Irenæus Episcopus, & mart. 28. Jan.
Julianus mart. 13. Februarii.
Justus Episcopus. 2 Septembris.
Lambertus Episc. & Conf. 14. Aprilis.
Lupicinus. & Felix Episcopi. 3. Febr.
Lupicinus Abbas. 21. Martii.
Lupus Episcopus. 25. Septembris.
Minervus, & Eleazarus cum filiis viij. mart. 22. Augusti.
Nicetius Episcopus. 2. Aprilis.
Patiens Episcopus. 11. Septemb.
Photinus, Sanctus, Verius, Epagathus, Maturus, Ponticus, Biblides, Attalus, Alexander, Blandina, & alii multi mart. 2. Junii.
Peregrinus Presbyt. 28. Julii.
Romanus Abbas. 20. Februarii.
Sacerdos Episcopus. 12. Septembris.
Stephanus Episcopus. 13. Februarii.
Veranus Episcopus. 11. Novembris.
Viator. 21. Octobris.
Viventiolus Episcopus. 12. Julii.
In Lusitania.
Irenes virg. & mart. 20. Octobris.
Wilgefortis virgo, & mart. 20. Julii.
Lutetiæ Parisiorum, & in Territorio Parisiensi.
Aurea virgo. 4. Octobris.
Bathildes Regina. 26. Januarii.
Clodoaldus Conf. 7. Septembris.
Crotildes Regina. 3. Junii.
Dionysius, Rusticus, & Eleutherius mart. 9. Octobris.
Droctoveus Abbas. 10. Martii.
Eleazarus Comes. 27. Septembris.
Eugenius Episcopus, & mart. 15. Nov.
Genovefa virg. 3. Januarii.
Georgius, & Aurelius. 20. Octobris.
Germanus Episcopus. 28. Maii.
Justinus mart. 1. Augusti.
Lucanus mart. 30. Octobris.
Ludovicus Rex. 25. Augusti.
Marcellus Episcopus. 1. Novembris.
Medericus Presb. 29. Augusti.
Severinus Monachus. 27. Novembris.
In Monasterio Luxoviensi.
Attalas Abbas. 10. Martii.
Eustasius Abbas. 29. Martii.
Romaricus Abbas. 8. Decembris.
In Lycaonia.
Papas martyr. 16. Martii.
In Lycia.
Christophorus mart. 25. Julii.
Domnina mart. 12. Octobris.
Nicetas, & Aquilina mart. 24. Julii.
Themistocles mart. 21. Decembris.
Lyræ in Belgio.
Gummarus Conf. 11. Octobris.

M

In Macedonia.
Silas. 13. Julii.
Timotheus, & Diogenes mart. 6. Apr.
Machliniæ.
Rumoldus Episcop. & mart. 1. Julii.
Madauri in Africa.
Namphanion cum sociis mart. 4. Julii.
Majumæ.
Zeno Episcopus. 26. Decembris.
Malacæ in Hispania.
Cyriacus, & Paula virg. & mart. 18. Jun.
In Monasterio Malbodio.
Aldeguades virg. 30. Januarii.
In

N

In Provincia Narbonensi.
Ægidius Abbas. 1. Septembris.
Narniæ.
Cassius Episcopus. 29. Junii.
Juvenalis Episcopus, & Conf. 3. Maii.
Nazareth.
Annuntiatio B. Virgin. Genitricis Dei Mariæ. 25 Martii.
Nazianzi.
Cæsarius. 25. Februarii.
Gorgonia. 9. Decembris.
Gregorius Episcopus. 9. Maii.
Neapoli in Campania.
Agnellus Abbas. 14. Decembris.
Agrippinus Episcopus. 9. Novembris.
Andreas Avellinus Conf. 10. Novemb.
Aspren Episcopus. 3. Augusti.
Athanasius Episcopus, & Conf. 15. Jul.
Cajetanus Conf. 7. Augusti.
Candida, item Candida junior. 4. Sep.
Eusebius Episcopus. 23 Maii.
Gaudiosus Episcopus. 28. Octobris.
Joannes Episcopus, 22. Junii.
Patritia virg. 25 Augusti.
Pomponius Episcopus. 14. Maii.
Restituta virg. & mart. 17. Maii.
Severinus Episcop. 8. Januarii.
Severus Episcopus. 30. Aprilis.
In Monte Nebo terræ Moab.
Moyses Legislator, & Propheta. 4. Septembris.
Nemansi.
Baudelinus mart. 20 Maii.
Neocæsareæ.
Athenodorus Episcopus, & mart. 18. Octobris.
Gregorius Taumaturgus. 17. Novem.
Macrina. 14. Januarii.
Mardonius, Musonius, Eugenius, & Metellus mart. 24 Januarii.
Troadius mart. 28. Decembris.
Nepete.
Ptolemæus Episcopus, & martyr. 24. Augusti.
Romanus Episcopus, & martyr. 24. Augusti.
Nicææ in Bithynia.
Antonina mart. 12. Junii.
Darius, Zosimus, Paulus, & Secundus mart. 19 Decembris.
Diomedes mart. 16. Augusti.
Eustachius, Thespesius, & Anatolius mart. 20. Novembris.
Neophytus mart. 20. Januarii.
Theodota cum tribus filiis mart. 2. Augusti.
Theusteta, Horres, Theodota, Nymphodora, Marcus, & Arabia mar. 13. Martii.
Niciæ in Gallia.
Bassus Episcopus, & mart. 5. Decemb.
Hospitius Conf. 21 Maii.
Nicomediæ.
Agathonicus, Zoticus, & socii mart. 22. Augusti.
Ambicus, Victor, & Julius mart. 3. Decembris.
Anicetus Comes, & Photinus cum aliis mart. 12. Augusti.
Anthimus Episcopus cum gregis multitudine mart. 27. Aprilis.
Antonia mart. 4. Maii.
Arsacius Conf. 16. Augusti.
Barbara virg. & mart. 4. Decembris.
Basilissa virgo, & mart. 3. Septembris.
Cyprianus, & Justina virgo martyr. 26. Septembris.
Cyriaca, & aliæ quinque virg. & mar. 19. Maii.
Cyriacus, & alii decem mart. 7. April.
Cyriacus, Paulillus, Secundus, Anastasius, Syndimius, & socii mart. 19. Decembris.
Dasius, Zoticus, Cajus, & alii duodecim mart. 21. Octobris.
Dorotheus, & Gorgonius mart. 9. Septembris.
Dula mart. 25. Martii.
Egdunius, & alii septem mart. 12. Mart.
Eleutherius, & alii innumeri martyr. 2. Octobris.
Eulampius, & Eulampia cum aliis cc. mart. 10. Octobris.
Eustorgius Presbyt. 11. Aprilis.
Euthymius mart. 24 Decembris.
Flavius, Augustus, & Augustinus mar. 7. Maii.
Glycerius mart. 21. Decembris.
Hadrianus, & alii viginti tres mart. 4. Martii, & 8. Septembris.
Hadrianus mart. 26. Augusti.
Hermolaus, Hermippus, & Hermocrates mart. 27. Junii.
Indes, Domna, Agapes, & Theophila virgines, & martyr. 28. Decembris.
Joannes mart. 7. Septembris.
Lucianus mart. 7. Januarii.
Lucianus, Florus, & socii martyr. 26. Octobris.
Macedonius, Patritia, & Modesta mart. 13. Martii.
Marcellus mart. 26. Novembris.
Migdonius, Mardonius, & quidam Diaconus mart. 23. Decembris.
Panchatius mart. 19. Martii.
Pantaleon mart. 27. Julii.
Pastor, Victorinus, & socii mart. 29. Martii.
Petrus mart. 12. Martii.
Philotherus mart. 19. Maii.
Quadratus mart. 7. Maii.
Quinctilis Episcop. & mart. 8. Martii.
Strato, Philippus, & Eutychianus mar. 17. Augusti.
Theophilus Episcopus. 7. Martii.
Victor, Victorinus, Claudianus, & Bassa mart. 6. Martii.
Zacharias mart. 10. Junii.
Zeno, Concordius, & Theodotus mar. 2. Septembris.
Zeno mart. 22. Decembris.
Commemoratio 10000. mart. 18. Mart.
Item multorum. 23. Junii, & 25. Decembris.
Item viginti mart. 23. Decembris.
Nicopoli in Armenia.
Januarius, & Pelagia mart. 11. Julii.
Leontius, Mauritius, Daniel cum sociis mart. 10. Julii.
Nisibi.
Dometius cum duobus discipulis mart. 7. Augusti.
Jacobus Episcopus, & Conf. 15. Julii.
Nitriæ.
Isidorus Episcopus. 2 Januarii.
Nivernis.
Patritius Abbas. 24. Augusti.
Nivigellæ.
Gertrudis virg. 17. Martii.
Nolæ in Campania.
Felix Conf 14. Januarii.
Felix, Julia, & Jucunda mart. 27. Julii.
Felix Episcopus, & socii triginta mart. 15. Novembris.
Maximus Episcopus. 15. Januarii.
Paulinus Episcopus, & Conf. 22. Jun.
In Noriro.
Severinus Abbas. 8. Januarii.
In Norvegia.
Olavus Rex, & mart. 29. Julii.
Novariæ.
Agapius Episcopus. 10. Septemb.
Gaudentius Episcopus. 22. Januarii.
Laurentius, & pueri ab eo educati mar. 30. Aprilis.
Novioduni in Gallia.
Amantius, Alexander, & socii mart. 6 Junii.
Heradius, Paulus, & Aquilinus cum duobus aliis mart. 17. Maii.
Valerianus, Macrinus, & Gordianus mart. 17. Septembris.
Noviomi in Belgio.
Eligius Episcopus. 1. Decembris.
Novocomi. Vide Comum.
Carpophorus, Exanthus, Cassius, Severinus, Secundus, & Licinius mar. 7 Augusti.
Felix Episcop. 14 Julii.
Liberata virg. 18 Januarii.
Nuceriæ.
Felix, & Constantia mart 19. Septem.
In Numidia.
Commemoratio multorum mart. 21. Februarii.
Apud Nursiam.
Eutychius, & Florentius Monachi. 23. Maii.
Spes Abbas. 28. Martii.
Apud Nuscum.
Amatus Episcopus. 31. Augusti.
Nyssæ.

clericis mart. 4. Maii.
Trigintanovem mart. 4. Maii.
Philadelphiæ in Arabia.
Cyrillus, Aquila, Petrus, Domitianus, Rufus, & Menander mart. 1. Aug.
Zeno, & Zena mart. 23. Junii.
Philippis in Macedonia.
Erastus Episcopus, & mart. 26. Julii.
Lydia Purpuraria. 3. Augusti.
Parmenas mart. 23. Januarii.
Rufus, & Zosimus mart. 18. Decembr.
Synyche. 22. Julii.
In Phœnicia.
Eusebius mart. 21. Septembris.
In Phrygia.
Adaucus mart. cum civibus. 7. Febr.
Ariadna mart. 17. Septembris.
Atticus. 6. Novembris.
Dionysius, & Privatus mart. 20. Sept.
Hypatius Conf. 17. Junii.
Priscus mart. 20. Septembris.
In Piceno.
Elpidius Abbas. 2. Septembris.
Margarita vidua. 27. Augusti.
Severinus Episcop. 8. Junii.
Pictavis, in Pago Pictaviensi, & in Territorio.
Benedictus Conf. 23. Octobris.
Florentius Presb. 22 Septembr.
Hilarius Episcop. 13. Januarii.
Maxentius Conf. 26. Junii.
Radegundis Regina 13. Augusti.
Sabinus Conf. 12. Julii.
In Pinnensi Civitate.
Joannes. 19. Martii.
Pisis in Tuscia.
Rainerius Conf. 7. Junii.
Torpes mart. 17. Maii.
In Pisidia.
Bianor, & Silvanus mart. 10. Julil.
Pistorii.
Barontius, & Desiderius Conf. 25. Mar.
Felix Confess. 26. Augusti.
Arthon Conf. 22. Maii.
Placentiæ.
Antoninus mart. 30. Septembris.
Sabinus Episcop. 11. Decembris.
In Monte Politiano.
Agnes virgo. 20. Aprilis.
In Polonia.
Benedictus, Joannes, Matthæus, Isaac, & Christianus mart 12. Novembr.
Polybotii in Asia.
Joannes Thaumaturgus. 5. Decemb.
Pompejopoli in Cilicia.
Sozon mart. 7. Septembris.
In Ponto Curvo apud Aquinum.
Grimoaldus Presb. 29. Septembris.
In Insula Pontia.
Silverius Papa, & mart. 20. Junii.
In Pago Pontino.
Judocus Conf. 13. Decembris.
In Ponto.
Athenogenes mart. 18. Januarii.

Meletius Episcopus, & Conf. 4. Dec.
Moseus, & Ammonius mart. 18. Jan.
Commemoratio multorum mart. 5. Feb.
Populonii in Tuscia.
Cerbonius Episcopus, & Conf. 10. Oct.
Regulus mart. 1. Septembris.
In Portu Romano.
Eutropius, Zosima, & Bonosa martyr. 15. Julii.
Herculanus mart. 5. Septembris.
Hyacinthus mart. 26. Julii.
Hippolytus Episcopus, & martyr. 22. Augusti.
Martialis, Saturninus, Epictetus, Maprilis, Felix, & socii mart. 22. Aug.
Paulus, Heraclius, Secundilla, & Januarii mart. 2. Martii.
Vincentius mart. 24. Maii.
Commemoratio quinquaginta mart. 8. Julii.
Potentiæ in Lucania.
Gerardus Episcopus. 30. Octobris.
Prænestе.
Agapitus mart. 18. Augusti.
Prusæ in Bithynia.
Adalbertus Episcopus, & martyr. 23. Aprilis.
Timotheus Episc. & mart. 10. Junii.
In Prussia.
Bruno Episcop. & mart. 15. Octobris.
Ptolemaide in Palæstina.
Paulus, & Juliana mart. 17. Augusti.
Puteolis in Campania.
Januarius Episcopus, Festus, Desiderius, Sosius, Proculus, Eutyches, & Acutius mart. 19. Septembris.

R

Ratispone in Bavaria.
Emeramus Episc. & mart. 23. Sept.
Wolfgangus Episc. 31. Octobris.
Ravennæ.
Aderitus Episcopus, & Confess. 27. Septembris.
Agapitus Confess. 16. Martii.
Apollinaris Episc. & mart. 23. Julii.
Barbatianus Presb. 31. Decembris.
Calocerus Conf. 11 Februarii.
Datus Episcop. & Conf. 3. Iulii.
Edistius mart. 12. Octobris.
Eleuchadius Conf. 14. Februarii.
Exuperantius Episc. & Conf. 30. Maii.
Fusca, & Maura mart. 13. Februarii.
Germanus Episc. 31. Iulii.
Ioannes Episcop. 12 Ianuarii.
Ioannes Papa, & mart. 27. Maii.
Liberius Episcop. 30 Decembris.
Marcellinus Episc. & Confess. 5. Octob.
Marcianus Episcop. & Conf. 22. Maii.
Maximianus Episc. 21. Februarii.
Probus Episc. 10. Novembr.
Romualdus Anachoreta. 7. Februarii,
& 19. Iunii.
Severus Episcop. 1. Februarii.
Valentinus, Concordius, Natalis, & Agricola. 16. Decembris.
Valentinus, Felicianus, & Victorinus mart. 11. Novembris.
Valentinus, Solutor, & Victor mart. 13. Novembris.
Vitalis mart. 28. Aprilis.
Ursicinus mart. 19. Iunii.
Ursus Episcopus, & Conf. 13. Aprilis.
Reate.
Probus Episcopus. 15. Martii.
Stephanus Abbas. 12. Februarii.
Apud Regium.
Maximus Episcop. 27. Novembr.
Prosper Aquitanus. 25. Iunii.
Rhætiariæ.
Hermes Exorcista. 31. Decembr.
Rhedonies.
Æmilianus Conf. 11. Octobris.
Melanius Episcop. & Conf. 6. Januar.
Rhemis, & in Rhemensi Pago, & Territorio.
Albertus Episcopus, & mart. 21. Novembris.
Basolus Conf. 26. Novembris.
Bona, & Doda virg. 24. Aprilis.
Helanus. 27. Octobris.
Macra virg. & mart. 6. Januarii.
Maurus, & socii mart. 22. Augusti.
Nicasius Episcopus, Europia virgo, & socii mart. 14 Decembris.
Remigius Episcopus, & Conf. 1. Octob.
Rigobertus Episcopus. 4. Januarii.
Sindulphus Conf. 20. Octobris.
Theodoricus Presb. 1. Julii.
Timotheus, & Apollinaris martyr. 23. Augusti.
Xystus Episcopus, & mart. 1. Septembris.
In Monasterio Rheomensi.
Joannes Presb 18. Ianuarii.
Rhotomagi.
Audoenus Episc. & Conf. 24. Augusti.
Austreberta virgo. 10. Februarii.
Evodius Episcopus, & Confess. 8. Oct.
Gildardus Episcop. 8. Junii.
Hugo Episcop. & Conf. 9. Aprilis.
Melanius Episcop. 22. Octobris.
Prætextatus Episcopus, & martyr. 24. Februarii.
Romanus Episcopus. 23. Octobris.
Rhinocoluræ in Ægypto.
Mela Episcopus. 16. Ianuarii.
Romæ.
Abdon, & Sennen mart. 30 Julii.
Abundius Mansionarius Eccles. S. Petri. 14. Aprilis.
Abundius, Abundantius, Martianus, & Joannes mart. 16. Septembr.
Æmiliana virg 5 Ianuarii.
Æmiliana mart. 10. Iunii.
Agatho Papa. 10. Ianuarii.

Thar-

Leo

Leo Episcopus, & Confessor. 22. Aprilis.
Lupus Episcopus. 1. Septembris.
Paternus mart. 12. Novembris.
Sabinianus Episcopus, & Potentianus mart. 31. Decembr.
Sidronius mart. 11. Iulii.
Ursicinus Episcopus, & Confess. 24. Iulii.
Apud Septam in Mauritania.
Daniel, Samuel, Angelus, Domnus, Leo, Nicolaus, Hugolinus martyr. 13. Octobris.
Apud Septempedanos in Piceno.
Illuminatus Conf. 11. Maii.
Margarita vidua. 27. Augusti.
Philomena virg. 5. Iulii.
Severinus Episcopus. 8. Iunii.
Sibapoli in Syria.
Febronia virg. & mart. 25. Iunii.
In Sicilia.
Agatho, & Triphina mart. 5. Iulii.
Philippus Argyrio. 12. Maii.
Commemoratio lxxix. mart. 21. Febr.
Syde in Famphylia.
Cindeus Conf. 11. Iulii.
Sidone in Phœnicia.
Zenobius mart. 29 Octobris.
Sigisterici in Gallia.
Donatus Conf. 19. Augusti.
Signiæ.
Bruno Episc. & Conf. 18. Iulii.
In Castro Silvanectensi.
Regulus Episcop. 30. Martii.
Silviniaci.
Maiolus Abbas. 11 Maii.
Odilon Abbas. 1. Ianuarii.
In Monte Sina.
Ioannes Climacus Abbas. 30. Martii.
Commemoratio triginta mart. 14. Jan.
Singidonii in Mysia.
Hermylus, & Stratonicus martyr. 13. Ianuarii.
Sinvessæ.
Castus, & Secundinus Episcopi, & mart. 1. Iulii.
Sirmii.
Innocentius, & Sebastia cum aliis xxx. mart. 4. Iulii.
Ireneus Episcopus, & martyr. 25. Martii.
Montanus, & Maxima mart. 26. Mart.
Sirenus mart. 23. Februarii.
Commemoratio septem virg. & mart. 9. Aprilis.
Item septuaginta duo mart. 23. Febr.
Sisciæ in Illyrico.
Quirinus Episcopus, & mart. 4. Iunii.
Smyrnæ.
Apelles, & Lucius. 22. Aprilis.
Basilla. 29. Augusti.
Dioscorides mart. 10. Maii.
Germanicus mart. 19. Ianuar.
Pionius mart. & xv. socii. 1. Ianuarii.
Polycarpus, & alii duodecim mart. 26. Ianuarii.
Thraseas Episcopus, & mart. 5. Octobris.
Vitalis, Revocatus, & Fortunatus mar. 9. Ianuarii.
Solis in Cypro.
Ammonius, & Alexander martyr. 9. Februarii.
Soliis.
Auxibius Episcopus. 19. Februarii.
Solodori in Gallia.
Victor, & Ursus mart. 30. Septembris.
Soræ.
Dominicus Abbas. 22. Ianuarii.
Iulianus mart. 27. Ianuarii.
Restitutus virgo, & mart. 27. Maii.
In Monte Soracte.
Nonnosus Abbas. 2. Septembris.
Sczopoli.
Zosimus mart. 19. Iunii.
Spoleti.
Concordius mart. 1. Ianuarii.
Felix Episcopus, & mart. 18. Maii.
Gregorius mart. 24. Decembris.
Isaac Confess. 11. Aprilis.
Pontianus mart. 19. Ianuarii.
Sabinus Episcopus, Exuperantius, Marcellus, Venustianus, uxor, & alii mart. 30. Decembris.
In Stabulo Rhodis.
Guilielmus Eremita 20. Februarii.
Apud Stylum in Calabria.
Ioannes Therestus Monachus. 24. Iunii.
Apud Sublacum in Latio.
Chelidonia virg. 13 Octobris.
Suessione, & apud Suessiones.
Arnulphus Episcopus, & Confess. 15. Augusti.
Crispinus, & Crispinianus martyr. 25. Octobris.
Godefridus Episcopus. 8. Novembris.
Medardus Episcopus. 8. Iunii.
Valerius, & Rufinus mart. 14. Iunii.
In Svecia.
Catharina virg. 22. Martii.
In Sulcitana Insula apud Sardiniam.
Antiochus mart. 13. Decembris.
Suppentoniæ apud Montem Soractem.
Anastasius Monachus, & socii. 11. Ianuarii.
Surrenti.
Antoninus Abbas. 14. Februar.
Quintus, Quintilla, Quartilla, Marcus, & alii novem. 19. Martii.
Sutrii in Tuscia.
Felix mart. 23. Iunii.
Synnadæ.
Agapitus Episc. 24. Martii.
Democritus, Secundus, & Dionysius mart. 31 Iulii.
Michael Episcopus. 23. Maii.
Trophimus, Sabbatius, & Dorymedon mart. 19. Septembris.
Synope in Ponto.
Phocas Episcop. & mart. 14. Iulii.
Commemoratio ducentorum mart. 7. Aprilis.
Syracusis.
Evodius, Hermogenes, & Callistus mart. 25. Aprilis.
Lucia virg. & mart. 13. Decembris.
Marcianus Episcopus, & mart. 14. Iunii.
Maximianus Episcopus. 9. Iunii.
Rufinus, & Marcia mart. 21. Iunii.
Zosimus Episcopus, & Confess. 30. Martii.
In Syria.
Abraham Eremita. 16. Martii.
Aphraates Anachoreta. 7. Aprilis.
Domitius mart. 5. Iulii.
Eustachius Confess. 12. Octobris.
Ioannes Monachus. 21. Iulii.
Iulianus Saba senior. 14. Ianuarii.
Iulianus mart. 25. Augusti.
Macarius, & Iulianus mart. 12. August.
Paulus, Cyrillus, Eugenius, & alii quatuor. 20 Martii.
Seleucus Conf. 24. Martii.
Victor & Corona mart. 14. Maii.
Commemoratio quadraginta duorum mart. 6. Martii.
Item cccl. Monachorum martyr. 31. Iulii.

T

Tegaste in Africa.
Alipius Episcopus. 15. Augusti.
Firmus Episcopus, & Conf. 31. Iulii.
Tarasci.
Martha virgo. 29 Iulii.
Tarenti.
Cataldus Episcopus. 10. Maii.
Tarracinæ.
Cæsarius, & Iulianus mart. 1. Novembris.
Epaphroditus Episcop. 22. Martii.
Felix, & Eusebius mart. 5. Novembr.
Flavia, Domitilla, Euphrosyna, & Theodora mart. 7. Maii.
Montanus mart. 17. Iunii.
Tarraconæ.
Fructuosus, Augurius, & Eulogius mart. 21. Ianuarii.
Maginus mart. 25. Augusti.
Petrus Armengaudius Confessor. 27. Aprilis.
Tarsi in Cilicia.
Athanasius Episc. Anthusa, ac duo servi mart. 12. Augusti.
Bonifacius mart. 14 Maii.
Castor, & Dorotheus mart. 28. Martii.

Ca-

Sil-

Felix Sanctorum profuso sanguine Roma;
Sic tua non feriens Hasta labore beat.

Clerus Hydruntinæ Diœcesis.



